SACRÆ ROMANÆ ROTÆ

DECISIONES

Coram Reverendiſs. P. D.

ANSALDO DE ANSALDIS

PATRICIO FLORENTINO

EJUSDEM SAC. ROTÆ AUDITORE, ET POSTEA DECANO.

EX PROPRIIS AUTHOGRAPHIS DEPROMPTÆ

Argumentis, Summariis, uberrimoque generali Indice auctæ

A STEPHANO DE ANGELIS J. C.

TOMUS QUINTUS.





ROMÆ MDCCXL.

Typis, & ſumptibus Hieronymi Mainardi In Platea Agonali ad Vicum Cuccagnæ.

SUPERIORUM PERMISSU.



Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo Domino

D. GEORGIO
AB AURIA

Utriuſque Signaturæ Referendario Clementis XII. Pontificis maximi Prælato Domeſtico, Gubernatori Generali Civitatis Aſculi &c.

HIERONYMUS MAYNARDUS F.



OMMUNI Juriſconſultorum ſatisfacturus voto, Tomum quintum Deciſionum D.Anſaldi de Anſaldis, Rotæ Romanæ XII. Viri, Typis meis evulgo: nec dubito, quin legum periti, eodem, quo quatuor priora Volumina excepere pretio, hoc item ſint proſequuturi, quod par Juris ſcientiam, conſtans ingenii acumen, eadem difficultatum felix enodatio, idem denique validorum argumentorum pondus, ac ſententiarum gravitas

† 2 *ubi-*

ubique commendat. Et hæ quidem dotes eximiæ tam arctè inhærent operi, ut Auctoris sui planè propriæ videantur; cumque inter viros egregios, qui ætate nostra Jus illustrarunt, merito constituunt. Hoc fit, ut doctissimi Præsulis nomen majoribus in dies præconiis celebretur; nec apud Italos tantùm, verùm etiam apud exteras Nationes clareat. Tot momenta gravia, Præsul Illustrissime, me moverunt, ut hoc Volumen Tibi dicarem. Dignum siquidem tale Opus tuo est Patrocinio: dignus etiam hac honorifica testificatione Tu simul haberis: qui Nobilissima ac longè latèque celeberrima natus Familia, genus splendidissimum egregiis, quibus præstas, virtutibus cum lecta eruditione, insigni prudentia, aliisque congruentibus Viro Principi animi dotibus, & obvia comitate præclarè illustras: neque ab stirpe decus, & gloriam accipere, sed illi potius splendorem atque decora videris augere. Mea etiam præcipua erga te debita ad hoc impulerunt. Quapropter, ut, quo licebat modo, gratum Tibi, Vir Illustrissime, testarer animum, præclarissimo Nomini tuo Volumen inscripsi. Ita enim fiet, ut oblatum munus, præstantissimas Pontificiæ ditionis Urbes regenti, populisque reddenti jura, maxime congruat: eodemque tempore devinctissimam meam erga Te observantiam, quovis deferri contigerit, id ipsum prædicet, quæ, illustribus virtutibus tuis perinde ac beneficiis magnoperè devincta, hujusmodi publico monumento, Te ubique locorum meritis exornabit laudibus. Inter quas non ultimum locum obtinet, imposita hactenus a Summis Pontificibus munera tantà felicitate obivisse, ut nunquam magis honores ac dignitates meruisse ostenderis, quàm quando gessisti.

IN-

INDEX DECISIONUM PER DIOECESES.

A

B

C

F

Rea-

R

S

T

V

ELENCHUS ARGUMENTORUM

Hujus Quinti Tomi

DECISIONUM

Bo: mem: R. P. D. ANSALDI.

CÆSARAUGUSTANA BENEFICII.

Ven. 7. Januarii 1709.

DECIS. CDL.

Nuncius Apostolicus, Legatus, aliique S. Sedis Officiales vigore eorum facultatum conferre possunt quæcumque Beneficia etiam reservata, dummodo tamen nec in obulo excedant valorem ducatorum 24; & hic excessus, aliaque necessaria requisita in hujusmodi Collationibus a Summis Pontificibus demandata a quo sint probanda, & an ad hujusmodi probationem faciendam admittantur Testes, aliævc leviores probationes.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 14. Januarii 1709.

DECIS. CDLI.

Onus legitime impositum cum Cautela *Soccini*, & cum præcepto Testatoris, ut filius expresse illam vel acceptaste, vel repudiare deberet, an id ab eodemmet filio tacite, vel ex conjecturis fieri, & induci possit ex detentione bonorum hereditariorum, nusquam inducit hereditatis aditio, quando detentio haberi potest ex alio titulo quam hereditario. Dictio *Donec* quid suapte natura importet. Transactio si in aliqua parte erronea dignoscatur, in nulla prorsus consideratione habenda est.

SENOGALLIEN. BONORUM.

Mercurii 16. Januarii 1709.

DECIS. CDLII.

Excessus quando adesse dicatur in exsequutione sententiæ, sive mandati. Acquisitiones ab industria heredum gravatorum provenientes fideicommisso non subjiciuntur, sed ad gravatorum heredes libere spectant; Remedia possessoria manutentionis, seu retinendæ, necnon adipiscendæ, seu Immissionis conceduntur fideicommissario prætextu liquidationis bonorum, quæ fieri etiam commode potest ante exsequutionem sententiæ.

ROMANA SALVIANI.

Lunæ 1. Martii 1709.

DECIS. CDLIII.

Hypothecaria actio inter præsentes præscribitur spatio decem annorum, & inter absentes viginti, & an in inducenda hujusmodi præscriptione, vel excludenda necesse sit inspici de scientia, vel ignorantia, præsentia, vel non præsentia. Affertur differentia intercedens inter præscriptionem Decennalem, vel Vicennalem, & illam 30., vel 40. annorum. Actio exsequutiva præscriptione trigenaria perimitur. Peritia in pluribus Judiciis canonizzata, atque approbata Jus facit contra omnes etiam in illis non citatos.

ROMANA, SEU ALBANEN. FERRACCII SUPER BONO JURE.

Veneris 8. Martii 1709.

DECIS. CDLIV.

Si ad instantiam unius ex Creditoribus Debitor communis fuerit deprehensus, & emancipatus in carceribus, statim ac, vel per Creditoris assensum, vel per instantiam Judicis demandata fuit ejusdem Carcerati relaxatio, nequit ex post alter Creditor superveniens eumdem debitorem non adhuc de Carceribus egressum arrestare. Unus ex creditoribus nequit ullum irrogare prejudicium ceteris aliis coæquale interesse habentibus. Creditor alieno nomine palliato nequit extrajudicialiter rem sibi oppignoratam coemere, secus si judicialiter. Simulatio de Persona ad Personam quo casu sit in Jure prohibita.

ROMANA, SEU ALBANEN. FERRACCII SUPER MANUTENTIONE.

Ven. 8. Martii 1709.

DECIS. CDLV.

Non indiget.

ROMANA CAMBII.

Mercurii 20. Martii 1709.

DECIS. CDLVI.

Cessio rei in litem deductæ an, & quo casu fieri possit a Principali suo Procuratori. Late non minus quam docte, & magistraliter refertur celebre Rescriptum Anastasii Imperatoris Eustachio Præfecto Prætorio directum, de quo in *l. per diversas Cod. mandat.*, innovatum, & roboratum a Justiniano ejusdem Anastasii successore in altera non minus famigerata *l. ab Anastasio Cod. eodem*, & deciditur quo casu dictarum ll. dispositio procedat. Mandatarius, sive Procurator ad cedendum, an, & quando licite possit in sui ipsius Personam inire cessionem.

SIGNINA DONATIONIS.

Lunæ 22. Aprilis 1709.

DECIS. CDLVII.

Immissio, vel retentio concedi nequit alleganti quodlibet fideicommissum, nisi prius probetur identitas bonorum fideicommissariorum; Ista autem identitas quomodo probanda sit. Jus accrescendi, vel non decrescendi an dari possit in donationibus factis inter vivos. Expenditur dispositio Text. in *l. Unica Cod. Si liber imperat. Soc. su. hered. decedat lib.* 10. Bona per donantem sibi reservata ad effectum testandi an si de illis non testaverit donator, consolidentur cum donatione universali, sive potius transeant ad heredem ab intestato venientem.

ROMANA DELIBERATIONIS CENSUS.

Ven. 12. Aprilis 1709.

DECIS. CDLVIII.

Late discurritur de præscriptione Statutaria Urbis inducta spatio sexdecim annorum, & quod hoc Statutum super hac re sit odiosum, & exorbitans, & contra illud in dubio est semper judicandum. Præscriptio autem ista an currat adversus hereditatem jacentem. Compensatio quo casu opponi possit, & an exceptione compensationis omissa, salva remaneat Creditori petitio sui Crediti.

MACERATEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 6. Maii 1709.

DECIS. CDLIX.

Est celebris decisio in qua late disseritur *de Consil. Oldradi* 177., & an illud sit in foro receptum, sive potius com-

mu-

muniter rejectum, atque explosum. Substitutio facta in casu deficientiæ alicujus lineæ, an locum habeat in casu non existentiæ, vel potius intret caducatio ad terminos præfati Cons. Oldradi. De Theorica, seu distinctione *Seccin. in l. Selemus ff. de cond., & demonstr.* super verbis *non exstantibus, seu deficientibus, tunc, & eo casu &c.* an intelligatur per vulgarem, sive fideicommissariam, & de differentiis inter istam Theoricam, & dictum Consilium Oldrad. Transactio quando sustineatur, & quid pro illius validitate requiratur.

ROMANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 6. Maii 1709.

DECIS. CDLX.

Legere potes ex sequenti Summario.

ROMANA FORNACIS SUPER FRUCTIBUS.

Ven. 10. Maii 1709.

DECIS. CDLXI.

Non indiget.

ROMANA PECUNIARIA.

Lunæ 13. Maii 1709.

DECIS. CDLXII.

Tutor a Testatore in Testamento deputatus, si alium in Tutela substituerit, an iste sic substitutus teneatur reddere rationem Pupillo de bonis ab ipso administratis, sive potius hujusmodi onus habeat primarius Tutor, & substituens, fusius hæc questio tractatur. Obligatio Cameralis emissa in aliquo interesse, an comprehendat in eo non nominatos, & secundarium non vero principale interesse habentes.

IMOLEN. CONCURSUS SUPER USURIS.

Lunæ 10. Junii 1709.

DECIS. CDLXIII.

Magistralis est Decisio fuse tractans articulum an contractus venditionis cum appositione pacti de redimendo, & subsecuta locatione seu conductione facta pro certa annua pensione sit feneratitius, vel usurarius, & an ex sola appositione ejusdem pacti redimendi præsumi possit qualitas usuraria, sive potius copulative requiratur pretii modicitas. Pactum istud redimendi an, & quo casu rei valorem minuat. Census quoad creditorem est perpetuus, quo vero ad debitorem est semper, & quandocumque redimibilis.

IMOLEN. CONCURSUS SUPER MANUTENTIONE.

Lunæ 10. Junii 1709.

DECIS. CDLXIV.

Ex Summario habetur.

ROMANA LIBERATIONIS A MOLESTIIS.

Lunæ 17. Junii 1709.

DECIS. CDLXV.

Tutor emens rem pro Pupillo an, & quo casu dicatur esse in dolo vel culpa lata. Loca Montium, vel ex eorum natura vel ex notissimo privilegio S. M. Urbani VIII. sunt immunia ab omni periculo, vinculo, & hypotheca, & ideo emens vigore dicti privilegii absolutus est ab omnibus hypothecis, & fideicommissis. Tutor quam diligentiam adhibere teneatur in administratione rei Pupillaris.

ROMANA REDDITIONIS RATIONIS.

Lunæ 17. Junii 1709.

DECIS. CDLXVI.

Late habetur quomodo Tutor se gerere debeat in administratione rei pupillaris, & in faciendis investimentis a Testatore demandatis. Deinde differitur an, & quę partitę bonificandę sint eidem Tutori in redditione rationis pro expensis factis tum in reparationibus domorum, tum in aliis in sequenti Decisione relegendis.

PERUSINA CAMBII.

Ven. 21. Junii 1709.

DECIS. CDLXVII.

Fidejussor an, & quo casu liberetur per novationem contractus a sua obligatione. In extinctione census, & in receptione dotis facta per Maritum in bonis æstimatis quid lex fingat. Si unum ex Judiciis incompetibilibus non habuit plenarium effectum numquam parit impedimentum exactioni, & introductioni alterius, quod procedit etiam in executivis. Deliberatio an sit nulla si in ea non intervenerit pecunia numerata, sed tantum adfuerit Cedula depositi, & an ista habeatur pro pecunia vere numerata tum in censu consignativo, tum in deliberatione.

BAREN. TESTAMENTI SUPER FRUCTIBUS, ET EXPENSIS.

Mercurii 26. Junii 1709.

DECIS. CDLXVIII.

Fructus licet antiquitus taxabantur in scutis quinque pro quolibet centenario, hodie tamen Sac. Rota illos reduxit ad scuta quatuor. Hęc tamen taxatio sicuti fundata est in simplici præsumptione, everti poterit, si gravatus concludentissime contrarium ostenderit, & hæc probatio in Salvianista fieri poterit per traditionem notulę juratæ, cum in reliquis subsistat predicta Juris pręsumptio. Expensæ alicujus instantię an reficiendę sint ab eo qui in dicta instantia non fuerit citatus, & non intervenerit. Litis expensæ an & quo casu reficiendæ sint a Correis viritim, vel solidaliter.

NULLIUS, SEU TERRÆ PONTIANI IMMISSIONIS.

Mercurii 26. Junii 1709.

DECIS. CDLXIX.

Quarta Trebellianicæ conceditur heredibus gravatis in præmium faciendæ restitutionis, quæ si ab ipsis gravatis detracta non fuerit Jus illam detrahendi transit ad eorum heredes, & successores. Eadem quarta Trebellianicę detrahi nequit ex fideicommisso particulari, vel si Testator equivalens præmium heredi reliquerit. Fideicommissum imponi nequit super bonis emphyteuticis, bene vero super bonis appodiatis, & redactis ad instar allodialium. Retentio non datur pro melioramentis, sed satis est quod facta illorum probatione in genere reficiens ad illorum probationem se obliget facto deposito unius julii.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI SUPER TRANSACTIONE.

Ven. 28. Junii 1709.

DECIS. CDLXX.

Pupilli consensus an requiratur in contractu, in quo intervenit Tutor, & quid dicendum de majore annorum quatuordecim. Transactio ad hoc, ut dicatur læsiva probari debet valor, & importantia bonorum sub transactione cadentium, & alleganti læsionem incumbit onus plene, & concludenter illam probandi, alias transactio præsumitur valida, præsertim si fuerit facta cum consensu, & interventu Virorum probitate, & dignitate prestantium. Error quoties in transactione probetur, transactio ipso Jure corruit, & habetur ac si facta non fuisset.

ROMANA CAPPELLANIÆ S. NICOLAI.

Ven. 28. Junii 1709.

DECIS. CDLXXI.

Juspatronatus si non constet de initio, seu fundatione præsumitur semper hereditarium, & pro regulandis, sive discriminandis vocibus Patronorum proceditur cum terminis testatæ, vel intestatę successionis. An autem hoc Juspatronatus hereditarium ab heredibus immutari possit in gentilitium, & familiare late differitur. Ultimus status si fuerit dubius, & æquivocus, an attendi debeat status precedens clarus, & liquidus, nullamque involvens turbiditatem. In Jurepatronatus familiari, & gentilitio, presentatio in capita quomodo, & quo casu facienda sit a Patronis.

BONONIEN. LEGATI.

Lunæ prima Julii 1709.

DECIS. CDLXXII.

Pro legato in Testamento relicto datur hypotheca super omnibus bonis Testatoris, ideoque legatarius petere, & obtinere potest immissionem in Salviano etiam contra tertium possessorem. Depositum quomodo fieri debeat ad hoc ut deponens dicatur liberatus a suo debito. Inter quos procedat questio an debitor usufructus a Testatore relicti possit se eximere ab annua præstatione per assignationem certi fundi, qui eidem usufructui correspondeat.

FIR-

FIRMANA LEGITIMÆ.

Lunæ primo Junii 1709.

DECIS. CDLXXIII.

Late in hac decisione expenditur celebris Constitutio Cardinalis de Carpio tradens formulam, qua iniri debeant contractus inter mulieres, & minores, & solemnitates, quę in illis debeant intervenire: Prędicta tamen Constitutio an militet, sive procedat in mulieribus & viris in majori ætate constitutis. Valor, seu æstimatio dubii litis eventus in qua summa, & a quo debeat æstimari ad effectum regulandi læsionem in contractu transactionis. Mater transeundo ad secunda vota, quo casu legitimam amittat.

SENOGALLIEN. BONORUM.

Lunæ primo Julii 1709.

DECIS. CDLXXIV.

Juxta regulam traditam a *Fulgos. cons.* 145. ad suadendam difficultatem ostendendi, quę bona subjecta sint fideicommisso, sat est, quod Actor justificet, ejus Authorem effective possedisse in illa contrata, vel loco bona, quę fideicommisso subjecit, cum tunc omnia bona in hereditate gravati reperta sub illa regione, & loco, reputentur fideicommissaria; & onus probandi contrarium spectat ad reum, potissimum si bona fuerint per eum confusa, quia tunc tenetur pati immissionem in bonis propriis; Dummodo tamen idem reus sit heres universalis confundentis, secus si sit heres particularis, seu singularis.

ROMANA, SEU ALBANEN. FERRACCII.

Veneris 2. Augusti 1709.

DECIS. CDLXXV.

Non indiget.

MAJORICEN. BENEFICII.

Veneris 6. Decembris 1709.

DECIS. CDLXXVI.

Officiales alicujus Communitatis, Universitatis, vel Collegii habentes pro tempore Jus præsentandi ab ipsa Communitate, an possint præsentare uti singuli, sive dici debeat una tantum vox repræsentata ab ipsis Officialibus, quæ nullam recipiat divisionem, itaut major Pars Hominum de Universitata, sive duæ tertię suffecent partem minorem, vel alteram Tertiam, late, ac docte examinatur, Gratia derogatoria medietatia vocum a Summo Pontifice concessa resolvitur in simplicem gratificationem. Subreptio quando intret, & quando non, fuse etiam in hac decisione enucleatum per leges.

ROMANA REDDITIONIS RATIONIS.

Lunæ 9. Decembris 1709.

DECIS. CDLXXVII.

Mulier si pro credito suæ dotis sit anterior, habet a Jura implicitam adjudicationem in bonis sui Viri, neque super dictis bonis potest a posterioribus creditoribus divexari. Fructus a Marito percepti super bonis extradotalibus suæ Uxoris, quando non imputentur ad debitum sui Viri; sed præsumantur exacti cum consensu, & indulgentia suæ Uxoris. Proprietas Lucri dotalis finito usufructu devolvitur ad filios conjugis præmortui tamquam illius heredes.

REATINA JURIS PISCANDI.

Lunæ 13. Januarii 1710.

DECIS. CDLXXVIII.

Dominus Lacus si ob excrescentiam aquarum ejusdem, aquæ ingrediantur in foveis, ac fundis limitrophis, non potest fundorum vicinorum Dominia impedire piscationem, nisi doceat de privativo Jure piscandi, acquisito ex Privilegio Principis, vel immemorabili.

ALERIEN. PENSIONIS.

Ven. 14. Januarii 1710.

DECIS. CDLXXIX.

Natura pensionum eventualium est, ut Gratia Papæ sit pura, & undique a principio perfecta, neque per intermedium ipsius Papæ prædecessum hactenus evanescit. Episcopus se obligans ad solutionem annuæ pensionis super fructibus sui Episcopatus, an si dicti fructus ex post non reperiantur sufficientes pro suo congrua, & pro dicta solutione, teneatur de proprio. Quas expensas Pensionarius subire cogatur, itaut pati debeat diminutionem suæ Pensionis. Salarium cui debeatur, & cui non.

ASCULANA REDDITIONIS RATIONIS.

Lunæ 27. Januarii 1710.

DECIS. CDLXXX.

Licet regula sit, quod ratio semel reddita denuo reddenda non sit, id tamen non procedit quando constat de errore, vel nullitate, quibus scatet prima rationis redditio, quo casu sive Tutor, sive quilibet alius administrator compellitur ad iteratam redditionem rationis Ex quibus autem probetur nullitas, & error redditionis rationis patet ex sequenti Summario. Quanto tempore præscribatur actio ista redditionis rationis.

HOSTUNEN. BENEFICII.

Lunæ 27. Januarii 1710.

DECIS. CDLXXXI.

Beneficium laicale si intra terminum quatuor mensium non sit a Patronis collatum, sit locus suppletivæ collationi prius ab Ordinario, deinde a Metropolita, & demum a Summo Pontifice. Hoc autem spatium non incipit currere a die vocationis sequutæ, sed a die habitæ notitię, & scientiæ Patronorum, ex quibus autem excludatur hæc scientia, & presumatur ignorantia, leges in Decisiona sequenti, ubi etiam optime enucleatur an, & quo casu valeat Edictorum affixio, & quomodo ista facienda sit.

PLACENTINA PONTIS, ET RIVI.

Veneris 31. Januarii 1710.

DECIS. CDLXXXII.

Expensæ necessariæ pro refectione Pontis, & viæ fieri debent ab eo, ad quem spectat ipsorum commodum, nisi tamen in contrarium concurrat conventio, & causa refectionis, ac consuetudo, & observantia. Expurgatio Rivi, sive ductus aquæ spectat ad eum, qui Jus aquæ ducendæ acquisivit. Reliqua habentur ex Summario.

BISINIANEN. PRÆEMINENTIARUM.

Lunæ 10. Februarii 1710.

DECIS. CDLXXXIII.

Matricitas Ecclesiæ ex quibus probetur late differitur. An, & quo casu Ecclesia Parochialis dici possit Matrix etiam quoad alium Ecclesiam æque Parochialem; Manutentio cui concedenda est in hujusmodi quæstionibus.

SANCTI SEVERINI MANUTENTIONIS SUPER EXPENSIS.

Lunæ 10. Februari 1710.

DECIS. CDLXXXIV.

Quilibet actus Judicialis habens adnotatam horam illius diei, in quo celebratur, pręsumitur semper anterior.

BONONIEN. LEGATI.

Lunæ 17. Februarii 1710.

DECIS. CDLXXXV.

Habes supra in Decis. 472. quæ confirmatur.

SPOLETANA SUCCESSIONIS.

Lunæ 17. Februarii 1710.

DECIS. CDLXXXVI.

Peculiaris non minus quam Docta est Decisio super quæstione illa valde ancipiti, an in Chasmate Terræmotus pluribus morte oppetitis, quis eorum dicatur supervixisse, & in hac re expenduntur duo *Triphonini*, & *Ulpiani* responsa, primum in *l. Qui duo* 10. §. *Cum in bello ff. reb. dub.*, & secundum in *l. ex facto* 17. §. *si quis autem ff. ad Senat. Consult. Trebell.*, quæ, etsi unum alteri expressa contrarietur, conciliantur tamen inter se, & licet loquantur de illis, qui in bello diem claudunt extremum, leges tamen in laudata Decis. an possint applicari casui Terræmotus.

GERUNDEN. ANNIVERSARIORUM.

Veneris 14. Martii 1710.

DECIS. CDLXXXVII.

Testator si locum expressit, in quo mandavit suam exsequi volun-

voluntatem, eam prætergredi nequit, & cum in suo testamento mandaverit, Missas celebrari in aliqua Ecclesia, nequit Episcopus ejus voluntatem alterare, & Missarum celebrationem de uno loco ad alium transferre. Ecclesia, sive Oratorium fundari licite potest intra limites Ecclesiæ Parochialis cum solo Episcopi consensu, dummodo tamen Ecclesiæ Parochiali intacta præserventur omnia Jura Parochialia. Consensus majoris partis requiritur quando agitur de interesse singulorum, seu totius Communitatis.

ROMANA CAPPELLANIÆ S. NICOLAI.

Lunæ 17. Martii 1710.

DECIS. CDLXXXVIII.

Habes supra in Decis. 471. quæ confirmatur.

ROMANA, SEV ALBANEN. FERRACCII SVPER DAMNIS.

Lunæ 17. Martii 1710.

DECIS. CDLXXXIX.

Simulatio quid sit, & quæ contra Simulantem detur actio Requisita Lucri cessantis, & Damni emergentis quando concurrere dicantur ad effectum condemnandi damnificantem ad refectionem damnorum passorum, & quando non. Sub nomine damnorum quid veniat, late deciditur.

ROMANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 24. Martii 1710.

DECIS. CDXC.

Feminę quando a Testatore reintegratæ censeantur ad totam, & integram hereditatem post defectum masculorum, late deciditur. Reliqua leges in sequenti Summario, ubi vides quam vim habeat Codicillus confectus a Testatore post conditum Testamentum.

SENOGALLIEN. BONORVM SVPER FRVCTIBVS.

Lunæ 24. Martii 1710.

DECIS. CDXCI.

Patet ex Summario.

HOSTVNEN. BENEFICII.

Ven. 29. Martii 1710.

DECIS. CDXCII.

Regulæ Cancellariæ non procedunt in Beneficiis de Jurepatronatus Laicorum. Regulę 35. de annali, & 36. de triennali Possessione loquentes an, & quando, & in quibus casibus procedant late differitur.

ROMANA CENSUS.

Lunæ 31. Martii 1710.

DECIS. CDXCIII.

Liberatio ab una obligatione an, & quo casu trahi possit ad liberationem alterius obligationis. Obligatio quando ab altera distincta, ac separata dicatur.

AUXIMANA CENSUUM.

Lunæ 5. Maii 1710.

DECIS. CDXCIV.

Fideicommissum duplici conditione conceptum si sine filiis, necnon ab intestato quis decedat, si una ex conditionibus istis deficiat, fideicommissum expirat. Onus probandi decessum sine filiis spectat ad allegantem, & ad heredem substitutum. Prohibitio alienationis volita in uno tantum casu, & in una linea extendi non debet ad alium casum, & ad aliam lineam.

AVXIMANA CENSVVM SVPER TRANSACTIONE.

Lunæ 5. Maii 1710.

DECIS. CDXCV.

Ad effectum sustinendi transactionem sat est, ut sit aliquid tunc inde datum, ac remissum. Dicitur autem datum, aut remissum quando fuit a lite recessum, & quando fuere condonatæ expensæ litis, quæ magnum semper lucrum reputantur. Causa pietatis, ob quam transactio fuit inita, sat est non modo ad transigendum, verum etiam ad ineundum quemlibet contractum, & in specie in minoribus, & mulieribus.

REATINA IMMISSIONIS.

Ven. 9. Maii 1710.

DECIS. CDXCVI.

Inter adoptionem, & arrogationem quæ intercedat differentia erudite non minus quam docte tractatur in præsenti Decisione. Princeps supremus an privative habeat facultatem suum consensum, & Auctoritatem præstandi arrogationibus, sive adoptionibus, vel potius satis sit cujuscumque Judicis Auctoritas, & an iste consensus, sive Auctoritas Principis debeat intervenire in ipso actu arrogationis, vel adoptionis, vel sufficiat, ut post subsequatur. Referuntur plures Imperatorum constitutiones, quæ in Corpore Juris Civilis non reperiuntur impressæ. Arrogator an possit inter vivos apponere pacta, & conditiones, quæ transferant in arrogatum hereditatem.

ROMANA FIDEICOMMISSI.

Veneris 8. Maii 1710.

DECIS. CDXCVII.

Patet ex Summario.

FAVENTINA JURISPATRONATUS.

Lunæ 12. Maii 1710.

DECIS. CDXCVIII.

Masculi descendentes a Femina an includantur sub nomine Descendentium per lineam, sive ex linea masculina, & bene in proposito expenditur *Cons. 85. Fulgos.*, & declaratur quando illud intret, & quando non. Præterea datur etiam vera intelligentia dictioni illæ *Quibuscumque* in Testamento appositæ, & adjectæ Descendentibus. Qualitas majoris natu sive naturalis, sive accidentalis restringi debet intra limites volitę descendentiæ a Testatore, in qua discretive quilibet major natu si adfuisset, extitisset ad succedendum invitatus.

PLACENTINA DECIMARUM.

Veneris 16. Maii 1710.

DECIS. CDXCIX.

Exactio Decimarum ante divisionem Parochiarum spectabat ad Episcopum tamquam Parochum universalem totius Diœcesis, divisis vero pro meliori, ac propriori regimine, & pabulo animarum sub *Dionysio I.* iisdem Parochiis, eadem Juris assistentia pro decimarum exactione militans pro Episcopo cessavit, & militavit e contra pro Parochis. Ista tamen divisio non fuit generalis, & qui illam allegat debet plene, & concludenter probare. Papa ad hoc ut derogatum censeatur Conciliis Œcumenicis, habere debet scientiam certam, & indubitatam illorum, & requisitur mentio individua, & derogatio specialis, nec sufficit generalis. Jus decimandi per viam Feudi perpetui independenter a facto, sive commoditate exigendi Decimas, an concedi possit a Summo Pontifice Laicis absque clara illius dispensatione, atque indubitabili voluntate.

NULLIUS, SEU FULDEN. JURISDICTIONIS SUPER BONO JURE.

Lunæ 2. Junii 1710.

DECIS. D.

Habes supra in Decisia. 499. quæ confirmatur.

NULLIUS, SEU FULDEN. JVRISDICTIONIS SUPER MANUTENTIONE.

Lunæ 2. Junii 1710.

DECIS. DI.

Non indiget.

TYBURTINA GABELLÆ.

Veneris 6. Junii 1710.

DECIS. DII.

Centenaria, & immemorabilis satis est ad effectum obtinendi manutentionem, & firmandi bonum Jus super facultate exigendi Gabellas, seu Vectigalia, & Pedagia, & quæ requisita, quique auditus concurrere debeat in Testibus ad effectum probandi hanc immemorabilem.

AVXIMANA, SEV CAMERINEN. FIDEICOMMISSORVM.

Lunæ 16. Junii 1710.

DECIS. DIII.

Repræsentatio ultra tertium gradum inter Collaterales non extenditur. Nepotes includi non possunt sub nomine filiorum ad finem consuccedendi cum filiis primi gradus, quando iidem Nepotes ab intestato non consuccessissent cum eisdem filiis primi gradus. Clausula *in stirpes, & non capita* quando valeat comprehendere Nepo-

Nepotes sub nomine filiorum, vel quando inducat repræsentationem, vel quando inefficax ad utrumque effectum reputetur, vel demum quomodo sit intelligendus.

FOROLIVIEN. JURIS OFFERENDI.
Mercurii 18. Junii 1710.
DECIS. DIV.

Magistralis, & docta est decisio præsens prodita super Jure Offerendi, in qua tractatur articulus, an Creditor intermedius emens sub hasta in figura tertii Oblatoris rem communiter hypothecatam, & pecuniam deponens ad effectum, ut illa solvatur Creditoribus anterioribus, liberetur a Jure offerendi promoto a Creditore posteriori. Item habetur an liceat Debitori, sequuta dationo in solutum, seu adjudicatione ad commodum Creditoris, comparere intra biennium, & rem adjudicatam recuperare si malit debitum persolvere, & an Statutum hoc auferre possit; Et demum quanto tempore præscribatur Jus istud offerendi.

MACERATEN. LEGATORUM, ET FIDEICOMMISSI.
Mercurii 18. Junii 1710.
DECIS. DV.

Etsi liceat cuique testari etiam de re aliena, seu alteri debita, maxime quando relinquatur tantumdem, tamen necessario debet concurrere clara, & expressa Testantis voluntas, ad hoc ut dicatur, eumdem disponere voluisse ultra id, quod naturaliter, & revera poterat, tum ex regula, quod voluntas metiri debeat a potestate, tum ex ea præsumptione juxta quam numquam censetur, Testatorem gravare alium voluisse sive heredem, sive Legatarium in bonis propriis. Possessio proprii intelligitur de illis bonis, quæ titulo seu dominio Irresolubili stant penes Testatorem de tempore ejus obitus.

MACERATEN. LEGATORUM, ET FIDEICOMMISSI SUPER PRÆDIO DELLA CIMARILLA, ET DOMUNCULA CUM APOTHECA.
Lunæ 23. Junii 1710.
DECIS. DVI.

Late differitur quando heredes fideicommissarii per divisionem inter eos initam remittere voluerint fideicommissum ad eorum favorem ordinatum, & quæ clausulæ, sive quæ verba requirantur ad hujusmodi remissionem inducendam. Confessio heredis super re tangente ad hereditatem, & fideicommissum, multum attenditur, illamque servare tenentur omnes ab eo causam habentes.

MATHERANEN. PRÆLATIONIS.
Lunæ 23. Junii 1710.
DECIS. DVII.

Vigore notissimæ Bullæ S. M. Pii V. conceditur Creditori anteriori super fundo censito Jus prælationis, sive retractus, sicuti etiam tale Jus competit illis, qui super eodem Fundo censum active crearunt; Ista vero prælatio, sive Jus retractus expostulari debet intra mensem a die factæ denunciationis a debitore, quæ denunciatio debet esse judicialis, non vero extrajudicialis, nec suppleri potest per generalem citationem, cum Bulla Piana, ad effectum servandi illius formam, non contentetur impleme: to per æquipollens.

NULLIUS, SEU TERRÆ PONTIANI SUPER EXCESSU.
Lunæ 23. Junii 1710.
DECIS. DVIII.

Exsequutionem qui fieri obtinuit a Judice, vel a mandato Rotali an, & quando teneatur facere probationes super identitate bonorum, illorumque provenientiæ.

FIRMANA SUCCESSIONIS SUPER HEREDITATE JOANNIS BAPTISTÆ.
Veneris 27. Junii 1710.
DECIS. DIX.

Clerici, aliæque Ecclesiasticæ Personæ licet non subjaceant dispositioni Statuti Laicalis, ea tamen, si sit favorabilis, præsertim in condendis testamentis absque solemnitatibus uti possunt. De validitate Testamenti dubitari nequit, si Heres illud pluries in actibus feriis approbaverit, atque emologaverit; Et an dictus Heres possit testamentum nullum, & irritum approbando revalidare.

EADEM SUPER MANUTENTIONE.
DECIS. DX.

Ex Summario habetur.

BARCHINONEN. BENEFICII.
Mercurii 2. Julii 1710.
DECIS. DXI.

Habes ex Summario.

LEODIEN. CANONICATUS.
Mercurii 2. Julii 1710.
DECIS. DXII.

Matrimonium si fuerit confessatum in Judicio, & extra, an parere possit incapacitatem suscipiendi Sacros Ordines, & assequendi Beneficia Ecclesiastica, & pro affirmativa resolvitur, itaut ille, qui tali casu Beneficium aliquod assequi ausus fuerit incurrat in irregularitatem, aliasque pœnas a Jure Canonico comminatas. Matrimonium, quas solemnitates requirat juxta dispositionem *S. Conc. Trid. Seff. 24. cap. 1.*, & in quibus partibus dicta Conciliaris dispositio fuerit acceptata, in quibus vero repudiata.

TYBURTINA GABELLÆ.
Ven. 28. Novembris 1710.
DECIS. DXIII.

Habenti Jus universale super aliquo Castro, vel Territorio ad effectum inibi exigendi Gabellas, seu Decimas, manutentio concedenda semper est quoad omnes, licet quoad aliquos non exegerit, & qui habere præsumit exemptionem, debet illam ex speciali Principis Privilegio probare, alias actus facultativi Baronis, seu Domini Castri in condonandis hisce solutionibus nullam tribuere valent manutentionem. Gabellas exigit Baro pro reparandis viis, illisque tuendis a Repræsaliis, & Crassatoribus.

ROMANA PECUNIARIA.
Lunæ 1. Decemb. 1710.
DECIS. DXIV.

Vendens jure Creditoris, omni suadente Justitia, compellitur se præstare talem, & ulterius potiorem ceteris Creditoribus, itaut si res vendita ab anteriori evincatur, ipse Creditor vendens indubitanter favore emptoris tenetur ad pretii recepti refusionem. Camera, Princeps, seu Fiscus tenetur ad restituendum simplicissimum pretium, etiamsi nulla intraret evictio vel de jure, vel ex pacto.

COLONIEN. CANONICATUS PRIMÆ GRATIÆ.
Mercurii 10. Decembris 1710.
DECIS. DXV.

In Civitate Coloniensi vigore Constitutionum plurimorum Summorum Pontificum concedi solent aliqui Canonicatus illis, qui in Universitate dictæ Civitatis in singulis respective facultatibus possunt triplici prerogativa; Doctoratus scilicet, actualis lecturæ, & denique boni Testimonii Rectoris, & Provisorum ejusdem Accademiæ. Quomodo autem probari debeant primæ duæ qualitates fuse differitur.

ALBANEN. SPONSALIUM SUPER CENSURIS.
Lunæ 15. Decembris 1710.
DECIS. DXVI.

Ad Censurarum fulminationem deveniendum non est ad effectum cogendi Sponsam ad contrahendum per verba de præsenti matrimonium, quando eadem Sponsa, vel expresse fassa fuerit coram Ordinario, se velle potius Carceres, & Censuras subire, quam matrimonium contrahere, vel quando habet justam, ac legitimam causam resiliendi: Quæ autem dicatur justa causa renuendi, habes fusius in Decisione, ubi etiam Nonnullorum opinio affertur, quod si Sponsalia non fiunt jurata rigorose non obligent, & Iste etiam examinantur, atque inter se conciliantur bini *Textus Canonicis in cap.*

In

Ex Litteris, & cap. Requisivit primum *Alexandri III.* secundum *Lucii Papæ* pariter *III. de Sponsal.*

AUXIMANA CENSUUM.

12. Januarii 1711.

DECIS. DXVII.

Testatoris verba, vel Notarii, ubi dategantur proiata incuriose, non alterant fideicommissum, ad certos gradus, & Personas restrictum. Fideicommissum particulare debet compati cum universale.

BISINIANEN. PRÆEMINENTIARUM.

Veneris 16. Januarii 1711.

DECIS. DXVIII.

In actibus Præeminentialibus manutentio semper datur ad tramites quasi possessionis, potissimum si eadem possessio confoveatur probationibus, & titulo saltem colorato: Matricitas etiam impropria requiritur ad effectum obtinendi manutentionem, cum in ea non requirantur probationes plenæ, & rigidę, sed sufficiunt leviores. Processionum directio semper pertinet ad digniorem.

MACERATEN. FIDEICOMMISSI SUPER RESERVATIS.

Lunæ 26. Jan. 1711.

DECIS. DXIX.

Simplex divisio facta inter heredes nulla facta speciali, atque individua mentione fideicommissi, istud numquam per hujusmodi divisionem dicitur remissum, maxime si agatur non de fideicommisso in ipsa dividentibus purificato, vel purificando, sed de fideicommisso conditionali, & ad alias Personas progressivo. Promissio evictionis numquam amplectitur eam evictionem, quæ sequitur naturam rei, quo casu requiritur specifica evictionis promissio.

MACERATEN. LEGATORUM, ET FIDEICOMMISSI SUPER MANUTENTIONE.

Lunæ 26. Januarii 1711.

DECIS. DXX.

Liquet ex Summario.

MEDIOLANEN. BENEFICII.

Veneris 30. Januarii 1711.

DECIS. DXXI.

Habens unam de qualitatibus alternative a Testatore requisitis pro consequendo legato, seu fideicommisso, vel Beneficio Jurispatronatus est semper præferendus in concursu nulla, seu neutra qualitate pollenti. Testator semper præsumitur voluisse succedere agnatos, vel cognatos de linea ab ipso expresse nominata, ac prædilecta, non vero agnatos, vel cognatos de altera linea transversata, ac dissecata. Vocatio alicujus familiæ cum dictionibus personalissimis *ipsi*, & *eorum* semper restringitur ad familiam effectivam, vel saltem proxime contentivam.

ROMANA PECUNIARIA SUPER PRIMO CONTRACTU ANNI 1692.

Lunæ 23. Februarii 1711.

DECIS. DXXII.

Etsi cum conjecturis non solvatur, solutio tamen optime argui potest ex iisdem conjecturis. Pluralitas emptionum, seu contractuum numquam præsumitur maxime cum diversis Personis pro una eademque re perficienda. Quilibet administrator tenetur reddere rationem de bonis tantum ad ejus manus perventis, numquam vero alio Administratori relictis, sive commissis. Actio *contraria mandati*, vel *negotiorum gestorum* quando intret.

ROMANA PECUNIARIA SUPER SECUNDO CONTRACTU.

Lunæ 23. Februarii 1711.

DECIS. DXXIII.

Leges in Summario.

ASTEN. PRIORATUS DE COSTA SUPER PERTINENTIA.

Veneris 6. Martii 1711.

DECIS. DXXIV.

Referuntur plures Doctorum hinc inde sentientium opiniones super illa quæstione, an per Testatorem, vel alium disponentem vocato majori natu de aliqua descendentia, seu familia iste sit intelligendus de majori natu naturaliter, vel de majori natu Civiliter, & affertur distinctio bonorum, super quibus diversa militet dispositio. Resolvitur tamen in Jurepatronatus activo si fuerint vocati Primogeniti, sive majores natu venire Primogenitos, sive majores natu Civiles. Quidquid dicendum esset in Jurepatronatus passivo.

ASTEN. PRIORATUS SUPER INSTITUTIONE.

Veneris 6. Martii 1711.

DECIS. DXXV.

Non indiget.

ROMANA, SEU NULLIUS IMMISSIONIS.

Lunæ 9. Martii 1711.

DECIS. DXXVI.

Constitutio S. M. *Innocentii XI.* quę habetur impressa penes *Card. de Luc.* ejus tunc Auditorem *in tract. de Statut. success. pag. 3., & seq.* disponit præcipue *sub §. 13.* quod quoties Statuta exclusiva feminarum propter masculos aliquam dubiam, & ambiguam interpretationem recipiant, in tali dubietate respondendum semper sit favore masculorum exclusis feminis. Ea itidem disponit sub antecedenti §. 7. quod in Statutis exclusivis feminarum propter masculos non requiratur confirmatio, vel approbatio Supremi Principis in forma specifica sed satis sit approbatio communis, vel tacita, vel præsumpta, quæ ex Jurisdictione ob longissimi temporis observantiam inducatur. De existentia Statuti illiusque observantia quando constare dicatur. In Statutis Exclusivis feminarum, licet proximarum propter masculos, licet transversales si remotioris non existant, Materteræ excludantur Consobrinis, licet ab eis distantibus per unicum gradum.

NEAPOLITANA JURIUM PAROCHIALIUM.

Ven. 13. Martii 1711.

DECIS. DXXVII.

Benedictio Ovorum, aliorumque Comestibilium in Paschate Resurrectionis Dominicę non est de Juribus Parochialibus, ideoque licite fieri potest tam a Regularibus, quam a simplicibus Sacerdotibus, & tam in Ecclesiis Parochialibus, quam non Parochialibus, & tam Regularibus, quam Secularibus, cum hac tamen modificatione in Decisione sapienter insinuata, quod istę Benedictiones fieri debeant privatim a Regularibus.

MACERATEN. LEGATORUM, ET FIDEICOMMISSI, SUPER PRÆDIO DELLA CIMARELLA.

Veneris 27. Martii 1711.

DECIS. DXXVIII.

Segetes recollectę de tempore obitus fideicommittentis non remanent liberæ heredi gravato, sed sub fideicommisso comprehenduntur. Jocalia, Census, & nomina debitorum usu non atteruntur, ideoque illorum alienatio imputari debet in legitimam heredi gravato. Divisio inter heredes gravatos inita supplet vices Inventarii, præcipue si sit facta cum omnibus solemnitatibus, & sit specifica, atque individua.

CAMERINEN. BONORUM.

Veneris 17. Aprilis 1711.

DECIS. DXXIX.

Pretensus vocatus accipiens bona fideicommissaria propria auctoritate a condividente, vel Cessionario Spolium committit. Fideicommissum vero præcognitum, si in divisione bona fideicommissaria libera estimantur, & assignantur, & clausulę generales promissionis perpetuæ observantiæ, obligationis heredum, evictionis, molestiarumque liberationis concurrunt cum limitatione regulæ, remissum censetur, & de dd. clausarum importantia differitur.

URBEVETANA IMMISSIONIS.

Lunæ 20. Aprilis 1711.

DECIS. DXXX.

Usufructuarius præsertim Testatoris voluntate obsistente nusquam est heres etiam in proprietate. Ab intestato succede-

cedere nequit, qui emisit realem, & audicativam omnium bonorum renunciatione, & quando talia dicenda sit renunciatio, præsertim si ea facta noscatur ab Ingrediente in Religione. Fideicommissarius petere nequit immissionem ad ea bona, quæ tam ab alio, quam a se ipso pro liberia semper habita fuere. Adjudicatio pro restitutione dotis ex bonis fideicommissi quando dicatur valida.

ILLERDEN. HEREDITATIS DE GOMAR.

Veneris 24. Aprilis 1711.

DECIS. DXXXI.

Existentia bonorum ad hereditatem spectantium ex quibus probetur. Heres tenetur servare, & custodire libros descriptos in Inventario, sicuti etiam reliqua bona in eodem Inventario notata.

FERRARIEN. BONORUM SUPER MANUTENTIONE.

Mercurii 29. Aprilis 1711.

DECIS. DXXXII.

Sententia, seu Decretum licet non sustineat erga non citatos, sustinet tamen erga citatos. Hoc tamen minime procedit, quando non tractatur simpliciter, sed positive agatur de amovendo Compossessore, seu Possessore pro indiviso, quia tunc nullitas patrata erga non citatum præservat etiam citatos. Mandatum excessivum sustinetur semper pro summa vere debita. Licet si mandato subsequatur exsequutio, tunc enim exsequutio uti excessiva, est omnino revocanda.

BONONIEN. FIDEICOMM. DE BENINIS.

Veneris 8. Maii 1711.

DECIS. DXXXIII.

Femina nusquam admittitur ad successionem, sive vel active ad capessendam possessionem, vel passive ad impediendum substitutum, quoties solum virilis sexus in tota efformatione, & progressione lineæ nosceitur invitatus, & quando vocati apparent masculi masculorum, pluribusque vicibus repetita qualitas masculinitatis. Feminæ an, & quando per posterius post defectum scilicet masculorum succedere possint, docte, ac magistraliter declaratur hæc regula, & afferuntur triplices casus in quibus illam procedere asseritur. Descriptio si non sit integra sicuti etiam inventarium solemne, si istud pariter non sit integrum, est nullum, & irritum. Divisio ex intervallo facta inter heredes supplere nequit vicea Inventarii.

TRIDENTINA PAROCHIALIS.

Lunæ 11. Maii 1711.

DECIS. DXXXIV.

Concursus ad Parochiales Ecclesias tam attenta *S. Concilii Trid.* Sanctione, quam notissima Constitutione *S. M. Pii V. la 33.*, si intra ab eis præfixum tempus non fiat, subintrat ipso jure expressa reservatio favore S. Sedis. Resignatio, quæ ex causa faciendæ semper est juxta Constitutionem ejusdem *D. Pii V. la 58.*, neque recipi, neque admitti, neque auctorizzari potest ab Ordinario, vel Capitulo, sed privative spectat ad Summum Pontificem Regula de triennali quando non profit possidenti. Simonia ex quibus arguatur.

AUXIMANA, SEU CAMERINEN. FIDEICOMMISSORUM.

Mercurii 3. Junii 1711.

DECIS. DXXXV.

Binæ in hac Decisione pertractantur quæstiones; prima an filiorum appellatione comprehendantur etiam Nepotes in fideicommisso, potissimum ascendentali, & illos non comprehendi resolvitur, quoties non adsint io contrarium conjecturæ. Secunda an ad inducendam repræsentationem attendatur proximitas gravati, & non gravantis, & multipliciter distinguitur.

Cetera leges in altero argumento Decis. quam habes supra in ordine *la 502.* quæ confirmatur.

ROMANA CAPPELLANIæ.

Merc. 3. Junii 1711.

DECIS. DXXXVI.

Famina unica superstes de familia Fundatoris est indubitanter comprehensa sub nomine Domus, & familiæ, potissimum si adjecta fuerit in Tastamento prælatio masculorum, quæ pernecesse supponit vocationem saltem per posterius favore feminarum. Sub nomine *heredum*, ac *successorum* quando ex voluntate Testantis feminæ comprehendantur. Qualitas hereditaria ad effectum succedendi in Jurepatronatus mixto non requiritur quod sit actu positive, sed requiritur in potentia.

FAVENTINA JURISPATRONATUS.

Veneris 12. Junii 1711.

DECIS. DXXXVII.

Habes supra in Decis. 498., quæ confirmatur.

PISANA PRIORATUS.

Lunæ 15. Junii 1711.

DECIS. DXXXVIII.

Major probatio ultimi Status exoptari certe nequit, quam quoties beneficium vacat per mortem illius qui ultima vice præsentatus fuit; Itaut possessio præsentati firmet possessionem præsentantis, quæ in illo facto, & effectu consistit. Subrogatio regulariter a S. Sede conceditur superstiti collitiganti, in Jus & possessionem alterius prædefuncti collitigantis.

ROMANA, SEU FLORENTINA CENSUS.

Veneris 19. Junii 1711.

DECIS. DXXXIX.

Inventarium quo in loco sit conficiendum, & an restitutio in integrum ab omissa illius confectione concessa a Supremo Principe suffragari possit existenti extra ditionem Principis; pro obtinenda vero hujusmodi in integrum restitutione citari debent omnes Creditores, etiam absentes, quos tamen non sufficit citasse ad valvas, vel per proclama.

AVENIONEN ADMISSIONIS AD MAGISTERIUM ARTIS.

Lunæ 22. Junii 1711.

DECIS. DXL.

Artium Collegia eo ipso quod tolerantur a Principe Superiori, habent præsumptam confirmationem erectionis ejusdem Collegii, alias deflecterent in Conventiculas omni Jure prohibitas; ea concedere possunt Statuta, quando illa respiciunt publicam utilitatem, & sunt licita, & honesta, idqua etiamsi nulla accesserit, vel præcesserit Superioris confirmatio; Et in specia tractatur de Statutis Artium Collegiorum Civitatis Avenionensis.

CÆSARAUGUSTANA BENEFICII SUPER DECLARATORIA.

Lunæ 22. Junii 1711.

DECIS. DXLI.

Declaratoria respectu Censurarum, quæ sit, quando detur, & quando illius omissio reddat Sententiam non modo injustam, sed etiam nullam, & demum an dari possit ante liquidationem fructuum.

COMPOSTELLANA PAROCHIALIS DE PARDESSOA.

Lunæ 22. Junii 1711.

DECIS. DXLII.

Meliorationes, quæ fiunt in Regno Hispaniæ, & quando Leges, & Moras Hispanorum favore liberorum indulgant. Clausulæ codicillaris ea est virtus, ut contractabulato testamento per filii præteritionem sustineantur legata, & conditiones in eodem testamento appositæ, maxime si filius idem testamentum approbaverit.

COMPOSTELLANA PAROCHIALIS DE PARDESSOA SUPER SEQUESTRO.

Lunæ 22. Junii 1711.

DECIS. DXLIII.

Sequestrum vigore Constitutionis Sanctæ M. Clementis V. pro casu, qua ratione, & a quibus imponi possit super fructibus Beneficii.

ROMANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 22. Junii 1711.

DECIS. DXLIV.

Non indiget.

NO-

NOVARIEN. PECUNIARIA.
Ven. 26. Junii 1711.
DECIS. DXLV.

Promissio de donando, vel aliquid adimplendo, sive faciendo, licet non sit proprie Donatio, vel factum, efficitur postea talis, vel tale, quando inita est ex aliqua præsenti causa correspectiva; Cessionarius an, & quando sibi imputare debeat, si summam sibi cessam exigere neglexerit.

NULLIUS, SEU CAPUTAQUEN. IURISDICTIONIS.
Ven. 26. Junii 1711.
DECIS. DXLVI.

Magistralis, & docta est præsens hæc decisio super probatione Territorii separati, & Jurisdictionis quasi Episcopalis in Abbate Cadoxæ, & Casalis novi existentis inter Episcopatus Polycastren, & Caputaquen., & pro Abbate resolvitur, & late deducuntur ea quæ requiruntur ad effectum probandi Territorium separatum, & eamdem Jurisdictionis quasi Episcopalem.

NVLLIVS, SEV CAPVTAQVEN. JVRISDICTIONIS SVPER ATTENTATIS, ET NOVIS CENSVRIS.
Veneris 26. Junii 1711.
DECIS. DXLVII.

In humandis Cadaveribus defunctorum quando committantur attentata, & quomodo ista sint purganda.

VRBEVETANA MANVTENTIONIS.
Veneris 26. Junii 1711.
DECIS. DXLVIII.

Non indiget.

RIPANA CENSVVM.
Ven. 3. Julii 1711.
DECIS. DXLIX.

Confessio Mariti de recepta Dote, concurrentibus adminiculis, & conjecturis, pro veritate habenda est, adducuntur tamen conjecturæ, quibus roborari possit prædicta confessio. Compensatio quando intret, & quando fundi eatur in credito censuali. Dispositio *Text. in cap. Cum esses de Testam.* an locum habeat in dispositione facta Juvene in statu floridissimæ salutis.

ROMANA ASSIGNAMENTI DE ALTERIIS.
Veneris 3. Julii 1711.
DECIS. DL.

Verbum *Secundogeniti* an sit restringendum, sive considerandum respectu aliorum Fratrum, sive potius respectu Patris, & an assignamentum, sive alimenta Secundogenitis relicta detrahi debeant per antipartem; & quomodo sit procedendum, queve expensæ sint prius deducendæ pro taxandis congruis alimentis.

ROMANA IMMISSIONIS.
Veneris 3. Julii 1711.
DECIS. DLI.

Statutum Vrbis quid disponat, & quando procedant per eum disposita *in cap. 145. & 146. lib. 1.*

ROMANA IMMISSIONIS SVPER RESTITVTIONE IN INTEGRVM.
Veneris 3. Julii 1711.
DECIS. DLII.

Statutum *Vrb. in cap. 145.* quid disponat, & quando locum sibi vindicet. In Fratris arbitrio est vel actu dotare sororem, vel implicite renunciando Statutariæ dispositioni eam ad confuecessionem sive paternam, sive maternam admittere, & quando id fecisse Frater dicatur.

ROMANA DOTIS.
Veneris 20. Novembris 1711.
DECIS. DLIII.

Fuse agitur an, & quomodo, & ex quibus adminiculis, sive conjecturis probari possit dotis, vel illius augmenti promissio, & an in constitutione, vel promissione d. augmenti facta a muliere requirantur Statutariæ Vrbis solemnitates.

PERVSINA PRÆEMINENTIARVM.
Mercurii 2. Decembris 1711.
DECIS. DLIV.

Parochus an præter Jura Parochialia fundatam etiam habeat intentionem in Ecclesiis Confraternitatum existentibus intra limites suæ Parochiæ exercendi Functiones Spirituales, vel Ecclesiasticas, quæ vel ex Jure, vel ex consuetudine ad digniorem spectant. Etex quibus probetur subjectio Ecclesiæ, alteri Ecclesiæ Parochiali.

PERVSINA PRÆEMINENTIARVM SVPER MANVTENTIONE.
Mercurii 2. Decembris 1711.
DECIS. DLV.

Habes ex Summario.

SPOLETANA CAVTELÆ ANGELI SVPER EXSEQVVTIONE.
Lunæ 7. Decembris 1711.
DECIS. DLVI.

Non indiget.

EADEM CORAM EODEM SUPER EXCESSU.
Lunæ 7. Decembris 1711.
DECIS. DLVII.

Nec pariter indiget.

ASCULANA FIDEICOMMISSI SUPER REINTEGRATIONE.
Ven. 11. Decembris 1711.
DECIS. DLVIII.

Beneficium Legis, & Inventarii quid operetur favore heredis adeuntis cum eo hereditatem defuncti.

NULLIUS, SEU CAPUTAQUEN. JURISDICTIONIS.
Lunæ 14. Decemb. 1711.
DECIS. DLIX.

Habes supra in Decis. 546., quæ favore Abbatis confirmatur.

ROMANA RENUNCIATIONIS.
Lunæ 11. Januarii 1712.
DECIS. DLX.

Renunciationes an, & quando, & ex quibus verbis defumatur, quod fuerint comprehensivæ omnium hereditatum ex nova causa supervenientes, & de futuro renunciantì delatarum, & late, fuseque examinantur verba, quæ renunciationem etiam juribus futuris importent. Quæ tamen verba, & clausulæ de stricta juris censura non attenduntur quando adest mens, & voluntas renunciantis, nolle in sua renunciatione comprehendere jura de futuro, & ex causa nova supervenientia. Affertur distinctio, quæ intercedit inter renunciationes factas a Monasterium ingressuris, & ab illis in sæculo nubentibus, & quæ interpretatio circa eas capienda sit.

REATINA FIDEICOMMISSI DE SEVERIS SUPER FRUCTIBVS.
Veneris 22. Januarii 1712.
DECIS. DLXI.

Fructus a quo die sint restituendi ab eo, qui in mala fide fuit positus ob productionem Monitorii, & jurium indicationem; Et quid dicendum, si Monitorium deficiat, vel in actis ex culpa Notarii fuerit deperditum, quo casu examinatur, an valeat illius indicatio. Fructus an bona fide percipiat is, qui fuerit semel in mala fide repositus, sed postea actor quieverit per longum temporis spatium, ac permiserit fructus percipi a reo.

HERBIPOLEN. MONASTERII.
Mercurii 27. Januarii 1712.
DECIS. DLXII.

Monasterium supprimere, vel in loco Regularium, seculares in eo ponere ad quem spectet; Et quibus de causis hæc conversio ad seculares fieri possit, & quæ prius præcedere debeant. Monasterium aliquod si a Religiosis relinquatur ob invasionem Hæreticorum, tunc transit in administrationem Summi Pontificis, & quid sit dicendum, si dictum Monasterium reperiatur, esse membrum alterius Monasterii.

PISAVREN. EMPHYTEVSIS.
Ven. 29. Januarii 1712.
DECIS. DLXIII.

Licet regula sit, quod per simplicem divisionem nullatenus remissum censeatur fideicommissum, vel alium ordinem succedendi, attamen æque præpotens est limitatio, quod

quod scilicet si in eadem divisione legantur verba, & appositæ noscantur tales clausulæ, quæ dividentium voluntatem remittendi fideicommissum demonstrent, tunc semper dicitur remissum fideicommissum. Ex quibus autem arguatur hęc voluntas, late habetur in decisione, ubi omnia quæ pro fideicommissia sunt disposita locum habent in emphyteusi.

ROMANA SPOLII.
Ven. 19. Februarii 1712.
DECIS. DLXIV.

Notulæ juratæ exhibitæ per Salvianistam, vel associatarium standum est circa quantitatem fructuum perceptorum ex bonis Debitoris. Eadem tamen notula non sufficit ad effectum agendi. Deliberatio est nulla, si in ea non intervenit pecunia numerata; sed vide plures declarationes super hac quæstione.

ROMANA PECVNIARIA, SVPER PRIMO CONTRACTV.
Lunæ 22. *Februarii* 1712.
DECIS. DLXV.

Habes supra Decis. 522., quæ in pręsenti, juxta tamen modum exprimendum, confirmatur.

ROMANA PECVNIARIA SVPER SECVNDO CONTRACTV.
Lunæ 22. *Februari* 1712.
DECIS. DLXVI.

Non indiget,
Et si lubet vide in decis. 523. quæ confirmatur.

ALBANEN. SVCCESSIONIS.
Die 26. *Februarii* 1712.
DECIS. DLXVII.

Egressus a Religione quomodo sit admittendus ad paternam hereditatem a Fratribus in sæculo, qui divisionem inter ipsos eorumdem bonorum paternorum inierunt, & una ex eis renunciationem emisit favore aliorum in sæculo exsistentium. Statutum si recepta dote per filios eos excludat ab hereditate Patris intuitu Masculorum in computanda postmodum quantitate legitimæ, illud plus, quod eisdem feminis deberetur ultra dotem Masculis accrescit. Renunciatio facta ad commodum unius nominati extendi, atque ampliari nequit favore aliorum non nominatorum, & incognitorum.

ALBANEN. MANVTENTIONIS.
Ven. 26. *Februarii* 1712.
DECIS. DLXVIII.

Filius a Religione egrediens an consequi possit fructus a die obitus sui Patris, licet tunc temporis in Religione permanserit, illiusque fratres eosdem fructus bona fide percepissent, puta, quia sperare poterant, eorum Fratrem fuisse in Religione professurum. Et in qua summa dd. fructus calculandi sint.

ANAGNINA DOTIS, ET AVGMENTI.
Veneris 4. *Martii* 1712.
DECIS. DLXIX.

Falsitas ex quibus conjecturis argui possit. Supradotatio, sive donatio facta a viro seni favore sponsę teneræ adhuc ętatis ex quibus non dicatur de falsitate suspecta, quinimmo cum ea non reputetur in jure gratuita, sed correspectiva, nulla indiget insinuatione. Subscriptio quando probet contra subscribentem plene agitur.

NOVARIEN. PAROCHIALIS.
Lunæ 11. *Aprilis* 1712.
DECIS. DLXX.

Vocum paritas si concurrat in præsentatis, Ordinarius habet facultatem eligendi alterum ex præsentatis sicuti refectus putabit. Hæc tamen Ordinarii gratificatio debet fieri post delapsum terminum edictorum & inspectis prius meritis utriusque præsentandi. Potissimum in Beneficiis Parochialibus in quibus est semper is præferendus, qui est dignior, Sacerdos in concursu Clerici, & alias animarum curam exercuerit.

PISANA PRIORATVS.
Lunæ 11. *Aprilis* 1712.
DECIS. DXXI.

Inter duos compatronos adinvicem contendentes, alterum super pertinentia, alterum super possessione, is semper est præferendus qui vigore ultimi status reperitur in quasi possessione præsentandi, & quibus de causis hoc fuerit stabilitum a Sacris Canonibus; Juspatronatus ex quibus præsumatur hereditarium. Institutio interim denegari non debet præsentato a Possessore ultimi Status saltem donec de alterius bono jure in petitorio non constet.

NVLLIVS ABBATIÆ S. HILARII DE GALEATA.
Lunæ 18. *Aprilis* 1712.
DECIS. DLXXII.

Observantia non nocet, non probata prius scientia, & patientia illius contra quem allegatur, eaque non currit durante minorili ætate. Feudi investitura etiamsi ex verbis facta appareat ex pacto, & providentia, quando tamen ex clausulis, pactis, & observantia pręseferat facultatem alienandi investitis in præjudicium Successorum in investitura comprehensorum. Abbatia a S. Hilaro fundata a quibus fuerit aucta, ac decorata ad Similitudinem alterius similis non minus celebris Abbatiæ Fulden.

ROMANA HEREDITATIS.
Lunæ 18. *Aprilis* 1712.
DECIS. DLXXIII.

Amovibilitas, seu abstractio bonorum hereditariorum Viri facta a Vidua ex quibus probetur; & quæ exigantur probationes in materia adeo difficili. Alimenta, quæ juxta Statutum Urbis per sex Menses debeatur Viduæ in domo Viri prædefuncti, taxari debent juxta conditionem Personarum, & quantitatem Dotis.

ROMANA, SEU NEAPOLITANA SOCIETATIS CYMBÆ.
Veneris 22. *Aprilis* 1712.
DECIS. DLXXIV.

Plures afferuntur conjecturæ, sive Argumenta ex quibus arguitur Societas communis, prout sunt Epistolæ a Sociis hincinde transcriptæ, confessiones, & lucra communiter ex Societate percepta.

FANEN. FIDEICOMMISSI.
Veneris 29. *Aprilis* 1712.
DECIS. DLXXV.

Detractiones ob non confectionem Inventarii quando præsumantur consumptæ, & quando istæ dicantur excedere alienationes. Inventarium penes quem exstare præsumitur.

FIRMANA FIDEICOMMISSI.
Lunæ 2. *Maii* 1712.
DECIS. DLXXVI.

Filii positi in conditione quando censeantur dispositive vocati, & quid dicendum, si non modo filii, sed etiam ulteriores descendentes fuissent pariter sub conditione vocati. Reciproca linealis ex quibus conjecturis inducatur, & quando arguatur volita a Testatore inter substitutos, & descendentes ulteriores, & etiam remotiores. Identitas bonorum fideicommittentis ex quibus probetur juxta celebrem præsumptionem *Fulgos. cons.* 145.

MAJORICEN. BENEFICII.
Lunæ 2. *Maii* 1712.
DECIS. DLXXVII.

Habes supra in Decis. 476., quæ confirmatur.

ROMANA PRÆTENSÆ REINTEGRATIONIS.
Lunæ 6. *Junii* 1712.
DECIS. DLXXVIII.

Investimentum fructuum totius hereditatis bonorum fideicommissariorum an, & quando præsumatur injunctum heredi gravato, vel usufructuario, quem Testator tantopere in votis habuit, ac predilexit. Gratia Supremi Principis numquam remanere debet elusoria, & inanis. Quoties Testator restitui dumtaxat proprietatem injungit post mortem, nusquam potest substitutus prætendere fru-

fructua maturatos, pendenta conditione fid. commissi, a ab herede perceptoa.

ANAGNINA REDDITIONIS RATIONIS.

Veneris 10. Junii 1712.

DECIS. DLXXIX.

Ratio præsumitur reddita, si post dimissionem Tutelæ Tutor per lapsum triginta, vel quadraginta annorum numquam fuerit ad eam reddendam interpellatus. Herea cogi nequit ad novam redditionem rationis, ad quam non teneretur defunctus si viveret; Maxime si hujusmodi prætensio promota fuerit post obitum illius, qui erat optime informatus.

ROMANA TREBELLIANICÆ.

Veneris 10. Junii 1712.

DECIS. DLXXX.

Egregia, & exemplaria vere hæc dici potest Decisio magistraliter plurea tractans quæstiones, quarum prima est; An legitima Patris, vel Matris in bonis filii cum Testamento decedentis, qui germanos fratres quoque habet sit tertia tertiæ, vel tertia totius, & quid si filius ab intestato prædecesserit, an Patri sive Matri pro sua legitima competat tertia tertiæ, vel tertia totius, quæ ab intestato habere possent. Trebellianicæ prohibitio ex quibus arguatur, & quando verba integritatem, sive totalitatem importantia adjecta in restitutione facienda fideicommissario, illius prohibitionem importent. Facta prohibitione primo heredi, ne detrahat Trebellianicam, illam detrahere potest heres fideicommissarius, sive substitutus, quoties ipse non apparet æque prohibitus, juxta doctrinam *Salicet. in l. Sancimus §. Cum autem C. ad Senat. Conf. Trebell.*, & quid dicendum de herede extraneo.

BONONIEN. FIDEICOM. DE BAVOSIIS SUPER EXPENSIS.

Lunæ 17. Julii 1712.

DECIS. DLXXXI.

Non indiget.

PISAUREN., SEU FANEN. CENSUS.

Veneris 17. Junii 1712.

DECIS. DLXXXII.

Qualitas hereditaria ex quibus dici debeat inducta. Legitima est portio portionis ejus, quod competit ab intestato: Et in tantum compellatur quota bonorum, & non hereditatis, in quantum Legitimarius probabiliter solvere tenetur alienum æs defuncti, ipsaque legitima semper intelligitur deducto prius ære alieno. Eminentissimi Magni Magistri Sac. Religionis Hierosolymitanæ solent sæpissime facultatem concedere etiam Professis, libere disponendi de bonis signanter patrimonialibus.

PISAUREN., SEU FANEN. CENSUS.

Veneris 17. Junii 1712.

DECIS. DLXXXIII.

Minor si contrahit censum pro extinguendo primo sub majoribus usuris convento, rem gerit utilem, nec ex defectu solemnitatum secundam obligationem impugnare potest; & hoc procedit etiamsi primus census fuerit ex tali pariter defectu solemnitatum nullus, dummodo tamen fuerit a minore facto majore ratificatum, atque approbatum, & hæc nullitas numquam controversa a majore, allegari nequit ab ejus herede. Versio pecuniarum in extinctione cenfus, sive debiti anterioris ex quibus argumentis, & conjecturis probata dici possit.

ROMANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 20. Junii 1712.

DECIS. DLXXXIV.

Filiationis probationes quæ in uno casu, queve in altero faciendæ sint præclare, ac docte distinguitur, & quinque afferuntur diversi, casus, in quibus enucleantur probationes, & argumenta, quæ in eis requiruntur. Expenditur *Papiniani* Responsum relatum in famigerata *l. Miles §. Quod privilegium verf. Defuncto ff. ad l. Jul. adulter., & Stup.*, & quomodo istud sit intelligendum, cui contraponitur alterum non minus celebre, sed magis distinctum, ac præcisum Oraculum *Ulpiani* pariter registratum in *l. Filium 6. ff. de his qui sunt sui, vel alien. Jur.*, ac denique referuntur Auctoritates pro intelligentia hujus postremæ legis, & rejiciuntur contrariæ. Testium quo casu, & in quibus circumstantiis stari debeat primo, vel secundo loco dictis.

TRIDENTINA BENEFICII.

Lunæ 20. Junii 1712.

DECIS. DLXXXV.

Liquet ex Summario.

ROMANA DONATIONIS, SEU CAPPELLÆ.

Mercurii 22. Junii 1712.

DECIS. DLXXXVI.

Nullæ Statutariæ solemnitates requiruntur in obligationibus factis per Mulierem favore causæ piæ, seu in beneficium animæ, & ex causa correspectiva, & onerosa. Obligatio, sive promissio facta extra Testamentum, immutari, ac revocari nequit in Testamento, Donatio si fiat inter vivos per actum de præsenti, licet successive de morte fiat mentio, eo casu mortis tempus reputatur designatum executioni, non vero alligatum substantiæ dispositionis effectæ jam revocabilis.

CALAGURITANA DIMIDII BENEFICII DE FORONDA.

Lunæ 27 Junii 1712.

DECIS. DLXXXVII.

Agitur de Concursu ad Beneficia Calaguritanæ Diœcesis, in quibus viget Constitutio S. M. Clementis VIII., demandans dignioritatem in eligendo, & non benevolam Ordinarii gratificationem; item de qualitatibus, ac requisitis, quorum ratione unus debeat alteri competitori præferri, non obstante, quod iste obtinuerit gratificationem ab Ordinario.

FOROLIVIEN. JURIS OFFERENDI.

Lunæ 27. Junii 1712.

DECIS. DLXXXVIII.

Habes supra in decis. 504., quæ in præsenti confirmatur.

HERBIPOLEN MONASTERII.

Lunæ 27. Junii 1712.

DECIS. DLXXXIX.

Dominium rei ex quibus remaneat probatum late differitur, ubi etiam dicitur, quod in antiquissimis leviores etiam probationes, indicia, & conjecturæ admittantur ad illius probationem.

CRACOVIEN., SEU SANDOMIRIEN. JURISPATRONATUS SUPER ATTENTATIS.

Veneris 1. Julii 1712.

DECIS. DXC.

Attentata quæ sint facti, queve Juris; Illa facti quoad illorum purgationem spolio violento æquiparantur, & quoad refusionem fructuum, expensarum, damnorumque pari passu procedunt, & quando eadem attentata facti commissa dicantur. Uniones Ecclesiarum factæ cum Auctoritate Regia sive Episcopali an in antiquis sustineantur.

CRACOVIEN. SEU SANDOMIRIEN. JURISPATRONATUS SUPER MANUTENTIONE.

Vener. 1. Julii 1712.

DECIS. DXCI.

Non est in Jure incompatibile, quod favore unius per sententiam definiatur bonum Jus, & alteri Interea manutentio tribuatur. Cura habitualis si residet penes aliquem, penes illum exstare dicitur Jus, titulus, & Jurisdictio, exercitium vero penes Parochum, sive Vicarium.

ROMANA, SEU CAVALLICEN. PECUNIARIA.

Veneris 1. Julii 1712.

DECIS. DXCII.

Creditum cessum in certa, & specifica quantitate anunciata, an & quo debeat illud semper præstari, & manuteneri verum, & reale pro eadem anunciata summa, & quantitate. Sciens, rem emptam, sive cessam subjectam esse alicui evictioni, vel diminutioni non valet petere postea evictionem, & relevationem ejusdem diminutionis.

NEA-

NEAPOLITANA ASSIGNAMENTI, SIVE COMMUTATIONIS VOLUNTATIS.

Sabat. 23. Julii 1712.

DECIS. DXCIII.

Summo Pontifici privative spectat Defunctorum voluntates declarare, moderari, & commutare, istaque tamen commutatio, sive declaratio fieri debet concurrentibus justis, ac necessariis causis, vel saltem probabilibus, ac rationabilibus, & quæ sint istę causæ justæ, ac rationabiles. Alimenta in quamnam summam taxari debeant Prænobili, ac Primogenito, qui ex precepto, ac voluntate Testatoris tenetur in Uxorem ducere Mulierem æque Prænobilem, & agnationem Testatoris conservare, & ex quibus istud votum conservandæ agnationis, & familiæ decus arguatur; & an in decernendis, sive taxandis prædictis alimentis ponenda, ac consideranda sit industria, sive munus alicujus. Investimentum ab herede factum an isti, vel hereditati cedat, in fine firmatur.

BRICTINORIEN. PAROCHIALIS.

Veneris 25. Novembris 1712.

DECIS. DXCIV.

Subcollectores si actu sint Parochi, in iis, quæ concernunt curam animarum, & Sacramentorum administrationem, subjiciuntur Ordinario. Regula 4. hodie 5. Cancellariæ exemptionem Concedens subcollectoribus a potestate Ordinarii, quomodo sit intelligenda, & impetranda sit unicitas subcollectorum ab eadem Regula demandata pro requisito prędictæ exemptionis.

LAURETANA LEGATI SUPER EXPENSIS.

Lunæ 28. Novembris 1712.

DECIS. DXCV.

Non indiget.

ILLERDEN. HEREDITATIS DE GOMAR.

Veneris 9. Decembris 1712.

DECIS. DXCVI.

Habes supra in Decis. 531. quæ confirmatur.

FAVENTINA HEREDITATIS.

Lunæ 12. Decemb. 1712.

DECIS. DXCVII.

Renunciatio quando, & ex quibus circumstantiis dicatur penitus realis, & abdicativa, precipue si sit facta a Muliere jam dotata, & quid super hoc statuat Statutum Faventiæ. Jus repræsentationis datur in filio in gradum Patris, seu Matris, & an Mater renuncians præjudicare possit filiis ex persona propria, mediante jure repræsentationis, venientibus.

PISAUREN., SEU FANEN. CENSUS SVPER RESERVATIS.

Ven. 16. Decemb. 1712.

DECIS. DXCVIII.

Statutum Fani quid disponat circa contractus initos inter Minores, & Mulieres. Causa, que in contractibus Minorum intervenire debet, quæ sit, & quomodo probanda. Accollatio quid importet, & quę sit ejus natura. Minor major factus quando dici debet ratificasse contractum in minorili ætate ab eo initum.

IMPRIMATUR

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtol. Magiſt.

Philippus Spada Epiſcopus Piſauren. Viceſgerens.

IMPRIMATUR

Fr. Joachim Pucci Magiſter, & Soc. Sac. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Præd.

DECISIONES
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
CORAM BON. MEM.
R. P. D. ANSALDO DE ANSALDIS
Ejusdem Sacræ Rotæ Auditore, & postea Decano.

Cæsaraugustana Beneficii.

Ven. 7. Januarii 1709.

ARGUMENTUM.

Nuncius Apostolicus, Legatus, aliique S. Sedis Officiales vigore eorum facultatum conferre possunt quæcumque Beneficia etiam reservata, dummodo tamen nec in obulo excedant valorem ducatorum 24.; & hic excessus, aliaque necessaria requisita in hujusmodi Collationibus a Summis Pontificibus demandata a quo sint probanda, & an ad hujusmodi probationem faciendam admittantur Testes, aliæve leviores probationes.

SUMMARIUM.

1. *Sac. Rota cognoscere semper solet causas super exsequutione gratia in forma gratiosa concessa.*
2. *Nuncius Apostolicus, & Legatus vigore eorum facultatum conferunt quacumque beneficia etiam reservata, dummodo non excedant valorem ducatorum* 24., *&* n. 7.
3. *Et qua servare prius compellantur, ad hoc ut valide provisionem Beneficiorum facere debeant, &* n. 5.
4. *Verbum* prius *exposcit verificationem temporis a parte ante.*
5. *Provisio Beneficii facta a Nuncio, seu Legato ut valeat neque in obulo excedere debet importantiam* ducat. 24.
6. *Et de ratione.*
7. *Qui probare teneatur requisita demandata, & volita a Summo Pontifice in hujusmodi Collationibus Beneficiorum.*
8. *Littera Apostolica justificata promptam merentur exsequutionem.*
9. *Beneficii valor per non excessum, ut justificetur, admittuntur etiam testes de publica voce, & fama, vel aliæ leviores probationes.*
10. *Mensis Januarius est semper S. Sedi reservatus.*
11. *Verificatio vacationis Beneficii sequuta in Mense reservato ex quibus probetur.*
12. *In provisione facta sub forma* gratiosa *præsumitur per antea sumptam fuisse opportunam, & vigilem informationem ab Eminentissimo Prodatario ejusq. Ministris.*

DECIS. CDL.

Joseph assequutus in forma penitus gratiosa a SS.mo D. Nostro Collationem Beneficii vacantis *in mense Januarii* Sanctæ Apostolicæ Sedi de more reservati, per obitum Michaelis, sibi suaserat liberam, & expeditam obtinere posse hujusce gratiæ exsequutionem per effectivam adeptionem, seu possessionem ejusdem Beneficii, sed in naturali detentatione illius adinvento Bartholomæo præsumente priorem, eumdemque legitimum titulum fovere per antecedentem Nuncii Hispaniarum provisionem, illam, quam sicuti præmisimus, in partibus reportare nequivit exsequutionem, lacessito detentore supplex imploravit *a Sac. Auditorio*,
1 in quo, Teste *Gonzal. ad reg. 8. Cancell.* §. 2. *Proœmial. num.* 59. 60. *& seqq.* aut semper, aut regulariter hujusmodi causæ ad contentionem redactæ cognoscuntur; & voti compos obtinuit mediante *hodierna* resolutione *litteras Apostolicas esse exsequendas*.

Quantumvis etenim, vel in quoddam restaurum assidui laboris, sive dispendiosi servitii, vel in majus ornamentum, & decus suorum Officialium, & legatorum, vel demum viscera pietatis diffundendo, ne scilicet remotæ nationes, seu Clerici illarum Nationum longe distantes ab Urbe cogantur graviora in-

commoda, & expensas subire pro modicis impetrandis Beneficiis, & de cetero reservatis, directe Curiam Romanam, & Summum Collatorem, seu Pontificem accersendo, S. Sedes indulserit prænominatis suis Officialibus, sive Nunciis, aut Legatis, ut Vicariam quodammodo potestatem exer-
2 centes conferre valeant hujusmodi Beneficia ad normam illius indulti, quod substantialiter habetur impressum, seu relatum apud *Garz. de Benef. par. 5. cap. 3. n. 83.* & de quo passim meminit *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 2. Proœmial. n. 55. & seqq. Barbos. de Jur. Ecclesiast. in Universf. lib. 1. cap. 5. num. 59. Rot. dec. 114. num. 8. coram Duran. dec. 130. num. 14. coram Cels. dec. 259. n. 3. par. 15. dec. 719. n. 17. par. 18. rec.*

Nihilominus ad hoc, ut hujusmodi indultaria, seu delegata potestas juvet memoratos Officiales, Legatos, seu Nuncios, & ab iis provisos, indispensabiliter duo copulative requisita desiderantur; Alterum nempe, quod omnino, & ad unguem observata noscatur forma præscripta in ipsius indulti tenore concernente signanter, ut non prius provisionem Beneficiorum facere debeat Legatus, seu Nuncius, quam sibi de fide dignorum Testimonio constiterit, fructus valorem annuum 24. *ducatorum* non excedere, alias nulla capta per Juridicum, & congruum processum informatione, sunt verba indulti, *provisiones pro tempore factæ nullius sint ro-*
3 *boris, & momenti*. Quemadmodum sæpesæpius in facti contingentia declaravit, ac practicavit *Rota*; & signanter *dec. 172. cor. S. M. Alex. VIII. dec. 935. n. 3., & dec. 1005. n. unico coram Emerix Jun. dec. 298. n. 10. par. 17. dec. 78. n. 5., & dec. 232. n. 6. & seqq. par. 18. rec. & in Burgen. Beneficii 22. Aprilis 1689. coram Eminentiss. D. meo Cardinali Caprara*.

Adeout minime sufficiat, quod etiam in continenti post collationem ab Indultario expletam superlative, doceretur de non excessu præfatæ summæ *ducat.* 24. id enim sibi præcise vindicat contemptus inobservatæ formæ per illud verbum *prius* exposcentis veri-
4 ficationem temporis a parte ante *ad Text. in l. a Testatore ff. de condit., & demonstr.*, ut neglecta tali praeambula, ac legitima informatione, corruat penitus Nuncii provisio, quemadmodum præter mox allegatos coñotavit *Card. de Luc. de benef. disc. 26. a num. 6. ad seqq.* & nuperrime fuit resolutum in valde considerabilibus circumstantiis *in illa Comen. Beneficii* 14. *Decembris* 1708. *§ Quod autem Nuncius, & fere per tot. cor. R. P. D. meo Kaunitz*.

Et alterum, quod ultra præcisum hujus formæ adimplementum, firmiter in rei veritate subsistat talis præventive capta informatio, nimirum quod Beneficii valor neque in obulo supergrediatur importantiã præfatorum du-
5 cat. 24. ad ea, quæ generaliter, licet in proposito istorum Indultorum, habentur penes *Garz. de Benef. d. par. 5. cap. 3. n. 84. Rot. dec. 832. n. 9. cor. Cerr. dec. 165. n. 4., & dec. 157. num. 5. cor. Emerix Jun. dec. 90. n. 11. par. 17. & dec. 189. n. 10. par. 18. rec.* & circa scrupulositatem excedentiæ etiam minimæ corruscant firmata *in dec. 296. num. 13., & seqq. par. 16., & dec. 298. n. 15., & 16. par. 17. rec.*

Idque, seclusa qualibet æquitate, rationem in se continet manifestam, quia cum solus in orbe Terrarum de Jure, ac concessione divina Dominus, & Collator quorumcumque Beneficiorum existat Petri Successor, & Christi Vicarius, hinc quoties Papa transtulit istud Jus in quemlibet sive Episcopum, sive Archiepiscopum, sive alterum specifice delegatum, is, ut gaudeat, seu potiri valeat tali sibi tradito, vel communicato Jure, rigide custodire tenetur legem sibi præfixam in sibi attributa potestate, nam si in casu
6 contrario Pontifex apponit manus, in substantia reassumit, quod suum erat, & est, unde consimilibus concessionariis respondere potest cum Sac. Euangelio = *Amice tibi non facio injuriam* = uti dicebat *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. Primo Proœmial. num. 45.*, & concordant *Text. in cap. cum Ecclesia Vulterana 3. de elect., & in l. injuriarum 13. §. 1. ff de injuriis l. nullus videtur 26. & l. factum 198. §. Non videtur ff. de reg. Jur. Abbat. in cap. nisi specialis num. 8. de aucl., & usurpat., Marant contr. Jur. par. 2. resp. 38. n. 27.*

His omnibus super addendo, quod hac ratione inexpugnabili retenta, vices mutantur familiarium regularum, quæ relevare consueverunt possessorem ab onere quidquam probandi, quoniam licet provisus in vim talis Indulti reperiatur in actuali possessione Beneficii a Nũcio impetrati; nihilominus quia ex opposito alter ejusdem Beneficii Collatarius Sanctæ Sedis ob vacationẽ sequutam in mense reservato, habet intentionem undique fundatam in provisione Summi Pontificis native Domini, & Patroni, compellitur ejus Adversarius a Nuncio provisus clare, & concludenter edocere de supradictis requisitis veluti effectus actor in sua exceptione, seu gratia conditionaliter concessa illius
7 auctori, sicuti uno ore positive conveniunt relati per *Card. de Luc. de benef. d. disc. 13. Rot. dec. 162. n. 13. & dec. 221. num. 3. coram*

ram S. Mem. Alex. VIII. dec. 357. num. 22., & seqq. par. 10. dec. 296. n. 9. par. 16. dec. 298. num. 14., & 15. par. 17., & dec. 78. num. 5. par. 18. rec. in Valentina Beneficii 17. Februarii 1697. §. Et alibi coram Rmo dell' Olmo Episcopo Konchen., & in Valisoletana Beneficii 19. Novembris 1708. §. Quæ omnia cor. R. P. D. meo Falconerio.

Istas proinde propositiones, & infallibilem Theoricam praxi, & casui nostro applicando, nil mirum si in *hodierna Audientia* prodiit, ut supra rescriptum *litteras Apostolicas a Joseph reportatas esse exsequendas*, dum Bartholomæus causam, seu titulum suæ provisionis a D. Nuncio recognoscens, & insimul controversi Beneficii Possessor opportune citatus, & expectatus, neque docuit de servata forma Indulti suæ provisionis, neque de arctato valore Beneficii, in hac quippe suppositione veluti per remotionem obstaculi litteræ, quas Joseph a Sancta Sede obtinuerat, illico promerebantur ob ingeni-
8 tam venerationem exsequutioni demandari *ad Text. in cap. si cap. de concess. Praben. Card. de Luc. de Benef. disc. 26. n. 13. cum aliis in proposito relatis per Rot. in Tuden. Beneficii 7. Maji 1706. §. Nec ad d. cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Potissime, quia e converso in ordine ad earumdem litterarum verificationem eam narrativam, quam expresserat in sua supplicatione videlicet non excessus *ducat. 36. aur. de Cam.* optime justificaverat Joseph per Testes desuper sufficientissime deponentes in ejus *Sum. n. 5.*, quando tamen perpenso motivo, quod Collatio facta fuerat Josepho tamquam de reservato per *reg. 8. hodie 9. Cancell.* valor expensus per modum negativum, seu ut dicunt *per non excessum* dici nequibat fundamentum gratiæ ejusdem Josephi, unde videmus, quod idcirco pro facienda hac negativa probatione admittuntur quoque Te-
9 stes de publica voce, & fama, vel aliæ leviores probationes, ut monent *Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 43. num. 3. Rot. dec. 107. n. 12. par. 10. dec. 48. n. 26. par. 11. dec. 71. n. 10., & seqq. par. 12. decis. 296. n. 8. par. 16. dec. 9. n. 7. par. 17. rec. in Tuden. Beneficii 20. Aprilis 1703. §. Valor cor. Emo Caprara, & in Abulen. Beneficii 22. Junii 1705. §. Vacatio cor. bo. me. Muto.*

De reservatione autem conflictati beneficii vigore prædictæ *Regulæ nonæ* suapte natura lucida emergebat certitudo, cum vacatio enarrata fuisset, ut diximus, *de mense Januarii*, qui est semper S. Sedi mancipatus, verificatio vero contingentiæ vacationis sub hoc mense reservata citra hæsitationem pa-tebat ex confessione Bartholomæi, qui nul-
10 lo alio Jure, nisi reservato per dictam regulam, consequi potuisset a Nunciatura collationem, ut inquit, quoad primam conclusionem *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Glos. 45.*
11 *§. 1. n. 22.*, & circa secundam, *Rot. dec. 1176. n. 3. cor. Emerix Jun. in Tuden. Beneficii 20. Aprilis 1703. §. Justitia cor. Eminentissimo Caprara, & in Vallisoletana Beneficii 22. Junii 1705. coram R. P. D. meo Caffarello Almæ Urbis Gubernatore.*

Reliqua tandem exposita minus erant justificanda, cum etenim Josephi provisio concepta legeretur non jam in forma Commissaria, sed in altera, quæ nuncupat. *Gratiosa*, præsumitur per antea sumptam extitisse opportunam, & vigilem Informationem ab Emo Prodatario, ejusque Administris, ideoque nulla ulterior exigenda restabat demonstratio ex passim collectis apud *Garz. de Benef. par. 6. cap. 2. n. 157. Ubert. de cit. par. 2. cap. 27. Rosa de exsequut. litt. Apostolicarum par. 1. cap. 13. n. 1. Rot. dec. 90. n. 6. par. 17. rec. in Conchen. Beneficii 10. Decembris 1698. §. Nam cum cor. Revmo D. meo Molines Decano, & in Calaguritana Canonicatus 4. Decembris 1697. §. Cum enim coram me.*

Et ita informante Josepho, & non comparente Bartholomæo &c.

Bononien. Fideicommissi.

Lunæ 14. Januarii 1709.

ARGUMENTUM.

Onus legitimæ impositum cum Cautela *Soccini*, & cum præcepto Testatoris, ut filius expresse illam vel acceptare, vel repudiare deberet, an id ab eodemmet filio tacite, vel ex conjecturis fieri, & induci possit ex detentione bonorum hereditariorum, nusquam inducit hereditatis aditio, quando detentio haberi potest ex alio titulo quam hereditario. Dictio *Donec* quid suapte natura importet. Transactio si in aliqua parte erronea dignoscatur, in nulla prorsus consideratione habenda est.

SUMMARIUM.

1. *Filius acceptando testamentum paternum cum cautela* Soccini *sibi imputare debet si ex improvida ejus electione legitimam detrahere nequit.*
2. *Acceptatio hereditatis superinducitur ex detentione bonorum.*
3. *Legitima prohibitio acceptata dicitur ex aditione hereditatis, quin individua approbatio consimilis prohibitionis, & oneris requiratur.*
4. *Acceptatio prohibitionis legitimæ cum cautela* Soccini *fieri potest tacite, etiam si* Te-

Testator jusserit illam fieri debere expresse.

5. *Assertur ratio.*

6. *Animus, seu voluntas ubi est clara, curandum non est de alio facto, aut purificatione conditionis.*

7. *Legitimæ subjugatio facta cum cautela Socini, accedente voluntate filii, de jure sustinetur.*

8. *Procurator semper præsumitur informatus de mente sui constituentis.*

9. *Transactio omnis de Jure habet præsumptionem pro se, & æquiparatur ipsi veritati.*

10. *Exceptio detractionum si sit turbida est inefficax ad retardandam immissionem.*

11. *Gravatus tenetur in plus quam sit ei relictum, quando plus percipit de fructibus eorum, quæ sibi relicta sunt.*

12. *Creditum illiquidum est inhabile ad retentionem interim permittendam.*

13. *Acceptatio oneris legitimæ nunquam præsumitur, sed est concludentissime probanda.*

14. *Aditio hereditatis ut ex actibus argui possit, debent ipsi esse univoci, & de necessitate hujusmodi aditionem comprobantes.*

15. *Exceptio fideicommissi antiquioris si sit clara impedit immissionem efflagitatam in vim fideicommissi posterioris.*

16. *Ex retentione bonorum nunquam infertur ad aditionem, quando eadem bona alio titulo quam hereditario retineri possunt.*

17. *Interpretatio melior exoptari nequit, quam, quæ derivat ab agnitione Partis, sive ab illius observantia subsequuta.*

18. *Dictio donec est suapte natura suspensiva.*

19. *Et directa ad actum de futuro faciendum quodlibet prætensum factum excludunt pro vere jam facto.*

20. *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*

21. *Decisum, & resolutum reputari nequit quidquam, quod ab alio declarari, ac definiri debebat.*

22. *Renunciatio translativa, sive abdicativa privat renunciantem ab omni ulteriori commodo, & beneficio.*

23. *Transactio erronea in nulla habenda est consideratione.*

24. *Antequam firmetur status hereditarius concedi interim nequit immissio arcta, & specialis, quinimmò neque etiam pro indiviso.*

DECIS. CDLI.

OB geminas, ac inter se discordes Decisiones editas *coram bo: me: Ursino*, unam sub *die* 11. *Martii* 1697. & alteram sub *die* 21. *Aprilis* 1698., ut tandem in æquilibrio posita statera in alterutram partem deflecteret, ad novum proinde examen, sive librationem hodierna die *coram me in ejusdem Ursini* locum suffecto revocata, sive perpensa utriusque pondera resolutionis, graviora visa sunt illa, quæ novissimam fulciebantur, & per consequens inclinandum potius esse *secundo loco Decisis*, *Domini* rescripserunt.

Quæstio pendebat ab unica, eademque fatali inspectione, utrum scilicet Marchio Claudius paternæ, nec ne voluntati mediante sufficienti acceptatione Testamenti acquievisset, tunc enim galea, & scutum oppositarum detractionum immissioni per Marchionem Ludovicum evaginatæ, atque petitæ nequaquam tueri poterant Annam Mariam ejusdem Claudii filiam, & respective detentricem bonorum, de quibus agebatur; Cum etenim Joannes Maria pater, & respective Avus utriusque collitigantis impinguando bona Primogenituræ Claudio filio demandasset litteraliter observationem omnimodã suæ dispositionis usque ad servandam in ordine ad legitimam celebrem cautelam nuncupatam *Soccini*, profectò statim ac idem Claudius valide acceptasset paternam ordinationem, non erat ultra procedendum, sibi namque filius debet imputare, si in libertate positus, vel observandi punctualiter jussum paternum mediante acquisitione bonorum, quæ ei Parens in excambium reliquerat, vel majus consequendi suam legitimam immunem ab omni gravamine, selegit acceptare dispositã cum tali alternante prohibitione, magis quippe, si quod damnum exinde resultet, debet in hoc casu referri ad improvidam filii præelectionem, quam ad
1 præmortui Patris potestatem, quæ signanter quoad legitimam nulla de Jure est, & prorsus inefficax, ut post plena manu congesta *in Carpentoraten. Legati, seu Legitimæ impress. post Card. de Luca ad materiam de Testam. dec.* 49. *n.* 5. *& seqq. & in Firmana Fideicommissi* 4. *Maji* 1705. §. *primo coram Me*. Sub hac præcisa ratione connotatum, atque insinuatum fuit *in Avenionen. Fideicommissi* 25. *Junii* 1700. §. *Verum quotiee confirmata sub die* 28. *Januarii* 1701. §. *Denuo igitur pariter coram me*.

Pro inducenda igitur, sive arguenda acceptatione plura deducebant Informantes pro Marchione Ludovico, & primo signanter, quod Claudius, & hactenus Anna Maria non sine scientia paternæ, seu avitæ dispositionis detinebant bona hereditaria Jo: Mariæ, qui hujusmodi legitimæ, aliarumque
2 detractionum prohibitionem indixerat, unde quemadmodum per bonorum detentionem semper inducitur acceptatio hereditatis,

tis, ex traditis *per Bartol. in l. Gerit sub n. 14. ff. de acquiren. heredit. Jason in l. ex his verbis Cod. de Testam. Milit. lib. 8. Mantic. de Conjectur. ultim. volunt. lib. 12. tit. 12. num. 8. Gaill. practicar. obser. 128. n. 12. lib. 2. Faebin. contr. Jur. lib. 6. cap. 53. Rot. dec. 98. n. 1. cor. Ludovis. dec. 231. n. 1. cor. Millin. dec. 79. num. 11. par. 18. recen. tom. 1. & in Hieracen. Pecuniaria 7. Junii 1706. §. quid dicendum, & §. ceterum cum seqq. cor. me.*

Ita minime dubitatur, quod intercedente tali aditione, atque immixtione in hereditate, sufficienter non dicatur acceptata prohibi-
3 tio, quin praecisa, ac individua approbatio consimilis prohibitionis, & oneris requiratur ex iis, quae magis communiter adinnavere, *Peregrin. de fideic. art. 36. n. 32. Andreol. contr. 4. n. fin. Balducc. ad Ramon. consf. 62. n. 89. tom. 3. Bonden. Collect. legal. 9. sub n. 147. Rot. dec. 167. num. 31. post Torr. de pact. dec. 175. n. 1. par. 8. dec. 459. n. 6. par. 9. decis. 218. n. 1. & seqq. par. 10. rec. & in Bononien. fideicommissi de Bove 30. Januarii 1702. §. Ceterum coram Emo D. meo Card. Caprara.*

Parum ad hunc effectum obsistente ad enervandam efficaciam hujus tacitae acceptationis, quod praelaudatus Joannes Maria Testator concupiverit, atque mandaverit, quod in termino unius mensis sequi deberet expressa acceptatio, & respective renunciatio quibuslibet detractionibus, & praesertim legitimae, ac Dotis maternae; Quoniam haec exoptata cautior, & firmior cautela non tol-
4 lit, quin si aliunde liqueat de tacita, ac incontrovertibili acceptatione satis non sit ad ea, quae valde punctualiter responderunt *Donat. Anton. de Marin. allegat. 146. num. 13. & 14. & melius Rota dec. 73. sub num. 10. in fin. vers. licet enim post Constantin. ad Statut. Urbis tom. 3.* nam etsi loquantur in casu, quo Testator supposuerit ejus ordinationi, & fideicommisso bona propria heredis, non vero in terminis legitimae, aliarumque de-
5 tractionum, eamdem tamen utriusque casus esse rationem passim dixerunt *Peregrin. de fideic. art. 36. n. 88. Fusar. de subStit. quaest. 296. n. 61. & seqq. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. quaest. 9. n. 5. Rot. dec. 100. n. 1. & per tot. cor. sa. me. Alexandro VIII.* cum aliis relatis *in Firmana fideic. 4. Maji 1705. §. Non ambigere cor. me.*

Secundo certius ex quo successive, nempe sub *die 3. Septembris 1660.* idemmet Marchio Claudius ad requisitionem, ac judicialem interpellationem illorum heredum, quos Jo: Maria fiducialiter instituerat, innegabiliter professus fuerat *se esse paratum acceptare Testamentum paternum juxta ab eo in ejus Testamento demandata, facta prius declaratione a Superiore, an dispositio ejus Patris sit contra legis dispositionem, vel de Jure sustineatur* = unde in iis, quae pendebant a solo animo, & voluntate facientis statim ac de illa elu-
6 cescat, non erat nisi ad finem irritandi, & infringendi actum, in casu contrario expectandum aliud factum, aut purificatio conditionis, ut in proposito inquit *Paulus Juris consult. lib. 1. ad Neratium relat. in l. ille, aut ille ff. de legat. 3.*

Verum etiam quia etiam ubi praedicta subsequentia verba = *facta prius declaratione a Superiore &c.* praeseferrent conditionem aliquam sive suspensivam, sive resolutivam, utique quis dicat, quod ista conditio ex se non foret purificata usque ab initio per declarationem de facili habendam, & ob id referibilem usque ad sui principium, cum nemo non sciat, quod recte observata praedicta cautela *Soccini* ex jam insinuatis rationibus, quae totum reponunt in libera filii voluntate, atque consensu, quoties superveniat hujus-
7 modi voluntas, & assensus, subjugatio etiam legitimae plusquam evidenter de Jure sustineatur, ut praeter superius collaudatos videre est penes *Soccin. Jun. consf. 122. n. 9. lib. 1. Mantic. de conjectur. lib. 7. tit. 8. n. 11. Peregrin. de fideic. art. 36. n. 62., & 97., Card. de Luca de legit. disc. 16. cum seqq. Rot. dec. 991. n. 2. cor. Emerix Jun., dec. 100. n. 1. cor. sa. me. Alex. VIII. dec. 70. n. 7. dec. 594. n. 10. par. 19. rec.*

Tertio praecisius, ac violentius, quoniam deinceps denuo instantibus, ac urgentibus heredibus Fiduciariis, Procurator Marchionis Claudii illius nomine uberius declaravit, quod *non intendit repugnare dispositioni praedictae, nec contradicere dispositis, nisi quatenus essent contra legem, & legis insubsistentiam haberent, sed immo illis acquiescere, quatenus Patri sic de Jure disponere licuerit* = proindeque cum ex proxime demonstratis liceret procul dubio Patri ita facere, ac praecipere, haec successiva Procuratoris declaratio, seu protestatio omnem sustulisset (si quae per antea ulla aderat) ambiguitatem
8 in verbis Marchionis Claudii ejus Principalis; Procurator enim semper praesumitur informatus de mente sui Constituentis, ut inquit *Menoch. praesumpt. 37. n. 1. lib. 4. Blot. de in litem jurand. §. 29. limit. 4., Caroc. de Juram. litis quaest. 6. quaest. 9. principali num. 1., Golin. de Procurat. par. 4. cap. 3. n. 9. Mastrill. dec. 116. n. 11.*

Quarto demum, ac ineluctabiliter superaccedente

dente publico Transactionis Instrumento, in quo extitit tandem illa, quæ fuerat ab initio habita ad summum pro dubia validitas, vel acceptatio prohibitionis, apertissimè exsequutioni demandata, ideoque donec, & quousque per Judicem non fuisset infracta eadē Transactio, super qua ceteroquin particulare dubium pendebat *in Sacro Tribunali*, sēper ipsa Transactio resistebat prætensæ retentioni, cum interim de Jure omnis Tran-
9 sactio habeat præsumptionem pro se, immo æquiparetur ipsi veritati, ex collectis per *Altograd. cons. 3. n. 26. lib. 2., Cyriac. controv. foren. 3. n. 42., Urceol. de transact. quæst. 70. n. 4., & 5., Rota dec. 263. n. 4. in fin., & dec. 337. n. 17. par. 5. & in Rom. Residui dotis 15. Junii 1676. §. Et ex his vere tollitur cor. Rondinin. ac in meis annot. ad dec. 54. n. 34. inter hactenus impress. tom. 1.*

In omnem verum casum subnectebant iidem Informantes pro Ludovico, quod ob hæc usque dum insinuata, denegari numquam posset, quod exceptio saltem prætensarum detractionum reddita non esset admodum tur-
10 bida, & consequenter inefficax ad retardandam immissionem, juxta praxim, de qua *Rota dec. 417. n. 8. cor. Priolo decis. 16. n. 1. cor. Ubago dec. 121. n. 10. & 11. par. 15. dec. 198. n. 16., & in par. 16. rec. in Amerina fideic. 15. Junii 1696. §. fin. in fin. cor. Muto, & in Romana Pralaturæ de Vechiarellis 5. Decembris 1698. §. Si quidem coram me inter meas hactenus impressas dec. 66. n. 3.*

Addito pro coronide, quod cum a Marchione Claudio, ejusque heredibus fuerint usque dum percepti fructus bonorum provenientium ab hereditate Joannis Mariæ, proindeque de iisdem fructibus, quos nuncupant medii temporis, dubio procul habenda foret consideratio ad finem coæquandi, sive
11 sustinendi quamcumque dispositionem super re aliena, per *Text. express. in l. Imperator §. Cum quidem ff. de legat. 2.* & ibi *Glos. verb. fructuum, eadem Glos. in l. coherede §. Cum filia ff. de vulgar., Bart. in l. cum Pater §. Titio ff. de legat. 2., Anchar. cons. 365. n. 7., Soccin. Jun. cons. 57. num. 16. lib. 3. Peregrin. cons. 63. sub num. 1., & seqq. volum. 4., & in tractat. artic. 33. num. 47.* cum aliis concordantibus relatis per *Rot. in Illerden. hereditatis de Gomar. 4. Junii 1703. §. Hec quoad primam coram me.*

Hinc donec peritus super altera causa, seu dubio Transactionis prælectus non referret ad quanti ascenderent hujusce modi fructus, & in quo superarent coopertionem bonorum sub legitima, & materna dote cadentium, creditum saltem oppositæ retentionis effectum ex hoc quoque capite pariter fuisset illiquidum, sicque inhabile ad eamdem
12 retentionem interim permittendam, vulgatis juribus, de quibus *in l. fin. C. de compensat. ibique Doctores Dec. cons. 467. n. 9., & 10., Gratian. discept. 734. n. 15., & seqq., Rot. dec. 802. n. 18., & 19. par. 18. tom. 2. dec. 634. num. 12., & dec. 650. num. 19. par. 19. tom. 2. recent.*

Ceterum his, quæ in præcedenti lance *primæ Decisionis* fuerant opposita; parum comparative pergravantibus, *Domini* reputarunt, ut præmisimus, ponderantiora rationum grana militare pro Comitissa Anna Maria, reguli namque in primis illi indubitabiliter
13 assistebat, quod nempe acceptatio hujusce modi oneris nusquam præsumatur, ideoque veniat concludentissime probanda, ex firmatis per *Text. in l. si quando §. Et si generaliter C. de Inoffic. Testam., Cyriac. controv. 148. num. 8., & seqq., Peregrin. de fideicom. art. 36. nu. 14., & seqq., Rota dec. 269. n. 12., & seqq. par. 11. cum aliis in annot. ad dec. 77. n. 18. inter hactenus impressas cor. me, & in d. Firmana fideicom. 4. Martii 1705. §. Tertio ne quid pariter coram me.*

Talis vero comprobatio nullo modo emergebat ab argumentis superius allatis: Quo enim ad præsuppositam aditionem, præmissa illa propositione, quod actus, ex quibus arguatur hereditatis aditio, debent esse uni-
14 voci, & de necessitate hujusmodi aditionem importantes, ut absque contradictore dicunt *Doctores in l. pro herede §. Papinianus C. de Jur. deliberan., Menoch. lib. 4. præsumpt. 99. Gaill. lib. 2. observ. 128., Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 12. tit. 11. nu. 9., & seqq. Rocca disput. select. cap. 30. num. 33., Card. de Luca de hered. disc. 11. num. 5., Rot. dec. 131. n. 6. par. 13. dec. 666. num. 4. par. 19. tom. 2. rec.*

Profecto retentio bonorum facta per Marchionem Claudium, ejusque heredes nullo modo referri valebat ad præcisum animum adeundi, immo ad contrarium potius finem, & effectum; cum enim talia bona essent illa adamussim, quæ vigore Testamenti conditi per Ludovicum Seniorem erant ab Joanne Marito restituenda Marchioni Claudio ejus filio secundogenito, utique nequibant ad titulum aditionis afferri, sed mavis fidei-
15 commissi antiquioris, cujus exceptio quoties dignoscitur clara, prout in præsenti, dicitur, & est dubio procul impeditiva cujuslibet immissionis efflagitatæ in vim fideicōmissi posterioris, *Roland. a Valle cons. 76. n. 4. vol. 3., Argel. de legitim. contradict. quæst. 10. n. 279., Rot. post Pacific. de Salvian. Interdict.*

terdict. dec. 83. n. 11. dec. 80. n. 3. par. 6. dec. 34. n. 1., & 4. par. 7. decis. 735. nu. 1. par. 18. dec. 87., & decis. 142. utrobique n. 1. par. 19. rec.

Estque conclusio pervia, & hodie indisputabilis, quod nusquam per retentionem bonorum infertur ad aditionem, ubicumque consimilia bona palam pertinent, vel pertinere
16 possunt ad illa retinentem alio titulo, quam hereditario, ad ea, quæ communiter afferunt *Castren. cons. 351. lib. 1., Dec. cons. 445. sub num. 54., Mascard. de probat. concl. 45. n. 29. 30., & 31., Adden. ad Buratt. dec. 207. n. 17., Rot. cor. Emerix Jun. dec. 157. n. 3.*

Neque dein majoris gravitatis compertum fuit secundum argumentum ob verba prolata per Marchionem Claudium prima vice, quādo fuit ab heredibus fiduciariis lacessitus ad pandendum ejus animum super acceptatione, nec ne paternæ ordinationis; Ultra enim quam quod potius ex eorum simplici lectura, ac scrutatione ea præseferre videntur quoddam specimen antiqui, ac sæpe sæpius fallentis oraculi *ibis redibis non*, nonne ipsimet heredes fiduciarii hujusmodi responsiva supraſcripta verba habuerunt pro obscurissimis, & nihil concludentibus, dum post responsum a Marchione Claudio datū sub *die 3. Septembr.* adhuc sub *die 16. Novembris subsequentis* rursus insurgentes è converso opposuerunt, Marchionem Claudium ob non factam acceptationem cecidisse a commodo paternæ hereditatis? melior nam-
17 que interpretatio exoptari non valet, quam quæ derivat a suppositione, & agnitione Partis, sive ab illius observantia subsequuta, ut bene ad rem ratiocinatur *Castren. cons. 314. ad fin. lib. 1., Roman. cons. 271. circa med. nym. 101. n. 3., Barbos. in univ. Jur. Eccles. cap. 43. n. 178. in fin. lib. 1., Cæsar. de Graff. dec. 1. n. 7., & 8. de consuetud., Rota dec. 696. n. 3. dec. 1410. num. 16. cor. Seraph. dec. 519. n. 7. cor. Ubald. d. e. 499. n. 9. par. 1. decis. 99. num. 8., & seqq. par. 19. rec.*

Et quidem quomodo ambigi poterat, quod memorata verba non forent undique æquivoca, & tenebrosa, dum in continenti post illa jam supra registrata prosequebatur oratio in hunc modum = *idcirco protestatur quod sibi tempora non currant ad faciendam dictam acceptationem, donec facta fuerit declaratio super subsistentia, vel insubsistentia dictæ dispositionis protestans &c.* = tempus enim expetitum præcipue cum dictione *donec* suapte natura suspensiva, nec non directa ad actum de futuro faciendum, quodlibet prætensum
18 factum excludunt pro vere ajm facto, sicuti de dictione *donec* habetur *in l. legatum ff. de annu. legat. Gloss. verb. donec, in Clement. 1. de Censib. Dec. cons. 621. num. 7. Rubeus in singul. Rotæ tom. 2. part. 4. concl. 289. num. 3., Rota decis. 265. num. 10. part. 19. rec.*, & a fortiori, sive in terminis quoque effecti-
19 væ promissionis de faciendo, donando, cum similibus videre est penes *Urceol. de Transact. quæst. 59. num. 35. Rot. dec. 340. nu. 4. coram Pamphil. dec. 393. num. 3. par. 1. rec.*

Neque oppositum evinciebatur a præfato successivo responso Procuratoris, quia ultra non probatam alicujus mandati specialitatem, introspecto sensu verborum ab eo prolatorum neutiquam concluditur positiva acceptatio, quia ille loquendi modus *non in-*
20 *tendens repugnare nisi &c.* locum præbet nimium de facili illi axiomati, *non probat hoc esse &c.* de quo *Gloss. in leg. non hoc 4. verb. quærendum Cod. unde legitim., & unde cognat. Marant. contr. Jur. par. 4. respons. 53. num. 21. Modern. Paulut. dissert. legal. tom. 1. dissert. 22. art. 3. num. 49. Card. de Luca de servit. disc. 6. num. 45. in fin., & Rota decis. 1171. num. 1. coram Seraphin. decis. 469. num. 15. par. 19. tom. 2. recen.*

Lucidissime autem, dum idem Procurator, urgentibus adhuc heredibus fiduciariis, nomine Marchionis Claudii pro illo Judice, qui declarare debebat, an ipse Marchio acceptaverit nec ne præcedentem paternam dispositionem, institit, ut examen *Sacræ Rotæ* remitteretur, ubi totum negocium cum omnibus emergentibus, annexis, & connexis actu pendebat, *Summario Comitissæ num. 10.* nequit enim reputari quicquam decisū,
21 & clare resolutum, quod debebat ab alio declarari, & definiri, secundum in proposito considerata per *Card. de Luc. de usur. disc. 1. numer. 9. de Testam. disc. 79. num. 14., Rota decis. 1228. num. 2. cor. Pania dec. 25. num. 19. cor. sa. me. Alex. VIII. decis. 397. num. 11. par. pr. decis. 405. num. 54. par. 5. decis. 54. tom. 24. par. 17. rec.*

Eoque demum evidentius remanebat exclusa quælibet acceptatio, quia præcisive ab actis, & protestationibus gestis, ex parte Marchionis Claudii, *ut in dicto Summario Comitissæ num. 7. 8. & 9.* ipsemet Marchio Ludovicus Junior Primogenitus post prædicta omnia ante sequuta explevit pro sua parte actus omnino irreconciliabiles cum prætensa acceptatione, statim scilicet renunciando omnia illa bona, quæ vigore Testamenti conditi per Joannem Mariam communem Patrem retinere debuisset, & ex opposito ex veteri fideicommisso Ludovici Senioris Avi erant

erant eidem Marchioni Claudio restituenda, *dicto Summario num.* 11., *&* 12. itaut si per insubsistentem hypothesim constitisset de prætensa aliqua acceptatione Marchionis Claudii, posterior renunciatio facta per Primogenitum, eum deorbasset omni commodo, & beneficio ejusdem prætensæ ac-
22 ceptationis, ut secum fert quælibet translativa, sive abdicativa renunciatio, juxta illius propriam deffinitionem, de qua in *l. desiitisse ff. de Jud. l. si filius ff. de Minor. Parif. conf.* 39. *n.* 3. *lib.* 4. *Soccin. conf.* 114. *in princip. lib.* 1. *Torr. de pact. futur. succes. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 24., *& seqq.*, *Cassador. dec.* 4. *n.* 3. *de restitut. spoliat.*

Atque ex his explosa omni, & quacumque acceptatione, in præceps ibat Transactio quarto loco superius objectata, nam eo ipso, quod ad normam præmissorum corruebat suppositum acceptationis, & agebatur cum Pupillis, & respective cum Muliere, seu Matre Tutrice, qui ad limites lecturæ ejusdem Transactionis minime apparebant instructi omnibus circumstantiis, quæ præcesserant, in palmarem succedebat consequentiam, quod eadem Trāsactio tamquam erronea in
23 nulla foret habenda consideratione, ut præter ostensa in *secunda Decisione diei* 21. *Aprilis* 1698., *cor. bo. me. Ursino ex §. Exclusa* citra hæsitationem affirmant *DD. in l. cum putarem* 36. *ff. famil. hercisc. Valeron. de Transact. tit.* 6. *qu.* 3. *fin. n.* 1., *&* 2., *Rota post Urceol. de Transact. dec.* 100. *n.* 8. *dec.* 603. *n.* 1. *cor. Merl. dec.* 164. *n.* 1. *cor. Cerr. dec.* 17. *n.* 2. *par.* 17.

Ob id labefactabatur pariter omnis prætensa illiquiditas deprompta non solum ex capite jam detruso prædictæ Transactionis, sed etiam ex perceptione fructuum medii temporis, quos supra ejus credita legitimæ, & maternæ Dotis fortasse perceperant Marchio Claudius, illiusve heredes de bonis per eos detentis; licet quippe dubitabile non sit, quod hi fructus super excedentes forent refundendi Primogenito, hoc opus: hic labor est, recognoscendi scilicet, quinam sint isti fructus super excedentes, quod utique fieri nequibat, nisi prius firmato, ac detecto statu controversorum bonorum per Peritum, Judex recognoscere valeat, quod revera concurrat talis superexcedentia; Interim siquidem quoties, ut ad præsens competere dignoscuntur Reo convento detractiones
24 tam legales, quam accidentales, sive tam quantitativæ, quam quotitativæ, nedum statui non valet certa, & specialis immissio, sed neque etiam pro indiviso, prout solide, & recte jam pluribus allegatis demonstrave-
rat *prænarrata secunda Decisio post initium*, quam hodie *Domini* confirmarunt, utraque, &c.

Senogallien. Bonorum.

Mercurii 16. *Januarii* 1709.

ARGUMENTUM.

Excessus quando adesse dicatur in exsequutione sententiæ, sive mandati. Acquisitiones ab industria heredum gravatorum provenientes fideicommisso non subjiciuntur, sed ad gravatorum heredes libere spectant; Remedia possessoria manutentionis, seu retinendæ, necnon adipiscendæ, seu Immissionis conceduntur fideicommissario prætextu liquidationis bonorum, quæ fieri etiam commode potest ante exsequutionem sententiæ.

SUMMARIUM.

1. *Injuste spoliatus reintegrandus, & manutenendus est a Judice in sua primæva possessione.*
2. *Omnis præsumptio militat pro exclusione excessus.*
3. *Excessus quando adsit.*
4. *Catastrum publicum inter Cives, seu Districtuales non docto de contrario bene probat.*
5. *Sententia impugnari nequit ab eam reportante, & exsequi curante.*
6. *Acquisitiones ab industria heredum gravatorum provenientes non veniunt in fideicommisso, sed libere spectant ad heredes gravatorum.*
7. *Immissio non retardatur fideicommissario prætextu liquidationis bonorum, quæ fieri potest ante exsequutionem sententiæ.*
8. *Liquidatio fructuum facilioribus probationibus contentatur.*

DECIS. CDLII.

NE *quid nimis* ex familiari dici solet adagio, quamobrem, cum Joseph hodie conquereretur apud *Dominos*, quod Alexāder, etsi Triumphator in Causa contra ipsum promota super Immissione ad Prædium nuncupatum *della Metola* rite, & recte favorabilia obtinuisset judicata, adhuc fimbrias excesserat mandati, quæ in ejusdem victoriæ sequelam reportaverat, proindeque expetebat sibi in excedente parte manutentionem attribui, & voti compos, *iisdem Dominis* petitioni annuentibus, assequutus est quod *juxta modum* mox differendum, illi concederetur expostulata manutentio.

Et quidem non erat fas ambigere, quod animadverso per Judicem excessu cujuscumque Judicialis exsequutionis, nō foret illico succurrendum ei, qui tale detrimentum, atque præjudicium sustinuerat, in eo quippe, in quo

quo præter Judicis intentionem ab altera ex Partibus perpetratur, censetur inexcusabile spolium indubitanter commissum per privatam, & prohibitam auctoritatem, ac per
1 consequens sic spoliato præsto debet esse idem Judex, ut eum in sua veteri non comprehensa possessione manuteneat, ut unanimiter proclamant *Gabriel. cons. 31. n. 7. & seqq. lib. 2. Honded. cons. 20. num. 25. & 26. lib. 1. decis. 220. la seconda num. finali, & per tot. penes Posth. de manutention. dec. 555. a num. 1. ad seqq. coram Ludovisio dec. 186. num. 29. cor. Emerix Jun. decis. 120. in fin. par. 15. & dec. 7. num. 7. par. 16. recent.*

Punctum tamen, sive ansa, si quæ aderat, hæsitandi residere videbatur in eo, quod Joseph in præsenti audientia non omnino digito demonstraret quanta pars, seu rata propria ejusdem Prædii revera fuisset per hanc assertam excessivam exsequutionem perperã avulsa, potissime dum exsequutio apparebat celebrata ad normam mandati Rotalis, quapropter eo magis incalescebat præsumptio,
2 quæ semper militat pro exclusione excessus, teste *Lancellot. de attentat. appellat. pendent. limitat. 53. num. 25. Posth. de subhastat. inspect. 50. n. 16. & de manutent. observat. 12. sub n. 96. Rot. post eumdem decis. 643. n. 22. dec. 45. n. 1. de appellat. in noviss. dec. 157. n. 14. cor. Bich. dec. 182. n. 21. coram Priol. decis. 1086. n. 1. cor. Emerix Jun. & decis. 120. n. 11. part. 15. recent.* & in his tenninis *Gloss. in l. ab exsequutione verb. excedat. Cod. quorum appellat. non recip. Cantard. in l. unic. limitat. 19. versic. ratione excessus num. 5. & seqq. Cod. si de momentan. possess. Ab Eccles. observat. forens. 147. n. 17. & 18. decis. 208. n. 4. cor. Ubald. dec. 345. sub. n. 1. versic. tum, & etiam quia cor. Duran. & dec. 102. n. 1. par. 4. recent.*

Verum in genere saltem manifeste liquebat de hujusmodi innegabili excessu, docebat etenim Joseph in ejus *Summ. sub num.* 3. quod Antonius recolligebat integraliter omnes redditus totius Prædii *della Metola*, ideoque statim, ac pro parte ipsius Josephi ostẽdebatur, quod non integrum Prædium cadebat sub prædictis Judicatis, illud plus, quod extitit exsequutioni subjectum procul-
3 dubio parturiebat excessum, ut aliàs in subjecta materia *post Barthol. in d. leg. ab Exsequutione nu. 2. Cod. quorum appell. gloss. fin. in Cap. quoad consul. 15. in fin. & ibi Abb. n. 24. Felin. n. 15. de Sentent., & re judic.* dixit *Rota dec. 22. num. 3. & 4. cor. Bich. decis. 8. num. 6. par. 6. decis. 233. ante n. prim. par. 16. recent.*

Quo enim ad primum extremum scilicet ad quanti extenderetur ab initio Prædium remansum in hereditate Fideicommittentis, & ad quod idcirco, & non plus nactus fuerat, & nancisci poterat Antonius Immissionem in vim *notissimæ leg. fin. Cod. de edict. Diu. Adrian. tollen.* erat inconvertibiliter certum *Cannarum* nempe 1614. quemadmodum evinciebatur ex Libris publici Catastri, quod inter Cives, seu Districtuales,
4 non docto de contrario bene probat ex congestis per *Gratian. disceptat. for en. cap. 559. num. 28. Mascard. de probat. in verb possessio conclus. 1181. n. 18. Posth. de manutent. observat. 61. n. 2. Rot. decis. 1086. nu. 21 cor. Emerix Jun. dec. 672. n. 2. par. 3. decis. 229. n. 15. & seqq. part. 14. decis. 166. n. 9. par. 15. & dec. 15. n. 4. & 5. par. 19. recent.* nec non exprimebatur in prima sententia de
5 Partibus, quæ nequibat ab Antonio eam reportante, & exsequi procurante, ullatenus impugnari, ut subdit *Gloss. in l. stipulatio ista 38. §. Primo in verb. successores circa fin. vers. item nec poterò dicere ff. de verb. obligat. Surd. decis. 105. num. 10. Bocr. dec. 306. n. 2. Rot. dec. 189. n. 11. cor. Priol. & in Romana Cambii 11. Aprilis 1707. §. At superfluum in fin. cor. R. P. D. meo Scotto.*

Respectu autem alterius secundi extremi exhibebat Joseph *in prædicto Summ. num.* 5. plura instrumenta acquisitionum post mortem ejusdem fideicommittentis, quæ factæ coruscabant ab heredibus gravatis, atque in totum attingebant *Cannas* 600. prout quoque testificabatur novum publicum Catastrum ex post efformatum *d. Summ. n.* 4. apertissimi vero Juris est, quod hujusmodi acquisitiones ab industria heredum Gravatorum provenientes non veniunt in fideicommisso,
6 sed libere spectant ad liberos eorumdem Gravatorum heredes secundum communiter connotata per *Ruin. consil. 97. n. 13. lib. 3. Corn. consil. 180. n. 9. vol. 4. Cravet. cons. 295. in septimo Dubio, Peregrin. de fideicom. art. 10. n. 15. & 16. Fusar. de substit. quæst. 627. num. 6. cum seqq. Urceol. consult forens. cap. 100. a n. 1. ad seqq. Noguerol. allegat. 8. nu. 51. Card. de Luc. de Jurepatronat. disc. 14. n. 7. Christin. decis. Belgic. 63. n. 33. vol. 6. Rot. decis. 385. num. 8. part. 12.*

Ceterum diximus *saltem in genere*, videlicet *in eo in quo excedebat exsequutio*, quia licet pro melius explenda, demonstrandaque hac separatione superadditarum acquisitionum requiri omnino videretur Judicium, & Ministerium Periti, nihilominus hæc generica, & pro nunc oculis *Dominorum* patens, & in prædicta, sive majori, sive minori quantitate innegabilis semper additio exposcebat,

quod in genere pariter petenti concederetur remedium manutentionis, seu retinendæ, prout frequenter Tribunalia impartiun-
7 tur Instantibus alterum possessorium remedium adipiscendæ, seu Immissionis in genere, sicuti signanter practicatum fuit *per Rot. in dec. 216. n. 16. par. 18. rec. in Romana Prælaturæ de Vecchiarellis 9. Decembris 1697. inter hactenus impressas cor. me dec. 21. n. 2. in Faventina fideicommissi, seu Primogenituræ 14. Decembris 1705. in fin. cor. R. P. D. meo Scotto, & in Romana, seu Bergomen. Primogenituræ de Cerasolis 2. Julii 1706. §. fin. cor. Reverendiss. P. D. meo Molines Decano.*

Maxime quia forsan non parum intererat Josephi, quod ipsi tribueretur ista generica manutentio ad successivum effectum restitutionis fructuum, sive per modum Spolii, sive
8 per modum manutentionis, stabilito namque hoc puncto, sola supererat liquidatio, quæ facilioribus probationibus contentatur *Bald. in l. prima sub n. 22. versic. adde quod fructus probantur Cod. de fruct. & lit. expens. Natt. cons. 510. sub n. 6. & seqq. Rot. dec. 327. n. 6. part. 11. & in Romana fideicommissi de Palmeriis super fructibus prima Martii 1706. §. Quod autem coram me.*

Atque ita resoluerunt *Domini*, merito posthabita dilationis Instantia ex capite non adhuc effluxi illius mensis, qui ad instruenda Jura, parandasque defensiones de stylo, & benignitate *Sacri Auditorii* a die subscripti Dubii indulgetur, dum de contrario ex originali transmissione ejusdem Dubii sequuta die 15. *Decembris* palam effulgebat.

Romana Salviani.

Lunæ 2. Martii 1709.

ARGUMENTUM.

Hypotecharia actio inter præsentes præscribitur spatio decem annorum, & inter absentes viginti, & an in inducenda hujusmodi præscriptione, vel excludenda necesse sit inspici de scientia, vel ignorantia, præsentia, vel non præsentia. Affertur differentia intercedens inter præscriptionem Decennalē, vel Vicennalem, & illam 30., vel 40. annorum. Actio exsequutiva præscriptione trigenaria perimitur. Peritia in pluribus Judiciis canonizzata, atque approbata Jus facit contra omnes etiam in illis non citatos.

SUMMARIUM.

1. *Hypotheca præscribitur spatio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes.*
2. *Et quando procedat limitatio scientiæ, vel ignorantiæ, præsentiæ, vel non præsentiæ.*
3. *Spatium annorum 30. & ultra ad effectum præscribendi hypothecariam actionem stat loco scientiæ, & præsentiæ.*
4. *Actio exsecutiva spatio 30. annorum extinguitur, si creditum in substantia non perimitur.*
5. *Et hoc casu hypothecaria actio purificatur cum exsecutiva.*
6. *Præscriptio decennalis, vel vicennalis est distincta ab illa 30., vel 40. annorum.*
7. *In minori præscriptione decennali, vel vicennali ultra præsentiam requiritur, & ab allegante plene, & concludenter probanda est etiam scientia.*
8. *Quid in præscriptionibus 30., vel 40. annorum.*
9. *Præscriptio numquam inchoatur, aut currit erga agere non valentem.*
10. *Scientia ad effectum præscribendi habita ab Antecessoribus, præjudicare nequit venientibus jure proprio, & ex propria Persona.*
11. *Creditum in actis non justificatum dicitur esse extra Mundum.*
12. *Ex facto claro, quod remanet de Jure dubium facillime resolvitur.*
13. *Quem de evictione tenet actio eumdē agentem repellit exceptio.*
14. *Jura omnia anterioritatis, seu potioritatis, quæ vigebant in Creditoribus dimissis, translata remanent in Cessionarium, & Acquisitorem.*
15. *Explicantur Decisiones* in Romana Census cor. Vicecomite, confirmatæ cor. Calatajù.
16. *Cessio quando remaneat translativa, & non extinctiva.*
17. *Peritia nequit in parte approbari, & in parte reprobari.*
18. *Peritia plures in Judiciis canonizzata, atque approbata Jus facit contra omnes etiam in illis Judiciis non citatos.*
19. *Immissio pro indiviso conceditur quoties vel plures sunt creditores immissi, vel immittendi, vel quoties creditum pro quo conceditur immissio, non implet valorem bonorum Immissioni subjectorum.*
20. *Retentio in Judicio Immissionis semper conceditur pro creditis anterioribus.*

DECIS. CDLIII.

SUb fragili nimium Clypeo præscriptionis, aliisque non dissimilibus Exceptionibus sese tueri satagebat V. Archihospitale S. Spiritus a piis, eiusque apprime Catholicis Fundatoribus Saxoniæ in *Saxia* nuncupatū, adversus intentatam Immissionem in Salviano per Dominum Franciscum Mariam perantea Marchionem hactenus vero meritis erga San-

Sanctam Sedem evehentibus ad sublimiorẽ
titulum Principis de Ruspolis elatum, & in-
signitum, super quadam Tenuta in Regio-
ne, seu contrada *Castri Sabelli*, sed exitu
parum felici, quia tam A.C., quam hodie
Sacrum Tribunal D. Principi, aliisque Cre-
ditoribus petitam *Immissionem concessit pro
scut.* 1048.

Quantumvis enim incipiendo a præscriptione
præterlapsi apparerent anni plusquam suffi-
cientes ad illam inducendam juncto titulo,
& bona fide, de qua nulla cadebat quæstio,
cum hujusmodi Tenuta exiisset de manu De-
bitoris usque *de anno* 1672. & sic versare-
mur ultra spatium 30. *annorum*, per quod
præsertim favore Tertii Possessoris citra scru-
pulũ extinquitur quælibet actio hypotheca-
ria, & consequenter etiam Salvianum, quod
pro sua Matre, seu Causa productrice co-
gnoscit hypothecam sicuti distinguendo in-
ter directum Debitorem, pro quo necessaria
est longior illa præscriptio 30. *vel* 40. *anno-
rum* a Tertio titulato Possessore, satis tuto
1 minori Intervallo *decem* inter præsentes, &
viginti inter Absentes notavit *glos. in l. prima
verb. successerunt Cod. si advers. Cred. & ibi
Bart. in Summar. Bald. sub num primo vers.*
In Textu ibi *Salicet. num. 2. vers. oppono,
Gratian. discept. foren. cap. 881. n. 4. & 5.
Specul. de præscript. § Primo n. 29. vers sed
quod de hypotheca, Tiraq. de retract. lignag.
§. Primo glos. 10. n. 11. Rota dec. 85. a n. 10.
ad fin. post Pacific. de Salvian. dec. 811. n. pr.
& sec. cor. Merlin. & dec. 25. n. 7. Par. 19. rec.*

Non applicabili limitatione, sive Indagatione
scientiæ, vel ignorantiæ præsentiæ, vel non
præsentiæ, quia præter quam alia scientia,
alia præsentia requiri non solet, quoties tam
Creditor, quam Possessor in uno, eodemque
loco, seu Civitate, & Territorio commoran-
tur, nisi Creditor, cui tale onus incumbit,
2 alleget, & justificet ignorantiam, & absen-
tiam, quemadmodum responderunt *Bald. in
l. Emptor n. 2. & 3.* ibique *Angel. n. 2. vers.*
Sed pæne *de præscription. Alex. consil. 220. n.
4. & 5. lib: 6. Cravet. cons. 140. n. 3. vers.*
Et cum se fundet, *Gratian. decis. March. 4.
n. 44. Rot. d. dec. 85. n. 7., & 8. post Pacific.
de Salvian. & in Urbinaten. Salviani 5. Julii
1688. §. Siquidem in fin. cor. Eminentiss. D.
meo Card. Caprara.*

Corruebat omnis difficultas ex præmissa su-
perabundanti Intercapedine *annorum supra
triginta*, eo etenim ipso quod non præcesse-
rit, seu non intermediaverit aliqua inter-
pellatio, ipsa pacifica Possessio per *annos* 30.
3 & ultra maxime ad effectum præscribendi
hypothecariam actionem stat loco scientiæ,
& præsentiæ ex rationibus plene reassum-
ptis per *Doctores in auth. malæ fidei Cod. de
long. tempor. præscription. & in cap. 7. auth.
ut sponsalit. largit. Felin. in cap. vigilanti n.
2. de præscript. Honded. cons. 83. n. 50. lib.
primo Rot. dec. 30. num. 18. & 20. cor. Bich.
& dec. 270. n. 6. & 7. par. 6. recent.*, prout
pari tempore extinguitur etiam actio exse-
4 cutiva, si non permittur creditum in sub-
stantia ad notata per *Innocentium in cap. fin.
de præscription.* ibique *Bald. Surd. cons. 186.
n. 3. Marant. in prax. p. ultim. tit. de exsecut.
Senten. n. 54. Rot. dec. 208. n. 5. cor. Carill.
dec. prima n. 4. & seqq. par. 7. rec.* & optime
parificando hypothecariã cum via exsecuti-
5 va, vel associationem vigore clausulæ con-
stituti, seu pacti capiendi Possessionem pro-
pria auctoritate cum similibus *Card. de Luc.
de Credit. disc. 117. n. 4. & disc. 131. n. 4. & 5.*

Attributa tamen fuit, & insimul arrisit huic
objecto multiplex responsio, quatenus enim
pertinebat ad decennalem, seu vicennalem
6 præscriptionem ad terminos *leg. primæ, &
secunda Cod. si adversus Creditorem* penitus
diversam, atque distinctam a contenta in se-
parata *rubric. Cod. de præscript. 30. vel 40.
annorum*, nullatenus verificabatur, vel præ-
sentia vel scientia D. Principis, quod scili-
cet Tenuta sibi hypothecata a D. Principe
Julio Sabello distracta fuerit in Tertios Em-
ptores, præsentia siquidem longe aberat,
prout aberat, seu distat Urbs Roma a Civi-
tate Albani, seu Castro Sabelli, in quo bo-
na alienata, & ab alio possessa existebant;
de scientia vero, nec ullum ferebatur Judi-
cium, nedum legitima Justificatio, & tamen
illã in hisce minoribus præscriptionibus præ-
cisive ab Interventu præsentiæ, per quam
juridica resultare potest verisimilitudo, &
7 præsumptio scientiæ omnino comprobandã
esse a Possessore de veriori, & communiori
calculo testatur *Alex. cons. 58. in fin. lib. pri-
mo Paris. cons. 104. n. 146. lib. primo Chos-
san. ad consuetud. Burgund. rubr. 11. §. 2. gloss.
unic. n. 44. Falm. Nep. alleg. 69. n. 28. Ceval.
commun. art. commun. quæst. 3. n. 9. 10. &
27. Thomat. dec. 44. n. 12. in fin. Gratian.
dec. March. 15.* & ibi *adden. n. 7. Posth. dec.
Bononien. 47. n. 2. Rot. Lucen penes Ramon.
tom. 4. cons. dec. 59. n. 70. & 71. Rot. Bal-
duce. rer. judicat. tom. 1. tit. 4. dec. prima
num. 42. dec. 23. sub num. 13. coram Ubaga
dec. 812. n. 9. 10. & cor. Merlin. dec. 179. n.
2. part. 9. decis. 365. n. 6., & 7. part. 14.
decis. 231. n. 6. & 7. part. 19. recen.*

Quo vero ad alteram, quæ nuncupatur longis-
sima præscriptio *annorum* 30. & 40. ad præ-
missum finem præscribendi solam actionem

quidquid esset, an adhuc requireretur concursus scientiæ in Creditore, quod fundus sibi subjugatus, fuerit alienatus in Extrane-
8 um, ac titulatum Possessorem, per ea, quæ non sine aliquali forsan amaritudine juxta opportunas Casuum Contingentias videtur sensisse *Rot. in dec. 425. n. 4. par. 18. rec. & in Romana Salviani 7. Junii 1706. §. Exceptio autem cor. R. P. D. meo Lancetta* collaudatis revera utrobique Doctrinis percutientibus plerumque decennalem, & vicennalem præscriptionem, ut sunt *Posth. resol. 10. a nu. 14. adseqq. Thomat. dec. 44. num. 26. & 29. & dec. 246. nu. 14. Rot. dec. 59. num. 6. & 8. par. 5. & dec. 23. num. 7. par. 19. recen.* & in oppositum præcipue urgentibus supra *adductis resolutionibus, & auctoritatibus in §. Corruebat omnis.*

Obtruncabatur qualibet hæsitatio, & oppositio, dum D. Princeps solummodo post mortem *clar. mem.* Marchionissæ Ruspolæ sub non levi fastidio acerrimæ disputationis deinceps habitæ, consecutus erat possessionem bonorum, Creditorū, & Jurium Ruspolæ hereditatis; Ideoq; cum nullum defluxisset legitimum tempus decennale, sive vicennale, sive trieñale, intra quod Jura sui crediti posset experiri, nulla quoque contra eum potuit
9 radicari præscriptio, quæ nusquam inchoatur, aut currit erga agere non valentem ad *notissima Jura*, de quibus in *l. prima in fin. Cod. de annal. exception. l. persecut. Cod. de pignor. Alex. cons. 58. n. 9. lib. 5. Bald. de præscript. par. 4. in princip. quest. 3. sub num. 6. Pacific. de Salvian. inspect. 2. cap. 2. numer. 298. Rota decis. 330. numer. 17. par. 17. & dec. 572. num. 3. par. 19. recen.*

Immo cum idem D. Princeps non venerit Jure hereditario prænominatæ Marchionissæ, sed tamquam ex propria Persona vocatus in Testamentaria dispositione a Francisco Mar-
10 chione Ruspulo ordinata, etiam ex hoc capite, nec poterat attendi pro præscriptione, ut exagerant *Doctores* decursus quoque annorum mille *ad Text. in l. cum notissimi §. Illud Cod. de præscript. triginta annorum Alex. cons. 101. num. 23. lib. 7. Rocc. disput. Jur. select. cap. 149. nu. 43. Castill. controv. Jur. lib. 5. cap. 93. §. 8. per tot. Molin. de Primogenit. Hispan. lib. 4. cap. 10. in 3. conclus. Peregrin. de fideicom. art. 41. n. 16. & 17. Trobatt. de effect. immemorabil. quæst. 12. n. 331. & 337. Larrea dec. Granaten. 53. num. 23. & 24. Rot. dec. 350. num. 13. & 14. coram Ubaldo decis. 99. n. 5. par. 11. & dec. 99. n. 8. par. 18. recen.*

Rupto propterea Clypeo, sive galea præscriptionis facile prosternebatur etiam altera præambula exceptio, quod non omnia Credita Cunctorum hodie *in Sacro Auditorio* cō-
11 parentium essent in præcisis actis hujus Causæ producta, & justificata, & ideo ex adagio forensi, veluti extra mundum, minime attendenda, quia quidquid foret de relevantia objecti in fundo, seu medulla veritatis respectu ceterorum, hæc utique exceptio nequibat arcere D. Principem, cujus Creditum de reliquo absorbens supra enunciatam summam, pro qua hactenus concessa extitit Immissio, nimium patule demonstratum effulgebat in actis, proindeque ad exuberantem effectum, de quo agebatur ex ipso
12 facto convellebatur oppugnatio, & Jus possessoris, quod non nisi ab insubsistēte supppositione facti pendebat *l. ut responsum congruum 15. Cod. de transact. l. precibus 8., Cod. de impuber., & aliis substitution. Marant. controv. Jur. par. 4. respons. 37. nu. 7. Thomat. dec. 283. num. 18. tom. primo Rot. dec. 266. num. primo par. 16. recen.*

Deveniendo autem ad substantiam, quæ unice residebat in āterioritate Crediti ipsius D. Principis parum suffragabatur Archihospitali, quod idem Princeps perantea exegisset a communi Debitore, sive ex pretio redacto a venditione Civitatis Albani scut. 105. m., & inter hæc ad ejus favorem satisfacta noscerentur Credita longe posteriora Cambio conquisito per Æmilium, a quo Causam desumebat Archihospitale, ac propterea sicuti ex eisdem Juribus Æmilii denudatum hodie Archihospitale fruitione, & possessione Tenutæ, valeret arma retorquere, sive agere contra Principem, retinentem in manibus pecuniam obtentam pro Creditis posterioribus. ita, & ad præsens ad inanes Circuitus
13 evitandos a sui petitione rejiciendus esset idem D. Princeps ex illa familiari, & Juridica æquitate, quæ derivat *ex vulgata leg. vindicantem ff. de rei vindicat. l. Cum a matre Cod. eodem tit. Surd. dec. 99. nu. 10. Rot. dec. 609. n. 3. par. 4. dec. 86. n. 26. & dec. 131. n. 4. par 18. & dec. 607. n. 20. par. 19. rec. in Romana Salviani super subhastatione 23. Martii 1705. §. Neque obsuit coram me*, & punctualiter *in altera Romana Salviani 4. Decembris 1702. §. Quatenus vero cor. R. P. D. meo Priolo.*

Siquidem hujusmodi objectio firmitatem habuisset, quoties inspici deberet solummodo tempus stipulationis Instrumentorum, cum quibus Auctores D. Principis adepti fuerant Credita contra Domum Sabellam, sed quia pecuniæ efformatrices horum Creditorum acquisitorum, erogatæ fuerant in dimissionem aliorum veterum Creditorum indispu-

tabi-

tabiliter anteriorū Credito Æmilii cum trāslativa Jurium Cessione, anterioritas idcir-
14 co, quæ vigebat in Creditoribus dimissis, omni Jure translata remisit in D. Principem Cessionarium, & Acquisitorem juxta sæpius firmata per *DD. in l. Aristo verbo pignus ff. qua res pignor. vel hypothec. dat. Rocc. disp. Jur. select. cap. 137. n. primo Olea de cess. Jur. tit. 4. quæst. prima nu. 21. Rot. dec. 259. n. 3. & 10. part. 14. dec. 294. num. primo par. 17. recen. & in Æsina Census 28. Novembris 1689. §. Minus refragatur cor. Reverendiss. P. D. meo Molines Decano, & in fortioribus in dec. 350. n. 14. & seqq. cor. Priolo decis. 1175. num. primo cor. Emerix Jun. in Romana Census 30. Aprilis 1703. §. Et hinc corruere cor. R. P. D. meo Omanna, & in Romana redditionis rationis 14. Decembris proxime præteriti §. In nihilo prorsus relevante cor. me.*

Haud officiente objectione, quod hujusmodi Cessio reportata per D. Principē illum adjuvare non posset pro divexando posteriores Creditores, cum vix sufficeret ad effectum duntaxat excipiendi, repellendique eosdē
15 Creditores posteriores, agere intendentes juxta tradita *in Decisionibus editis in illa Romana Census cor. Card. Vicecomite relatis, & confirmatis sub die 24. Aprilis 1686. §. Moti sunt ex rationibus cor. bo. me. Calatajù*, cujus postremæ particula per Patronum Causæ Archihospitalis recensebatur *in Calce sua Informationis*.

Etenim in *prædicta Romana Census* in tantum fuit denegatus hujusmodi subingressus, in quantum inibi extinctus apparebat primus Census de pecuniis ipsius debitoris, hic autem dimissio Creditorum anteriorum cum præfata translatione Jurium facta coruscabat ab Auctoribus Principis tamquam Tertiis, & de propria Crumena, in quibus sane
16 terminis cessio remanet vere translativa, & non extinctiva, ad ea, quæ limitando tradunt relati *per Sabell. var. resol. cap. 19. a n. 23. ad seqq. Rocc. disput. Jur. select. d. cap. 137. nu. 18. Arias de mesa var. resol. lib. 1. cap. 14. num. 8. Rot. decis. 68. n. 5. cor. Ludovis. dec. 135. n. 19. par. 6.* cum aliis relatis *in ead. Romana Census cor. bo. me. Calatajù sub d. §. Moti sunt ex rationibus ante med.*

Absque eo quod pariter in aliquo turbaret subalternans replicatio, quod non pateret ex actis vera anterioritas, & subsistentia Creditorum, ut præmisimus dimissorum, & respective transfusorum, quoniam cum Capitale objectum exactionis ☩ 105. mil. scuta pro Creditis in Cortice posterioribus non appareret, nisi ex Peritia, nequibat in parte approbari eadem Peritia, & in parte reprobari, scilicet in ea parte, in qua eadem Credita legebantur sub hac posterioritate
17 temporis acquisitionis registrata, & non in ea, sub qua ipsa eadem Peritia statuebat subingressum favore D. Principis, resistente Juris notoria regula, de qua *in l. siquidem Cod. de exception. Bartol. in l. Aurelius §. Item quæsitū ff. de liberat. legat. Rot. dec. 169. n. 9. cor. Buratt. dec. 57. n. 7. par. 17. rec. & in Perusina Census 4. Maji 1708. §. Potissime quia coram me*.

Alias si præfata Peritia, si prædictus subingressus forent denuo ad trutinam revocandi, nimis operosa moles citra ullam hodie necessitatem insurgeret, quando tamen eo ipso, quod memorata Peritia judicialem canonizazionem toties reportavit cum aliis Concreditoribus, similem Immissionem, vel satisfactionem D. Principis acriter contendentibus, scilicet tam coram *Rmo D. meo Molines Decano*, in illa *Romana, seu Albanen. Salviani 27. Aprilis 1708.* quam *cor. R. P. D. meo Priolo* in alia *Romana Salviani 22. Junii ejusdem anni, & cor. R. P. D. meo Lancetta sub die 7. Junii 1706.* quam, & denique *cor. me*, ut in *decis. edita in altera pariter Romana, seu Albanen. Salviani 27. Junii anni præterlapsi §. De hac enim*, cum successive de-
18 creta expeditione causæ; profecto talis Peritia Jus faciebat contra omnes etiam in illis Judiciis incitatos per *vulgatum Tex. in l. ingenuum ff. de stat. homin. Surd. dec. 289. n. 17. Rot. dec. 253. n. 2. cor. Rojas dec. 321. n. 4. par.* 10. & in individuo relationis Peritiæ factæ cum legitimis Contradictoribus *dec. 267. num. 33. par. 17. recen.*

Denique non minus irrelevans detecta est finalissima oppositio, videlicet, quod antecedens Sententia A. C., de cujus in substantia confirmatione, vel infirmatione tractabatur Immissionem fuerit impartita contra Hospitale sine ulla distinctione illorum ratæ cuilibet Creditori, quin idcirco posset Archihospitale patiens Immissionem dimittere quem mallet, siquidem in primis, & hæc pariter exceptio non proderat Hospitali, dum, ut supra præmisimus, etiam semotis aliis Creditoribus, solum Creditum ejusdem Principis erat idoneum ad nedum implendam, sed longe superandam Immissionem attributam pro ☩ 1048. quando de reliquo jam ex toties enunciata Peritia hactenus supponenda, palpari poterat rata cujuslibet ex prædictis Creditoribus, de cetero autem forma largiē-
19 di Immissionem pro indiviso passim practicatur, quoties, vel plures sunt Creditores immissi, vel immittendi, vel quoties creditum, pro quo conceditur immissio non implet

plet valorem bonorum Immissioni subjectorum, uti liquet *ex Decisione edita* in illa *Romana Salviani super exsecutione 21. Januar. 1704. §. Maxime quià coram me, & alibi frequenter*.

Quinimo solum tantummodo Creditum D. Principis ex parte sua deglutiisset præfatorum bonorum Importantiam, dum ea non transcendebat ₰ 2100. secundum appretium, sub quo illa comparaverat Æmilius, sed Tribunal ab Immissione exemit præcitata bona pro ₰ 1052., quia pro totidem sese obtegere volebat Æmilius, & ex illius Jure Hospitale, ex quo supradictum appretium pro memorata quantitate fuerat conversum in Credita magis anteriora, quam foret illud Principis, & ceterorum in lite consortium, cum semper lacessito, & convento in Judicio
20 Immissionis detur retentio pro suis Creditis anterioribus illis, pro quibus pulsatur ex collectis per *Conciol. alleg. foren. 4. n. 2. & 3. Pacific. de Salvian. interdic. inspect. 3. cap. 2. n. 4, 8. Rot. dec. 139. n. 2. post Contr. disceptat. foren. dec. 751. num. primo cor. Emerix Jun.* cum aliis relatis concordantibus in præcitata *Rom. Salviani super exsecutione 21. Jan. 1704. §. Diximus, & §. finali cor. me*.

Et ita &c. utraque &c.

Romana, seu Albanen. Ferraccii super bono Jure.

Veneris 8. Martii 1709.

ARGUMENTUM.

Si ad instantiam unius ex Creditoribus Debitor communis fuerit deprehensus, & emancipatus in carceribus, statim ac, vel per Creditoris assensum, vel per instantiam Judicis demandata fuit ejusdem Carcerati relaxatio, nequit ex post alter Creditor superveniens eumdem debitorem non adhuc de Carceribus egressum arrestare. Unus ex creditoribus nequit ullum irrogare præjudicium ceteris aliis coæquale interesse habentibus. Creditor alieno nomine palliato nequit extrajudicialiter rem sibi oppignoratam coemere, secus si judicialiter. Simulatio de Persona ad Personam quo casu sit in Jure prohibita.

SUMMARIUM.

1. *Omnia quæ contra Judicis probibitionem exarantur, veluti secumferentia ejusdem contemptum sunt nulla, ideoque in pristinum reponenda, antequam attentans audiri possit super suis Juribus, sive accusationibus, & de ratione.*
2. *Inhibitio etiam injusta, timenda est.*
3. *Par in parem non habet imperium.*
4. *Factum Judicis est factum Partis.*
5. *Debitor ad instantiam unius creditoris in carceribus emancipatus, statim ac per istius assensum est liberatus, nequit alius creditor illum denuo arrestare.*
6. *Variato facto, juris quoque dispositio immutatur.*
7. *Inhibitio quando effecta dicatur communis.*
8. *Per factum, seu consensum unius ex sociis vel Creditoribus afferri nequit præjudicium aliis.*
9. *Clausula* sine præjudicio Jurium Partium *actum conditionalem, & resolvibilem reddit si, & quatenus præjudicium alicui ex eo inferatur.*
10. *Unus ex creditoribus nequit in præjudicium aliorum ratificare, seu sanare actum nullum, & læsivum.*
11. *Venditio ut sit valida requiritur, ut pretium sit vere, & effective numeratum, vel saltem de eo habita fides.*
12. *Cedula S. Montis Pietatis Urbis habet vim pecuniæ numeratæ.*
13. *Census venditio corruit si pecunia, sive pretium tantummodo interfuit* per mostra, & num. seq.
15. *Mercatorum attestationibus quando deferendum sit.*
16. *In claris opus non est discursibus, & conjecturis.*
17. *Procura mandatum nequit extendi de Persona ad Personam.*
18. *Creditor nequit alieno nomine palliato extrajudicialiter rem sibi oppignoratam, vel obligatam coemere, &* n. 24.
19. *Secus si judicialiter, sive sub hasta id faciat.*
20. *Contractum, ex quibus arguatur fuisse simulatum.*
21. *Inter dissimulationem, & simulationem maxima intercedit differentia, nam dissimulatio potius est virtus, simulatio vero vitium.*
22. *Simulatio de Persona ad Personam quando sit in Jure prohibita, &* n. seq.

DECIS. CDLIV.

QUi ambulant in circuitu, etsi positive nec doloso, nec fraudulento, regulariter non ita prospere adinventionum suarum metam attingunt, sicuti illi, quos veritas naturalis sive simplicitas deduxit per vias rectas, ut accidit in præsenti thesi; in qua Petrus, uti Lazari Procurator, coemerat 600. *mi.liaria*, partim rudia, & partim elaborata illius Venæ ferri, quod nuncupant *Ferraccio*, ab Joanne, veluti e converso Procuratore Hieronymi detinentis in administratione, pro securitate initæ fidejussionis, illam Tabernam, quam pariter appellant *Ferriera*: Nam dela-

delata conquæstione circa validitatem, vel nullitatem hujuscemodi emptionis ad *Tribunal A. C.*, inibi prodiit Judicium, illam definiens nullam, & simulatam, attributa simultaneè manutentione favore Stephani de Mariis, aliorumque litis Consortium: quod sane Judicium plenarium confirmationis robur obtinuit, non solum prima vice in gradu appellationis *in Sacro Auditorio coram R.mo Molines Decano*, sed & secunda *eorum R. P. D. meo Polignac*: Sed habito per Succumbentem recursu pro nova Comissione in suspensivo ad *Signaturam Justitiæ*, reportavit Joannes Petrus, velatus perantea sub nomine præcitati Lazari apparentis emptoris, expetitam Commissionem, quæ cum *Mibi* dirigi contigerit, bipartito negocio juxta ultimum Judicatum ab *R. P. D. meo Polignac*, exoravi *Dominos*, quid de utroque sentirent: Et respectu negocii principalis, de quo præsertim *in præsenti Decisione* peragitur, Responsum habui, approbativum omnium in substantia præcedentium sententiarum; ut fert littera Rescripti = *Constare de tribus* =

Et quidem *in substantia*, quia *Domini* concordarunt, quod memorata emptio, & venditio nulla prorsus foret & simulata, licet in suffragiis *Mibi* traditis adesset quis in ordine ad primum, & divisim sumptum caput nullitatis, reputans non subsistere illum attentati titulum, cui seorsim quoque innitebantur *præcedentes Decisiones*, & signanter ultima *sub die* 4. *Maji* 1708. *ex* §. *Nullitas enim cum seq. cor. R. P. D. meo Polignac*; & quidem sub eo fundamento, quod, cum ante celebrationem prænominatæ venditionis Dominus Princeps Pamphilius obtinuisset *ab A. C.* Inhibitionem, ne amoveretur, nedum distraheretur, ferrum, existens in supradicta Ferreria, nequibat ullo modo præservari a manifesta attentatorum labe subsequuta posterior venditio: omnia namque, quæ contra Judicis prohibitionem exarantur, veluti secumferentia Principis, sive Judicis eum repræsentantis, contemptum, adeo sunt nulla, ut cuncta omnino reponenda sint in pristinum, antequam attentans

1 possit audiri super suis juribus sive exsecutionibus, ex passim affirmatis per *Lancell. de Attent. par.* 2. *cap.* 10. *de Attent. post inhib. in præf. num.* 233. *& par.* 3. *cap.* 29. *num.* 13. *& seqq.*, *Rota decis.* 580. *num.* 4. *cor. Dunoz. Jun.*, *dec.* 735. *num.* 1. *& seqq. coram eod.*, *decis.* 404. *num.* 8. *cor. Bich.*, *& cor. Emer. Jun. decis.* 715. *num.* 1. *decis.* 996. *n.* 3., *& in Recent. decis.* 412. *n.* 15. *par.* 19. *cum aliis plurib. in Tiburtina Fideicommissi* 2. *Martii* 1705. §. *Idem Joseph cor. me*. Exigit quippe Judicialis Majestas, quod quisque gravatū se existimans ab hujusmodi Inhibitionibus, & præceptis, instet penes Judicem inhibentem pro revocatione, vel moderatione ejus-

2 dem Inhibitionis; sed nemini privato fas est sibi dicere jus; unde merito dicitur, quod Inhibitio, etiam injusta, cæca religione timenda venit, sicuti monet *Card. de Luc. de Judic. disc.* 16. *num.* 5. *de Benefic. disc.* 74. *sub num.* 9. *de Jurisd. disc.* 49. *sub num.* 11., *Rota decis.* 177. *cor. Buratt.*, & plene *ibid. Addens num.* 9. *lit. A.*, *decis.* 544. *num.* 2. *& decis.* 574. *num.* 1. *cor. Card. Cavaler.*, & late *decis.* 295. *n.* 6. *& seqq. par.* 11. *Rec.*, *& alibi sæpissime*.

Ad hæc quippe replicabat idem *ex Dominis*, utique has propositiones abstractive, sive in semetipsis subsistere; verum cessare amaritudinem ex consensu, post eamdem Inhibitionem præstito per eumdem D. Principem, illiusque Ministros, ponderationi, & onerationi hujus jam venditi Ferraccii, in sequelam revocati impedimenti, sive Inhibitionis per novissimum Decretum *R. P. D. mei Aldrovandi* tunc in Tribunali *A. C. Prælati Locumtenentis*; quia quidquid esset, an ipse *R. P. D. meus Aldrovandus* sufficienti polleret auctoritate destruendi, & infirmandi, quod seorsim ab alio Conjudice, in eodem Tribunali sedente, exciterat injunctum, atque judicialiter prohibitum, ex verissima ceteroquin regula negativa, quod, cum in prædicto Tribunali tres adsint, ut diximus, Conjudices, æquæ in civilibus potestatis, ut videre est apud *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. disc.* 34. *n.* 18. *& seqq. signanter n.* 20., profecto nullus erga alium, tamquam

3 par in parem, habet imperium, ut per *Textum in L. Ille a quo* §. *Tempestivum ff. ad Trebell.*, *cap.* 10. §. *Quamvis de elect.*, tradunt *Bonden. collect. legal.* 41. *n.* 138. *vol.* 2. *Grat. discept.* 923. *num.* 5., *Barbos. axiom.* 174. *num.* 1., *Menoch. de arbitr. cap.* 438. *n.* 9., *Ricc. collect. decis.* 1094. *par.* 5.

Nihilominus corruebat difficultas, attento enunciato consensu Domini Principis Pamphilii: quia, cum factum Judicis sit factum Partis, eo ipso quod Pars ipsa, videlicet Dominus Princeps, obtentæ Inhibitioni, & sic favori suo renunciavit, collabescit quodcumque impedimentum, quod Judex ab ini-

4 tio ad illius preces apposuerat, ut in proximis *Card. de Luc. de Benefic. disc.* 92. *n.* 38., *Rox. de Incompatibilit. part.* 7. *cap.* 4. *a num.* 23., *Adden. ad Buratt. decis.* 307. *n.* 9., *& decis.* 927. *n.* 34., *& ad decis.* 599. *num.* 23. *part.* 4. *tom.* 3., *Rota coram Caputaquen. dec.* 215. *num.* 2. *par.* 2., & penes *Marches. de Commiss. p.* 2. *cap.* 2. *dec.* 7. *n.* 7. Quin

Quin negocium facesseret, quod, cum præter D. Principem adessent alii Creditores habentes sibi devinctum, & hypothecatum Ferraccium, non potuerit proinde idem D. Princeps illis per quemlibet a se regulariter præstitum consensum præjudicare: Siquidem contrarium in subjecta materia erat verius: quia, post remotum legitime impedimentum de voluntate illius, qui illud curaverat apponi, nihil habent de quo ceteri Creditores conquerantur, uti quotidie videmus in fraternizantibus arrestis personalibus, quod si aliquis extiterit ad unius Creditoris instantiam deprehensus, & emancipatus in carceribus, statim ac vel per Creditoris assensum, vel per justitiam Judicis demandata fuit e-
5 jusdem Carcerati relaxatio, nequit ex post alter Creditor superveniens eumdem debitorem, licet adhuc de carceribus non egressum, arrestare, ut tam de Jure, quam per Decreta *Congregationis S. Visitationis* firmat, & ostendit *Scannarol. de Visit. Carcerat. lib. 3. cap. 9. tot. n. 11.*, *Sabell. var. resol. cap. 71. n. 6.*, late *Brun. de Ceß. bon. quæst. 11. quartæ quæst. princip. n. 26. & seqq.*

Et de facto alter *ex Dominis* quoque definebat adhærere huic primo fundamento, tamquam minus tuto: Ast gemini alii Suffraganres simultanee, & fortiter amplexabantur hoc pariter motivum attentatorum, reflectendo, quod cuncta mox animadversa utique, aliis non concurrentibus circumstantiis, & factis, solide substitissent; sed enucleando germanam facti seriem, apparebat, quòd *R. P. D. meus Aldrovandus sub die 23. Decemb. 1705. per modum tantummodo provisionis, & sine præjudicio jurium Partium*, licentiam fuerat impartitus onerandi Ferraccium, ut in *Summario Jo: Petri Num. 20.*, non obstante Inhibitione ejus Conjudicis, cujus de reliquo mentionem non fecerat, decreta *sub die 9. antecedentis mensis Junii ejusdem anni, eodem Summario Num. 26.*; quodque deinceps, nimirum sub *die 26. prænominati mensis Decembris* 1705., Dominus Princeps onerationi consensit, & his profecto puris terminis mi-
6 rabiliter stringebat objectum: sed variato facto (uti alii duo *Domini* subdebant) necesse erat quoque jus immutare, vulgata *L. Si ex plagis §. In clivo ff. ad leg. Aquil.*, *Rota decis. 578. num. 1. cor. Emer. Jun.*, *& in Rec. dec. 206. num. 1. par. 16.*, *dec. 36. num. 12. par. 18.*, *& dec. 163. num. 1. par. 19.*, *& in Romana Hereditatis de Lanuviis 13. Jun. 1698. cor. me dec. 56. n. 3. inter hactenus impressas tom. 1.*

Quoniam uno, eodemqne tempore, quo Romæ consulebatur, nempe sub ipsamet *die 23. Decembris* 1705., in faciem loci, videlicet in Civitate Vetula, sive ad oras Neptuni, a qua fieri debebat transfretatio Ferraccii, comparuerant desuper habentes interesse vel ex titulo dominii, vel societatis, aut crediti; ac emissa solemni protestatione, judicialiter erant protestati de venditione omnino simulata, & fictitia, citra ullam veri pretii numerationem, quodque clam sequuta fuerat asportatio a Ferreria, penitus insciis eisdem desuper habentibus interesse, quodque ad hunc effectum jam retroactis diebus super hac historia sive scena conficta, Testes desuper examinari curaverant, *Summario D. Senatoris Lomellini, distributo die 4. Maji 1708. cor. Rmo Molines Decano sub num. 17.* Ac propterea, dum per istam comparitionem, & protestationem reliqui, ut supra foventes interesse, animum satis declaraverant prosequendi eorum Jura, antequam superveniisset ullus assensus D. Principis, quomodo Inhibitio præexistens, & nondum per possibiie revocata, non erat jam effecta communis? Et quomodo clam per particulare, nec non posterius provisionale Decretum, oriens ex facto, seu consensu unius, nempe D. Principis, valebat reliquis Sociis, aut Credito-
7 ribus ullum inferri præjudicium? contra ea, quæ ad rem, tam circa primam objectionem habentur firmata per *Rot. in decis. 224. n. 3. dec. 259. sub num. 1. cor. Ludovis. dec. 273. num. 5. cor. Priol.*, *& in Rec. dec. 313. n. 6.*
8 *par. 6. Rec.*: quam circa secundam apud *Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. in præf. num. 260.*, *& in tract. de Commerc. disc. 49. n. 29.*, *Cæsar de Graff. decis. 3. n. 7. de rescript. decis. 488. num. 6. & 10.*, *& decis. 611. n. 2. cor. Priol.*, & ceteris adductis *dec. 32. n. 2. & 3. cor. Ubago*.

Potissime quia neque revera *R. P. D. meus Aldrovandus* revocaverat antecedenter Inhibitionem per supradictum provisionale Decretum, dum illam adesse, & a suo Conjudice factam penitus ignorabat; imo tantum aberat, quod nocere posse per umbram intellexerit ceteris Interessatis, ut potius in prædicto ejus Decreto Provisionali Clausulam præservativam apposuerit *Sine præjudicio jurium Partium*, quæ actum conditionalem, &
9 resolubilem reddit. Si & quatenus præjudicium alicui ex eo inferatur, *Post. de Manut. observ. 50. num. 1. & per totam*, *Grat. discept. 980. num. 6. vers. & tales cum seqq.*, *Maresco tt. var. resol. lib. 1. cap. 55. n. 31. & 32.*, *& lib. 2. cap. 137. num. 2.*, *Rota decis. 876. num. 4.*, *decis. 97. num. 7. & 8. coram Dunoz. Jun.*, *decis. 316. num. 25. cor. Merlin.*, *& dec. 528. num. 6.*, *& decis. 618. n. 5.*

coram

coram Emer. Jun., *& decis.* 842. *num.* 11. *coram Duncz. Jun.*

Addito quod posterior consensus ipsius Domini Principis poterat quidem revalidare quoad se asportationem, seu venditionem factā de Ferraccio, & solummodo pariter quoad se removere obstaculum attentatorum, cui post inhibitionem *diei* 19. *Junii* 1705. indispensabiliter subjacebat venditio; sed non per posterius ratificare, & sanare actum coinquinatum in præjudicium aliorum ut supra, qui in negocio comparuerant, & jam de fraudulenta, sive simulata, & fictitia emptione, etiam absque præjudicio agendi criminaliter, judicialiter fuerant protestati, per ea, quæ in proposito similis ratificatio-

10 nis, vel revalidationis, factæ per unum dumtaxat Creditorem animadvertunt *Card. de Luc. in miscellan. disc.* 4. *num.* 23. *Urceol. de transact. quæst.* 85. *num.* 23. *& seqq.*, *Rota decis.* 572. *n.* 2. *cor. Coccin.*, *& in recen. dec.* 85. *num.* 7. *part.* 8., *& decis.* 244. *ex n.* 25. *usque ad finem par.* 16. *recen.*

Libuit igitur secernendo paleam a tritico fideliter, ut munus est *Ponentis*, seu Relatoris in Causa, sensum Suffragiorum exprimere; de reliquo enim, circa secundum caput nullitatis, promanātis a venditione insubsistente, simulata, & fictitia, non dubitarunt *Domini* approbare justitiam trium præcedentiū Judicatorum; de hujusmodi siquidem nullitate, & simulatione satis superque coruscare videbatur. In ordine namque ad nullitatem, nemo non scit, quod ad effectum, ut emptio, & venditio non sit nulla, requiritur inter

11 potissima requisita illud pretii, quod vel debet esse vere, & effective numeratum, vel de eo constare debet, saltem habitam fidem fuisse, ad communiter affirmata per *Scribentes tot. tit. Inst. de empt. & vendit.*, *& in l. fin. ff. de contrahen. empt.*, *Card. de Luca de empt. & vend. disc.* 14. *num.* 6. *& seqq. de regal. disc.* 125. *n.* 3. & plenissime *Rot. decis.* 567. *&* 605. *per tot. cor. Merlin. repetitas decis.* 172. *& decis.* 248. *par.* 6., *& decis.* 184. *n.* 3. *par.* 14. *Recentior.*

In præsenti autem hypothesi neque fides de pretio habita fuit, nec ullum pretium effective solutum, cum in Instrumento venditionis, dato in *Summario Jo: Petri Num.* 2., eniteret, quod Joannes Quequer, qui, uti Procurator Hieronymi ad sensū litteræ vendebat controversum Ferracciū Lazaro Damiano, ejusque nomine, & vice Petro Mariæ Luciano pro scut. 5400. fassus erat, actualiter recepisse ab eodem Luciano Cedulam similis summæ, provenientem a Sac.

12 Monte Pietatis Almæ Urbis, quæ, cum ad differentiam simplicis ordinis habeat vim pecuniæ numeratæ, consequenter excludit fidem habitam de pretio, ex traditis per *Altograd. cons.* 6. *sub num.* 49. *vers. Sed id lib.* 1., *& in tract. de commerc. disc. general. n.* 166. *cumplurib. in idem concordan.*. cumulatis per *Card. de Luc. de censib. disc.* 4. *num.* 5. *& de usur. disc.* 25. *pariter n.* 5., *Rota decis.* 256. *ex num.* 9. *par.* 9., & late *decis.* 11. *n.* 4. *& seqq.*, *decis.* 228. *n.* 11. *& seqq. par.* 12., *& decis.* 311. *num.* 4. *par.* 17. *recen.*, *& in Comentana Census* 20. *Junii* 1701. §. *Nihilominus*, *&* §. *Quin præterea coram me*.

Quoties idcirco evinceretur, hujusmodi Cedulam intercessisse, ut dici solet, *per mostra*, nulloque modo exactam extitisse, aut exigi debuisse in satisfactionem venditionis, quæ, mediante Quequer, expleta in Instrumento dicebatur ab Hieronymo: ecce quod contractus venditionis, & emptionis aufugit velut umbra sine corpore, & remansit nomine tenus emptio, & venditio, prout quotidie definitum fuit in Censu, in cujus venditione cum haberi nequeat fides de pretio, sed illud debeat esse verum, & effective persol-

13 vi, statim corruit eadem venditio Census, si pecunia, seu pretium tantummodo interfuit *per mostra*, ex traditis per *Cenc. de censib. par.* 16. *qu.* 50. *num.* 10. cum ibidem adductis, *Card. de Luc. eod. tit. disc.* 4. *n.* 2., *Rota decis.* 406. *num.* 2. *cor. Card. Cavaler.*, *& in recen. dec.* 431. *n.* 1. *& seqq. par.* 19. *tom.* 2.

Applicando igitur ad rem; quod memorata Cedula, recepta per Quequer loco effectivæ pecuniæ numeratæ, inservierit solummodò *per mostra*, patenter ostendebant documenta registrata in *Summario Domini Senatoris Lomellini* signanter *sub num.* 4. *&* 5. in quibus liquebat, quod Bernardus Orada, fungens munere Exactoris Montis Pietatis, exhibendo eidem Monti duo recapita, Cedulam correspective reportaverat, importantem summam præfatorum scut. 5400.; quod hujusmodi Cedula sic reportata per longum gyrum, & circuitum variarum de medio Personarum, tandem devenit ad eumdem Oradam, & in eo finaliter hujusmodi gyrus, & apparens, si non vitiosus, circulus fecit punctum, sive cessavit; proindeque plusquam evidens erat, quod totum stetit in apparentia, & *in mostra*, ad similitudinem eorum, quæ dicunt Jura, & Scribentes de nummulariis partitis, quas compellant *pissatore*, ad

14 nihilum deservientes, & exclusivæ realitatis interventus pecuniarum, & cujuscumque veræ solutionis, ut ex mente *Textus in l. qui sic solvit* 55. *ff. de solut.*, probant *ibid. Gloss. Castr.*, ceterique *Scribentes*, *Card. de Luca*

Luca de camb. difcurf. 25. *num.* 17., *Capyc. Latr. decif.* 200. *num.* 72.

Quid plus? dum idem Jo: Petrus, qui prius velabatur fub nomine Quequer, Damiani, & Luciani, fecundum reduplicationem Perfonarum, quas pro neceffitate negocii induerat, & confixerat, fatebatur, ut in ejus *Summario Num.* 10., quod pretium Ferraccii, confiftens in præfatis fcut. 5400. penes ipfum exiftebat, & tamen fi verum pretium emptionis ejufdem Ferraccii decurriffet eo modo, quo cantat Iuftrumentum, gyratæ, & partitæ Montis Pietatis nullo pacto valuiffent defcendere in eum, qui nullibi apparebat, vel Gyratarius ejufdem Cedulæ, vel Venditor Ferraccii, quemadmodum de hoc extravaganti circuitu ferio informati teftati funt etiam Mercatores, de quibus *dicto Summario Num.* 5 *lit. K*, & quibus pariter, tam-
15 quam in materia peritis, non femel *Rota* detulit, immo femper, ubi Jus non repugnet, ex his quæ habentur in *decif.* 419.*n.*6. *cor. Buratto*, *decif.* 126. *num.* 1. 2. *&* 3. *& per totam coram fa. me. Gregor.*, *decif.* 338. *num.* 2. *decif.* 597. *num.* 4. *& dec.* 754. *fub num.* 9. *cor. Merlin.*, *decif.* 50. *n.* 33. *cor. Ninot.*, *dec.* 302. *num.* 5. *cor. Emer. Jun.*, *& in recen. decif.* 123. *num.* 3., *dec.* 187. *n.* 10. *& decif.* 366. *num.* 5. *par.* 13. *decif.* 392. *n.* 9. *par.* 14., *decif.* 15. *num.* 9. *par.* 16. *& dec.* 80. *num.* 4. *par.* 18. *rec.*

Abfque eo quod proinde, pofita hujufmodi confeffione, amplius dari poffent aures contrariis atteftationibus exhibitis pro parte Jo: Petri in ejus *Summario Num.* 32. Quia præterquam exinde magis ftandum erat circa has difcordantes atteftationes limitationi, quam regulæ mox traditæ; ad quid imorari fuper his difcurfibus, & ratiociniis Mercatorum? dum factum exiftentiæ pretii apud Jo: Petrum, fupradictum gyrum & regyrum fuiffe mere apparentem convincebat, & non potuiffet pretium, contentũ in Cedula, reincidere in Oradam, & inde in Montem Pietatis, & poftea evolate ad manus Jo: Petri fine medio alterius gyratæ, & fic paffagii, five itineris: In claris quippe non effe locum difcurfibus, & conjecturis inquit *Pau-*
16 *lus Jurifconfultus in l. ille aut ille*, *ff. de legat.* 3., *Cravett. conf.* 294. *num.* 6., *Cyriac. controv.* 27. *num.* 5., *Rota decif.* 762. *n.* 1. *coram Seraphin.*, *decif.* 24. *n.* 16. *cor. Card. Celf*, *decif.* 117. *num.* 7. *coram Emer. junior. & in recen. decif.* 54. *n.* 8. *par.* 12. *Recentior.*

Caufa hic terminaret: fed profequendo præfatam confeffionem ipfius Jo: Petri, & quonam modo poterant pecuniæ conficientes pretium Ferraccii apud eum exiftere? Quia, quamvis in hoc Theatro tot Perfonas repræfentaverit, utique nequibat induere figuram Venditoris, cum nullum haberet mandatum ab Hieronymo ad vendendum, prout habebat Quequer, qui nec fubftituerat, nec valebat fubftituere Jo: Petrum; Unde impoffibile erat fuftinere venditionem, quæ facta non fuerat, vel a Domino, vel ab Adminiftratore legitimo; de dominio etenim, & adminiftratione non erat quærendum, cum neutro polleret Jo: Petrus, & quoad procuram, quæ refidebat in Quequer, ea non erat
17 extendibilis de perfona ad perfonam, notiffimis juribus, de quibus *Handed. conf.* 55. *num.* 79. *lib.* 1. *Parif. conf.* 47. *num.* 88. *&* 89., *Trentacinq; var. refol. lib.* 2. *tit. de Procurat. refol.* 3. *fub num.* 27., *Cald. de empt.*, *& vendit. cap.* 15. *fub n.* 50., *Rocc. de mandat. feu complem. notab.* 79. *num.* 172., *&* 174., *Rota decif.* 813. *n.* 9. *&* 24. *par.* 18. *tom.* 2. *rec.*

Si vero Jo: Petrus intendebat repræfentare, vel Damianum fuppofitum emptorem, vel Lucianum ejus affertum Procuratorem, quafi quod in figura emptoris pretium hodie retineret, tam quam non folutum a fimulato emptore, & expofitum confignationi ad favorem eorum Creditorum, qui priores, aut potiores effent Carofii communis debitoris, & tunc neque fuftentabilis erat contractus; quia, cum ratione fidejuffionis initæ reductive ad favorem ipfius Carofii erga Bancum S. Spiritus, perneceffe Jo: Petrus effet creditor, ftabat contra ipfum litteralis cenfura *Textus in l. fi quis fub imagine*, *Cod. de diftract. pignor.*, quæ vetat Creditori, ne alieno nomine palliato extrajudicialiter rem
18 fibi pignoratam, feu obligatam poffit coemere, ficuti uno ore etiam admittunt *Bald. in l. credo*, *cod. de exfequut. rei judic. Menoch. præfumpt.* 121. *num.* 12. *in fin. lib.* 3., *Giurb. decif.* 105. *n.* 13., *Card. de Luc. de credit.*, *& debit. difc.* 142. *ex num.* 5., *Rota decif.* 445. *num.* 35. *coram Duran.*, *& decif.* 95. *ex nu.* 11. *cum feqq. coram Bich.*, repetita in *recen. decif.* 95. *par.* 9., & pleniffime *decif.* 289. *fere per totam par.* 13.: Quidquid velint, vel difputent alii, fi agatur
19 de venditione judiciali, five fub hafta, ratione publicitatis, & bonæ fidei, expofitæ oculis Judicis, uti videre eft penes *Card. de Luc. de empt. & vendit. difc.* 31. *per totum*, fignanter *ex num.* 6. *ufque ad fin.*, *Poft. de fubhaft. infpect.* 32. *ex num.* 8. *cum feqq.*, *Rota poft ipfum decif.* 16. *num.* 6., *& decif.* 76. *num.* 19. *&* 20., late *dict. decif.* 445. *ex n.* 41. *cum plurib. feqq. cor. Duran.*

Ceterum *Domini* etiam perfiftentes, ultra hæc,

in

in fundamento *praecedentium Decisionum*, & præsertim *novissima*, firmiter reputarunt, in omnem casum procedendo cum regulis ordinariis, eximi Joannem Petrum non posse a simulatione apparenter initæ venditionis, vigente causa simulandi, optime perpensa in *Decisione R.P.D.Polignac* cum exuberanti comitatu conjecturarum, quibus in hodierna Audientia addebatur confessio, de qua supra, ejusdem Joannis Petri; dum enim cubitaliter confitetur, pretium Ferraccii esse apud se, nec ostendit causam, & scaturiginem, profecto simulatus fuit con-
20 tractus, simulata solutio pretii, & in sequelam remansit emptio & venditio tamquam corpus sine anima; & hoc est quod importat, contractum fuisse simulatum, *Bart.cons. 65. lib. 1., Socin. Sen. cons. 264. lib. 2., Riminald. Jun. cons. 62. num. 6. lib. 1., Farinacc. de simulat., & falsit. quaest. 162. fere per totam, Card. de Luc. de Credit. disc. 77. num. 7., & de camb. disc. 3. num. 3. Christin. decis. 30., Rota decis. 724. num. 2. cor. Buratt., decis. 7. num. 21. coram Emerix. Junior., repetita in Recen. decis. 102. part. 6., & decis. 13. num. 1., & seqq., & num. 32. part. 19. cum aliis, prae ceteris allegatis in prima Decisione Causa cor. Rmo Domino meo Decano §. Comperto itaque, in Romana redditionis rationis 14. Decembris 1708. §. Sed quid ultra coram me*; Et in hoc differt simulatio a dissimulatione, quæ est opposita, etsi vicina, & quandoque potius est Virtus,
21 quando e converso simulatio semper est vitium ex quo dissimulatio abscondit, quod est, simulatio vero ostendit, quod non est, *ut post Gloss. in l. 1. §. Dolum, & §. Non fuit autem contentus ff. de ventr. inspicien.* tradit *Alberic. de Rosat. in dictionar. jur. Civil., & Canon. lit. S verbo simulatio versic. simulo quod non sum, dissimulo quod sum, Alvar. de Velasc. de judic. perfect. rubr. 14. annot. 4. num. 32.*

Et ob id nullo modo amplius congruebat generica illa propositio, quod simulatio de persona ad personam non sit in Jure prohibita; id enim procedit, quando non insit admixtum interesse, & præjudicium tertii e-
22 tiam per possibile: *Exempli gratia*, si quis contrahat cambium passivum, vel societatem Officii cum similibus nomine alicujus, sed revera id agat pro alia tertia persona, reportando, ut moris est, ab ea recognitionem bonæ fidei; Vel econtra in activo faciens hujusmodi recognitionē; tunc enim nihil interest aut præjudicat tertio talis simulatio de persona ad personam, immo in casu passivo juvat, cum creditor duos acquirat debitores, secundum familiaria exempla discussa penes *Alex. cons. 19. num. 17. lib. 7. Aldobrand. consil. 95. num. 2. lib. 1., Bellon. Jun. consil. 20. num. 1., & seqq., Farinacc. de simulat. quaest. 162. num. 106., & seqq., Gratian. discept. 950. num. 41. & seqq., & num. 46. & 47., Rota in divers. decis. 802. num. 1. & 5. part. 4., & decis. 99. num. 5. part. 5.*, late *decis. 714. num 1. cum plurib. seqq. coram Merlin., & decis. 737. num. 1. 2. & seqq. coram eodem, & decis. 49. n. 30. coram Bich., & in Rec. decis. 253. n. 2. part. 4. tom. 2., & decis. 198. num. 1. & seqq. part. 14. Rec.*

Verum quando, prout hic, ultra simulationem in essentia contractus, simulatur persona cum possibili interesse vel præjudicio tertii, quia nempe poterat Carosius, non facta venditione solvere etiam creditoribus posterioribus, poterat Ferraccium pluris venundari
23 ex aliqua etiam fortuita contingentia; tunc simulatio de persona ad personam amplius non est licita, nullumque parit effectum, ut pariter, ultra generalem distinctionem, quam afferunt *Card. de Luc. de credit. & debit. disc. 84. num. 6. & 7., & de camb. disc. 6., disc. 12., & 14. per totos, aliique mox adducti concordantes.*

Videmus, immo jam vidimus, in terminis emptionis, & creditoris, quod si creditor præ manibus habeat pignus conventionale cum facultate etiam illud vendendi, nequit eam-
23 dem facultatem exercere cum se ipso, simulata persona tertii emptoris, ob solam, etsi in facto forsan non verificatam, suspicionem in pretio ex *Cæsareo rescripto*, de quo supra, in *l. si quis sub imagine Cod. de distract. pign. cum concordan. superius cumulatis §. Causa hic terminaret, quibus addi possunt innumeri congesti per Rotam decis. 108. per tot. penes Post. de subbast.*

Crescētibus idcirco potius fundamentis, quàm ullatenus imminutis veteribus, mature ponderatis in tribus præcedentibus Instantiis, eo magis responderunt *Domini*, ut supra, *affirmativè*.

Utraque &c.

Romana, seu Albanen. Ferraccii super Manutentione.

Ven. 8. Martii 1709.

ARGUMENTO
Non indiget.

SUMMARIUM.

1. *Manutentio datur non solum in actibus extrajudicialibus, sed etiam in judicialibus, & forensibus, puta de re nulliter subhastata, vel vendita, in qua conceditur re-*

ductio in pristinum per speciem quamdam manutentionis.

2. *Clausula* cui de Jure *quando a Supremis Tribunalibus apponi soleat.*

DECIS. CDLV.

IN quamdam regulariter ordinariam consequentiam *Tribunal* in binis præcedentibus Judicatis decreverat Stephano, aliisque litis Consortibus Manutentionem super Sequestrato Ferraccio, cum ad normam negociiprincipalis detecta nullitate venditionis, sive ex capite attentatorum, sive ex motivo simulationis, sive ex utroque nulla potuerit in emptorem transferri possessio, illaque ideirco reponenda, firmandaque erat juxta pristinum statum, ubi erat perantea, quod fit mediante manutentione non solum in a-

1 ctibus extrajudicialibus, verum quoque forensibus, & judicialibus, ut de re attentate vel nulliter subhastata, seu vendita passim contingit ex connotatis per *Card. de Luc. de judic. disc.* 40. *n.* 88. *vers. vel potius, Posth. de subhast. inspect.* 53. *num.* 66., *Rot. post ipsum dec.* 39. *n.* 1., *& in addit. ad eumdem tract. dec.* 130. *num.* 12., *decis.* 204. *num.* 3. *cor. Emer. Jun.*, *& dec.* 206. *n.* 11. *par.* 18. *Rec. & in Aprutina Dotis, & fructuum super Manutentione* 30. *Januarii* 1707. *in princ. cor. me.*

Prudenter tamen *hodie* censuerunt *Domini* huic genericæ Manutentioni moderamen, sive explicationem superaddere, ad finem scilicet, sicuti in principio provide judicaverat A. C., ut Ferraccium retroduceretur, seu transportaretur, vel in locum tutum, vel in eamdem ferreriam, seu *Ferriera* pro explenda postmodum consignatione, cui de Jure; in Causa siquidem sive in illius prosequutione prodierunt in palestram plures desuper habentes interesse, quorum Jura cum ad normam Dubii, & judicati propositi hactenus non caderent expendenda, seu definienda, adhibere idcirco *Domini* existimarunt præfatam assecurationē sub memorata Clausula, futuræ justitiæ præservativa, *Cui de*

2 *Jure*, quam in similibus concursibus certarum semper Personarum, etsi de incertis practicant quotidie Tribunalia occasione depositorum cum similibus, ut ex doctrina *Aretin. in l. interesse puto ff. de acquiren. possess.* liquet apud *Paz. de Tenut. cap.* 12. *num.* 13., *Salgad. in labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 13. *sub num.* 13., *& fin. per totum.*

Utraque pariter &c.

Romana Cambii.

Mercurii 20. *Martii* 1709.

ARGUMENTUM.

Cessio rei in litem deductæ an, & quo casu fieri possit a Principali suo Procuratori. Late non minus quam docte, & magistraliter celebre Rescriptum Anastasii Imperatoris Eustachio Præfecto Prætorio directum, de quo in *l. per diversas Cod. mandat.*, innovatum, & roboratum a Justiniano ejusdem Anastasii successore in altera non minus famigerata *l. ab Anastasio Cod. eodem*, & deciditur quo casu dictarum ll. dispositio procedat. Mandatarius, sive Procurator ad cedendum, an, & quando licite possit in sui ipsius Personam inire cessionem.

SUMMARIUM.

1. *Anterioritas temporis juvat primum Cessionarium & arcet a consequutione nominis cessi, sive crediti secundum.*
2. *In incorporalibus nulla alia dari valet traditio, quam ipsa cessio.*
3. *Ex duobus Donatariis, vel Emptoribus ille in Jure præfertur, qui licet appareat tempore posterior anteivit oppositorem in assequutione sibi effective tradita possessionis,* declar. n. seq.
5. *Jurium cessio non quæritur, quando solvitur debitum proprium ejus, qui cessionem acquisivit.*
6. *Debitor remanet liberatus etiam in præjudicium cujuscumque Cessionarii, a quo iterato divexari nequit quoties suum debitum extinxit cum cedente.*
7. *Dummodo tamen solvens, & extinguens positivam scientiam non habuerit intermediæ cessionis.*
8. *Cessio rei in litē deductæ fieri nequit a Principali suo Procuratori.*
9. *Agnitio Juris alieni, & non proprii inducitur si Procurator non nomine proprio, sed sui Principalis omnia Acta gesserit.*
10. *Inesfectuatio vim tollit cuicumque conventioni, sive scripturæ.*
11. *Cessio non operatur nisi pro summa soluta.* *Expeditur Rescriptum Anastasii* in l. per divers. Cod. mandat. *innovatum, & roboratum a Justiniano* in l. ab Anastasio Cod. eodem.
12. *Dispositio prædictarum legum locum non habet in cessione facta per viam puræ, & simplicis donationis.*
13. *Declara dummodo titulus donationis non deservierit pro colore, & velamine illicitæ negociationis, in qua aliquod appretium intermissum appareat, quia tunc cessio suffragatur pro ea sola rata pro qua pretium intercessit.*

14. *Quod*

14. *Quod procedit etiamsi in tota Instrumenti extensione cessio facta appareat per gratuitam prorsus donationem, sed in discussione negocii evincatur, quod clam intervenerit pecunia.*
15. ll. ab Anastasio, & per diversas, *qua ratione edita fuerint.*
16. *Non procedunt quoties creditum cessum detegitur clarum, & liquidum.*
17. *Cessio crediti clari, & indubitati substinetur etiamsi difficultas aliqua oriatur in illius exactione.*
18. *Item non habent locum quando creditum cessum fuit justo, & rigoroso pretto emptum, & comparatum.*
19. *Cessionarius increpari nequit de revolutione veterum Chartarũ, & suscitatione a mortuis Crediti obsoleti, si dictum creditum ante cessionem sibi factam fuerit in litem deductum.*
20. *Dispositio dd. ll. locum sibi non vindicat, quando constat cessionem fuisse factam justis de Causis, non autem animo vexandi debitorem.*
21. *Neque etiam procedit si quis per viã transactionis sub lõge minori appretio acquirat nomen aliquod Debitoris, vel in satisfactionem proprii Crediti recipiat, vel demum retinendi, & cooperiendi bona propria adipiscatur.*
22. *Ex comparitione coram Judice, quæ tendat ad eum finem ad quem tendit appellatio, non inducitur actus cõtrarius appellationi.*
23. *Cessionarius debet, & potest litem continuare nomine cedentis.*
24. l. Quisquis Cod. de postuland. *quando procedat.*
25. *Nullum Jus oritur ex facto insubsistenti.*
26. *Mandatarius, seu Procurator ad cedendum nullatenus valet in sui ipsius Personam inire cessionem.*
27. *Hoc tamen non procedit in Causidicis, & Patrocinatoribus litium, quorum respectu diversa edita sunt Jura prohibitiva.*
28. *Figuram cedentis quis gerere dicatur, & quis illam cessionarii.*
29. *Procurator constitutus ad vendendum pro certo pretio potest pro se ipso emere stante justitia pretii.*
30. *Officiali sicuti permissum est emere bona fide, et justo pretio bona, ita emere potest per interpositam Personam.*
31. *In contractibus emptionis crediti litigiosi inspiciendum est tempus stipulationis, et non quid postea ex opera, et industria Emptoris evenerit.*
32. *Heres Beneficiatus non impeditur acquirere citra ullam confusionem credita contra ipsam hereditatem, cum stante beneficio Inventarii reputetur externus Procurator administratæ hereditatis.*
33. *Cogi nemo debet ad iteratam exbursationem unius, ejusdemque debiti.*

DECIS. CDLVI.

Sub hasta positis judiciali Bonis hereditariis Joannis pro quantitate scutor. 803: 65. debita in vim Cambii passive contracti ab eodem Joanne ad instantiam Petri de Ripamontibus veluti causam habentis a Carolo prænominati Cambii Creditore, pulchra in ipso vestibulo consumandæ deliberationis exorta est quæstio inter alterum Joannem, & Paulum, quisnam illorum sub hac personatâ figura Petri, seu larua contineretur, ex quo idem Petrus utrique ex contendentibus, etsi diversis temporibus, propria hujus crediti Jura cesserat, & plenarie transfuserat.

Paulus itaque, qui prima fronte habere dignoscebat in hoc conflictu regulam indubitanter contra se, dum cessio ejus favore exarata, facta dumtaxat legebatur de anno 1708. quando per novennium præcedens, nempe sub anno 1699. similem cessionem ad sui favorem reportatam Joannes Carolus palam ostendebat; in hac siquidem materia, quidquid *Neoterici* in Cathedris disputare consueverint cum *Bartol. in l. Non quocumque* 84. §. *Qui Cajum, ff. de legat. primo* super indagatione, an prima cessio limitata existat ad utilem tantummodo actionem, vel amplectatur insimul directam; hodie, quia revera in praxi hujusmodi cessionum Instrumenta cum totali verborum amplitudine (prout contingit in præsenti) celebrantur, proceditur cum regula generaliori derivante a notissima *l. Qui prior ff. qui potior. in*
1 *pignor. hab.*, & temporis anterioritas juvat primum Cessionarium, & arcet a consequutione nominis cessi, sive crediti secundum ex communiter affirmatis per *Treutler. conf.* 113. *num.* 27., *Latrat. conf.* 44. *num.* 3., *Guzman. de Evict. quæst.* 35. *n.* 130., *Olea de Cession. Jur. tit.* 6. *quæst.* 8. *num.* 4. *in fine, Giurb. decis.* 4. *num.* 1., *Carol. Anton. de Luca ad Gratian. discept.* 310. *num.* 12., *Albit. de Inconstant. in Judic. quæst.* 23. *num.* 4. *& seqq.*, *Rota dec.* 42. *num.* 8. *post Mangil. de Subhast.*, *& coram Priolo decis.* 78. *num.* 21. *& coram Emerix Jun. decis.* 807. *num.* 1. *& in Recent. decis.* 699. *sub num.* 3. *vers. Tum quia par.* 18. *tom.* 2., *et in Amerina Fideicommissi* 15. *Junii* 1696. *cor. bo. mem. Muto*, quæ habetur impressa *ad ornatum Card. de Luca sub tit. de Fideic. decis.* 6. *num.* 10.

Non

ductio in pristinum per speciem quamdam manutentionis.

2. *Clausula* cui de Jure *quando a Supremis Tribunalibus apponi soleat.*

DECIS. CDLV.

IN quamdam regulariter ordinariam consequentiam *Tribunal* in binis præcedentibus Judicatis decreverat Stephano, aliisque litis Consortibus Manutentionem super Sequestrato Ferraccio, cum ad normam negocii principalis detecta nullitate venditionis, sive ex capite attentatorum, sive ex motivo simulationis, sive ex utroque nulla potuerit in emptorem transferri possessio, illaque idcirco reponenda, firmandaque erat juxta pristinum statum, ubi erat perantea, quod fit mediante manutentione non solum in a-
1 ctibus extrajudicialibus, verum quoque forensibus, & judicialibus, ut de re attentate vel nulliter subhastata, seu vendita passim contingit ex connotatis per *Card. de Luc. de judic. disc.* 40. *n.* 88. *vers. vel potius*, *Posth. de subhast. inspect.* 53. *num.* 66., *Rot. post ipsum dec.* 39. *n.* 1., *& in addit. ad eumdem tract. dec.* 130. *num.* 12., *decis.* 204. *num.* 3. *cor. Emer. Jun.*, *& dec.* 206. *n.* 11. *par.* 18. *Rec. & in Aprutina Dotis, & fructuum super Manutentione* 30. *Januarii* 1707. *in princ. cor. me.*

Prudenter tamen *hodie* censuerunt *Domini* huic genericæ Manutentioni moderamen, sive explicationem superaddere, ad finem scilicet, sicuti in principio provide judicaverat A. C., ut Ferraccium retroduceretur, seu transportaretur, vel in locum tutum, vel in eamdem ferreriam, seu *Ferriera* pro explenda postmodum consignatione, cui de Jure; in Causa siquidem sive in illius prosequutione prodierunt in palestram plures desuper habentes interesse, quorum Jura cum ad normam Dubii, & judicati propositi hactenus non caderent expendenda, seu definienda, adhibere idcirco *Domini* existimarunt præfatam assecurationē sub memorata Clausula, futuræ justitiæ præservativa, *Cui de*
2 *Jure*, quam in similibus concursibus certarum semper Personarum, etsi de incertis practicant quotidie Tribunalia occasione depositorum cum similibus, ut ex doctrina *Aretin. in l. interesse puto ff. de acquiren. possess.* liquet apud *Paz. de Tenut. cap.* 12. *num.* 13., *Salgad. in labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 13. *sub num.* 13., *& sin. per totum.*

Utraque pariter &c.

Romana Cambii.

Mercurii 20. *Martii* 1709.

ARGUMENTUM.

Cessio rei in litem deductæ an, & quo casu fieri possit a Principali suo Procuratori. Late non minus quam docte, & magistraliter celebre Rescriptum Anastasii Imperatoris Eustachio Præfecto Prætorio directum, de quo in *l. per diversas Cod. mandat.*, innovatum, & roboratum a Justiniano ejusdem Anastasii successore in altera non minus famigerata *l. ab Anastasio Cod. eodem*, & deciditur quo casu dictarum ll. dispositio procedat. Mandatarius, sive Procurator ad cedendum, an, & quando licite possit in sui ipsius Personam inire cessionem.

SUMMARIUM.

1. *Anterioritas temporis juvat primum Cessionarium & arcet a consequutione nominis cessi, sive crediti secundum.*
2. *In incorporalibus nulla alia dari valet traditio, quam ipsa cessio.*
3. *Ex duobus Donatariis, vel Emptoribus ille in Jure præfertur, qui licet appareat tempore posterior anteivit oppositorem in assequutione sibi effective traditæ possessionis*, declar. n. seq.
5. *Jurium cessio non quæritur, quando solvitur debitum proprium ejus, qui cessionem acquisivit.*
6. *Debitor remanet liberatus etiam in præjudicium cujuscumque Cessionarii, a quo iterato divexari nequit quoties suum debitum extinxit cum cedente.*
7. *Dummodo tamen solvens, & extinguens positivam scientiam non habuerit intermediæ cessionis.*
8. *Cessio rei in litē deductæ fieri nequit a Principali suo Procuratori.*
9. *Agnitio Juris alieni, & non proprii inducitur si Procurator non nomine proprio, sed sui Principalis omnia Acta gesserit.*
10. *Ineffectuatio vim tollit cuicumque conventioni, sive scripturæ.*
11. *Cessio non operatur nisi pro summa soluta.* *Expeditur Rescriptum Anastasii* in l. per divers. Cod. mandat. *innovatum, & roboratum a Justiniano* in l. ab Anastasio Cod. eodem.
12. *Dispositio prædictarum legum locum non habet in cessione facta per viam puræ, & simplicis donationis.*
13. *Declara dummodo titulus donationis non deservierit pro colore, & velamine illicitæ negociationis, in qua aliquod appretium intermissum appareat, quia tunc cessio suffragatur pro ea sola rata pro qua pretium intercessit.* 14. *Quod*

14. *Quod procedit etiamsi in tota Instrumenti extensione cessio facta appareat per gratuitam prorsus donationem, sed in discussione negocii evincatur, quod clam intervenerit pecunia.*

15. ll. ab Anastasio, & per diversas, *qua ratione edita fuerint.*

16. *Non procedunt quoties creditum cessum detegitur clarum, & liquidum.*

17. *Cessio crediti clari, & indubitati substinetur etiamsi difficultas aliqua oriatur in illius exactione.*

18. *Item non habent locum quando creditum cessum fuit justo, & rigoroso pretio emptum, & comparatum.*

19. *Cessionarius increpari nequit de revolutione veterum Chartarū, & suscitatione a mortuis Crediti obsoleti, si dictum creditum ante cessionem sibi factam fuerit in litem deductum.*

20. *Dispositio dd. ll. locum sibi non vindicat, quando constat cessionem fuisse factam justis de Causis, non autem animo vexandi debitorem.*

21. *Neque etiam procedit si quis per viā transactionis sub lōge minori appretio acquirat nomen aliquod Debitoris, vel in satisfactionem proprii Crediti recipiat, vel demum retinendi, & cooperiendi bona propria adipiscatur.*

22. *Ex comparitione coram Judice, quæ tendat ad eum finem ad quem tendit appellatio, non inducitur actus cōtrarius appellationi.*

23. *Cessionarius debet, & potest litem continuare nomine cedentis.*

24. l. Quisquis Cod. de postuland. *quando procedat.*

25. *Nullum Jus oritur ex facto insubsistenti.*

26. *Mandatarius, seu Procurator ad cedendum nullatenus valet in sui ipsius Personam inire cessionem.*

27. *Hoc tamen non procedit in Causidicis, & Patrocinatoribus litium, quorum respectu diversa edita sunt Jura prohibitiva.*

28. *Figuram cedentis quis gerere dicatur, & quis illam cessionarii.*

29. *Procurator constitutus ad vendendum pro certo pretio potest pro se ipso emere stante justitia pretii.*

30. *Officiali sicuti permissum est emere bona fide, et justo pretio bona, ita emere potest per interpositam Personam.*

31. *In contractibus emptionis crediti litigiosi inspiciendum est tempus stipulationis, et non quid postea ex opera, et industria Emptoris evenerit.*

32. *Heres Beneficiatus non impeditur acquirere citra ullam confusionem credita contra ipsam hereditatem, cum stante beneficio Inventarii reputetur externus Procurator administratæ hereditatis.*

33. *Cogi nemo debet ad iteratam exbursationem unius, ejusdemque debiti.*

DECIS. CDLVI.

Sub hasta positis judiciali Bonis hereditariis Joannis pro quantitate scutor. 803: 65. debita in vim Cambii passive contracti ab eodem Joanne ad instantiam Petri de Ripamontibus veluti causam habentis a Carolo prænominati Cambii Creditore, pulchra in ipso vestibulo consumandæ deliberationis exorta est quæstio inter alterum Joannem, & Paulum, quisnam illorum sub hac personatā figura Petri, seu larua contineretur, ex quo idem Petrus utrique ex contendentibus, etsi diversis temporibus, propria hujus crediti Jura cesserat, & plenarie transfuserat.

Paulus itaque, qui prima fronte habere dignoscebat in hoc conflictu regulam indubitanter contra se, dum cessio ejus favore exarata, facta dumtaxat legebatur de anno 1708. quando per novennium præcedens, nempe sub anno 1699. similem cessionem ad sui favorem reportatam Joannes Carolus palam ostendebat; in hac siquidem materia, quidquid *Neoterici* in Cathedris disputare consueverint cum *Bartol. in l. Non quocumque 84. §. Qui Cajum, ff. de legat. primo* super indagatione, an prima cessio limitata existat ad utilem tantummodo actionem, vel amplectatur insimul directam; hodie, quia revera in praxi hujusmodi cessionum Instrumenta cum totali verborum amplitudine (prout contingit in præsenti) celebrantur, proceditur cum regula generaliori derivante a notissima *l. Qui prior ff. qui potior. in*
1 *pignor. hab.*, & temporis anterioritas juvat primum Cessionarium, & arcet a consequutione nominis cessi, sive crediti secundum ex communiter affirmatis per *Treutler. cons. 113. num. 27., Latrat. cons. 44. num. 3., Guzman. de Evict. quæst. 35. n. 130., Olea de Cession. Jur. tit. 6. quæst. 8. num. 4. in fine, Giurb. decis. 4. num. 1., Carol. Anton. de Luca ad Gratian. discept. 310. num. 12., Albit. de Inconstant. in Judic. quæst. 23. num. 4. & seqq., Rota dec. 42. num. 8. post Mangil. de Subhast., & coram Priolo decis. 78. num. 21. & coram Emerix Jun. decis. 807. num. 1. & in Recent. decis. 699. sub num. 3. vers. Tum quia par. 18. tom. 2., et in Amerina Fideicommissi 15. Junii 1696. cor. bo. mem. Muto,* quæ habetur impressa *ad ornatum Card. de Luca sub tit. de Fideic. decis. 6. num. 10.*

Non

Non cadente in fubjecta hypothefi caftigatio-
ne illa prædicta l. Qui prior, five, quod
idem eft, non adaptabili illa confideratio-
ne, quæ cum fuis declarationibus, & limi-
tationibus de Jure coincidit in ceffione, do-
natione, vel venditione rei corporalis; cum
2 etenim in incorporalibus non alia dari que-
at traditio, quam ipfa ceffio, tefte Gloff.
margin. in l. final. Cod. quand. Fifc. vel pri-
vat., Gratian. difceptat. 310. num. 15., Ho-
diern. contr. 27. n. 28., Vargas decif. Aragon.
4. num. 14., Thomat. decif. March. 29. num.
24., & decif. 137. num. 11. & 12., Rota de-
cif. 552. num. 16. cum duobus feqq. cor. Du-
nozet. Jun., minime congruunt termini Tex-
tus in l. Quoties Cod. de rei vindicat., per
quam ex duobus Donatariis, vel Emptori-
bus ille in Jure præfertur, qui, licet appa-
3 reat tempore pofterior, anteivit oppofito-
rem in affequutione fibi effective traditæ
poffeffionis, juxta connotata per Valenzuel.
confil. 119. num. 26., Ant. Gomez var. refo-
lut. tom. 2. cap. 2. num. 20., Merlin. de Pi-
gnor. lib. 4. quaft. 30. num. primo, Andreol.
controv. 240. num. 34., Cardinalis de Luca
de Donation. difc. 16. num. 14., Rota coram
Bichio decif. 133. num. 17., & in Rec. decif.
308. num. 8. par. 5., decif. 288. num. 11. &
12. par. 15., & decif. 536. num. 15. & 16.
par. 18., nifi forte loco ipfius effectivæ tra-
ditionis rei corporalis Creditor confignave-
4 rit fecundo Ceffionario pofitivum Inftrumē-
tum fui crediti, fecundum ea, quæ voluere
Bart. in dicta l. Non quocumque, §. Qui Ca-
jum, ff. de legat. 1., Ofach. decif. Pedem. 63.
per tot., aliique relati apud Spad. conf. 228.
num. 18. & 19. lib. 2.

Paulus inquam idcirco tutus quampluribus ad
fui tutamen munimentis infiftere conaba-
tur; & primo ad normam veterum Gladia-
torum, feu Laniftarum, antequam ferire fa-
tageret Adverfarium, femetipfum obtegere
procurabat negando, quod ceffio fibi facta
per pofterius foret vera ceffio tranflativa;
fed cum idem Paulus tamquam unus ex re-
præfentantibus Joannem originarium debi-
torem, effectus effet Correus debendi, con-
fequutive prætendebat, quod eadem ceffio
refolveretur in extinctivam, ficuti ubi fiat
5 folutio debiti de pecuniis propriis, vel he-
reditatiis Debitoris principalis, uno ore
conveniunt Bart. in l. Modeftinus num. 4.
ibique etiam Caftrenf. fub num. 5. ff. de fo-
lut., Card. de Luca de Credit. difc. 48. n. 3.
Epifc. Rocca felect. difputat. Jur. cap. 131. n.
31., Rota decif. 368. num. 4., & decif. 369.
num. 2. cum duobus feqq. poft Cenc. de Cenfib.
& coram Merlin decif. 469. num. 2., & dec.
543. num. 5. et coram Dunozett. Jun. decif.
869. num. 2. et cor. Celf. decif. 110. num. 2.
et 3. et in Recentior. dec. 273. num. 9. par.
9., decif. 34. num. 8., et decif. 330. n. primo
part. 17.

Pofito itaque quod vocabulum ceffionis glifce-
ret in extinctionem, recte fubjungebat Pau-
lus, quod nihil amplius extabat, fuper quo
agere poffet Jo: Carolus vigore cujufcumque
fuæ anterioritatis, femper quippe Debitor
remanet liberatus etiam in præjudicium
cujufcumque Ceffionarii, a quo iterato di-
vexari non poteft, quoties fuum debitum
extinxit cum Cedente; dummodo folvens,
6 & extinguens pofitivam fcientiam non ha-
buerit intermediæ ceffionis, ex deductis in
propofito regulæ per Carleval. de Judic. tit.
3. difputat. 26. num. 4., Olea de Ceffion. Jur.
tit. 8. quæft. 2. n. 13., et feqq., Pofth. decif.
Bonon. 59. num. 70., Rota dec. 161. num. 1.
et 2., et decif. 292. num. 7. et 8. apud Cenc.
de Cenfib. decif. 351. num. 10. cum feqq. par.
15., et dicta decif. 34. num. 20. cum duob.
feqq. par. 17. Recent. et inter impreff. ad or-
natum Card. de Luca fub tit. de Ufur. dec. 46.
num. 9. pariter cum duobus feqq., et in Peru-
fina Bonorum 16. Januarii 1702. §. Pro di-
luenda in fine coram me, & in ordine ad limi-
tationem per Gratian. difceptat. 20. num. 24.
7 cum duobus feqq., Carleval. dicta difputat.
26. num. 5., Francifc. Rocc. refponf. 79. nu.
primo in fine lib. 2., Sabell. var. refol. cap. 8.
n. 34., Rota d. dec. 351. num. 13. & 17. par.
15. Rec., in Albanen. Domus 5. Julii 1688.
§. Nec prædicta in fine cor. bo. me. Ronainino,
& in Romana Domus 26. Junii 1690. §. Nec
Puteus, & 4. Decembris ejufdem anni §. Nec
refragatur, cor. Eño Caprara.

Secundo non minus acriter Paulus fubnecte-
bat, quod ubi quoque viguiffet creditum
Cambii, & fuper ejus exactione ad limites
præmiffarum ab initio propofitionum abftra-
ctive mereretur Joannes Carolus anteferri,
radicitus tamen infracta remanebat quæli-
bet efficacia ceffionis tamquam inita ad cō-
modum ejufdem Joannis Caroli tunc Cu-
riam fequentis, & pofitive Petri ejus Pa-
trui, & in hac Caufa Principalis, actualis
Procuratoris, refiftente expreffa Conftitu-
8 tione Benedicti XII., necnon id execranti-
bus, & abhorrentibus noftris Sacrofanctis
Legibus, ut liquet ex l. Quifquis Cod. de
poftuland. cum concordantibus apud Oleam
de Ceff. Jur. tit. 3. quæft. 11. num 29., Rota
dec. 288. num. primo & feqq. coram Emerix
Jun.

Inevitabilius vero (& hoc tertio loco Paulus
fubdebat) quia non folum Joannem Caro-

lum

lum exercuisse munus Procuratoris prælaudati Petri apparebat, ex datis *in Summario ejusdem Pauli Num. 6. et seqq.*, sed, quod plus erat, adhibito nomine Petri, & uti ejus Procurator Joannes Carolus Acta peregerat totius Causæ decursus usque ad positionem controversorum Bonorum sub hasta; ac propterea quomodo reassumere valebat illam vestem Juris, propriæque personæ, quando per tot annos, per tot Acta induerat illam solius Petri? vel enim ex hoc facto penitus contraria resultabat agnitio a-
9 lieni Juris, & non proprii, per ea, quæ in simili ponderavit *Rota decis. 415. num. primo par. prima Recent., & decis. 300. num. 17. & 18. par. 11., & decis. 26. n. 10. par. 19.* vel saltem incontrovertibilis emergebat in-
10 effectuatio, quæ vim tollit cuicumque conventioni, sive scripturæ, ad *Text. in l. Sciendum, §. Qui fundo ff. qui satisd. cog., & in l. Non est mirum in fine ff. de pign. act., Rota decis. 112. n. 8. coram Zarat., & dec. 40. num. 14. cum duobus seqq. coram sa. me. Alexandro VIII., & dec. 279. n. 14. par. 18. & dec. 381. num. 17. par. 19. Rec.*

Quarto tandem loco Paulus conclamabat, quod in omnem pessimum eventum hujusmodi cessio, cui Joannes Carolus inhærebat, veluti conquisita sub nudo dumtaxat pretio *scutorum* 100. non erat proponibilis, & exsequibilis in Judicio, nisi pro eademet quantitate, non autem pro prætensis *scutis* 803. 65. ex causa primi Cambii in sorte *scutorum* 200., necnon pro *scutis* 216. ex capitali, &
11 fructibus secundi, juxta celebre rescriptum *Anastasii Imperatoris Eustachio Præfecto Prætorio* directum, de quo *in l. per diversas Cod. mandat.* innovatum, & roboratum a *Justiniano* ejusdem *Anastasii* successore in altera non minus famigerata *l. ab Anastasio C. eodem*, per ea, quæ habentur deducta; & exornata apud *Cost. de Port. rat. quæst. 70. n. 1. & seqq., Grivel. decis. Dolan. 111. n. 31. Rota dec. 3. n. 14. coram Ubald., dec. 350. n. 4. cor. Celso & dec. 96. n. 8. par. 18. Rec.*

Idque adeo verum, ut quamvis determinatio *prædictarum legum* locum sibi non vindicet, quando consimilis cessio exarata fuisset per viam simplicis, & puræ donationis, ex quo nemo valet impediri; quominus donet nomen Debitoris, sicuti posset elargiri aliam quamcumque rem propriam, prout de cetero rationabiliter in suismet visceribus sese refrænarunt *prædictæ adductæ Leges*, in dicta quippe *l. per diversas* ita *prope finem*
12 decernitur = *Si autem per donationem cessio facta est, sciant omnes, hujusmodi Legi locum non esse* = quod & habetur *in dicta l. ab Anastasio §. Sed cum ii*, ibi = *Sed si voluerit debitum totum pure donare, & per donationem actiones transferre &c.* = & notant *Roman. cons. 118. num. 1. & 2., Jo. de Amic. cons. 24. ex n. 23. usque ad finem, Cujac. observ. lib. 16. cap. 16. prope fin., vers. Et uno tantum casu, Andreol. controv. 262. n. 18., Urceol. de Transact. quæst. 83. n. 12. & consult. foren. cap. 51.* pariter *n. 12. Berlich. decis. 33. n. 5.*

Nihilominus in odium hujusmodi hominum, qui ope talium cessionum litium nuncupantur redemptores, cuncti concordant *Scribentes*, quod titulus donationis tueatur quidem cessionarium a fulgure *præfatarum Legum*, sed tantummodo intra sphæram propriæ activitatis, in quantum scilicet cessio existat effectiva, & gratuita donatio, verū si
13 intermixtum appareat aliquod appretium, ex quo tunc titulus donationis præsumitur deservijsse pro colore, & velamento illicitæ negociationis, cessio suffragatur pro ea sola rata, pro qua pretium intercessit, & non ultra, quemadmodum colligitur ex *eodem Textu in l. ab Anastasio*, & monent *Cancer. var. resol. par. prima cap. 13. num. 76., Leotard. de Usur. quæst. 39. nu. 23., Rosental. de Feud. cap. 10. conclus. 39. num. 59., Ant. Faber. in Cod. lib. 4. tit. 29. defin. 5. sub princ. Crusius de Jur. offer. cap. 11. nu. 34. Carol. Ant. de Luca ad Grat. discept. 286. num. 2., Carpzov. dec. Saxon. 67. num. 3.*

Quinimmo licet cessio in tota extensione, & publicitate Instrumenti appareat facta per voluntariam, & prorsus gratuitam donationem, si tamen in discussione negocii evincatur, quod clam intervenit pecunia, vel alia
14 res capax æstimationis, idem statuendum esse, quod fuit proxime firmatum, dixere *Brunneman. in d. l. ab Anastasio in quarta ampliat., Menoch. de Præsumpt. lib. 3. præsumpt. 129. sub num. 27. vers. Tertia fuit, Grat. discept. 826. num. 35. & 36., Staiban. Jun. in addit. ad resol. 83. n. 9. & 10. cent. 1., Carpzov. d. decis. 67. num. 4., Berlich. decis. 32. num. 6.*

Redacta igitur amaritudine ad hæc quatuor capita objectionum, illa singulariter *Domini* discutientes, penitus adinvenere inapplicabilia, & insubsistentia; Incipientes siquidem ordine inverso, verum utique erat, quod obtenta fuerat per Joannem Carolum cessio
15 a Petro ejus Patruo pro solis *scutis* 100., sed quia, ut innuimus, tota ratio *Cæsarum* in edendo *memoratas Constitutiones* sistebat, ne quis avaræ, vel malignantis naturæ per revolutionem veterum chartarum consopitas lites, vel obsoleta, seu prætensa intricata credita in præjudicium Civium, & Reipubli-

publicæ a mortuis resuscitaret, hinc statim
16 ac a contrario creditum cessum detegebatur clarum, & liquidum, sicuti in casu nostro apparebat ex *altera decisione diei 25. Junii 1706. coram Me*, nulla suberat ratio, propter quam per viam cessionis in commerciū deduci non posset ad instar aliarum rerum etiam nomen Debitoris, proindeque in his terminis non intrare disposita *in prædictis legibus* citra contradictorem putarunt *Gabr. consil. 67. nu. 7. & 8. lib. primo, Carol. Ant. de Luca ad Gratian. dicta discept. 286. sub n. 6. vers. Idem si Jus cedentis, Modern. Forolivien. in Observat. ad Ramon. consil. 14. nu. 9., Urceol. de Transact. qu. 83. a num. 2. ad 6., Gob. consult. 8. num. 20., Censal. decis. Lucen. 87. num. 16. & 17., Rota cor. Crescent. dec. 10. num. 3. de Sentent. & re judic. & decis. 33. nu. 6. et 7. post Pacific. de Salvian., et coram Ubald. dec. 7. n. 13., Royas dec. 85. num. fin., Bich. decis. 10. n. 5. & 6. Ubag. decis. 76. num. 6., & in Recent. decis. 307. num. 13. part. prima, & decis. 228. n. 10. part. 13., & in Signina Census 4. Febr. 1688. §. Non secundum in fine coram cla. me. Card. Caccia.*

Certius, quia, si quæ aderat intricatio in Cambiis cessis, illa nullatenus percutiebat ipsius Crediti indubitabilitatem in capitalibus jam etiam canonizatam a Signatura Justitiæ
17 mediante assueto rescripto, *Sine præjudicio*, sed tantummodo concernebat difficultatem, & asperitatem in exigendo; quæ sane difficultas potius deserviebat ad magis evadendam censuram *enunciatarum ll. Per diversas & ab Anastasio*, ex deductis *in Tractat. de Commerc., & Mercatur. disc. 59. num. 24., Rot. d. dec. 228. nu. 12. par. 13., dec. 360. num. 18.. & seqq., & dec. 515. num. 9. par. 19., & in Camerinen. Census 25. Junii 1696. coram Rmo D. meo Molines Decano impress. inter recollect. per modern. Asculan. ad Statut. Urb. dec. 22. sub. num. 19.*

Sub ea sane ratione, quod quando Creditum dignoscitur difficilis, & periculosæ recuperationis, & exactionis, hoc ipsum periculum, vexatio, & incertitudo magnam, & sæpe sæpius totalem secum ferunt valutationem, & pretium; prout adamussim accidit in præsentis facti circumstantiis, per quas apparebat, quod Joannes Carolus *scuta* supra *mille* de propria pecunia implicaverat in hujus Judicii, seu recuperationis judicialis decursu, sicque mavis in effectu, per effusionem superabundantem, Creditum sibi cessum comparaverat, etiamsi illud acquisiverit ab initio pro solis scutis 100. ad limites Calculi distributi *in Restrictu additiona-*
18 *li*, insimulque justificati *in Summario Causæ Num. 15.*, proindeque re ipsa spectata nimium verificabatur præfatum motivum, per quod *toties laudatæ leges* reddebantur inapplicabiles, & inerves, ex iis, quæ prosequuntur *Scacc. de Commerc., & Camb. §. 1. qu. 1. n. 430. cum seqq., Leotard. de Usur. d. quæst. 39. num. 38., Guzman. de Evict. quæst. 35. num. 3., Andreol. controv. 262. n. 27., Coneiol. allegat. 55. num. 12., Card. de Luca de Credit. disc. 60. nu. 14. Rota coram Ubald. dicta decis. 7. nu. 12., & coram Coccino dec. 861. num. 5., & coram Cels. decis. 203. num. 4., & decis. 391. num. 6., & in Rec. dec. 269. nu. 25. par. 11., & dec. 261. num. 8. par. 15., & decis. 37. num. 10. post Urceol. de Transact.*

Rursus evitabantur disposita *in iisdem legibus* fundatis in ratione, de qua supra, ex quo Creditum Cambiorum, de quibus agebatur, jam præcedenter, & ante cessionem apparebat in judiciali foro proclamatum & desuper positiva lis fuerat contestata, unde
19 Cessionarius nequibat increpari de præfata revolutione veterum chartarum, & suscitatione a mortuis Crediti obsoleti, ac consopiti, secundum ea, quæ optime in his terminis ponderantur per *Gloss. magnam in dicta l. Per diversas vers. pro indubitatis, & ibi Alberic., & Fab. Cod. mandat., Abb., & Innocent. in cap. final. de alienat. Judicis mutan. caus. fact. Odofred. in l. 2. Cod. ne liceat Potentiorib., Staiban. resolut. forens. tom. 1. resolut. 82. num. 17., Gabriel. commun. conclus. lib. 2. titul. de action. conclus. 5. nu. 51.* & ante eos *Jo: Franc. de Pont. cons. 84. num. 4. lib. 2.*

Accedebatque pro coronide his omnibus, quod cum Angela Mater Jo: Caroli Cessionarii esset & ipsa Concreditrix hujusmodi Cambiorum, recte filius ex causa tam immediati interesse, non autem animo nocendi valuit totum Creditum mediante re-
20 portata cessione adipisci, prout considerato tali interesse antiquioribus relatis observavit *Jo: Francisc. de Pont. cons. 77. n. 3. cum plur. seqq. lib. 1., & cons. 54. num. 43. lib. 2. Staiban. dicta resol. 82. num. 20. cum duobus seqq., Bonden. collect. 9. num. 107. lib. 1., Rot. d. dec. 861. num. 3. coram Coccino.*

Et ob id si quis per viam transactionis sub longe minori appretio acquirat nomen aliquod Debitoris, vel in satisfactionem proprii Crediti recipiat, vel demum ad finem, & effectum retinendi, cooperiendique propria bona adipiscatur, memoratæ *Imperatoriæ San-*
21 *ctiones* nequaquam procedunt, ex relatis quoad primam conclusionem per *Andreol.*

dicta

dicta contr. 262. *num.* 20., *Carol. Anton. de Luca ad Gratian. dicta discept.* 286. *sub num.* 6. *vers. Similiter*, *Staiban. dicta resol.* 82. *n.* 13., *& seqq.*, *Modern. Forolivien. in observ. ad Ramon. dicto consil.* 14. *num.* 15., *Urceol. consultat.* 51. *num.* 7. *& seqq.* cum aliis *in Tract. de Commerc.*, *& Mercat. dicto disc.* 59. *num.* 23., & quoad secundam *Sim. de Pret. cons.* 93. *num.* 20., *Menoch. de præsumption. lib.* 3. *præs.* 129. *nu.* 11., *Carpzov. respons.* 34. *num.* 6. *lib.* 5., *Leotard. de Usur. dicta quæst.* 39. *num.* 36. *vers. sed contrarium*, *Andreol. dicta controvers.* 261. *nu.* 15., *Urceol. de Transact. dicta quæst.* 83. *nu.* 31. *in fin.*, *Berlich. dec.* 33. *num.* 3., *Rota decis.* 44. *num.* 10. *par.* 11. *Rec.*, & denique quoad tertiam *De Pont. cons.* 64. *n.* 34., *& consil.* 76. *num.* 16. *cum.* 2. *seqq. lib.* 1., *Contiol. dicta alleg.* 55. *num.* 13., *&* 16., *Card. de Luca de Credit. disc.* 14. *n.* 2., *disc.* 60. *num.* 10., *&* 11., *& disc.* 149. *num.* 3., *Rota coram Coccin. dicta decis.* 861. *num.* 2. *coram Bich. decis.* 10. *num.* 5., *in Rec. decis.* 699. *num.* 6. *par.* 18., *decis.* 515. *n.* 8. *par.* 19. *& dicta decis.* 22. *num.* 18., *&* 19. *post Modern. Asculan. ad Statut. Urb.*, & habetur *in d. disc.* 59. *num.* 21. *de Commerc.*, *& Mercat.*

Procedentes pariter inversa methodo *Domini*, minus exaudiri posse existimarunt tertiam in ordine oppositionem super pretesa inobservantia, sive ineffectuatione cessionis deprompta, ex quo Joannes Carolus nequaquam proprio nomine, sed illo Petri usurpato Causam egisset: quia & id specialiter, & litteraliter conventum legebatur in corpore cessionis, ut ibi = *dando pienissima facoltà &c. di poter proseguire il Giudizio suddetto, e continuare gli Atti a nome di detta Signora Angela Margarita, e di detto Signor Pietro Donato Ripamonti*, *Summario Joannis Caroli num.* 8. Quapropter nequibat trahi, & extorqueri ad inobservantiã & ineffectua-
22 tionem, quod potius apertissime tendebat in ejusdem cessionis exsequutionem, ex notatis in proposito per *Rot. dec.* 74. *num.* 22. *coram Cerro*, *decis.* 273. *num.* 20. *in fin. par.* 11., *& decis.* 418. *num.* 11. *par.* 14. *Recent.* & citra difficultatem, quoties, ut in præsenti, cedebantur Jura jam in litem promota, agebaturque dumtaxat de judicialium Actorum consummatione, uti magis proficuum erat ad varios contingibiles effectus conti-
23 nuata nomine cedentis, ex animadversis in specie per *Gratian. discept.* 906. *n.* 15. *cum duobus seqq.*, *Rovit. super Pragm.* 5. *de ord. Judic. num.* 5. *in fin.*, *Afflict. decis.* 354. *nu.* 22., *Mut. decis.* 14. *num.* 2., *&* 3., *Giurb.* *dec.* 107. *num.* 1., *Rota coram Ubald. decis.* 326. *ex num.* 2. *usque ad* 5.

Clare itaque dissolutis geminis hisce postremis objectionibus, de plano etiam corruebat altera, juxta superiorem graduationem secunda, quod nempe Joannes Carolus tamquam Procurator nequivisset reportare aliquam cessionem a Petro ejus Constituente: quatenus namque attinebat ad Constitutionem *Benedicti XII.*, necnon rescriptum *Im-*
24 *peratorum Valentiniani*, *& Valentis in l. Quisquis Cod. de postuland.*, quidquid esset, an prædictæ ordinationes prohibitivæ forent intelligendæ respectu conventionum quotæ litis, sive victoriæ, ut alias respondisse videtur *Rota in Romana Legati* 10. *Decembris* 1694. *§. Repetitum vero*, *cum seq. coram R. P. D. meo Scotto*; Profecto evellebatur a fundamentis objectum ex omnimoda suppositi deficientia, cum de tempore initæ cessionis (quod utique non attingebat allata documenta ex parte Pauli) Joannes Carolus non foret ullo modo Procurator nec Petri, nec alterius cujuslibet Personæ, quoniam jam tunc Curiæ munus deseruerat, & mercimoniis addictus longe aberat a strepitu Forensi; Sicque nulla ob facti insubsistentiam poterat sequela Juris ab ipso facto pendentis e-
25 mergere, ad monitum *Alpheni in lib.* 2. *Digestorum relat. in l. Si ex plagis* 53. *§. In Clivo Capitolino*, *vers. respondi*, *ff. ad l. Aquil.* pulchre *Angel. de Ubald. consil.* 390. *num.* 1. *Ancaran. cons.* 254. *num.* 2. *vers. quomodo*, ubi quod sicut ex facto Jus oritur, ita ex facto Jus moritur, *cum reliquis notissimis*.

Quod si Scribentes fortasse pro Paulo intendebant criminari cessionem, ex quo Joannes Carolus extitisset constitutus Mandatarius,
26 & Procurator ad cedendum, ideoque nullatenus valuisset in sui ipsius personam inire cessionem, ad mentem *Text. in l. si in emptione* 34. *§. fin.*, *& in l. non licet.* 46. *ff. de contrah. empt.*, *Scacc. de Commerc. §.* 1. *qu.* 7. *part.* 1. *num.* 15. *vers. ideoque*, *Francisc. Rocc. de Mandat. not.* 36. *nu.* 71. *Noguerol. alleg.* 10. *num.* 132., & habetur *in Tract. de Commerc.*, *& Mercat. disc.* 61. *num.* 6. *&* 7. factum ipsum subalternantem hanc exceptionẽ jugulabat; tum quia hujusmodi prohibitiones communiter coarctantur ad illos Procuratores, Curatores, Tutores cum similibus, qui publica gerunt negocia, non autem feriunt Causidicos, & Patrocinatores
27 litium, quorum respectu diversa, ut supra, edita sunt Jura prohibitiva, ut opportune declarat *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 80. *sub n.* 7. *vers. Tertio cum seqq.*, & exemplificando prosequuntur *Peregrin. de Jur. fisc.*

*lib. 4. tit. 7. n. 5., & ſeqq., idem Menoch. de
arbitrar. caſ. 459. n. 12. cum ſeqq., Conrad.
Ritterſuſ. ſuper novell. Juſtinian. par. 1. cap.
8. ſub num. 45. Jo: Franc. Balthaſar. practic.
reſolut. tit. 5. reſol. 13. num. 1. Mangil. de
ſubbaſtat. qu. 88. nu. 1., & ſeqq., Salgad.
Labyr. Credit. par. 1. cap. 13. §. 2. pariter
ex nu. 1. cum plurib. ſeqq., Maſſin. de conſi-
ſcat. qu. 44. nu. 17., & ſeqq.* ſub ea ſatis
honeſta conſideratione, ne perſonæ publi-
cam ſibi fidem commiſſam in aliorum utili-
tatem, vertant in privatam, & propriam,
ut ſubdit præ ceteris *Balthaſar. dicta reſol.
13. ſub num. 1. verſic. quorum omnium*.

Tum etiam, quia ſive hujuſmodi prohibitio
exoriatur ab incompaſſibili reduplicatione
figuræ ceteroquin neceſſaria inter Ceden-
tem, & Ceſſionarium, inter Venditorem,
& Emptorem; Sive quia leges facile poſ-
ſunt in hoc caſu fraudem in Mandatario ſu-
ſpicari, utraque implicantia, utraque du-
bietas proſternebatur pariformiter, ut dixi-
mus, in Facto: figuram quippe repræſenta-
tivam Cedentis vigore Procuræ ſpecialis
28 veſtiebat utique Joannes Carolus, ſed illam
Ceſſionarii gerebat Thomas de Laurentis,
ad normam Cautelæ (licet ſuperabundan-
tis) allatæ per *Bertazzol. de Clauſ. Inſtrum.
Clauſ. 5. Gloſſ. 1. nu. 6., & 7. per tot.*, quem
laudat, & ſequitur *Hermoſill. ad Lopez l. 48.
tit. 5. par. 5. Gloſſ. 5. num. 27.*

Ad fraudem vero, ſuſpicionem, & læſionem
quomodolibet poſſibilem penitus labefa-
ctandam ſtabat individua deſignatio pretii
ſcut. 100. injuncta, & ſtabilita per Ceden-
tem in publico Inſtrumento ejuſdem Man-
29 dati; quamobrem faceſſere in talibus cir-
cumſtantiis omnem amaritudinem, & Juris
interdictum, unanimiter cenſent *Menoch.
conſil. 1174. num. 25., Rauden. conſil. 50. n.
610. lib. 1., Camill. Medic. conſil. 150. num.
18. cum 2. ſeqq., de Pont. conſil. 49. nu. 56.
& 57. juncto num. 60. lib. 1. Mangil. de ſub-
baſt. quæſt. 88. num. 12., & ſeqq., Merlin.
de pignor. lib. 2. quæſt. 82. num. 8., & 9.*,
& magis punctualirer in terminis Procura-
toris ad vendendum conſtituti, *Reverter.
dec. 78. per tot., Rota dec. 223. num. 3. par.
10. Rec.*

Tum, & denique, quia ex toto rei complexu
jam ſupra fuerat abunde deguſtatum, quod
introſpecta aſperitate, & difficultate recu-
perationis, una cum ingentibus expenſis a
Ceſſionario toleratis, & tolerandis, bona
fides adhibita in hoc contractu undequaque
ſupernatabat, qua utique concurrente etiam
ceſſio, vel venditio facta mediante interpo-
ſitione tertiæ perſonæ ad commodum publi-
30 corum Officialium, de quibus cantat prohi-
bitio, ſuſtinetur, & tenet, ex congeſtis
per *Menoch. dicto conſil. 1174. num. 18., &
ſeqq., de Pont. dicto conſil. 49. ex n. 39. cum
plurib. ſeqq., Joſ. Ramon. conſil. 35. num. 12.
in fin., & num. 17., Montanar. in Pragm.
5. de adminiſtr. univerſit. §. 6. num. 4. verſ.
ſed contrarium, Mangil. de ſubbaſt. dicta
quæſt. 88. num. 10., et ſeqq. Paſcal. de patr.
poteſt. par. 1. cap. 4. num. 17., Oſaſc. deciſ.
Pedam. 144. ſub nu. 14. verſic. poſſet etiam,
Caren. reſol. 9. ſub n. 6. verſ. denique, Rot.
dec. 55. num. 4., et ſeqq. cor. Bich.*

Tantaque revera exuberantia bonæ fidei pa-
lam emergebat, ut quantumvis Cedens Mã-
datario ſuo poteſtatem donaſſet obligandi
Cedentem pro legitima Cambiorum manu-
tentione, & reſpective evictione, nihilomi-
nus Joannes Carolus illa recepit ſimpliciter,
& *per un Sacco d' Oſſa*; ac propterea ſi dein-
ceps per induſtriam, laborem, & expenſas
Joannis Caroli eo ventum fuit, ut immineat
hodierna deliberatio pro aſſequenda hujus
Crediti, totque ſudorum ſatisfactione, pa-
31 rum hoc conſiderari meretur, ſicuti in ſimil-
limo caſu recte ponderavit, & dixit *Rota in
Romana Ceſſionis 3. Decembris 1706. §. Mul-
toque minus cor. Reverendiſs. D. meo Molines
Decano.*

Diluenda reſtabat prima objectio, videlicet,
quod cum Paulus exiſteret Petri Cedentis
Debitor, remanſiſſet idcirco mediante con-
quiſita ceſſione quodlibet Cambium, quod-
libet Creditum extinctum, unde nullæ ſu-
pereſſent reliquiæ Crediti, vel debiti, ſu-
per quibus poſſet Joannes Carolus anterio-
ritatem ſuam experiri: Quoniam littera ipſi-
us ceſſionis reportatæ per eumdem Paulum
occidebat prætenſionem, dum ipſe adeptus
apparebat hujuſmodi ceſſionem ſub illis ver-
bis = *proprio, et particulari nomine, et tam-
quam tertia, et privata perſona*, ideoque
intrare non poterant termini extinctionis in-
compatibiles cum tam clare conventa tranſ-
latione in figura Tertii contrahentis; Et
nihilominus corruebat non minus in facto,
quod Paulus revera conſiderari non deberet
tamquam tertia perſona, dum in ordine ad
hodie controverſum Cambium ſcut. 200. ſo-
lam ſubiverat condemnationem non in pro-
prio, ſed pro ſuo cõſequutivo intereſſe quotæ
hereditariæ ſibi pertinentis in bonis Joannis
originarii debitoris, heres quippe benefi-
ciatus non impeditur acquirere citra ullam,
32 vel minimam confuſionem credita contra
ipſam hereditatem, cum ſtante prædicto be-
neficio Invẽtarii, reputetur dumtaxat exter-
nus Procurator adminiſtratæ hereditatis, ex

paſſim

passim traditis per *Conciol. de hered. articul.* 1. *num.* 306., *& seqq. Carol. Anton. de Luca de pluralit. homin. legal. cap.* 34. *n.* 8., *Adden. ad Pampbil. dec.* 75. *num.* 8., *Card. de Luca de Credit. disc.* 36. *nu.* 23., *& de hered. disc.* 25. *num.* 10., *Episcop. Rocca select. disput. Jur. cap.* 146. *num.* 10., *Rota decis.* 152. *n.* 3. *inter collect. per modern. Asculan. ad Stat. Urb.*, *& in Romana reintegrationis* 26. *Martii* 1703. §. *Validitas*, *coram R. P. D. meo Kaunitz*.

Addito quod & hoc idem præferebat Dubium *a Me* subscriptum, & de consensu ipsius Pauli hodie disputatum, scilicet = *An*, *& ad cujus favorem sit procedendum ad ulteriora in deliberatione &c.* & tandem ex abundanti non admodum facile præsenti hypothesi aptari valebat conclusio, de qua superius in objecto, quod nempe Debitor principalis, seu cessus bona fide queat extinguere directe debitum cum suo Creditore etiam in præjudicium, utpote non prævisum, intermedii Cessionarii; quia hæc verissima conclusio ambulat cum suppositione, quod fiat realis, & effectiva solutio, non autem quoties (prout hic) pro majori parte cessio elucebat lucrativa, & undequaque etiam ad litteram Instrumenti cessionis sapiens donationem: Supradicta namque ceteroquin juridica assertio fundatur in illa æquitativa ratione profecto hic non applicabili, quod
33 quis cogi non debeat ad iteratam exbursationem unius, ejusdemque debiti, ut in substantia dicunt *omnes Auctoritates* superius in objecto allegatæ in §. *Posito itaque*, aliique abunde relati per *Modern. Schettin. in comment. ad l.* 3. *Cod. de novat. cap.* 6. *nu.* 1. *& seqq.*, & signanter *num.* 3.

Sicque a primo ad ultimum fugatis, sive interversis omnibus contrariis exiit rescriptum = *Procedendum esse ad ulteriora favore Joannis Caroli*.

Utraque &c.

Signina Donationis.

Luna 22. *Aprilis* 1709.

ARGUMENTUM.

Immissio, vel retentio concedi nequit alleganti quodlibet fideicommissum, nisi prius probetur identitas bonorũ fideicommissariorum; Ista autem identitas quomodo probanda sit. Jus accrescendi, vel non decrescendi an dari possit in donationibus factis inter vivos. Expenditur dispositio Text. in *l. Unica Cod. Si liber imperat. Soc. sin. hered. decedat lib.* 10. Bona per donantem sibi reservata ad effectum testandi an si de illis non testaverit donator, consolidentur cum donatione universali, sive potius transeant ad heredem ab intestato venientem.

SUMMARIUM.

1. *Post tres sententias, non solum constitui solet res judicata extinctiva Judicii, sed etiam deveniri ad finalem expensarum condemnationem, & taxationem.*
2. *Transportatio actorum si concedatur post incursam morositatem, & contumaciam, adjici solet expensarum refectio.*
3. *Reus lacessitus si suo loco, et tempore non opposuerit declinatoriam, seu Fori incompetentiam reficere omnino debet omnes expensas.*
4. *Judicium exsequutivum non præpeditur per exceptiones turbidas, et illiquidas.*
5. *Neque per oppositionem fideicommissorum.*
6. *Fideicommissum an censeatur per divisionem remissum, et renunciatum.*
7. *Immissio, vel retentio concedi nequit allleganti quodlibet fideicommissum, nisi prius probetur identitas bonorum fideicommissariorum.*
8. *Identitatis probatio etsi admittat coacervationem demonstrationum, ista nihilominus concludere, ac perstringere debent.*
9. *Hæ tamen probationes juxta quotidianam praxim remittuntur a Judicibus maturiori examini.*
10. *Jus accrescendi, vel non decrescendi quando admittatur in donationibus solidaliter factis.*
11. *Non recipitur in contractu donationis inter vivos ad differentiam ultimarum voluntatum.*
12. *Princeps donãs duobus, si unus ex eis sine herede decedat in alio concrescit, et perseverat donatio.*
13. *Expenditur dispositio Text. in* l. Unica Cod. Si libet. imperat. Soc. sine hered. decid. lib. 10.
14. *Duobus de Beneficio contendentibus si unus ex illis decedat, Beneficium superstiti confertur, non vero aliis.*
15. *Dispositio d. Text.* in l. Unica *non applicatur Ecclesiæ.*
16. *Donatio facta Pia causa absenti circa stipulationem Jus quæritur acceptante Deo ubique præsenti.*
17. *Bona vacantia in temporalibus adipiscitur Princeps Supremus.*
18. *In spiritualibus vero Fabrica D. Petri per Pontificiam dispensationem fuerunt applicata.*
19. *Pro parte testatus, et pro parte intestatus decedere nemo debet.*
20. *Materia Jurispatronatus est individua, et parit Jus decrescendi.*

21. *Quæstio Juris accrescendi, vel non decrescendi semper ex conjecturis decidi debet.*
22. *Jus accrescendi non intrat quando fuit facta separatio per quotas ratas, et portiones.*
23. *Bona per donantem sibi reservata ad effectum testandi si de iis non disposuerit cadunt sub donatione universali vigore pacti in eadem appositi.*
24. *Et quando libere ad heredem ab intestato pertineant, non vero ad Donatarium.*
25. *Dictio* omnium *ex sui amplitudine nihil excludit, nisi quod fuerat supra exceptum, ac reservatum.*
26. *Donatio omnium bonorum præsentium, et futurorum non comprehendit fructus superextantes ex usufructu donatori reservato.*

DECIS. CDLVII.

De geminis Monasteriis effectis ab Euangelista Donatariis Universalibus illud tantummodo, quod nuncupatur *S. Maria in Vialata* Civitatis Veliternæ descenderat in Palestram judicialis habiti conflictus cum Antonio, aliisque Fratribus de Galeottis *coram A. C.* sublatisque, seu demptis ultimo loco cunctis, ut inferius in prænominata Universali Donatione præservatis, de cetero *R. P. D. Gomez* Inmissionem attributam in eodem *Tribunali A. C.* pro medietate dumtaxat confirmaverat sub adeo felici successu, ut præter opportunum temporis defluxum ex capite etiam non factæ transportationis Actorum moderata remanserit quoque Inhibitio, quæ per Reos in vim tertiæ provocationis fuerat obtenta, quo casu re-
1 gulariter non solum perfecta constitui solet res judicata extinctiva judicii, sed etiam deveniri ad finalem expensarum condemnationem, atque taxationem, ut passim monent nostri Pragmatici nimirum *Vestr. in prax. lib. 8. cap. final. n. 14., Salust. Tiber. pariter in Prax. lib. 2. cap. 25. n. 3., et seqq., Modern. Asculan. ad Statut. Urb. tit. de instant., et fatal. annot. 11. art. 2. num. 203., et 222., Ridolphin. in prax. cap. 13. n. 592., et 642. par. 1., Scac. de Appellat. quæst. 11. art. 6. per tot., Card. de Luc. de judic. disc. 37. num. 26., Rota in Camerin. Census 25. Jul. 1696. §. Moto, et in Cremonen. Redditionis 1. Jul. 1701. §. Plana quidem cor. Rmo P. D. Decano.*

Verum successive expetentibus iisdem Fratribus *a Signatura Justitiæ* quodammodo hujus moræ purgationem, seu reintegrationem, & spiritum vivificantem, dummodo acta opportunius transportarentur, *Signatura* quidem benigne indulsit petitioni, & instantiæ Supplicantium, sed uno, eodemque tempore reintegrationi prænominatæ transportationis Actorum attributæ pœnitentiam salutarem adjecit refectionis expensarum, quemadmodum mos est adhibendi in similibus gratiis, seu medicaminibus post incursam juridicam contumaciam, & morositatẽ adamussim reintegrando similes inhibitiones, vel quoties reus lecessitus non opposuerit suo loco, & tempore legitimam declinato-
2 riam, seu fori incompetentiam secundum ea, quæ in proposito primæ praxis, & assertionis coruscant pènes *Modern. Asculan. ad Statut. Urb. annot. 11. art. 1. ex n. 165. cum seqq., & per Stacc. de appellat. quæst. 15. ex num. 309.,* & quotidie in terminis non allegantis opportune Clericatum, vel aliud Privile-
3 gium exemptivum, causamque interim agẽtis coram Judice Laico, seu non suo habetur penes *Graff. de effect. Clericat. 1. n. 880. & seq., Bellett. disquisit. Cleric. tit. de favor. Cleric. pers. §. 2. n. 14.* cum aliis penes *Card. de Luc. de judic. disc. 39. num. 28., & disc. 47. num. 53. in fin. in supplement. par. 4.*

Restituta igitur simplici potentia renovandi conflictum, actisque transportatis, non ob id posita validitate, & justitia postremæ Sententiæ in parte, ut diximus confirmatoriæ, evitabatur pendula vis rei judicatæ, ideoque proposito per *Me* congruo dubio, *utrum constaret de re judicata, seu potius de causis restitutionis in integrum, Domini* non ambigerunt, quominus inconcussa validitas, & firma injustitia memoratæ Sententiæ non suaderet, & impelleret ad responsum *affirmativum* super re judicata, & excluderet oppositum super perperam efflagitata in integrum restitutione.

Tria nãque sibi pro lucidiori enodatione iidem *Domini* objecere examinanda; *Primum* an donationi ad favorem utriusque Monasterii expletæ obsisterent fideicomissa antiquiora Cæsaris, nec non Mariæ sub *annis 1599.* & respective 1678. ordinata, sed circa hoc facile fuit sese expedire, cum enim versaremur in explicita, & clara donatione solito juramento, solitisque Clausulis exsequutivis coronata, ac roborata, utique illa non patiebatur oppositiones turbidas, nimiumque
4 intricatas exceptiones, cum id existat de consequentiis hujusmodi Clausularum & Judicii exsequutivi, ut minime præpediatur illius exsequutio per exceptiones admodum fastidiosas, & nullo modo claras *Grat. discept. forens. 734. n. 13., Rot. dec. 203. num. 5. cor. Peutinger. dec. 190. n. 19. cor. Royas decis. 56. num. 7. cor. Card. Cerr. decis. 645. a num. 21. usque ad fin., coram Dunoz. Jun. & dec.*

& dec. 674. num. 7., & dec. 1135. num. 1. cor. Emerix Jun.

Quidquid proinde dicendum esset in rei veritate de existentia, & purificatione hujusmodi fideicommissorum, quæ registrabantur in *Summar. Fratrum n. 1.*, utique sat non erat ostendere injunctionem per Fideicommittentes exaratam de restituendo illorum hereditates, seu Bona, sed necessario oportebat ulterius edocere de perseverantia eorumdem fideicommissorum in effectu, necnon insimul de reliquis extremis ad hunc finem requisitis cum tali luciditate, ut quemadmodum active tribuenda esset Immissio, dari quoque passive posset ex eorumdem fideicommissorum capite retentio, ut præter mox in genere allegatos in specie oppositionis fi-
5 deicommissorum adversus Instrumentū quarantigiatum, Camerale, vel alias exsequutivum ostenderunt *Cravett. cons. 685. nu. 27. Grat. discept. for. cap. 665. n. 11., Rota dec. 23. n. 9. coram Cavaler., & dec. 252. nu. 5. post Zacch. de obligat. camer. dec. 59. num. 1. & dec. 107. sub n. 1. vers. non obstabat, post Pacific. de Salvian. interdict.*, & plene *decis. 284. n. 1. cor. Emerix Jun. decis. 4. n. final. par. 11. decis. 97. nu. 18., & 19. par. 16.*, cum aliis in *Romana Fideicommissi de Palumbara 26. Martii 1708. §. Absque eo quod cor. R̃mo P. D. Molines Decano.*

In ordine siquidem ad perseverantiam liquido apparuit, quod iidem Fratres ad mutuam divisionem devenientes professi quidem fuerant partiri inter se Bona inibi specificata, atque descripta, eadem enunciando tamquam Paterna, & Materna, sesèque idcirco ad invicem quietarunt, sed cum nihil de fideicommisso avito fuerint obloquuti, quinimmo nec de ullo meminerint fideicomisso, & ad formam liberæ divisionis interposuerint Clausulas assuetas, ac plene translativas liberi dominii in perpetuum, ambigendum valde videbatur, an amplius in rerum natura existerent hæc, vel illa Bona supposita fideicommisso, & quatenus in genere adfuissent utrum eadem fideicommissa per tam li-
6 beram divisionem reciproce inter se Bona dividendo, Fratres remisissent secundum quotidie disputata penes *Peregrin. de fideicomm. art. 52.*, fere per *tot. Fusar. de substit. quæst. 593., & nu. 5. cum seqq., Card. de Luc. de fideicomm. disc. 165. per tot. disc. 177. ex n. 18. usque ad fin. disc. 178. per tot. & disc. 179. n. 9., & 12., Rot. dec. 89. fere per tot. coram Buratt. dec. 272. ex n. 5. cum plurib. seqq. par. 10., & dec. 308. fere per tot. par. 11. rec., & in Placentina Bonor. 25. Jun. 1708. §. Contra hanc regulam cor. R. P. D. meo Lancetta.*

In omnē vero casum nec per umbram hæc ipsa specificata Bona demonstrabantur stetisse, ac relicta fuisse in ulla hereditate fideicommittentium de tempore illorum obitus, prout digito monstrandum erat ad finem, ut fideicommissa habere valerent subjectū, in quo verificentur, alias non probata adamussim identitate, nulla Immissio, nulla re-
7 tentio concedi valet alleganti quodlibet fideicommissum ex notissimis Juribus, de quibus *Mascard. de probat. concl. 778. nu. 39., Peregrin. de fideicomm. art. 44. n. 43., Fusar. de substit. quæst. 616. n. 20., Rota dec. 1137. n. 1., & 2. coram Seraphin. dec. 2137. nu. 1. coram Cocein. dec. 19. pariter nu. 1. cor. Arguell. dec. 170. n. 14. cor. Card. Cels., & dec. 49. n. 1. decis. 232. n. 2., & 3., & dec. 443. n. 9. coram Emerix Jun., & in Reatina fideicommissi 11. Maji 1699. §. Cum enim coram Reverendiss. P. D. Decano.*

Diximus identitatem in promptu minime fuisse demonstratam, quoniam adhibita desuper periti ope, seu relatione usque ab initio *coram A. C.* is adinvenit, claudicare eamdem demonstrationem, cum Bonis indigitatis deessent probationes correspondentes possessioni fideicommittentium, vel in præcisa quantitate, vel in cunctis, sive in præcisis importationibus confinibus, & tamen licet probatio identitatis admittat coacervationem demonstrationum, nihilominus omnes concludere debent, seu perstringere concludenter, alias inexistunt ca-
8 paces parturiendi in suis casibus Immissionem, & in suis retentionem, ut pro limitatione advertunt *De Luc. de fideicom. disc. 194. n. 11., & disc. 170. n. 4., & seqq.* cum aliis plene relatis per *Rot. in Sabinen. Census 10. Jan. 1698. §. Prout nec urget oppositio non probatæ identitatis cor. bo. me. Muto impress. post Modern. Asculan. ad Stat. Urb. tom. 3. dec. 119. ex n. 19. cum seqq.*, & pro sublimitatione conderant *Alex. cons. 73. n. 7. lib. 3. Roland. cons. 67. nu. 19. lib. 2., Ruin. cons. 115. n. 3. & 5. lib. 5.* aliique concordan. cumulatis *Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 12. n. 24. 32., & seqq., Rot. dec. 264. n. 4., & seqq. coram Dunoz. Jun.*, & late, ac melius *decis. 19. n. 6., & 7. par. 12., & dec. 452. n. 26., & 27. par. 19. tom. 2. recent.*

Ceterum quia *probationes*, ut fert dicterium *angustiandæ non sunt*, dummodo per obliquitatem defensionis non impediatur recta via lucidæ actionis innixæ supradictæ donationi, æquo animo *Domini* probationē hanc identitatis, ac existentiam, & durationem prætensorum fideicommissorum remiserunt
9 sub opportuna præservatione veritatis judicio

dicio maturiori discutiendam juxta quotidianam practicam, de qua videre est penes *Amat. dec. Ferrar. 50. n. 2., Rot. dec. 215. nu. 23. par. 11. dec. 279. n. 9. par. 15. rec., & in Ferrarien., seu Anconitana Fideicomm. super fructibus 9. Junii 1704. §. Ceterum cor. me in Rom. Multiplicorum 4. Junii 1698. §. Rursus neque, & in Sutrina Immissionis 28. Novembris 1707. §. Exigitur coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano*.

Secundum e converso caput trutinandum residebat in agnitione utrum per modum solidalem præcitatis Monasteriis fuisset facta donatio; quia tunc citra dubium altero deficiente, vel non comparente subintrabat beneficium prænominatæ soliditatis, quodve explicant *Scribentes* sub illo *Jure*, quod
10 nuncupant *accrescendi, vel non decrescendi* ex traditis *Cujac. in l. 2. C. de usufruct.* cum aliis adduct. concordan. *per Bellon. de jur. accresc. cap. 1. quæst. 2. per tot.*, & signanter *n. 2., & cap. 4. qu. 2. nu. 6., & cap. 5. qu. 39. num. 4., Card. de Luc. de servit. disc. 48. num. 9.*

Ast neutiquam visa est extare talis conjunctio, talis soliditas, unde Monasterium Beatissimæ Virginis in Vialata Civitatis Veliternæ valeret illam medietatem similiter adipisci, quæ donata apparebat alteri distinctæ Ecclesiæ, etsi pariter Beatissimæ Virginis Gratiarum, itaut eadem postrema Ecclesia negligente in judicio comparere integraliter deferretur ad primam Ecclesiam hactenus instantem: Siquidem regula potius militabat in contrarium, cum enim versaremur in contractu Donationis inter Vivos ad differentiam ultimarum voluntatum, in quibus coincidere solent quæstiones de conjunctione ad hunc effectum necessaria re, & verbis,
11 vel alterutra, neque Jus accrescendi, neque alterum non decrescendi recipitur, ut unanimiter in præcisis terminis Donationis dixerunt *Bartol. in l. si mihi, & Titio num. 4. vers. quandoque ff. de verbor. oblig., Bald. in l. unica n. 2. C. quando non pet. part., Angel. in l. communis servus 5. ff. de stipulat. Scrv., Bursatt. cons. 378. n. 22., Cassan. cons. 51. n. 4. vers. contrarium, & cons. 59. num. 10. Gomez var. resol. tom. 1. cap. 10. nu. 1., & seq.*, aliisque reassumptis concordan. *Duard. de jur. accresc. lib. 1. cap. 16., Cerdos. eod. tit. illat. 28. n. 1., Rot. decis. 268. n. 5. cor. Emerix jun., et in rec. dec. 569. n. 10. par. 18.*

Quin ullum auxilium præstare valeret privilegium piæ Causæ, quasi quod intentio Donantis objective ad Deum non admittat caducitatem ad instar illorum, quæ dicimus de Principe Donante duobus, ut uno ex eisdem decedente sine herede, in altero concrescat, & perseveret totaliter donatio ad *Textum* satis apertum in *l. unica C. si liber*
12 *imperat. soc. sine hered. decedat. lib. 10., & ibidem Doctores*, idque vel exui quasi repetitæ concessionis, seu particularis successionis, seu demum in quoddam solatium favore Superstitis amissi Socii, uti dixerunt *Bald. in l. unica n. 27. C. quand. non pet. part., & in l. si qua Mulier 4. nu. 2. C. ad Senat. Consult., Tertull. Bartol. in l. de conjuncti n. 65., & ibid. Jas. n. 223., & seqq., Alciat. n. 57. ff. de legat. 3., Alex. cons. 30. nu. 8. vol. 1., Soccin. jun. cons. 73. num. 23. pariter lib. 1., Zuccar. cons. 2. nu. 23., & 50. nu. 42., Menoch. cons. 376. nu. 31., & cons. 514. nu. 1., Grat. discept. for. 272. nu. 19., Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 22. n. 52., Tiraquell. de nobilit. cap. 37. nu. 48., & 54., Peregrin. de jur. Fisc. lib. 1. tit. 2. num. 10., Crass. in §. Jus accrescendi qu. 15. in 4., Mantica de Tacitis lib. 13. tit. 17. n. 15., & 16., Solarzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 12. ex nu. 49., & seqq., Antunez de Donat. reg. lib. 1. cap. 3. num. 22.*

Ultra enim, quod hujusmodi opinio circa donationes Principum parum arrisit *Bellon. de jur. accresc. cap. 6. qu. 36. n. 19.*, & parum
13 *mihi* tamquam extensori arrideret, cum in *præcitato Textu in l. unica* nihil aliud dicatur, nisi quod honestius, sive æquius est, *quod ad Consortem potius solatium, quam ad personam aliam pars decedentis perveniat*, ex quibus utique verbis nihil legitur Statutum per viam Juris accrescendi, vel repetitæ concessionis, sed solum, ut si vellet Princeps de hisce bonis donatis, & suapte natura devolvendis ad suum Patrimonium, seu Fiscum in alium disponere, honestius foret disponere in superstitem per speciem cujusdā solatii, in non præbendo alterum Socium eidem superstiti, ut probat *idem Bellon. mox enunciatus in cap. 6. quæst. 36. ex n. 15. cum seqq. & signanter num. 19. & seqq. de jur. accresc.* afferens exempla in proposito hujuscemodi prælationis aliarum concessionum, *ex. gr.* feudi, quod non minus est Principis Beneficium, ac Donatio, & videmus in collatione effectivi Beneficii Ecclesiastici facta duobus ad invicem contendentibus, quod uno decedente, non confertur alteri idem
14 Beneficium, sed ad commodum superstitis sine hæsitatione tribuitur per illam, quæ nuncupatur gratiosa subrogatio in Juribus Defuncti ad *regulam 29. Cancellariæ*, de qua *Gloss. in cap. 1. & 2. ut Lit. penden. in 6.* & passim Rota signanter in *Romana Cappellania 23. Januarii 1708. coram Me*.

Ratio

Ratio nihilominus, quæ fortasse in foro concederet Jus accrescendi in Donationibus Principis, minime congruit donationibus factis Ecclesiæ, nisi per illam similitudinem, quæ in hoc secundo casu non favet superstiti, seu comparenti, quia nimirum Princeps rem
15 alienando ex propria largitate id facere censetur ea intentione, ut res amplius ad se non revertatur, ut prosequitur *idem Bellon. d. cap. 6. quæst. 36. num. 21.*

Applicando siquidem ad rem, profecto ex non dissimili intentione Donantis credendũ erat, quod postquam ipse transtulit in Deum, sive ejus Sponsam Ecclesiam hæc, vel illa bona, ea id egerit intentione, ut non amplius bona Deo dicata ad se reverterentur, & in idipsum conspirant, volentes idcirco, quod etiam Piæ causæ absenti citra stipulationem
16 Jus quæratur acceptante Deo, ubique præsenti, quod sibi primario donatum est ex recte connotatis per *Felin. in cap. 1. nu. 7. de pact. Grat. discept. forens.* 358. *num.* 54. *Tiraquell. de privileg. piæ cauf. privileg.* 115., *Mantica de Tacitis lib.* 2. *tit.* 13. *nu.* 15. *& seqq.*, *& lib.* 3. *tit.* 7. *n.* 5. *Gonz. ad Reg.* 8, *gloss.* 5. §. 7. *Less. de instit. lib.* 2. *cap.* 18. *dub.* 6. *num.* 36. *Sanchez de Matrim. lib.* 1. *cap. disp.* 6. *n.* 17. *Far. ad Covarr. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 55. cum aliis adduct. concordan. per *Amostaz. de Causis Piis lib.* 1. *cap.* 4. *& num.* 28. *cum seqq.*, *& Card. de Luca de donat. disc.* 14. *num.* 11. *&* 13. *disc.* 35. *nu.* 3. *Rot. dec.* 606. *num.* 10. *coram Cavaler. dec.* 773. *num.* 9. *coram Dunoz. jun.*, *& dec.* 1184. *nu.* 11. *coram Seraphin.*

Ceterum aliud est, quod medietas in hoc casu bonorum donatorum Ecclesiæ B. Mariæ Gratiarum per abstensionem usque nunc Superiorum, seu Ministrorum ejusdem Ecclesiæ remaneat de facto vacans, ac in detentatione Donantis, aliud, & longe diversum est, quod propterea contra naturam largitionis Deo factæ, vel redire debeat, & valeat tute, & perpetue ad ipsum Donantem, vel potius ex hujusmodi consideratio-
17 ne Causæ Piæ consociæ potius attribui mereatur, quinimmo sicuti bona vacantia in Temporalibus adipiscitur Princeps Supremus per *Tex. in l.* 1. §. *Divus Pius ff. de fur. Fisc. l.* 1. *l. vacantia*, *& l. si vacantia C. de bon. vacant. lib.* 10. Ita in Spiritualibus acquirit non hæc, vel illa Ecclesia particularis, sed bene Ecclesia universalis, & Fabrica D. Petri, cui per Pontificiam Dispensationem fuerunt applicata, ut citra contradictorem
18 tradunt *Novarr. in Summ. Bullar, Commentar.* 67. *num.* 29. *par.* 2. *Ricc. in suis resolut.* 354., *& pluribus seqq.*, *Card. de Luca in annot. ad Sac. Conc. Trid. disc.* 21. *nu.* 1. *& in Relat. Roman. Cur. disc.* 80. *ex n.* 10. *cum seqq.*, *& disc.* 92. *num.* 9. *de Testam. Capyc. Latr. dec.* 180. *num.* 1. 8. *& seqq. lib.* 2. *Rot. dec.* 132. *ex num.* 2. *par.* 7. *rec.*

Exclusa ex præmissis Juridica, ac perpetua, & vera vacatione, quæ Mater esse posset in casu nostro Juris accrescendi, & non decrescendi, superfluum reddebatur ulterius immorari, sed adhuc si conjecturis in hac materia locus existit, prout revera semper existit, cum excepta potentia Juris in vero, & proprio Jure accrescendi oriente ab absurdo
19 in ultimis voluntatibus vitando, ne quis decedat partim testatus, & partim intestatus ad *Tex. in l. jus nostrum* 7. *ff. de regul. jur.*, vel ab individuitate materiæ, ut est Juspatronatus cum similibus, quod parit al-
20 terum Jus decrescendi ex traditis per *Lambertin. de Jurepat. lib.* 1. *par.* 2. *quæst.* 4. *art.* 5. *num.* 2. *Card. de Luca de Jurepat. disc.* 19. *num.* 13. *disc.* 29. *n.* 4. *& de feud. disc.* 8. *nu.* 16. *Rot. dec.* 76. *num.* 2. *& dec.* 78. *n.* 1. *post Vivian. de jurepat. & plene in rec. dec.* 254. *ex num.* 2. *par.* 11. *& dec.* 245. *n.* 6. *par.* 16. *rec.* de reliquo quæstionem hanc dirimunt semper verborum interpretationes, ac con-
21 jecturæ, quemadmodum passim pro inclusione, vel exclusione Juris accrescendi liquet, & signanter penes *Scribentes in l. si mihi, & Titio ff. de verb. oblig. Rom. in. l. unic. num.* 40. *&* 41. *C. quand. non pet. par. Jas. in l. Reconjuncti num.* 227. *ff. de leg.* 3. *Decian. cons.* 73. *num.* 13. *tom.* 2. *Modern. Forolivien. disert.* 35. *sub num.* 70. *Sperell. dec.* 152. *num.* 94. *tom.* 2., & in specie donationis *Rota decis.* 238, *num.* 21. *&* 22. & latius *decis.* 267. *fere per tot. coram Emerix jun.*, *& in Recent. decis.* 248. *num.* 14. *&* 15. *par.* 16.

Utique in præsenti Thesi aderat a contrario demonstratio positiva præpediens hoc Jus accrescendi exquirens ut supra soliditatem relicti, concessi, vel donati in pluribus Concessionariis, vel Legatariis, nam Donans professus est hujusmodi duobus Locis Piis proportionabiliter donare medietatem scilicet uni, & medietatem alteri, eadem Loca Pia, ejusque Administratores adhortans, & gravans, ut pro rata celebrari facerent
22 in perpetuum quolibet anno Missas n. 160. Quamobrem data hac manifesta separatione per quotas, & ratas, & proportiones, cessabat prædictũ fundamentum Soliditatis contrariæ quotationi, & divisioni secundum ea, quæ in durioribus ponderarunt *Bartol. in l. hujusmodi §. Quibus ff. de Legat.* 1. *Solorzan. de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 46. *Bellon. de jur. accresc. cap.* 7. *quæst.* 68.

68. *num.* 20. *& seqq.*, *Rot. dec.* 428. *num.* 9. *coram Royas*, *& in Maceraten. Fidecommis.* 29. *Januar.* 1691. *§. Quod vero cor. bo. me. Benincasa*.

Tertium denique caput erat, seu versabatur circa reservata per Donantem in præcitata donatione universali, hæcque duplicis erat speciei; *scuta* nimirum 50. ad effectum testandi, necnon medietatem cujusdam domus ad finem libere de ea disponendi, utrum scilicet hujusmodi res reservatæ spectare deberent ad intestatos Donantis heredes, seu potius reincedere in eadem donatione universali, & in hoc præcisive a Cautela, quandoque servari solita, quod Donans minime perducendo ad effectum Testamenti factionem super consimili quantitate, vel bonis reservatam, expresse declaret velle
23 eamdem summam, seu bona reservata devolvi seu retineri quoque per Donatarium, quia tunc eadem Cautela adimit difficultatem favore Donatarii, ut monent *Amat. var. resol. cap.* 76. *nu.* 28. *Ureccol. consult. forens.* 16. *n.* 18. *Giurb. ad consuetud. Messan. cap.* 5. *gloss.* 4. *num.* 6. *par.* 1., *Carol. Anton. de Luca ad Franch. dec.* 45. *num.* 7. *Salgad. in Labyr. credit. par.* 2. *cap.* 18. *n.* 52. *Franch. dec.* 600. *num.* 3. *in fine*, *Fontanell. dec. Cathalon.* 524. *num.* 12. *Monach. decis. Bonon.* 71. *ex num.* 1. *ad seqq. Rot. dec.* 277. *n.* 10. *Emerix dec.* 167. *n.* 39. *&* 42. *par.* 14. *Rec.*

Indubitati hactenus Juris esse videtur, quod præcisive ab hac circumstantia, & pactione prædictæ res reservatæ ad intestatum Donantis pertineant heredem, ex una enim parte quicquid est reservatum, sive avulsum a donatione nequit sub illa comprehendi, præsertim stante ea loquendi formula separata, prout hic, *in reliquis donavit*, adhibita post jam factam reservationem, & ex altera illa dispositio, quam facere valuisset
24 Testator ad sui libitum per numquam deficiens Testamentum legis tacite censetur ex mente Donantis, & non Testantis heredi ab intestato relicta ad hypothesim *Text. in l. conficiuntur Cod. de jur. Codicill. & celebris Decisionis Thesaur.* 97. cum connotatis in posito per *Menoch. cons.* 1130. *num.* 13. *Cancer. var. resol. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 79. *&* 80. *& cap.* 2. *num.* 112. *&* 116. late *de Marin. resol.* 88. *per tot Mantic. de conjectur. lib.* 7. *tit.* 7. *num.* 14. *& lib.* 13. *tit.* 47. *num.* 3. *Urceol. consult. forens.* 16. *per tot. Antunez de Donat. Reg. lib.* 1. *prælud.* 2. *§.* 7. *& nu.* 73. *Card. de Luca discurs.* 208. *de dot. Franch. dec.* 45. *& dec.* 600. *per tot.* & late ibidem Addentes signanter *de Luc. Ricc. Collect. dec.* 3554. *in fin. Peguer. dec.* 140. *sub num.* 2., *Surd. dec.* 272. *fere per tot. Leo dec. Valent.* 12. *n.* 17. *seqq. dec. Aragon.* 48. *ex nu.* 1. *ad seqq. Lar. dec. Granat.* 40. *n.* 30. *&* 32. *par.* 1. *Mastrill. dec.* 277. *Rota dec.* 40. *num.* 37. *&* 38. *cor. Durano dec.* 198. *ex n.* 6. *post Torr. de pact. dec.* 510. *n.* 23. *& seq. cor. Bich. & in rec. dec.* 550. *n.* 6. *& seqq. par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 151. *n.* 6. *par.* 15. & latius *dec.* 51. *num.* 13. *&* 14. *par.* 18. & prius *dec.* 476. *sub n.* 5. *par.* 13. *& in Soanen. Immissionis* 14. *Maji* 1696. *§. Ejusdem irrelevantiæ cor. R.mo P. D. meo Molines Decano impress. penes Palm. dec. Lucen.* 173. *tom.* 2.

Restabat *tertia* quoque species illorum fructuum, qui recollecti reperiebantur penes Donantem in sequelam ususfructus sua vita durante simpliciter reservati, & non ad præcisum finem testandi, de quo postmodum Donans specifice præcaverat, unacum mobilibus in Domo repertis de tempore decessus ejusdem Donantis, atque hæc ex opposito censuerunt *Domini* sub universali donatione venire, & ad Donatarios pro medietate spectare, urgebat quippe retorsio mox allati discursus, quia cum Donans a contrario ante specialem reservationem scut. 50. & medietatis domus cetera universa bona donaverit, cum inclusione etiam futuri temporis ibi = *Omnia, & singula ejus bona stabilia, mobilia, credita, juraque actiones præsentia, & futura in quovis loco existen. &c.* = certe & hæc mobilia, atque hi fructus veluti ex post obventa, seu reperta in Patrimonio Donantis sub ipsa donatione universali continebantur saltem appellatione futurorum,
25 & sub dictione *Omnium*, quæ ex sui amplitudine nihil excludit nisi quod fuerat ut supra exceptum, & reservatum, ut recte ratiocinantur *Ciarlin. controv.* 1. *ex nu.* 76. *Torr. de pact. futur. succeff. lib.* 2. *cap.* 39. *ex num.* 35. *Rot. dec.* 725. *fere per tot. cor. Seraphin. dec.* 24. *ex num.* 9. *coram Ottbobon. decis.* 4. *per tot. & dec.* 12. *ex nu.* 3. *coram Ninot. & in recent. decis. ex num.* 1. *par.* 16. *decis.* 18. *num.* 6. *par.* 19. Et in individuo *Castrens. cons.* 75. *sub num.* 3. *Decius cons.* 30. *num.* 3. *& cons.* 250. *sub num.* 2. *Pont. cons. ultim. n.* 22. *Bocr. dec. aur.* 204. *sub. num.* 37. *vers. Sed hoc non placet, Franch. decis.* 168. *num.* 1. *&* 2. cum aliis ibidem congestis per *Addentes ad eumdem Franc.*

Quicquid dicendum esset in casu, quo in ipsa reservatione ad effectum testandi contineretur ipsemet ususfructus, in his quippe terminis possent fortasse iidem fructus, etsi jam præcisi, adhuc tamen tamquam sequela, vel causati ab eodem usufructu sequi naturam,
26 & causam reservationis debitæ, ex supra

rela-

relatis, intestatis heredibus tacite vocatis, & volitis saltem præsumptive, & non ipsis Donatariis, ut voluit *Trentacinq. var. resol. 3.num.18. Cancer. var. resol. lib.1. cap.8. sub num.48. & lib.3.cap.2.nu.121. & seq. Amat. resol.76.num.25. Mantic. de conjectur.lib.13. tit.32.num.6. Antun.de donat. Reg.lib.1.prælud.2.§.7. num. 68. Peguer. decis. 14. per tot. Fontanell.de pact.nupt.claus.4. gloss.22. nu.2. in princ. Rot.dec.348.ex num.9. cum seqq. coram Duran.dec.225.a num.1.cum seqq.coram Peutinger. & in recent.dec. 421.ex num.1. ad seqq.par.12.dec.12.ex num.2. part. 14.* aliisque quampluribus adductis concord. plene in *dec.562.ex num.7. usque ad fin. cor. Card. Cerro.*

Atque ita ad limites posterioris solius Sententiæ latæ per *R. P. D. Gomez* in hac parte confirmatoriæ antecedentis resolutum fuit *Constare de re judicata*. Utraque &c.

Romana deliberationis Census.

Ven. 12. Aprilis 1709.

ARGUMENTUM.

Late discurritur de præscriptione Statutaria Urbis inducta spatio sexdecim annorum, & quod hoc Statutum super hac re sit odiosum, & esorbitans, & contra illud in dubio est semper judicandum. Præscriptio autem ista an currat adversus hereditatem jacentem. Compensatio quo casu opponi possit, & an exceptione compensationis omissa, salva remaneat Creditori petitio sui Crediti.

SUMMARIUM.

1. *Tertius possessor ad evitandã exsequutionẽ non tenetur docere de titulo suæ possessionis, sed ille, qui vult contra eum exsequi debet docere de Jure sui debitoris super bonis a dicto Tertio possessis.*
2. *Judicis præceptum sperni non debet absque vitio nullitatis, & attentatorum.*
3. *Mandatum excessivum non exsequutum sustinetur pro summa debita.*
4. *Nullitas nequit impingi, quæ in facto non habet subsistentiam.*
5. *Census licet sit individuus quoad summam in se continentem, re tamen ipsa patitur divisionem, & potest pro parte considerabili nedum subbastari, & deliberari, sed etiam extingui, invito quoque Creditore.*
6. *Exsequutio præsumitur semper valida.*
7. *Calculus non docto prius de errore, impugnari, & refricari nequit.*
8. *Obligatio Cameralis paratam in se continet exsequutionem.*
9. *Exsequutio fieri non debet super bonis alterius quam debitoris.*
10. *Exceptio Dominii, sive hypothecæ anterioris idonea non est pro excedente rata ad impediendam satisfactionem posterioris sive in Salviano, sive in quocumque alio remedio possessorio, & exsequutivo.*
11. *Mulier nequit clypeo suæ privilegiatæ anterioris hypothecæ dotalis defendere in eo quod superest bona Mariti sui Debitoris.*
12. *Ad proportionem, seu periculum oneris, vel vinculi alicui rei adjectum plus, vel minus fit diminutio veri valoris, & pretii.*
13. *Actio inexercibilis redditur si creditum vel fuerit præscriptum, vel extinctum.*
14. *Statutum Urbis* in cap. 158. *præsumit præscriptum vel extinctum creditum, seu contractum, non obstante qualibet hypotheca spatio annorum sexdecim.*
15. *Hoc tamen statutum communiter reputari consuevit exorbitans, & odiosum.*
16. *Et in dubio contra ipsum est semper judicandum.*
17. *Præscriptio cæpta cum defuncto continuatur cum illius herede.*
18. *Quod procedit etiam in terminis statutariæ præscriptionis Urbis.*
19. *Annotatio, & descriptio in Inventario secum trahit agnitionem, & confessionem describentis.*
20. *Confessio debiti facta ab ipsomet debitore impedit quamcumque præscriptionem.*
21. *A negligentia inductiva præscriptionis qualibet justa, & verisimilis causa excusat.*
22. *Solutio numquam præsumitur, quoties vel debitor, vel ejus hereditas detecta est non solvendo.*
23. *Solutio fieri non potest Creditori decocto, & facta non liberat.*
24. *Præscriptio statutaria allegari nequit adversus hereditatem jacentem sui Creditoris, & de ratione.*
25. *Quid autem dicendum sit si eidem hereditati jacenti traditus extitisset Curator, qui activa, & passiva munia gerere posset.*
26. *Ad impediendam statutariam præscriptionem adeo debent esse anni sexdecim completi, ut si una dies deficiat non intret.*
27. *Quia tota vis præscriptionis consistit in ultimo temporis momento.*
28. *Præscriptionem quamcumque impedit oppositio compensationis in lite contestatæ, & de ratione.*
29. *Negligens in non petendo a debitore suo dici quis nequit, si non petiit id, quod ex alia causa eidem debitori suo debebat.*
30. *Præscriptio ratione temporis eo magis coalescit si fulciatur ab aliis præsumptionibus solutionem indigitantibus.*
31. *Compensatio quando opponi possit, & quando exceptione compensationis omissa, sal-*

va remaneat debitori petitio sui crediti.
32. *Præscriptio crediti sicuti induci*tur *ex conjecturis, ita excluditur ex aliis conjecturis solutionem excludentibus.*

DECIS. CDLVIII.

TRino vallo muniti contendebant hodie Maximilianus, aliique fratres de Palumbaria repellere quodamodo legionem Creditorum, qui ex persona Marchionis Cæsaris Baldinotti mandatum in *Tribunali A. C.* reportatum, non obstãte alio exteriori prius opposito fortalitio illius *Cautelæ*, quæ *Angeli* dicitur, exsequi, & consumare intendebant super quodam Censu conquisito de pecuniis Marchionis pariter Maximiliani illorum Patris, & respective debitoris ex causa Cambii prænominati Baldinotti; Sed veræ Astreæ, ut ita dicamus, sidere parum propitio, dum nihilominus iidem Creditores prædictum triplex obstaculum feliciter irrumpentes, obtinuerunt canonizari non minus validitatem, quam justitiam ipsius mandati, & ideo per *DD.* rescribi *mandatum A. C. esse exsequendum.*

Primum siquidem vallum non obstitit, etsi elevatum sub gemino motivo, sive exceptione erga idem mandatum *A. C.*; altero scilicet quod nequaquã exsequutioni illud demandari posset, nisi prius obice superato prædictæ cautelæ; Ea etenim opposita ante factam exsequutionẽ nedum illam impedit, sed transfert onus in Actorem docendi, quod bona contenta in præfata cautela pertineant ad debitorem agentis, quod secus esset

1 si post expletam hujusmodi exsequutionẽ consimilis cautela objectaretur, juxta distinctionem communiter receptam, de qua *Ridolph. in praxi par. 1. cap. 9. num. 15. & 16. Modern. Asculan. in annot. ad Stat. Urb. tom. 2. disc. unic. de Cautel. Angel. num. 77. & seqq. Rota dec. 22. num. 3. coram san. mem. Gregor. dec. 191. num. 1. coram Buratto*, cum aliis recensitis *in dec. 818. & dec. 851. utrobique n. 1. coram Emerix Jun. & dec. 1018. pariter n. 1. coram eodem.*

Fortius quia eadem cautela novissimo loco remanserat ab ipso A. C. litteraliter præservata pro summa, seu cambio scut. 1139., unacum fructibus decursis, ideoque eo minus valebat fieri exsequutio super toto Censu, de quo agebatur, dum ultra primam inhibitionem de jure insitam hujusmodi cautelæ ac-

2 cedebat decretum, & præceptum Judicis, contra cujus ordinamenta non licet sibi jus dicere citra inexcusabile attentatum, vel saltem manifestã nullitatem teste *Ridolphin. eadem praxi judiciar. par. 3. cap. 5. num. 230. 231. & seq. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 20. de attent. post inhibit. in præfat. num. 233. Rota decis. 228. num. 3. penes Posth. de subhast.* cum aliis *in dec. 1096. nu. 1. et 2. dec. 1258. per tot. et dec. 1309. pariter per tot. cor. Emerix Jun.*

Et altero quod mandatum, cujus vigore expleta remanserat exsequutio cantabat pro scut. 5180., quando ex hodie demonstratis ex parte fratrum de Palumbaria ad tanti nullatenus ascendebat prætensum creditum Cambii ex persona Baldinotti, & propterea constito de excessu non solum in mandato, sed & in illius exsequutione ambigi non poterat de palpabili nullitate, quæ semper incurritur, quoties exsequutio fit pro majori sumã, quam debeatur; quidquid ex æquitate di-

3 cendum foret si solus excessus existeret in mandato ex traditis per *Adden. ad Buratt. dec. 91. num. 4. 5. et 6. Rota decis. 198. num. 1. coram Ludovis. dec. 84. num. 1. et 2. coram Cavaler. dec. 388. num. 3. et 4. coram Duran. decis. 124. num. 1. et seqq. et dec. 147. num. 3. et 4. coram Cerr. dec. 81. num. 6. cor. Ubag. dec. 552. num. 19. et 20. coram Bieb. decis. 359. num. 8. par. 1. dec. 207. num. 3. et dec. 302. num. 12. et 13. par. 14. dec. 81. num. 3. et 4. par. 15. et decis. 601. num. 5. et 6. par. 18. recent.*

Placuit namque, utrique objectationi, & respective huic primo capiti facile attributa replicatio, quatenus quippe attinebat ad Angeli cautelam eadem, & si non ipsa eadem parum semper juvit prædictos fratres, dum & alias ex alio colore, seu titulo fideicommissi in medium allata pluries extitit in *Tribunali A. C.* revocata, & in *Sacro* quoque *Auditorio* neglecta, ut in illa *Romana fideicommissi de Palumbaria 14. Aprilis 1704. coram Reverendiss. Omaña Episcopo Giennen.*

Justius vero in hodierno certamine, quia pharmacum istud præservativum inefficax erat curandi ægrotum in ordine ad morbum de quo agebatur; Cautela quippe in actis apposita, sive exhibita, neque in suis visceribus inter cetera bona per umbram continebat Censum deinceps exsequutioni suppositum; propatereaque *A. C.* explicite demandaverat exsequi idem mandatũ super Censu controverso *Summario eorumdem fratrum*

4 *num. 9.*, unde nequibat impingi nullitas, quæ facti non habebat assistentiam vulgata *l. nullam §. Absentis, ubi Angel. ff. de petit. heredit. l. Pomponius §. final., ubi Aretin. ff. de acquiren. possess. Fulgos. cons. 93. vers. in proposito Oldrad. cons. 203. vers. ad secundam quæstionem, Sebast. Medices de regul. jur. regul. 6. per tot.*, cum aliis recollectis per *Barbos. axiom. t. jur. 196. num. 1. 2. et 3.*, & per *Bonden. collect. leg. 46. num. 95. vol. 1.*

Quin

Quin officeret subalternans cõsideratio desumpta ex posteriori præservatione facta per A. C. pro enunciata summa, seu cambio scut. 1139., quia non proinde tenebat consequentia, quod exsecutio deincæpta contrariaretur eidem præservationi; nam licet Cursor, sive Exsequutor retulerit realem exsequutionem fecisse super censu in sorte principali sc. 14033. 93., adhuc hæc fuerat necessaria expressio numerica, cujus scilicet quantitatis erat ad identificandum, seu designandum Censum, super quo cadebat exsequutio, absque ulteriori, utpote non consequutiva illatione, quod totus Census in tota sua importantia, & latitudine foret postea deliberandus, ex opposito enim quoties in ipsa relatione a parte antea fuit enunciatum creditum in mandato contentum longe inferius valore Census, quis sibi suadere non valebat, quod solum relative, ac proportionabiliter ad mandatum foret postea explenda deliberatio; Census quippe nomine est in-
5 dividuus, & ideo fuit explicatus numerice quoad summam in se continentem, sed re ipsa patitur divisionem, & potest pro parte considerabili nedum subhastari, & deliberari, sed etiam extingui invito quoque Creditore, cumque nil dictũ de successiva deliberatione ad hunc procul dubio intellectum, & proportionem, erat omnino reducenda prænominata exsequutio, pro cujus validi-
6 tate semper præsumenda clamant omnia jura, sicuti ad terminos primæ conclusionis habetur ex *Sabell. variar. resol. 56. num. 11. Cenc. de censib. quæst. 110. num. 16. et plurib. seqq. Rota dec. 444. num. 1. et 2. decis. 516. n. 8. et dec. 523. num. 4. post eumdem decis. 1131. num. 1. et 2. coram Coccin. decis. 516. num. 6. coram Buratt. ibique Beltramin. litt. A. et decis. 148. num. 5. part. 6. rec.* & circa secundam *Rot. decis. 97. num. 2. post Mangil. de subhast. et decis. 91. nu. 1. apud Posth. eodem tract. de subhast. decis. 70. num. 11. et 13. et decis. 71. n. 10. post Modern. Asculan. ad Stat. Urb. dec. 388. num. 6. par. 14. rec.*, & magis in individuo *Scannarol. de visit. Carcer. lib. 3. cap. 8. §. 10. num. 31. Card. de Luca de dot. disc. 58. num. 9. vers. præsertim in re dividua, et de judic. disc. 36. num. 24. Rota Lucen. decis. 65. impress. apud Balducc. ad Ramon. num. 20. Rota nostra in Remana Census 4. Martii 1697. coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano impress. penes prælaud. Constantin. ad Stat. Urb. decis. 184. num. 7.*

Corruebat pariter & alterum, quod ut supra circumferebatur de excessivitate summæ calculatæ pro credito Marchionis Baldinotti, etenim ultra quod hujusmodi calculus jam pridem fuerat exaratus de consensu Partium in *Tribunali A. C.*, unde non licebat hodie
7 illum refricare, nisi evidenter detecto, ac demonstrato errore ad *Text. in l. 1. Cod. de error. calcul.* cum concordan. plena manu cumulatis per *Bonden. collect. legal. 19. nu. 175. & seqq.* Attamen revera nullus error erat in se allegabilis vigore ullius perperam factæ calculationis, sed solum prætensio Marchionis Maximiliani tendebat ad diminutionem ejusdem calculi ex quo conflabatur ex partitis ad illius sensum nullatenus bonificandis, seu connumerandis, quod utique non concernebat errorem in ipsa, ut præmisimus, calculatione, sed & hæc prætensio in quantum erat prætensio non solum habebat contra se propriam confessionem ejusdem Maximiliani, sed erat adeo intricata, ut non posset in hoc Judicio adeo exsequutivo ullatenus audiri, reddique capax retardandi consummationem ejusdem exsequutionis, ut in fortioribus attenta scilicet
8 tantummodo efficacia Cameralis obbligationis paratam præseferentis exsequutionẽ communiter dixerunt relati per *Rotam in decis. 26. num. 2. & decis. 42. num. 9. post Zacc. de obligat. Camer. decis. 259. n. 1. post Cenc. de cens. decis. 85. num. 19. cor. Bich. decis. 284. num. 1. & decis. 1056. pariter n. 1. coram Emerix jun., & in recen. dec. 174. num. 5. & 14. & decis. 378. nu. 4. par. 17.*, & alibi frequenter.

Expugnato itaque, ac transcenso per Creditores primo vallo defensionis, minoris soliditatis apparuit secundum super instructum, ex eo, quod idem Census præambule subjiceretur multiplico faciendo pro tutamine Castri Moriconi, idcoque posita hac cooperitione, & resistentia nequiret ullatenus mandatum desuper relaxatum mediante successiva deliberatione cõsumari, alias fieret exsequutio, & deliberatio super bonis anteriori
9 obligationi, & hypothecæ devinctis, & consequenter etiam alterius, quam debitoris, quod non licet, ad *Text. in l. unic. C. ut nullus ex vicaneis lib. 11. Alexan. cons. 6. num. 1. lib. 4. Gabriel. cons. 31. sub nu. 6. & seqq. lib. 2. Cout. discept. 33. num. 4. Amat. decis. March. 48. num. 9. Rot. decis. 385. num. 1. coram Seraph. decis. 555. nu. 4. cor. Gregor. decis. 673. pariter num. 4. coram Pen. decis. 731. num. 1. & seqq. cor. Buratt. dec. 147. num. 1. coram Peutinger. decis. 128. num. 6. & 8. coram Cels. decis. 126. num. 6. coram Emerix Jun.* cum aliis *in tract. de commerc. & mercatur. disc. 64. num. 1.*

Siquidem duplici repercussione pariter in hoc proposito vacillabat eruptio, quarum prima erat

erat, quod non totus valor, & importantia Census in sorte, ut diximus sc. 14. mil. bene tegebatur a clypeo multiplici, cum idem multiplicum foret obnoxium tantummodo pro rata sc. 6500., unde lata, & superabundans remanebat porta satisfaciendi toti mādato, & exsequutioni decretæ pro scutis adhuc non integrantibus, & absorbentibus hujusmodi censum, videlicet 5180., quando tamen notorii Juris est, quod exceptio, sive dominii, sive oneris, & hypothecæ anterioris idonea minime est pro excedēte rata ad impediendā satisfactionem posterioris, sive in salviano, sive in quocūque alio remedio possessorio, & exsequutivo, adeout nec ipsa Mulier, & Uxor valeat sub umbone suæ privilegiatæ āterioris hypothecæ dotalis defendere in eo, quod superest, bona Mariti sui Debitoris, cadente ad hunc effectū praxi soliti decreti *non amota muliere, & dummodo oblationes excedant*; secundum ea, quæ in ter-
10 minis primæ propositionis dixere *Bald. consf. 25. num. 8. lib. 1. consf. 52. n. 1. lib. 3. Rota decis. 76. num. 10. post Paeific. de Salvian. Interdict. dec. 653. n. 5. coram Cavaler., & in rec. decis. 135. n. 15. par. 6. decis. 30. num. 39. par. 10. decis. 520. nu. 4. par. 18. decis. 288. num. 6. & 7. par. 19.* cum concordan. relatis *in Romana Salviani super exsequutione 21. Januarii 1704. §. Maxime quia cor.*
11 *Me*, & respectu alterius, *Card. de Luca de dot. disc. 166. num. 76. & de judic. disc. 40. sub num. 19. vers. sive §. In ista itaque eum seqq. Rot. decis. 84. n. 3. & 4. apud Posth. de subhast. & in addit. ad eumdem Posth. decis. 234. nu. 2. & 3. & dec. 182. n. 1. & seqq. par. 10. rec.*

Et secunda, quod non idcirco vinculum inhærens locis Montium, aliisve bonis, juribus, & Censibus pro securitate ex. gr. fideicommissariorum, vel Emptorum, aut quorumcumque possibilium Creditorum refrangit, ac præpedit exsecutionē mandatorum, cum continuata praxis suppeditet opportuna tēperamenta, deveniendi scilicet ad subhastationem, & deliberationem prædictorum locorum Montium, censuum, aliorumque bonorum, & Jurium, unacum annexo, & inseparabili vinculo infixo eisdem effectibus *ex. gr.* nexu, prout hic, evictionis adiectæ ad commodum, & securitatem D. Principis Burghesii acquisitoris, & emptoris ejusdem Castri Moriconi, aliud non operante consimili onere, seu vinculo, nisi diminutionem
12 pretii rei vendendæ, vel subhastandæ, ad proportionem etenim, seu periculum ejusdem vinculi plus, vel minus fit diminutio veri valoris, & pretii teste *Rocc. disput. jur. select. cap. 140. nu. 5. Card. de Luc. de empt. & vendit. disc. 24. num. 4. & 5. decis. 538. num. 17. coram Buratt. dec. 1013. num. 5. & decis. 1220., num. 9. coram Emerix Jun. in Romana, seu Albanen. Bonorum 23. Martii 1685. §. Insubsistentem, & 23. Aprilis 1686. §. Sed nec etiam coram bo. mem. Rondinino, & in Romana Prælaturæ de Vecchiarellis 2. Junii 1698. coram Me inter hactenus impressas decis. 46. num. 9.*

Infracto pariter hoc succedaneo vallo supererat tertium, super quo hodie succumbentes prosequendo militarem allegoriam ad normam obsessorum, qui postremum ponunt refugium in ultima arce interiori post deperditam Civitatem, majorem spem, & respective conatum in rei veritate fundabant, & erat, quod Creditum March. Baldinotti, pro quo dicti Creditores urgebant tam vigore Statuti Urbis, quam ex juridicis circumstantiis,
13 & præsumptionibus appareret, & foret vel præscriptum, vel saltem, etsi opinative, probabiliter tamen dissolutum, quo utique casu quælibet actio, immo & Juridica molestia reddebatur impervia, & inexercibilis, ut ait *Rot. decis. 569. n. 1. & 2. cor. Seraph. decis. 2. num. 1. coram Emerix Jun. dec. 270. pariter nu. 1. par. 6. decis. 113. n. 7. par. 11. dec. 197. n. 22. & 23. par. 12. & dec. 345. num. 4. par. 18. rec.*

Ast seorsim agendo de unoquoque capite, sive municipalis, sive juridicæ præscriptionis, vel quod in idem coincidit, præsumptione
14 solutionis, quatenus attinebat ad Statutarium præsidium, utique censura *Urbis in cap. 158.* exceptis nonnullis casibus inducit, & determinat corripiendo sanctionem *Juris communis* quodlibet Creditum, seu contractum præscribi, seu haberi pro soluto, & extincto, non obstante qualibet expressa generali, vel speciali jurata hypotheca per spatium *annorum sexdecim*; verum in eversionem hujusmodi oppugnationis, prætermisso, quod
15 hoc idem Statutum comuniter reputari consuevit exorbitans, & odiosum, ut præcise connotavit *Modernus Asculanus ad præfat. stat. alias tom. 2. annotat. 48. artic. 1. nu. 6. & seqq. laudando Rotam in decis. 100. num. 19. coram Dunoz. sen., & decis. 758. nu. 3. coram Ubald.*, itaut etiam in dubio veniat
16 semper judicandum contra ipsum sicuti prosequitur *Palm. decis. Lucen. 10. n. 26. Sperell. decis. 135. num. 105. & num. 120. Rot. dec. 811. num. 4. & 5. coram Merlin., & in Romana Salviani 27. Junii 1698. cor. R.mo dell' Olmo Episc. Conchen. inter impress. post d. Modern. Asculan. ad Statut. Urb. tom. 3. decis. 174. num. 13., & 20. eum seqq.*

Nihil-

Nihilominus cessabat quoque evidenter factis
legitimis subductionibus in nostra hypothesi
materialis ipse decursus prædictorum *sexde-
cim annorum* non jam ex eo, quod Marchio
Maximilianus post passive contractum Cam-
bium intra brevem triennii circulum occu-
buerit, dum adhuc potuisset sexdecennale
hoc intervallum compleri in persona here-
17 dis, quicquid dicendum existeret, si talis
heres foret, vel locus, vel persona Ecclesia-
stica, ut in ordine ad principalem conclusio-
nem habetur penes *Pigant. ad Statut. Fer-
rar. rubric.* 128. *num.* 32. *Thesaur. dec.* 103.
num. 1. *Capyc. Latr. decis.*, *seu consultat.* 6.
num. 8. *Adden. ad Buratt. decis.* 410. *sub nu.*
18. *Rot. decis.* 534. *nu.* 17. *cor. Emerix Jun.
decis.* 99. *num.* 7. *par.* 18. *rec.*, & in termi-
18 nis Statutariæ præscriptionis *Constantin. ad
prælaudatum Statutum Urb. d. annotat.* 48. *n.*
40. *Rota decis.* 346. *num.* 5. *& 6. par.* 6. *rec.*
& quoad fallentiam videre est apud *Mart.
de Jurisdict. par.* 4. *cap.* 4. *num.* 22. *& seq.
Conciol. ad Statut. Eugubin. rubric.* 30. *n.* 2.
vers. itaut non comprehendat lib. 2. *Antonell.
de tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 20. *&* 21.
Sperell. decis. 135. *num.* 124. *&* 125. *tom.* 2.
Rota dec. 5. *de for. competen. in antiq.*

Sed quia ipso Marchione Maximiliano origi-
nario debitore defuncto hoc adamussim Cā-
bii debitum legebatur in Inventario ab ejus
filiis exarato descriptum, cum enim anno-
tatio, & descriptio in Inventario secum tra-
hat agnitionem, & confessionem describen-
19 tis, juxta firma principia, de quibus *in l.
fin. C. de arbitrar. tutel Decian. cons.* 76. *nu.*
8. *vers. quæ maxime lib.* 3. *Paris. cons.* 26. *n.*
55. *lib.* 2. *Gratian. discept. forens. cap.* 765.
n. 59. *Peregr. de fideic. art.* 44. *n.* 2. *&* 3. *Rot.
dec.* 337. *n.* 9. *cor. Duran. dec.* 36. *n.* 1. *cor. Du-
noz. Jun. dec.* 18. *n.* 15. *& decis.* 315. *nu.* 17.
coram Bich. decis. 484. *nu.* 21. *&* 22. *coram
Peutinger. decis.* 192. *num.* 2. *cor. Priol. dec.*
76. *num.* 13. *cor. Cerr. decis.* 896. *n.* 2. *cor.
Emerix Jun. dec.* 762. *n.* 1. *par.* 2. *dec.* 126.
num. 13. *par.* 9. *decis.* 145. *num.* 9. *par.* 12.
& decis. 209. *num.* 8. *&* 9. *par.* 19. *rec. &
in Romana Jocalium* 14. *Decembris* 1708. §.
Et nihilominus coram R. P. D. meo Polignac.

Consequens erat, quod per talem confessionē,
& agnitionem hujusmet debiti cambialis fa-
ctam a filiis amputaretur a quolibet Calculo
20 Statutario idem triennium, ex adductis in
specie confessionis debiti per *Antonell. de
tempore legali cap.* 25. *n.* 3. *lib.* 1. *Rota decis.*
678. *num.* 11. *&* 12. *& decis.* 758. *num.* 6.
& 7. *&* 9. *coram Ubald. decis.* 603. *num.* 22.
& 23. *coram Bich. decis.* 1212. *n.* 11. *&* 12.
coram Emerix Jun. decis. 595. *in fine par.* 2.
rec. & in Romanā Pecuniaria, *seu Locorum
Montium* 11. *Aprilis* 1698. *coram Rmo dell'
Olmo Episcopo Conchen. impress. penes d. Con-
stantin. ad Statut. Urb. dec.* 173. *n.* 4. *& n.* 9.

Reassumendo itaque, seu revivificando, ut fie-
ri potest ad monitum ejusdem moderni *Ascu-
lani in d. annot.* 48. *art.* 3. *num.* 214. cum
ibidem cumulatis non obstante hac inter-
ruptione, tempus Statutarium a die etiam
confecti Inventarii nonne sub anno 1686.,
& sic post aliud triennium a tempore memo-
rati Inventarii filii, & respective fratres de
Palumbaria opposuere cautelam Angeli pro
cooperitione bonorum hereditariorum Ma-
ximiliani Patris, Lisque denique acerrime
insurrexit, ac respective in longum perseve-
ravit inter eos, & Creditores ipsius Mar-
chionis Maximiliani eorum Patris, unde
quomodo negligentiæ Marchionis Baldinot-
ti valebat abinde citra imputari silentium
forsan emissæ Judicialis petitionis, si neque
tunc alii etiam anteriores Creditores in fo-
rensi palestra comparentes armati quibant
reportare satisfactionem, & quomodo vim
tenere poterat Statutum non jam innixum
præscriptioni rigorosæ a sola temporis præ-
terlabentia profluentis, sed soli præsumptio-
ni solutionis, si allegando prædictam caute-
lam palam in Judicio profitebātur nolle sol-
21 vere ullum debitum, & tamen a negligen-
tia inductiva præscriptionis quælibet justa,
& verisimilis causa semper excusat, prout
nusquam præsumi valet solutio, quoties vel
debitor, vel ejus hereditas detecta est non
solvendo, quemadmodum erat hic plusquam
manifestum ex facto ipsorummet filiorum
22 adeuntium paternam hereditatem cum be-
neficio legis, & Inventarii, & immediate
super bonis ipsis hereditariis Cautelam An-
geli evaginantium sicuti de his omnibus, vel
singillariter, vel promiscue, sed in substan-
tia agentes tradiderunt *Fenzon. ad præfatum
Statut. Urb. dicto cap.* 158. *nu.* 32. *cum plu-
ribus seqq. Pignat. ad Statut. Ferrar. rubr.*
128. *num.* 35. *Rot. decis.* 171. *per tot. & dec.*
173. *n.* 13. *& seqq.* penes *Constant. ad idem
Statut. Urb. tom.* 3. *dec.* 678. *nu.* 13. *coram
Ubald. dec.* 124. *n.* 16. *cor. Merlin. dec.* 285.
nu. 16. *& decis.* 392. *num.* 23. *par.* 18. *rec.*

Atque hæc dubio procul exuberassent, sed ni-
hilominus jam diximus, quod de anno 1685.
aderat explicita confessio heredis destructi-
va cujuscumque præscriptionis, ideoque
præter mox djuturnam, & intricatam enun-
ciatam litem nonne pariformiter Marchio
Baldinottus pondere & ipse æris alieni gra-
vatus de anno 1695., proindeque non ad-
huc, vel vix dilapso decennio remansit in-
ter-

terdictus administratione rerum suarũ, quamobrem tantum aberat, quod intra reliquum sexennium a statuto requisitum ulla ei solu-
33 tio fieri posset præsumptive, dum neque fieri valuisset vere, ad finem assequendi legitimam deliberationem, ut advertit *Cardin. de Luca de Credit. disc. 48. num. 7. & in summa ejusdem titul. num. 185.* late *Salgad. in Labyr. Creditor. par. 4. cap. 12. fere per totum, & signanter n. 5. & 19. in fine, & num. 18. ubi concordan.*

Idque habemus, sive coruscat in fortioribus, in casu scilicet, quo quis alleget præscriptionem Statutariam, sive illius complementum adversus jacentem hereditatem sui Creditoris, ex eodem quippe motivo, quod non adsit qui possit facere, & recipere solutionem pro eadem jacente hereditate, hujusmodi præscriptio perfici per idem tempus nequaquam valet, quidquid pariformiter
34 fit, quoties eidem hereditati jacenti traditus extitisset Curator, qui hæc activa, & passiva munia gerere posset, ut tam circa primam assertionem patet ex dispunctis per *Abb. in cap. de quarta num. 8. de præscript. Bald. in l. omnes Populi n. 23. vers. sed numquid, & num. 91. ff. de Just., & jur., & in cons. 48. in fin. lib. 1., & cons. 150. num. 8. lib. 2., Carpan. ad Statut. Mediolanen. cap. 112. num. 47. tom. 1. Card. de Luca de Cre-*
35 *dit., & debit. disc. 129. num. 20.*, quam circa postremam liquet apud *Modern. Asculan. d. Annot. 48. ad Statut. Urb. art. 1. num. 43. & seq., ex Castrens. in l. ea quæ 4. §. si quando num. 5. C. de temp. in integr. restit. Fenzon. ad idem Statut. d. cap. 185. num. 58. & 59., Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 67. num. 19. & Rota decis. 353. num. 20. par. 6. rec.*, & in terminis consimilis Statuti videre est penes *Caren. resol. 138. num. 3. & seqq.*

Et ista pariter plusquam abunde substulissent efficaciam hujus Statuti præsumptivi; ast neque ab his quoque ex abundanti præscindendo positivus, & omnino necessarius adderat decursus *annorum sexdecim* ad complendam præscriptionem hanc statutariam, incipiendo namque a prædicta die Inventarii, sive debiti confessati usque ad diem hodiernæ contestatæ litis minime apparebant præterlapsi anni plusquam quindecim cum Inventarium extiterit, ut præmisimus, exaratum sub *anno 1685.*, lis vero fuit promota nomine ipsius Marchionis Baldinotti de *anno 1700. Summario fratrum num 4. §. die 23. Augusti*, & tamen ad impediendam hujus-
36 modi præscriptionem adeo debent esse anni sexdecim completi, ut si una dies deficiat non intret, *Aleiat. in l. Anniculus 134. de verb. signific., Cyriac. in l. 3. §. Minorem de minor., & in l. 5. ff. qui Testam. fac. poss., Jas. in l. 3. §. Labeo num. 17. ff. de acquir. possess., Balb. de præscript. 3. par. sextæ partis principal. quæst. 1. num. 21., Rota decis. 758. num. 2. & 3. coram Ubald. decis. 304. num. 2. par. 1. decis. 519. num. 1. & 2. par. 4. tom. 3., decis. 334. num. 10. par. 5., dec. 290. num. 9. par. 15., & decis. 518. nu. 15. & 16. par. 18. recent.*, tota quippe vis præ-
37 scriptionis consistit in ultimo temporis momento, ut subdunt *Jas. in l. 3. §. Habeo nu. 15. ff. de acquir. possess., Rot. decis. 226. nu. 48. par. 7., decis. 114. num. 11. par. 9., dec. 21. num. 8. par. 18. recent., & in Pisauren. rescissionis contractus 5. Maji 1698. inter impressas coram Me, decis. 42. num. 15., & in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis 1. Junii 1708. §. Is proinde pariter coram Me.*

Diximus, quod de *anno 1700.* extitit promota lis; nam Marchio Baldinottus conventus a fratribus ex causa cujusdam passivi Census in sorte scut. 4500. in continenti opposuit judicialiter compensationem cum hoc præciso Cambio, quæ etsi per Judicem admissa non fuerit, attento quod juxta reduplicativam personarum formalitatẽ nullatenus verificaretur necessaria personarum identitas, cum Census ad eosdẽ fratres attineret active in vim, seu ex titulo fideicommissi; Cambium vero non posset eos affligere passive, nisi tamquam Patris heredes, sed heredes non simplices mediante intermediante muro
38 Inventarii; nihilominus ipsa oppositio compensationis in lite contestatæ arcet quamcũque præscriptionem, non solum quia compensatio de per se arguit, factam non fuisse solutionem, & debitor fatetur quidem debitum, sed unico contextu voluisse præscribere, quin etiam, & non curasse exclusive ob id ad omnem imaginabilem negligentiam,
39 negligens enim in non petendo a debitore suo dici quis nequit, si non petiit id, quod ex alia causa eidem debitori suo debebat per ea, quæ hisce rationibus freti communiter advertunt *Bald. in l. cum Papinianus num. 8. C. de sentent., & in l. scriptura C. de fid. Instrum., Ancharan. cons. 5. nu. 5. vers. istud est pulchrum dubium, & num. 12., & seqq., Marescott. var. resolut. lib. 2. cap. 67. n. 30. Pigant. ad Statut. Ferrar. rubric. 128. n. 33. Bon. de Statut. Urb. præscript. gloss. 29. nu. 12., Cyriac. controv. 307. num. 2. & 3. Salgad. in Labyr. par. 1. cap. 28. nn. 14., Surd. decis. Mantuan. 24. nu. 5. 6. & 7., Laneell. decis. Ferrar. decis. 37. num. 8. ad. 10., Rota Januen. decis. 21. num. 2., Florentin. penes Magon. decis. 44. num. 8., & nostra decis. 3.* alias

alias 200. *de praescript. coram Mobedan. dec.* 626. *num.* 7., *&* 8. *par.* 1. *divers. dec.* 574. *nu.*3. *cor. Merlin. & dec.* 33. *n.* 2. *par.*5. *rec.*

Rupta igitur, seu superata quoque cooperta via hujus tertii valli, nimirum municipalis praescriptionis parum denique juvit eosdem fratres altera innixa juridicis, & externis praesumptionibus, quantumvis siquidem summopere coalescere soleat qualibet praescriptio ratione temporis, quoties constipata
30 noscatur etiam ab extra aliis praesumptionibus solutionem indigitantibus ex recte animadversis per *Conciol. Allegat. Civil. allegat.* 21. *& num.* 17. *ad* 20. *post Fenzon. ad Statut. Urb. decis.* 146., 149., *et seqq.*, *dec.* 98. *nu.* 5., *ibique Adden. n.* 6. *cor Pamphil. dec.* 175. *n.*15. *& dec.* 379. *n.* 13. *et seqq. par.* 17. *rec.*

Inefficax tamen prorsus etsi magnopere exaltata reddebatur illa, per quam dicebatur, quod si Marchio Baldinottus non adhuc satisfactus extitisset de suo Cambio sc. 3000., utique non solvisset fructus Census praefatorum scut. 4500., quem econverso debebat Maximiliano, sed cum eadem persona Maximiliani compensasset Cambium cum Censu; ultra enim quod jam rata Census in fere absorbente rata scut. 3975. e vincebatur extincta, & ultra pariter, quod talis non facta oppositio compensationis, & continuata interim persolutio fructuum Census aeque videbatur apud *Dominos* posse referri ad nimis arctam affinitatem, qua erga Maximilianum colligabatur Baldinottus vir sororis ejusdē Maximiliani tunc temporis comparative in magis arcta fortuna existentis; adhuc nullatenus etiam praesumptive locum sibi usurpabat consequentia; ergo Marchio Baldinottus illam compensationem, quam deinceps objecit, ab initio non allegans, & solvens fructus, praesumi de jure debebat satisfactus; Quinimo jura nostra numquam dubitavere, quod in istismet terminis compensationem non opponens saltem non habeat crediti sui repetitionem, secundum geminum, & minime discordans responsum *Vulpiani* distinguentis inter compensare valentem, & nihi-
31 lominus solventem, & inter pariter solventem, sed compensare non valentem, differentia solum constituta in ordine ad actionem; tribuit quippe *Vulpianus* in primo casu solventi conditionem indebiti quasi de indebito soluto, ut *in l. si ambo in fin. princip. ff. de compensation.* illamque negans in secundo, solumque concedendo eidem solventi sui crediti repetitionem, quod in ordine ad effectum idem operatur, licet non in ordine ad modum, & ad actionem, ut *in altera l. qui invicem ff. de condit. indebit.*, & quod dubitabile non sit, quominus exceptione compensationis omissa, salva remaneat debitori petitio sui crediti praeter litteram *supradictae legis qui invicem* uno ore affirmāt *Bart. in l. si cum dos* 8. *in princip. ff. de act. rei amotar. Donell. in Comment. Jur. Civil. lib.* 16. *cap.* 15. *col. ult. sub nu.* 20. *Gratian. discept.* 356. *n.* 42., *Roce. Episc. disput. Jur. selectar. cap.* 155. *num.* 13., *Bersan. de compensat. cap.* 5. *quaest.* 1. *n.* 8. *&* 9., *& quaest.* 2. *fere per tot.*, *& signanter num.* 14., *Medices eod. tract. par.* 2. *q.* 31. *num.* 51. *in fin. Maur. de solut. cap.* 4. *per tot.*, *Ursil. ad Afflict. discurs.* 121. *num.* 7. *in fin.*

Ex opposito vero ad destructionem cujuslibet praescriptionis militabat potens observatio, quod fratres ad normam Inventarii, in quo fassi fuerant crediti hujus Cambii existentiā, successive rationem reddere satagentes, neque unicum verbum, nedum probationem protulere, sive adduxere super illius satisfa-
32 ctione, seu extinctione; unde si, ut tetigimus, praescriptio corroboratur ex conjecturis illam suadentibus, ita a contrario ex motivis, & circumstantiis oppositis, magis eadem praescriptio suffocatur, & omnino perimitur si addantur conjecturae solutionem excludentes, ad bene insinuata per *Gabriel. cons.* 158. *num.* 13. *& seqq. vol.* 2. *Ciarlin. controv.* 196. *num.* 46., *Adden. ad Buratt. decis.* 98. *nu.* 8. *Rota decis.* 50. *num.* 12., *& seqq. coram Bich. decis.* 1212. *nu.* 11. *coram Emerix jun. decis.* 595. *in fin. par.* 2. *dec.* 89. *num.* 16., *& seq. par.* 18. *rec.*, *& in Romana pecuniaria*, *seu locorum montium* 11. *Aprilis* 1698. *coram Rmo dell' Olmo Episc. Conchen. impress. post Modern. Asculan. ad Statut. Urb. decis.* 173. *nu.* 4. *tom.* 3.

Sublatis igitur quibuscumque nebulis pro exsequutione mandati responsum fuit. Utraque &c.

Maceraten. Fideicommissi.

Luna 6. *Maji* 1709.

ARGUMENTUM.

Est celebris decisio in qua late differitur *de Cons. Oldradi* 177., & an illud sit in foro receptum, sive potius communiter rejectum, atque explosum. Substitutio facta in casu deficientiae alicujus lineae, an locum habeat in casu non existentiae, vel potius intret caducatio ad terminos praefati Cons. Oldradi. De Theorica, seu distinctione *Soccin. in l. Solemus ff. de cond.*, *& demonstr.* super verbis *non exstantibus*, *seu deficientibus*, *tunc*, *& eo casu &c.* an intelligatur per vulgarem, sive fideicommissariam, & de differentia inter istam Theoricam, & dictum Consilium Oldrad.

drad. Transactio quando sustineatur, & quid pro illius validitate requiratur.

SUMMARIUM.

1. *Consilium* Oldrad. 177. *numquam fuit receptum a Doctoribus, & Tribunalibus, quinimmo expresse rejectum, atque explosum.*
2. *Immissio retardari nequit fideicommissario cōstito prius de legitimatione ejus personæ, simulque de ejus expressa vocatione.*
3. *Declaratur opinio de qua* n. 1. *quid operetur, & quomodo sit intelligenda.*
4. *Substitutio facta decedenti quandocumque sine liberis differt a substitutione facta, deficientibus quandocumque liberis, & nepotibus, prima enim exspirat existentibus filiis, aut Nepotibus, non autem secunda.*
5. *Substitutio facta post lineam extinctam non censetur facta nisi linea inceperit, & postea defecerit, si tamen concurrant conjecturæ.*
6. *Substitutio facta cum dictione* eo casu, *vel* tunc, & in hoc casu *deficientiæ alicujus lineæ extorqueri nequit ad alium lōge diversum nonexistentiæ*, & num. seq., limita n. 10.
7. *Testator, aut lex quod non distinxit, neque nos distinguere debemus.*
8. *Substitutio non caducatur, caducato aliquo gradu intermedio, quoties per verba directa vel communia datus apparet substitutus.*
9. *Limita si Testator maluerit ordinare fideicommissum graduale de tali determinata persona, vel genere in talem determinatam personam, vel genus.*
10. *Dictio* tunc, & eo casu *adjecta in substitutione quando dicatur stare demonstrative sive potius taxative*, & n. seq.
12. *Fideicommissum graduale quando vulgarem anomalam excludat ex opinione* Angeli.
13. *Et quando d. opinio procedat.*
14. *Per amicabilem concordiam submoveri nequit vinculum fideicommissi, nisi prius deducto ære alieno.*
15. *Frustranea est actio quam inopia debitoris excludit.*
16. *Quod nimis probat nihil probat.*
17. *Transactio ut transigentem afficiat intercedere debet bona fides.*
18. *Transactio, ut sustineatur, necessarium est ut, in ea aliquid hinc inde acquiratur, & respective dimittatur, alias uti leonina est nulla.*
19. *Pactum redeundi ad primæva Jura locum non babet nisi in casu resolubilitatis.*
20. *Jura contra hereditatem vel confusa vel extincta remanent ob illius aditionem a Creditore factam.*
21. *Gravatus quando possit deducere propria credita adversus hereditatem fideicommissariam.*
22. *Immissio non retardatur per exceptiones requirentes altiorem indaginem.*
23. *Ratio ex scripturis, & libris quando dicatur bene reddita.*

DECIS. CDLIX.

Sicuti celeber Jurisconsultus *Oldradus* propitiam, ut ita dicamus, fortunam expertus est *in suo famigerato consilio il* 21., cum quo præcisive ab impetu urgentium conjecturarum in oppositum postmodum processere illum laudantes omnes ferme successive Scribentes, & cuncta Tribunalia, mordicus quippe auctor iste inhærens rigiditati conditionis, illiusve litterali, seu grammaticali importantiæ censuit cum plausu universali, quod fideicommissi gravamen alicui impositum in casu decessus sine filiis sisteret absque ulteriori progressu defecta tali conditione si sine filiis subortis scilicet filiis, eisque dein superstitibus; Ita e converso aberrantem, & parum faustam sortem assequutus est in altero, etsi pariter effecto clamoroso *Consilio* il 177., ubi non minus existimavit, quod dato substituto in casu deficientiæ, sive si defecerint illæ lineæ, illæ personæ, hujusmodi substitutus perfrui nequiret beneficio substitutionis, si eædem personæ nusquam in natura rerum extitissent; Non enim (putavit ipse) toleranda erat extensio a casu, seu conditione deficientiæ ad casum, & conditionem non existentiæ, quantumvis quippe non defuerint illius asseclæ, & quodammodo factionarii; Nihilominus usque ad referendam quæstionem desuper habitam inter
1 *Crassum, et Mutium Scævolam* allatam per *Tullium*, & centumvirali Judicio ad favorem substituti decisam, abstractive remansit *idem Consilium* 177. a communi oppugnatione *Doctorum*, & *Judicantium* quotidie explosum, sive rejectum ex plene collectis per *Fusar. quæst.* 64 *fere per tot.*, & signanter *num.* 31. *Intrigliol. eodem tractatu centuria prima quæst.* 38., *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 15. *num.* 16., *Cardin. de Luca de fideicommiss. discurs.* 90. *n.* 3., *Rota decis.* 379. *num.* 2. *coram Buratt. decis.* 810. *n.* 10. *coram Dunozett. decis.* 149. *num.* 2. *par.* 7., *decis.* 12. *num.* 10., & 11. *par.* 10. *decis.* 196. *n.* 15. *par.* 11., *dec.* 104. *num.* 16. *par.* 16., & *decis.* 189. *n.* 7. *par.* 19. *recent.*

Idipsum igitur evenit quoque in *hodierna Audientia* super Testamento condito de *anno* 1641. per Camillum de Ulixeis; quoniam cum ipse intendens erigere perpetuam Primoge-

mogenituram heredem instituisset Carolum ex Laurentio Fratre Nepotem, eoque sine filiis obeunte substituisset Alexandrum, & huic sub eadem conditione Franciscum, & deinde Aloysium sub omnimoda exclusione feminarum, universis deinceps masculis deficientibus, tuncque existentibus feminis quodammodo masculizasset feminam majorem natu, ut ibi = *Et deficientibus masculis &c., & existentibus feminis &c. tunc, & eo casu substituit, & suum heredem Primogenitum vocavit illam feminam majorem natam* = Ac progrediendo tandem ad ulteriorem transversam substitutionem superaddidisset = *& si deficerent femina in hoc casu substituit, & Primogenitum esse voluit primum, & majorem natu de familia dominorum de Ulixeis* = nullatenus juvit prædictum *Consilium* 177. *Oldradi* Hospitale Infirmorū Maceratæ testamentariam causam habens ab Aloysio ultimo ex prænominatis Nepotibus substituto, & si prætenderet, quod dum loco defectus, seu deficientiæ feminarum nullæ feminæ unquam exstitissent, rueret postrema constitutio in casu deficientiæ feminarum ordinata, quia nihilominus triumphavit Canonicus Antonius major natu masculus de familia de Ulixeis novissimo, ut diximus, loco substitutus, cum sciscitante *me* Dominos *An, et ad qua bona danda foret immissio* prodierit responsum = *dandam esse Immissionem Canonico Antonio ad omnia bona relicta per Camillum*.

Ratio sic resolvendi in prima parte = *dandam esse immissionem* = radicabatur in eo, quod cum ut præmisimus, Camillus deficientibus feminis, vocasset majorem natu familiæ de Ulixeis, Canonicus de familia solus, & ideo vere Senior quia unicus de sua descendentia, & respective continentia in familia Testatoris de Ulixeis, manifeste edocuerat, per superlativum undique modum, mediante scilicet comprobatione communis derivationis, tam ipsius, quam Camilli fideicommittentis a Hieronymo Seniore stipite communi per gradus undique claros, atque distinctos: Ideoque constito de legitimatione ejus personæ, insimulque de ejus expressa

2 vocatione, retardari nequibat immissio per eumdem expostulata, ut millies respondit *Rota*, & præsertim in *dec. 29. n. pr. post Torres de primog. & major. Ital. dec. 309. n. primo coram Priol., 266. num. primo par. 9. recent., in Ferrarien. Primogenitura* 10. *Martij* 1704. §. *Siquidem coram R. P. D. meo Lancetta, & in Romana Restitutionis Fructuum* 11. *Junij* 1708. §. *Ast quod coram me*.

Non obsistente, ut præmisimus *Consilio Oldradi*, nec iis, quæ adducebant Informantes pro Hospitali; Etsi namque ii ingeniose rimantes rationem quare *idem Consilium Oldradi* 177. non fuerit in praxi receptum, subnecterent, quod id eveniret, ex quo licet agatur de substitutione fideicommissaria, in tantum non militet regularis prohibitio extensionis de casu ad casum, de conditione ad conditionem, in quantum omne naturale dictamen suadet, quod quemadmodum Testator in casu existentiæ, & successive deficentiæ antecedentium vocatorum talem substitutum dare voluit, ac tale gravamen restituendi injungere ultimo deficienti; Ita, & fortius præsumendum sit, quod voluerit hoc

3 idem servari in casu nullius existentiæ illarum personarum, a quibus facienda fuisset restitutio si ab initio exstitissēt, & postea defecissent, uti in substantia ratiocinantur, & concludunt *Bartol. in leg. prima num. 33. ff. de vulgar., & pupillar., Tondut. resolut. Civil. part. 2. cap. 110. num. 48., Somniat. controvers. 102. num. 49., Fusar. de substitut. quæst. 409. num. 97., Cardin. de Luca de fideicommiss. dicto discurs. 90. num. 6., Rota decis. 548. num. 2., & sequent. coram Bichio decis. 201. n. 10. part. 10. decis. 134. num. 11. part. 17., Bononien. fideicomiss. de Guilinellis post Balducc. ad Ramon dec. 7. sub. num. 2., & in Reatina fideic. 24. Novembris 1694. §. Non obstat coram Eminentissimo D. meo Cardin. Caprara*.

Eo adamussim contrario modo, videlicet quoties substitutio per Testatorem ordinata fuerit in casu non existentiæ alicujus generis, vel personæ, quia pariter a simili non officit substituto, quod a principio exstiterit in humanis tale genus, talis persona, ac per eamdem existentiam defecta videatur conditio

4 ejus vocationis, dummodo ex post moriatur, seu deficiat ad finitimam, seu fraternizantem approbatam Theoricam *Soccin. in l. Solemus num. 6. ff. de condition., & demonstrat., de qua Paris. consil. 18. num. 12. Peregrin. de fideicommis. art. 18. n. 16., Cardin. de Luc. de fideicommiss. discurs. 84. n. 4. Rot. decis. 689. num. primo, & sequent. coram Buratt. decis. 454. num. 8. coram Caval. decis. 43. num. 4. part. 14. decis. 104. n. 15. part. 16. decis. 284. num. 11. part. 18. in Romana Donationum 4. Junii 1700. §. Et quamvis coram R. P. D. dell' Olmo Magno Cancellario Mediolanen., & in Romana Jurispatronatus 3. Julii 1703. §. Quandoquidem coram Rmo Molines*.

Siquidem replicabāt, quod hæc omnia recte sibi locum usurpassent, quando aliunde non colligeretur, Testantem præcise voluisse restrin-

stringere gravamen ad casum a se expressum, nempe vel deficientiæ cum suppositione existentiæ; vel ad casum non existentiæ 5 etiam sequuta, seu postmodum sequutura deficientia necessario supponenda ad fatale præscriptum = *Statutum est hominibus semel mori* = sicuti respectu *Consilii Oldradi* reputarunt *Peregrin. de fideicommiss. artic. 15. numer. 16., Card. de Luca disc. 90. num. 6., Rot. decis. 222. num. 15. part. 5. tom. primo, & decis. 196. num. 15. part. 11. recent.*, & quoad Theoricam Soccini limitarunt *Ruin. cons. 132. num. 5. cons. 133. in principio lib. 3., Menoch. cons. 1017. num. 15., & 16., Rodulphin. allegat. 71. num. 6., Mantica de conjecturis ultim. volunt. lib. 11. tit. 6. num. 7., Peregrin. de fideicommiss. art. 29. num. 9., Card. de Luca de fideicommiss. disc. 89. n. 6., Rota decis. 4. num. 7. coram Bichio, & decis. 209. n. 1. cum pluribus seqq. par. 8. rec.*

Quamobrem ad rem applicando dicebant, dubitari non posse de hac præcisa voluntate Camilli, de hac præcisa restrictione ad casum, quo feminæ defecissent, & per necessarium antecedens extitissent, stante quod 6 Testator adhibuerat illa verba *in hoc casu*, ut ibi = *et si deficerent feminæ in hoc casu substituit* = proindeque si substitutio inira legebatur *in hoc casu*, nempe deficientiæ, extorqueri non poterant ad aliud longe diversum non existentiæ, ut in utriusque terminis *Oldradi*, & *Soccini* perspecta dictione *eo casu*, *vel tunc*, *et in hoc casu* cum similibus undique restrictivis robuste tuentur *Doctores in l. prima §. final. ff. de condict., & demonstr., Cyriac. controv. 522. num. 44. & 45., Tondut. quæst. civil. 120. num. 9. par. 2. Urceol. consult. cap. 82. nu. 31., Bellon. de Jur. accrescen. cap. 5. quæst. 26. num 197., Rota decis. 527. num. 15. & seqq. par. 13. recent.* cum aliis abunde recollectis *in Romana donationum 24. Januarii 1701. §. His consequenter cum §. seqq. coram Rmo Molines impress. post modern. Asculan. ad Statut. Urbis decis. 203. num. 15., & 16.*

Vehementius autem quia Testator recte scivit considerare, & secernere unum casum ab altero; nam expressit existentiam seorsim, & de per se, & expressit deficientiam pariter de per se, deficientibus namque masculis, quos supra vocaverat, ponderavit, an tunc existerent feminæ, eisque existentibus in heredem, & primogenitum vocavit feminam majorem natu; In successivo vero, & diverso licet, ut diximus, necessario casu finalis deficientiæ solummodo invitavit masculum seniorem de familia; Unde conditio, seu vocabulum existentiæ, quod distinxerat Testator a conditione, seu vocabulo *deficientiæ* non erat confundendum, sicuti ex regula correlativorum, quod Testator, 7 aut lex non distinxit, neque nos distinguere debemus juxta responsum *Jurisconsulti in l. de pretio 10. ff. de public. in rem action, Spada cons. 330. nu. 7., Ciroec. disceptat. foren. 19. num. 2., Rota decis. 592. num. 7. coram Emerix Jun., Romana hereditatis 3. Decembris 1706. §. Non relevante; & in Colonien. Canonicatus, 9. Decembris 1707. §. Descendendo autem cor. me*, & in specie præsentis quæstionis dixit *Rota in dicta Romana donationum 24. Januarii 1701. §. Aut demum procedunt coram Rmo D. Molines Decano impress. post Constantin. ad Statut. Urbis decis. 203. num. 18.*

Magis tandem quia non est novum in Jure, quod ex vi diversificantium verborum in hoc ipso proposito caducationis substitutionis, recedatur a generalibus præsumptionibus, & genericis pariter propositionibus; Quia quamvis regula sit, quod caducato aliquo gradu intermedio, adhuc caduca non 8 fiat substitutio, quoties per verba directa, vel communia datus apparet substitutus, cum is per illam vulgarem, quæ compellatur anomala, sive vulgaris in fideicommisso contenta, subintret in locum illius gradus, vel personæ intermediæ caducatæ ad communiter approbatam doctrinam *Bartol. in l. quamdiu la 3. ff. de acquiren. hereditate, Capyclatr. consil. 76. num. primo, & 8., Amat. resolut. 40. num. 8., Peregrin de fideicomm. artic. 15. nu. 14., Fusar. de substitut. quæst. 269. num. primo, Molina de primogen. lib. 2. cap. 11. num. 39., Marta de success. legal. lib. 4. quæst. 30. artic. 8. num. primo, Rot. decis. 149. num. 3. par. 7. decis. 201. num. 13. par. 8. decis. 12. num. 19. & seqq. par. 10. decis. 437. nu. 6. par. 19. recent. tom. 2., Romana, seu Januen. Bonorum coram Rmo Molines impress. apud Balduc. rer. Judic. tit. 3. dec. 47. n. 12., Romana Fideicommissi 4. Julii 1698. coram Emo Caprara, & in altera Romana Fideicommissi 14. Decembris 1699. §. Nec etiam coram Emo D. meo de la Tremoille, Romana reintegrationis Fideicommissi de Columna 25. Aprilis 1701. §. Ad rem itaque coram me, in Bononien. Fideicommissi de Rossenis 17. Martii §. Validitas coram bo. me Muto, & in Ferrarien. Fideicommissi 18. Martii 1708. §. Ceterum coram R. P. D. meo Priolo.*

Si tamen constet, quod Testator maluerit ordinare fideicommissum graduale de tali determinata persona, vel genere in talem determinatam personam, vel genus, prout 9 hic, quia prius Camillus expresserat existentiam,

tiam, & post ea voluerat deficientiam feminarum pro ingressu, & admissione seniorum de familia; In his utique terminis contra *Bartolum* semper prævaluit opposita auctoritas *Angeli in dicta l. quamdiu ff. de acquir. hered.*, *Gabr. cons. 95. num. 21. vers. concludo igitur, & num. 22. lib. primo*, *Gratian. discept. foren. cap. 747. nu. 20. & seq.*, *Rocc. disput. Jur. select. cap. 13. num. 25. & seq.*, *Urceol. dicta consult. ultim. 82. nu. 7.*, *Card. de Luca de fideicom. disc. 107. nu. 6. & d. disc. 90. num. 8. in fin.*, *Rot. decis. 480. num. 12. coram Bichio*, *decis. 138. num. 17. & seqq.*, *decis. 138. num. 17. coram Priol.*, *dec. 323. num. 7. par. prima*, *& dec. 154. par. 13. rec.* & hoc ad unguem argumento in proposito nostri *consilii Oldradi utitur Card. de Luca ubi supra*.

Ceterum etsi, ut præmisimus hæ ratiocinationes viderentur apparenter urgere, nihilominus introspecta tota massa dispositionis, exi-

10 stimarunt *Domini* potius in concreto nostri casus vigere ex vi verborum, & mente Defuncti regulam, quam limitationem, quando etenim apparet dictiones ceteroquin restrictivas *tunc*, *et eo casu* non stare ad coarctandam dispositionem ad illud tempus ad illum casum præcisum, sed veluti respicientes tempus remotissimum demonstrare dumtaxat assequutionem illius effectus, quem exoptavit Testator; Tunc profecto eædem dictiones potius ampliant, vel declarant, quam restringant casum vocationis, perinde ac si Camillus insequendo ordinem naturalem, ac equidem volens in defectu masculorum ex Laurentio fratre pronanantium reintegrare feminas ab eo descendentes, quas ab initio excluserat in concursu, prius quam fieret transitus ad Agnatos extraneos, seu magis remotos, dixisset, quod eo casu admitteretur senior de familia, quando nimirum deficerent feminæ, quas mere naturaliter, & per modum suppositi, non autem cōditionis crediderat præexstituras, seu verisimiliter præexstitisse, & quas idcirco rationabiliter anteposuerat; non vero quod nulla suggerente ratione, seu discursu, cessantibus feminis, quæ erant impeditivæ senioris indubitanter voliti, quicquam referret, quod eædem feminæ cessarent, quia non inceperint, vel quia inceperint, & postea defecerint, ut in durioribus examinando efficaciam dictionis = *Tunc* = immediate appositæ a = *non viverent* = in contermina disputatione *Theorica Soccini in dicta l. solemus* respondit *Rota in Romana Jurispatronatus 3. Julii 1705. §. Non adversante, & in illius confirmatoria 14. Decembris 1705. §. Accurate cum duobus seq. coram Rmo D. meo Molines Decano.*, & ante eum luculenter advertunt *Conciol. allegat. 13. n. 25. & seq. Peregrin. de fideicom. art. 29. num. 7.*, *Card. de Luca eodem tractatu disc. 89. num. 7.*, *alter de Luca de linea legal. respons. 25. n. 5.*, *Rot. decis. 354. num. 6. coram Royas & dec. 209. num. primo cum seqq. par. 8. recent.*

Eoque evidentius, quia tantum abesse videbatur ad mentem Camilli Testatoris, quod ejus interesset feminas exstitisse, vel non exstitisse, ita ut ab earum existentia, aut inexistentia penderet perduratio suæ dispositionis, quinimo si possibile fuisset, subestendisset Primogenituram a se ordinatam supra consummationem sæculi. Unde forsan huic, ut ita dicamus, superbiæ humanitatis restitit Altissimus obtruncando in primis palmitibus Nepotum, & vix hodie reducendo bona ad unicum Sacerdotem, illam inani mente conceptam propaginem æternam juxta illud *Confundam vos in cogitationibus vestris*. Siquidem, ubi liqnet, Testatorem habuisse hunc respectum perpetuitatis, ut in præsenti casu, in quo subjiciens omnia sua bona perpetuo fideicommisso, & Primogenituræ cum prægnantissima prohibitione alienationis, ut *semper, et perpetuo eadem bona in fideicommisso, et primogenitura permanerent* usque ad usurpandam in proposito domus illam phrasim nimis divinitati proximam mediante ea inscriptione apponi supra frontem demandata = *Soli Primogenito in infinitum* = nemo ambigit, quod dictio *tunc*, dictio *eo casu* cum similibus non sint capaces in linea

11 sterilis grammaticæ arctare contra mentis conceptum disposita ad ullam restrictionem, quemadmodum ambulando in eisdem proximis terminis *doctrinæ Soccini* prosequuta est *Rota in dicta Romana Jurispatronatus 3. Julii 1705. §. Verbis, & in illius confirmatoria sub dicta die 14. Decembris ejusdem anni, §. Et apertius coram eodem Rmo Molines Decano*, & in proposito proprius tradiderunt *Card. de Luca de Fideicom. disc. 83. num. 11. & disc. 89. num. 16.*, *Romana donationum 4. Junii 1700. §. Et denique cor. D. Magno Cancellario Mediolanen. postea Episc. Concben. scilicet R. P. D. dell' Olmo, Romana Primogeniture de Fabiis 12. Decembris 1707. §. Veritas coram Rmo Omanna Episc. Giennen.*, *& in Lucana Fideicom. 14. Decembris 1708. §. Talis profecto coram R. P. D. Kaunitz.*

Et ob id decidebat etiam exemplum fideicommissi gradualis vulgarem anomalam excludentis secundum contrariam *Bartolo* opi-

12 nionem *Angeli*; Quia præterquam ad hunc effectum gravamen debet esse injunctum no-

minatim, itaut alium sensum verba substitutionis habere non possint, quam meræ fideicommissariæ, ideoque non sufficiant communia, vel generalia ex monito *Peregrin. de fideicom. art.* 15. *sub num.* 26. *versic. notabilis est*, *Bonden. collectat. legal.* 41. *num.* 20., *Mart. Medic. decis. Senen.* 8. *num.* 49. cum aliis abunde recollectis per *Urceol. dict. consult.* 82. *sub num.* 19. Adhuc agnitio, quod
13 Testator per medium substitutionum a se ordinatarum desideraverit infinitatem, & perpetuitatem suæ dispositionis, *Angeli* sententia collabescit, ex traditis per *Soccin. Senior. consil.* 52. *col. penult. in* 4. *casu lib. primo*, *Paris. consil.* 38. *num.* 38. *lib.* 2., *Cravett. cons.* 283. *col.* 2., *Peregrin. cons.* 40. *n.* 6. *lib. primo*, *Prat. de interpr. ultim. volunt. fol.* 370. *num.* 7. cum aliis plena manu collaudatis per *Fusar. de Subst. dict. quæst.* 469. *num.* 37. *cum sequent.*

Et ex his descendendo ad secundam rescripti partem *Domini* dixerunt, quod hæc immissio *danda Canonico Antonio foret ad omnia bona relicta per Camillum*. Ex quo quamvis ad sensum Scribentium pro Hospitali admissa quoque duratione, & purificatione fideicommissi in persona Canonici Antonii, nil superesset de patrimonio Camilli Testatoris, ad quod dari posset generalis, seu peculiaris immissio; Statim tamen oculis *Dominorum* affulsit infirmitas oppositionis; Fundabantur quippe iidem Scribentes in quadam transactione inita, per quam Carolus primus heres a Camillo institutus transigendo cum fratribus successive, & modo, de quo supra ab eodem Camillo substitutis profiteri videbatur, quod idem Camillus, idem ejus Patruus, & Testator adeo ingenti premeretur debito erga seipsum, suosque fratres substitutos, ut oportuerit per amicabilem concordiam submovere vinculum fideicommissi, quod regulariter effectum sortiri non valet, nisi deducto ære alieno in præsenti Thesi absorbente totam Camilli substantiam; Ideoque hactenus respectu prænominati Canonici Antonii verificaretur vulgatum axioma frustranea est actio, quam inopia debitoris
14 excludit ex collectis circa primam conclusionem deductionis æris alieni per *Bartolum in l. filiam*, *ff. ad Trebell.*, *Menoch. de adipisc. possess. remed.* 4. *num.* 75., *Argel. de legit. contr. ad quæst.* 4. *art.* 3. *num.* 73. & 74., *Rota decis.* 37. *num.* 3. *post Torres de pact. futur. success. decis.* 254. *num.* 3., *decis.* 320. *num.* 3. *cor. Buratt. dec.* 510. *num.* 18. *coram Bichio*, *dec.* 34. *num. primo part.* 7., *dec.* 790. *num.* 4. *part.* 18. *tom.* 2. *recen.*, & *in Illerden. Hæreditatis de*
15 *Gomar.* 4. *Junii* 1703. §. *Quid plus coram me*; & quoad secundam *Textus est in cap. olim* 2. *de restit. spoliat.*, *l. nam is*, *ff. de dolo*, *gloss. verbo non est*, *Bellett. disquisit. Clerical. quæst. prima tit. de Cler. debit.* §. *primo num.* 3., & *Marchesan. de commission. part.* 3. *cap. primo num.* 49. *pagina* 315.

De cetero cum revera iidem Informantes omnimode dissimulare non possent durum existere, quod sustentabilis esset transactio facta per Gravatum usque ad tam desperatam eversionem fideicommissi, ut nec obulum remaneret, credebant saltem in *hodierna Audientia* mediante exhibitione cujusdam Peritiæ, aliquo modo docere de præfato ære alieno Camilli ob susceptam Tutelam, & administrationem ejus Nepotum, & respective Fratrum transigentium; Verum incassum, quia adeo incredibilis visa est hæc mutua transigentium confessio, & suppositio, ut dum nec minimum quadrantem restare profitebantur in hereditate Camilli contra omnem verisimilitudinem, & contra relationem ipsius Periti plura bona, & magnos redditus in firmatione status affirmantis, ut argumentum ex parte eorumdem informantium pro
16 Hospitali elicitum frangeretur ea responsione, quam etiam Logici quandoque attribuunt *Nimis probat*, *ergo nihil*. Et tamen ad effectum, ut transactio afficeret Canonicum Antonium Jure proprio venientem ad Primogenituram non undique, prout hic scatens nimia improbabilitate, & suspicione mala
17 fides, sed plus quam exuberans bona debuisset intercedere ex notissima propositione plene exornata apud *Castren. in l. cum heres* 36. *num.* 10. *ff. ad Trebell.*, *Cephal. consil.* 645. *num.* 48., *Card. de Luca de fideicomm. disc.* 13. *num.* 21., *Rota decis.* 512. *num.* 7. *coram Emerix Jun. decis.* 453. *num.* 10. *part.* 19. *Recen.*, *Bononien. Fideicommissi prima Junii* 1696. §. *Et si enim coram Reverendissimo Molines Decano*, *Romana Transactionis*, *seu Pecuniaria* 23. *Junii* 1704. §. *Illius coram R. P. D. meo Kaunitz*, *Bononien. Transactionis* 16. *Novembris* 1705. §. *Nihilominus*, & *in Romana Fideicommissi* 11. *Januarii* 1706. §. *Atque hæc coram me*.

Ast quæ bona fides quibat excogitari in transigentibus cum nullo deputato Curatore pro fideicommisso, seu fideicommissariis substitutis tractu temporis succedere valentibus, nec unica palea tradebatur fideicommisso, & fideicommissariis eventuris, quando necessa-
18 rium est pro transactione sustinenda, ut aliquid hinc inde acquiratur, & respective dimittatur, alias quælibet transactio tamquam leonina, & nulla ruit mole sua, per *Text. in l. transactio nullo dato*, ibique *Doctores*,

flores, *Cod. de transact.*, *Peregrin. cons.* 37. *n.* 28. *lib. primo*, *Urceol. de transact. quaest.* 100. *num.* 3., *Cardinalis de Luca de alienat. discurs.* 50. *num.* 6., *Rota decis.* 608. *num.* 2. *coram Emerix Jun. decis.* 75. *n.* 13. *par.* 16., *Bononien. Transactionis* 16. *Novembris* 1705. §. *Nullatenus*, *et in Firmana Legitima* 27. *Junii* 1707. §. *Transactio coram me*.

Fortius autem quia, quod eadem transactio nocere non posset, nec deberet alteri Vocato non sine superfoetatione alterius suspicionis effulgebat, quia convenere ipsi Transigentes, ut ibi = *Et quatenus aliquis vocatus extraneus &c. insurgeret vigore fideicommissi &c. tunc maneant in suo robore Jura, & actiones ipsorum fratrum Summario Canonici Num.* 5. §. *Et quatenus*. Unde ad quid discurrere de hujusmodi concordia, utrum esse valeret obstativa immissioni expetitae per eumdem Canonicum, quando transigentes
19 praebuere manus resolutioni contractus, seu concordiae. Tale quippe pactum redeundi ad propria primaeva Jura locum non habet, nisi in casu resolubilitatis ex his, quae habentur per *Text. in l. Ex his praediis Cod. de evict.*, ibique scribentes, penes *Altograd. consil.* 10. *num.* 18., *et num.* 32. *tom.* 1., *Card. de Luca de renunc. discurs. primo num.* 4., alter *De Luca ad Franc. decis.* 200. *num. final. Rota decis.* 265. *num.* 1. *coram Royas*, *decis.* 476. *num.* 4. *par.* 5. *recen.*, *et in Asculana Dotis* 28. *Novembris* 1704. §. *Justitia vero coram Rmo Omanna Episcopo Gennen*.

Redacta itaque amaritudine ad examen Jurium, & actionum, quae sibi in casu insurgentiae extranei vocati reservaverant contrahentes, parum desuper immorati sunt *Domini*. Quia quidquid esset de praenominata Peritia ad Partes data, quidquid foret dicendum de hoc, vel illo debito per possibile contracto per Camillum ex capite administratae tutelae Nepotum; Binae suppetebant replicationes, seu ponderationes, quae penitus jugulabant quamlibet praetensionem Hospitalis. Prima erat, quod nec Carolus, nec alii fratres, nec demum Aloysius, a quo Jura sua metiebatur Hospitale ab eo heres institutus confecerat Inventarium in aditione hereditatis Camilli fideicommittentis facta ab initio per Carolum auctorem ejusdem Aloysii; Proindeque si qua de reliquo competiisset actio Carolo, & Aloysio, profecto ob praefatam aditionem initam utriusque
20 respective hereditatis, remansisset vel per imaginariam solutionem extincta, vel per incompassibilitatem [illegible] confusa. Teste *Cagnol. in l. Heredem num.* 16. *ff. de regul. Tur*, *Noguerol. allegat.* 19. *num.* 106., *Fusar. de substitut. quaest.* 557. *num.* 20., & 21., *Fontanell. de pact. nup. claus.* 4. *Gloss.* 5. *sub num.* 42. *vers. Si vero cum alio*, & late *Rubeus in toto Tractatu de confusione*, & *distinctione Jurium defunct.*, & *hered. cap.* 1. *num.* 12., & 33. *cum sequen.*, *Rota decis.* 442. *num.* 3., ibique *Beltramin. num.* 5., *decis.* 570. *num.* 23. *coram Merlin.*, *decis.* 23. *numero primo par.* 7. *recen.*, & *in Romana Fructuum Census* 26. *Januarii* 1705. §. *Eo ipso coram Me*.

Quin etiam licet non intrasset ex causa resolutionis tituli hereditarii in vim faciendae restitutionis fideicommissi universalis ulla imaginaria solutio, ulla confusio sicuti ad effectum facultatis deducendi propria credita competentia gravato Adversus heredi-
21 tatem fideicommissariam, & consequenter substitutos in fideicommisso universali, distinguunt *Jason. in l. Prima* §. *Veteres n.* 18., & 19. *ff. de acquiren. poss.*, *Altograd. cons.* 84. *a num.* 26. *ad num.* 42., *Amat. resolut.* 56. *num.* 8., *Urceol. in appendic. ad consult.* 49. *num.* 9. *Rubeus dicto Tract. de confus. &c. cap.* 6. *num.* 35., *Card. de Luca de legit.*, & *detract. discurs.* 25. *num.* 9., *Rota decis.* 795. *num.* 5. *coram Emerix Jun.*, & *in Avenion. Fideicommissi* 25. *Junii* 1700. §. *Idque etiam coram Me*.

Nihilominus cum assertum debitum Camilli derivaret, ut praemisimus, a suscepta Tutela Nepotum, necessario ad condemnandum Tutorem praecedere oportuisset formalem, ac judicialem redditionem rationis, quae cum in casu nostro minime praecesserit, non poterat utique interea Camillus reputari debitor, & sic tale creditum, si quod adesset, etiam per hypothesim, tamquam non liquidum, nec de Jure liquidatum idoneum esse non
22 poterat ad impediendam immissionem, a qua rejiciuntur semper exceptiones altiorem, & maxime in facto indaginem exposcentes *Menoch. de Arbitrar. Judic. lib.* 2. *cas.* 12. *num.* 2., *decis.* 613. *num.* 1. *par.* 18., *decis.* 220. *num.* 9. *par.* 19. *recen.*, cum aliis abunde recollectis in *Ferrarien.*, *seu Anconitana Fideicommissi* 3. *Junii* 1701. §. *Et nihilominus coram Me*.

Secunda, & non minus praepotens ponderatio erat, quod in eadem concordia duo legebantur; alterum quod inibi promittebatur in calce registrari debita per Camillum contracta, & relicta, ut in dicto *Summ. Num.* 5. §. *Verum*, & alterum, *quod Scripturae*, & *receptae concernentes interesse hereditatum Laurentii*, & *Camilli*, & *alia quaecumque Scripturae spectantes ad Domum*, & *Familiam* (sunt verba praecisa) *ipsorum germanorum fra-*

fratrum existentes penes Carolum &c. Inventariari deberent, et remanere communia. Ac propterea dum prætensa debita contracta per Camillum non fuerunt postea in calce concordiæ notata, & descripta, dum Scripturæ universæ stare dicebantur, & restare debebant penes transigentes, & auctores Hospitalis; Quomodo valebant amplius hæc credita Pupillaria deduci; Quomodo reddi ratio per Canonicum repræsentantem personam, & Jura Camilli; Et quomodo tandem emergere reliquatum, dum semper favore ejusdem Canonici militabit responsio, quod si quid deesset perfectæ redditioni rationis, continebitur in Scripturis ex repræsentatione Auctorum ab Hospitale habitis, & retentis cum impossibilitate docendi, quod Scripturæ exhibendæ forent illæ omnes, quæ as-
23 servari debebant, seu quod idem est coarctandi negativam in contrarium juxta ea, quæ adamussim per speciem cautelæ connotata apparent in tractatu *De commerc., et mer. discurs. 52. num. 32.*, & in præcisis terminis respondit *Rota in Viterbien. Legitimæ 4. Junii 1694. in §. Et eo fortius coram Eminentissimo Caprara*.

Et ita &c. utraque &c.

Romana Fideicommissi.

Lunæ 6. Maji 1709.

ARGUMENTUM

Legere potes ex sequenti Summario.

SUMMARIUM.

1. *Interdictum quorum bonorum solum competit successoribus, & heredibus ab intestato.*
2. *Immissio denegari nequit, præstita tamen cautione per vocatum de restituendo aliis coheredibus vocatis, & quandocumque petentibus.*
3. *Frustra quis petit, quod intus habet.*
4. *Compensatio numquam conceditur de specie ad speciem.*
5. *Immissio præpediri nequit per creditum turbidum, & illiquidum.*
6. *Retentio non datur pro credito turbido, & illiquido.*
7. *Satisfactionis præsumptio inducitur ex lapsu temporis longævi, & concurrentibus aliis conjecturis.*
8. *In fideicommisso numquam censetur esse id quod distrahitur pro ære alieno fideicommittentis.*
9. *Unusquisque præsumitur protrahere vitam usque ad centum annos.*
10. *Bona conservari magis congruit penes habentem propinquum interesse, quam penes detentorem sine ullo titulo.*

DECIS. CDLX.

Fuerat in *præterita Decisione edita coram me* ex remedio adipiscendæ, sive interdicto, *quorum Bonorum* concessa Immissio Isabellæ pro tertia rata quartæ partis Bonorum provenientium a Magdalena Viperescha, Mariæ vero alteri collitigāti exstiterat retardata, ex quo non comparuerat in scena præcincta illa hereditaria veste Alexandri Patris, quæ prorsus erat necessaria ad perfruendum memorato Interdicto, quod solum competit Successoribus, & Heredibus ab in-
1 testato, sicuti profitetur *Ulpianus in l. 1. ff. quorum Bonor. Oynot. in §. Sequens n. 13. vers. tertio datur Instit. de Interdict. Aret. §. Quadruplici num. 34. Instit. de act., Menoch. de adipiscend. remed. primo n. 39., & seq., Ridolph. in prax. par. 2. cap. 7. num. 32., Marant. de Ordin. Judiciar. par. 4. distinct. 7. n. 2., Peregrin. de fideicomm. art. 46. n. 1., Rot. decis. 1234. n. 1. cor. Emerix Jun. decis. 332. num. 2. cor. Royas dec. 33. n. 1. par. 9. rec.*, & animadversū fuit in præterita hujus Causæ Decis. sub §. *Neque juvit*.

Novo autem examini revocata *præfata Decisione* ad instantiam Lucæ, & Jo: Antonii sub assueta dubitatione = *Anstandum, vel potius recedendum foret a decisis*, majorem sensere jacturam succumbentes, non solum quippe rejecta exstiterunt propugnacula illius retētionis, qua se tueri contendebant adversus Isabellam, sed iterum reassumpta pugna per Mariam, reportavit & ipsa favorabilem Immissionem pro una similiter tertia quartæ partis, proindeque ad effectum ipsam includendi, rescriptum emanavit *in decisis juxta modum* semper præfato hujus Causæ verificato *Carmine Ovidiano relato in principio præcedentis Decisionis*, & in simili proposito pariter adducto per *Carol. Marant. respons. 40. sub num. 20. par. 3.*, ubi superaddit alterum *Ciceronis* effatum *in tuum ipse Mucronem incurras necesse est*.

Subsistente quippe purificatione Fideicommissi a Magdalena Testatrice ordinati in filiis Isabellæ Senioris, juxta latius perpensa in *præcedenti Decisione*, non poterat unaquæque tertia rata prædictæ quartæ partis imminui, ex quo, ut objectabatur, iidem Filii forent sex, inter quos idcirco portio in Matrem obventa est dividenda, cum enim omnes obierint sine liberis, & absque Testamento, & remanserint Superstites, vel ipsi, vel eorum Filii, nimirum Felix, Alexander, & Anna palam fiebat, quod aut sublato concursu, vel ad terminos intestatæ successionis effectis heredibus Fratribus, vel Sororibus super-

superstitibus per Jus, seu transmissionis, seu accrescendi, vel non decrescendi accreverit ipsa portio prædefunctorum portioni uniuscujusque supraviventis, quando tamen
a fat esset ad eversionem appositæ exceptionis, quod ipsi comparentes forent indubitanter Successores, & alii non insisterent, seu comparerent ad tradita per *DD. in l. 2. §. Sed quoties ff. ad Trebell. Gratian. discept. for. cap. 330. n. 8., & 12., Rot. dec. 21. nu. 12. cor. Card. Cerro dec. 446. n. 10. cor. Duran. dec. 868. n. 9. cor. Emerix Jun., & dec. 283. n. 12. par. 13. recent.*

Minusque ullo modo retundere valeat Immissionem retentio prætensa per eosdem succumbentes ex capite illorum creditorum, quæ per Jo: Antonium afferebantur, distinčte siquidem agendo de singulis, quatenus pertinebat ad primum desumptum a quadã Donatione per Marium Caffarellum inita in personam prælaudatæ Isabelle Senioris, frustra conquerebatur idem Jo: Antonius, quod signanter penes Isabellam ex persona Annæ Matris præexisterent sc. 4410., seu Bona in valore sc. 4410. obnoxia fideicommisso in præfata donatione contento favore etiam filiorum ejusdem Isabellæ Senioris, quapropter eum inter eosdem filios extaret etiam Felix, a qua idem Jo: Antonius causam habebat, obsisteret idcirco in hac parte Actrici illa ad ratam ejusdem Felicis implicita sa-
3 tisfactio, ob quam ad evitandos inanes circuitus dici poterat *frustra petis, quod intus habes*, ut alias respondit ad mentem *Text. in l. bonam fidem ff. de regul. Jur., Valenz. consf. 176. n. 71. tom. 1. Gratian. discept. 731. n. 27. Rot. dec. 329. n. 9. par. 17. dec. 620. n. 3. p. 18. rec., & in Romana fructuum Census 26. Jan. 1705. §. Addebatur. Cornetana Cẽsus 13. Febr. 1707. §. Atque hac, & in Romana Attentatorũ 16. Maji ejusdem anni §. Alias cor. me.*

Divellebant etiam hanc objectionem, seu creditum binæ apertissimæ responsiones, altera nimirum, quod nihil commune habebat fideicommissum injunctum a Magdalena Viperesca cum fideicommisso, si quod aderat in donatione facta per Marium Caffarellum, ac propterea non erat hic locus retardandi
4 sub hoc prætextu, seu exceptione petitam Immissionem, eum etiam abstractive de specie ad speciem nulla dari queat compensatio ex congestis per *DD. in l. si non sortem §. Si centum ff. de condit. in reb., Rodulph. alleg. 16. num. 8., Castill. contr. Jur. quol. lib. 4. cap. 40. n. 105. Bersan. de compens. cap. 1. quæst. 4. num. 7., Medices eod. tract. par. 1. quæst. 3. num. 1.*

Et altera, quod ubi de hac opposita retentione agendum fuisset in suo proprio, & separato Judicio, adhuc ultra necessitatem inbibitam semper Antonio refundendi illas expensas, cum quibus Anna potius eoemerat diutius litigando, quam vindicaverat præfata Bona, seu sc. 4410. cessabat omnis amaritudo, dum si Anna consequuta fuit per organum Isabellæ Matris de Bonis fideicommissariis Marii Caffarelli prædictã quantitatem, reportavit e converso Felix de Bonis liberis ejusdem Isabellæ summam plusquam æquivalentem, atque ideo validius retorqueri poterat prænominatum adagium *frustra petis &c.*, & in omnem casum semper indubitati Juris erat, quod talis exceptio, tale ereditum ceteroquin, ut diximus, in disparato Judicio differendum apparebat
5 fuscum, & illiquidum, & innefficax ad præpediendam immissionem *Saminiat. consult. 75. n. 77., Argel. de legit. contrad. quæst. 2. n. 240., & 241., Rota dec. 558. n. 32. cor. Dunoz. Jun. dec. 1124. nu. fin. cor. Emerix Jun. dec. 121. num. 6. par. 11. dec. 213. nu. 32. par. 12., Maceraten. Fideicom. 6. Maji 1709. §. Nihilominus, & in Nullius seu Terra Pontiani Immissionis 26. Junii ejusdem anni §. final. cor. Me.*

Deveniendo ad secundum ereditum, quod propius attingeret terminos retentionis eum consisteret in Censu in sorte scut. 400. fundato super Domibus provenientibus ab hereditate Magdalenæ Testatricis, & ad quas flagitabatur Immissio postmodũ pro sc. 150. conquisito per Auctores Joannis Antonii; quia quidquid esset de indagine, utrum per supradictã acquisitionẽ factam de hoc Censu per plura media pro summa adeo minori intrarent præscripta in *l. per diversas, & in l. ab Anastasio Cod. mandat.* secundum ea, quæ ampliori calamo examinata exstiterunt in illa *Romana Cambii 20. Martii 1709. coram Me.*

Urgebat semper responsio, quod idem Census etiam ad sc. 400. conscendens non incumbebat Actricibus, nisi tamquam repræsenrantibus pro eorum rata Magdalenam Viperescam Fideicommissi Institutricem, & respective debitricem ejusdem Census, quæ sane rata ad minimum quid reducebatur, Fideicommissum namque Magdalenæ ex hypothesi hujus Causæ non descenderat in Actrices, nisi pro duabus ratis unius quartæ partis totius Fideicommissi, quapropter in omnem eventũ ad illius offuscationem exuberabant fructus decursi, & debiti Actrici-
6 bus, saltem a die motæ litis per ea, quæ passim admonuit *Rota dec. 180. n. 17. cor. sa. me. Alex. VIII. dec. 381. n. 3. cor. Card. Celso*

so aet. 433. num. 3., & 4. par. 2. rec., in Illerden. Hereditatis de Gomar. 3. Aprilis 1702. §. Hac autē cor. Emo della Tremoille, & prius in illa 14. Martii 1699. §. Minus allegabilis cor. Emo Caprara, & in Reatina Fideicom. 22. Martii 1700. §. fin. cor. Me.

Nimis pariter a longe expetitum apparuit tertium creditum pro Dote, ut pretendebatur promissa, & non soluta Felici, sive Honorio Sabello ejus Viro, præterfluxi namque noscebantur ab ortu hujus crediti usque ad præsentem diem anni 66. cum omnimoda acquiescentia tam ipsius Felicis, quam Honorii, quodque plus erat, decedente Felice sub anno 1655. successive Honorius de anno 1658. se debitorem constituit Isabellæ Senioris, & respective Matris ejusdem Felicis de scut. 200., pro quibus ulterius passus fuit exsequutionem in Bonis propriis *Sum. Actricum n. 6. & 7.*, quod utique non tolerasset, si hoc majori creditu contra eamdem Isabellā suffultus extitisset; pro coronide tandē Lavinia, & Portia filiæ prænominatæ Felicis consequutæ fuerant integre Maternam Dotem super Bonis Honorii Patris, & respective Viri Felicis pro restitutione Uxoriæ Dotis obligati, signum evidens, quod per antea Felix & pro illa Honorius Vir Dotis sibi promissæ satisfactionem obtinuerat, quando de reliquo lapsus temporis tam longævi, cum adeo præpotentibus, & perstringētibus conjectu-
7 ris plusquam exuberantem præsumptionem satisfactionis inducebat, ut levioribus argumentis innixi dixere *Cravett. cons. 148. num. 13., Prat. discept. forens. lib. 3. discept. 8. n. 6., Roc. disput. Jur. select. cap. 154. n. 3., & seq., Card. de Luca de cens. disc. 20. num. 7., & 8., Rota dec. 46. nu. 3. cor. Merl. decis. 399. n. 7. par. 17. rec., Cornetana Census 1. Martii 1706. §. Et sane in fine coram R. P. D. meo Priolo, Illerden. hereditatis de Gomar. 4. Junii 1703. §. At non minus, & in Romana Pecuniaria 2. Junii 1706. §. Urgentius coram Me.*

Restaret quartum, & ultimum creditum depromptum a supposita alienatione Locorum 45. Montis Fidei promanantium a præcitata donatione Marii Caffarelli, sed supposita etiā hujusce alienationis verificatione, jam diximus, quod ea, quæ tangebant istud fideicommissum non erant commiscenda cum fideicommisso Magdalenæ, de quo crat quæstio; & nihilominus Defensores Actricum, liquido docebant, quod major Pars eorumdem Locorum Montium, nempe Loca 39. non fuerunt ullo modo voluntarie alienata, sed posita sub hasta ad instantiam clar. me. Card. Caffarelli Creditoris ejusdem Marii Donatoris, & respective fideicommittentis præterito *Summ. Actricum n. 9.*, reliqua vero distracta fuerant per ipsam Isabellam Marii Creditricem in summa sc. 15000. *eodem Summ. 10.*, proindeque nequaquam poterant hæ alienationes referri ad debitum, vel factum Isabellæ gravatæ, sed ad factum, &
8 ad debitum Donantis, & Fideicommittentis, cum quicquid distrahatur pro solvendo ære alieno Fideicommittentis nunquā censeatur esse in fideicommisso ex quotidie relatis per *Bartol. in l. filiam ff. ad Trebell., Menoch. de adipiscend. possess. remed. 4. n. 75. Argel. de legit. contrad. quæst. 4. art. 3. nu. 73., & 74., Rot. dec. 320. n. 3. cor. Buratt. dec. 34. n. 1. par. 7. rec., & in Maceraten. fideicommissi 6. Maji 1709. §. Et ex his descendendo coram Me.*

Ad malleum itaque repercussa, solidaque reperta præterita resolutione super puncto Immissionis, restabat inquirendum, an etiam Mariæ sub eadem anteacta resolutione non inclusæ communicari deberet ex noviter deductis sua quota successionis, & ambigendi occasio versabatur super eo, quod indigens, & ea memorata veste hereditaria Alexandri ejus Patris nullibi ostendebat eumdem Alexandrum discessisse ab humanis, cumque viventis non detur hereditas, aderat quidem defluxus annorum circiter 80. a nativitate Alexandri, sed non per hoc omnino tuto ejus mors efficiebatur certa ex raro quidem, sed præsumpto casu, quod quis protrahere valeat vitam usque ad centum annos, ut di-
9 cunt per *Text. in l. an usufructus 56. ff. de usufruct.*, & ex Plutarco advertit *Petrus Burgus de mister. numeror. n. 27.* paulo ante finem ibi: *habebis 54., qui apud Plutarchum est numerus dimidiæ vitæ*, quem refert *Narbosa de ætat. ann. 50. quæst. 3. n. 3. pag. 482. Card. de Luca de benef. disc. 22. n. 10., Put. dec. 85. n. 1. lib. 1., Palm. dec. Lucen. 179. n. 35. vers. nec dici potest, Rot. dec. 344. nu. 1. cor. Card. Caval., & dec. 228. n. 4. cor. san. mem. Gregor. XV.*

Verum arrisit *Dominis* practicum temperamentum adhiberi solitum in hisce contingentiis, ut ea Immissio, quæ negari nequivisset Alexandro vivo, ex illius persona tribuatur habenti proximam causam succedendi, ut habebat Maria unica illius filia si non titulo proprie hereditario ex jam ponderatis, titulo saltem administratorio, cum magis congruat conservari Bona penes habentem tam propinquum interesse, sive tam proximam
10 succedendi causam, quam penes detentorem sine ullo titulo, ut fuit millies practicatum, & signanter videre est penes *Surd. cons.*

conf. 125. §. fin., *Gratian. discept. forens. cap. 540.*, *Card. de Luc. de success. disc. 37. sub n. 3.*, *& de fideicom. disc. 7. nu. 5.*, *Rot. in Spoletana Fideicommissi 16. Novembris 1703.*

§. *Nec obstat cor. Emo Card. Caprara.*

Potissime junctis considerationibus tam Dotis, quam Alimentorum, quibus Maria lugebat destituta, unde impellente etiam æquitate facilius amplexati sunt *Domini* temperamentum Juris, de quo supra.

Et ita utraque &c.

Romana Fornacis super Fructibus.

Ven. 10. Maji 1709.

ARGUMENTO

Non indiget.

SUMMARIUM.

1. *Error calculi semper sibi vindicat emendationem.*
2. *Melioramenta sponte facta an, & quo casu sint reficienda.*
3. *Expressio relativa ad unam causam nequit ad alteram retorqueri.*
4. *In melioramentis nemo præsumitur velle jactare suum.*

DECIS. CDLXI.

Cum ad monitum *Imperatoris Justiniani l. properandum C. de Jud.* summopere Reipublicæ intersit, quantum fieri potest forensia dissidia corripi, & obtruncari, hinc expetita hodie ex parte Archihospitalis B. Mariæ Consolationis in Urbe nuncupati, nova Audientia pro non nulis gravaminibus, quæ eidem Archihospitali inflicta exstitisse prætēdebant Scribentes in resolutione, seu in decisione *diei 9. Decembr. 1707. coram me, Domini* & si in minima parte dignovissent sustineri querelam; adhuc morem servando *Sacri Tribunalis mihi* injunxere, ut vice annuendi ipsi novæ audientiæ opportune occurrerem gravamini mediante *brevi hac decisione*, & simul non protraherem ex causa alicujus minimi offendiculi debitum Justitiæ decursum.

Primus offendiculus, seu gravamen respiciebat numericam quantitatem ex impressionis errore transcendentem *scuta quindecim* cum enim memoratum Archihospitale ex prædicto Rotali Judicio condemnatum appareret in fructibus Joanni Mariæ restituendis in *scutis 628.* veritas erat, quod minime supergre-

1 derentur *scuta 613.* ideoque cum error calculi semper sibi vindicet emendationem ad *text.* in *l. unica C. de error. Calcul.* provide statuta fuit præmissa defalcatio, sive correctio, quemadmodum pendente Causæ expeditione in proposito non dissimilis correctionis anni numerici practicavit *idem Sacrum Auditorium* in illa *Pisauren. Successionis.*, *seu redditionis rationis sub die 29. Decembris 1707. coram me.*

Secundus, & paulo plus importans offendiculus consistebat in eo, quod occasione partitarum conflantium præfatam summam *scutorum 613.* censuerant *Domini* ad illius calculum esse apponendam illam partitam in ordine la *seconda*, quæ conscendebat ad ▽ *363. 26.* minime demptis *annuis scutis quinque*, quæ resecanda fore conclamabat Archihospitale pro toto tempore sex circiter annorum videlicet a *die 29. Octobris 1659.* usque ad *diem 19. Novembris 1664.* sub ea ratione, quod Carolus Conductor Fornacis nullatenus præ oculis habuisset prætensa melioramenta facta ab Archihospitali ad commodū Fornacis de qua agebatur, ex quo Instrumentum locationis tunc distributum ab Informantibus pro eodem Archihospitale *Sum. propositionis num. 3.* cantaret per illa verba

2 *omnino sponte*: unde cessante tali consideratione melioramentorum, eo magis curandum non esset de eisdem melioramentis, quæ de cetero reficienda non esse dixerat *Tribunal* uti latius ostendebatur in *prædicta decisione diei 9. Decembris 1707. ex §. præmissa summa eum sequen.*

Præfati itaque Scribentes lucidius demonstrarunt per ampliora verba in *bodierno Summ.* registrata *sub num. 4.*, & ceteroquin ut annotavimus præcedenter in *die propositionis* omissa, quod ita se habebat Instrumentum, *ultra supradicta scuta quinquaginta moneta promissa in d. locatione* (scilicet antecedenter) *quolibet anno promisit solvere alia scuta quinque pro quolibet anno stante diversis melioramentis ejus arbitrio factis &c.* ideoque posita tam expressa litterali declaratione, corruebat penitus fundamentum elicitum ex prædicta clausula *sponte*, quæ de reliquo solum excludebat violentiam. & metum, non autem destruebat correspectivitatē tam manifestam, & e converso palam evincebatur, quod licet melioramenta successive non exstitissent in hac parte *per Sac. Rotam* approbata, non per hoc tollebatur reflexio, & animus Conductoris, quod ipse non jam ratione soli, sed ex motivo melioramentorum devenerit ad hujusmodi augmentum, ex-

3 pressio siquidem relativa ad unam causam nequit ad alteram detorqueri, ut ait *Gratian. discept. 224. num. 81. & seqq. Rot. dec. 360. num. 16. coram Cerro, & dec. 1025. n. 17. coram Emerix Jun. & dec. 424. num. 4. par. 19. tom. 2. recent.* concurrente præsertim generali illa propositione, quod alias

Carolus non effecisset istud augmentum,
4 nemo quippe præsumitur jactare suum, ut in subjecta materia melioramentorū pluries animadvertit *Rot. in decis. collaudatis in Melevitana fideicommissorum super fructibus coram me inter impressas la 59. num. 3.*

Domini itaque etiam ad hæc minima descendenres reputarunt, resecatis *scutis quindecim* pro primo offendiculo, *& scutis 30. 20.* pro secundo, & sic in totum *scutis 45. 20.* Joanni Mariæ refundenda esse dumtaxat *scuta 583. 30.*

Romana Pecuniaria.

Luna 13. Maji 1709.

ARGUMENTUM.

Tutor a Testatore in Testamento deputatus, si alium in Tutela substituerit, an iste sic substitutus teneatur reddere rationem Pupillo de bonis ab ipso administratis, sive potius hujusmodi onus habeat primarius Tutor, & substituens, fusius hæc quæstio tractatur. Obligatio Cameralis emissa in aliquo interesse, an comprehendat in eo non nominatos, & secundarium non vero principale interesse habentes.

SUMMARIUM.

1. *Subscriptio declarat voluntatem contrahentium, & dat formam eorum obligationi.*
2. *Tutor non tenetur ad ultra, quam intra lineam tantum ipsius Officii Tutoris.*
3. *Tutor Procurator, vel administrator sui officii nomine contrahens numquam nomine proprio obligatus remanet.*
4. *Onus investiendi pecunias pupillares præcise pertinet ad Tutorem, & non alium.*
5. *Tutori sat est reddere rationem villicationis suæ.*
6. *Substitutus induit naturam illius in cujus locum substituitur.*
7. *Substitutus vigore mandati dicitur a Domino constitutus, quod procedit si substitutio facta sit a constituto cū facultate data substituendi certam personam, secus si facultas data sit indistincte.*
8. *Obligatio cameralis amplectitur etiam Personas non nominatas dummodo ista primarium non vero secundarium interesse habeant*, limita n. 18.
9. *Opposita juxta se posita magis elucescunt.*
10. *Tutor non impeditur emere remPupilli, dummodo removeatur suspicio, & adsit bona fides.*
11. *Ista autem bona fides quibus arguatur.*
12. *Quilibet Tutor, vel administrator tenetur ad limites Inventarii reddere rationem.*
13. *Emptio rei pupillaris a Tutore facta an, & quando subsistat.*
14. *Tutela non obligat Tutorem absolute ad investiēdas pecunias pupillares præcipue non repertas in peculio Pupilli nisi concurrant circumstantiæ.*
15. *Subscriptio tunc solum imutat naturam scripturæ, seu obligationis, quando per illam legitur declarata, atque restricta substantia, & tenor scripturæ, seu obligationis.*
16. *Heres Beneficiatus se obligans tamquam heres etiam sine expressione Beneficii Inventarii numquam præsumitur se obligare voluisse de proprio.*
17. *Accollatio debiti nil aliud est, quam subrogatio facta ad commoda, vel incommoda crediti.*
18. *Clausula* quorum interest, *adiecta in obligatione camerali, & in illa subinclusa operatur, ut sit locus exsecutioni contra obligatos etiam ad favorem cujuslibet interesse habentis non nominati.*
19. *Quietantia facta per verba universalia comprehendit omne debitum, nisi ex aliquo adjuncto sit restricta, vel contrarium ex adverso probetur.*
20. *Minister, & Factor, qui pro Tutore res Pupillares administravit tenetur reddere rationem eidem Tutori, non autem Pupillo.*
21. *Tutores quando sunt plures, & unus administraverit, iste prius est conveniendus.*

DECIS. CDLXII.

Per bina Judicata percuti in materia ceteroquin exsequutiva, & præcise novissimo prorsus letali telo metuentes heredes Antonii, adhibito toto Scribentium conatu, curarunt a *Dominorum* benignitate quodammodo extorquere noviter audiri adversus *Decisionem editam sub die 20. Januarii 1708. coram Me*, illaque ex indulgentia potius reportata, quam quod ulla necessitas id expostulare videretur, reproposui proinde in *hodierna Audientia* negocium, sed detrectantibus ullo modo informare iisdem heredibus, fidentibusque fortasse precibus tunc porrectis pro consequenda dilatione, visum est *Dominis*, & deesse fundamēta gratiæ dilationis petitæ, & motiva justitiæ percrebescere pro persistentia, uti rescripserunt *In decisis.*

Ad hunc etenim effectum examini subiicienda censuerunt exposita per eosdem heredes in memoriali exhibito occasione, ut supra, efflagitandæ novæ Audientiæ, illudque in substantia continebat, quod cum tota obligatio ejusdem Antonii resideret in apocha, in qua is assumpserat onus reinvestiendi scut. 4000. *a favore del Signor Angelo Androsilla*, utique inspicienda erat subscriptio, a qua pendebat ipsa obligatio, ut inquit *Stracc. de adject.*

adiect. par. 4. quaest. 10. sub num. 14., & seqq. inter tract. magn. tom. 6. par. 1. fol. 401. in tract. de commerc., & mercat. disc. 55. num. 9. Rot. Bononien. inter recollect. per Palm. Nep. decis. 363. num. 64. tom. 4. Adden. ad Pamphil decis. 348. sub num. 10. §. item scripturae subscriptio, Rot. decis. 98. n. 1. post Salgad. Labyrinth. Creditor. tom. 2. decis. 99. num. 1. coram Cavaler. decis. 197. num. 9. coram Bich. decis. 386. num. 6. par. 16. decis. 98. num. 24., & seqq. par. 17. decis. 77. num. 1. par. 18. recen., & in Romana pecuniaria 30. Junii 1704. §. levissimi quoque ponderis coram Reverendissimo Patre Domino meo Molines Decano.

Subscriptio autē de more existens in calce praedictae apochae simpliciter cantabat *Antonio Burani Tutore sostituito mi obbligo come sopra &c.* proindeque dum Antonius sub hac qualitate, & expressione tituli, & officii tutelae se se ad reinvestiendum obstrinxerat, neutiquam valebat idem Antonius ultra teneri, quam ad normam dumtaxat, sive intra lineam solummodo ipsius officii tutorii secun-
2 dum litterale ferme responsum *Scevolae in l. Lutius Titius ff. de Institor. Jason. in l. prima §. nunciatio num. 4. ff. de nov. oper. nunciat. Angel. in l. eamdem in princip. ad fin. ff. de duob. Reis. Dec. consil. 510. n. 5. lib. 2. Dcord. consultat. 39. num. 6. Natt. consil. 641. per tot. Cyriac. controv. 511. num. 17., & 28. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 10. n. 28. cum pluribus seqq.*, itaut quilibet Tutor, Procurator, Administrator, negociorum Gestor, aut institor in hoc casu nequaquam sub tali forma contrahendo proprio nomine ma-
3 neat obligatus, *ad Text. in l. si non subscripsisti Cod. de administrat. Tutor., & in l. post mortem §. Tutor, ibique gloss. & communiter DD. ff. de administrat. Tutor. Bursat. consil. 298. num. 6. Natt. consil. 641. n. 9., & seqq. Mell. observat. 139. num. 8. Giurb. ad consuetudin. Messan. cap. 2. gloss. 13. par. 1. n. 3. ampliat. 4. Arymin. Teper variar. sententiar. tit. 423. Francisc. Rocc. post lib. 1. responsor. tit. de Mandat. notabil. 90. num. 221., & seqq. Posth. resolut. 104. num. 2. Capyc. Latr. consultat. 144. num. 23. Altimar. de nullit. Contract. tom. 3. rubric. 1. quaest. 10. n. 90. & 95. Montan. de Tutor. cap. 31. effect. 5. num. 7. Felic. de societ. cap. 4. sub num. 44. Rot. decis. 54. num. 3., & seqq., & num. 25., & seqq. par. 12. recen.*

Idque validius procedere subdebatur, introspecta quoque natura ejusdem obligationis, cū enim ageretur de promisso investimento pecuniae pupillaris, onus illas investiendi praecise pertinet ad Tutorem, & non alium, ita
4 decernente *Textu in l. Tutor §. si post depositionem ff. de administrat. Tutor., & in l. Tutor constitutus ff. eodem tit. Soccin. Sen. consil. 14. num. 44. lib. 1. Palm. Nep. allegat. 31. n. 37. Mansius consult. 713. num. 14. Escobar. de ratiocin. cap. 14. num. 3. & seqq. Rosignol. de Tutor., & Curator. tom. 2. Contract. 17. praenotat. 13. num. 36. Card. de Luc. de usur. disc. 18. num. 12. de credit. disc. 49. num. 7., & 18. & de Tutor. disc. 6. num. 30.*

Atque ex his posita, & stabilita base quod Antonius subiverit obligationem faciendi memoratum reinvestimentum uti Tutor; & Tutor substitutus eo ipso quod remanserat plenarie absolutus a Nicolao Principe Ludovisio primario Tutore, qui eumdem Antonium postea substituerat, non erat is amplius di-
5 vexandus ab Angelo Pupillo sive ejus heredibus, cum satis existat cuilibet Praeposito reddere Praeponenti rationem villicationis suae, sicuti uno ore dicunt *Spad. consil. 127. num. 2., & seqq. lib. 2., Jovius de Contract. Minor. gloss. 19. §. 3. n. 117., & seqq. Escob. de ratiocin. cap. 4. sub num. 16., & cap. 39. pariter n. 16. Merlin. de pignor. lib. 3. tit. 1. quaest. 1. num. 47., & seqq. Rot. decis. 355. num. 4. par. 1. recen.*

Quin in oppositum urgeret, quod idem Princeps Ludovisius deveniendo ad deputationem, seu substitutionem Antonii, fuisset usus facultate ipsi attributa per Testatorem, qui certe noluit onerare Principem magnatitiae qualitatis primi ordinis, ut per se ipsum tutelare munus impleret, unde subsequuta de-
6 putatione in vim praemissae facultatis testamentariae exuerit Princeps tutoriam vestē, illamque induerit Antonius, ex iam adductis *in Decisione, quae revidebatur sub §. praeterquam enim cum seq.*, quibus addi poterat signanter *Rot. decis. 49. n. 8., & decis. 59. sub n. 3. vers. quidquid post Pic. ad statut. Urb.*

Siquidem ad sensum Antonii ruebat objectum per communissimam illam distinctionem, quod vel Praeponens deputat, seu eligit, & praeponit hanc, vel illam personam certam, & nominatam a Testatore, sive dante facultatē substituendi, sive eligendi, & praeponendi, tuncque procedebat objectio; Secus vero quando, prout hìc non fuerat nominata, seu designata persona Antonii, sed tantummodo attributa Principi Nicolao facultas a Testatore eligendi absque alia determinatione, & sic remissive ad arbitrium ejusdem Principis, in quibus sane terminis praefatus Princeps remanserat originarius Tutor, & Antonius dumtaxat ejus Subminister, seu Sub-
7 tutor, quemadmodum videre est penes *Salicet in l. quod quis 8. n. 13. Cod. de Procurator.*

tor. Menoch. cons. 246. *sub num.* 78. *Staiban. Jun. resolut. forens.* 34. *num.* 2., *& per tot. Golin. de Procurator. par.* 2. *cap.* 5. *sub num.* 89. *circ. fin. Jovius de contract. Minor. gloss.* 39. §. 3. *nu.* 119. *Castill. decis. Sicil.* 119. *n.* 5., *& 6. lib.* 2. *Rot. decis.* 759. *n.* 2. *coram Seraphin.*, *& decis.* 421. *num.* 2., *& 3. par.* 3. *recen. cum aliis in tract. de commerc.*, *& mercat. disc.* 29. *num.* 15. *& seqq.*

Neque demum, subjungebant heredes Antonii, ullatenus intererat Antonium in apocha per verba superius recensita directe se obligasse *a favore del Sig. Angelo Androsilla*, quoniã incompossibilia non erant, quod investimentum faciendũ esset favore Angeli, quodque insimul pro effectuatione hujusce investimenti Antonius obligatus unice foret erga Principem, de cujus commissione administrationem superinduerat, parum idcirco faciente obligatione Camerali, quæ amplectitur etiam personas non nominatas, dummodo illarum intersit, hujusmodi namque interesse debebat esse primarium, seu principalius, non vero secundarium, ut in præsenti ad tradita per *Bonden. collectat. legal.* 37. *n.* 122. *Zacc. de obligat. Cameral. quæst.* 5. *n.* 9. *Rot. decis.* 191. *num.* 12. *decis.* 267. *sub num.* 12., *& seqq. & decis.* 274. *num.* 6. *post eumdem Zacch.*, *& decis.* 27. *num.* 12, *& seqq. coram Duran.*

Domini itaque revocantes ad trutinam hujusmodi fudamenta exposita, ut diximus occasione novæ Audientiæ, nullo modo reputarunt posse resilire a præcedenter capta resolutione, ad quem effectum exuberasset oculum apponere ad consequutivam Decisionẽ editam, ut supra, *sub die* 20. *Junii* 1708. *coram Me*. Ex simplici siquidem lectura, ac
9 comparatione mox adductarum rationum cum illis in *decisione* perpensis, & stabilitis, certe intuitive verificabatur adagium, quod *opposita juxta se posita magis elucescunt*, de quo *Aristotel. lib.* 2. *de Cælo Bald. in l. prima Cod. quand. liceat ab empt. disceder.*

Et ob id necessaria non videbatur alia dissolutio, sed præter insinuata fundamenta *ejusdem decisionis* forsan non ita recte repræsentata, suoque lumini exposita sub eorum Informationibus ab heredibus Antonii, multove minus evacuata sicuti oportuisset, stricte dicebant *hodie* iidem *Domini*, quod præcisive (per hypothesim) ab illa denominatione *Tutore sostituito* certe nimis ad evidẽtiam palparetur, obligationem susceptam ab Antonio supergressam fuisse obbligationem meri Tutoris substitui, ac deflexisse ad propriam, & independentem, tum quia in corpore revera scripturæ, & apochæ nulla fiebat mentio administrationis, nec fieri poterat, quia prædicta *scuta* 4000. non fuerant descripta in inventario tutelari, neque prorsus describi valebant; proveniebant etenim a pretio quarumdam gemmarum, quæ Princeps Ludovisius ab extra, & privato jure sibi coemerat tamquam tertius, & non tamquam Tutor, quidquid enim objiceretur in
10 prædicta nova Audientia, quod Tutor non impediatur emere rem Pupilli, dummodo removeatur suspicio, & adsit bona fides, id sane intelligi debebat ad normam eorum, quæ scribit *Ulpianus lib.* 40. *ad Sabinum* alias *in l. Pupillus* 5. §. *item ipse Tutor ff. de auctoritat.*, *& consens. Tutor.*, *& Curator.* cum ceteris punctualissime allegatis in *Decisione*, quæ revidetur *sub* §. *& sane quoties* nempe *palam*, & non privatim ut hic, scilicet vel mediante externo, & solemni Instrumento,
11 vel mediante Contutore, vel hasta publica, ut præter inibi allegatos prosequuntur, & explicant *Bartol. in l. Pupillus* §. *item vers. aut remissa ff. de auctoritat. Tutor.*, *& in l. Frater a Fratre num.* 51. *ff. de condit. indebit. Constantin. collectan. ad statut. Urb. annotat.* 25. *artic.* 1. *num.* 48., *&* 49. *Rot. dec.* 164. *a num.* 2. *ad* 13. *coram Coccin.*, *& dec.* 218. *num.* 7. *vers. adhuc non potuit par.* 2. *recen.*

Dum itaque neque pecuniæ, neque gemmæ erant descriptæ, neque descriptibiles in inventario tutelari confecto, vel conficiendo a principio, in quo ad summum tantummodo si absconditæ non extitissent, describi valuissent gemmæ materiales sub obligatione reddendi rationem quid de eis postea sequutum foret, dum ad ejusdem inventarii
12 propemodum limites quilibet Tutor, & Administrator compellitur reddere rationem ex *Bartol. in dicta l. Tutor*, *aliisque relatis per Surd. decis.* 184. *a num.* 3., ideoque quomodo super illis nec descriptis, nec existentibus de tempore acceptæ Subtutoriæ cadere poterat privata, ac distincta confectio obligationis investiendi *scut.* 4000., præcipue non viso, & discusso statu Pupilli, an nempe hæc *scuta* 4000. starent otiosa, & superflua, vel rectius implicanda forent pro usibus, & necessitatibus, aut ære alieno Pupilli contra eã, quæ jam fuerant animadversa in *eadem Decisione sub* §. *quin hujusmodi connexio*.

Ac propterea hujusmodi separata obligatio adscribenda non erat amplius tutelæ, & administrationi, de qua nec verbum in toto corpore, ut diximus, supradictæ apochæ, sed penitus extrinseco, & novo mandato suscepto, & accollato ad instantiam Principis pertimescentis damnum Pupilli, actumque geren-

gerentis cum Antonio tamquam cum vero remanso Tutore, vel saltem veluti Contutore, sicuti adamussim ad præservandam a nul-
13 litate, & suspicione inevitabili præsertim, ut hic (nulla præcedente æstimatione, vel descriptione qualitatis, & quantitatis gemmatum) emptionem rei pupillaris factam ab aliquo Tutore præscribit *Textus in d. l. Pupillus §. item ipse Tutor ff. de auctoritat. Tutor., & Curator.*, & prosequitur *Derof. consultat. 38. nu. 25. & seqq. Jov. de Contract. Minor. gloss. 20. §. 3. n. 47. vers. nisi bona.*

Dum igitur præcisive a sequela, quam secumferat officium Tutoris, & extra mentionem administrationis, seu Tutoriæ in corpore, seu ventre scripturæ se per apocham ad partes obligavit Antonius investire favore ipsius Angeli Androsillæ scut. 4000.; non tantum parum assumpto sive intentioni heredū opitulabatur qualitas in subscriptione adjecta *Tutore sostituito come sopra*; ex quo qualitas hæc procul dubio, mediante dictione *come sopra* omnino referenda ad expressa superius, nequibat ullatenus verificari, dum superius nihil de tutela, neque de materia ob promissum investimentum ita inconsiderate cadente sub tutela, quæ non obligat absolute Tutorem ad investiendas pecunias pupillares præcipue non repertas in peculio
14 Pupilli, nisi concurrentibus ultra jam dicta, omnino diversis ab hypothesi probatis circumstantiis,& ponderatis per *Text.in l.5. in princip. ff. de administr. Tutor. gloss. in §. si viro tantum verb. necessitatis Auth. ut ii, qui obligat. se.haber. perbib. rer. Minor. Bartol. in l.Tutor qui repertorium §. si post deposit.ff. de administ. Tutor. Rocc. disput. Jur. select. cap. 144. num. 39. Montan. de tutel. cap. 32. a num. 194. ad seqq. Rot. decis. 442. num. 3. coram Dunoz. Jun.*

Verum subintrabat potius ex vi litteræ ejusdem subscriptionis retorsio in contrarium, quia Antonius illam dictionem *come* non adjecit Tutorio charactéri; dicere quippe debuisset *Io Antonio Borani mi obbligo come Tutore sostituito*, = & non = *Io Antonio Borani Tutore sostituito mi obbligo come sopra* = ut patet ad sensum, immo de cetero in tantum prodest pro exclusione propriæ obligationis subscri-
15 ptio qualificata, seu facta cum superaddito alicujus qualitatis, sive officii, in quantum adiiciantur verba prorsus taxativa *solamente*, vel alia restrictiva, cum similibus, per ea, quæ punctualiter habentur annotata *in tractat. de Commerc., & Mercator. disc. 34. num 26., & disc. 55. num. 8., Rota decis. 386. num. 7. par. 16. Recentior.*

Nisi forte tractetur de herede beneficiato, quia cum is non censeatur voluisse renunciare beneficio Inventarii provide conquisito, contrahens, immo & sese obligans tamquam heres, vel nomine heredis etiam sine expressione beneficii ejusdem Inventarii ex præmissa mox ratione nusquam supponitur sese
16 voluisse obligare de proprio, & deperdere memoratum beneficium, quemadmodum reprobata *Angeli* opinione in *l. cum hereditas ff. ad Trebellian.* post *Cin. in l. fin. Cod. ad l. Falcid.*, unanimiter consentiunt *Cyriac. controvers. 627. num. 36., Caren. resolut. 157. num. primo, Gratian. disceptat. forens. cap. 34. n. 32. & 33., Urceol. de transact. quæst. 80. a n. 12. & seqq., Carol. Anton. de Luca ad Franch. in observat. decis. 323. nu. 3. & seqq.*, idem *de Franch. decis. 648. in fin. Capye. Latr. decis. 38. num. 2. & 28. lib. primo, Sanfelic. decis. 112. num. 13. & seqq., Rota decis. 392, num. 3. par. prima, decis. 135. n. 13. & seqq. par. 9. decis. 197. num. 15. par. 10. decis. 58. num. 5. par. 11. Recen., & in Camerinen. Manutentionis, seu Censuum 10. Martii 1698. coram R̃mo Molines Decano inter recollectas per Constantin. ad Statut. Urb. tom. 34. decis. 54. num. 4.*

Ast millies, ut dici solet, concesso, quod Antonius nusquam intendisset sese obligare præter, vel supra officium meræ Tutelæ, nullo pacto locum sibi usurpabat consequētia, quam elicere cogitabant iidem Antonii heredes; ergo memoratus Antonius veluti non deputatus præcise, & nominatim a Testatore recognoscere non tenebatur Angelū Androsillam Pupillum, sed dumtaxat Principem Ludovisium, a quo fuit nominatus, & substitutus Tutor, quia tota moles hujusce objectionis labefactabatur non minus in facto, quam in Jure; & quidem in Facto, quia non debebat Antonius illa verba conscribere = *a favore del Signor Angelo Androsilla*, = saltem sine adjecto *Pupilli*, & hoc sub obligatione Camerali, ut citra eamdem obligationem Cameralem est *Textus* punctualis in *l. quidam 16. de constit. pecun. secundum verba transcripta in praecedenti decisione §. Atque hac seorsim.*

Nil refragante solito interealare, quod id egerit Antonius tamquam *Tutore sostituito*, non enim per hoc tolli poterat, quod tamquam *Contutore sostituito*, non teneretur erga Angelum, quem expresse nominaverat, & ad cujus favorem se obligaverat, proindeque
17 sive nomine proprio, sive tamquam Tutor substitutus diffugere non valebat solutionem de proprio ad instar Accollatarii, de quo *Cost. de remed. subsidiar. remed. 52. num. 2. Giurd. decis. 62. sub num. 27., Surd. dec. 32. num.*

num. 16., *Rota decis.* 490. *num.* 10. *par.* 4. *tom.* 2. *Recen.* cum aliis concordan. relatis in præterita Decisione *dicto* §. *Atque hac se- orsim in fin.*

Frustraque directa hæc obligatio evitari contendebatur sub præsupposito, quod obligatio Cameralis non liget nisi habentes principale interesse; Id enim ad summum procederet, quoties ageretur de persona in Contractu non nominata, quando tamen oppositum etiam in abstractis terminis verius est, quia sufficit quomodolibet habere desuper interesse in illo Contractu, in illa promissione, ex quo Cameralis obligatio illam tenet
18 in ventre clausulam, & pro *omnibus, quorum interest*, ut fatentur ipsæ *auctoritates* superius in objecto allegatæ *sub* §. *Neque demum*, loquentes, ut tetigimus, respectu personæ in Instrumento non nominatæ, & cõstantissime tradunt *Altograd. consil.* 31. *num.* 59. *lib. primo*, *Gratian. consil.* 12. *n.* 7. *volum. primo*, *Constantin. in collectan. ad Statut. Urb. annot.* 47. *n.* 30., *Card. de Luc. de donation. discurs.* 57. *num.* 2., *& de fideicomm. disc.* 135. *n.* 5. *Rot. decis.* 97., & ibi *Adden. num.* 6. *coram Georg. decis.* 247. *num.* 2. *coram Duran.*, *& decis.* 285. *num.* 9. *par.* 6. *Recen.*

Sed non ita est, nullaque coincidit amaritudo, quãdo in apocha explicite, & litteraliter nominata est persona, ad cujus favorem actus, & promissio dirigitur, & multo magis quando eadem persona expressa habet plusquam principale interesse, ut est Dominus respectu rei suæ, quemadmodum est Pupillus, etsi proprium peculium, & Patrimonium habeat sub aliena administratione, & non sua, ex annotatis in fortioribus circa personas simpliciter enunciatas *Card. de Luca de donat. disc. primo n.* 22., *Rota dec.* 5. *n.* 10. *decis.* 270. *n.* 4. *& seqq. post Zacch. de Obligat. Cameral*, *& dec.* 40. *n.* 14. *&* 15. *par.* 9. *recen.*

Neque pariter a facto non recedendo subsistebat, quod Antonius, quatenus oportuisset reportaverit liberationem, & absolutoriam suæ villicationis a Principe Ludovisio, quoad hanc separatam apocham investiendi *scuta* 4000. penes se retenta ad favorem Domini Angeli, non enim Antonium absolverat idemmet Princeps Nicolaus, qui ipsum Antonium substituerat in Tutorem, & reminisci poterat de hac separata obligatione faciendi investimentum, sed illum liberavit ejusdem Nicolai filius nempe Princeps Joannes Baptista penitus ignarus, quodque plus est hæc absolutio concepta quidem apparebat sub involucro verborum capace quidem liberandi etiam = *in virtù di qualunque sostituzione, o deputazione.* = Sed toto tenore inspecto, comprehendi non poterat hujusmodi apocha præsens, quia ratio factæ absolutionis ita sonabat = *Il tutto ha fatto, & operato realmente, e disposto il denaro in servizio di essa Casa, e con la participazione, approvazione, e scienza di Sua Eccellenza &c. e percio lo libera, ed assolve generalmente &c.* = Sicque quonam pacto in hac generica verborum effusione valebat contineri præfata obligatio investiendi; Liberatio siquidem, de qua supra, stat in gestis, & factis = *ha fatto, & operato realmente con la scienza, e participazione &c.* = sed vinculum, & obligatio Antonii radicatur in non facto, videlicet investimento, & per consequens in eo, quod non poterat approbari a Principe profecto non laudaturo negligentiã, & culpam contra
19 Pupillum sub verbo *realmente*, ac propterea nulla generalitas valet comprehendere, quod non fuit, nec poterat esse de facto comprehensum, per ea, quæ in hoc proposito quietantiæ, vel liberationis generalissimæ advertunt *Abb. consil.* 10. *num. prim.*, *& sequen. lib. prim.*, *Rota decis.* 144. *n.* 4. *par.* 10. *& decis* 238. *num.* 6. *par.* 19. *Recen.*

Postremo nec objectatio quidquã refragabatur in Jure cum neutiquam doctrinæ superius in contrarium allegatæ percutiant casum Tutoris substituti; Jam enim in *Decisione præterita* ostendebatur, quod illæ loquebantur in terminis Subministrorum, Exactorum, Factorum, cum similibus, qui utique non recognoscunt alium Creditorem, & Dominum, seu Superiorem, nisi eum, cum quo contraxerunt, scilicet principalem, & legalem Tutorem, sive Administratorem; Ast Tutoris
20 officiũ etiam cum titulo substitutionis egreditur humiles cancellos, attento publico Jure, reliquorum Subalternantium Ministrorum, sicuti citra inutilem repetitionem videre est in *supradicta Decisione, quæ revidetur ex* §. *Stabilito itaque cum seqq.*, & respective patet ex lectura allegatorum supra in oppositum sub §. *Atque ex his*, quibus adjungi valent *Card. de Luca de Regal. discurs.* 86. *n.* 9., *Rota decis.* 349. *n.* 4. *part.* 15. *Recent.*

Robustius, quia cum Testator dederit in thesi nostra facultatem Principi præeligendi Tutorem, & esset, ut præmisimus, prorsus incongruum, quod ipsemet Princeps subiret in seipso hoc onus, immo quod plus est, præcisive ab his omnibus in subjecta materia emptionis, & venditionis gemmarum, cogeretur Antonius gerere figuram saltem Contutoris; Hinc tantum abest, ut non potuerit Antonius etiam in persona Contutoris, seu Tutoris substituti evocari per Pupillum in judicium, ut potius de stricta censura tamquam

quam ipse solus Administrator sub hoc ti-
21 tulo Tutorio, vel Contutorio prius de Jure obnoxius exstitisset redditioni rationis ipsi Pupillo, secundum ponderata per *Jovium de Contract. Minor. gloss.* 10. §. 10. *num.* 60. *Rot. decis.* 1328. *num.* 15. *coram Emerix Jun. decis.* 69. *n.* 6. *par.* 11., *& decis.* 344. *num.* 16. *par.* 19. *Rec.*

Et ita rursus resolutum fuit &c.

Imolen. Concursus super Usuris.

Lunæ 10. *Junii* 1709.

ARGUMENTUM.

Magistralis est Decisio fuse tractans articulum an contractus venditionis cum appositione pacti de redimendo, & subsecuta locatione seu conductione facta pro certa annua pensione sit feneratitius, vel usurarius, & an ex sola appositione ejusdem pacti redimendi præsumi possit qualitas usuraria, sive potius copulative requiratur pretii modicitas. Pactum istud redimendi an, & quo casu rei valorem minuat. Census quoad creditorem est perpetuus, quo vero ad debitorem est semper, & quandocumque redimibilis.

SUMMARIUM.

1. *Materia feneratitia, seu usuraria tota dependet a vi circumstantiarum loci, Personarum, rerum, & consuetudinis.*
2. *Et pondus earumdem circumstantiarum in Judicis religione residet.*
3. *Præsumptio omnis militat pro fenoris exclusione, & ob id probationes ad hunc effectum exiguntur fortissimæ.*
4. *Contractus locationis, & conductionis non est reprobatus si inveniatur in contractu emptionis, & venditionis.*
5. *Pactum redimendi adjectum in contractu emptionis, & venditionis satis non est pro præsumenda usuraria qualitate.*
6. *Et quid requiratur, ut pactum istud redimendi inficere valeat contractum emptionis, utpote feneratitium*, & n. 23.
7. *Emptiones celebratæ cum pacto redimendi ad hoc ut usurariæ dici queant exposcunt copulativam modicitatem justi pretii, & hæc modicitas probatur si enormem pariat læsionem, & dimidiam justi pretii excedat.*
8. *Fructus percepti pro contractu undique læsivo sunt imputandi in sortem, & creditum principale annihilant.*
9. *Pactum redimendi, utpote vinculum, & servitutem Emptori injiciens detrahit ab ipso valore semper juxta circumstantias quartam, vel sextam partem.* Limit. n. 21.
10. *Periculum evictionis, vel litium intricatarum promeretur arbitrariam semper æstimationem ejusdem periculi, & consequenter aliquam subductionem.*
11. *Locatio celebrari solet cum aliquo semper lucro Conductoris.*
12. *Excessivitas pretii non pertinet ad simulationem, & usuram, sed potius ad injustitiam contractus.*
13. *Justitia contractus, vel animus fenerandi, & simulandi ex quibus arguatur*, & n. seq.
14. *Mutuum ex quibus præsumatur ad pariendos illicitos fructus sub emptionis cortice velatum.*
15. *Frequentia actuum in suspecta materia vehementiorem suspicionem inducit.*
16. *Solitum, ut dicatur duabus vicibus contentatur.*
17. *Prædium non præsumitur immutatum spacio brevi unius anni.*
18. *Pretii modicitas ex quibus arguatur.*
19. *Persistentia venditoris in possessione arguit simulationem venditionis.*
20. *Collectæ, aliaque onera Communitativa appretiativa, & accrescentia valorem remanere non debent penes venditorem, sed transire in emptorem.*
21. *Culpa propria, & pravitas nemini prodesse debet.*
22. *Epistolæ semper probant contra scribentem.*
24. *Dictio* super *inducit pignus, & hypothecam super illa re, super qua constitutum fuit creditum pecuniarium.*
25. *Census in ordine ad creditorem est perpetuus, & circa debitorem post duos menses ratione disdictæ a Bulla Piana permissæ est quandocumque redimibilis, alias contractus usuraria labe conseretur infectus, & fructus essent in sortem imputandi.*
26. *Itaut pactum contrarium resciſſorium non veniat sub illo genere pactorum, quæ vitiantur, & non vitiant contractum.*
27. *Cessante causa simulandi, frustratoriæ remanent conjecturæ illam inducentes.*
28. *Pro interesse consequendo probanda sunt requisita* Pauli de Castro in l. 3. ff. de eo, quod certo loc.
29. *In locationibus, seu conductionibus fieri debet diminutio sive remissio mercedis rei locatæ si plura in re locata evenerint infortunia.*
30. *In emptionibus Dominii translativis omne periculum spectare debet ad verum Dominum, & emptorem.*
31. *Solutiones, & perceptiones fructuum referendæ semper sunt ad credita antiquiora.*

DE-

DECIS. CDLXIII.

AD normam *l. 4. C. qui bonis ced. poss.* indicto Creditorum concursu super bonis Joannis Baptistæ, prodiit Sententia locum tribuens unicuique ex eisdem Creditoribus juxta illorum anterioritatem, & potioritatem, quæve idcirco *graduatoria* apud *nostros Pragmaticos* nuncupatur; cumque inter istos Augustinus quamplures cum ipso Joanne Baptista contractus iniverit, quos fenore deturpatos ceteri Concreditores criminabantur, Judex de partibus eos ab hujusmodi macula in præfata graduatoria Sententia reputavit immunes; Sed in subsequutis instantiis contrarium censuit *A. C., & hodie Rota* complicato dubio per *Me* proposito respondens = *Contractus non sustineri, constare de credito, & graduationē esse faciendam juxta modum=*

Et quamvis aliqui ex *Dominis* coacervatim quodammodo omnes prædictos contractus appenderint ad stateram, cum hæc feneratitia materia ex toto complexu veniat regulariter enucleanda veluti reposita in vi circumstantiarum, loci, personarum, rerum, & consuetudinis, ex quo plerumque callidi-
1 tas feneratorum usuram velare summopere studeat; ut apposite notavit, & monuit *Leotard. de usur. quæst. 8. num. 14.*; ideoque etiam pondus, & efficaciam earumdem circumstantiarum, præsumptionum, & argumento-
2 rum plerumque in Judicis religione residet, ut prosequitur *Bald. cons. 311. n. 12. lib. 5. Covarvu. variar. resolut. lib. 3. cap. 8. n. 4., Gratian. disceptat. 158. n. 6., Menoch. de arbitr. Judic. cas. 247. num. 2., Leotard. dicto tract. de usur. quæst. 9. num. 3.*

Alii tamen non defuere, qui seorsim singulos contractus examinarunt; Et exordiendo a primo, is in sui facie præseferebat emptionem unius Prædii cum Domo, & Area pro pretio scut. 200. superadiecto pacto infra quinque annorum circulum redimendi, nec non subincluso ulterius altero contractu locationis factæ eidem Venditori pro annuo interim affictu scut. 13. exsolvendorum *de semestre in semestre libere a quocumque onere, & impositione specialiter Imola, & generaliter &c.* unde Defensores Augustini, seu illius heredum singula pacta perquirendo di-
3 cebant, nullam exinde usurariæ qualitatis insurgere probationem, quando ceteroquin præsumptio stat pro fenoris exclusione; Et ob id probationes ad hunc effectum exiguntur fortissimæ *Honded. cons. 33. num 51., & seqq., Ciarlin. controv. 40. num. 17., Caren. resolut. 14. num. 3., & resolut. 22. num. 2., & 3., Leotard. de Usur. quæst. 93. num. 2., Rot. decis. 94. num. 16. par. 15. decis. 54. n. 7., & 9. par. 17., & decis. 569. n. 5. par. 19. recent.*

Neutiquam quippe officere posse putabant, quod contractui emptionis, & venditionis appareret immixtus alter contractus locationis, & conductionis: Quoniam non solum uterque in codē Instrumento initus contractus a nemine invenitur reprobatus, sed tamquam licitus undique justus, & potius confirmativus emptionis, seu dominii translati
4 in emptorem citra ullam ferme contradictionem admissus ad *Text. in l. si sterilis §. Si tibi fundum ff. de act. empt.* ex plene demonstratis per *Roland. cons. 58. n. 19., & seqq. Cyriac. controvers. forens. 259. num. 3., & seqq., Castill. quotidian. controver. Jur. cap. 25. n. 5., Ciarlin. controv. 40. num. 9., Pacion. de locat., & conduct. cap. 10. num. 99., Rot. decis. 109. num. 10. coram Martin. Andr. decis. 331, & decis. 394. coram Emerix Jun., decis. 139. num. 23., & 24. par. 16. decis. 293. num. 19., & 20. par. 27., & decis. 641. n. 8., et 9. par. 18. recent.* cum aliis late relatis per *Modernum Forolivien. dissert. legal. tom. primo dissertat. 39. a n. 5. ad seq.*

Minusve suspicionem aliquam gignere valebat pactum de redimendo infra quinquennium superadjectum; id enim suapte natura favorabile est Venditori potius, quam Emptori immo nec ipsum pactum etiam ad certum tēpus negativum exercitii conventæ redem-
5 ptionis, & sic neque pactionata fruitio rei emptæ per idem tempus alio non concurrente sat est pro præsumenda usuraria qualitate; ut habetur penes *Joan. Fab. in l. ult. Cod. de pact. pignor. ad fin., Decian. cons. 2. n. 131. lib. primo, Gratian. discept. foren. cap. 258. n. 4.,* & ibidem *Carol. Anton. de Luca sub num. 3. versic. verum verior., et disceptat. 600. num. 9., De Marin. resolut. 160. n. 7. et 8. lib. 2., Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 122. num. 3., Tiraquell. de retract. conventional. gloss. 2. num. 70., et seqq., Molin. de justit., et Jur. disput. 375. num. 3., Leotard. de usur. quæst. 15. num. 4., Rot. coram Mobedan. decis. 157. quæst. 3. tit. de empt., et vendit., et in Romana Nullitatis Contractus 13. Junii 1701. §. Qualis revera coram Reverendissimo meo Molines Decano.*

Ac propterea, ut pactum redimendi inficere valeat contractum emptionis opus est, & quod emptor solitus existat fenerari, & venditor ex eodem pacto cogatur plus solvere in redemptione, quam acceperit in vendi-
6 tione ex celebri responso *Innocentii III. in cap. Illo vos. de Pignoribus = ibi = et quod ultra summam receptam 60. solidi deberent persolvi*

solvi contra ipsum Emptorem præsumitur vehementer, præsertim cum usuras consueverit exercere = Vel fortasse quando pactum redimendi non sonaret in liberam facultatem, & arbitrium Creditoris, sed in meram coa-ctionem sicuti prosequuntur *Covaruv. lib. 3. variar. resolut. cap. 8. num. primo, & seqq., Ciarlin. contr. 40. num. 63., Caren. resolut. 4. num. 5., Ciroch. discept. 76. num. primo, Marc. Anton. Paulut. dicta dissertat. 29. nu. 31., Leotard. de usur. quæst. 15. num. primo, & 16., Palm. decis. Lucen. 52. n. 46., Rota decis. 94. num. 8. par. 15. decis. 641. & dec. 737. num. 1. par. 18. recent.* cum aliis plene adductis concordan. *in Romana Nullitatis Contractus 16. Februarii 1699. cor. me inter hactenus impressas decis. 74. num. 1. & 5.*

Eoque certius, quia ad hoc, ut emptiones celebratæ cum pacto redimendi aliquam imaginem præseferre queant usuræ essentialissime exposcunt copulativam, & undique probatam modicitatem justi pretii, eademque
7 modicitas tantummodo probata censetur, quoties enormem parit læsionem, & dimidiam ejusdem justi pretii palam excedit: ut super prima propositione conveniunt *Cagnol. in l. prima nu. 56. ff. de pact. inter Emptor., & Venditor., Donde. cons. 33. nu. 65. lib. 2., Palm. Nep. allegat. 211. nu. 35. tom. 3., Paulut. dicta dissert. 29. num. 38., Rota decis. 282. num. 18. coram Dunoz. sen. decis. 129. num. 13. par. 16. decis. 293. num. 24. par. 17. decis. 656. num. 4., & 5. par. 18. & decis. 219. n. primo par. 19. rec.*, & respectu secundæ *Honded. cons. 33. num. 29., Cyriac. contr. 255. num. 44., & seqq., Caren. resolut. 180. num. 8., Rot. dec. 94. num. 12. par. 15. dec. 283. nu. 5. par. 16., & decis. 641. num. 5. par. 18. recent.*

Quantumvis enim sola læsio justi pretii dimidiam excedens ansam præbeat irritationi, seu rescissioni contractus, cum tantummodo partem allicere, vel decipere liceat infra eamdem dimidiam veri pretii ad terminos *l. 2. Cod. de rescinden. vendit.*, id tamen concernens simplicem injustitiam, & non luem usurariam præter eamdem rescissionem nihil ultra operatur, sed in labe usuraria non præ-
8 sumibili causaret longe duriorem effectum, nimirum quoque imputationem in sortem crediti, & sic tractu temporis annihilationē per alterum *Text. in l. si in sortem in princip. ff. de condict. indeb.*, ubi *Bart. ceterique Scribentes*; quemadmodum in non dissimili proposito contractus Cambii ratione fructuum exactorum supra importantiam nundinarum sæpe sæpius firmavit *Rot.*, & signanter *in decis. 891. num. primo & 4, & decis. 941. nu. primo, & per tot. coram Emerix Jun. decis. 281. par. 16., & decis. 63. par. 18. & in Romana Cambiorum 26. Junii 1697. §. Seclusa autem coram bo. mem. Ursino.*

Applicando autem ad rem de hoc excessu supra dimidiam nullibi constare subjungebatur, quin potius de contrario apparere subducta gemina defalcatione a pretio etiam majori, quod alias requireretur supra sc. 200. quarum una consistebat in ipso valore pacti
9 de redimendo, quod vinculum, & servitutem Emptori injiciens detrahit ab ipso valore semper juxta circumstantias, vel temporis longitudinem quartam, vel sextam partem; ut patet ex relatis per *Caren. resolut. 14. num. 5., & resolut. 22. num. 14. Cyriac. contr. 255. num. 4. cum seqq., Adden. ad Buratt. decis. 761. num. 9., & seqq. Rot. decis. 879. num. 11. coram Ubald. decis. 455. num. 21. coram Priol. decis. 94. num. 12. par. 15. decis. 139. num. 10. par. 16., & decis. 641. num. 4., & 5. par. 18. recent.*, cum aliis *in tract. de commerc., & mercatur. disc. 57. n. 7.*

Altera emergebat ex qualitate ipsius Venditoris, qui quemadmodum subsecuta recens demonstravit experientia ære alieno plusquam pressus passus fuerat in propriis bonis concursum Creditorum, quæ sane conside-
10 ratio ob probabile periculum evictionis, aut saltem litium intricatarum sibi promerebatur arbitrariam semper æstimationem ejusdem periculi, & consequenter etiam aliquam subductionem teste *Palm. allegat. Lucen. 211. num. 40., & 41., Bonacin. de contract. disput. 3. quæst. 3. par. 10. num. 3. & 4., Scacc. de commerc. quæst. prima nu. 430. Rot. decis. 297. num. 19. par. 19. recent.*

Quin relevaret affictus interim stabilitus in sc. 13. nihil enim iste subalternans contractus, ut præmisimus, influebat in alterum emptionis, & venditionis, vel enim erant annui fructus naturales percipiendi plusquam sibi exquirerent eadem scut. 200., & tunc hoc erat connaturale contractui locationis solitæ celebrari cum aliquo semper lucro Conductoris; aut importabant minus, eoque casu poterant causare rescissionem ejusdem locationis; sed non inficere, & labefactare venditionem, ut pariter in ordine ad primam
11 conclusionem in individuo advertunt *Modernus Forolivien. dicta dissertat. 29. n. 43. Leotard. de usur. quæst. 9. num. 25.*, & quo-
12 ad secundam, *Honded. cons. 33. num. 59. lib. 2. Ciarlin. contr. 40. num. 9. & 10. Caren. resolut. 14. num. 7. Paulut. dicta dissert. 29. sub num. 53. Card. de Luc. de usur. disc. 11. num. 4. & 9. Rot. decis. 109. num. 16. coram Martin. Andr. decis. 2. num. 14. par. 15. &*

decif. 139. *num.* 32., *&* 33. *par.* 16. *recent.*

Aſt hujuſmodi diſcurſus idonei viſi non ſunt ad obtegendam uſuram; quia adamuſſim omnia concurrebant extrema, quæ ad patefaciendam labem uſurariam in ſubſtantia non diffitebantur iidem contrarii defenſores, & monent univerſi ferme Scribentes; cum enim juſtitia contractus non conſiſtat in verbis, & in puro titulo ejuſdem contractus, ideoque non nomen, ſed pacta, & conventiones veniant ad trutinam allibrandæ ad hoc, ut eruatur, an vere adfuerit ani-
13 mus fenerandi, & conſequenter ſimulandi, palliandique mutuum, in quo radicatur ſēper vera, & propria uſura; ad notata in propoſito per *Canoniſtas in cap. in Civitate*, *& in cap. final. de uſuris*, *& Civiliſtas in l. curabit, Cod. de act. empt. Leotard. de uſur. quæſt.* 8. *num.* 10., *& quæſt.* 9. *cum ſeqq. Card. de Luc. de Cambiis diſcurſ.* 24. *num.* 5. *& ſeqq. Maſtrill. decif.* 106. *per tot. Rot. decif.* 29. *n.* 1. *& ſeqq. cor. Millin.* & generalis eſt regula ad *Text. in l. Inſulam ff. de praſcript. verb. ex multis*, *Bald. in l.* 2. *verſ. Sed juxta hoc quæro*, *Cod. commodat Menoch. conſil.* 1209. *num.* 14. *Surd. conſ.* 450. *num.* 34. *lib.* 3. *Cirocc. diſceptat.* 72. *num.* 12. *Mantic. de tacit. lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 13. *Rot. dec.* 253. *nu.* 6. *cor. Dunoz. Sen. & decif.* 323. *nu.* 66. *&* 69. *par.* 6. *recent.*

Hinc admittendo etiam pleraſque, & fere omnes ſuperallatas propoſitiones *Domini* cenſuerunt, ſufficientiſſime evinci, quod inſimul in hac theſi concurrerent, non tantum pactum de redimendo, ac modicitas pretii, ſed etiam ſolitum fenerandi in Auguſtino
14 quibus utique requiſitis, ſive extremis copulative intercedentibus, dubio procul reſultare præſumptivum mutuum ad pariendos illicitos fructus ſub emptionis cortice velatum unanimiter concordant *Ruin. conſ.* 16. *num.* 11. *lib.* 4. *Soccin. Jun. conſ.* 50. *nu.* 2. *lib.* 1. *Burſatt. conſil.* 117. *n.* 12. *Menoch. conſ.* 358. *nu.* 1. *& ſeqq. Conciol. ad Statut. Eugubin. rubric.* 52. *num.* 1. *Ciarlin. controv. forenſ.* 40. *n.* 17. *& ſeqq. lib.* 1. *Mart. Medic. examin.* 20. *nu.* 12. *& ſeqq. Cirocc. diſcept.* 71. *num.* 27. *Rot. decif.* 344. *n.* 5. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Jam enim circa pactum redimendi illud erat litterale, & circa ſolitum fenerandi res efficiebatur manifeſta, quia præſcindendo a criminalitatibus hinc inde conflictatis ſuper diffamatione practicatarum uſurarum, de quibus in *Summario Creditorum num.* 19. Auguſtinus in unoquoque ſuo credito, ſeu contractu ſignanter per eum inito cum Joanne Baptiſta locavit bona coempta ipſi venditori abſque eo, quod umquam, ut regulariter contingit in ſinceris venditionibus, illa retineret pro ſe; ſignum profecto evidens, quod dando ex parte ſua pecuniam, non intendebat ſeſe intricare in bonis, ſed exigere illa *annua ſcuta tot*, quæ ſub palliamento affictus ſibi debebant a recipiente numerari: frequentia enim actuum in ſuſpecta
15 materia prægnantiorem ſuſpicionem inducit, & ſolitum, ut dicatur tale, duabus vi-
16 cibus contentatur ex congeſtis in propoſito per *Menoch. conſ.* 358. *num.* 4. *Jaſon. conſil.* 153. *num.* 2. *ad fin. lib.* 4. *Ciarlin. controv. forenſ. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 58. *Maſcard. de probat. concl.* 445. *nu.* 13. *verſ. Verum enim Carocc. de locat. par.* 5. *tit. de uſur. quæſt.* 3. *num.* 15.

Modicitas vero pretii non minus clara reddebatur, & profecto ſupra medietatem juſti pretii, quia ex implicito pacto, & præſumibili conventione idem Joannes Baptiſta primum prædictum prædium venditum Auguſtino pro ſcut. 200. ſub anno 1680. in vocabulo *la Moſa*, dein illud immediate de ſequenti anno 1681. vendidit Dominico a Monte pro pretio ſcut. 410. libere penitus, & pure; cumque valor prædii ſive ad corpus ut in venditione facta Auguſtino *Summario Num.* 1. ſive per Tornaturas, ut in venditione facta Dominico *Summario Num.* 12. a ſcuris 200. ad ſcuta 410. manifeſtiſſime ex-
17 creverit, & in tam brevi ſpatio unius anni cenſeri non valeat immutatus, non ſolum detegit præfatam modicitatem, & reſpective
18 injuſtitiam, ſed etiam argnit primæ venditionis ſimulationem ex *Natt. conſ.* 253. *n.* 6. *verſ. Autem, Rota decif.* 69. *num.* 10. *&* 11. *cor. Bich. & decif.* 1268. *num.* 9. *cor. Emerix Jun. & decif.* 13. *num.* 15. *&* 16. *par.* 19. *recent.*

Non reſtagante, quod hæc venditio celebrata cum Dominico nullum habuerit effectum, quodque proinde ea non obſtante, licet idē Auguſtinus hactenus reperiretur in poſſeſſione, in ea tamen, & ſemper ab initio permanſerit Joannes Baptiſta: Nam etiam poſita ſubſiſtentia replicationis hoc idem involvebat alteram in idem tamen coincidentem, & fortem conjecturam ſimulationis, & palliamenti, quia quod Auguſtinus ſciverit venditionem factam Dominico, nec non retrovendiderit prædium emptum ipſimet Joanni Baptiſtæ ſub expreſſione *de pecuniis habitis a Dominico de Monte*, clare palpabatur per aliud Inſtrumentū *dicto Summario Num.* 13. Unde ſi adhuc in poſſeſſione perſeveravir, non auferebat per hoc differentiam pretii a ſcutis 200. ad ſcuta 410. quin potius, ut diceba-

cebatur, id nova ostendebat argumenta primi injusti valoris, quæ celare studebat per tot palliamenta personarum, & contractuum; persistentia namque nunc Augustini, & prius Joannis Baptistæ in possessione monstrabat tam simulationem venditionis, quam retrovenditionis sub solo motivo interim percipiendi annua scut. 13. sicuti a persistentia in
19 simili possessione ratiocinatur ad *Text. in l. sicut*, §. *Supervacuum*, *ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solu. Rolland. cons.* 40. *num.* 44. *vol.* 2. *Leotard. de usur. quæst.* 9. *num.* 21. & 22. *Rot. dec.* 29. *num.* 8. & *seqq. cor. Millin. decis.* 11. *num.* 6. *par.* 7. *decis.* 63. *num.* 25. *par.* 8. & *decis.* 293. *num.* 14. *par.* 17. *recent.*

Augebaturque ulterius modicitas; quoniam convenit Augustinus, ut enunciavimus ab initio, quod ultra annuum affictum scut. 13. eadem scut. 13. remanere deberent immunia a collectis, & assuetis gravaminibus etiā communitativis, ut ibi = *de semestre in semestre in fine ratā liberam a quocumque onere & impositione specialiter Imola*, & *generaliter &c.* & tamen onera hæc nimium appre-
20 tiabilia, & accrescentia valorem, ut dicitur = *a tanto per cento* = remanere non debent penes venditorem, sed transire in emptorem, ut docet *Bald. cons.* 311. *num.* 10. *lib.* 5. *Decian. cons.* 2. *num.* 38. *Modern. Forolivien. dicta dissertat.* 29. *num.* 57. & *seqq. Leotard. de usur. quæst.* 9. *num.* 29. *Roderic. de ann. reddit. lib.* 2. *quæst.* 4. *num.* 1. 2. & 26. *Rot. decis.* 29. *num.* 12. *cor. Millin. decis.* 139. *num.* 25. *par.* 16. *recent.* & *decis.* 5. *nu.* 54. *inter nuper recollectas ad ornat. Card. de Luc. sub tit. de usur.*

Absque eo, quod huic oneri quirent contraponi superius ponderatæ defalcationes: Nam quod pactum de redimendo minuat valorē, verissimum est in abstracto; sed hoc procedit in venditionibus legitimis, & non suspectis, alias pactum de redimendo non connumeraretur a *Doctoribus* pro altero ex necessariis requisitis usuræ, & concursus postmodum superventus, ut hodie præsens ipsa disceptatio monstrabat, præcipuam originem
21 duxit ab ipso Augustino, ac propterea non poterat ei deservire, & beneficium afferre propria legaliter loquendo pravitas, & culpa contra omnem justitiam, & æquitatem, ut inquit *Card. de Luc. de fideicommiss. disc.* 156. *num.* 5. *Rot. decis.* 209. *num.* 4. *vers. Neque est ferendum coram. Seraph. dec.* 183. *num.* 9. *cor. Millin. decis.* 435. *num.* 19. *par.* 18. & *decis.* 423. *num.* 36. *par.* 19. *recent.*

Diximus superius, quod penetrantes *Domini* illam verisimilem, quam in materia conjecturali licet ex circumstantiis desumere in-

tentionem, ea videbatur fuisse mens Augustini, ut quid annuum perciperet sub velamento emptionis; ceteroquin in rei veritate per eum neque exoptatæ, neque volitæ; quia etiam inspiciendo litteras, quas ad præfatum Joannem Baptistam venditorem successive scripserat Augustinus, idem adamussim sensus eliciebatur; in prima enim inscripta de anno 1693. expedite dicebatur = *potevo pagare i miei debiti, e non lo feci, e l' ho dato a lei* (idest *il denaro*) *con animo di servirla, perchè instantemente me ne pregò, e con animo di riaverlo a suo tempo, conforme mi promise* = Summario Creditorum Num. 9. & in altera anni 1703. pariformiter legebatur = *L'esito de' beni, che mi accenna, sopra de' quali sono stato pregato d' informazione, ed ho risposto, che sopra i medesimi beni non vi ho alcuna obligazione particolare, potendo essi comprare liberamente* = & rursus = *E sappia, che nell' ultimo Istromento, dove è per sicurtà il Signor Gio: Battista Pera fu pattuito, che lei si obbligò non poter estinguere, se prima non era estinto quest' ultimo Istromento* = & denique sub hac eadem ultima epistola quædam inserta habebatur nota, in qua *ex. gr.* sequendo ordinem primi propositi contractus sic scriptum apparebat = ♈ 200. *sopra*
22 *il Podere detto la Mosa* = Quare cum epistolæ probent semper contra scribentem ex congestis per *DD. in l. Publia* §. *Titius*, *ff. depos. Mascard. de probat. concl.* 372. *n.* 1. *Rota decis.* 49. *n.* 23. *cor. Bich. decis.* 264. *n.* 13. *cor. Cels. dec.* 948. *n.* 1. *cor. Emerix Jun. decis.* 355. *num.* 5. *par.* 10. *decis.* 170. *num.* 1. *par.* 15. & *decis.* 424. *num.* 25. *par.* 19. *recent. in Romana, seu Portugallien. Pecuniaria* 5. *Martii* 1705. §. *Nec deficiunt*, & §. *Declarationibus cor. R. P. D. meo Scotto*, & *in Romana litterarum Cambii* 4. *Aprilis* 1707. §. *Quod autem cor. me.*

Plura in idem discooperiebantur verba animū prædictum detegentia, & primo loco signanter, quod pecuniam mutuaverat = *con animo di servirla, e con animo di riaverla &c. e lei si obbligò non poter estinguere, se prima non era estinto quest' ultimo Istromento* = Ecce ergo quod pactum de retrovendendo minime residebat in libero arbitrio, & voluntate Venditoris, sed ex intentionali conventione redactum erat ad necessitatem non extinguendi, nisi prius Joannes Baptista extinxisset ultimū debitum in ultimo Instrumento contractum, in quibus sane terminis nul-
23 latenus amplius applicabantur *auctoritates allatæ superius in* §. *Minusque* sed potius diametraliter urgebant *allegata in sequenti* §. *ac propterea in fin.*, quibus addi possunt

Hostien. in cap. illos vos, *ibique etiam Abb. n. 1. & Jo: Andr. n. 4. de Pignorib. Anton. de Burgos. in cap. ad nostram n. 43. de empt. & vendit.*, *Farinacc. de falsit.*, *& simulat. q. 163. n. 60. Silvester in summ. verb. usura il 2. qu. 15. vers. 3.*, *Rot. dec. 29. num. 4. cor. Millin.*

Et secundo, quod cum in prædicta nota nec ulla simplicissima mentio fieret de ullo contractu emptionis, seu de ulla emptione translativa dominii super bonis emptis, sed solum de credito mere pecuniario constituto super certo fundo, ut ibi = *scudi 200 sopra il podere detto la Mosa* = Ecce pariter quod ad unguem verificabatur directa intentio ad mu-
24 tuum cum pignore, sive hypotheca, ut præsefert dictio = *super* = ad *Text. in l. Codicillis*, *& ibi Bart.* §. *instituo ff. de legat. 1. Cravett. cons. 156. n. 17.*, *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumption. 122. num. 47.*, *Boer. quæst. 102. vol. 3. versic. præterea*, quantumvis, ut diximus, obumbrata sub vocabulo emptionis, & in hoc implicito mutuo proprie solidatur substantia fenoris, & usuræ, ut præter jam relatos concordant *Doctores in cap. consuluit. de usur. Surd. cons. 306. nu. 6. & 7.*, *Marant. controvers. Jur. par. 1. respons. 20. n. 104. Card. de Luc. de usur. disc. 4. num. 4. et disc. 11. num. 6.*, *Rot. dec. 63. num. 13. post Bonden. collect. legal. tom. 2.*

Atque ex his satis palpata mente Augustini, corruebat occasio disquirendi, uti satagebant Augustini defensores, utrum mens Augustini, & medulla contractus importare possent quamdam speciem census consignativi de Jure liciti, & validissimi, maxime ex quo Jo: Baptista venditor hujus annuæ præstationis, seu census in possessione bonorum venditorum semper remansit, ut signanter contingit in censibus. Quoniam formula adhibita in celebratione hujus apparentis emptionis censui de directo repugnabat: nam in censu non potest arctari facultas redimendi ad quinquennium, & multo minus ad brevius tempus omnino coactum, ut præfatæ præseferebant Epistolæ: Nam præcisive a solo spatio bimestrali ratione disdictæ a notissima *Bulla Piana* permissæ, pro reperiendo altero investimento ad commodum Creditoris, & respective
25 injuncto debitori redimere volenti, census consignativus debet esse in ordine ad Creditorem perpetuus, & circa debitorem post duos præfatos menses a prima subsequenti die quandocumque ad libitum usque ad cõsummationem sæculi redimibilis, alias contractus censualis usuraria labe censetur infectus, fructusque perperam percepti imputantur in sortem ad tradita per *Rot. decis. 1006. num. 4. coram Seraphin.*, ita ut pactũ contrarium, quod nuncupant rescissorium
26 non veniat sub illo genere pactorum, quæ vitiantur, & non vitiant contractum, ut clamant *Gutierezz pract. quæst. lib. 2. quæst. 168. sub num. 6.*, *Covaruv. variar. resolut. lib. 3. cap. 9. nu. 4.*, *Novar. in Summa Bullar. commentat. 48. num. 37.*, *Cenc. de Censibus quæst. 60. n. 7. et seqq.*, *Rota decis. 890. num. 7. coram Coccin.*, *et decis. 313. num. 1. et seqq. par. 4. divers.*

Corruebat pariter discursus ab eisdem Defensoribus efformatus pro excludenda causa simulandi emptionem, seu palliandi mutuũ, ex quo Augustinus valuisset directe aliam celebrare contractum cum fructibus, & usuris consequendis omnino licitum, qualis naturæ sunt Census, Cambia, omnesque alii Contractus initi ad titulum lucri cessantis: Unde cessante causa simulandi frustra-
27 toria redderentur objecta ratiocinia, & adductæ conjecturæ ex ponderatis in proposito per *Paitell. expedit. civil. 87. n. 41. Palm. Nep. allegat. 212. num. 33. tom. 3.*, *Paulut. dicta dissertat. 29. num. 26.*, *Rota dec. 602. num. 8. cor. Dunozz. Jun.*, *decis. 238. num. 10. cor. sa. mem. Alexandro VIII. decis. 55. num. 3. et seqq.*, *et decis. 179. nu. 11. par. 19. Recent.*, *et in Romana Nullitatis Contractus 16. Februarii 1699.* §. *Excluso fenore cor. Me.*

Siquidem exarando supradictos alios Contractus implicabatur Augustinus illis difficultatibus consequendi usuras in conventa quantitate prompte, & expedire, quæ non cadebant in præfata emptione simulata: Census enim, ut præmisimus, debebat esse perpetuo irredimibilis, & nisi usus regionis diversimode tolerasset, probabiliter ad minorem rationem; cambia non præbebant tantam insistentiam rebus ipsis, & bonis, cogebatur quippe Augustinus ad instar aliorum Creditorum tamquam merus Creditor comparere in concursu absque ullo fulcimento dominii, ipsaque cambia subjecta erant periculo amittendæ sortis, vel saltem reductionis fructuum juxta accidentalem decurrentiam in nundinis, & sic nequibant conveniri *annua* ꝟ 13. libera, & immunia, prout fecit, ab omnibus oneribus, & diminutionibus; quicumque vero alius titulus
28 vel lucri cessantis, vel damni emergentis exigebat justificationem saltem ex post assuetorum requisitorum, quanti revera interfuisset, ad præscriptum *Pauli de Castro in l. 3. ff. de eo, quod certo loco, vel decis. secundæ Mobedan. de usur.*, *de qua Rocc. disput. Jur. select.*

select. cap. 101. *nu.* 32. *Card. de Luc. de usur. disc.* 12. *num.* 27., *Rot. dec.* 16. *n.* 1. *et seqq. cor. Bich. decis.* 67. *num.* 16. *par.* 11., *decis.* 250. *num.* 6. *par.* 15., *decis.* 775. *num.* 5. *et* 6. *par.* 18. *et dec.* 55. *sub n.* 12. *par.* 19. *rec.*

Atque ex his expedito primo contractu, ceteri illum insequebantur more avium, & pecudum, sed æque secum trahebant eamdem immo majorem infectionem: Nam secundus celebratus de *anno* 1682. magis apertam cõtinebat probationem modicitatis pretii ex facto ipso Augustini, qui post lapsum tempus ad redimendum confessus, quod Prædium in Contrada *la Via di Dozza* longe majoris valoris existebat, tradidit Joanni Baptistæ supra ♈ 300. quæ jam exbursaverat, alia ♈ 300. adjecto novo pacto redimendi, sed eo restricto post annum, & non prius, & cum translatione cujuscumque casus possibilis, & inopinati in Joannem Baptistam venditorem, & respective conductorem, & sic ut toties diximus, exigendo scuta tot annuatim absque ullo periculo diminutionis, & remissionis mercedis rei locatæ, quando tamen secus de Jure est nedum
29 in veris emptionibus, sed etiam in quibuslibet locationibus, & conductionibus ad plene notata per *Pacion de locat., et conduct. cap.* 48. *per tot. Roderic. de annu. reddit. lib.* 2. *quæst.* 4. *num.* 1. *et seqq. Rot. d. decis.* 29. *num.* 11. *et* 12. *cor. Millin., et dec.* 179. *sub num.* 6. *par.* 17. *rec.*

Tertius itidem, & reliqui contractus iisdem penitus inquinamentis scatebant, non solum scilicet pacto de redimendo cum pretii modicitate, sicuti sufficientissime probabant Scribentes pro Creditotibus; sed & signanter ob vetitam redemptionem intra annum, & peractam translationem pariter quorumcumque casuum inopinatorum in Joannem Baptistam debitorem, ac venditorem insimul, & conductorem, prout non sine quadã iniquitate contigit respectu Domus, quæ nuperrimo terremotu concussa propriis sumptibus exstitit reparata per Joannem Baptistam; & tamen si actum fuisset de veris emptionibus dominii translativis, omne periculum spectare debuisset ad Augustinum Dominum, & emptorem per Jura litteralia in
30 *l. ita quod*, *& in l. necessario in princip. ff. de pericul.*, *& commod. rei vendit. l.* 1. *Cod. eodem* §. *cum autem Institut. de empt. & vendit. Altograd. cons.* 9. *n.* 17., *Urceol. consult. foren. cap.* 5. *num.* 67., *Gomes. variar. res. tom.* 2. *cap.* 2. *sub n.* 32. *vers. si vero*, *Surd. dec.* 198. *num.* 28., *Sperell. dec.* 119. *sub n.* 43. *Rot. dec.* 56. *n.* 3. *& seqq. cor. Emer. Sen.*

Eversa igitur qualibet subsistentia omnium hujusmodi contractuum, plana efficiebatur, & necessario consecutiva pars hodierni rescripti, nempe = *Contractus non sustineri* =; consequebatur etiam secunda = *Constare de credito* = imputatis enim, & supputatis tam usuris in quantitate perceptis per Augustinum, quam fructibus naturalibus post adeptam possessionem bonorum ab eodem Augustino de *anno* 1705. quidquid ad calculum facile efformandũ residualiter enituisset non satisfactum, id erat adamussim creditum, de quo constabat; sed circa locum graduationis reportandum placuit etiam in hoc sententia seu Judicium *A. C.* tribuens eidem Augustino locum vigesimum primum, prout hunc, & non alium sibi promerebatur ultimus contractus; ambigere siquidem non potuerunt *Domini*, etsi prædicto calculo non adhuc exarato, quod fructus usque dum ab Augustino percepti, & in sortem, ut diximus, imputabiles plene jam exstinxissent cunctos antiquiores contractus, seu cuncta antiquiora credita, ad quæ referendæ erant successivæ
31 solutiones, vel perceptiones ex una, eademque causa usurariæ pravitatis perceptæ per regulam *Text. in l. iis*, 5., *& in l. cum. ex pluribus* 98. *ff. de solut. Ramon. cons.* 94. *num.* 2. *Paris. cons.* 12. *num.* 6., *& seqq. Mans. consult.* 104. *n.* 12. *Episc. Rocc. disp. Jur. select. cap.* 144. *num.* 1. *Maur. de solut. cap.* 9. *num.* 1. *Rot. decis.* 306. *num.* 3. *cor. Bich.*, *dec.* 364. *num.* 3. *par.* 11., *& decis.* 424. *num.* 5. *par.* 19. *recen.*, *& in Romana*, *seu Januen. Pecuniaria* 22. *Januarii* 1703 §. *Præcipua ratio cor. R. P. D. meo Scotto.*

Et ita utraque &c.

Imolen. Concursus super Manutentione.

Lunæ 10. *Junii* 1709.

ARGUMENTUM

Ex Summario habetur.

SUMMARIUM.

1. *Manutentio possidenti denegari interim nequit donec super bono Jure res judicata perveniat.*
2. *Manutentio non datur in contractibus feneratitiis, & simulatis.*
3. *Clausula constituti corruit, & nihil operatur nullo existente seu reperto instrumento cui erat apposita.*
4. *Manutentio nequit concedi pro credito per imputabilem fructuum perceptionem detecto illiquido.*
5. *Concursu universali pendente super bonis comunis debitoris non licet pro ulla exsecutione alium Judicem adire, sed ad summum mandata alibi obtenta coram eodem Judi-*

Judice concursus reproduci debent, et insistere pro eorum exsecutione.

6. *Et Clerici etiam hoc casu arctantur cor. Judice quantumvis Laico, et profano comparere.*

DECIS. CDLXIV.

Contextualiter hodie per speciem ultimæ naufragii tabulæ inhærere contendebat Augustinus manutentioni bonorum vigore possessionis adeptæ de *anno* 1705. & apparenter juridice, cum regulariter donec super bono Jure, seu negocii substantia res pe-
1 nitus judicata superveniat, interim denegari nequeat manutentio possidenti notissimis Juribus, de quibus *Rol. decis.* 168. *n.* 8. *cor. Otthobon. decis.* 134. *n.* 6. *decis.* 149. *nu.* 3. *cor. Cels. decis.* 111. *num. primo Cor. Manzaned. decis.* 277. *num.* 32. *par.* 16., *et in Fulginaten. Bonorum super manutentione* 20. *Aprilis* 1708. §. *Raro tamen coram me*.

Sed neque in hoc eum exaudire posse *Domini* censuerunt; discriminatim siquidem agendo de bina specie bonorum, quorum ipse possessionem apprehenderat, utique prima, quæ nitebatur illis contractibus, qui hodie contemporanee reputati fuerunt feneratitii, & simulati, de sui natura præpediebat in ea manuteneri posse eumdem Augustinum; cum enim simulatio per modum phantasmatis æquipararetur formæ sine materia, seu corpori sine anima, nil ad ejus favorem contribuere valebat clausula *Constituti*, quæ ceteroquin transfert in Constitutarium, & maxime junctim cum subsecuta actuali apprehensione possessionem undique manutenibilem, annihilatur etenim, & corruit eadem clausu-
2 la nullo existente, seu reperto Instrumento, cui erat apposita veluti accidens sine subjecto; ut de prima conclusione dicunt *Castald. cons.* 176. *num.* 10. *Rot. decis.* 10. *n.* 7. *cor. Cerr. decis.* 138. *num.* 31. *post Card. de Luc. de Donat. decis.* 258. *n. primo par.* 15. *rec. in Imolen. Donationis* 10. *Decembris* 1701. §. *Ratio resolutionis cor. Emo Caprara in Bonon. Manutentionis* 27. *Februarii* 1708. §. *Verum etiam quia cor. R. P. D. meo Aldrovando cum aliis relatis in dd. Fulginaten. Bonorum super Manutentione* 20. *Aprilis* 1708. §. *eoque pla-*
3 *nius*, *& seqq. cor. Me*; Et circa secundam declarant *Paccion. allegat. civil.* 160. *num.* 6. *Rot. cor. Millin. decis.* 282. *num.* 5. *cum seqq. decis.* 14. *num.* 7. *cum seqq. par.* 19. *recen.*, *& in Firmana Commendæ* 16. *Januarii* 1697. §. *Possessio cor. R. P. D. meo Priol.*

Non impari defectu claudicabat secunda, quæ appodiabatur creditis ab ipso Augustino prætensis; In primis namque de hac certitudine, seu quantitate crediti nullibi constabat, cum juxta deducta, & examinata in altera contemporanea decisione efformandus foret antea calculus præcisus pro eruenda quantitate, in qua prætensa eredita, seu creditum restaret, facta prius opportuna subductione ejus summæ, ad quam ascenderent, vel fructus naturales ex bonis apprehensis percepti, vel exacti in pecunia ratione ante-
4 cedentium Contractuum: quando etenim hujusmodi credita per imputabilem perceptionem fructuum deteguntur illiquida, nequit subinde pro illis attribui ulla manutentio; ut ait *text. in l. fin. Cod. de Compensat. ibique DD. Gratian. discept. forens.* 734. *n.* 15. *& seqq. Rot. decis.* 802 *num.* 18. *&* 19. *par.* 18. *decis.* 646. *num.* 39. *&* 41. *& decis.* 650. *num.* 19. *par.* 19. *tom.* 2. *recent.*

Eoque clarius, quia possessio obtenta per Augustinum altero vitio laborabat, nempe attentatorum; capta siquidem apparebat in vim mandati de associando, & de immittendo relaxati ab Imolæ Prætore, quando jam in superiori Tribunali Gubernatoris e usdē Civitatis pendebat concursus Creditorum Joannis Baptistæ communis debitoris. *Sum. ejusdem Joannis Baptistæ num.* 21. Indubitati vero Juris est, quod pendente concursu Universali non licet pro ulla exsecutione alium Judicem adire, sed ad summum man-
5 data alibi obtenta coram eodem Judice concurrente reproduci debent, & coram eodem Judice concursus successive oportet insistere pro eorum exsecutione, ut tradunt *Salg. d. in labyrinth. Credit. par. prima cap.* 5. *§.* 2. *num.* 60., *et seqq. Novar. in prax. var. et., et elect. for. sect.* 3. *quæst.* 24. *Rot. in Avenionen. Concursus* 2. *Martii* 1708. *cor. R. P. D. meo Caffarellio*, *et in Romana Attentatorum* 16. *Maji* 1707. §. *Primo super secunda cor. me*; Ita ut etiam Clerici, aliæve personæ quomo-
6 dolibet exemptæ vigore ejusdem Judicii universalis ad se omnia trahentis, & ne Justitia scindatur pariendo sententias contra Sententias, arctentur quoque coram Judice quantumvis laico, & profano comparere, ut prosequitur *Salgad. in labyrinth. Credit. par. prima cap.* 6. *ex num.* 8. *cum pluribus seq. Novar. de elect. et var. for. sect.* 4. *quæst.* 2. *num.* 3. *et* 4. *Ursill. ad Afflict. decis.* 380. *num.* 7. *Viv. decis.* 38. *num.* 8. *Mastrill. dec. sicil.* 79. *fere per tot. Rot. in Romana Dotis de Salviatis* 26. *Novembris* 1708. §. *In omnem coram me*.

Denegandam igitur etiam Augustino petitam manutentionem *Domini* resolverunt.

Utraque &c.

Roma-

Romana liberationis a molestiis.

Luna 17. *Junii* 1709.

ARGUMENTUM.

Tutor emens rem pro Pupillo an, & quo casu dicatur esse in dolo vel culpa lata. Loca Montium, vel ex eorum natura vel ex notissimo privilegio S.M. Urbani VIII. sunt immunia ab omni periculo, vinculo, & hypotheca, & ideo emens vigore dicti privilegii absolutus est ab omnibus hypothecis, & fideicommissis. Tutor quam diligentiam adhibere teneatur in administratione rei Pupillaris.

SUMMARIUM.

1. *Tutor quando teneatur liberare a molestiis Pupillum, sive potius conveniri valeat actione solius tutelæ, vel utili negociorum gestorum Judicio.*
2. *Absolutoria ab observatione Judicii quando sit concedenda.*
3. *Tutor non idoneam emptionem faciens non tenetur a molestiis liberare Pupillum, sed hæc actio tantum competit adversus venditores eorumque fidejussores.*
4. *Tutor ad hoc ut damnari possit requiritur negligentia lata seu culpa.*
5. *Culpa lata adesse dicitur, quando Tutor bonum investimentum converterit in malum vel pejus.*
6. *Loca Montium, vel eorum natura, vel ex notissimo Privilegio S. M. Urbani VIII. sunt immunia ab omni periculo, vinculo, & hypotheca.*
7. *Lata culpa semper resultat quoties Tutor deflectit ab ea circumspectione, quam reliqui Patres familias adhibere solent.*
8. *Argumentum a fortiori deductum est validissimum.*
9. *Emptor nisi specifice præcaveat evictionem amittit emens fundum scienter aliquo vinculo, seu onere gravatum.*
10. *Tutor non adimplens promissa non potest a latissima culpa, et dolo excusari.*
11. *Celebrans contractum pro Pupillo curare debet, ut contractus sit validus obtinendo ubi etiam necesse sit licentiam Apostolicam.*
12. *Alias non faciens actum omnino validum arctatur ad reficienda damna, et interesse.*
13. *Tenetur etiam de levi culpa in administratione rerum Pupillarium.*
14. *Id tamen non procedit in emptione facta a Tutore, et quando in hoc casu dici debeat adesse dolus.*
15. *Falsitas sine lucro, aut alio simili respectu non patratur.*
16. *Dolus positivus in criminalibus est etiam punibilis.*
17. *Et sumenda est omnis possibilis interpretatio pro illius exclusione.*
18. *Dolus iste quando excludatur in Tutore emẽte pro Pupillo.*
19. *Evictio census si subsequatur ex facto illius qui erat per antea debitor, extinctio nascens ex mero figmento, et non per viam actus retrosimilis non impedit reviviscentiam primævorum Jurium.*
20. *Emptor agere nequit de evictione, quando idem venditor rem habuerat ab ipso emptore.*
21. *Emens vigore Constitutionis Clementis Octavi per organum Congregationis Baronum absolvitur per Principem ab omnibus hypothecis, et fideicommissis.*
22. *Quod est favorabile non debet in odium retorqueri.*
23. *Propria diligentia in ipsius exclusionem operari non debet.*
24. *Loca Montium per assuetas extractiones in dies de valore minuuntur.*
25. *Et licet eis competat libertas seu de natura seu ex Bulla Urbani VIII. non raro tamen patiuntur a vero Domino postmodum detecto rei vindicationem.*
26. *Judex quando possit supplere consensum Pupilli data illius scientia.*
27. *Ad effectum amittendi beneficium evictionis reparandæ requiritur expressa, et specifica scientia cujuscumque oneris.*
28. *Validatio supponit præcedentem nullitatem.*
29. *Desidia Tutoris an assimilari possit nedum latæ culpæ, sed etiam levissimæ, et levi.*
30. *Tutor illam diligentiam prætermittens quã Pater fam. rebus suis adhibuisset, alia nequit considerari in eo culpa quam levis.*
31. *Litteræ Apostolicæ concepta sub illa formula quæ nuncupatur* rationi congruit *roborari solent a successoribus propter gratias effectum non sortitas in vita Principis concedentis.*
32. *Successores in Pontificatu solent quandoque loco tribuendi robur gratiæ non expeditæ concedere facultatem impugnandi eãdem gratiam.*
33. *Vel absolute cum clausula* ac si non emanasset *abolere gratias jam factas.*
34. *Quod pendet a voluntate Principis non culpæ, sed potius casui tribuitur.*
35. *Quis non tenetur ad liberandum aliquem a molestiis, quæ amplius non existunt, nec possunt reviviscere.*

DECIS. CDLXV.

INter cetera capita prætensæ malæ administrationis exercitæ per Commendatorem Carolum a Puteo illius Avum ad partes *coram*

ram A. C. reclamavit D. Joannes Antonius a Sancto Petro respectu cujusdam Domus prope Capitolium sitæ, atque per eundem Carolum pro, seu nomine ipsius de tempore pupillaris ætatis coemptæ, flagitans idcirco, quod jam sequuta evictione duarum ex sex partibus prænominatæ Domus, & imminente periculo etiam totius, Avita hereditas omni Jure teneretur ad eum liberandum a molestiis, sed incassum, nam *idem A. C.* Sententiam protulit absolutoriam, & eam *hodie Tribunal*, non minus validam, quam justam opinando rescripsit = *Non esse locum liberationi a molestiis*.

Omisso etenim, quod natura ipsa instructi Judicii, seu petitionis non poterat de per se, nisi parere talem absolutoriam, cum minime compellatur Tutor liberare a molestiis in si-
1 mili casu Pupillum, sed actione solius Tutelæ valet conveniri, ita decernente *Textu in l. Tutor. 7. §. Competet*, ibi = *Competet adversus Tutores Tutelæ actio, si male contraxerint &c. ff. de administrat. Tutor.*, vel utili negociorum gestorum Judicio, *ut in l. quicquid, Cod. arbitr. Tutel.*, cum concordan. reassumptis per *Fabr. in Juris prudent. Papinian. tit. 13. de Tutel. princip. 7. illat. 72., et seqq.*; Unde ex hoc tantummodo inordinato cortice, si non fundamentalis, & plenaria abso-
2 lutoria circa negocii medullam, saltem tribuenda foret illa altera, que apud *Practicos* denominatur *ab observatione Judicii*, ut liquet penes *Speculat. de Offic. omn. Judic. §. de servit. quoque num. 18. versic. Si autem, Marant. de ordin. Judiciar. par. 5. princip. num. 50., Tyber. in prax. lib. 2. cap. 20. nu. 6. vers. item quando, Ridolphin. in prax. par. 3. cap. 2. num. 127., et 132., Rot. decis. 3. num. 2. de dol., et contumac. in nov.*

Aliud quippe est, quod Tutor non idoneam faciens emptionem teneatur ad damnorum refectionem, quæ sub prædicta actione Tutelæ continentur, aliud autem, quod obstringatur a molestiis liberare Pupillum, cum hæc prorsus diversa conquæstio, sive actio non competat, nisi adversus Vendtores, eorumque Fidejussores, qui veluti obligati Emptorem manutenere supervenientibus molestiis etiam sub generali promissione e-
3 victionis, seu indemnitatis cadentibus, valent pro liberatione ab eisdem trahi in Judicium juxta singulare, & respective cumulativum remedium, quod præ reliquis exercibile est per Emptorem ad *Text. in l. sive in libertatem 12.*, ibique *Bald., et Salicet. ff. de evict. l. ex iis prædiis, Cod. eod., Alex. cons. 52. num. 2. et 3. vol. 2., Urceol. consult. forens. 53. num. 8., Rot. decis. 1151. num. 1., et seqq. coram Coccino decis. 572. num. 5. par. 18. Recent., et in Romana præstationis fundi liberi 28. Novembris 1707. §. Sed in præsenti coram R. P. D. meo Scotto.*

Adhuc viscera querimoniæ in tota Justitia penetrando exponebat quidem D. Joannes Antonius, quod super eadem Domo comparata jam præcedenter illius Auctores Censum emerant scut. 1400., conventa pactione cum Venditore, quod pecunia verteretur in satisfactionem contextualem antecedentium Dominorum præfatæ Domus, proindeque cum post in hujusmodi rerum statu Carolus Tutor loco procurandi fructuum istius Census, tam sedule, & caute impositi exactionem jam debitam, seu decursam in summa scut. 213. 42. voluntarie coemerit Domum censitam pro pretio scut. 4769. 53. Ideoque longe plusquam prius acquisita fuisset in antecedenti distractione sequuta pro pretio scut. 3150. in ejusdem majoris pretii dissolutionem excomputaverit sortem primævi Census unacum fructibus inexactis,
4 restabat inquirendum, an emptio præfata in præmissis circumstantiis, aliisque mox subjiciendis abesset ab illa vere lata negligentia, seu culpa, quam de cetero prosequendo disposita *in prædicta l. Tutor, qui repertorium §. Competet, ff. de administrat. Tutel.* exquirit pro condemnatione Tutoris *Julianus* per illa verba = *Recte quis dixerit solam latam negligentiam eos præstare, ac in parte debere*, ut etiam advertunt *Capon. discept. forens. tom. 1. discept. 35. num. 54., Staiban. Jun. resolut. 89. num. 1., Montan. de Tutel. cap. 39. num. 55., Gutierez eod. tract. par. 2. cap. 16. n. 9., Rota decis. 662. num. 1., et decis. 678. num. 1. coram Emerix Jun., et in Bononien. Redditionis Rationis 17. Junii 1686. §. Supposito enim, et 10. Martii 1690. §. Minus redarguendus est Tutor, cor. bo. me. Rondinino inter impress. ad Consil. Ramon. tom. 4., decis. 34. num. 1., et decis. 35. num. 7.*

De hac igitur plusquam lata negligentia superabunde constare sibi suadebat D. Joannes Antonius ex pluribus, eisdemque apertissimis demonstrationibus, quarum prima erat eadem mox enarrata excomputatio Census, cum enim reperiretur jam super hac Domo impositus Census adeo securus, veluti habens Jura acquisita, & transfusa anteriorum Censuum, & Creditorum, itaut pati numquam posset molestiam ab aliis, nedum anterioribus, immo nec etiam ab ipsis fideicomissariis, a quorum sequuta immissione hodierna resultavit evictio, ut plenissime demonstrabant illius Defensores in facto, quis dicat

5 dicat abesse a lata negligentia,& culpa hanc Census extinctionem, & conversionem in longe posteriorem innovatum titulum emptionis; ut in præcisis terminis boni Investimenti conversi in malum, vel pejus per Tutorem dixit *Rot. decis. 406. n.21., et dec. 441. num. 29. coram Cerro*.

Secunda demonstratio oriebatur, ex quo Tutor in solutionem pariter prætii prædictæ Domus tradidit pro scut. 2246.41.tot loca Montium libera, concessa libera pariter facultate Venditori resignandi hujusmodi loca Montium ad effectum dumtaxat reinvestiendi pretium in aliis Stabilibus, vel Censibus cum sola scientia Emptoris, non superaddito etiam verbo = *Et consensu*, per quod sane factum nemo poterit a lata culpa, & negligentia eximere Tutorem amplectentem pro reinvestimento Stabilia, & Census semper obnoxios hypothecis, & vinculis fideicommissorum cum similibus, quando loca Montium, vel ex eorum natura, quia directe re-
6 cognoscuntur a Principe, vel ex notissimo Privilegio *fa. me. Urbani Octavi* sunt immunia ab omni periculo,vinculo,& hypotheca, teste *Gratian discept. forens. cap. 730. n. 48. Lar. allegat. Fiscal. num. 20., Card. de Luca de Regal. disc. 126. num. 2., Rota decis. 504. num. 7. par. 13.,& decis. 381. num. 11. par. 14. Recent.*, cum aliis plene relat. concordan. *in tract. de Commerc., & Mercat. disc. 95, a num. 41. ad seqq.*

Diximus = *Non superaddito etiam, & consensu* = hæc enim est notissima phrasis,& cautela adhiberi solita per quoscumque contrahentes, & tantæ re vera erat importantiæ,quod Venditor successive obtinuit illa verba = *Et consensu* = provide, & quasi ex Officio apposita ab Officialibus Secretariæ Montium tamquam sibi præjudicialia, & non conventa in Instrumento venditionis mediante decreto Primi Collateralis Capitoli aboleri *Summario ejusdem Domini Joannis Antonii Num.* 17. lata quippe culpa semper resultat quoties
7 Tutor deflectit ab ea circumspectione, quã reliqui Patresfamilias adhibere consuescunt ad *Bartol. in l. quod nerva num. 17., & 18. ff. de posit., Menoch. consil. 1194. num. 18., & 30., Rota decis. 646. num. 24., & 25. coram Bichio*, cum concordantibus adductis *in altera contemporanea Decisione super Redditione Rationis edita sub hac eadem die coram me §. Omissio vero in fin.*

Tertia, eaque satis perstringens demonstratio resultabat ex ipsiusmet visceribus explicatæ intentionis per Carolum in Instrumento desuper celebrato, in eo quippe sese expressit, quod emptio hæc (sunt verba præcisa) *redundabat in maximam utilitatem Domini Joannis Antonii, dum cum difficultate idem Dominus Joannes Antonius recuperare potuisset dicta scuta 1400. moneta a dicto D. Abbate, ut supra, debita*, sed si ex capite difficultatis recuperandi *scuta* dumtaxat 1400. ratione Census impositi super hac ipsamet Domo devenit ad illius emptionem, & quomodo poterat in utilitatem Pupilli redunda-
8 re comparatio totius Domus, ducto nimis evidenti argumenro a fortiori, de quo *Textus in Auth. multo magis, Cod. de Sacrosanct. Eccles., Thom. de Thomass. in florib. l. reg. 52., Surd. decis. 254. num. 15., Rot. decis. 403. num. 7. coram Emerix Jun. decis. 165. num. 3. par. 16., & decis. 557. nu. 10. par. 18. Recent.*

Quarta non minus urgebat demonstratio, ex quo idem Tutor recte sciebat adesse super hac Domo fideicommissum, a quo promanare valuisset illa immissio, quam subsequuta parturivit observantia, unde qua ratione moveri potuit, absque saltem assecuratione pretii pro cautela reinvestiendi hanc eamdem coemere Domum, quam ut præmisimus, ab eodem fideicommisso habere poterat immunem in ordine ad Censum præexistentem ex capite prioris obligationis contractæ, & acquisitæ a Fideicommittentibus, & sic versa vice incurrere periculum non solum patiendæ immissionis, sed etiam amittendæ relevationis, & evictionis, quam
9 regulariter, nisi sibi specifice præcaveat Emptor, amittit emens fundum scienter aliquo vinculo, seu onere gravatum, ad *Text. in l. Fundum sciens 27. Cod. de evict., Honded. cons. 3. num. 42. lib. 1., Tiraquell. de retract. lignager. §. 1. gloss. 9. nu. 34. vers. Praterea Emptor., Mangil. de evict. quæst. 134. num. 17., Card. de Luca de empt., & vendit. disc. 10. num. 6. & disc. 17. num. 8. Surd. decis. 208. num. 1., Rota dec. 90. sub num. 9. coram Ludovis., decis. 341. num. 2. coram Duran., decis. 397. nu. 12. & seqq. par. 9., & decis. 136. num. 7. cum seqq. par. 12. Recent.*, cum aliis *in meo tract. de Commerc., & Mercat. disc. 60. num. 19.*

Quinta tandem in idem insurgebat demonstratio, quod positive prædictus Tutor sciens, ut diximus, existentiam hujus fideicommissi, vidit, & agnovit necessitatem obtinendi Beneplacitum Apostolicum pro consequenda illius derogatione, immo cumulative cum Venditore sese ad ejusdem Beneplaciti consequutionem, & insimul exsequutionem obstrinxit *dicto Summario Num. 7. litt. C.*, & nihilominus, obtento ex post Beneplacito, penitus neglexit illius reportare exse-

quutionem, immo cum illud fuerit forsan deperditum ob ejus procul dubio oscitantiam, præpedivit, ne Pupillus valeret de per se in omnem casum assequi contemptam ab eo exsequutionem; ex hac enim sola pon-
10 deratione, quod Tutor non adimpleverit promissa, non poterat a latissima culpa, & dolo excusari, ut punctualiter firmavit *Rota decis.* 178. *num.* 14. *par.* 8., *& dec.* 105. *nu.* 19. *par.* 16. *Recent.*, & generaliter, quod Tutor celebrans contractum pro Pupillo curare debeat, ut contractus existat validus obtinendo, ubi etiam necesse sit licentiam Apostolicam, alias non faciens actum omni-
11 no validum arctetur ad reficienda damna, & interesse, firmant in prima propositione per *Text. in l. ob fenus ff. de administrat. Tutor.*, *Roland. cons.* 10. *num.* 20. *lib.* 2., *Rot. decis.* 155. *nu.* 3. *par.* 15. *Recent.*, & in secunda monent *Fab. in Cod. lib.* 2. *tit.* 25. *fi*
12 *minor. ab heredit. se abstin. definit.* 2. *n.* 8., *Vermigliol. cons.* 467. *nu.* 5., *Caren. resolut.* 186. *num.* 2., *Munoz. de ratiocin. cap.* 14. *n.* 20., *& in meo tract. de Commerc.*, *& Mercat. disc.* 62. *num.* 28. *&* 29., *Rot. dec.* 273. *num.* 14. *coram Peutinger. decis.* 370. *nu.* 8. *par.* 5., *& decis.* 105. *num.* 18. *& seqq. par.* 16. *Recent.*

Ast spectra harum objectionum cito apud *Dominos* remansere fugata præmittendo, ne in hac materia glifcant æquivoca, quod licet *Textus in l. generaliter* 11. *ff. de administrat. & pericul. Tutor.*, *vel Curat.* per viam negativæ regula disponat *defendi non posse Tutorem, quotiescumque non sit nomine Pupilli, quod quivis Paterfamilias idoneus faceret*, seu, ut in *Pandecta Florentina* dicitur, *facit*, & aptius per aliam regulam affirmativam decernat, & explicet, quod a Tutoribus, & Curatoribus Pupillorum eadem diligentia exigenda est circa administratio-
13 nem rerum pupillarium, quam Paterfamilias in rebus suis adhibere debet, ut cautum habetur *in l. a Tutoribus* 34. *eodem tit.*, unde *Diocletianus*, *& Maximilianus Imperatores* inhærentes utrique regulæ negativæ scilicet, & affirmativæ comprehenderunt per viam generalioris regulæ in suis casibus culpam etiam levem, *ut in l. quicquid*, *Cod. arbitr. tutel.*; ibi = *Quicquid Tutoris dolo, vel lata culpa, aut levi, seu Curatoris minores amiserint, vel cum possent non acquisierint hoc in tutela, seu negociorum gestorum utile Judicium venire non est incerti*, ubi *Gloss. in verb. Jus levi* excludit tantum levissimam.

Nihilominus hæc Majorum nostrorum præscripta non feriebant casum emptionum, quæ fiunt per Tutores, sed rectius congruunt aliis quibuscumque forsan contractibus, vel negociis nimia ratione disparitatis cadente
14 inter casum præcisum emptionis, aliosque casus, quia, nimirum quando agitur de emptione, continuo præ oculis habemus exempla illarum latentium tinearum, quæ insint in re empta, ut non obstante qualibet Emptorum vigilantia, assidua audiantur in nostro foro judicia *Salviani* vel *Immissionis*, cum similibus promota contra Emptores, non jam Ementes nomine alieno, nempe minoris, vel Pupilli, & alicujus Tertiæ Personæ, sed pro se ipsis, adeout etiamsi existant solertissimi, & certi adhibeant illam, immo verisimiliter majorem in emendo diligentiã, quam adhibent in ceteris propriis negociis adhuc quotidie decipiuntur, & ideo parum faciat ad absolvendum, vel condemnandum Tutorem solicitudo adhiberi solita in negociis propriis quotiescũque idem Tutor emit pro Pupillo, quia si millies illam adhibeat ea non sufficit, ut supra; idcirco casum specialem emptionis figurans *Julianus in dicta l. Tutor qui repertorium* §. *Competet ff. de administrat.*, *& pericul. Tutor.*, exemplificavit quinam dolus adesse posset in Tutore, qui ipsum adstringere valeat ad refectionem damnorum, & expressit si emerit per *sordes* seu *gratiam*, itaut quando etiam præter hanc expressionem ob illa sequentia verba = *quid ergo si neque sordide, neque gratiose, sed non bonam conditionem elegerit recte quis dixerit solam latam negligentiam* = (ubi *Glossa* in *verbo latam negligentiam* vertit in latam culpã) *eos præstare, ac in parte debere* quis intelligere maluerit, omnem aliam latam culpam, quæ dolo non minus, quam *sordes*, & *gratia* æquipararetur, certe difficile erit, & ferme impossibile alium dolum demonstrare præter ipsas forsan *sordes* aut *gratiam*, quis enim adeo fatuus, adeo malignantis naturæ posset inveniri, qui dolose se gerat in ullo negocio sine propria utilitate, vel lucro, aut de-
15 lectatione, ut dicimus in proposito falsitatis, quæ sine lucro aut alio simili respectu non patratur, ex connotatis per *Rubric. consil.* 15. *num.* 3. *Cravett. consil.* 75. *num.* 14. *Rollan. consil.* 38. *n.* 38. *lib.* 1. *Menoch. de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 20. *num.* 48. quem in proposito Tutoris sequitur *Rota decis.* 211. *n.* 31. *par.* 19. *Recentior.*; Et ad exclusionem doli ponderarunt *Felin. in cap. Tertio loco n.* 2. *de præsumpt. Decian. cosil.* 57. *num.* 36. *lib.* 3., *Menoch. de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 3. *num.* 18., *Farinacc. quæst. Criminal. de pænis temporan. quæst.* 89. *num.* 56.

Hisque præmissis, & ad rem applicando cum ad exclusionem doli positivi (in Criminalibus

16 bus etiam punibilis quando est talis ad plene congesta per *Guazzin. in tract. de defens. reor. lib. 1. tom. 2. defens. 33. cap. 9. a num. 1., & per tot.*) sumenda semper veniat om-
17 nis possibilis interpretatio quemadmodum unanimiter exclamant *Doctores in l. quod adhibitis Cod. de his qui sibi ascribi in Testam. Cravett. consil. 8. n. 2. Farinac. quaest. Criminal. 89. num. 8.*, & in individuo Tutoris conveniunt *Bartol. in l. Tutor qui repertorium §. Qui post, & in l. cum plures §. fin. ff. de administr. Tutor. Bacc. de decim. Tutor. cap. 2. num. 148. Guttierez de Tutel. p. 2. cap. 14. num. 2. Rota in dicta Bononien. redditionis rationis 17. Junii 1686. §. Et neutrum probatur in fin. coram bo. mem. Rondinino impress. inter consil. Ramon. tom. 4. decis. 34. num. 5.*

Nemo dixerit, quod ex supra deductis demonstrationibus potuerit eliei talis dolus punibilis, qui *Sordibus*, & *gratiae* meretur aequiparari in Tutore Avo, & in Viro virtute,
18 & moribus commendato, ut preseferunt publica monumenta laudata *in altera decisione* in hasmet Partes *edita sub hac die contemporanee coram Me*, superaddendo, quod huic contractui emptionis interfuere ipsemet D. Joannes Antonius, praesentia, & auctoritas Judicis, & Curialis notoriae experientiae, & probitatis, qui ab eodem Judice datus fuit in Curatorē pro ipso Domino Joanne Antonio, proindeque per tot legalium Personarum interventum non solum punibilem dolum positivum non suspicari non est fas, sed multo minus applicare regulas generales, seu similitudines circumspectionis haberi solitae per alios Patresfamilias, vel pro propriis negociis, quando praedictus Judex, & Curator prudentissimi, timoratique Patresfamilias communi vere contractum hujus emptionis, ae propterea si opus esset argui posset a contrario, quod emptio foret in sua facie optima, quamvis eventus forte ostenderit contrarium objurgante talem discursum, & pessimam illationem etiam *Poeta*.

Careat successibus opto,
Quisquis ab eventu facta notanda putat.

Et in proposito meri consilii a conjunctis Pupilli conquisiti nedum Judicialis decreti, & interventus, prout hic dolum excludi memoravit *Capic. Latr. consult. 58. sub num. 21.*, & bene in fere consimilibus terminis *Rota in Bononien. redditionis rationis 1690. §. Minus redarguendus est Tutor. coram bon. mem. Rondinino impress. ad consil. Ramon. Tom. 4. decis. 35. num. 7.*

Ceterum retenta hac theorica, & propius accedendo ad praenominatas quinque demonstrationes, nullibi refragabatur *Prima* deducta ex eo, quod si census per antea praexistens non fuisset excomputatus in pretiū, Pupillus fuisset securus ab hac ipsa immissione; quoniam in primis si tota amaritudo reduceretur ad importantiam Census, ut praetendit extincti, in posse Domini Joannis Antonii etiam hodie restasset excludere eādem Immissionem, quando enim evictio subsequitur ex facto illius, qui erat per antea
19 debitor, extinctio nascens a mero figmento, & non per viam actus retrosimilis non impedit revivisceentiam primaevorum Juriū, ut ad terminos ejusdem objecti, seu praetensi mali Investimenti firmavit *Rota in superius allatis dec. 406. num. 23. & decis. 441. nu. 29. in fine coram Cerro*, & de Emptore, quod agere nequeat de evictione quando idem
20 Venditor rem habuerat ab ipso Emptore, *Text.* est *expressus in l. fundum meum ff. de evictionib.*, de quo in proposito *Bartol. in l. qui Roma §. Duo Fratres nu. 10. ff. de verb. obligat., Dec. consil. 24. nu. 21., Surd. cons. 15. nu. 24., & seqq. volum. 1. Joseph. Ludovic. decis. Lucen. 29. num. 72. Rot. decis. 168. num. 4. & 5. p. 8. Recentior.*

Verum neque verificabatur, quod idem Census a Patre Domini Joannis Antonii coemptus reputari numquam posset utile investimentum pro Pupillo, quia jam experientia demonstraverat, quod per quatuor, & plures annos fructus exigi numquam potuerunt, quamobrem hic jungendo *Tertiam* in contrarium perperam illatam demonstrationem, vera reddebatur expressio facta per Tutorē, quod emptio in majorem resultabat utilitatem Pupilli; nam praeter mox adductam considerationem inexigibilitatis fructuum, & fortis per irredimibilitatem demortuae, itaut utilius esset saltem proportionabiles exigere Pensiones; non ne Venditor Commissionem porrexisse dixerat in Signatura Gratiae, non solum pro derogatione fideicommissi, sed etiam hypothecarum super Domo existentium, ut ibi = *Cum dictus Abbas* (idest Venditor) *obtinuerit, ut supra enunciatum exstitit, Commissionem a Signatura Gratiae signatam pro validando supra enarrato Breve derogationis cujuscumque fideicommissi, & hypothecae supradictae Domus* = & certe cum hoc supposito Commissionis jam signatae, non ne erat plusquam utillimum Pupillo, ut viee Census agonizantis impositi ab ejus Patre, acquireret Domum per viam emptionis, absolutae per Principem ab omnibus hypothecis, & fideicommissis, prout

21 contingit adamussim, sive in simili, quando quis emit vigore Constitutionis *Clementis Octavi* per organum *Congregationis Baronũ*, ut fert ipsa *Bulla*, & tradunt relati per *Card. de Luca de fideicomm. 98. num.9. Rota decis. 4. num. 2. par. 11. Recentior. in Romana fideicommissi 12. Junii 1702. §. Non obstat, in fin. coram R. P. D. meo Kaunitz, & in Romana Canonum 23. Aprilis 1708. §. Quo vero ad rationes eor. Me.*

Ejusdemque irrelevantiæ palam detegebatur *Secunda* demonstratio concernens Loca Montium consignata in partem pretii, & postea distrahi permissa Venditori sub onere dumtaxat subrogationis alterius Investimẽti in Censibus, vel Stabilibus, quia retenta prædicta suppositione Commissionis obtentæ, & Brevis expediendi derogatorii hypothecarum, & fideicommissi non erat necesse Venditorem obligare ad faciendam ullam subrogationem, sed Loca Montium erant illi consignanda omnino libera, dum tutissimus remanebat Pupillus vigore ejusdem Brevis, ac propterea si Tutor voluit superadjungere hanc superabundantem cautelam hujus subrogationis, & novi Investimenti, quomodo de dolo increpari merebatur tanta diligentissima, sive exquisitissima diligen-
22 tia, & sic bono opere illum lapidare, non enim, quod est favorabile debet in odium retorqueri, ut clamat *Juris consultus in l. nulla Juris ratio 25. ff. de legib. l. quod favore Cod. eodem titul. Surd. consil. 315. num. 68. Rota decis. 316. num. 13. coram Celso, & decis. 71. num. 9. par. 19. Recentior.*, nec
23 debet propria diligentia in ipsius exclusionem operari, *l. si in pluribus ff. de legat. pr., ubi Bartol. sub num. 1., Card. de Luca de servit. disc. 12. sub num. 5. Rot. dec. 623. num. 4. par. 19. Rec.*

Certius quia neque dici valeret absolute, quod facultas attributa distrahendi Loca Montium, illorumque pretium implicandi in stabilibus, & Censibus existat minus pro-
24 vida, & secura, nam ultra quod Loca Mõtium per assuetas extractiones in dies de valore minuuntur, quod non ita facile contingit in stabilibus, & Censibus, adhuc tamen respectu ipsius meræ securitatis habent Loca Montium etiam sua mortalia deliquia, cum non obstante libertate eis competente,
25 seu de natura, seu ex Bulla *Urbani Octavi* non raro patiantur a vero Domino postmodum detecto rei vindicationem *Rot. decis. 650. n. 6. & seqq. coram Cavaler. dec. 652. num. 15. & 18. cor. Dunozzett. Junior. dec. 425. num. 8., & decis. 494. num. 4. coram Remboldo, & in Romana Locorum Montium 29. Novembris 1660. §. Non obstat, cor. bo. mem. Bevilaequa eum concordan. relatis in tractat. de commerc. & mercatur. disc. 95. a num. 44. ad seqq.*, & fuit a fortiori dictum in illa *Romana reintegrationis 25. Januarii, & 11. Jun. 1700. coram R. P. D. meo Scotto inter impress. post modernum Asculanum in Comment. ad Statut. Urb. tom. 3. dec. 85. & 86. per tot.* non obstante quod *Ego* in terminis illarum *decisionum* utique sentirem in privato sensu contrarium, prout senseram in *eodem tract. de commerc. et Mercatur. dicto discurs. 95. num. 50.*

Cadente hac secunda principali demonstratione, facilius collabebatur super alternans oppositio, quod in ordine ad præfatam subrogationẽ adjecta solum appareant illa simplicia verba *cum scientia* absque copulatione assuetorum verborum, *& consensu*; Jam enim diximus quod tota ista cautela erat superflua Brevis derogatorii, sed de reliquo quid intererat deesse talia verba, *& consensu*, si judicialiter, & omnino debebat constare de scientia Pupilli in explendis hisce subrogationibus, sicque sequuta judiciali notificatione nimium de facili poterat, si volebat se opponere Pupillus, & referre negocium ad Prætorium Judicis, cujus erat rationabilitatem dissensus exquirere, & ab omni damno præcavere Pupillum etiam majorem effectum, alias data e converso irrationabilitate ejusdem dissensus, seu negati consen-
26 sus etiam si millies Instrumentum dixisset *scientia, & consensu*, consensum hunc denegatum Judex poterat supplere *cap. nullus, & ibi Abb. de Jurep. Bald. in l. si cum dotem §. Eo autem tempore num. 2. ff. de resolut. matrim. Corn. consil. 167. num. 2. Card. de Luc. de Servitut. discurs. 107. num. 7. & de Dot. discurs. 1. num. 18. Adden. ad Gregor. decis. 117. per tot., & decis. 238. num. 9. coram Cardin. Mantic. decis. 1243. num. 4. coram Emerix Jun., & decis. 745. n. 8. par. 18. Rec.*

Quoad *quartam* demonstrationem *Domini* non invenerunt ubi pedem illa figeret in asserendo, quod Tutor scientiam habuerit hujus fideicommissi, quia in Instrumento emptionis de eo certe specialiter nulla nedum sciẽtia, sed neque hujus fideicommissi mentio habeatur, neque id unquam, scilicet, quod Tutor hujusmodi speciale fideicommissum scivisset, nec ab extra comprobatum liquebat, quod si mentio generaliter facta legebatur de fideicommissis, ea legebatur apposita prænominato Brevi exprimenti in abstracto tam hypothecas, quam fideicommissa, & sic hypothecas certas, licet possibiles, fideicommissa incerta licet possibilia absque eo, quod

quod inferri poffet ad illam univocam fcientiam fideicommiffi, vel alterius oneris, quæ
27 requiritur ut per dictam fanctionẽ *l. fi fundum fciens* 27.*Cod.de evict.* antittatur beneficium evictionis reparandæ ad *ibidem notata per DD.*, & fignanter per *Bartol.*, *& Bald. in princip. Covarr. variar. refolut. lib. 3. cap. 17. n. 1. Card. de Luc. de empt. & vendit. difc. 17. n. 8. & 9. Magon. dec. Florent. 48. n. 12.*

Aliquod, fi revera fubftitiffet, præfidium intentioni D. Jo: Antonii valuiffet impartiri *quinta*, & ultima demonftratio, nimirum quod Tutor fe obligaverit reportare beneplacitum, feu Breve derogatorium, pofteaque neglexerit illud jam obtentũ exfequutioni demandare; ideoque culpa, & focordia fua contigerit, quod Pupillus immiffionem, feu evictionem paffus fuerit; Nam breve de quo loquitur Inftrumentum, ante confectum idem Inftrumentum emptionis, erat quidem probabiliter obtentum, fed quod remanebat explendum confiftebat in revalidatione, quia forte aliquo vitio fubreptionis, five obreptionis laborabat, ut ibi = *Cum d. Abbas idest Venditor, pro validando fupra*
28 *enarrato Breve derogationis &c.* = Validatio etenim fupponit præcedentem nullitatem, quia fani non egent medico, uti paffim videmus in gratia, quæ reportatur in materia beneficiali, & nuncupat. *Perinde valere*, de qua *Sarnen. in regul. de non judicando quæft. 7. verficul. tamen iftis non obftantibus, Rebuff. in prax. Benefic. part. 2. de refcript. etiam valere fol. 205.*, *Corrad. in praxi beneficiar. libr. 8. cap. 5. num. 9.*, *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæft. 54. a num. 53. ad feqq.*, *De Rof. de exfequution. litterar. Apoftolicar. par. 1. cap. 5. fub num. 331.*, *Rot. decif. 516. num. 3. coram Merlin.*

Pofito igitur, quod affertio Commiffionis ulterius, five ex poft pro revalidatione reportatæ ftans in Ore Venditoris non inhæret quoad ejus exfequutionem Curæ, ut in objecto dicebatur, ipfius Tutoris, fed folum circa concurfum in expenfis, ut ibi = *Sumptibus & expenfis communibus, cura tamen, & labore d. Domini Abbatis* = Ecce, quod idem objectum vacillabat in fua figuratione, ut tamquam Tutor fefe ad illius reportationẽ, & exfequutionem obftrinxerit, proindeque cum ulterius deberet illa nova impetratio, vel exfequutio fuper accedere duos menfes, ecce pariter, quod de tempore initi contractas neque deficientia ab affumpta obligatione, neque aliqua culpa excogitari poterat in Tutore, quæ poffet latæ culpæ æquiparari, & ob id fi qua adfuit defidia, ea concernebat actum faciendum in futurum ab alio, ob non habitam forfan diligentiffimi Patrisfamilias follicitudinẽ in procurando quod Abbas Venditor præmiffa impleret; Verũ quod hæc defidia fecumferret illam latam culpam, de qua fupra meminimus in contractibus emptionum requifitam ab *Juliano* compara-
29 tive ad *Sordes*, & *gratiam*, nemo profecto fomniaverit, & forfan vix leviffimæ vel levi culpæ affimilaverit ad ea, quæ diftinguendo latam culpam a levi, & leviffima videri eft penes *Alciatum in l. lata culpa num. 5. in fine verficul. aut levis culpa ff. de verbor. fignificat.*, *Salycet. in l. fi nulla num. 15.*, *Cod. de pignor. act.*, *Decian. in tract. Criminal. par. pr. lib. pr. cap. 6. n. 23. Farinac. quæft. Crim. 89. num. 79. 83.*, *& feqq. Pax Jordan. lucubrat. Canonic. lib. 14. titul. 13. num. 162.*, *& feqq. Michalor. de fratribus par. 2. cap. 46. num. 11.*, *& 12.*, & quod fi Tutor illam diligentiam prætermittat, quam Paterfamilias rebus fuis adhibuiffet, alia nequeat con-
30 fiderari culpa, quam levis, punctualiter monuerunt, *Gratian difceptat. forenf. cap. 125. num. 41.*, *Capon. difcept. 35. num. 54.*

De reliquo probabiliffimum apparebat, quod neque ullus adfuerit defectus, vel negligentia in habendo hanc follicitudinem, fed fuapte natura acciderit, quod Commiffio fignata non potuerit effectui, & exfequutioni demandari propter fuperventam fortaffe mortem illius Papæ, qui Commiffionem fignaverat videlicet *fan. mem. Clementis X.* quod fatis colligebatur ex data celebrati Inftrumenti emptionis; Quantumvis enim benigniter Succeffores quamplures Gratias effectum non fortitas in vita Pontificis Conce-
31 dentis foleant novo munimine roborare per litteras expediri confuetas in illa formula, quæ nuncupat. *rationi congruit*, de qua meminere, *Mandof. in commentar. ad regul. Cancellar. quæft. 5.*, *& feqq. Rebuff. in prax. benefic. par. 2. titul. de gratia rationi congruit num. 1.*, *& feqq.*, *Amayden. de ftyl. datar. lib. 1. cap. 21. pariter num. 1.*, *& feqq. Rota in Conftantien. Præcedentiæ fuper remifforia 16. Jan. 1708. §. Cum tamen cor. Me.*

Attamen id accidit ex qualitate Gratiæ, & ex placito, feu natura Succefforum tam in Pontificatu, quam in minifterio, quia etiã quandoque Succeffores loco tribuendi robur gratiæ non expeditæ folent per organum Signa-
32 turæ Gratiæ mediante aperitione Oris impugnandi eamdem gratiam facultatem concedere, vel abfolute cũ Claufula, *ac fi non emanaffet* abolere gratias jam factas, ut quoad primam conclufionem monet *Marchefan. de*
33 *commiff. par. 2. §. Unico de commiffion. aperitionis Oris n. 54.*, *& fol. 416.*, *Card. de Luc. de*

de Jurisdiction. discurs. 8. *sub num.* 2., *&* *de re Judic. disc.* 20. *n.* 12., & quoad secundam patet ex eodem *Cardin. de Luca in relat. Roman. Cur. disc.* 30. *n.* 18. *vers. alia vero.*

Motivum id opinandi oriebatur ex ipsa prænarrata gratia in Instrumento Emptionis, quia præter casum, quod emptiones sequantur mediante Congregatione Baronum, vel sub communicatione facultatū ejusdē Congregarionis ex eadem ratione in Bulla *Clementina* militante, vel pariter impellente ratione publicæ utilitatis, vel ornatus in vim alterius *Bulla Gregoriana*, in quibus casibus hypothecæ, & fideicommissa transferuntur super pretio deponendo, vel consignando sub opportuna cautione; Rarum, immo forsan nullum præberi poterit exemplum, per quod in privata prorsus venditione Pontifices eorum supremam potestatem applicaverint positivæ derogationi hypothecarum, & fideicommissorum super re empta existentiū; Quapropter quænam culpa imputanda erat Tutori si nec Venditor probabiliter instando, nec Tutor sollicitando valuerunt a *glor. memor. Innocentio XI.* de tempore accurati mi-
34 nisterii *Cardinalis de Luca* tale secundum Breve consequi, & obtinere, quod enim pendet a voluntate Principis non culpæ, sed potius casui attribuitur, ut ait *Bald. in l. falsus* 19. *num.* 30. *Cod. de furt.*, *Roland. consil.* 45. *per tot. lib.* 3., *Gratian. disceptat. forens. cap.* 520 *num.* 23., *&* 25., *Mangil. de eviction. quæstion.* 17. *num.* 9., *Cardin. de Luca de fideicomm. discurs.* 167. *num.* 4. *Rota dec.* 401. *num.* 2. *cor. Buratto.*

Et ad totalem eversionem earumdem demonstrationum *Domini* adiiciebant prægrandia, & apposita fundamenta, & signanter, quod non solū molestiæ longæ post supervenerunt, ideoque Tutor de tempore Contractus casū, qui modo evenit prævidere non potuit, sed quod insuperabilius videbatur, illud erat, quod ipsemet Dominus Joannes Antonius mediante speciali mandato Procuræ positive acceptavit Sententiam ab *R. P. D. A. C. Cerro* latam super immissione contra ipsum ad hujusmodi Domum decreta, & reservantem illi Jura contra diversas Personas, & bona pro relevatione consequenda; Ex quo sane facto promanabat, quod, & ipse Dominus Joannes Antonius revera non esset in decantato damno, & præjudicio, & quod contradictionem implicabant, quod hactenus prætenderet liberationem a molestiis, quando si essemus in vero auctore laudato cōtra præmissa ab initio, ex facto voluntario Adversarii non posset ipsemet Tutor, vel ejus heres suscipere in se litem per prædictam acceptationem jam extinctam, & consequenter eumdem Adversarium liberare a molestiis, quæ amplius non exstent, nec possunt reviviscere, immo si vellet idem Tutor, ejusque heres assumere præfatam defensionem, ob jam factam acceprationem per habentem principale Interesse repelleretur, ut in longe fortioribus considerant ad *Text. in l. si dicam* 56. §. *Si eum posset ff. de eviction. Gloss. in l. si rem verb. amissam ff. eodem Alex. cons.* 57. *num. primo lib. primo*, *Surd. consil.* 15. *n.* 25. *Rota decis.* 91. *nu.* 11. *& seqq. par.* 13. *dec.* 300. *num.* 10. *& seqq. par.* 15. *& dec.* 467. *num.* 5. *& seqq. par.* 18. *Recentior.*

Et ita tam seorsim, quam omnibus simul junctis *Domini* responderunt. Utraque &c.

Romana Redditionis Rationis.

Lunæ 17. *Junii* 1709.

ARGUMENTUM.

Late habetur quomodo Tutor se gerere debeat in administratione rei pupillaris, & in faciendis investimentis a Testatore demandatis. Deinde disseritur an, & quæ partitæ bonificandæ sint eidem Tutori in redditione rationis pro expensis factis tum in reparationibus domorum, tum in aliis in sequenti Decisione relegendis.

SUMMARIUM.

1. *Tutor augere magis debet, quam minuere bona Pupilli.*
2. *Veritas magis eruitur dividendo.*
3. *Tutor nequit censum tutum distrahere, ut aliam rem acquirat.*
4. *Nequit aliquam liberalitatem cum Pupilli rebus exercere, & in quibus casibus id facere tantummodo possit.*
5. *Transigere non potest cum debitoribus Pupilli, ut debitum exinde imminuat.*
6. *Alias diceretur Tollitor, & non Tutor.*
7. *Ex negligentia lata oritur culpa imputabilis Tutori.*
8. *Negligentia culposa in Tutore dicitur si non adhibuerit eam circumspectionem, quam alii Homines practicare consuescunt.*
9. *Aqua multum differt ab aquæductu.*
10. *Culpa, vel dolus in Tutore excluditur per factionem soliti a ceteris Patribus familias.*
11. *Tutor non versatur in dolo, vel lata culpa si nec sordide, nec gratiose, sed publice, & palam, & prævia æstimatione emit.*
12. *Tutor nequit pecunias pupillares investire in cambiis, si Pupilli Pater in testamento jusserit, ut pecunia in stabilibus effectivis reinvestirentur.*
13. *Potissimum si cautionem non acceperit vel fidejussorem sibi dari neglexerit.*

14. Tu-

14. *Tutor dicitur esse in culpa lata, si cambium, vel censum contraxerit cum aliquo absque ulla indagatione illius idoneitatis, quam inquirere debebat a principio, vel saltem ex post justificare cum probatione retrotrahibili ad ipsum tempus contractus.*
15. *Fructus cambii, & aliorum creditorum tenetur diligenter exigere, alias versari dicitur in negligentia culposa.*
16. *Excusari nequit a culpa, & dolo si valuit nedum creditum recuperare, sed simpliciter debitores convenire, & tamen id facere neglexit.*
17. *Tutor, & similes administratores quantum fieri potest discedere non debent a praxi adhibita precedenter a pristino Domino, & Patre familias.*
18. *Deficientia solutionis fructuum declarat illam insufficientiam, sive deficientiam idoneitatis, qua in debitore intus latet.*
19. *Loca montium coemi semper dicuntur ab ipso Principe, ideoque sunt tutissima.*
20. *Tutor qui pecuniam pupillarem investivit in censu an teneatur probare idoneitatem debitoris.*
21. *Loca Montium continuas pati solent vicissitudines per assuetas extractiones, & reductiones.*
22. *Pretium rei vinculatæ augetur si fuerit promissa evictio.*
23. *Utens aliquo contractu non potest illum successive amplius impugnare.*
24. *Tutores in Hispania tutorium munus exercent absque mercede.*
25. *Et hoc quoque practicatur in Statu Mediolani.*
26. *Tutor, & administrator negligens in exactione non tenetur nisi de dolo, & lata culpa.*
27. *Tutor non tenetur ad illud plus quod ceteri Patresfam. facere vel non solent, vel non possunt.*
28. *Dantibus notitiam pro recuperatione crediti regulariter fieri solet retributio pro quarta parte.*
29. *Expensa facta a Tutore pro alliciendo inservientes arctiori præstolantia erga Pupillum non sunt referenda ad prodigalitatem, sed taxantur arbitrio boni viri.*
30. *Fructus sunt prius solvendi quam ipsa sors.*
31. *Pupillus est restaurandus de omnibus damnis passis ex negligentia Tutoris.*
32. *Inanis est actio, quam inopia debitoris excludit.*
33. *Facta sunt potentiora ad declarandum, quam verba.*
34. *Pupillus major 14. annorum tenetur præstare suam præsentiam in contractu per Tutorem inito; Limita* num. seqq.
35. *Pro Judicis decreto stat omnis præsumptio veritatis, & Justitiæ.*
36. *Infantis præsentia non exigitur in contractu per Tutorem celebrato.*
37. *Tutor non tenetur describere in libris tutelaribus ea, quæ patent per Instrumenta publica.*
38. *Testes non requiruntur ad probandum quoties rei veritas sciri potest per Instrumenta, & scripturas.*
39. *Minor si adsit contractui, satis justificata censetur scientia facti.*
40. *Tutor omnis condemnatur in eo, in quo pupillus est damnificatus ex mala, vel negligenti administratione.*
41. *Causa veritas in contractibus minorum præsumitur ex sola Judicis auctoritate.*
42. *Expensa etiam minima Tutori veniunt bonificanda.*
43. *Probitas, & publica commendatio Tutoris eum quandoque liberare solet a scrupolosa redditione rationis.*
44. *Reparationes domorum taxari solent per Sac. Rot. in* ℞ *5. pro centenario.*
45. *Præsumptio omnis cedit veritati.*
46. *Reparationes domorum quandoque absorbent universas pensiones, ne domus ipsa pereat.*
47. *Alimentorum appellatione ultra cibaria comprehenduntur etiam Vestes.*
48. *Judicium paternum servari debet pro constituenda dote propria filiæ.*
49. *Limita nisi circumstantiarum ratio, temporum vicissitudo, & qualitas matrimonii diversimode suadeat.*
50. *Recepta non requiruntur in expensis minutis, quia illa fieri non solent.*
51. *Conditio potestativa non habetur pro impleta quatenus stetit per ipsum heredem gravatum quominus impleret conditionem ipsam.*
52. *Honor quippe non recipit æstimationem tenuem.*
53. *Mulieres occasione earum egressus ex causa nuptiarum a domo paterna solent asportare, quidquid a prædicta domo possunt surripere.*
54. *Mobilia habent suas ætates, et de anno in annum diminuuntur, ac senescunt.*
55. *Tutor si rem pupillarem integre non restituit Pupillo, remanet illius debitor circa eamdem rem.*
56. *Prout remanet etiam debitor fructuum, si pecunias pupillares idem Tutor non investisset.*
57. *Præcipue si Testator hujusmodi investimentum demandasset.*
58. *Peritia a qua non fuit appellatum controverti amplius nequit.*

59. *Usu-*

59. *Usuræ pupillares non tam facile intrant, quando aliqua probabilis causa, vel excusatio intercedit.*

DECIS. CDLXVI.

NE ut dicebat *in l. prima C. Arbitr. Tutel.* Imperator Antonius = *Cum tutelæ administratæ ratio a te peti cæperit, veritati, et justis probationibus officiatur* = binos ab initio providos Ratiocinatores elegerat A. C. super Patrimonio, & respective ratione administrata per Carolum Comendatarium a Puteo ad favorem Jo: Antonii a S. Petro, ejus ex Dorothea filia Nepotis; Cumque hi respectum habentes ad assem, quem illius Pater de tempore sui decessus reliquerat, eumdem conscendere reperierint ad scuta 147088: 4$\frac{1}{2}$; e conspectu retulerunt pupillare patrimonium, perspecto altero extremo tempore dimissæ tutelæ pertingere ad Scuta 171884: 69$\frac{1}{2}$; sicque incrementum sub tutoria cura, & administratione superventum potius importare Scuta 24796: 65. prout decebat bene exantlatum Tutoris officium, mavis augere debens, quam minue-
1 re bona Pupilli, *ad Text. in §. final. auth., Ut hi, qui obligat. l. final. §. Omnem autem dubitationem C. de adminstrat. Tutor., l. Tutoris præcipuum 30. ff. de administrat. Tutor. Bald. in l. prima sub num. primo ff. de tutel. et ration. distraben., Cyriac. contr. foren. 198. num. 25., Montan. de Tutel. cap. 32. Regul. 2. num. primo.*

De hujusmodi sicco calculo, seu firmatione numerica utriusque status in genere minime sui Juris, majorque effectus contentus est Joannes Antonius, sed ultra res adhuc a Tutore sibi non redditas, seu restitutas, conclamabat in hujusce computi efformatione, vel appositas fuisse partitas, quæ non erant recensendæ, vel neglectas, quæ omni Jure videbantur annumerandæ: Quamobrē memoratus A. C. ad alterius Periti, non amplius Ratiocinatoris, sed Curialis, sive Causidici deputationem descendit, & subinde prolata Sententia paucis per eam injunctis refectionibus, seu obligationibus ferme penitus Avum Tutorem absolvit, donec Partibus interim provocantibus *ad Sac. Rotam*, reassumpto *cor. me* sub hodierna audientia negocio, prodiit resolutio *juxta modum* seu normam proxime pandendam.

Præcisive siquidem a menstruis alimentis, ac pensionibus Domus, quæ Carolus Tutor subministraverat Pupillo, & respective pro eodem persolverat, ac de quibus modica, vel nulla habita fuit quæstio, quominus ad Creditum Tutoris forent referenda, seu excomputanda, unus signanter ex Dominis, cui de reliquo plerumque ceteri, ut infra, adhæserunt, methodice precedendo. Causæ pondus in quatuor partiebatur inspectiones, seu classes: quarum prima respiciebat Investimenta, quæ criminabantur uti damnosa: secunda feriebat debita opportune non exacta: tertia concernebat expensas inverisimiles; & quarta demum prænominatas res nondum, ut præmisimus, Pupillo redditas, & restitutas amplectebatur, & in hunc modum disceptata dividendo, procul dubio facilius veritas eruebatur, teste *Gloss.*
2 *in §. Igitur verb. partiri jussimus, ibique Salicet. in proœm. Instit. Imperator Justinian., Menoch. de arbitr. Judic. in proœm. nu. 12., et 13. Escobar. de purit. et nobilitat. par. prima quæst. prima, et proœmial., Altimar. de nullit. in præfation. ad Lector ad fin. Rota in Romana Primog. de Bubalo super Palatio ad Cloacam 8. Maji 1705. §. Ceterum cum Partes coram me.*

In ordine igitur ad primam classem inter Investimenta damnosa, frontem faciebat emptio cujusdam Domus in clivo existentis Capitolino, sed quia peculiariter de hoc ipso investimento differendum erat in *altera contemporanea Decisione*, superfluum efficiebatur, desuper in præsenti fundare sermonem; ac propterea progrediendo ad alterum contractum Emptionis quarumdam Mansionum sitarum ad Vicum, quod nuncupant *dell' Agnello*, ajebant Joannis Antonii Defensores, quod hujusmodi Emptio peccabat in culposa non minus ommissione, quam commissione; commissio siquidem versabatur in eo, quod celebrata fuerat cum Debitore Censuali annuorum ♈ 8., quæ semper ejusdem Pupilli Pater exegerat sub improvida excomputatione illius Sortis ♈ 200. unacum remissione gratuita aliorum ♈ 44., quæ fuerant decursa durante tempore tutelæ, ex quibus circumstantiis duo dicebantur emergere in Tutore non toleranda; alterum, quod neutiquam debebat egregium Investimentum jam stabilitum in perpetuo annuo Censu semper exacto distrahere, ut aliam rem adipiscceretur, ne ut dicitur, unum di-
3 scooperiretur Altare pro alio obtegendo, & ita in puncto Census extincti per Tutorem sentiit *Rota dec. 406. num. 22., et dec. 441. num. 39. coram Cerro.*

Et alterum quod præfata remissio, seu condonatio ♈ 44. nimis imprudentem sapiebat largitatem, quando notorii Juris est, quod
4 exceptis illis casibus prorsus specialibus, & sedulo annotatis a Gaillo *observ. 12. nu. 8., et seqq. lib. 2.*, nequit Tutor aliquam liberali-

ralitatem cum Pupilli rebus exercere, juxta Censuram *text. in l. cum plures §. final.*, *& ibi gloss. verb. Pupill.*, *l. Tutor. Secund. §. final.*, *& in l. Tutor. ad utilitatem ff. de administrat. & pericul. Tutor.*, *Roman. consil.* 22. *num.* 3., *Abbas cons.* 45. *in fin. vol. pr.*, *Rolan. cons.* 18. *num.* 58. *tom.* 2., *Eugen. consil.* 95. *n.* 56. *& seqq.*, *Raudens. cons.* 52. *n.* 13. *Natt. cons.* 543. *num.* 3. Itaut neque desint existimantes, Tutorem non posse transigere
5 cum Debitoribus Pupilli, ut debitum exinde imminuat, Teste *Cost. de ration. rat. quaest.* 135. *num.* 27. *Montan. de Tutel. cap.* 33. *n.* 349., *& seq.*, *Guttier. de Tutel. par.* 2. *cap.* 6. *num. pr.*, *& seqq.*, *Galganett. eod. tract. lib.* 2. *tit.* 7. *num.* 9., *& lib.* 3. *quaest.* 46. *n. pr.*, *&* 7., *Munoz. de Ratiocin. cap.* 24. *nu. pr. & seqq.*, *Garz. de expens. num.* 8. *&* 9. *Afflict. dec.* 87. *num.* 4., *Osasch. dec.* 58. *nu.* 31., *Rota dec.* 401. *num.* 11. *&* 12. *coram*
6 *Buratt.* alias diceretur Tollitor, & non Tutor, ut lepide dicebat *Alberic. in l. prima ff. de Tutel. relat. per Rebuff. cons.* 144. *nu. pr.*, *Paitell. expedit. Civil.* 78. *num.* 22., *Guttier. de tutel. par. pr. cap. pr. sub nu.* 10. *Montan. eodem tractat. cap.* 4. *num.* 7. *Magr. de Advocat. Armat. cap.* 1. *num.* 344. *Solorzan. de Jur. Indiar. lib.* 2. *cap.* 24. *n.* 82. *tom. pr.*

Omissionem vero palam, & omnino supinam resultare asserebatur ex eo, quod idem Tutor nullatenus perquisivit veram essentiam earumdem Mansionum: Cum enim fuissent comparatae sub certo praesupposito, quod forent ad usum lavacri, vernaculo sermone *Lavatojo*, attamen adeo socors exstitit Tutor, quod Aqua prorsus desiderabatur, itaut deficeret anima, usus, & substantia rei, ideoque nil mirum, si ex post eaedem Mansiones hujusmodi usu, & commodo destitutae dislocatae remanserunt, ut ostendebatur
7 in facto: Ex hac enim tam lata negligentia suboriri culpam imputabilem Tutori convincitur ex textu in *l. Qui eum alio ff. de Regul. Jur.*, *l. quidquid C. arbitr. tutel.*, *L. Tutor. C. de nogoc. gest.*, *Port. cons.* 174. *n.* 59. *Palm. Nep. allegat.* 32. *num.* 26., *Rota dec.* 155. *num.* 10. *par.* 15. *dec.* 377. *n.* 40. *par.* 17., *eod.* 480. *num.* 2. *par.* 19. *recent.*; Ad hunc quippe effectum negligentia compel-
8 latur culposa, quoties non adhibetur ea circumspectio, quam alii Homines practicare consuescunt, quemadmodum prosequuntur per Text. express. *in l. Generaliter ff. de administrat.*, *& pericul. Tutor, vel Curator. Bartol. in l. quod Nerva n.* 17. *&* 18. *ff. deposit. Castrens. cons.* 302. *num.* 5. *vers. super* 4. *lib. pr.*, *Port. cons.* 147. *n.* 59., *Menoch. cons.* 1194. *nu.* 18. *&* 30. *Pax Jordan. elucubrat. Canon. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 13. *num.* 161. *Urceol. decis. Florentin.* 21. *n.* 5., *Rot. dec.* 646. *num.* 24. *&* 25. *coram Bieb.*, *d. cis.* 604. *num.* 19. *coram Dunoz. Junior.*, *decis.* 370. *num.* 19. *par.* 15., *dec.* 105. *num.* 13., *& seqq. par.* 16., *& dec.* 370. *num.* 4. *par.* 17. *rec.*

At his minime refragantibus, neutro Crimine, sive omissionis, sive commissionis objurgari posse hanc emptionem *Domini* reputarunt; inquantum etenim spectabat ad hanc neglectam circumspectionē respectu aquae, visum est eosdem Defensores laborare in aequivoco: Nam licet perspecta antiqua forsan denominatione, vel usu, Domus diceretur inservire ad uso *di Lavatojo*, attamen de hujus aquae reali praeexistentia de tempore acquisitionis, nedum minime docebatur ex eorum parte, unde fas esset arguere, quod eaedem Mansiones remanserint dislocatae ob superventam deficientiam ejusdem aquae, & ob non factam a Tutore perquisitionem ab initio, vel per successivam in illam recuperando oscitantiam; sed in rei veritate neque quid tale per umbram praeseferebat instrumentum ipsum Emptionis, in quo nulla mentio fiebat de aqua, ast solum legebatur = *unacum omnibus suis Juribus, membris, pertinentiis, & aquaeductibus* = Quantum vero differat aqua ab aquaeductu, nemo est, qui non videat, prout necessario differt res
9 contenta a suo continente; Aquaeductus namque contradistincte ab aquis ab *Imperatore Constantino* nuncupat. *formarum meatus*, seu, ut inibi vellet *Alciatus forinarum meatus*, ut patet ex *l. prima C. de Aquaeduct. lib.* 11. *juncta ibidem gloss. marginal.*

Quo vero ad utrumque caput praetensae Commissionis, & Omissionis ponderarunt *Domini*, quod ut etiam recognoverat Peritus, negocium potius utile gessisse videbatur Carolus Tutor, cum enim debitor praenominati Census, & insimul fructuum decursorum foret aere alieno plusquam pressus, vehemens imminebat periculum, ne si nullatenus recipiebat, quodammodo insolutum, etsi titulo emptionis hujusmodi Domus, totum Creditum deperderetur, & ob id etiam alii Creditores similes defalcationes, & remissiones extraverant illius favore; unde respectu ejusdem remissionis dici nequibat Carolus in ullo dolo, vel culpa cum ea per factionem soliti a ceteris Patribus familias penitus ar-
10 ceatur, sicuti animadvertit *Bartol.* ceterique Doctores *in l. A Tutoribus ff. de administr. tutel.*, *& l. Quidquid C. arbitr. Tutel. & in l. Si pignore §. ultim. ff. de pignorat. action. Guttier. pract. quaest. lib.* 3. *quest.* 29. *num.*

num. 22., *Gratian. discept. forens. cap.* 125. *n.*41., *Rot. dec.* 40. *num.* 20. *cor. Buratt.*

Et quoad ipsam Commissionem, nisi sortem principalem recuperasset, & in eamdem Domum implicasset, eo probabilius alii Creditores, & signanter Leandra Biliotti Creditrix anterior Creditum istud absorbuisset, & Censum revera effecisset irrepetibilem, seu irrecuperabilem in perpetuum: Quapropter ratione forsan hujusce considerabilioris negligentiæ in quærendo Pupilli utilitatem, evitando, ut dicitur, carybdim, in pejorem scyllam incidisset, quando tamen emendo palam, & accurate prævia æstimatione Periti, *si nec sordide neque gratiose*, uti monebat Julianus *in l. Tutor, qui repertorium §.Competet autem ff. de administrat. &*
11 *periculo Tutor.* Tutor contraxit, nemo dixerit, ex quo practice ex post non bonâ omnino conditionem elegit, quod in aliquo dolo, vel lata culpa versaretur ibi = *quid ergo si neque sordide, neque gratiose, sed non bonam conditionem elegerint, recte quis dixerit, solam latam negligentiam eos præstare in hac parte debere* = juncta *gloss. in l. Impuberibus §.Si non fraus vers. quia ista ff. de suspect. Tutor.*, *& Curator.*, *Staiban. resol.* 89. *num. pr. Thom. de Tutor. tit.* 18. *num.* 217. *vers. Et quando*, *& num.* 236.

Prosequendo autem eamdem primam classem Investimentorum, occurrebat quantitas ♈ 725. tradita multipliciter per contractum Cambii Equiti Cardano, nec non alterum Creditum ♈ 625., & perperam conversum in Investimentum a Gherardo, ast utrumque a contrario referendum esse damno Tutoris, & non Pupilli, ut prius quoque existimaverat A. C. facile *Domini* judicarunt, quatenus etenim attinebat ad præfatū Cambium, seu Cambia, Cardanus adeo minus habens inventus est, ut secundum quoque relationem moderniori Causidici Periti, nec obulum unquam persolverit, vel circa sortem, vel circa fructus, & finaliter fato cesserit obæratus, & undique decoctus: Unde quidquid abstractive dici mereretur ex sola circumstantia initi contractus Cambii, quando lex Testamentaria Patris ipsius Pupilli pecunias Pupillares reinvestiri præcipiebat in stabilibus effectivis, vel illorum appellatione solitis comprehendi, scilicet in Censibus, locisque Montium, & quando
12 etiam de Jure loco periculosæ negotiationis, seu contractus, id ipsum sancitur *in textu in auth. novissime C. de administrat. Tutor Palm. Nep. alleg.* 31. *num.* 37., *Card. de Luc. de Tutor. disc.* 6. *num.* 30. *Sperell. decis.* 90. *num. pr.*, Eoque maxime non accepta
13 saltem cautione, vel sibi dato Fidejussore, juxta bene considerata per *Rotam dec.* 370. *n.* 20. *par.*15. *& dec.* 105. *n.*19. *par.*16. *rec.*

Utique inevitabilia assurgebant argumenta culpæ plusquam latæ, tum quia nomen istud debitoris Tutor creaverat absque ulla indagatione illius idoneitatis, quam prorsus inquirere debebat a principio, vel saltem hodie justificare cum probatione retrotrahibili
14 ad ipsum tempus contractus, ut in proposito primæ conclusionis inquit *Hermosil. ad l. partit. gloss.* 4. *l.* 10. *tit. pr. nu.* 233. *vers. In nominibus*, *Gratian. discept.* 125. *nu.* 43., *& seqq. Carpzov. de Jurisprudentia par.* 2. *constit.* 11. *definit.* 26. *per tot. Rot. dec.* 125. *num.* 2. *par.* 18. *rec. cum aliis in meo tract. de commerc. & mercatur. disc.* 62. *num.* 33., & secundæ prosequitur *Gratian. dict. discept.* 125. *num.* 33. *& seqq.*, *Rot. dec.* 155. *n.* 2. *&* 3. *coram Emerix Jun. dec.* 370. *num.* 8. *par.* 15., *& dec.* 105. *num.* 22., *&* 23. *par.* 16., *dec.* 259. *num.* 6. *par.* 17., *& dec.* 125. *num.* 2. *par.* 18. *recent.*

Tum, & evidentius quia præfata Cambia sub diversis iniverat temporibus, quin creando secundum Cambium, *ex. gr.* quidquam de sorte, vel fructibus retraxisset a primo, & sic deinceps, unde nullo pacto poterat se se excusare a non curata minus idonea securitate tam sæpe manifestata per tot vices, & exempla, & quando respectu exactionis saltem ipsorum fructuum, certissimi Juris est, quod non solum sedulo illos tenebatur, uti Tutor exigere, sed cum ageretur de creditis, seu nominibus non jam in paterna hereditate relictis, sed ab ipsomet Tutore creatis non poterat in his terminis non incusari
15 negligentia undique culposa, sicuti generaliter non minus circa priorem assertionem habetur ex *Text. in l. Si Tutor.* 15. *ff. de administrat. Tutor.*, *Rota dec.* 612. *n.* 17. *cor. Dunoz. Jun.*, *& dec.* 105. *num.* 20. *par.* 16. *rec.*, *& in* specie secundæ distinguendo notant relati *per Gratian. dicta discept.* 125. *n.* 33. *& seqq.*, *Capon. discept. foren.* 35. *num.* 52. *& seqq.*, *Rot. dec.* 370. *num.* 22., *&* 23. *par.* 15. *et dicta dec.* 105. *nu.* 20. *et* 21. *par.* 16. *recent.*

Quatenus pariter attinebat ad Creditum cum Gherardo, ita se habebat historia: Pater quidem Pupilli tradiderat in primis eidem Gherardo ad titulum Cambii ♈ 125. sub anno 1673., & denuo alia ♈ 800. per contractum Census exaratum sub anno 1674., sed detecta fallacia fundi Censiti, ejusque fictione, illico posuit sub sequestro majorem partem earumdem Pecuniarum adhuc non amotas a Banco S. Spiritus in summa scilicet

cet

cet ♈ 625., posteaque judiciale desuper mandatum de consignando, præservante *Signatura Justitiæ* illius exsecutionem reportaverat, quando in hoc rerum Statu sub initio Tutor Judicialem utique prosequendo calorem, obtinuerat profecto ejusdē Decreti, seu Mandati exsequatur, sed brevi temporis interjectu ad perniciosam undique Concordiam deveniens cum eodem Gherardo toleravit illum exigere posse præfata ♈ 625., etsi jam sequestrationi, & consignationi parata, unice contentus, quod eademmet ♈ 625. junctim cum aliis ♈ 175. constantibus integrum debitum ♈ 800. ad cambium reciperentur a Gherardo sub simplici obligatione illa restituendi post triennium: Unde quod Tutor nequaquam excusari possit a culpa, & dolo, quando valuit
16 nedum prout hic Creditum, seu pecuniam in Ramo existentem recuperare, sed simpliciter Debitores convenire, & id facere neglexit, clare dicunt Scribentes *in l. Si Tutor 15., & in l. final. §. Item rescripserunt ff. de administrat. Tutor., & in l. Nomina C. arbitr. tutel., Beu. cons. 37. num. 3., & consil. 105. nu. 26. Maceraten. var. resol. cap. 54. num. 72. in fin. lib. 3., Postb. resol. 73. num. 45. Munoz. de ratiocin. cap. 19. num. 21. & seqq., bene Boez. de decim. præstan. Tutor. cap. 2. nu. 111. Calvin. de aquit. lib. 30. cap. 30. nu. 93., & 94. Avendol. ad Franch. dec. 1708. num. 6. Rot. dec. 612. num. 17. coram Dunoz. Jun.*

Eoque firmius inspecto, quod a parte ante jam Tutor habebat exemplar Patris Pupilli, qui a Gherardo deceptus loco reincidendi in eumdem errorem amplius cum eo contrahendi, elegerat viam Judicialis recuperationis, a parte vero post manifestavit observantia, quod idem Tutor nec obulum potuit exigere, vel exegit a Gherardo, ideoque quis eximere tentabit eum a culpa, dum Tutor, & similes Administratores quantum fieri potest discedere non debent a praxi ad-
17 hibita præcedenter a pristino Domino, & Patre familias, uti testatur *gloss. in l. Non omnium C. de administr. Tutor. Arias de Mesa var. resolut. lib. pr. cap. 45. num. 5., Rota dec. 379. num. 3. par. 15. rec., & in Romana Multiplicorum 3. Aprilis 1699. §. Majorem summam coram R̄mo P. D. meo Molines Decano*; Et quando, ut diximus, deficientia solutionis etiam fructuum declaravit illam insufficientiam, sive deficientiam ido-
18 neitatis, quæ intus latebat, & inquirere arctabatur per ea, quæ in simili punctualiter habentur firmata *per Rot. dec. 370. num. 8. par. 15. rec.*

Primæ huic classi Investimentorum addebatur a defensoribus Pupilli etiam alterum super emptione alterius Domus positæ ad arcum, ut ajunt *Peregrini*, totaque illorum conquæstio residebat in eo, quod Tutor dupliciter muneri suo defecerat, priori nempe loco in solvendo pro appretio ♈ 700., quando eadem Domus solita erat dumtaxat locari pro annua mercede ♈ 28., & sic ad rationem Scut. 4. pro centenario, & tamen ipsamet loca Montium, quæ coemuntur directe, vel oblique semper tamen ab ipso Principe
19 Supremo, ideoque tutissima, ut est notorium, & tradit *Card. de Luca de loc. monet. lib. 2. & de regal. disc. 26. n. 2.*, & alibi passim, tunc temporis ascendebāt pariformiter ad annua Scuta 4. pro centenario absque ulla defalcatione moraliter semper necessaria ex capite dislocationum, refectionum, & expensarum, quæ in facto causarunt, ut toto tempore tutelæ inspecto ex una parte Domus reddiderit Scuta solum 70. Expensæ vero conscenderint ad Scuta 40. Secundario vero, quia quantitas hæc Scut. 700. fuit numerata Venditori omnino libera, & absque providentia alicujus vinculi pro securitate evictionis, & de facto potius imminens patebat, quam latebat evictio in limine contractus, dum incontinenti post annum pro tribus ex septem partibus ea subsecuta fuit, ut
20 punctualiter in hoc proposito firmaverat *Rota dicta dec. 370. num. 8. cum seqq. par. 15. recen.*, & generaliter tradiderunt *Castren. cons. 302. num. 5. vers. super quarto lib. pr. Port. cons. 147. num. 59. Rot. dec. 370. num. 19. par. 15. dec. 105. num. 13. & seqq. par. 16., & dec. 377. num. 4. par. 17. rec.*

Ex opposito autem tot afferebantur replicationes, ut hujusmodi prætensionem suffocare viderentur; & signanter, quod Domus comparari non solent, nisi ad eamdem rationem annui fructus Scut. 4. pro Centenario, quodque etiam loca Montium, quæ in publico commercio coemuntur, non pluris, quam pro Scut. 100. pro quolibet loco, suas pati solent vicissitudines per assuetas extractiones, & reductiones, de quibus plene agit
21 *Card. de Luc. dicto tract., seu titul. de loc. Mont. cap. 4. per tot.*; quodque cum minime doceatur Emptorem fuisse non solvendo, vel reparandæ evictionis, insperate contingentis incapacem, absonum erat ab eo vinculum aliquod expetere, cum regulariter idcirco venduntur Stabilia, ut cum libera pecunia, Venditor suis occurrere valeat indigentiis, & de cetero oportuisset in omnem casum pecuniam vinculando pretium peraugere emptionis, commensurando scilicet valo-

valorem, & importantiam ejusdem Vinculi, ad ea, quæ observant *Card. de Luc. de empt.*
22 *& vendit. disc. 24. num. 4. & 5. Rot. decis. 273. num. 12. & 29. par. 16., decis. 598. num. 15. par. 18. rec.* Addebatur quod nec hodie detegebatur ista incapacitas præstandi evictionem in Venditore, quinimo si quis fortasse deterior status irrepsit in Venditorem, aptius imp. ..andum videbatur Pupillo, qui tamdiu distulit hanc conquæstionem adducere, nisi novissime apud ultimum Peritum, nec hodie etiam curat Jura sua experiri in ullo Judicio evictionis, quin etiam approbasse potius interim videbatur eamdem emptionem, & Tutorem suum, insimulque Avum tacite, ac sufficienter absolvisse, dum Pensiones ex post ejusdem Domus citra ullam protestationem, seu reclamationẽ exegerat, utens enim aliquo contractu non
23 potest illum successive amplius improbare vulgaris Juribus, de quibus *Felin. in cap. Cum numerabilis num. 22. de except. Salicet. in l. Comparationes num. 13. Cod. de fid. Instrumen., Rota decis. 974. num. 16. cor. Dunozett. Junior., dec. 108. num. 3., & decis. 158. num. 12. par. pr., dec. 186. nu. 8. par. 9., dec. 89. num. 4. par. 17., & decis. 84. num. 20. par. 18. rec.*

Hujusmodi pondus, & amaritudo pugnantium rationum, quæ hinc inde promovebantur, effecit, quod *Domini* in hodierna Audientia super hac partita non bene convenirent, ideoque mihi injunxere, ut istud punctum denuo proponerem examinandum, sicque servando methodum superius insinuatam, & descendendo ad debita inexacta aures iidem *Domini* minime præbuere ad partitam Scutorum 264. conflatam a non expleta omnimode exactione pensionum Domorum; quoniam quotidiana præbebat experientia, quod Inquilini differant satisfacere hasce pensiones, tractuque temporis effective non solvant ipsismet Dominis propria negocia gerentibus, & tamen prudens necessitas adest subeundi hanc dilationem, & periculum, ne Domus propter fastidiosam rigidæ exactionis angustiam remaneat absque Conductore cum majori ejusdem Domini præjudicio, unde multo magis excusatio hæc congruebat Tutoribus laboriosum hoc officium supportantibus absque merce-
24 de, ut alibi, & præsertim practicatur in Hispania *ex l. 2. tit. 7. lib. 3. fori Parlador. lesquitentur. quotidianas differentias different. 30. §. 1. num. 2. Barz. de decim. præstan. Tutor. cap. 9. cum seqq. Mastrill. de Magistrat. lib. 4. cap. 13. n. 193. Narbon. de atat. quæst.*
25 *22. num. 23.*, & Mediolani Teste *Calvin. de æquit. lib. 3. cap. 266. per tot.*, & signanter *num. 12. vers. Et ita observari, & n. 15. & 22.* nisi enim positiva culpa justificetur de per se, & ex subjecta materia non supponibilis non esse Tutorem, aliumve honestum
26 Administratorem condemnandum specifice censuit *Rota decis. 240. num. 1. cor. Merlin. decis. 260. num. 5. par. 16. rec. in Romana Multiplicorum 25. Junii 1700. §. Imperturbabilis namque, coram Rmo D. meo Molines Decano*, & ducto exemplo Villici Euangelii, de quo *Matthæi cap. 18.* late *Valenzuel. cons. 189. num. 20. & seqq.*

Ejusdem frigiditatis visa est prætensio ceterarum inexactionum, quatenus enim spectabat ad Scut. 200., quæ solvenda erant pro fructibus a depositariis locorum Montium impervia erat reclamatio; cum enim hujusmodi Depositarii constituantur a Principe Supremo, seu ejus Camera, nec valeant Creditores eorumdem locorum Montium, eos ad eorum libitum removere, si ii decoxere, vel alio modo defecerunt, quæ culpa imputanda Rectori, eum sollicitudo ad omne pejus per eum adhibenda staret in invigilando super Exactore, sed & Exactores quandoque nequeunt punctualiter, ut notorium est, hujusmodi bimestrales solutiones reportare, & rarus est Creditor locorum Montium, qui passim has non lugeat jacturas, quas sæpe patitur idemmet Supremus Princeps in summis pergrandibus, ut pariter ferebat practica experientia, & per consequens Tutor non poterat arctari ad illud plus, quod ceteri Patres familias facere,
27 vel non solent, vel non possunt ex connotatis ad rem per *Ruin. cons. 193. num. 8. lib. 5. Bec. cons. 37. sub nu. 20. Surd. cons. 228. sub num. 16. Rota Januen. dec. 76. num. 8. & 9. Rot. dec. 189. sub num. 10. cor. Royas dec. 1313. num. 8. coram Emerix Jun., & dec. 111. num. 6. par. 17. rec.*

Quo vero ad alteram partitam Scut. 112., nec non alteram Scut. 136. placuit replicatio, quod prima promanans a pensione Domus locatæ R. P. D. Arcosto, relaxata apparebat in retributionem cujusdam Personæ insinuatis modum recuperandi Creditum in majori summa præexistens adversus hujusmodi Prælatum, cujus patrimonium exstabat sub concursu Creditorum, & tamen nil magis frequens est, quam quod fiant istæ retributio-
28 nes regulariter pro quarta parte, & quandoque pluris, quemadmodum habetur ex *Rocc. de mandat. seu complement. notabil. 57. nu. 122. Zacch. de Salar. quæst. 65. in princ. & in meo tract. de commerc. & mercat. disc. 80. num. 32.* cum ceteris relatis concordantibus

tibus

tibus in *Romana Pecuniaria* 3. *Martii* 1708. §. *Eoque facilius coram me*.

Secunda autem conflabatur a nonnullis remissionibus factis in pluribus vicibus erga Personas Inservientes Pupillo repertasque benemeritas, & fideles in administratione, durumque propterea esset incusare Avum Virumque Nobilem de quadam prodigalitate, & culpa in summa tam tenui, & erogata in implicitam utilitatem ejusdem Pupilli pro alliciendo inservientes actiori præ-
29 stolantia juxta illud arbitrium, quod capessendum est in hac materia ex tradit. per *Gait. de Credit. cap.* 2. *tit.* 4. *num.* 819. *Rot. dec.* 89. *sub num.* 2. *ibiq; adden. sub num.* 9. *cor. Pamphil. dec.* 177. *num.* 2. *par.* 7. *decis.* 117. *num.* 3. *par.* 13. *dec.* 221. *num.* 7. *par.* 16. *& dec.* 765. *num.* 3. *par.* 18. *rec.* cum aliis *in meo tract. de Commerc. & Mercatur. disc.* 64. *num.* 7. *& in Rom. Pecun.* 6. *Junii* 1701. §. *Non obstante coram bon. me. Muto*, & præter hos alii in individo relati in *Romana Mulplicorum* 3. *Aprilis* 1699. §. *Ob eamdemque rationem coram Rmo P. D. meo Molines Decano*.

Perperamque in idem referebatur imprudens, & mala extinctio Cambii Scut. 3000. per antea contracti a Jo: Petro Lancia, & Jo: Jacobo Mazziotto quasi in tribus Capitibus Pupillo præjudicialis, altero scilicet quod prima vice Tutor receperit Scut. 1000. in extinctionem sortis, quando tunc Creditor
30 erat Pupillus ex causa fructuum in Sc. 235: 78. quæ prius erant solvenda ad *Text. in l. in iis vero* 5. §. *Imperator. ff. de solution.* & altero subalternante, quod sic recipiendo solutionem, & extinguendo sortem privaverit Pupillum illo consecutivo fructu hujusce Partis Capitalis extincti. Et tertio demum, quod deficiente Tutore in describendo totam formam adhibitam in extinctione hujus Cambii minime in libro Tutelari annotaverit recepisse loca 19. Montis Bentivoli, quapropter coactus fuerit ex post Pupillus exbursare cuidam tertiæ Personæ pro sibi tradita eorumdem locorum Montiũ notitia Scut. 200. ac propterea de omnibus
31 hisce damnis veluti ex negligentia Tutoris resultantibus Pupillum esse restaurandum *per Text. in l. Tutor. C. de Negot. gest.* asseruerunt *gloss. in l.* 3. *Verb. considerate ff. de suspect. Tutor. Bartol. in l. quod Nerva num.* 33. *num.* 10. *quæst. ff. deposit. Ruin. cons.* 89. *num.* 7. *lib.* 5. *Port. cons.* 37. *num.* 11. *lib.* 1. *Arias de Mesa var. resolut. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 26. *Rot. dec.* 386. *num.* 12. *cor. Celso, & dec.* 377. *num.* 40. *par.* 17. *rec.*

In primis quippe retorqueri merebatur animadversio, quod si juxta novissimum Caput coactus fuit Pupillus erogare Scut. 200. pro recognitione denunciantis, immerito criminabatur Tutorem de supradicta retributione data in recuperatione Crediti a Patrimonio R. P. D. Areosti, sed cessabat omnis ambiguitas, & ad destructionem hujus nimis in longum protractæ, & amplificatæ per defensores objectationis sat erat respondere, quod ipsa forma extinctionis hujus Cambii praticata in tribus Vicibus ostendebat, quam dura extiterit Provincia hoc Creditum recuperandi, modo recipiendo hæc, & illa Credita in excomputum, modo loca Montium, modo quamdam Domum positam in Via Baccina pro Scut. 700., etsi in majori quantitate æstimatam a Perito, ut ita recuperaretur saltem quidquid poterat a malo
32 debitore, a quo prudenter recipiuntur quãdoque ut Vulgo dicitur *Teste di chiodi*, frustratoria etenim, ut fert adagium, *& inanis est actio, quam inopia debitoris excludit*, ut dicunt quoque Doctores *in l. Nam is* 6. *ff. de dol. Mal. ibique gloss. verb. Non est & in l. Titius ff. de Procurat., Marchesan. de Commiss. par.* 3. §. 1. *num.* 49. *pag.* 315. *Bellett. disquisit. Clerical. quæst.* 1. *tit. de Cleric. debitor.* §. 1. *num.* 3. *Rota dec.* 445. *n.* 9. *cor. Emerix. Jun.*, & in individuo late expendit *Valenzuel. cons.* 176. *a num.* 74. *ad seqq.*

Neque de hujusmodi inopia, & difficultate plus exigendi poterat dubitari, dum ipsemet Pupillus major annorum 14. unacum Tutore coactus fuit concedere dilationem heredibus debitorum pro miserabili quantitate Scut. 154. ad rationem annuorum Scut. 25. melior namque probatio Paupertatis inopiæ debitoris, & respective difficultatis
33 in exigendo desiderari nequit, quam factũ Auditorii, quod longe potentius est verbis, & discursibus *Cap. dilecti filii ubi Gloss. verb. facto de appellat. Rot. dec.* 621. *n.* 9. *& decis.* 631. *num.* 6. *par.* 18. *Recent.*

Minime refragante, quod Pupillus major 14. annorum, etsi præstiterit præsentiam, ut o-
34 portebat ex plene coñotatis *in illa Bononien. fideicom. super transactione* 28. *currentis ex* §. *Et quamvis eum seqq. edita cor. me* pendente adhuc extensione hujus Decisionis, signanter ultimo contractui, in quo tota præcedens historia præteritarum solutionum, & extinctionum narrabatur, adhuc supponi non posset omnino capax intelligendi, & præsentandi præmissa, quia non solum Jura nostra opinantur contrarium, ut infra, nihilominus nonne prædicto ultimo Instrumento interfuit Judex ceteræque adhibitæ extiterunt solemnitates sedulo a statuto requisi-

quisitæ in quibus terminis quidquid non egit, & forte considerare non valuit Pupil-
35 lus, supplevit Judex, pro cujus Decreto stat omnis præsumptio veritatis *Imol. consil. 98. num. 9. Dec. cons. 403. num. 14. Cyriac. controv. 38, n. 2. & seqq., Ciarlin. controv. forens. lib. 2. cap. 217. a num. 18. ad seqq., Jov. de contract. minor. gloss. 20. §. 4. sub n. 25. & 29. Baron. de effect minor. atat. Circ. contract. effect. 3. num. 81. & seqq. Rot. dec. 216. num. 1. & seqq. par. 4. divers. & dec. 239. num. 3. par. 19. rec., & in Rom. Redditionis Rationis 3. Junii* 1707. §. *Præmissis accedit cum seqq. cor. R. P. D. meo Kaunitz.*

Verum contrarium, ut diximus a providentia Juris supponitur, quoties enim Impubes egressus infantiam, & multo magis pubes debet esse præsens contractui ipsius nomine celebrando per Tutorem juxta varias, sed in ætate 14. *annorum* concordes Sententias, uti dissertum apparet in prædicta *Bononien. Fideicomm. super transactione* 28. *Junii currentis* §. *Censentibus tamen coram me*. Non alia id ratione contingit, quam quod ipsum Jus præsumit convenientem capacitatem,
36 quæ cum non adsit in Infante, vel proximo Infantiæ, ideo illius præsentia non exigitur, ut unanimiter admittunt *Ciriac. lib. 1. observat, cap. 24. Anton. Faber. lib. 8. Conjectur. cap. 6. num. 5. Scacc. de Judic. lib. 2. cap. 2. num. 544. Jov. de solemnit. Contract. minor. gloss. 15. §. 9. a num. 14. ad seqq.*

Atque ob id necesse non erat, quod saltem ulterius idem Tutor teneretur inscribere in libris Tutelaribus recept. 19. locor. Mont. Bentivoli, quo casu conscius facile factus Pupillus expensam evitasset primum Scut. 200., quæ exbursavit denuncianti, nam quidquid sit an omissio hujus descriptionis imputanda esset negligentiæ ratiocinatoris,
37 vel potius Tutoris, frustraneũ erat apponere in libris, quod per publica patebat Instrumenta eodem modo, quo dicimus Testes
38 non requiri nec recipi ullo modo ad aliquid probandum quoties rei veritas sciri potest per Instrumenta, & scripturam *Rot. dec. 253. num. 2. cor. Ludovis. dec. 775. nu. 10. cor. Dunoz Jun. dec. 65. num. 22. coram Zarat. dec. 31. nu. 7. cor. S. Mc. Alex. VIII. dec. 606. num. 4. par. 5. dec. 243. num. 2. & dec. 252. num. 1. par. 7. & dec. 293. nu. 3. par. 14. rec.*

Quinimmo etiam de per se illa ignorantia facti non erat de plano admissibilis in Pupillo, qui contractui intercessit. Et hoc quippe fundamento passim dicimus, quod etsi ratificatio facta per minorem effectum majorem, ut sit valida, & obligatoria requirat scientiam nullitatis facti, & Juris, attamen si minor
39 adsit contractui satis justificata censetur scientia facti ex collectis *per Castrens. in l. final. n. 2. ff. ad Senat. Consult. Macedon. Surd. cons. 49. num. 32. & seqq. vol. 1. Merlin. Pignatell. contr. for. cap. 7. num. 13. in fin. Conciol. allegat. Jur. 6. sub nu. 21. Rot. dec. 206. sub num. 15. coram Ludovis. dec. 478. num. 15. par. 4. & dec. 306. num. 54. & 55. par. 7. cum aliis in dec. 37. n. 9. in l. impress. ad ornat. Card. de Luc. tit. de Donat.*

Frustraque non minus nominibus Debitorum inexactis adscribebatur partita cujusdam census, quem in sorte Scut. 500. Tutor cesserat D. Card. Sacripanti pro solis Sc. 300. quodque plus est una cum fructibus in summa Scut. 180. quasi quod non posset Tutor tam inconsulte elargiri integrantia Sc. 200., illorumque fructus sine tali remanente ossibus infixa obligatione, quæ cogeret Tutorem ad reintegrandum Pupillum non solum de sorte, & fructibus cessis, sed etiam de fructibus successivis, quos retrahere po-
40 tuisset Pupillus, si census petitus cessus non extitisset ad tradita per *Bartol. in l. 2. ff. de negoc. gest., Honded. consf. 82. nu. 20. lib. 2. Menoch. consf. 863. num. 12. Escobar. de Ratiocin. cap. 19. num. 21. Rot. dec. 188. num. 9. cor. Cels., & dec. 565. num. 3. par. 4. tom. 3. rec.*

Sustinere quippe aliquo modo potuisset objectio, quoties eadem cessio privato Jure, seu capite, & absque causa inita fuisset, sed causa deveniendi ad istam Cessionem vertere faciebat negocium in laudem optimi Administratoris, omisso siquidem, quod jam Joannes Debitor ejusdem census, vivente adhuc Patre Pupilli, lubebat fortuna, utique cum bona sua distraxisset ad commodum prædicti D. Cardinalis ementis cum pacto reinvestiendi eadem Scut. 500. pro quacumque evictione tuenda, hinc, ut assequi posset sine acerrimo periculo, ac conflictu Creditorum, ac penitus libere istam pecuniam, bonum opus operatus est Tutor libere consequendo per hanc cessionis industriam Scut. duntaxat 300. Eoque magis, quia id minime peregit clam, sed mediante publico Instrumento, pro cujusce celebratione consilium Equitis Canobii arcto sanguine cum Pupillo conjuncti, & de cetero notoriæ solertiæ adhibuit, præcessitque intimatio R. P. D. a S. Petro ejusdem Pupilli Patrui, cum præsentia pariter Pupilli, & Judicis auctoritate, ceterisque solemnibus statutariis adimpletis, prout decebat D. Cardinalem jam eximia doctrina præcellentem pro suo Interesse, ac securitate; quis igi-

igitur vereri poterit de causa vere subsistenti, ac utili Pupillo sub oculis, & Interventu tot Personarum, ac circumstantiarum, dum pro veritate ejusdē causæ præsumenda
41 sola Judicis auctoritas exuberaret ex ponderatis *per Bero. conf. 49. n. 27. lib. 1. Ciriac. contr. 182. a num. 9. ad seqq. Gratian. discept. forens. cap. 959. n. 23. Rot. dec. 479. num. 2. & seqq. cor. Cavaler. dec. 345. num. 9. par. 4. rec., dec. 368. num. 8. cor. Peutinger in Romana pratensa nullitatis contractus 29. Martii 1692. §. Irrelevans cum seq. cor. bo. mem. Muto & in Rom. census 5. Decembris 1695. §. Etenim præterquam cor. R. P. D. meo Scotto.*

Expediti ab hisce geminis Inspectionibus, seu Classibus *Domini* ad tertiam expensarum procedentes, septem objurgari partitas expensarum per Defensores Pupilli agnoverunt, sed quatuor erant tam debiles, & minimæ Scut. 3. nempe insolutorum Fabto lignario pro laboreriis extraordinariis Sc. 9. pro Magistro Domus, necnon Scut. 49. per Tutorem bonificata Exactori ratione monetarum, quas in pondere deficientes bona fide exegerat ante Bannum, seu Principis prohibitionem, cum similibus, ut revera de iisdem minimis Prætor curare non deberet, sed cum fulcirentur quoque suis recepturis, & forent omnino probabiles & plusquam verisimiles, Judicis religio non poterat eas non bonificare tanto Tutori, ut in similibus,
42 immo fortioribus quoque casibus quotidie practicavit *Rot.* signanter *dec. 238. num. 4. cor. Pamphil. dec. 177. num. 2. par. 7. decis. 221. num. 6. 7. et 13. par. 16. dec. 11. num. 19. par. 18. et dec. 677. nu. 11. par. 19. rec. in Romana Æconomiæ, seu Redditionis Rationis 22. Januarii 1700. §. Nec relevat coram Rmo dell' Olmo Episcopo Conchen in Romana Pecuniaria 6. Junii 1702. §. Nulla hodie cor. bon. mem. Muto, et in Romana Pecuniaria 2. Junii 1706. §. Minime ad hunc effectum cor. Me, et tradit Rub. de Confus., et distinct. Jur. defunct. et hered. cap. 29. §. 4. num. 91.* Tetigimus tāto Tutori, qnia pro ejus celebri pietate, charitate, & vigilantia amor publicus celse sculpsit in Silice in Ævum duraturum Elogium sub hisce carminibus.

Siccus adest Puteus, dulces, qui verterat undas.
Vos Pueri, Viduæ, Claustra timete sitim.

Unde si quid scrupulosæ Redditionis Rationis, ut ita dicamus superstitioni deesset, notoria probitas, & publica commendatio, & universa fere Urbis loca Pia per eum administrata non poterant, nisi bonum, & abunde suppletivum Testimonium perhibere;
43 prout retenta, & præ oculis habita hac consideratione in proposito ad ipsum sæpe sæpius dixit, *Sacrum Auditorium*, & præ ceteris *in dec. 238. num. 4. coram Pamphil., et in Romana fideic. Mutii de Bubalo super arte agraria 12. Maji 1702. §. Tertio consecutive promanabat coram Me*, ubi late concordan.

Ceterum ne sub hac generali propositione reliqua magis specialia viderentur involui, *Domini* assumpserunt quoque examinandum, ac bonificandum in ordine, *la quinta* insigniorem partitam Scut. 3382. pro reaptationibus Domorum per totum tempus administratæ Tutelæ, vanus quippe rumor erat asserere, quod tantæ expensæ deregerentur inverisimiles, ex quo hujusmodi reaptationes, habita proportione ad mercedē, seu pensionem ex iisdem Domibus obtineri solitam, raxari consueverint per *Sac. Rotam in Sc. quinq.* pro centenario, ideoque transcendere nequirent Scut. 603. ad *Rot. decis. 87. num. 21. par. 17. et dec. 584. nu. 4. par. 19. rec.*

Peritus namque in ejus hodierna relatione testificabatur recognovisse artificum computa, qui easdem expleverant reaptationes prout quoque recognovisse testabatur partitam Scut. 150. solutorum Procuratori Rev. Fabricæ pro quadam necessaria, & favorabili compositione reportata, uti liquebat in ejusdem Periti relatione, ut ibi = *Spese controverse; la seconda partita*. Visum itaque fuit, quod non esset immorandum super verisimilitudinibus, & discursibus in hoc proposito, quando constabat de
44 reali veritate, cui semper cedit omnis præsumptio *per Text. in l. cum de indebito ff. de probationibus, l. in Rebus 30. sub princip. vers. non enim C. de Jur. Dot. Menoch. cons. 86. num. 106., Gratian. discept. forens. cap. 909. num. 23., Rot. dec. 675. nu 9. par 19. rec.*, & possunt talia chasmata contingere, quæ ad effectum solius reparationis hujusmodi Urbanorum Prædiorum possint absor-
45 bere totam prædictam summam, & respective universas pensiones, ne fundus deperear, ut fert experientia cunctarum rerum magistra, *cap. quam sit de elect. 126. §. Quæ omnia instit. de Fidejussor. et §. penultim. instit. de satisdat. Tutor.*

Hæc omiserunt pariter inquirere *de prima* partita respiciente vestes attributas Pupillo, illiusque Sorori, eaque consistente in Scut. 2404. licet enim opponeretur, & quod deficerent opportunæ illarum justificationes pro rata Scut. 517., quodque Jo: Antonius a S. Petro Senior, & Institutor Primogenituræ

turæ assignasse diceretur pro educatione, & alimentis proprii Filii, & Patris respective hodierni D. Jo: Antonii annua Scut. 200.,
47 quorum alimentorum appellatione utique comprehendebantur, & vestes ultra Cibariam alimoniam *ex l. legatis ff. de alim., et cibar. legat. Cod. legatum ff. de alimen. legat. Borell. consf. 71. num. 15. et seqq. Henriquez. consf. 8. num. 1. Christin. de consuetud. Merlin. tit. 16. art. 49. nu. 5. Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 3. num. 29. Rot. dec. 148. num. 57. cor. Duran.*, & proinde nimis excedentia forent annua circiter Scut. 150. pro solis vestibus utriusque Pupilli, nullibi tamen justo Dominorum arbitrio apparuerunt prædicta annua Scut. 150. supra congruitatem, quidquid enim stabilivisset antiquior Creditor Primogenituræ, de uno tempore ad aliud non valebat illatio, præsertim excreto luxu in Sæculo moderniori, & auctis e converso facultatibus Patrimonii Pupillaris, quando videmus, quod etiam præfigente patre quantitatem tribuendam Filiæ propriæ pro Dote, velintque Jura servari in hoc
48 proposito Judicium paternum, ad plene cōgesta per *Mascard. de probation. concl. 571. per tot.* adhuc tamen si circumstantiarum ratio, & temporum vicissitudo, & qualitas Matrimonii diversimode svadeat, nihil ope-
49 ratur Patris judicium, sed per Judicem suppletur. *Aldobrand. consf. 143. nu. 20. et 21. lib. 2. Fusar. de substitut. quæst. 53. nu. 117. Fontanell. de pact. nuptial. clauful. 5. gl. 1. num. 83. Fenzon. ad Statut. Urb. lib. 1. cap. 141. num. 45. Card. de Luc. de Dot. disc. 39. num. 11. disc. 53. num. 6. et disc. 144. num. 34. 43. et seqq., Rot. dec. 110. num. 4. cum seqq. post Merlin. de legitima.*

Et quoad deficientiam justificationum, seu receputarum in Scut. 517. mirati sunt Domini de hac subtilitate, nemo quippe non scit, quod in similibus, & per tantum tempus continuatis parvulis expensis, quæ fieri solent minutatim, absonum foret exigere receputas, ut dicitur *per le Fetuccie, e per le Spille*, & ideo si nullatenus exhibeantur, eas
50 tamquam non solitas, & non sine verecundia practicabiles minime requisivit *Rot. in dec. 475. num. 1. et seqq. et ibi adden. coram Ludovis. dec. 437. num. 1. par. 4. rec. in Romana Redditionis Rationis 6. Junii 1695. §. Nam quoad receputas cor. R. P. D. meo Priolo Toletana exsequutionis, seu administrationis Testamenti 25. Februarii 1700. §. Inter Partitas, et §. Admissa itidem coram bo. me. Pio, et in Romana Pecuniaria 6. Junii 1701. §. Non obstante cum seqq., et §. Bonificanda pariter cor. bon. mem. Muto.*

Septima partita efformabatur a quadam solutione Scut. 70., quam fecerat Tutor Archiconfraternitati D. Hieronymi nuncupat. *della Carità*. Inculpabatur enim Tutor de mala solutione ex eo, quod Jo: Antonius Senior nullam summam determinatam ipsi Archiconfraternitati reliquisset, sed tantummodo ad illieiendos Confratres pro ineunda accuratiori administratione præcepisset, quod *Scutum unum* pro centenario detraheret eadem Archiconfraternitas a faciendis Investimentis, ac propterea cum præfata Archiconfraternitas nullam subierit administrationem, perperam exbursata fuisset hæc quantitas correspectiva ad laborem, & diligentiam administrationis, sed in hoc maxime etiam nituit Tutor, non solum quia longe plus ipse sine lucro respectu totius assis in substantia impinguavit Patrimonium Pupilli, videlicet in Scut. 24796: 65., verum etiam quia procedendo de toto rigore solvit Archiconfraternitati tamquam verissimæ Creditrici, præcisive enim a non possibili collusione cum loco tam pio, & eximio, si augmentum Bonorum Primogenituræ attingebat Scut. circiter 7000. poterat Archieonfraternitas rite prætendere hujusmodi Scut. 70. per eam quippe non stetit, quo minus administraret, etsi cum maximo
51 præjudicio pupillaris substantiæ ob divisionem tot administrationum, ut in fortioribus monuerunt Bartol. ceterique Doctores *in l. Testamento 31. ff. de condiction. et demonstrat. et in l. 1. C. de Institut. et Substitut., Mantic. de conjectur. ultim. voluntat. lib. 11. tit. 6. nu. 14. Menoch. de præsump. lib. 5. præsumpt. 183. n. 17. et seqq. Camarel. de legat. lib. 8. quæst. 23. tit. de condit. potestat. &c. nu. 1. et seqq.* & in Consimilibus absolvendo Tutorem ponderavit *Rot. in Bonon. Redditionis Rationis 10. Martii 1690. §. Demum male cum plurib. seqq. cor. bo. mem. Rondinino inter impress. ad Consil. Roman. tom. 4. dec. 35. num. 10. et seqq.*

Omisimus discurrere de illa partita Scut. 135. 19., quæ persolverat Tutor pro debito D. Abbatis Baptistini. Quamvis etenim idem D. Abbas in libris fundacalibus legeretur annotatus pro Debitore, arrisit tamen nimis probabilitas, quod eadem partita descenderet a servitio, & usu Matris ejusdem Pupilli, cum D. Abbas tunc temporis omnia fere moderaretur in Domo a S. Petro, veluti Auditor Prælati Patrui ipsius Pupilli, & de reliquo Peritus in ordine ad hujusmodi partitam referebat = *L' impulso maggiore, eh' ebbe il Sig. Commendatore di pagare il detto debito del Sig. N., fu, che il medesimo ritenes-*

se

se in mani alcune Scritture pregiudiziali ad una Famiglia, che per degni rispetti si tace, e che il detto Sig. Commendatore le avesse, ed abbrugiasse = Quapropter videbatur non minus querimonia hæc omittenda per Pupillum cum nimirum comendabiliter se gesserit Comendatarius Tutor non contendendo cum Abbate, an plene probaretur, nec ne servitium, & usus prædictarum Mercium, quoad Matrem Pupilli, ne impellente indignatione tractu temporis proderetur feralis forte memoria longè plus æstimabilis, quam summa prædicta Scut. 135. in præjudicium illius familiæ, quæ non exprimitur, honor
51 quippe non recipit æstimationem tam tenuem ad notata *per Bald. in cap. ex tenore in secunda calumn. de appellat. & in Can. pr. de honor. & vit. Cleric., Bartol. consil. 29. col. 11. vol. 1. Valenzuel. cons. 102. n. 34. Cassan. in Cathalog. glor. Mund. par. 1. consid. 2. per tot.*

Pro Coronide tandem restabat quarta Classis earum rerum, quæ restitutæ ad mentem Pupilli vere non fuerant per Tutorem juxta formam Inventarii Tutelaris, sed præterquam *Domini* legerunt in eodem Inventario appositas plures Res, quæ neque fuerant apponendæ propter modicam importantiam illarum, & vile servitium, multoque minus idcirco crediderant esse expetibiles in restitutione, adhuc seric perpendendo eædem res in binas species, seu computa dividebantur, altera concernens æstimationem eorumdem mobilium, quæ cum fuerit in Inventario appretiata pro Scut. 4501. Tutor apposuerat ad creditum Pupilli dumtaxat Scut. 2960. pro totidem ab eorum distractione receptis; & altera respiciens mobilia remansa, & non reddita punctualiter, sed unaquæque species ruebat; circa etenim hanc postremam Peritus in ultima relatione testabatur, quod eadem mobilia, nempe tabulæ pictæ, argenta, ceteraque secundum hodie factam recognitionem, & liquidationē exstiterant integre restituta, & verisimile ulterius erat, quod si aliqua res fortasse deesset, probabiliter in limine dimissæ tutelæ relicta fuerant in Palatio, vel Domo Pupilli, quam instructam, & non nudam deservisse credendum erat in tanto Tutore, & Avo, vel quod Soror Pupilli occasione sui egressus ex causa nuptiarum, secum, ut mulieres faciunt, eas asportasset, sicuti plerumque illarum avaritia in-
53 genita compellit, ex congestis in earumdem proposito penes *Cravet. cons. 461. num. 46. vol. 3. Gratian. discept. foren. cap. 669. num. 17. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 1090. num. 29. consl., aut sciet, aut ignor. dist. 91.*

num. 27. cent. 2. in cons. auctor. Magon. dec. florent. 18. num. 7. Palm. dec. Lucen. tom. 1. dec. 98. num. 22. Rot. dec. 516. num. 4. par. 5. rec., & in Romana Dotis 4. Aprilis 1701. §. Siquidem coram Me.*

Quo autem ad æstimationem Mobilium distractorum, & quis ignorat, quod æstimatio contenta in similibus Inventariis practicatur tantummodo ad annotandum talem, qualem, ac verisimilem valorem, quodque in hoc casu verificatur probata illa veritas, seu proverbium = *Allo Stimatore non duole il capo*; sed aliud est inquirere probabilem valorem, aliud est tanti vendere, præcipue quia verum pretium Mobilium ab affectione, & opinione Emptorum regulatur, & mobilia habent
54 suas ætates, & de anno in annum diminuuntur, & senescunt, ut recte animadvertit *Controv. discept. forens. tom. 1. Caus. 14. nu. 10. Rot. dec. 2103 num. 40. cor. Coccin. dec. 563. num. 21. par. 4. tom. 3.*

Nonnullæ aliæ finaliter addebantur partitæ, una seu prima erat Scut. 675., ex quo Tutor fassus fuerat illa exstitisse investita in rot geminis, quin appareret facta ulla restitutio Pupillo; secunda quod idem Tutor oppignorando nonnullas gemmas pecuniam exinde retractam retinuerit otiosam prout pariter in idem conspirabat tertia, quod otiosa itidem reliquisset Sc. 2200. in Sac. Monte Pietatis, atque ita respective ad primum ca-
55 put debitor remanserit Tutor circa sortem, seu substantiam ex *Grat. discept. 192. nu. 6. & seqq., Paschal. de Jur. Patri. potest. par. 3. cap. 9. num. 4. Surd. dec. 144. nu. 3. Rot. dec. 405. num. 1. cor. Celso, & dec. 557. nu. 2. cor. Burat. & dec. 87. nu. 9. cor. Manzaned.*, & in reliquis fructibus, qui ex eisdem
56 pecuniis non investitis percipi potuissent ex monito *Bartol. in l. Tutor qui repertorium §. Si post depositionem ff. de administr. & pericul. Tutor., Hermosill. ad l. partit. gloss. 4. l. 10. tit. 1. num. 226. Rot. dec. 267. num. 3. cor. Buratt. dec. 685. num. 5. coram Dunoz. Jun. & dec. 480. num. 2. par. 19. rec. & in Romana Reintegrationis 27. Aprilis 1693. §. Hanc autem cor. Emo D. meo Card. Caprara.* Idque usque non redditam plenariam rationē, ut prosequitur *Balthassar. Thomas tract. var. quæst. 2. tract. 10. de Tutor. num. 10.* & maxime inspecto præcepto Testatoris ta-
57 le investimentum demandantis, ut punctualiter *Rot. dec. 420. num. 8. & dec. 492. num. 6. coram Dunoz. Jun.*

Ast omnia hæc facile collabescere, & in facto, & in prudentia Juris *Domini* reputarunt. In facto siquidem, quia quoad priores gemmas coemptas ex capite forsan utilis Emptio-

ptionis prævĕtive stabilitæ ad usum nuptiarum sororis, vel matrimonii per Pupillum contrahĕdi, novissimus Peritus testificabatur eas fuisse restitutas, quodque idem Pupillus fassus erat illas recipisse, cŭque ab hujusmodi Peritia Pupillus non appellaverit eamdem amplius in controversiam ponere non valebat *Rot. dec. 309. n. 10. coram Cels. dec. 112. n. 4. & 8. coram Pamphil. dec. 658. num. 5. par. 19. rec. in Avenionen. Primogenitura 21. Junii 1700. §. Nec dicta cor. bo. me. Jacometto & in Romana pecuniaria super reservatis prima Februarii anni currentis 1709. §. final. coram R. P. D. meo Kaunitz.*

Circa vero Pupillares usuras quis revelaverat an Tutor retinuisset otiosam illam pecuniam, quæ a gemmarum oppignoratione proveniebat, vel potius juste usus non fuerit pro occurrentibus sæpesæpius, & extra ordinĕ indigentiis, vel pro impinguandis investimentis, præcipue postquam Tutor easdem gemmas unacum argentis restituendo citra reclamationem plenariam liberationem fuerat sortitus. Pecuniæ denique relictæ in Sac. Monte Pietatis relinquendæ erant, ne Pupillus prius tutelam, & postea curam egrediens subito cogeretur ad aliquam præjudicialem distractionem Capitalium, quemadmodum in promptu illius Juventus, & Nobilitas exigebat; quotiescumque enim aliqua probabilis causa, vel excusatio ab Judicis religione pensanda intercedere valeat, non tam facile intrant usuræ Pupillares, ut apposite notant *Curt. Jun. cons. 239. n. 28. lib. 3., Cornel. cons. 243. num. 29. vol. 3., Gratian. discept. for. cap. 240. num. 14. cum seqq. Cost. de scient. vel ignorant. dist. 24. n. 12. Centur. 1. Rot. dec. 768. num. 3. & dec. 805. nu. 6. cor. Penia & dec. 415. num. 10. & 11. coram Priol.*

Et ne quid in tanta rerum mole, & colluvie intactum, in quantŭ fieri posset, relinquerent, aderat illa partita Scut. 300., quæ ex culpa Tutoris exsolvisse conclamabat Pupillus, coactus hujusmodi quantitatem expendere pro translatione Locorum Montium, quæ perperam veluti debita soli Primogenito, describi Tutor permiserat in faciem etiam Sororis ipsius Pupilli, sed in hoc pugnantibus suffragiis, nulla, ŭt etiă diximus supra de Domo ad Arcum Peregrini, capi potuit resolutio; ideoque corollarie perstringendo totam hodiernam disceptationem obtinuit tătummodo Pupillus, condemnari Tutorem pro Scut. 725. implicatis ad Cambium cum Cardano, necnon pro aliis Scut. 625. a Gherardo recuperandis, sicuti in his omnibus pronunciaverat etiam A. C. adaucta levissima ulterius duplicata partita Scut. 6. In ceteris vero absolvendum esse Tutorem, sicque constare de sufficienti Redditione Rationis ut respective de Credito juxta modum. Utraque &c.

Perusina Cambii.

Ven. 21. Junii 1709.

ARGUMENTUM.

Fidejussor an, & quo casu liberetur per novationem contractus a sua obligatione. In extinctione census, & in receptione dotis facta per Maritum in bonis æstimatis quid lex fingat. Si unum ex Judiciis incompatibilibus non habuit plenarium effectum numquă parit impedimentum exactioni, & introductioni alterius, quod procedit etiam in exsequutivis. Deliberatio an sit nulla si in ea non intervenerit pecunia numerata, sed tantum adfuerit Cedula depositi, & an ista habeatur pro pecunia vere numerata tum in censu consignativo, tum in deliberatione.

SUMMARIUM.

1. *Fidejussor per novationem, seu transitum ad alium contractum cum satisfactione primi liberatur a sua obligatione, qua non prætergreditur limen primi contractus.* Declara num. seq.
2. *Cessionarius subingreditur in omnibus Juribus cedentis.*
3. *In extinctione census, lex fingit quod debitor dans bona in solutum, pretium recipiat, illudque brevi manu Creditori persolvat, in extinctionem census, cujus sit retrovenditio.*
4. *Maritus quando recipit dotem in bonis æstimatis præsumitur quod Mulier vendat bona Marito, quod Maritus det pretium Mulieri, & demum quod Mulier tradat pecuniam receptam in dotem Ma..to.*
5. *Solutione ejus, quod debetur, omnis extincta remanet obligatio.*
6. *Liberato debitore per solutionem a se factam liberatur etiam fidejussor illius.*
7. *Cambium semel extinctum numquam revivisit, etiamsi res fuerit evicta.*
8. *Factum Judicis dicitur factum Partis.*
9. *Creditor an, & quo casu pro credito suo pecuniario possit recipere invitus bona, aliamque rerum speciem pro satisfactione sui crediti.*
10. *Et recipiens bona jure potest idem creditor pertimescens evictionem pacisci de regressu ad primava Jura.*
11. *Limita in casu deliberationis, vel excomputationis, & de ratione.*
12. *Novato contractu de cambio ad emptionem nequit amplius Judiciŭ promoveri in vim*

con-

contractus cambii novati, sed agendum venit vigore solius emptionis, & contractus novantis.

13. *Factum potentius est verbis.*

14. *Fidejussor in substantia per assuetas clausulas efficitur alter reus debendi.*

15. *Exsequutivam ad viam convolare non potest, qui per electionem sibi prajudicavit, etiamsi adesset aliqua clausula salutaris.* Ampl. num. seq.

17. *Fidejussoribus, quæ beneficia fuerint a Jure impertita.*

18. *Fidejussor per novationem, quando dissolutus censeatur a sua gratuita obligatione.*

19. *Datio in solutum transfert dominium irrevocabiliter non minus ac ipsa deliberatio.*

20. *Limita si bona in solutum tradita evincantur, quia tunc creditor evictionem passus, si reservationem sibi pracavisset, potest redire ad primæva Jura.*

21. *Deliberatio suam recipit essentiam ab oblatione licitantis, & a supervento Judicis decreto approbante, nec ne eamdem oblationem.*

22. *Reservatio in casum molestiæ rei in solutum data operatur, ut is possit agere primævis actionibus.*

23. *Fidejussor allegans pro se contractum novantem coactus est subjacere reservationi, & protestationi inibi adjectæ.*

24. *Fidejussio est accessoria contractui, & assecuratrix omnium verborum in eo appositorum.*

25. *Præservatio Jurium non tribuit Jus de novo, sed solum conservat antiquum.*

26. *Cessionarius plus Juris habere nequit, quam cedens.*

27. *Emptor potest retinere pretium quoties illo non soluto immineant, vel supervenient molestia.*

28. *Si unum ex Judiciis incompatibilibus non habuit plenarium effectum, numquam parit impedimentum excitationi, & introductioni alterius.*

29. *In exsequutivis licita est variatio, nec censetur uni Judicio per usum alterius renunciatum.*

30. *Protestatio ad excludendam fidejussionis extinctionem apponi debet in ipso contractu novante, & eodem tempore.*

31. *Primum creditum quoties transfertur inextinctum in secundum creditorem acquirentem sive ementem, tunc concurrentibus requisitis* l. Aristo ff. quæ res pignor. *sit locus subingressioni in locum prioris creditoris.*

32. *Fictio in casu ficto plus roboris habere non debet, quam veritas in casu vero.*

33. *Deliberatio est nulla si in ea deficiat pecunia numerata.*

34. *Deliberatio si nulliter facta fuerit tunc emens tenetur ad restitutionem rei unacum fructibus.*

35. *Cessio non aliter suffragatur Cessionario nisi cum circumstantiis nominis cessi.*

36. *Fructus in deliberatione nulla reficiendi sunt a die motæ litis super nullitate deliberationis.*

37. *Cedula Bancaria habetur pro pecunia effectiva tum in censu consignativo, tum in deliberatione.*

38. *Cedulista prompte solvere debet, & numquam valet contra depositum confessatum exceptionem adducere respectu interesse habentium.*

39. *Emens pro se, & persona nominanda nequit sub prætextu nominationis factæ, vel faciendæ evadere obligationem illam, quam contraxit emendo, licet apparenter pro se.*

DECIS. CDLXVII.

Ubicumque = dicebat *Scævola lib. primo responsf.* alias in *l. 60. ff. de fidejussorib.* = *reus ita liberatur a Creditore, ut natura debitum maneat, teneri fidejussorem, cum vero genere novationis obligatio transeat, fidejussorē, aut jure, aut exceptione liberandum* = Super hujusce igitur *Text.* applicatione ad casum præsens versabatur disceptatio, cum enim Constantia Mater Dominici, & Hyacinthæ fidejussoriam iniisset obligationem pro Carolo altero filio super Cambio *scut.* 1000. per eum contracto, idemque Carolus liber evasisset ejusdem Cambii contrahendo novum Cambium cum Alexandro, eisdemque pecuniis dimittendo Constantinum Creditorem primi prætendebant memoratæ Constantiæ filii, & heredes.

Quod primæva obligatio Constantiæ penitus expirasset, ex quo enim illa omnino restricta apparebat ad primum Cambium, nequibat censeri transfusa in secumdum, absque illius interventu, & consensu celebratum, id quippe sibi specialiter, & delicate vindicat fidejussoria, & semper commiseranda conventio, ut intercedente qualibet alteratione, novatione, seu transitu ad alium contractum cum satisfactione primi, ea minime prætergrediatur ejusdem primi contractus limen, sed esset incontinenti, quemadmodum in secunda parte bene definivit *Scævola*, ut supra, & uno ore tradiderunt *Ger. Spin. consf. 39. num. 26., Paitell. in annot. ad expedit. 3. num. 34., Hering. de fidejussor. cap. 20. §. 7.* num.

num. 1., *Urceol. de transact. quæst.* 74. *nu.* 1. *& seqq.*, *Maurus de fidejussorib.par.* 2. *princ. sect.* 5. *cap.* 2. *ex num.* 34., *Rot. decis.* 10., *& dec.* 249. *utrobique nu.* 1. *coram Emerix Jun.*, *& in recent. dec.* 161. *nu.* 5. *par.* 14. *decis.* 369. *pariter num.* 5., *& seqq. par.* 16. *& decis.* 26. *num.* 17. *decis.* 43. *num.* 9. *inter hactenus impress. coram Me to.* 1., *& in Romana Salviani super Cambio* 13. *Decembris* 1706. §. *Justitia coram R. P. D. meo Scotto.*

Quin ullo modo applicaretur prima pars ejusdem responsi = *ut natura debitum maneat* = sub eo prætextu, quod Alexander Creditor novi Cambii in illius creatione expresse sibi præcaverit de subingressu in Juribus Constantini primi Creditoris, ad cujus favorem erat obligata Constantia sub illis verbis = *cũ hac tamen expressa conditione, ut ipse Dominus Comes Constantinus cedere debeat ad favorem prædicti Domini Alexandri omnia, & singula Jura anterioritatis, & potioritatis* = Et quod deinceps Alexander mediante positiva cessione transtulerit Jura desuper sibi competentia ad commodum Constantini Junioris, ut ex *Summario ejusdem Constantini Junioris*
2 *Num.* 8., *&* 9. Ideoque bene valeat idem Constantinus Junior per viam secundi subingressus directe molestare Constantiam, illiusve heredes juxta illam repræsentationem, quam induit Cessionarius respectu Cedentis, ad *Text. in cap.* 1. *de regul. Jur. leg.* 1. *ff. de obligation.*, *& action. leg. licet cod, qui potior in pignor. hab. l.* 1. *Cod. de his, qui in prior. credit. loc. succ.* cum concordantibus relatis per *Rotam decis.* 302. *n.* 4., *&* 5. *coram Card. Cels.*, *& decis.* 1248. *n.* 2. *coram Emer. Jun.*, *& in Viterbien. Salviani* 27. *April.* 1703. §. *Quoniam coram R.P.D. meo Scot.*

Subtiliter quippe replicabant, ad summum hujusmodi fundamentum urgere potuisse, quoties Alexander cedens recta via numerasset sub hac conditione, & pacto pecunias debitas Constantino seniori, sed historia facti convellebat idem fundamentum, cum extinctio primi Cambii facta non jam directe per Alexandrum, sed per organum Caroli primi, & originarii debitoris processisset modo, quo sequitur, quod nempe Constantinus senior revera satisfactionem sui crediti obtinuit ope deliberationis cujusdam Domus, quam sub hasta posuerat ipsemet Constantinus excomputando loco pretii effectivi proprium Cambium, de quo agebatur, & agitur; Cumque in hisce excomputationibus necessario per ministerium legis insit a parte ante alius contractus scilicet fictæ saltem
3 solutionis ejusdem pretii pro perficienda emptione Judiciali requisiti, posteaque pariformiter fingatur, quod debitor recipiens hujusmodi pretium veluti effectum jam proprium sponte, & incontinenti numeret Creditori suo, ut egregie ratiocinatur per *Text. litteralem in l. singularia ff. si cert. petat.*, *Castren. in l. eleganter num.* 6. *post med. vers. perinde enim est ff. de pignorat. act. & consil.* 165. *num.* 4., & alii penes *Rocc. Episcop. disput. Jur. select. cap.* 128. *num.* 6., *Rot. dec.* 551. *num.* 13. *coram Bich.*, *& in recent. decis.* 354. *nu.* 2., *& seqq. par.* 5. *decis.* 148. *num.* 1., *& seqq. par.* 6. aliisque adductis concordan. *decis.* 6. *n.* 24., *&* 25. *par.* 11., & frequenter habemus in terminis mariti recipientis dotem in bonis æstimatis, ut præ-
4 sumatur Mulier vendidisse bona Marito, is exbursasse pretium Mulieri, & ea demum tradidisse pecuniam receptam in Dotem Marito Teste *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 7. *gloss.* 1. *par.* 3. *n.* 9. *cum pluribus seqq.*, *Card. de Luc. de dot. disc.* 158. *per tot.*, *Rot. decis.* 52. *num.* 3. *par.* 6. *recent.*, & novissime *in Romana Societatis Officii tertia currentis mensis sub* §. *Hisque differtis coram Me.*

Hinc sequuta solutione de pecuniis jam translatis in debitorem, & ab eo libere postmodum solutis Creditori, quænam Jura poterat idem Creditor jam satisfactus sibi reservare, cum recipiens liberam solutionem a suo Debitore nullas reliquias retineat reservabiles crediti jam per solutionem effectivam extin-
5 cti, juxta primam vulgatamque regulam, quam secumfert materia solutionum nimirum *solutione ejus, quod debetur &c.* ad *Text. in l. nulla Cod. de solut. l. solvitur ff. quibus mod. pign. vel hypoth. &c.*, *Bartol. consil.* 67. *in fin. lib.* 1., *Surd. consil.* 145. *num.* 14., *et* 15., *Gratian. discept. forens.* 675. *num.* 36., *Maur. de solut. cap.* 54. *per tot. Card. de Luc. de feud. disc.* 130. *sub. num.* 2., *Rot. decis.* 220. *num.* 4. *par.* 12. *recent.*

Liberato itaque per eamdem liberam solutionẽ a se factam debitore, consequens proculdubio erat, quod fidejussio corrueret tamquam pedissequa, & accessoria contractui, & personæ principali, ut citra vulgarem conclu-
6 sionem fundatam in *Textu in l. Uranius* 72. *ff. de fidejussor.*, *et mand.* ad propositum videntur arguere *Caren. resolut.* 90. *num.* 6., *et seqq.*, *Andreol. controv.* 373. *num.* 1. *cum seqq. Cenc. de Censib. quæst.* 119. *num.* 3., *Urceol. de transact. quæst.* 74. *num.* 2. 7., *et* 8., *Altimar. de nullit. contract. tom.* 5. *rub. prima par.* 3. *quæstion.* 30. *num.* 25., *et* 261. *cum seqq.* cum aliis relatis concordan. per *Rocc. Episcop. disputat.* 128. *num.* 6., *et seqq.*, *Gusman. de evictione quæst.* 28. *n.* 6. *vers. sublata semel obligatione*; *Valeron.* de

de Transaction. titul. 2. quæstione 8. num. 8,
et seqq.

Quin etiam, cum, ut præmisimus duo exstarent
in hoc negocio subjecta, alterum Domus per
Creditorem tamquam Tertium coemptæ sub
hasta, & alterum Cambii fictè insimul, & li-
bere solutum, & extinctum a venditore, &
antiquo Domino ejusdem Domus per pre-
tium sibimet præsumptive per antea nume-
ratum a Creditore, & postea de ordine ipsius
respective Venditoris Creditori consigna-
tum, hinc proinde etiam quando Domus re-
mansisset evicta, evictio quidem præbuisset
ansam recuperandi pretium in formali Judi-
cio evictionis, sed numquam importasset re-
viviscentiam Jurium super Cambio, ut opti-
7 me casum a casu distinguentes satis expli-
cant *Rocc. Episc. disput. Jur. select. cap.* 128.
num. 11., *et seqq.*, *et n.* 14. *Card. de Luc.*
de credit. disc. 32. *num.* 20. 21., *et seqq.*, *et*
de fundis disc. 81. *sub num.* 13. *vers. Tertius*
est casus, *Cenc. de Censib. quæst.* 119. *num.* 6.
vers. et ista conclusio, *Rota post eumdem decis.*
384. *n.* 3., *et* 4., *et decis.* 411. *pariter n.* 3.,
et 4. & melius *in decis.* 551. *ex nu.* 11. *cum*
seqq. coram Bich. decis. 187. *num.* 1., *et* 4.
coram Dunoz sen. decis. 540. *ex num.* 6. *cum*
seqq. coram Pamphil., & plene ibidem *Adden.*
et decis. 297. *num.* 23. *cum duobus seqq. par.*
10. *decis.* 6. *num.* 24., *et* 25. *par.* 11. *recent.*,
et decis. 151. *num.* 19., *et seqq. par.* 19.

Diximus, quod Creditor hoc modo satisfactus
nequibat invenire amplius reliquias sui cre-
diti quomodolibet reservabiles, quia in hoc
cavendum erat (ad sensum heredum Con-
stantiæ) ab auctoritatibus percutientibus ca-
sum satisfactionis sequutæ per viam datio-
nis in solutum, imo, & si libet, ipsius adjudi-
cationis factæ in subhastatione a casu veræ
deliberationis sequutæ, prout hic ad favo-
rem Creditoris tamquam tertii Comparen-
tis, & licitantis; Nam in adjudicatione,
quæ provenit a Judice, Judex induit in eo
casu Personam Debitoris, ejusdemque Judi-
cis factum, factum a Patre reputatur, unde
in hoc parum, aut nihil differt a datione in
8 solutum extrajudicialiter inita ab ipsomet
Debitore, ut apposite videre est penes *Bald.*
in l. si ob Causam Cod. de evict., *Tiraquell. de*
Retract. lignag. §. 1. *gloss.* 14. *n.* 13., *Marta*
Medic. exam. 47. *num.* 17. & 18. *Negus. de*
Pignor. par. 6. *memb. pr. num.* 13. 37. & 40.
Mangil. de evict. quæst. 146. *num. pr.* & 2.,
& *quæst.* 193. *num.* 21. & 22. & *de subhast.*
quæst. 106. *num.* 3. & *quæst.* 129. *num.* 1. &
2., *Posth. de subhast. inspect.* 14. *num.* 125.,
Surd. dec. 266. *num.* 13., *Rota dec.* 119. *cor.*
sa. me. Gregor., & *dec.* 4. *num. pr.* & *decis.*
38. *num.* 3., *et seqq. penes Posth. de subhast.*

Quando igitur Debitor, vel per se ipsum, vel
per organum Judicis loco pecuniæ tradit
Creditori suo aliquam speciem, sive rerum,
sive Bonorum, in hoc casu quia Creditor
non teneretur illam speciem, res, seu bona
recipere, & posset prætendere, quod fieret
dissolutio contractus per actum omnino re-
trosimilem pecuniæ, ut patet ex *authentica*
9 *Hoc nisi Cod. de solution.*, quæ in quibusdam
solummodo casibus privilegiatis sibi locum
usurpat, ut nempe dentur bona pro credito
pecuniario invito creditore, juxta plenum
tractatum *Novarii de dat. in solut.* jure idcir-
co merito valet Creditor rationabiliter per-
timescens illam evictionem speciei sibi tra-
10 ditæ, quam pati non posset recipiendo pe-
cuniam, pacisci de regressu ad primæva Jura,
& hosce terminos feriunt *Arias de Mes. lib.*
pr. resol. 41. *num.* 2., *et resolut.* 46. *num.* 8.
Gratian. discept. foren. 3. *num.* 14., *Amat.*
resol. 50. *num.* 9. *et* 10., *Merlin. de pignor.*
lib. 4. *cap.* 150. *num.* 20. *et* 21., *Hodiern. ad*
Surd. decis. 266. *nu.* 13. *Rota decis.* 293. *nu.*
5. *et* 6. *post Pacific. de Salvian. dec.* 504. *nu.*
8., *Bich. decis.* 284. *ex num* 16. *cor. Royas*,
et in recent. dec. 243. *per tot. par.* 5. *et decis.*
381. *num.* 8., *et* 9. *par.* 19., etiam contra
fidejussorem, ut ampliat *Andreol. controv.*
373., licet ipse aliam frivolam, & non omni-
no solidam rationem ejus conclusionis addu-
cat *sub num.* 22. *et seqq.*

Contractum vero est in casu deliberationis, ac
excomputationis, quia in hoc Creditor va-
riat figuram Creditoris, & emit tamquam
tertius, & si deinceps obtinet a debitore
per dictum actum, seu modum occultum ex-
11 tinctionis Cambii, satisfactionem, amplius
non tenet ulla reservatio, seu protestatio
veluti contradictoria, cum ipsa jam sequuta
integrali extinctione Crediti mediante im-
bibita solutione, ut supra adversantibus no-
tissimis in hac materia propositionibus, de
quibus in *l. et si quis* §. *Pleriq; ff. de Relig.*,
et sumpt. funer. l. alimenta Cod. de negoc. gest.
Bartol. in l. non solum §. *Morte num.* 31. *ff.*
de oper. nov. nunciat. Amat. resol. 50. *n.* 19.
et 27. *Gratian. discept. for. cap.* 244. *n.* 37.,
et cap. 455. *num.* 28., plene in puncto *Rocc.*
Episcop. disput. Jur. select. 128. *num.* 14. *et*
15. *Carthar. decis. Januen.* 38. *per tot. Seff.*
decis. Aragon. 143. *num.* 17. *Gratian. decis.*
Marchia 117. *n.* 18., & late ibidem *Scopp.*
in ejus observat. num. 36. *Rot. dec.* 754. *n.* 2.
et 3. *cor. Seraph.*, *et in Romana Cambiorum*
26. *Junii* 1697. §. *haud resistente cor. bo. me.*
Ursino.

Et de facto hanc eamdem veritatem (subnecte-
bant

bant Heredes) agnovit idemmet Constantinus Junior, Crediroris nepos, quia passus subinde evictionem super prædicta Domo deliberata ejus Avo, nullum verbum protulit, nihil egit pro exercendo regressu ad primæva Jura Cambii dissoluti, sed Judicium promovit pro liberatione a molestiis, prout de Jure erat, cum transfuso, seu novato Contractu de uno in alium scilicet de cam-
12 bio ad emptionem, nequeat amplius Judicium promoveri in vim contractus Cambii novati, sed agendum veniat vigore solius emptionis, & contractus novantis. *Urceol. de transact. quæst. 73. sub num. 5. et seqq., Rot. post eumdem decis. 89. num. 2. dec. 361. sub num. 12. cor. Card. Cels. dec. 329. n. 2. cor. Coccin. decis. 526. num. 11. cor. Dunoz Jun. dec. 54. num. 6. cor. Emerix Jun. et in rec. dec. 712. num. 3. par. 18. et decis. 213. pariter num. 3. par. 19. et in Romana redditionis rationis 14. Decembris 1708. §. Adhuc non idcirco cor. me, et in Romana societatis officii die 3. currentis mensis §. Stabilita itaque pariter coram me.*

Absque eo quod idcirco amplius oporteret perpendere, atque differere, utrum Constantinus nepos posset recedendo ab hujusmodi Judicio liberationis a molestiis, & rescindendo contractum deliberationis, & aliud consequenter intentando recurrere ad aliud judicium super regressu ad primæva Jura contractus Cambii, quia jam vidimus, *saltem quoad fidejussorem*, quod data prædicta transfusione, & novatione, nequit ullo modo congruere hujusmodi regressio, & nihilominus præter etiam mox in his terminis subjicienda, denegari non potest, quod saltem ex prædicto facto Constantini non superaccesserit fortior corroboratio præmissi discursus prout semper emergit, quando
13 ipsamet Pars contraria scilicet Constantinus satis declaravit, & id ipsum confessus fuit ex facto, quod potentius est verbis per *Text. in l. Paulus respondit, et ibi Bald. ff. de ration. haben. Castill. quotidianar. controv. lib. 5. cap. 117. num. 17. Gratian. discept. forens. 181. num. 9. et 594. num. 20. Castald. consult. foren. 130. n. 9. Torr. var. Jur. quæst. par. 2. quæst. 27. num 10. 11. et 20. Fontanell. dec. 50. num. 25. Magon. dec. Lucen. 12. num. 9. et 13. Rot. decis. 29. num. 6. cor. Ninot. decis. 280. num. 8. cor. Emer. Jun., et in rec. decis. 382. sub num. 7. par. 1., et dec. 108. nu. 10. par. 18.* Et maxime quia utilius ipsi exsti-
14 tisset agere pro primo in quo aderat Fidejussor, qui in substantia per assuetas clausulas efficitur alter Reus debendi *Mans. consult. 194. nu. 15. et seqq. Gobb. consult. dec. 34. num. 15. et seqq. Fontanell. dec. 472. fere per tot. Palm. dec. Lucen. 155. num. 14. Rot. decis. 56. num. 18. cor. Pamphil. decis. 972. num. fin. cor. Emerix Jun. et dec. 294. n. 17. par. 17. rec. cum aliis relatis concordan. in meo tract. de Commerc. discurs. 55. num. 5., et in Viterbien. Salviani 12. Januarii 1703. §. Pro responsione cor. R. P. D. meo Scotto.*

Ceterum ex abundanti (prosequebantur præfati heredes) assumendo quoque memoratam dissertationem, seu quæstionem, utique non obstante ea facultate, quam Creditori tribuit Cameralis obligatio variandi in exsequutivis remediis ad eumdem finem tendentibus, nimis obstabat numquam reconciliabilis incompatibilitas cadens inter Actionem pro liberatione a molestiis, quæ supponit insistentiam secundo Contractui venditionis, & annihilationem primi, & actionem rescissoriam ejusdem venditionis, & secundi contractus, ut implicat, & exquirit pernecesse idem expetitus regressus, ideoque stante hac irreconciliabilitate Ju-
15 dicialiter renunciatum exstitisse cuicumque arbitrio, cuicumque facultati variandi, quam agens abstractive habere potuisset, punctualiter comprobant *Surd. cons. 377., et consil. 413. utrobique num. 3. Guttierez. practic. quæst. lib. 3. quæst. 39. num. 3. et 5.* late *Altograd. controv. foren. 77. ex nu. 13. ad 18.* cum innumeris ibidē congestis *Gobb. consult. decisiv. 79. num. 16. Capyc. dec. 33. num. 3. versic. tertio facit, Rota decis. 790. per tot. par. 4. divers.*, etiamsi data hypothesi hujus irreconciliabilitatis apposita legeretur in libello clausula salutaris = *Deducens Jus sibi competens, tam vigore primi, quam secundi Instrumenti* = sicuti subnectunt *Caren. resol. practic. foren. resol. 228. nu. 5.* plene *Rota decis. 1114. fere per totam coram Card. Seraphin.*

Eoque fortius quia Constantinus Junior ultra introductionē præfatæ incompassibilis actionis, vigore ejusdem actionis incompatibilis plenariam ipsius actionis assecutus est consummationem mediante positiva Judicis Sententia, ac decreto, proindeque eo minus excogitabilis reddebatur etiam quando per
16 umbram competiisset ulla admissibilis variatio, regressio ad Judicium, seu actionem primævam, ut optime ampliat, & firmat *Rota decis. 373. num. 61. cum duobus seqq. par. 4. tom. 1. rec.*, & fuit etiam admissum in *dec. 161. num. 2. 23., et 24. par. 6. rec., et utrobiq. concordan. ad satietatem.*

Apposuimus illam particulam *saltem, quoad fidejussorem*, quia tales personæ assumentes alienam obligationem a Jure nostro habentur

tur

tur in tali commiſeratione, ut ad eorum levamen tria beneficia idem Jus impenderit,
17 *excuſſionis*, *diviſionis*, ſeu *Epiſtola D. Adriani*, *& cedendarum actionum*, de quibus in *authentica Praſente C. de fidejuſſor.*, *& in l. final. Cod. de Conſtitut. pecun. l. ut fidejuſſor.*, *et l. fidejuſſor.*, *ff. de fidejuſſoribus* §. *Si plures inſtituti eodem titulo*. Ideoque ſi prænarrata incompatibilitas forte per imaginationem non prodeſſet Debitori Principali, pro quo nulla Jura tribuunt indulgentiam, attamen fidejuſſor ſemper cenſeri deberet diſſolutus a ſua gratuita obligatione,
18 cum ad differentiam debitoris fidejuſſor nullum præſtiterit aſſenſum reſervationi Jurium factæ in omnibus hiſce ſubſecutis contractibus, & Judiciis, ut in propoſito ſubjungunt *Andreol. controv.* 373. *n.* 11. *Noguerol. alleg.* 21. *num.* 5. *& ſeqq. Arias de meſ. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 16. *Urceol. de tranſact. quaſt.* 74. *num.* 19., *& ſeqq. Marott. diſcept.* 31. *n.* 24. bene *Scopp. in obſerv. ad decif. Gratian. ſub num.* 33. *verſic. dura enim Fran. Marc. decif. Delfinat.* 537. *per tot. lib.* 1. *et in Romana Salviani ſuper Cambio* 13. *Decembris* 1706. §. *replicatione corã R. P. D. meo Scotto*. Maxime cum non fuerit ab Initio directe intentatus ullus regreſſus ad primæva Jura, multove minus in eadem reſervatione comprehenſus fidejuſſor ſub aſſuetis illis verbis = *etiam contra fidejuſſorem* = ideoque minime applicabantur quæcumque in contrarium allatæ auctoritates, & ſignanter *deciſio la* 772. *cor. Card. Cerro*, in qua recta via fuerat intentatus hujuſmodi regreſſus, ut demonſtrat *Rocca Epiſc. Iſclan. diſp. Jur. ſelect. cap.* 128. *num.* 32. *& ſeqq.*

Ex oppoſito autem Scribentes pro Conſtantino cautius rimando ad partes cuncta quæ evenerant in tota ſerie horum Contractuum ac Judiciorũ oſtendebant, neque ullum contractum, neque ullum Judicium importare poſſe prætenſam liberationem fidejuſſoris, ſeu obligationis aſſumptæ per Conſtantiam; Quid quid enim obloquerentur plerumque etiam in ſuis caſibus veræ propoſitiones, & Doctrinæ in adverſam partem allegatæ, utique incipiendo a primo actu celebrato poſt Jam initam a Conſtantia fidejuſſionem de *anno* 1673. oculis occurrebat ſecuta deliberatio Domus Caroli Debitoris ad commodum Conſtantini Sen. Cambii Creditoris ſub excomputatione quantitatis, ſeu Crediti ejuſdem Cambii, verum hujuſmodi excomputatio non fuit exarata ſimpliciter, unde fortaſſe remanere valeret Carolus liberatus per ſuperius explicatam intellectualem conſignationem, & retrodationem pretii, ſed plures ipſi contractui, & acquiſitioni per viam deliberationis expreſſim fuerunt immixtæ ſeu ſuperadditæ conditiones, ut ibi = *cum conditionibus tamen &c.*, & præcipue, quod in caſu ſubſequutæ evictionis Domus deliberatæ, & coemptæ = *liceret* (ſunt verba præciſa) *eidem Domino Comiti deliberatario redire ad ejus primæva Jura &c. ac nullum præjudicium illatum cenſeretur non ſecus, ac ſi deliberatio hujuſmodi minime facta fuiſſet* = Quapropter ſi hic pedem fixiſſet negocium, & Partes ulterius ad alios actus minime deveniſſent, fruſtraneum erat diſcurrere de ulla Cambii extinctione vel ficte, vel vere, dum ſi eadem extinctio non poterat provenire niſi ab ipſa deliberatione inita cum appretio cambii, profecto ob hanc Interſecantem, & reſolventem conditionem excomputatio non poterat dici ſequuta, ſi deliberatio illius Cauſa, vel effectus haberi debebat in vim pacti pro non ſequuta, ut patet ad ſenſum, & habemus non ſolum in
19 terminis fraternizantis dationis in ſolutum, quæ licet transferat & ipſa non minus, quam faciat deliberatio, dominium de ſui natura irrevocabiliter ex collectis per *Gratian. diſcept. forenſ.* 321. *num.* 8., *Poſtb. de ſubhaſt. inſpect.* 44., *ex num* 41. *ad* 66., *& ſignanter num.* 64. *Rota decif.* 193. *num.* 2. *& decif.* 425. *num.* 9. Ibique *Adden. coram Gregor. decif.* 650. *n.* 5. *coram Buratt.*, & poſt prænominatum *Poſtb. de ſubhaſt. decif.* 24. *n.* 1., *et ſeqq. decif.* 41. *num.* 1. *et decif.* 1304. *n.* 6. *cor. Emer. Jun.*, *et in Romana ſeu Sabinien. Dotis* 30. *Martii* 1699. *cor. me inter hactenus impreſſ. decif.* 80. *num.* 4.

Adhuc ſi ex poſt bona in ſolutum tradita avincantur, poteſt antiquus Creditor evictionem paſſus non jam abſolute, quia id de non diſſimili natura dationis in ſolutum non liceret, ſed ſtante hac reſervatione, & proteſtatione, redire ad primæva Jura ſui crediti; quia qualibet fictio numerationis pretii ſemper eſt fictio, nec poſt effectum ope-
20 rari contrarium intentioni recipientis, alias non recepturi eadem bona in ſolutum niſi ſub illa conditione, & reſervatione, ut præter ſuperius in objecto laudatos connotarunt *Gozzadin. conſ.* 38. *n.* 2. *Capyc. Galeott. controverſ.* 32. *ex num.* 2. *cum plurib. ſeqq. Gabriel. de novation. concl. pr. num.* 56. *Rot. dec.* 8. *num.* 3. *cor. Coccin. dec.* 131. *num.* 10. *et* 11. *cor. ſa. mem. Alexandro VIII. decif.* 2. *num.* 9. *et dec.* 413. *num.* 7. *cor. Merlin. dec.* 326. *num.* 14. *et* 15. *cor. Card. Celſ.*, *et dec.* 425. *num.* 18. *par.* 5. *rec. et in Romana Pecuniaria ſuper fructibus* 25. *Februarii* 1701. §. *Verum etiam coram me*.

Aſt

Ast quoque id ipsum congruebat, & applicabatur citra ullam imaginabilem differentiam saltem in hoc casu etiam deliberationi formali. Quoniam cum deliberatio totam suam essentiam recipiat ab oblatione lici-
21 tantis, & a supervento Judicis decreto approbante nec ne eamdem oblationem, ut in substantia tradunt *Saluft. in prax. cap. 43. lib. pr. per tot.* latius *Ridolphin. par. pr. cap. 13. num. 108. usque ad 138. Card. de Luca de Judic. disc. 40. ex num. 60. cum sequent. Posth. de subhast. inspect. pr. num. 24. et 36. et inspect. 23. num. 138. et seqq., Rot. post ipsum dec. 64. num. 4.*

Quoties propterea oblatio facta per Constantinum Seniorem non fuerat libera, & simplex, sed penitus conditionalis, ut præseferunt verba sub initio registrata, ut ibi = *Cum alia pariter conditione, quod in eventum cujuscumque evictionis &c. Jura prædicti Cambii censeantur præservata nullumque illatū præjudicium, seu novatio &c., ac si oblatio facta non fuisset* = Cumque huic oblationi sub hac forma conditionatæ adhæserit Judex in suo decreto, seu mandato, & consummata postmodum celebratio Instrumēti deliberationis eamdem conditionem reperierit, quis pariter dixerit, quod ulla fictio locum sibi posset amplius usurpare; nam alias creditor non coactus offerre, non coactus accipere deliberationem, potuisset abstinere, & hos præ-
22 cisos terminos scilicet deliberationis, & non puræ dationis in solutum extrajudicialis percutiunt *Caball. consil. 111. per tot., Mart. Medic. exam. 47. num. 22. juncto nu. 18.* plene *Cyriac. controv. forens. 500. et nu. 30. cum seqq., Sol. ad decret. Sabaud. lib. 3. gloss. pr. num. 29. et. 30.* latissime *Posth. de subhast. inspect. 65. ex n. 6. cum seqq. Mangil. de evict. quæst. 78. num. 23., Rot. penes eumdem Mangil. de subhast. dec. 86. sub n. 4.* & admittit quoque *Card. de Luca de credit. disc. 32. num. 7.* a scribentibus pro Dominico allegar., *et Rota decis. 6. nu. 9. et seqq., et n. 31. pariter ab eisdem laudato par. 11. rec.*

Neque in hoc habet fidejussor etiam non interveniens hisce reservationibus, hisce protestationibus, hisce decretis, de quo conqueratur, nam si Partes Principales noluerunt aliter contrahere, quam resolubiliter, quomodo (dicebant iidem Scribentes) valebat idem fidejussor acquirere illam liberationē, quam natura actus conditionari, seu conditionis resolutivæ imbibitæ non tolerabat, & quam pacifcentes de regressu, & Dominium resolubiliter transferentes, & respective acquirentes noluerunt inire, vel obtinere; Fidejussor etenim allegans pro se contractum
23 novantem coactus est subjacere reservationi, & protestationi inibi conglutinatæ, ut per *Text. in l. quidam eulogio Cod. de Jur. deliber., et Tiraquell. de retract. conven. n. 4. et 5. cum plurib. seqq., ac Surd. dec. 33. n. 6.* in individuo tradit *Amat. variar. Jur. resol. resol. 50. sub n. 26. vers. item dicebatur*, & in proximis terminis *Rota in Romana Salviani 2. Martii currentis anni §. Absque eo quod corme*, & in individuo *in Romana Salviani super Censu 13. Decembris 1706. §. Auctoritates coram R. P. D. meo Scotto.*

Quamobrem opus non erat, quod litteraliter eædem reservationes, & protestationes nominarent quoque fidejussorem, quia satis fidejussor veniebat in sequelam ejusdem reservationis, tamquam non habens alium funiculum, cui inniteretur, quam secundum contractum nihil in casu evictionis innovare intendentem, proindeque sequuta prorsus annihilatione ejusdem posterioris contractus, ubi nam sistere valebat conclamata per eum novatio, & liberatio; addito, quod eo ipso, quod præservabantur integre Jura cambii inter hæc jura contractus Cambii inerat procul dubio fidejussio ejusdem contractus Cambii accessoria, omniumque ver-
24 borum in eodem contractu positorum assecuratrix, quemadmodum hac ratione freti annotaverunt per *Text. in l. si quis pro eo §. Si nummos, et l. si a Colono §. finali ff. de fidejussoribus, et l. si postea quam 10. ff. rem pupill. Salvam fore, Berò consi. 193. sub num. 145. tom. pr., Mans. consult. 123. num. 15. Rot. dec. 554. num. 3. cor. sa. mem. Gregor.* Et generaliter de natura, & importantia absolutæ reservationis adjectæ in prædictis subsequutivis contractibus, & decretis erat nihil immutare, & proinde nulla facta immutatione comprehendere, ut prius etiam
25 fidejussores, ut hoc pariter ratiocinio utentes monent *Amat. variar. resol. 50. ex n. 9. num. 16. et 26., Marescott. variar. resolut. cap. 56. num. 23. et 24., Hodiern. ad Surd. dec. 266. sub. num. 13., Rot. dec. 772. n. 6., et 7. et dec. 811. cor. Card. Cerro dec. 1284. num. pr. et dec. 134. pariter num. pr. coram Emerix Jun. et dec. 146. num. 8. penes Pacific. de Salvian., et in Romana Cambii 20. Februarii 1697. cor. bo. me. Ursino, et in Romana Salviani super Cambio 13. Decembris 1706. §. Secundus casus coram R. P. D. meo Scotto.*

Devenientes autem ad secundum actum, sive ad ea, quæ evenere de *anno* 1694. ad ipsummet effectum dignoscendi an ulla adfuerit immutatio, seu novatio, quæ eamdem pareret prætensam liberationem fidejussoris

(ine-

(memorati Scribentes pro Constantino subnectebant) adamussim accidit illud idem, quod ostendimus contineri in positiva præservatione Jurium supervenientibus molestiis, seu evictione, quoniam tunc Silvius Antonius de facto intulit Constantino Juniori molestias super præfata Domo deliberata. Cumque in hoc casu recurrerent supradicta, & non obstante facta acquisitione ejusdem Domus per viam excomputationis Crediti Cambialis, potuisset indubitanter ipse Constantinus Junior uti dicta reservatione erga Constantiam, quæ fidejusserat, videndum restabat (sicuti demum subdebant iidem Scribentes) quid egerit Constantinus Junior, & certe nihil, quia sese convertens ad Carolum Debitorem obtinuit per eumdem Carolum satisfieri de Sc. 1300. mediante subministratione pecuniæ, quam in tanta summa Scut. 1300. effecerat tertia persona nempe Alexander Jovius in cujus Jura, seu locum postea per extrinsecam cessionem subintravit idem Constantinus Junior, vel enim ex hoc facto prætendebatur, quod Constantinus sese convertendo erga Carolum liberaverit Fidejussorem, vel quod Alexander nequiverit adipisci Jura Cambii, in quibus terminis profecto Constantinus

26 Cessionarius plus Juris habere non posset, quam cedens, ad *Rot. dec.* 435. *num. primo par. pr. et dec.* 40. *num.* 58. *dec.* 289. *n.* 27. *par.* 9. *&* *dec.* 450. *num.* 6. *par.* 19. *tom.* 2. *rec. et dec.* 576. *num.* 7. *eadem par.* 19.

Neutrum vero applicabile erat ad casum, quia cum Constantinus duas haberet exercibiles actiones, unam pro liberatione a molestiis sibi per Silvium Antonium inflictis super Domo deliberata, & alteram regressus ad primæva Jura, & elegerit Judicium liberationis a molestiis in vim secundi contractus, seu deliberationis, utique retinendo hanc personam propriam valeret disputari an postea eadem propria persona posset omisso hujusmodi medio prælecto, etiam successive exercere Jura Cambii exsequutive contra fidejussorem, & hos terminos percutiunt Doctrinæ in contrariũ superius allatæ, volentes, quod, vel in vim agnitionis deperditi regressus Constantinus confessus in facto esset eumdem sibi non competere regressum, vel saltem ob inevitabilem contradictionem, & incompatibilitatem ab eadem prælecta via discedere non posset, sed adhuc quatenus pertinebat ad prætensam agnitionem, illa utique in abstracto non oberat, quia cum regulariter Emptori Jura succurrant ab initio

27 per retentionem pretii, quoties illo adhuc non soluto immineant, vel superveniant molestiæ ad normam *Text. in l. si post perfectam C. de evictione*, *Bald. in l. qui rem Cod. eodem tit.*, *Surd. consil.* 36. *num.* 12., *Mangil. de evict. quæst.* 23. *num.* 10., *et* 19., *Hodiern. ad Surd. decis.* 253. *n.* 22., *Sperell. dec.* 117. *num.* 3., *Rota decis.* 409. *n.* 11. *coram Priol. decis.* 1151. *n.* 1. *et seqq. coram Coccin.*, *et in recent. decis.* 335. *num.* 8. *par.* 3., *et decis.* 643. *num.* 21. *par.* 19.

Aut eodem pretio jam soluto in ejusdem Emptoris facultate jura reponant, vel laudando auctorem expetere ab eo liberationem a molestiis, vel juxta conventiones, rescissionem contractus, & reditum ad primæva Jura, profecto solum remaneret disceptabile de supposita incompatibilitate, quoties Constantinus pro effectu, & consumatione Judicii liberationis a molestiis reportasset de propriis pecuniis a Carolo satisfactionem Cambii vice pretii Cambii excomputati, fructuumque decursorum, sed quando prout hic satisfactio processit de pecuniis alienis habentibus immixtum, & inseparabilem subingressum favore tertii pecuniam solventis, unde dicendum esset, quod Constantinus potius donasset (quod repugnat) Alexandro Jovio propria Jura, quam obtinuisset satisfactionem, & in terminis certi juris erat, quod quando unum ex Judiciis quantumvis

28 incompatibilibus non habuit plenarium effectum satisfactionis numquam parit impedimentum excitationi, & introductioni alterius quemadmodum declarant *Bartol. in l. Consentaneum nu.* 17. *C. quomodo, et quando Judex*, *Jason. in l. si ex toto §.* 1. *num.* 6. *ff. de l. primo*, *Natt. consil.* 496. *num.* 17. *in fin. Bursatt. consil.* 428. *num.* 27., *&* 32., *Dec. consil.* 12. *n.* 2., *et* 3., *Bertrand. consil.* 238. *num.* 25. *lib.* 4. late *Surd. consil.* 413. *n.* 17. *et* 18., *Gratian. disceptat.* 593. *num.* 6., *et seqq.*, *et* 597. *num.* 9. *Cancer. variar. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 49., *Carleval. de Judic. lib.* 1. *tit.* 2. *disput.* 2. *num.* 16., *Cenc. de Censib. quæst.* 95. *num.* 32., *et* 33., *Mart. de Jurisd. cas.* 177. *num.* 11. *et seqq.*, *Card. Alb. de inconstant. in Jud. quæst.* 14. *num.* 3., *Rot. decis.* 414. *sub num.* 1. *par.* 4. *divers. decis.* 140. *num.* 10. *par.* 6., *et decis.* 343. *ex num.* 21. *cum seqq. par.* 10. *recent.*

Quinimo quidquid de rigore, quandoque dixerint Doctores circa effectum prædictæ incompatibilitatis Judiciorum abstractive pariter receptius est, quod etsi eadem remedia in se appareant incompatibilia, & contradictoria, nihilominus de æquitate Tribunalium, juncta obligatione Camerali, quæ tribuit variandi potestatem, quando eadem Judicia tendunt ad eumdem finem reportan-

dæ satisfactionis possunt eadem satisfactione non obtenta successive exerceri, nec uni
29 censetur per usum alterius renunciatum, ut plene discusso articulo post quamplures congestos per *Card. Albic. de Inconstan. in Jud. quæst.* 14. fere per *tot. Zacch. de obligat. Camer. quæst.* 11. plene *Rota post eumdem dec.* 163. *num.* 5., *et decis.* 197. *num.* 4. *decis.* 60. *num.* 45. *coram Duran., decis.* 161. *fere per tot. par.* 6. *rec. et in Romana Pecuniaria* 11. *Martii* 1701. *ex* §. *Nec obstat cum seqq. coram Eminentissimo D. meo della Tremoille*.

Ceterum hæc omnia reddebantur extranea à præsenti Thesi, in qua Constantinus Junior non promovebat actionem contra Constantiam ex propria persona, sed ex illa Alexandri Jovii, unde ponamus, quod idem Alexander Jovius pro consequenda satisfactione sui mutui, seu subingressus in contractum Cambii, quod fuit causa dimissionis Domus factæ à Constantino Juniore, actionem intentasset contra Constantiam, quidnam illa respondere valeret, forte, quod contractus Cambii celebratus à Constantino Seniore foret extinctus, nequaquam, quia jam respectu deliberationis (finaliter dicebant prædicti Scribentes) demonstravimus Jura Cambii primævi non fuisse extincta, respectu vero Judicii liberationis à molestiis per eumdem Constantinum Jun. intentati nullo pariter modo, quia si non fuissent soluta ♈ 1300. Judicium liberationis velut inefficax contra Principalem illo mutuo indigentem, minime valuisset illum post desperatam spem consequendi liberationem impedire ab exercitio Jurii reservatorii ut etiam contra fidejussorem. Cumque proinde eadem ♈ 1300. non fuerint nisi à tertia persona, nempe Alexandro soluta cum conditione, & pacto subingressus, & sic non libere, quanam ratione eidem Alexandro quiret præpediri regressus, & exercitium primi contractus Cambii contra Constantiam fidejubentem, dum sub hujusmodi lege, & non aliàs pecunias mutuavit, seu dedit ad Cambium Carolo, & de facto apertissimam Cessionem Jurium reportavit *Summario Constantini Num.* 8., & 9. in quibus utique circumstantiis pacti clari adhibiti per Tertium solventem cessant omnes difficultates, & solutio non censetur facta nisi complicative cum ipsa reservatione, & cessione absque aliquo in hoc præjudicio fidejussoris; solum quippe altercari contingit quando cessio subingressus exstitit obtenta
30 ex intervallo per Tertium extra personam proprii Fidejussoris in eo præciso Contractu uti distinguunt *Salgad. in Labyrint. Credit. par.* 1. *cap.* 18. *nu.* 11. *Merlin. de Pignorib. lib.* 5. *tit.* 1. *quæst.* 30. *num.* 24. *Guzman. decis. quæst.* 28. *num.* 9. *Rota decis.* 146. *nu.* 6. *post. Pacificum de Salviano interdict.*

Sed quando pactum subingressus, & cessio fuerunt complicatæ, & inextricabiliter imbibitæ cum ipsa contemporanea solutione cessant quæstiones, quæ habentur ad interpretationem legis *Aristo verbo pignus ff. quæ res pignor., vel hypotheca dat.*, & nemo dubitat quin transfundatur in tertium solventem, & respective Cessionarium omnia Jura prioris
31 Crediti Cessi ex iis, quæ uno ore affirmarunt *Scribentes in dicta l. Aristo Rocc. Episc. disp. Jur. select. cap.* 137. *nu.* 1. *Olea de Cess. Jur. tit.* 4. *quæst.* 1. *nu.* 21. plene *Rot. decis.* 350. *fere per tot.*, & signanter *num.* 14., *& seqq. coram Priolo, & in Rec. decis.* 259. *num.* 3. *&* 10., *& decis.* 294. *num.* 1. *par.* 17., *& in Romana Census* 30. *Aprilis* 1703. §. *Et hinc corruente coram Reverendissimo Omanna, &* 10. *Decembris* 1704. §. *Placuerunt coram eodem, & in Romana redditionis rationis* 14. *Decembris* §. *In nihilo prorsus coram me, & in Romana Salvisui* 2. *Martii proxime præteriti pariter coram Me*.

Perpensis itaque à primo ad ultimum per *Dominos* supradictis utrinque allatis fundamentis autumarunt *iidem Domini* firmiora esse ad oculum postrema, introspecta signanter figura Constantini Junioris, hodie repræsentativa Alexandri, & ob id cum reus nempe Carolus liberatus fuisset à Creditore, *ut debitum maneret: teneri fidejussorem*, nempe Constantianm, cum *Scævola in prima parte* responderunt, ponderando ulterius, quod omnes oppositæ argumentationes desumebantur in substantia à fictionibus juris lo-
32 cum sibi non vindicantibus, quando facti materialis, & naturalis veritas pugnat in contrarium, ne plus roboris assequeretur fictio in casu ficto, quam veritas in casu vero ad *Text. ad l. nec ei ff. de adopt. Aretin. cons.* 135. *num.* 11, *in fin. cum seqq. Decian. cons.* 11. *num.* 139. *lib.* 1., *Marant. controv. jur. lib. pr. respons.* 39. *num.* 2. *&* 3., *Rot. decis.* 1275. *num.* 15. *cor. Emer. Jun.*

Contemnendum vero duxerunt subsidiariũ illud objectum, quod in superius late ventilata deliberatione *Anni* 1678. minime intervenisset pecunia effectiva saltem pro rata ♈ 1200. ex eo quod pro hujusmodi summa fuerit tantummodo apparenter inita quædã Cedula depositi similis quantitatis penes Jo: Baptistam de Caporalibus, prout liquido evincebatur ex contemporanea recognitione bonæ fidei registrata in *Summario Constantiæ Num.* 3., quodque propterea ex hoc

capi-

capite procul dubio non solum nulla remansisset supradicta deliberatio per providam censuram *Textus in l. a Divo Pio §. Sed si*
33 *Emptor ff. de re Judic., Menoch. de arbitrar. Casu 381. n. 19. & 20., Grat. discept. foren. cap. 321. num. 4., Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. Claus. 7. Gloss. 3. par. 7. n. 2., Rota dec. 23. num. 1., & seqq. cor. sa. me. Gregor. dec. 477. num. 2. & seqq. cor. Bicb. & in Neritonen. Manutentionis 6. Junii* 1704. *§. Recurrendo autem cor. me.*

Verum quoque in sequelam ejusdem patratæ nullitatis forent a Constantino Seniore restituendi fructus ab eadem deliberata Do-
34 mo percepti, quibus proinde excomputatis, vel penitus primævi Cambii Creditum remansisset extinctum, vel saltem effectum illiquidum, & consequenter inexercibile etiam per illius Cessionarium, cui cessio suffragari non poterat nisi junctim cum prædi-
35 cta illiquiditate, & circumstantiis Crediti cessi, sicuti super prima propositione per *Text. in l. 1. Cod. de fil. Instrumentorum, & Jur. bast. Fisc.* annotarunt *Gratian. discept. forens. cap. 45. ex num. 29. usque ad 35., Peregrin. de Jure fisc. lib. 6. tit. 4. ex. nu. 21., Surd. dec. 45. a num. 17. usque ad fin.* plene *Rota ex professo in dec. 141. fere per tot. par. 9. rec.*, & super secunda, *Rot. dec. 539. n. 5. & 6. cor. Card. Cavaler. dec. 752. num. 5. cor. Emer. Jun., & in rec. dec. 30. num. 14., & 15. dec. 116. num. 13. par. 8. decis. 435. num. 1. par. 13., & dec. 432. n. 14. par. 19.* & denique super tertia *Scribentes in l. apud Celsum §. Sed cum legitima, & §. Et cum de auctoris ff. de except. dol., & l. doli mali §. Diversam ff. de novat. cum concordan. abunde* relat. per *Thesaur. dec. 221. Card. de Luc. de credit. disc. 29. num. 8., Rota decis. 121. num. 3., & 6. Ludovis.*

Plana siquidem incontinenti enituit responsio, quod omisso etiam, quod cum nulla desuper fuerit objecta nullitas, seu lis promota ex hoc prætenso defectu pecuniæ non numeratæ in ipso actu deliberationis, nullo modo veniebant fructus restituendi, cum hæc formalitas non observata præberet quidem locum irritationi deliberationis, sed cum stante eadem recognitione bonæ fidei fuisset semper Constantinus de proprio ad omnem interesse habentium requisitionem pecuniã exbursare, hinc posita deficientia litis mi-
36 nime tenebatur deliberatarius ad ullam restitutionem fructuum, qui regulariter non nisi a die motæ litis super nullitate deliberationis veniunt reficiendi *Postb. de subbast. Inspect. 55. n. 95. Rot. post ipsum dec. 88. n. 27. dec. 96. n. 2. & dec. 110. n. pr. cor. Card. Ca-*
valer. decis. 586. numer. 4. & alibi passim.

Attamen cessabat omnis scrupulus, quia per supradictam Cedulam remanserat non solum formalitati, sed etiam substantiæ deliberationis satisfactum, nam, quod Cedula Bancaria, prout erat illa Jo: Baptistæ Campsoris habeatur pro ipsa pecunia effectiva ad differentiam solius ordinis, seu mandati de solvendo directi alicui Banco, quotidie
37 habemus tum in Censu consignativo, tum in subjecta materia deliberationis, ut de Censu dicunt *Altograd. cons. 6. n. 50. lib. 1. Episcop. Rocc. Select. Jur. disput. cap. 126. sub n. 54. & n. 55. Cenc. de Censib. quæst. 50. num. 14. Leotard. de usur. quæst. 59. n. 39., & seqq. Adden. ad Buratt. dec. 500. num. 5. vers. & ideo, Rot. dec. 291. n. 2. post Cenc. de Censib. & in rec. dec. 256. par. 9. dec. 11. par. 12., & dec. 495. par. 14. in omnibus per tot., & in Bituntina Olei 3. Julii 1684. §. Hinc cor. bo. me. Albergato*, & de deliberatione habetur per *Card. de Luca de Judic. disc. 40. nu. 68. late in meo tractat. de commert., & mercatur. disc. general. ex num. 176. Rot. in Cesenaten. spolii 25. Junii 1700. §. 3. et 4. Martii 1701. §. Prout everti cor. bo. mem. Muto.*

Quod si Joannes Baptista Campsor Cedulam efformans reportare sategit recognitionem bonæ fidei, quid ad Carolum tunc debitorem, ac passum Domui suæ deliberationem; Nam semper Cedulista Cedulam subscribens, & confitens depositum ad normam
38 cujuslibet Depositarii adstringitur prompte solvere, & nullam valet contra depositum confessarum adducere exceptionem respectu habentium interesse ut citra Contradictorem affirmant *quamplures abunde relati per Angel. de Confess. lib. 1. quæst. 7. effect. 14. fere per tot.*, & in puncto per *Capyc. Latr. dec. 196. num. 22. cum seqq. Rot. dec. 163. lib. 1. cor. Puteo dec. 228. nu. 4. & dec. 269. num. 8.* penes *Pacific. de Salvian., & in Romana Casalium 21. Junii 1688. sub §. Non obstat cor. bo. mem. Card. Caccia.*

Unde si idem Cedulista extrinsece, & ineluctabiliter obligatus voluit morem gerere Constantino accipiẽdo ab eo recognitionem bonæ fidei, eum non excusabat a solutione, sed solũ habebat pro sui securitate, & relevatione obnoxium Constantinũ, & ejusdem Campsoris gratiæ, & non ullæ malæ fidei impeditivæ acquisitionis fructuum referendi erat, si voluit periculum subire solvendi statim sub fide, & spe postea recuperandi solutum a Constantino, ut pariter habemus exemplum etiam in fortioribus de eo, qui emit pro se, & persona nominanda, quia adhuc prætextu nomi-

nominationis factæ, vel faciendæ non evadit illam obligationem, quam contraxit emendo licet apparenter etiam pro se *Rocc. Episc. Isclan. disp. Jur. Select. cap. 29. n. 27., & 28. Carol. Ant. de Luc. de Pluralit. legal. cap. 85. num. 12., & per tot. Rot. in Romana Emphyteusis 7. Junii 1706. §. Lapsus vero temporis cor. R. P. D. meo Kaunitz.*

Et ita utraque &c.

Baren. Testamenti super fructibus, & Expensis.

Mercurii 26. Junii 1709.

ARGUMENTUM.

Fructus licet antiquitus taxabantur in scutis quinque pro quolibet centenario, hodie tamen Sac. Rota illos reduxit ad scuta quatuor. Hæc tamen taxatio sicuti fundata est in simplici præsumptione, everti poterit, si gravatus concludentissime contrariū ostenderit, & hæc probatio in salvianista fieri poterit per traditionem notulæ juratæ, cum in reliquis subsistat prædicta Juris præsumptio. Expensæ alicujus instantiæ an reficiendæ sint ab eo qui in dicta instantia non fuerit citatus, & non intervenerit. Litis expensæ an & quo casu reficiendæ sint a Correis viritim, vel solidaliter.

SUMMARIUM.

1. *Judicium generalis Immissionis seu petitionis hereditatis secum procul dubio trahit fructus ab eodē initio delata hereditatis.*
2. *Et quilibet occupator pro tempore condemnandus est a die apprehensa possessionis, & respective fructuum perceptionis.*
3. *Clarum, quod est, exsequutioni demandari debet, relicto eo, quod valet turbidum reputari.*
4. *Fructus antiquitus taxabantur in scutis quinque pro quolibet centenario.*
5. *Sac. tamen Rota reduxit hujusmodi taxationem ad scuta quatuor.*
6. *Et hac taxatio sicuti fundatur in mera præsumptione, ideo qui se gravatum reputat, tenetur docere de contrario.*
7. *Quod probari potest ex notulis juratis respectu dumtaxat Creditorum in Salviano immissorum, cum quoad alias Personas firma remaneat dicta præsumptio.*
8. *Heredis, sive Creditoris conditio durior fieri nequit ex transfusione bonorum in alios.*
9. *Sequestrum supponit possessionem penes sequestratum.*
10. *Fructus sunt restituendi a die mala fidei, seu a die mota litis.*
11. *Ad restitutionem fructuum is etiam est condemnandus, qui mala fide haberi potuit ab exemplo aliorum Correorum qui a lite recedere noluerunt.*
12. *Expensæ instantia an reficienda sint ab eo, qui in ea non intervenit.*
13. *Litis expensæ ea sunt reficienda qua præcesserunt ante præstitam obedientiam.*
14. *Expensæ Judicii possessorii reficienda sunt ante terminationem Judicii petitorii*, & seq.
16. *Liquidatio notulæ expensarum Sac. Rot. remittit arbitrio Ponentis, qui si lædit succumbentem appellare potest ab excessiva taxatione.*
17. *Expensæ litis viritim reficiendæ sunt a Correis* limit. n. seq.
18. *Litis expensæ quando non viritim, sed solidaliter sint reficienda.*

DECIS. CDLXVIII.

Ut quod abstulerat injustitia occupationis bonorum, in quæ successerat Ecclesia S. Mariæ de Lama, justitia restitueret, consequens erat, quod præter ipsa bona Capitulum, litisque consortes, qui adversus eamdem Ecclesiam sese perperam consoventes in prædicta occupatione longum Judiciale dissidium sustinuerant, refunderent fructus indebite perceptos unacum expensis, quas in subeunda lite erogaverat Ecclesia, unde consultis *per Me* hodie *Dominis* super utroque retributionis capite, hi, ut par erat, triticum a palea separantes dixerunt = *Fructus liquidandos, & expensas taxandas fore juxta modum* = infra pandendum.

Præmiserunt quippe respectu fructuum gemina esse supponenda principia, alterum, quod valor bonorum, quæ reliquerat Canonicus Testator per consequens Auctor Ecclesiæ, pro nunc ascendere monstrabatur saltem ad *ducatos* 6153. in ordine ad stabilia juxta divisionem subsequutam inter memoratos occupatores usque de *anno* 1689. Cumque idē Canonicus obierit *sub die* 22. *Aprilis* 1685. dubitabile idcirco non erat, quin ab eodem momento fructus deberentur prænominatæ Ecclesiæ heredi Testamentariæ ejusdem Canonici, introductum siquidem desuper Judicium veluti universale, seu generalis
1 Immissionis, seu petitionis hereditatis, secum proculdubio trahebat fructus ab eodem initio dclatæ hereditatis ad normam *Textus in l. 2. versic. fructus enim C. de petit. heredit., & in l. item veniunt §. Fructus autem ff. eodem. Card. de Luc. de hered. disc. 9. n. 5. Rot. decis. 474. num. 7. coram Buratt. decis. 264. num. 25. par. 6. decis. 249. num. 2. par. 17., & decis. 154. num. 7. par. 18. rec. in Romana, seu Leodien. Hereditatis 9. Maji* 1704.

1704. §. *Respectu vero ter. bon. mem. Muto. Tridentina Bonorum, seu Immissionis super successione in bonis Philippi, Jacobi, & Isabellæ 15. Martii 1706. §. Firmata quantitate coram R. P. D. meo Scotto.*

Alterum, quod plures tam in incontinenti post obitum Canonici, quam subinde fuerunt Occupatores ipsorum bonorum, proindeque quia semper facienda restitutio correlativa est ad perceptionem, unusquisque ex eisdem Occupatoribus pro tempore condemnandus erat citra scrupulum a die apprehensæ possessionis, & respective fructuum

2 perceptionis, quemadmodum pariter hanc faciendo repartitionem dixerunt *Ramon. cons. 50. num. 5., Boseul. controvers. feud. penes Torr. de Primogenitur. Ital. tom. 2. respons. 5. num. 9., Rota in Romana Prælaturæ de Vecchiarellis super fructibus 9. Decembris 1707. §. De cetero coram R.mo Omanna Episcopo Gtennen., et in eadem sub hodierna Audientia cor. R.mo P. D. meo Molines Decano.*

His igitur præmissis defecere quidem Informantes ejusdem Ecclesiæ pro recta consequutione ad limites præfatarum propositionum illorum fructuum, quos recuperare prætendebant, ab efformando justo calculo distributivo, seu repartitivo erga personas, & ratam singulorum Possessorum, nec *Ego*, cui *Tribunal* benigne eam, quam adhibere possem, cognitionem remiserat, valui in formali contradictorio ob temporis angustiam satisfieri; quamobrem vice differendi extensionem præsentis Decisionis in præjudicium Loci Pii tamdiu divexati, salubrius censui viam aliquam aperire veritati, ad hoc ut auditis Partibus, & facta lucidiori demonstratione, & respective calculo per enunciatos Informantes in die concedendæ, si par erit, expeditionis *Domini* juxta stylum certum ab incerto distinguentes valerent absque læsione earumdem Partium *Mihi* sub assuetis clausulis præservativis majoris fortasse summæ, seu futuræ etiam quoad Personas justificationis eamdem Sententiæ expeditionem demandare, expostulante justitia, comite æquitate, ut definiatur, & exsequutioni demandetur, quod est clarum, relicto

3 eo, quod valet turbidum reputari, ut sæpe sæpius practicavit, & practicat tam *Signatura Justitiæ* in suis rescriptis, quam *Sacrum Auditorium* in suis expeditionibus, sicuti patet penes *Card. de Luc. in relation. Roman. Cur. discurs. 31. nu. 30. et per tot. Modern. Asculan. in annot. ad Statut. Urb. tom. 2. annotat. 52. artic. 1. sect. 6. num. 325., Rot. dec. 565. ante num. 1. §. Mortuo itaque, et decis. 596. sub initio par. 19. rec.*

Et ob id aggrediendo negocium, seu ut dicitur, faciendo iter circa proportionem, cum qua regulanda foret quantitas in genere eorumdem fructuum, habito respectu ad valorem bonorum *Domini* innixi regulis, & præsumptionibus juris existimarunt, illam de jure communi utique legi præfinitam ad vigesimam ratam ejusdem valoris pro quolibet

4 bet anno, & sic de rationem *quinque* pro *centenario* ad notissimam, & receptissimam *gloss. in auth. perpetua verb. justa Cod. de Sacrosanct. Eccles.* cum cujus moderamine indiscriminatim procedebatur antiquitus ex annotatis per *Rocc. disput. Jur. selectar. cap. 143. n. 28. Negusant. de pignor. par. 3. memb. 2. nu. 19. ad fin. Card. de Luc. de usur. disc. 18. num. 6. Sperell. dec. 118. n. 59. et seqq., Rot. dec. 162. num. 6. cor. Emerix Jun. dec. 455. num. 9. par. 9., et dec. 614. num. 10., et dec. 669. num. 11 par. 19. recent.*

Verum temporum, rerumque vicibus immutatis temperantius agere, & stabilire decrevit *Tribunal de anno 1679.* reducendo hujusmodi taxationem, seu præsumptionem *de scutis*

5 *quinque* pro centenario valoris *ad quatuor* per ea, quæ habentur, & videri possunt apud *Paccion. de locat., et conduct. cap. 19. num. 33. Rota dec. 126. num. 3. post Merlin. de legitim. dec. 887. cor. Emerix Jun., dec. 614. num. 11. par. 19. rec., et in Reatina Fideicom. de Clavellonibus super fructibus 15. Maji 1705. §. Primo in fin. coram Me.*

Cumque ut mox tetigimus, taxatio hæc in substantia nihil aliud præseferat, quam meram juris præsumptionem, quæ ponit in necessitate illum, sive Auctorem, sive Reum, quoties se reputet gravatum ab hujusmodi præsumptione, docendi de contrario circa illud, quod est, & probatur adesse in rei ve-

6 ritate, quæ superat omnem præsumptionem, hinc pariformiter Partibus libera fuit relicta Provincia ostendendi si plus, vel minus annuorum *scutorum 4.* pro centenario in effectu fuerit perceptum ex iis, quæ fuerunt alias ponderata, & admissa in *dec. 497. n. 2. cor. Emerix jun. dec. 58. num. 11. inter hactenus impress. cor. me, et in Pisauren. hereditatis 27. Januarii 1696. cor. R. P. D. meo Priolo, et tradiderunt relati per Marc. Anton. Paulut. dissertat. legal. tom. 1. dissertat. 29. num. 49.*, & loquendo de fructibus conventionalibus, seu recompensativis celebris est *Decisio la seconda cor. sa. me. Alexandro VIII. cum aliis in tract. de commerc., et mercatur. disc. 99. num. 28.*

Hæc quoad quantitatem in genere, seu in abstracto, non ita tamen visum est ambulare in concreto, in ordine ad Capitulum Terræ

Nojæ

Nojæ pro toto tempore suæ possessionis, quoniam usque nunc pro ipso fortior urgebat præsumptio, stante exhibitione positivæ notulæ juratæ ad quanti ascenderent fructus per ipsum percepti, iidemque demptis, uti semper subintelligitur legittimis expensis, conficiebant summam *ducatorum* dumtaxat 483: 10. Praxis etenim in obsequium Sacrosanctæ Religionis Juris jurandi fidem perhiberi rationabilis introduxit adversus simpliecem præsumptionem taxæ legalis hisce notulis juratis, donec ex opposito non doceretur de majori quantitate, & si regu-
7 lariter, vel frequentius ob identitatem rationis id evenire soleat, & passim practicari contingat in creditoribus immissis in Salviano *Card. de Luc. de credito disc.* 134. *n.* 9., *et in summa n.* 153., *Rot. dec.* 250. *num.* 15. *cor. Celso*, *dec.* 226. *num.* 13. *et seqq. cor. Otthobono*, *dec.* 103. *num.* 8., *et dec.* 578. *num.* 1. *cor. Emerix jun.*, *dec.* 451. *num.* 9. *par.* 13. *dec.* 302. *num.* 1. *et seqq. par.* 14. *dec.* 300. *n.* 9. *par.* 17., *et dec.* 38. *n.* 2. *par.* 18. *rec.*

Ceterarum autem Personarum respectu firma remanente procul dubio præfata præsumptione, & taxatione juris temperata per *Sacram Rotam*, ut supra ad *quatuor Ducatos* pro *centenario*, amaritudo reducebatur ad tempus perperam a singulis apprehensæ possessionis, & consequutive detentionis injustæ, circa quod si forte prætensi heredes ab intestato insimulque primi Apprehensores, & Occupatores hereditatis solvendo fuissent, dum hi a principio, sive illico sequuta morte Canonici sese immiserunt in possessionem, ambigere non oporteret, quin cohærenter superius allegatis non minus a principio effecti fuissent Debitores efflagitatæ restitutionis fructuum pro toto tempore eorum detentionis; verum citra necessitatem persequendi alios, veluti de facto statim a principio intrusi, in omnibus ab obitu Canonici condemnari potuissent ad integralem solutionem usque ad diem realis dimissionis bonorum occupatorum, cum nequiverint mediante paulatim per eos facta dis-
8 secatione, & voluntaria transfusione bonorum in alios reddere duriorem conditionem veri heredis, & ob id creditoris ex animadversis in proposito *Bartol. in l. prima* §. *Primo nu.* 4. *ff. de litigios.*, *Anton. Fabr. in Cod. tit. de exsequut. rei judicat. definit.* 7. *in fin. Cancer. variar. resolut. tom.* 3. *cap.* 17. *sub num.* 467. *vers. his adde*, *Parlador. rer. quotidianar. lib.* 2. *cap. fin. par.* 4. §. 5. *num.* 9., *Rot. dec.* 394. *num.* 4. *cor. Bich. et dec.* 296. *num.* 8. *par.* 18. *rec.*

Coacte itaque, & in quoddam subsidium progrediendo ad reliquos jam quoad Dominum Ducem Nojæ res erat expedita, nimirũ quod ipse possederit ab annis partim 1685., & partim 1689., & sic quod pro totidem annis super perceptionis Debitor esset indubitatus hujusmodi fructuum, verum quia, & is alienavit sub diversis vicibus, & modis illa bona, quæ cœperat de supradictis annis, hinc ulterius quoque tamquam semper lacessitus in causa, valuisset fortasse teneri pro suis Alienatariis juxta mox insinuata; In omnem autem eventũ discurrendo contra hosmet Alienatarios, nequiverunt Informantes pro Ecclesia certitudinaliter *sub hodierna Audientia* indigitare diem habitæ ab eis possessionis, unde eo modo, quo poterant pro nunc, utebantur, & recte auxilio quorumdam sequestrorum anni 1703., quia cum sequestrum supponat possessionem penes se-
9 questratum ad *Textum in Clementin. prima de sequestrand. possession.*, idemmet sequestrum cum reliquis subsequutis citationibus saltem efficiebat, ut ab eo tempore inceperint esse debitores restituendi fructus, prout dicitur similitudinaliter saltem a die malæ fi-
10 dei, seu a die motæ litis *vulgat. l.* 3. *ff. de interdict.*, *seu extraordinar. action.*, *Card. de Luc. de Judic. disc.* 39. *num.* 13., *& de fideicommiss. disc.* 185. *num.* 5., *Rot. dec.* 409. *n.* 1. *cor. Cavaler.*, *dec.* 751. *num.* 1. *coram Cerr.*, *cum aliis relatis concordan. in Rom. Restitutionis fructuum* 11. *Junii* 1708. §. *Quod autem coram Me*.

Atque ex his transeundo ad alterum caput expensarum, ab illarum refusione benignius agentes *Domini* excusarunt Capitulum, non jam ex eo quod ipsum pœne fuisset ignarum prætensionis Ecclesiæ victricis, cum sequestrum, de quo supra tetigerit etiam idem Capitulum, proindeque juncta intermedia continuatione in perceptione fructuum, nec non probabili suspicione, quod forsan fuerit in potissimo exemplo, & causa, ob quam alii Correi detrectarunt a lite resilire, ideoq;
11 merito, & illud condemnationẽ restituendi fructus subire mereretur, secundum ea, quæ non dissimili rationi innixa censuit, etsi in proposito fructuum *Rota in Romana Donationum super fructibus* 5. *Decembris* 1707. §. *Nec relevare visum est cum seqq. cor. Reverendissimo Omanna Episcopo Giennen.*

Sed eo permoti iidem *Domini* remanserunt fundamento, quod Capitulum in substantia non fuit amplius subinde citatum in hoc judicio nec consequutive condemnatum in Sententia, quin potius occasione declaratoriæ contra reliquos fulminatæ prono animo paruerat, unde deficiente per desinentiam citatio-

tionum, & comprehenfionem in Sententia, formali ejufdem Capituli oppofitione, & condemnatione,illa pæna inflicta ab jure adverfus temere litigantes nequibat eidem Capitulo irrogari, totaque refectio fecluso Capitulo rectius, & fecurius transfundenda erat in ceteros refractarios fecundum ea, quæ ad rem recedendo a regula taxationis expenfarum faciendæ pro virili innuit *Rot.*
12 *dec.* 107. *fub num.* 1. *cor. Rembold.*, *& decif.* 460. *num.* 5. *coram Emerix.*

Sub hujufmodi tamen excufatione comprehendere *Domini* non intellexerunt illas expenfas, quas Ecclefia fubiverat pro reportanda præfata Sententia declaratoria, quoniam cum mandatum Rotale obtentum per ipfam Ecclefiam fuerit æquo modo Capitulo Detentori, & perantea comprehenfa fub fequeftro, intimatum, præfatamque obedien-
13 tiam folummodo exhibuerint poft alteram intimationem, & notitiam habitam de prædicta Declaratoria, hæ peculiares expenfæ pro confequenda fcilicet Declaratoria proportionabiliter incumbere debebant etiam Capitulo, ita commenfurando pænam cum culpa, ut fieri poftulat juftitia ad *Text. in Capitul. quæfivit* 2. *in fin. de iis, quæ fiunt a major. par. Capituli*, *& ibi gloff. verb. deliquerit Marant. controv. jur. par.* 4. *refp.* 9. *n.* 32., *& par.* 5. *refponf.* 13. *n.* 91., *& feq.*

Segregato itaque Capitulo modo, de quo fupra a plenaria lue ceterorum, profecto fi res ftetiffet, uti prætendebant Informantes pro fuccumbentibus in reficiendis hujufmodi duntaxat expenfis folius declaratoriæ, a fortiori nimis obftricti remanerent cuncti alii Correi, & in hoc neque iidem Informantes audebant quicquam dicere in contrarium, fed perperam fibi blandiebantur, quod cum caufa non effet adhuc finita, fed mediante refcripto *Signaturæ* penderet adhuc in devolutivo, feu petitorio, expenfarum refectio protrahenda foret ad finem litis; Siquidem cum mediante refcripto *Signaturæ S. P.* mediante declaratoria fuerit immedicabiliter abfolutum Poffefforium, hinc non expectato alterius judicii devolutivi evẽtu, Pars, quæ fuccubuit in poffeffiorio in odiũ fuæ proterviæ dum loco renunciandi ab initio eidem poffefforio, & foli petitorio innitendi, fecit victori profundere tot expenfas pro reportando fine, & effectu ipfius poffefforii ufque ad tolerandam fpirituale percuffionem, fru-
14 ftra contendere valebant, quod ex prædicta caufa non terminati devolutivi non forent reimburfandæ expenfæ, quas Victor collitigans paffus eft injufte, ita namque formiter examinato articulo definitum fuit poft *Salic. in l. poftquam liti quæft.* 8. *num.* 10. *C. de pact. Jafon. in l. properandum* §. *Sin autem num.* 2. *C. de Judic. Gratian. difc. for.* 572. *num.* 17., *& alios ibi relatos concordantes* in illa *Romana Alimentorum fuper expenfis* 22. *Junii* 1700. §. *Minus Domini cum feqq.*, & fere *per tot. coram Me*; in qua allegatur etiam *decif. in Giennen. Juris mutandi fuper expenfis* 10. *Decemb.* 1698. *cor. R. P. D. meo Lancetta*, *& in Urgellen. Servitutum fuper expenfis* 22. *Junii* 1699. *fub.* §. *Etenim*, *& per tot. cor. eodem*, *& nuper firmatum fuit in Romana Immiffionis fuper expenfis* 7. *Decembris* 1705. §. *Nec reliquiæ pariter cor. Me.*

Eoque fortius attentis prædictis circumftantiis, quod nempe reliqui Correi litem, & intrufionem non folum fuftinuerunt ufque ad
15 Declaratoriam excommunicationis inclufive, verum quoque poft eamdem Declaratoriam ufque ad præfens fingunt longius ire, & non obediunt mandatis Apoftolicis, in quibus utique terminis non diffimili dolo confiderato *Rota* in illa *Gerunden. Prioratus cor. Coccin. alias dec. inter fuas* 848. *per tot.* in longe fortioribus terminis refpondit, quod non obftante refcripto Principis, feu Papæ *refervatis expenfis in fine litis arbitrio*, tale arbitrium non intraret, fed effet fervandus rigor juris expofcentis Expenfarum refectionem, quantumvis finita caufa poffefforii examinandum penderet petitorium.

Exoptaffent præter hæc fcribentes pro Ecclefia, quod ad tenorem notulæ expenfarum ab eis traditæ ulterius *in præfenti Decifione* canonizaretur eadem notula in ordine ad individuam quantitatem, fed *Tribunal* nufquam confuevit defcendere ad hanc minutam liquidationẽ, omnia relinquendo curæ *R. P. D. Ponentis*, feu Relatoris caufæ, & fic in fubftantia potius Actuario, feu Notario notu-
16 lam exhibenti eidem R. P. D. Ponenti, qui fi læderet fuccumbentem, ei pateret via libera appellandi *ab exceffiva taxatione*, quemadmodum pariformiter exemplo aliorum Magiftratuum, & Tribunalium etiam exterorum, & fignanter *Marilian. dec.* 34. *n.* 4., *Flamin. Chartar. dec.* 28. *num* 1. animadverfum quoque fuit in prædicta *Rom. Alimentorum fuper expenfis* 22. *Januarii* 1700. §. *Infubfiftens demum coram Me.*

A primo itaque ad ultimum *Domini* fic fubftantialiter refolverunt, fubdendo folum circa expenfas pro majori illorum parte viritim faciendam effe condemnationem, & partitionem illarum erga correos, ut alias *Sacrum* tenuit Auditorium per *Text. in l.* 1. *C. fi plu-*
17 *ra*, *una Sententia*, *& in l. Paulus refpondit eos de re judic.*, *ubi gloff. verb. virili in dec.*

343.

343., *Verrall. par. 1. dec. 409. n.6. cor. Dunozet. jun.*, *& dec. 460. num. 4. cor. Emerix Jun.* licet in præsenti thesi etiam reflectens ad mox ponderatas circumstantias non deesset qui ad condemnationem descendisset solidalem, cum in effectu unusquisque ex eisdem Reis ex insinuata protervia seorsim causasset, & causaverat, quod omnes, & tot expensæ per Ecclesiam erogarentur non longe ab iis, quæ in casu contrario repartiendi onus expensarum inter victores, ex quo tunc militat eadem supradicta ratio, ex opposito firmavit *eadem Rota* ad mentem pariter *Text. in l. ex par. 40. ff. famil. ercisc. in Romana hereditatis de Lancuniis 28. Junii 1697. §. Deductionem* itidem *cor. Me inter hactenus impressas dec. 15. tom. 1., & in Ferrarien., seu Anconitana Fideicommissi super fructibus 6. Martii 1705. §. Quartus e converso est casus pariter coram Me.*

Utraque &c.

Nullius, seu Terræ Pontiani Immissionis.

Mercurii 26. Junii 1709.

ARGUMENTUM.

Quarta Trebellianicæ conceditur heredibus gravatis in præmium faciendæ restitutionis, quæ si ab ipsis gravatis detracta non fuerit Jus illam detrahendi transit ad eorum heredes, & successores. Eadem quarta Trebellianicæ detrahi nequit ex fideicommisso particulari, vel si Testator æquivalens præmium heredi reliquerit. Fideicommissum imponi nequit super bonis emphyteuticis, bene vero super bonis appodiatis, & redactis ad instar allodialium. Retentio non datur pro melioramentis, sed satis est quod facta illorum probatione in genere reficiens ad illorum probationem se obliget facto deposito unius julii.

SUMMARIUM.

1. *Mulieres quandoque dominatæ sunt Viris suis propter excedentem earum prædilectionem.*
2. *Transactio ad similitudinem rei judicatæ firmissimam alteri Parti parit exceptionẽ.*
3. *Res inter alios acta non afficit non citatum, nec cum qui non intervenit.*
4. *Quarta Trebellianica conceditur heredibus gravatis in præmium faciendæ restitutionis.*
5. *Et istud Jus detrahendi quartam si non fuerit ab eisdem gravatis ab hereditate separatum defertur in gravatorum successores, & heredes.*
6. *Quarta Trebellianica numquam detrahi valet a fideicommisso particulari.*
7. *Quod procedit etiam in deductione legitimæ, quæ nonnisi verificato subsidio desumi potest a bonis stabilibus peculiari fideicommisso subjectis.*
8. *Trebellianica detrahi non potest si Testator æquivalens præmium heredi reliquerit in aliis bonis.*
9. *Fideicommissum imponi nequit super bonis emphyteuticis, quorum Jura resolvuntur morte ipsius fideicommittentis.*
10. *Emphyteusis ex pacto, & providentia acquisita debetur filiis absque ullo titulo hereditario.*
11. *Super bonis appodiatis alicui Mensæ, vel Abbatiæ, & sic redactis ad instar allodialium imponi potest fideicommissum.*
12. *Renovatio facienda est heredibus proximioribus, non vero extraneis.*
13. *Fideicommissum universale remanet adstrictum pro debitis hereditariis, non vero fideicommissum particulare.*
14. *Pro refectione melioramentorum numquam conceditur retentio, sed satis est quod reficiens illis in genere probatis ad illorum refusionem se obliget facto deposito unius julii.*
15. *Immissio impediri nequit per exceptionẽ crediti vel jam extincti, vel redditi nimis turbidi, & illiquidi.*

DECIS. CDLXIX.

Diligite Uxores vestras monebat *D. Paulus ad Ephesios*, sed quandoque superexcedente dilectione verificatur affatum *Isaiæ cap. 3.* = *Mulieres dominatæ sunt eis* = cum aliis erudite annotatis per *Tiraquell. ad l.*
1 *connubial. Glos. prima par. 1. num. 19.*; Unde Carolus, licet præ oculis haberet Testamentum, & exemplum Angeli Patris, post ipsius Caroli defectum, *excepta summa scutor. 300.*, ad universa bona stabilia invitantis filios, & descendentes a Theodora Sorore, moriens universam hereditatem Margaritæ Conjugi reliquit, post ejus tantummodo obitum, injuncto illi gravamine restituendi reliqua ab exceptis bona stabilia = *particolarmente li fideicommissarii* = ad favorem eorumdem Theodoræ descendentium; Ideoque Margarita superstes, & heres lites, & jurgia, quæ vivens habuerat cum præmissis Theodoræ descendentibus, & signanter *coram me* in illa *Nullius, seu Terræ Pontiani Successionis 18. Februarii 1701*,

Obeundo, etiam quodammodo restauravit in persona Filii ex primo conjugio, & ex eo Nepotis, quos scripsit heredes, Introductoque igitur judiciali certamine prius *coram A. C.* ad instantiam Canonici Joannis Baptistæ

unius

unius ex memoratis descendentibus, & hodie reassumpto negocio in *S. Rota* necesse fuit exponere Dub: *An eidem danda foret immissio* = & *affirmative* resolutum fuit, sed dumtaxat *pro nunc in usufructu*.

Ratio, propter quam apposuere *Domini* illam dictionem *pro nunc*, residebat in eo, quod cum ad tenorem Testamentariæ dispositionis exaratæ per Carolum idem Canonicus desiderans Statum Ecclesiasticum assumere, atque ideo spem Uxoris ducendæ sibi adimere, jam nominasset in successorem Carolum Philippum fratrem, *Domini* hac prima vice non fuere concordes in definiendo, utrum inspecta ambiguitate nominationis, incontinenti jura proprietatis transitum fecissent in Nominatarium, vel potius perseverassent usque ad obitum penes Canonicum, utpote nullo præciso tempore adstrictum ad nominandum; supposito enim præfato transitu in Nominatarium, is quamdam inierat concordiam cum heredibus ipsius Margaritæ; quapropter donec illa resceinderetur, transigentem impediebat, ne directe ulla incompatibilis cum eadem concordia per eum efflagitari posset immissio, cum quælibet transactio ad similitudinem rei Ju-
2 dicatæ firmissimum alteri Parti pariat obstaculum, & infrangibilem exceptionem ex adductis per *Decian. respons.* 28. *num.* 11. *vol.* 3., *Gratian. discept. foren. cap.* 400. *nu.* 27., *Card. de Luc. de Usur. disc.* 20. *num.* 3., *Rot. dec.* 550. *num.* 4. *cor. Caval.*, *dec.* 473. *num.* 1. *par.* 14. *rec.*, *& in meis annot. ad dec.* 37. *num.* 18. *cum aliis abunde recollectis in Bonon. Transact.* 16. *Novembris* 1705. §. *Potissime*, *& in Firmana Legitima* 23. *Junii* 1707. §. *Solumque cadente coram Me*.

Ast quia de cetero Canonicus ad supradictam nominationem deveniens sibi reservaverat usumfructum, & respective non intervenerat præfatæ transactioni; hine sive ex natura ejusdem reservationis, vel generalioris regulæ, de qua in *rubr. & tot. tit. Cod. ne res inter alios acta &c.* semper ipse Canonicus, qui hujusmodi concordiæ non intervenerat, valebat Jura ejusdem ususfructus non
3 dimissi sibi vindicare, nullatenus ei præjudicante ex utroque capite prædicta Transactione, ut etiam dicunt per *Text. in l. si de certa C. de transact.*, *Valeron. de transact. tit.* 4. *quæst.* 2. *num.* 5. *ad fin.*, *Rot. in decis.* 109. *num.* 12. *cor. Ottbobon.* & prosequitur *d. Bonon. Transact. sub* §. *Oportebat cum aliis in Leodien. Jurisdict.* 27. *Aprilis* 1705. §. *Nullatenus coram Me*.

Supposita itaque præexistentia ususfructus in Canonico, & sequuta jam morte Margaritæ ad restituenda cuncta bona præsertim fideicommissaria gravatæ, tria opponebantur ad impediendam etiam hanc subalternantem Immissionem pro solo usufructu ex parte heredum ipsius Margaritæ, & quidem primo Quartæ, seu Trebellianicæ detractionem, quæ omni Jure debebatur non solum Carolo Margaritæ Viro super bonis Roberti Avi, & Angeli Patris, verum quoque eidemmet Margaritæ super hereditate Caroli Mariti; Cum enim tam Carolus, quam Margarita reperirentur onerati per universalem substitutionem, ex omnibus proinde prædictis hereditatibus factis suis repartitionibus denegari nequibat subductio Trebellianicæ, quam Jura nostra in prædicta quarta parte concedunt hujusmodi heredibus gravatis in præ-
4 mium faciendæ restitutionis, ut in *l.* 1., *ff. & C. ad Trebell.*, *& in* §. *Sed quia heredes Instit. de fideicom. heredit.*, *Gabriel. conf.* 93. *num.* 8. *lib.* 1. *Gratian. discept.* 82. *num.* 6., *Peregrin. de fideicom. art.* 3. *num.* 4., *& Sac. Rota dec.* 601. *nu.* 1., *&* 2., *decis.* 939 *n.* 4. *cor. Card. Cerro, dec* 450. *n.* 5. *dec.* 895. *n.* 10. *cor. Emerix Jun. dec.* 109. *n.* 4., *&* 5. *par.* 9. *dec.* 75. *n.* 12. *par.* 10., *& dec.* 196. *n.* 10. *&* 15. *par.* 18. *tom.* 1. *rec.*, *& in Romana Pecuniaria* 2. *Junii* 1706. §. *Atque itidem coram Me*.

Et istud Jus detrahendi Trebellianicam etsi ab eisdem Gravatis non fuerit a reliqua hereditate separatum in illorum vita, non per hoc non transmittitur, seu defertur, prout contingit de aliis Juribus, & creditis, in
5 ipsorum gravatorum successores, & heredes per *Text. in l. quamquam C. ad l. falcid. ubi DD.*, *Decius conf.* 81. *in princip.*, *Bursatt. conf.* 19. *n.* 37. *in princip.*, *Hondod. conf.* 59. *n.* 44. *lib.* 1., & prosequitur *Peregrin. de fideic. art.* 3. *num.* 4. *vers. item heres heredis. & Rot. in dec.* 397. *num.* 4., *& in dec.* 1634. *num.* 2. *coram Coccin.*

Verum facile fuit occurrere huic difficultati; Sive enim fuisset quæsita Carolo ulla Trebellianica in bonis Roberti, & Angeli, sive non, nihilominus dato etiam hoc credito in ejusdem Caroli hereditate, & dato non minus alio successivo credito novissimæ Trebellianicæ in patrimonio Margaritæ super bonis præfati Caroli, nullatenus idcirco erat ad exercitium tale Jus deducibile; Cum enim Carolus ex Asse in principio scripsisset heredem Margaritam Conjugem, illam postmodum gravavit non jam universaliter, sed particulariter in bonis stabilibus, & præcipue fideicommissariis, excipiendo etiam quamdam Vineam in Territorio *Filacciani*; Quamobrem cum hæc injuncta restitutio particu-

lare gravamen, seu fideicommissum proculdubio concerneret, non erat amplius discurrendum de ulla subductione Trebellianicæ,
6 quæ numquam detrahi valet a fideicommisso particulari per *Text. in l. lex. faleidia §. fin. ff. ad l. falcid.*, *& l. Mulier §. fin. ff. ad Senat. Consult. Trebell.*, *Actolin. resolut. 111. num. 41.*, *Sanminiat. controv. 132. num. 43. tom. 2.*, *Peregrin. de fideicom. art. 3. nu. 13., & 14.*, *Palm. dec. Lucen. 211. sub num. 14. Rot. dec. 540. n. 4. cor. Caval. dec. 12. n. 4. par. 10.*, *dec. 489. num. 33. par. 18. rec.*, *& in Firmana Censuum, seu Pecuniaria 12. Januarii 1693. §. Sed etiam coram Rmo Hervavult.*

Quin etiam nec ipsa legitima, quantumvis importet quoddam condominium filii in vita Patris in qualibet gleba, nonnisi verificato
7 subsidio potest desumi a bonis stabilibus peculiari fideicommisso subjectis, ut prosequuntur relati per *Rot. dec. 124. num. prim. cor. Card. Celso dec. 113. num. 4. par. 2. divers.*, *dec. 185. num. 14. par. 5. recen.* cum ceteris adductis concordantibus in *Bononien. Immissionis 18. Junii 1708. §. Ex his itaque cor. R. P. D. meo Falconerio.*

Unde multo fortius id sibi locum usurpat in Trebellianica, quæ cum sit præmium, ut diximus, faciendæ restitutionis, & ne alias Testatores per quamdam Juris infamiam careant herede; hinc si Margarita præmium
8 non leve consequebatur in ceteris effectibus, nimirum bonis mobilibus, & immobilibus, aliisque creditis, cessabat a fortiori ratio cujuslibet prætendendæ Trebellianicæ per ea, quæ considerant *Socc. Jun. cons. 49. sub num. 18. vers. in casu autem isto*, *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 7. tit. 7. num. 9. & Rot. dec. 918. num. 12. par. 5. tom. 2. recen.*

Secundo objiciebatur, quod in hereditate Caroli exstarent quamplurima bona Emphytheutica procedentia a Mensa Abbatiali Trium Fontium; quamobrem cum per obitum Caroli ultimi investiti Emus Alterius, ejusdem Abbatiæ Commendatarius devolutionem prætenderit, & obtinuerit, & subinde Margarita novam Investituram pro se reportaverit, eadem procul dubio bona emphytheutica cadere non poterant sub fidei-
9 commisso injuncto per Carolum, cujus Jus resolutum fuit statim sequuta morte illius absque ulteriori generatione ex traditis per *Molfett. ad consuetud. Neapolit. tom. 3. tit. de pignor.*, *& hypothec. quæst. 25. n. 2. Rot. dec. 502. n. 15. cum seqq. post Cenc. de Cens. dec. 86. num. 1.*, *& seqq. par. 5. rec.* cum aliis concordantibus relatis in *Romana Salviani 13. Junii 1698. §. Perstringentius coram me.*

Margarita namque, si eadem bona possedit, eaque hodie detinent illius heredes, non ab Jure Caroli jam, ut diximus, resoluto, sed a nova Investitura, & concessione Domini
10 directi recognoscebant, ut in proposito notant *Bartol. in l. si tribus §. Si pactum ff. de pactis*, *& in l. quod dicitur n. 4. ff. de verb. obligat.*, *Alexand. cons. 27. num. 5. lib. 3.*, *Corn. cons. 13. n. 2. lib. 3.*, *Menoch. de præsumpt. præsumpt. 48. num. 18. & seqq. lib. 3. Rot. dec. 86. num. 1. cor. Merlin.*

Verum, & huic fundamento in promptu visa est replicatio, quod præfata ratiocinia, seu suppositiones militassent, quoties ageretur de bonis vere, & proprie emphytheuticis; sed cum bona hujusce Abbatiæ improprie dicantur talia, & sint vel ex immemorabili consuetudine, vel ex probata, aut præsumpta appodiatione redacta ad instar allodialium, utique super eisdem bonis poterat cadere gravamen, & ordinari fideicommissum, quemadmodum inter has Partes loquendo de fideicommisso prænominati Ro-
11 berti *Sacrum* jam definivit *Auditorium* in *dec. 40. num. 6. cor. Ninot.*, & generaliter tradiderunt *Dec. cons. 58. nu. 5. Socein. Jun. cons. 72. num. 75. lib. 1. Gob. in tract. var. de permiss. feud. & emph. alien. in prælud. a priv. 32. ad fin. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 8. n. 4. & 5.*, *Card. de Luc. de Feud. disc. 10. num. 4.*; *Rot. dec. 87. num. 8. cor. Buratt. dec. 281. num. 9. cor. Cerro dec. 621. num. 7. & seqq. par. 19. tom. 2. rec.*

Addito ex abundanti, quod dum Ecclesia Abbatialis ex facto demonstravit nolle eadem bona pro se retinere dum Margaritam investivit; Hinc ad omne pejus subintrante theorica, sive æquitate, *Bartol. in l. 1. §. permittitur n. 1. ff. de aqu. quotid.*, *& æstiv.*, *& in l. Si mihi, & Titio 110. num. 7. ff. de verb. oblig.* Investitura facta Margaritæ he-
12 redi penitus extraneæ palam ruebat, eaque debebatur Canonico, ejusque fratribus veluti indubitanter attento sanguine proximioribus ad plene firmata per *Paris. cons. 22. num. 36.*, *& seq. lib. 1.*, *Gratian. discept. foren. cap. 88. num. 25.*, *Fulgin. de Jur. emphyth. tit. de renovat. quæst. 1. num. 43.*, *Ureeol. cons. 94. num. 18.*, *Bonden. coll. 34. num. 95. lib. 2.*, *Michal. de fratr. par. 3. cap. 47. num. 7.*, *& 10.*, *Pacion. de loc.*, *& cond. cap. 62. num. 7.*, *Card. de Luc. de emphit. disc. 3. n. 3. et 4.*, *& disc. 12. n. 5. Rot. dec. 532. num. 2. cor. Bieb. decis. 192. n. 2. cor. Cels. dec. 145. num. 4. par. 10. dec. 358. num. 1. par. 19.*, *in Nullius, seu Senogallien. bonorum 13. Maji 1695. §. Hæc quoad 29. cor. bo. mem. Muto*, *& in Mantuana bonorum*

rum 14. *Jan.* 1707. §. *firmato cor. R.mo D. meo Molines Decano*, & *in illius confirmatoria emanata* 7. *Maji* 1708. §. *Ex quibus cor. R. P. D. meo Aldrovando*.

Tertio denique inanis apparuit conclamata retentio per heredes ejusdem Margaritæ, sive ex capite creditorum, quæ contra fideicommissa conquisiverat Carolus, eadéque Margarita, sive ex altero melioramentorum, sive postremo pro summa scut. 300., de quibus ad favorem ipsius Margaritæ testatus fuerat Carolus innixus facultati sibi traditæ per Angelum ejus Patrem, & fideicommittentem: Quoniam respectu præfatorum creditorum, dum ea non concernebant versionem in utilitatem fideicommissi hujus particularis, sed percutiebant hereditatem in genere, illis non jam ipse fideicommissarius

13 particularis, sed heres universalis, prout erat Carolus respectu Parentum, & Margarita respectu Caroli, remanebat alligatus, & adstrictus ex passim affirmatis per *Bartol. in l. puta filium* 36. *num.* 2. *ff. de l.* 3., *Bellon. Jun. conf.* 57. *n.* 37., *Peregrin. conf.* 64. *num.* 27. *Rot. dec.* 399. *nu.* 24. *par.* 9., *dec.* 12. *num.* 38., & *seqq. par.* 10. *rec.*, & *in Rom. Immiss.* 13. *Febr.* 1701. §. *Ideoque cor. R.mo P. D. meo Molines Decano*.

Quo vero ad melioramenta, cum de illis individualiter, vel specialiter minime daretur congrua justificatio, hinc etiam, quando refici mererentur, non erat id explendum per organum retentionis, sed satis erat, quod Canonicus, quoties in genere fuissent comprobata, se ad illorum refusionem obligaret facto deposito unius julii juxta praxim, de qua *Paris. conf.* 33. *num.* 53. *lib.* 1., *Surd. conf.* 48. *num.* 12., *Rot. dec.* 874. *n.* 13. *cor. Buratt. dec.* 52. *n.* 13. *cor. Caval. dec.* 48. *n.* 16. *par.* 17. *dec.* 406. *n.* 12. *par.* 19. *tom.* 1., *dec.* 443. *num.* 14. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.*, & *in Narnien. Primogenituræ de Area* 15. *Februarii* 1700. §. *Minus cor. E.mo Caprara*, & *in dicta Rom. Immiss.* 13. *Febr.* 1701. *coram R.mo D.no meo Molines Decano*, & *in Bonon. Immiss.* 18. *Junii* 1708. §. *fin. cor. R. P. D. meo Falconerio*.

Minusve tandem concedi poterat retentio pro præfata *summa sc.* 300., quia cum heredes Margaritæ fuerint per judicialem contestationem lacessiti ad restitutionem hujusmodi bonorum, & proinde certo certius ab ipsa die motæ litis omnino injuste fructus percepering, successiva restitutio facienda valebat in tanta quantitate præexistere, ut hoc creditum sc. 300. penitus detegeretur ex-

15 tinctum, vel saltem indubitanter effectum fuerit illiquidum, & ideo semper incapax

pro impedienda Immissione, ut ponderant relati per *Sanminiat. consult.* 75. *n.* 77., *Rot. dec.* 120. *num.* 17. *cor. Rojas*, *dec.* 710. *nu.* 17. *cor. Dunoz. Jun. dec.* 771. *num.* 3. *cor. Merl.*, *dec.* 153. *nu.* 7. *cor. Celso*, *dec.* 1124. *num. fin. cor. Emerix Jun.*, *dec.* 278. *n.* 10. *par.* 10., *dec.* 380. *num.* 2. *par.* 16., *dec.* 14. *nu.* 24. *par.* 17., *in Reatina fideic.* 12. *Jan.* 1700. §. *fin.*, & *in Maceraten. fideicom.* 6. *Maji* 1709. §. *Nihilominus cor. me*.

Et ita &c. utraque &c.

Bononien. Fideicommissi super Transactione.

Ven. 28. *Junii* 1709.

ARGUMENTUM.

Pupilli consensus an requiratur in contractu, in quo intervenit Tutor, & quid dicendum de majore annorum quatuordecim. Transactio ad hoc, ut dicatur læsiva probari debet valor, & importantia bonorum sub transactione cadentium, & alleganti læsionem incumbit onus plene, & concludenter illam probandi, alias transactio præsumitur valida, præsertim si fuerit facta cum consensu, & interventu Virorum probitate, & dignitate præstantium. Error quoties in transactione probetur, transactio ipso Jure corruit, & habetur ac si facta non fuisset.

SUMMARIUM.

1. *Pupilli consensus septennio majoris non requiritur in contractibus, sed sat est intercessisse consensum Tutorum adhibitis copulative assuetis solemnitatibus, & Judicis Decreto.*
2. *Hæc tamen opinio non est admodum tuta.*
3. *In majore autem quatuordecim annorum ad differentiam Pupilli ultra consensum Tutoris, & Curatoris requiritur etiam illius consensus, & interventus.*
4. *Hæc autem quæstio ob diffidentiam scribentium, & Tribunalium reputatur de illis, quæ altiorem exposcunt indaginem, nec impedire valent Judicium exsequutivum.*
5. *Ista autem præsentia pupilli necessaria non est in contractu lucrativo, sive utili Pupillo, & de ratione.*
6. *In favorabilibus prævalet factum Pupilli septennio majoris occasione Juris præsentandi.*
7. *An vero huic Juris censuræ satisfactum dicatur per præsentiam ipsius Pupilli.*
8. *Statutum Bononiæ nuda, & materiali Pupillorum præsentia in contractibus contentatur.*
9. *Læsio enormissima tamquã præseferens majorem iniquitatem ea est, quæ præsumere facit abfuisse omnem consensum ab actu,*

10. *Læsio simplex, sive ordinaria ad limites* l. 2. Cod. de rescindend. vendit. *exuberat ad rescindendam etiam in Viro majore quamcumque Transactionem, quæ in hoc non differt ab emptione, & venditione.*

11. *Ad effectum metiendi læsionem inspici prius debet valor, & importantia bonorum sub transactione cadentium.*

12. *Contractus semper præsumitur validus, & contrarium asserenti incumbit onus liquido ostendendi illius injustitiam, & læsionem.*

13. *Et hoc casu hujusmodi actor tenetur omnes expensas pro faciendis hisce probationibus subire de proprio, & deinde cujus de Jure.*

14. *Quid si neutra ex partibus Judicem in præmissis interpellet, & Judex succenset illam definiri non posse nisi factis prius omnibus necessariis probationibus, quis hoc casu subire debeat expensas.*

15. *Transactio facta cum interventu Virorum morum probitate, & dignitate præstantium habet omnem præsumptionem validitatis, & justitiæ.*

16. *Causa transactionis quando detegatur erronea corruit ipso Jure transactio.*

17. *Principum diplomata, ipsaque Bulla Apostolica subreptitia, & obreptitiæ dicuntur, si verum reticitum, & falsum fuerit expositum.*

18. *In Litteris Apostolicis, & in gratiis Principis, secunda corruit impetratio, si nulla mentio de prima facta fuerit.*

19. *Judici si non fuerint narratæ circumstantiæ diversificantes actum expositum in damnum mulierum, & minor um corruit decretum, & inevitabilis resurgit nullitas.*

20. *In contractibus mulierum, vel Minorum Judici debet constare de veritate causæ, eamque ab eo examinari, itaut nisi hujusmodi causa sit omnino utilis, damnosa saltem non evincatur.*

21. *Error est manifestus quoties sive implicite, sive explicite insubsistens, & falsum noscitur suppositum sub quo initus fuit quilibet contractus, vel actus.*

22 *Nulla umquam certa immissio decerni valet quoties constat de competentia detractionum legalium, & accidentalium.*

23. *Excessum allegans tenetur illum plene, et concludenter probare.*

24. *Et quis hoc casu dicatur Actor, vel Reus.*

DECIS. CDLXX.

Duobus munimentis instructus Ludovicus Marchio de Fontana per duo non minus Judicata extra *Tribunal* obtenta sibi decerni consequutus erat Immissionem adversus Comitissam Annam Mariam Detentricem bonorum, de quibus est quæstio, eorumque alterum radicabatur in clara vocatione ipsius Marchionis Ludovici, sive illius filiorum secundogenitorum profluente ex Testamentaria dispositione Joannis Mariæ Patris, & alterum in substantia innitebatur cuidam subsequutæ Transactioni sub *anno* 1664. per quam infringi videbatur subsidiarie saltem clypeus objectarum detractionum ab eadem Comitissa Anna Maria oculis Judicantium expositus.

Delata autem Massa controversiæ ad *Sacrum Tribunal*, putavere tunc *Domini* non solum subsistere certitudinem, seu claritatem fideicommissi, sed & nullam habere firmitatem prætensas ab Anna Maria detractiones, remque denique effici manifestam mediante memorata Transactione gratis objurgata de nullitate, erroneitate, & enormissima læsione, donec in omnem eventum ad partes peculiari trutinæ subjiceretur articulus, seu Dubium = *Utrum de hac asserta nullitate Transactionis elucesceret, sive constaret* = quemadmodum de hisce omnibus liquet ex *primæva Decisione* inscripta *Bononien. Fideicommissi super Immissione*, editaque *sub die* 11. *Martii* 1697. *coram b. m. Ursino*.

Ast ad novum examen revocata *hujusmodi Decisione*, *Rota* interim adhuc indiscusso remanente memorato peculiari Dubio, *An constaret de nullitate Transactionis*, ad quem effectum fuerat ulterius pro dilucidatione unius ex capitibus allegatæ nullitatis, videlicet enormissimæ læsionis subdelegatus Judex in Partibus, recedendum censuit a prædicta principali resolutione *diei* 11. *Martii* 1697., non jam ob aliquam amaritudinem erga fideicommissum, sed ex motivo justitiæ, seu competentiæ detractionum, quæ super bonis a Comitissa Anna Maria possessis vim retundebant ejusdem fideicommissi, & in hoc posteriori sensu perseveravit quoque Sacrum Auditorium *coram Me* deinceps in Causa suffecto, ut pariformiter coruscat in prædicta secunda *Decisione* 21. *Aprilis* 1698. *coram eodem bon. mem. Ursino*, & respective *sub die* 14. *Januarii dilabentis anni* 1709. *coram Me*.

Novissime itaque per *Me* extensa resoluzione ad instantiam subinde Comitissæ, scilicet *die* 8. *Aprilis mox præterlapsi*, negocium bujusce primi Articuli impeditivi Immissionis proposueram in ordine ad expeditionem Sententiæ, pro qua eadem Anna Maria supplex exorabat; Verum *Domini* dignoscentes parum refragari posse canonizatio-

tionem pertinentiæ detractionum, si nihil-
ominus ex capite Transactionis indecisæ,
ruere valeret immissio, idcirco *mihi* deman-
darunt, ut suspensa prædicta expeditio-
ne, reproponerem idem memoriale, sive
supplicationem Annæ Mariæ intra circulum
hujus mensis, unacum altero Dubio super
nullitate Transactionis, quamobrem ho-
die, utrinque acriter re assumpta desuper
colluctatione exiit rescriptum = *Constare de*
nullitate.

Vertex, seu caput ita sentiendi unice consti-
tit in erroneitate, & non jam in ceteris co-
pulative titulis ab initio *coram bon. mem.*
Ursino proclamatis, cum minime subsiste-
ret sive in Jure, sive in facto nullitas ex
defectu solemnitatum olim prætensa, &
allegata per Comitissam Annam Mariam,
ex quo nimirum filii Pupilli Marchionis
Claudii, quorum Jura successive induit
eadem Anna Maria licet septennio majores
nullum præstiterint consensum hujusmodi
1 Transactioni; Quoniam de jure in abstra-
cto sat erat intercessisse tractatum, conclu-
sionem, & consensum Tutorum adhibitis
copulative assuetis solemnitatibus, ac Ju-
dicis Decreto, ut generaliter tradunt *Natta*
cons. 45. *num.* 6., *Caneer. var. resol. lib.* 1.
cap. 7. *de Tutor. nu.* 116., *Vreeol. de Tran-*
sact. quæst. 11., *Rota dec.* 39. *num.* 11. *p.* 7.
cum aliis relatis in antecedenti Decisione
hujus Causæ *sub die* 11. *Martii* 1697. §. *fin.*
cor. b. m. Ursino.

Et quamvis circumstantia ætatis supra septen-
nium non modicas quandoque in *Tribu-*
nali nostro suscitaverit amaritudines, utrum
in hoc casu sola Tutoris auctoritas sustine-
ri faceret Contractum, vel ulterius Pupilli
quoque septennio majoris præsentia saltem
requireretur, usque ad inquirendum, an
eo temporis Pupillus proximior infantiæ fo-
2 ret, vel pubertati, secundum ea, quæ pro
utraq; Sententia affirmativa, vel negativa
cum subalternantibus distinctionibus habē-
tur connotata penes *Gomez var. resol. tom.*
2. *cap.* 14. *num.* 1., *Modern. Asculan. in Com-*
ment. ad Statut. Urb. annot. 25. *art.* 1. *n.* 54.
& seqq. tom. 1., *Rot. decis.* 187. *nu.* 15. *par.*
10. *Rec.*

Consentibus tamen absolute, & magis forsan
probabiliter aliis, quod posita auctoritate
legitimi Tutoris, qui personæ principali-
ter datur, superflua reddatur præsentia,
sive interventus Pupilli, quid enim in cor-
respectivis Contractibus fari potest impu-
bes, etsi non infans, & non longe a pu-
bertate, ad differentiam Minoris sub Cura-
tore existentis, ex quo tunc major annorum
quatuordecim tenetur ipse consentire, &
3 contrahere, adjuvante dumtaxat ejus perso-
nam, & respective imbecillitatem Curatore,
qui datur e converso rebus, quemadmodū
pariter ad intellectum *l. quoties, ff. de admi-*
nist. et perie. Tut., & l. fin. §. Ubi autem C. de
bon. quæ liber., a quibus veluti sub oscuris,
aut loquentibus de minore, & non Pupillo
forsan totum emanavit æquivocum, liquet
ex *Castald. consult.* 286. *num.* 2., *Angel. de*
confession. lib. 2. *quæst.* 14. *num.* 16., *Jovius*
de contract. Minor. glos. 15. §. 9. *num.* 13.,
et seqq., *Posth. resol.* 45. *num.* 41., *Rot. dec.*
187. *num.* 15. *et seqq. par.* 10. *dec.* 368. *nu.*
10. *& seqq par.* 13. *Rec.* Adeout in omnem
casum nullitas hæc ob dissidentiam Scriben-
tium, & Tribunalium reputata fuerit expo-
4 scens altiorem indaginem, & nullatenus im-
peditiva Judicii exsequutivi, vel alterius
exquirentis celerem expeditionem, sicuti
concludere visa est, *Rota dec.* 271. *num.* 6.
cor. Seraphin., *dec.* 64. *num.* 6., *post Pacific.*
de Salvian. Interd. d. dec. 187. *n.* 18., *et* 19.
eum seqq. par. 10., *et dec.* 322. *num.* 15. *par.*
14. *Rec.*

Quod eo lubentius, immo, & certius processis-
set, quoties (ad ornatum materiæ) actum
exstitisset de Contractu lucrativo, sive utili
Pupillo, quia ne favor a legibus in gratiam,
& præsidium Pupillorum inductus detor-
5 queatur in præjudicium, necessariam non es-
se præsentiam Pupilli rationabiliter dixe-
runt, *Francisc. a Ponte cons.* 1. *num.* 34. *et*
seqq. num. 9., *Pacific. de Salvian. inspect.* 3.
cap. 2. *num.* 129. *et* 132., *Montan. de Tutor.*
cap. 30. *num.* 69., *Rot. dec.* 1242. *num.* 3.
cor. Seraph. dec. 284. *nu.* 4. *par.* 9. *dec.* 187.
num. 19. *par.* 10. *Rec.*, *et in Camerinen. Ma-*
nutentionis, *seu Censuum* 10. *Martii* 1698.
§. *Certum est cor. R̃mo D. meo Molines*. Quin
etiam in favorabilibus prævalere factum Pu-
6 pilli septennio majoris occasione Juris præ-
sentandi reputarunt ad mentem prædicti
Text. in l. Quoties, *Tiraquell. in l. connub.*
glos. 5. *num.* 222., *Gutierez de Tutel. par.* 3.
cap. 29. *n.* 7., *Gartias de benef. par.* 5. *cap.* 9.
num. 186., *Narbon. de ætat. annor.* 7. *quæst.*
22. *num.* 16. *et seqq.*

Nihilominus quidquid foret de prædicta Juris
scrupulositate reducendo thesim ad hypo-
7 thesim, omnis quæstio in casu nostro rema-
nebat extranea, quia cum Pupilli, & is si-
guanter, qui excedebat septennium de fa-
cto interfuerint stipulationi, plusquam ab-
unde citra aliam necessitatem exigendi et-
iam consensum, qui vix umquam perfecte
præberi potest per Pupillum satisfactum ap-
parebat non solum prædictæ scrupulositati
Juris,

Juris, seu Doctorum, sed & ipsi municipali
8 sanctioni Civitatis Bononiæ, quæ nuda, & materiali Pupillorum præsentia contentatur, ex traditis per *Rot. dec.446.n. 12.p.13.rec.*

Nullatenus pariter pes pro irritanda Transactione figi poterat in altero ab initio adducto titulo læsionis enormissimæ; quantumvis enim sufficisset Annæ Mariæ docere de prætensa læsione, etsi ordinaria,& non enormissima cum licet enormissima læsio, tamquam
9 præseferens majorem quodammodo iniquitatem ea sit, quæ præsumere faciat absuisse omnem cousensum ab actu,adhuc læsio quoque simplex,sive ordinaria ad limites *l. 2.C. de rescind.Vendit.*, vel alterius sanctionis statutariæ exuberat ad rescindendam etiam in Viro majore quamcumque Transactionem, quæ in hoc non differt ab emptione, & ven-
10 ditione, ex deductis super prima propositione per *Bart. ad eamdem l. n. 7.,Roland. cons. 28. n. 26. tom. 4., Soccin. sen. cons. 85. n. 3. lib. 1., et jun. cons. 129. num. 48. lib. 1. Rot. post Urceol. de Transact. dec. 93. nu. 35. dec. 379. num. 2. cor. Coccin., & in Bonon Transactionis 16. Novembris 1705. §. Ad summum, cor. Me*, & super secunda, *Rot. decis. 364. num. 15. par. 17. dec. 244. num. 10. par. 18. Rec., & in Firmana Legitima 17. Junii 1707. §. Modus, cor. Me.*

Attamen usque dum defecerat Anna Maria in justificatione cujuslibet, vel minimæ læsionis., dum ut superius enunciavimus, subdelegato per Sacrum Auditorium Judice in Partibus ad finem construendi Processum super firmatione status,& importantia, ac valore bonorum sub Transactione cadentium, scilicet ex parte illius dimissorum, & respe-
11 ctive acceptorum, ut oportuisset ad effectũ metiendi, comprobandique consequutivam læsionem, quemadmodum requiritur teste *Surd. cons. 217. num. 13. & seqq., Faber. in Codic. lib. 4. tit 30. de rescindend. Vendit. def. 20., Ciriac. contr. 87. num. 5. & seqq., & controv. 453. nu. 5., Urceol. consult. for. cap. 3. num. 15. & seqq., Hodiern. contr. 37. num. 34. Rot. dec. 322. num. 2. cor. Ubaldo.*

Comitissa destiterat ab hoc munere, & provincia sibi dubio procul incumbente, urgente siquidem semper præsumptione pro Justitia contractuum quisquis se læsum esse conclamat necessitatem assumit tamquam in hujus-
12 modi proposito actor demonstrandi per probationes ex parte sua faciendas injustitiam, & læsionem ejusdem Contractus, ex congestis per *Menoc. lib. 3. præsumpt. 82. per tot., Mascard. de probat. vol. 2. concl. 962., Urceol. de Transact. quæst. 94. n. 29., Rot. dec. 279. num. 3. cor. Ubaldo dec. 1022. num. 4. cor. Emerix jun. dicta dec. 379. num. 2. cor. Coccin., & dec. 1839. num. 3. cor. Eodem.*

Quinimmo adeo verũ existit hujusmodi principium, ut ille, qui gerit prænominatam figuram Actoris, Judicemque deprecatur pro consimilibus subdelegationibus, aut dein relationibus Peritorum, compellatur impensas ad materiam necessarias pro Testibus,
13 Actuariis peritis, aliisque explendis seu adhibendis de propria crumena erogare per expressum vel subintellectum de more Decretum *sumptibus petentis, & deinde cui de Jure* ut ait *Jo: Andr. in Addit. ad Specul. sub rubr. qualiter sunt Testes producendi nu. 12. vers. quoniam* ubi allegat *Glos. in cap. Statutum §. Proferendo de rescript. in 6. Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 12. num. 142., Rot. decis. 254. num. 2. coram Cavaler.*

Fallente solum hac praxi, quoties neutra Partium Judicem in præmissis interpellat, quoniam si adhuc juxta opportunitatem Causæ Judex sueceuset illam recte definiri non posse, nisi prævia firmatione status, examine Testium, sensu Peritorum, aut accessu eum
14 similibus, tunc eædem impensæ fieri injunguntur sumptibus, ut dicitur,utriusque Partis, suspenso Judicio refusionis istarum expensarum ad finem litis contra succumbentem, nec ne, sicuti quoque adverterunt *Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 13. n. 61 3. Verall. decis. 341. par. 1. dec. 191. n. 2. cor. Caval.*

Cardo itaque totius disputationis arctabatur ad alium, & supra tactum titulum erroneitatis, nam etsi nullo modo videretur allegatus error a Cõitissa vestiri posse alia exteriori pergravante circumstantia deceptionis nimirum, aut doli, cum abhorreret id excogitare in tam solemni celebratione Transactionis eum interventu Matris Pupillorum, & insimul Tutricis, & quatuor Executorum seu Heredum fiduciariorum, qui ultra generis claritatem, & tam in Sæculari, quam respective Ecclesiastica dignitate præstantiam constipabantur judicio, & fiducia in eis ha-
15 bita per Marchionem Joannem Mariam Testatorem,ideoque erant supra omnem exceptionem ab omni suspicione immunes, ut alias ad propositum quoque sustinendi Transactionem ponderavit *Rota*, & signanter *decis. 407. num. 6. cor. Caval. dec. 885. n. 8. cor. Emerix Jun. decis. 354. nu. 2., & decis. 432. num. 1. cor. Pamphil. decis. 86. num. 23. par. 6. decis. 473. num. 6. par. 14., & decis. 423. n. 19., & 20. par. 18. Recent.*

Obstrinxit tamen *Dominos* ad canonizationem erroris ipsum factum, seu lectura Transactionis, in qua palpabilis error sive per modum negativum, sive per modum affirmati-

vum

vum ineluctabiliter, ac semper emergebat in perniciem Pupillorum, quando etenim causa, prout hic, transigendi demonstratur erronea, nimium de plano corruit Transactio, cujus corpori in his terminis deesse ob
16 errorem dicitur anima consensus indubitanter requisiti ad ineundam Transactionem, aliumve quemlibet contractum, per ea quæ in specie erroneæ, sive juridice falsæ causæ transigendi uno ore conclamarunt Doctores *in l. 1. ff. de pact.*, *& in l. si diversa*, *C. de Transact.*, *Surd. cons. 25. num. 11.*, *& cons. 157. num. 12.*, *Urceol. de Transact. quæst. 8. num. 14.*, *Rot. decis. 1190. n. 130. cor. Seraphin. decis. 799. nu. 16. cor. Merlin. dec. 25. num. 3. cor. san. mem. Alexandro VIII.*, *& decis. 242. n. 2. par. 6. Recent.*

Diximus *per modum sive negativum*, *sive affirmativum*, plura siquidem subticita fuere Judici suam debenti interponere auctorizationem, & decretum, quæ forsan expressa, atque perpensa illius animum retraxissent, licet in suo decreto asserat per biduum ante maturam adhibuisse cognitionem causæ, & sufficientem informationem facti, & e converso plura alia enarrata legebantur, quæ longe aberant a veritate, ideoque ambigendum non erat ipsum decretum erronee, ac perperam extitisse interpositum, & extor-
17 tum, eo modo quo Practici nostri per taciturnitatem veri, & expositionem falsi reddunt inexequibilia ipsamet Principum Diplomata, ipsasque Bullas Apostolicas sese explicantes cum notissimo vocabulo, & distinctione *subreptionis*, & *obreptionis*, ut monent communiter *Canonistæ in cap. Super litteris*, *& cap. In nostra de rescript.*, *Menoch. de arbitr. Jud. cas. 201.*, *Garz. de Benefic. par. 8. cap. 3. num. 20.*, *Card. de Luca de Dot. disc. 8. num. 2.*, *& disc. 23. nu. 8.*, *Addit. ad Gregor. decis. 150.*, *Rot. decis. 363. num. 24. par. 10. Recent.*

Reticitum quippe constabat, quod præcedenter alia aderat de medio Concordia, quæ hodie registrabatur *in Summario ipsius Marchionis Ludovici sub Num. 2.*, & in qua plura fuerant expressa, & respective magis favorabiliter pro Pupillis fortasse conventa, signanter etenim inibi dicebatur, quod Marchio Claudius Pater eorumdem Pupillorum recusaverat acceptare Testamentum Joannis Mariæ ejus Patris, ideoque cum de his omnibus summopere ad rem facientibus, atque importantibus Judex non fuerit ullatenus instructus, ecce error, ecce per modum negativum probata falsa causa, & er-
18 ronea, prout prosequendo exemplum litterarum Apostolicarum, & Gratiarum Principis secunda corruit impetratio non facta mentione primæ, juxta firmata per *Text. in capit. Constitutus apud Sedem de rescript.*, *Rebuff. in prax. tit. de form. nov. provis. nu. 5. et 6.*, *Rot. dec. 270. num. fin. cor. Manzaned. dec. 287. num. 2. 7. et 9. cor. Pamphil.*; & generaliter, quod ubi narratæ non appareant Judici omnes circumstantiæ, quæ fortasse potuissent diversificare actum expositum in damnum Mulierum, & Pupillorum,
19 aliarumve personarum sub aliena administratione viventium, corruat decretum, & inevitabilis emergat nullitas, monuerunt *Dec. cons. 443. n. 27.*, *Simoneell. de decret. lib. 1. tit. 1. num. 21.*, *Modern. Asculan. ad Statut. Urb. annot. 44. art. 4. n. 241.*, *Rot. dec. 326. num. 5. par. 3. dec. 92. n. 7. par. 4. dec. 34. num. 21. par. 8.*, *et dec. 791. n. 15. par. 18. Recent. tom. 2.*

Ast magis intolerabilia visa sunt *Dominis* ea, quæ supposita pro coloranda causa transigendi noscebantur Judici pariformiter in damnum Pupillorum; Primario siquidem in Transactione, de qua agebatur, Ludovicus enunciando vetera litigia, præsupposuit semper reportasse Victoriam, *Summ. ejusd. Ludovici n. 1. litt. E*, quando tamen saltem in parte contrarium coruscabat ex illa *Bonon. Bonor. 20. Aprilis 1663. cor. bo. me. Albergato alias dec. 52. par. 14. rec.*, dum inibi *sub. num. 4. §. E converso*, *et num. 5.* Marchio Ludovicus fuerat ad normam Testamenti Ludovici Senioris condemnatus ad restitutionem, seu remissionem Bonorum Paternorum, & latius, ampliusque *in dec. 125. ead. par. 14. Recent. ferme per tot.*

Quodque non minus erat, in cōtroversa Transactione idem Marchio Ludovicus, qui universa Bona Joannis Mariæ Patris sub ejus Creditorum prætextu occupaverat, repræsentavit Judici patrimonium ipsius Joannis Mariæ adeo rabidum, & extenuatum ab ære alieno, ut facile Judex induci potuerit ad roborationem ejusdem Transactionis mediante prænominato suo decreto, quando pariformiter Ludovicus nullum in ordine ad Bona hereditaria Joannis Mariæ asserentis, sive opinantis, quod ejus activa credita longe excederent debita passiva, confecerat Inventarium, nullamque de tempore Transactionis reddiderat rationem de mobilibus, pecuniis, fructibus, & præfatis activis creditis Joannis Mariæ, & proinde quomodo sine prædicta redditione rationis poterat hæc absorptio æris alieni, & assertio Ludovici respective sustineri, & dare fomentum causæ transigendi, dum prius necesse est in his contractibus Pupillorum, vel Mulierum, ali-

aliarumve personarum incapacium contrahendi de per se, quod Judici constet de veritate causæ, eaque per eumdem examinetur
20 itaut nisi hujusmodi causa sit omnino utilis, saltem evincatur non damnosa, per ea, quæ ad normam Juris communis habentur ad *Text. in l. magis puto*, §. *Non passim*, & §. *Æs alienum*, *ff. de reb. eor. in tract. de Commerc.*, & *Mercat. disc. 62. num. 23.*, *Rot. decis. 613. num. 1. cor. Emerix Jun.*, & *in Reatina Fideicommissi de Severis 13. Februarii 1708. §. Causa equidem coram Reverendiss. Omaña Episcopo Giennen.*, & ad limites Statutorum seu Patriarum Ordinationum, *Constantin. ad Statut. Urb. annot. 44. art. 4. num. 239.*, *Rot. decis. 370. nu. 13.*, & *16. par. 4. tom. 2. dec. 479. nu. 6. par. 13.*, & *in Auximana Prædii 20. Martii 1705. §. Nullitati autem*, *coram Reverendiss. Giennen.*, & *in Sutrina Dotis 11. Junii 1708. §. Siquidem*, *coram Reverendiss. Domino meo Molines Decano*.

Atque hæc fortasse exuberassent, sed superlative ad detegendam erroneitatem causæ transigendi palpabatur in hodierna Audientia, quod rota machina tam ipsius Transactionis, quam difficultaris in causa cadentis residebar in inquirendo, utrum Marchio Claudius acceptasset dispositionem Joannis Mariæ ejus Patris, quo casu detractiones hactenus objectæ ab Anna Maria Immissioni petitæ per Marchionem Ludovicum, ad finem retinendi Bona per eam possessa, incontinenti cecidissent, e converso autem seclusa acceptatione hæ detractiones, scilicet Legitimæ, & Dotis Maternæ plusquam idoneæ erant ad impediendam efflagitatam immissionem, secundum plene examinata, & affirmata inter Partes *in prælaudatis decis. 21. Aprilis 1698. coram bo. mem. Ursino*, & *14. Januarii defluentis anni coram Me*.

Cum igitur, vel nihil in eadem Transactione dictum præcise liqueret de hoc articulo acceptationis, in qua tota moles versabatur, prout saltem actum fuerat in antecedenti Concordia non nominata, ut diximus in secunda, vel in omnem eventum innegabiliter elucesceret ex toto contextu, quod Testamentum Joannis Mariæ habitum in Transactione fuit pro acceptato a Claudio Patre Pupillorum, hinc sive uno, sive altero modo perpenso, inexcusabiliter erronea detegebatur causa transigendi, error quippe semper efficitur manifestus, quoties sive implicite, sive explicite insubsistens, &
21 falsum noscitur suppositum, sub quo initus fuit quilibet contractus, vel actus, ex passim traditis per *Posth. resol. 136. num. 2.*, *Palm. Nep. allegat. 57. nu. 9.*, & *10.*, *Bonden. collect. legat. 27. num. 75. lib. 1.*, *Rot. decis. 985. num. 6. coram Dunozet Jun. decis. 454. num. 12. coram Pamphil. decis. 227. nu. 17. par. 19. Recent.*, & *in meis annot.*, *seu addit. ad dec. Carpentoraten. Parochialis de Mazan 13. Februarii 1699.*, *quæ est decis. 72. numer. 33. inter hactenus impress. tom. 1.*

Atque ex his in substantia ad volitum effectum retentionis sese invicem amplexabantur tam superius *enunciatæ Decisiones* sub simplici titulo *Bononien. Fideicommissi coram bo. mem. Ursino*, & *coram Me*, quam præsens disceptata sub adjuncto *super Transactione*, cum unitim protenderent ad evadendam, ut præmisimus petitam immissionem a Marchione Ludovico, dum constito
22 de competentia detractionum legalium, & accidentalium nulla unquam certa decerni valeat immissio, ut comprobatum fuit *in utraque Decisione*, *ut supra*, *coram bo. mem. Ursino*, & *Me*.

Ubi vero prætenderet Marchio Ludovicus, quod Bona possessa per Annam Mariam superarent in valore præfatam competentiam utriusque speciei detractionum, tota profecto scena judicialis, sive ordinis immutaretur, nam ex præmissis palam cessaret in Anna Maria necessitas firmandi ullum statum hereditarium, cum ei sit satis edocere de prædicta competentia detractionum, atque ex eodem capite promanare nullitatem Transactionis ceteroquin constipatam aliis, ut supra, fundamentis, & ex opposito Marchio Ludovicus omni jure, si hujusmodi excessum intendit allegare, compellitur ipse statum firmare, eumdemque excessum pa-
23 tefacere, ut est de regula, & respective de onere allegantis excessum, quemadmodum inquit *Mascard. de probat. conclus. 696. nu. 11.*, *Cyriac. controv. 5. nu. 13.*, *Rot. decis. 265. num. 1. dec. 948. num. 2. coram Dunozett. Jun. dec. 384. num. 1. par. 14. dec. 622. num. 4. par. 19. Recent. tom. 1.*, & bene perpendendo in hoc proposito, & respective exemplificando, quis, & quomodo dicatur Actor, & Reus ostendit *Cyriac. controv. 5. num. 12.*, & *seqq.*

Et ita utraque &c.

Romana Cappellaniæ S. Nicolai.

Ven. 28. Junii 1709.

ARGUMENTUM.

Jufpatronatus fi non conftet de initio, feu fundatione præfumitur femper hereditariū, & pro regulandis, five difcriminandis vocibus Patronorum proceditur cum terminis teftatæ, vel inteftatæ fucceffionis. An autem hoc Jufpatronatus hereditarium ab heredibus immutari poffit in gentilitium, & familiare late differitur. Ultimus ftatus fi fuerit dubius, & æquivocus, an attendi debeat ftatus præcedens clarus, & liquidus, nullamque involuens turbiditatem. In Jurepatronatus familiari, & gentilitio, præfentatio in capita quomodo, & quo cafu facienda fit a Patronis.

SUMMARIUM.

1. *Sacri Canones, quoties non conftat de referv ione facta favore erigentium Beneficia Ecclefiaftica, elargiuntur Jufpatronatus Fundatoribus, eorumque heredibus in perpetuum.*
2. *Jufpatronatus in dubio cenfetur hereditarium, & pro regulandis, feu difcriminandis vocibus Patronorum proceditur cum terminis teftata, vel inteftata fucceffionis.*
3. *Potiffimum fi accedat antiquiffima enunciativa effectum fortita, quia ifta fatis eft ad probandam qualitatem hereditariam.*
4. *Jufpatronatus ab initio hereditarium poteft fubinde ad libitum Patronorum tranfire in aliam naturam, feu qualitatem gentilitiam, feu familiarem.*
5. *Jufpatronatus quando dicatur familiare.*
6. *De Jurepatronatus, ficuti etiam de hereditate difponi poteft ad commodum agnationis exclufive ad fucceffores fimpliciter indifferentes.*
7. *Præfentatio ad hoc ut attendi valeat, requiritur, quod illa fuum fortita fuerit effectum per actualem inftitutionem præfentati.*
8. *Enunciativa Patronorum prædeceſſorum pro inducenda qualitate gentilitia nemini præjudiciali nullam requirit juftificationem effectuationis fubfequutæ.*
9. *Affertio qualitatis pertinentiæ beneficii facta per Patronos informatos, illorumque manus ligans, attendi femper confuevit.*
10. *Dictio* videlicet *fuapte natura eft declarativa, & reftrictiva.*
11. *Verbum* Domus *cum additamento cognominis magis etiam ftrictum, et fignificativum eft gentilitiæ qualitatis Jurifpatronatus, quam fimplex vocabulum* Familia.
12. *Expreffio facta in præfentatione pertinentiæ Jurifpræfentandi ad aliquos* de Familia *inducit qualitatem familiarem, & gentilitiam.*
13. *Claufula* verificato prius Jurepatronatus *conditionem, & in cafu contrario ablationem Jurifdictionis fignificat.*
14. *Res judicata facit rem certam, & manifeftam.*
15. *Jufpatronatus gentilitium, & familiare arguitur ex præfentationibus expletis in capita, & non in ftirpes.*
16. *Enunciativa emiffa in litteris Apoftolicis plurimum attendi debent.*
17. *Expreffio qualitatis hereditariæ in præfentationibus non deftruunt veram, & propriam qualitatem gentilitiam, cum illa referatur ad heredes fanguinis, & bonorum.*
18. *In Jurepatronatus fi ab initio fuerit cautum, ut Jufpræfentandi pertineat ad omnes de Familia in genere, hoc cafu non fit diftinctio vocum, & quotarum, fed præfentationes explentur per modum collegiativum, majorque pars prævalet minori.*
19. *Si vero Jufpatronatus relictum fuerit pluribus lineis, femper hoc cafu perpenduntur quotæ pertinentes ad unamquamque lineam, & præfentatio collegiativa data qualitate gentilitia fit in qualibet linea.*
20. *In Jurepatronatus vere gentilitio Jufpræfentandi defertur ad folos mafculos agnatos, & vera Jura fanguinis, & mafculinitatis, & non hereditatis, & bonorum induentes.*
21. *Jufpatronatus vere gentilitium cenfetur directum et ordinatum ad fplendorem folius agnationis, quæ per folos mafculos confervatur.*
22. *Status Jurifpatronatus non conftituitur ex præfentatione æquivoca, & incerta.*
23. *Quæ præfentatio incerta, & æquivoca nullam tribuere valet poffeffionem Præfentanti.*
24. *Status Jurifpatronatus per pofteriorem præfentationem illi contrariam cenfetur correctus, & caftigatus.*
25. *Præfcribitur fpatio quadraginta annorum.*
26. *Habenti pro fe ultimum ftatum debetur inftitutio.*

27. *Ultimus status si sit æquivocus, & confusus reccurrendum est ad statum præcedentem.*

28. *Qui status præcedens si detegatur clarus, & liquidus idoneus est ad absorbendum quodcumque contrarium possessorium.*

29. *Inter duos præsentatos semper conceditur prælatio numeranti plura Patronorum suffragia.*

30. *Obtinens litteras Apostolicas pro* Præsentato *cum derogatione medietatis vocum sat est quod habeat simplicem medietatem, nec est necesse, ut illam superet, & vincat in numero præsentantium.*

31. *Tertia pars vocum quomodo sit computanda ad favorem præsentati.*

32. *Gratiæ derogatoriæ pro medietate resolvuntur substantialiter in simplicem gratificationem.*

33. *Litteræ derogatoriæ medietatis vocum plene justificatæ nullam patiuntur retardationem.*

34. *Mutatio Beneficii, seu Jurispatronatus cum numquam præsumatur, est ab allegante univoce justificanda.*

35. *Expressio* uti filius, & heres *facta ab habente Juspatronatus arguit illud hereditarium, vel ad summum mixtum.*

36. *Auctoris confessio impugnari non potest a Successoribus, & ab eo causam habentibus.*

37. *Habenti regulam pro se sufficit dubiam reddere limitationem, ac contrariam justificationem.*

38. *Dictio* suis *cum alio verbo* in perpetuum, *an idem significet ac si dictum fuisset* Descendentibus *in materia Jurispatronatus.*

39. *Verbum* suis *conjunctum alteri* heredibus *in materia de sui natura transitoria ad extraneos, istos etiam comprehendit.*

40. *In Jurepatronatus gentilitio Juspræsentandi defertur mere personaliter in capita.*

41. *Simplices enunciativæ emissæ,* de familia, de Domo *stare tantum censentur ad demonstrandum quod Juspræsentandi eo tempore resideat in illa tali familia, vel Domo.*

42. *Enuntiativæ ædite præter necessitatem, & importantiam actus non attenduntur.*

43. *Præsentationes fundationi magis consonæ, & Juris Præsumptioni conformes præferri merentur ceteris dubiis, & æquivocis.*

44. *Res judicata stricte semper est intelligenda, nec comprehendit, quod non apparet effective declaratum, seu definitum, & inter Partes disputatum.*

45. *Sententia semper recipit declarationem ex actis.*

46. *Causatum tale est, qualis est Causa.*

47. *Legitima reputatur tertia pars relative ad totam hereditatem, bona, vel successionem.*

48. *Heres factum defuncti nequit impugnare.*

49. *Legitima antiquitus debebatur in quarta.*


50. *Voluntas ex actu etiam nulla erui potest.*

51. *Dari potest concursus graduum transversantium inæqualium, ut Nepos cum Patruo repræsentative ad quotam hereditariam, & successionis.*

52. *In Jurepatronatus familiare, & gentilitio quomodo sit facienda præsentatio in capita.*

53. *Ultimus status ille dicitur, qui etsi anterior, & remotior comparative ad novissimos æquivocos, & intricatos, foret clarior, & evidentior.*

Pau-


Paulus Jacobelli *de Capizucchis* FUNDATOR *Cappellaniæ*
Elisabetta = *Uxor* = Valeriani de MUTIS
Franciscus
Carolus
JO: FRANCISCUS
Jacobus
Jacobus, Tyberius, Valerianus, Nicolaus
CAROLUS
Horatius, Cæsar,
Alexander, Octavius.
Britius
Antonius
Horatius Hieronymus
Jacobus
Valerianus
Fabritius
Laudentius FAUSTINA = *Uxor* = Caroli
Jo: Andreas,
Antonius, Octavius, Antonius, Marius, Hieronymus, Michael Angelus
Cosmus, Antonius, Anna, Jacobus
Isabella
Anna *Vagliani*
Andreas, *qui* R. P. D. Zozimus, *& fratres*, Theresia, Faustina, R. P. D. Carolus, Dux Joseph
præsentavit
qui præsentarunt
D. Benedictum *Bussium*
D. Stephanum de Comitibus *qui habuit litteras pro Præsentato*.

DECIS. CDLXXI.

Uti dicebatur in illa *Urbanien. Canonicatus*, quæ habetur impressa inter *meas Decisiones* in ordine *la* 9. ubicumque non constat de rerum initio, vel ante ævo ad similitudinem Nili in Septemplici postmodū propagatione ora pandentis in Mare Caput, sive principium, necesse est per subsequuta indicia, & argumenta fontem eo modo, quo possumus attingere, ut adamussim evenit in præsenti controversia; Cum enim de positiva fundatione Beneficii, de quo disceptabatur, per assueta publica documenta minime liqueret, & prætenderet D. Abbas Bussii veluti per obitum Philippi Præsentatus a D. Andrea de Mutis præcellere, seu transcendere Jura D. Stephani Abbatis de Comitibus, ex quo signanter versaremur in Jurepatronatus familiare, seu gentilitio, unde non forent exsequibiles litteræ, quas idem Abbas de Comitibus cum præsupposito præsentationis obtentæ a majori parte, vel saltem medietate Patronorum hactenus existētium obtinuerat, sibique idcirco majus concedenda esset institutio; Scribentes e converso pro D. Abbate de Comitibus, nec etiā diffitebantur assequi exsequutionem præfatarum litterarum, adhuc vigente enunciato supposito familiaris, seu gentilitiæ qualitatis, multoque evidentius quoties ex prædictis subsequutis indiciis, & argumentis evinceretur revera Juspatronatus emicare simpliciter hereditarium, unde *Domini* in hoc conflictu, & in hac trium ferme sæculorum obumbratione lucem veritatis sedulo perquirētes, nihil statuendo ad cujus favorem protenderet sequela, si Juspatronatus reputandum esset gentilitium, vel familiare, crediderunt superemergere signa qualitatis hereditariæ, qua profecto triumphante ambigere fas non erat, quin, uti rescripserunt, *Litteræ Apostolicæ Abbatis de Comitibus omnimodam mererentur exsecutionem, & Benedicto Abbati Bussio danda non foret institutio*.

Quatenus enim pertinebat ad eruendam, atque stabiliendam gentilitiam, sive familiarem qualitatem, non inficiabantur quidem defensores D. Abbatis Bussii, quod introspecta præfata obscuritate circa fundamentalem erectionem hujus Beneficii, seu Cappellaniæ nuncupatæ *S. Nicolai* sitæ in Ecclesia, quæ vulgo compellatur *S. Maria in Campitello*, regula potius assisteret pro hereditaria qualitate. Tum quia non constito de expresso tenore erectionis, seu fundationis in contrarium per authentica documenta Sacri Canones, qui citra positivam reservationem fundantibus, & erigentibus Beneficia Ecclesiastica ubere benignitatis pleno

1 largiuntur Juspatronatus Fundatoribus, eorumque heredibus in perpetuum ad *Textum in cap. 1., & cap. cum seculum de Jurepatronatus, Gloss. in cap. considerandum 16. quæst. 7.* Viam consequutivam sternunt præsumptioni, quod in dubio Juspatronatus censendum veniat hereditarium, & proinde cum terminis testatæ, vel intestatæ successionis pro regulandis, seu discriminandis

2 vocibus Patronorum, procedatur per ea, quæ respectu primæ conclusionis passim affirmant *Calderin. consil. 4. eodem tit. de Jurepatronat. Lotther. de re Beneficiar. lib. 2. quæst. 11. num. 19., & 20. Card. de Luc. de Jurepatronat. disc. 21. num. 4. Rot. decis. 172. num. 20. penes Posth. de manutent. dec. 183. nu. 1. dec. 411. num. 2. coram Duran., coram Buratt. dec. 798. numer. 7. coram Merlin. decis. 367. num. 2., & 3., & dec. 489 num. 6., & 7. coram Emerix Jun. decis. 102. num. 13. part. 19. recen. in Firmana Jurispatronat. super negocio principali 15. Decembris 1702. §. Hac autem coram bon. me. Muto, & in Romana Cappellania 16. Martii 1708. §. Licet enim coram Me.* Et quoad secundam ad normam *Clem. plures de Jurepatronatus* subnectunt *Abb. in cap. cum seculum, & ibi Gloss. de Jurepatronat. Covarruv. var. resol. lib. 2. cap. 18. num. 6. Ricc. in prax. rer. for. Eccles. decis. 212. num. 273. Vivian. de Jurepatron. part. 1. lib. 4. cap. 2. num. 1., Barbos. de offic., & potestat. Episcop. part. 3. alleg. 71. nu. 2., et 3. Card. de Luc. de Jurepatronat. disc. 60. num. 1.*

Tum etiam quia prima vestigia hujus fundationis manifeste sic suadebant, vel potius ostēdebant, perspectis siquidem litteris, seu Breve *Pauli* hoc nomine *Secundi* editis sub *anno* 1466. ad litteram coruscabat, quod Paulus Jacobelli de Capizucchis præsentandi facultatem reliquerat Elisabethæ ejus filiæ, & universali heredi, ipsa vero Elisabeth de subsequenti *anno* 1467. enunciando Testamentum, & fundationem a præfato Paulo Jacobellio promanantem, in exsequutionem ejus voluntatis præsentando quemdā Nicolaum explicite asseruerat, Paulum ipsius Patrem reservasse *sibi* (sunt verba præcisa,) *& heredibus suis in perpetuum in dicta Cappella Jus præsentandi*, *Summario D. Abbatis de Comitibus Num. 1. litt. C. & D. Abbatis Bussii Num. 2.* proindeque licet de tali Testamento, de tali reservatione ex injuria fortasse temporum non appareret, nihilominus duplicata hæc enunciativa, & suppositio facta per Summum Pontificem, & per unicam

Pau-

Pauli filiam, & heredem paternis adhuc ci-
3 neribus incalescentibus, omnem auferebat, juncta præsertim juridica præsumptione, de qua proxime, fluctuandi ansam, quemadmodum in ordine ad tam antiquas, & effectum sortitas enunciativas, videre est penes *Gabriel in tit. de probation. conclus. 2. n. 59. vers. 3., & limit. Vivian. de Jurepatronat. part. 2. lib. 11. cap. 5. nu. 49. Rot. dec. 445. nu. 15. coram Cerr. dec. 29. nu. 19. parte 7. dec. 679. nu. 4. parte 18. recent.* cum aliis in fortioribus relatis concordan. *in Faventina Jurium Parochialium* 28. *Junii* 1697. *§. Prætermisso cum seqq. coram Me.*

Verum admissa quoque hac suppositione, & præcisive pro nunc a solito, sicuti opinabantur, fundamento derivante a nimium famigerata sanctione *Alexandri III. in cap. consultationibus de Jurepatronat.* ratione ultimi status, de quo inferius, adhuc introeundo, penetrandoque viscera meritorum replicabant prænominati Defensores Domini Abbatis Bussii, quod prædicta præsumptio Juris, & gemina vetustissima enunciativa, valebat tantummodo indicare, quod Juspatronatus fuisset a sui primordio quidem hereditarium, illudque tamquam tale steterit penes Elisabettham primam heredem, & filiam Pauli fundatoris, & deinceps descenderit in Joãnem Franciscum ex persona Caroli ejus filii nepotem usque ad expletam de *anno* 1492. ad limites cujusdam divisorii laudi antecedentis per eumdem Joannem Franciscum præsentationem pro duabus ex tribus partibus, seu ratis hereditariis, sed abinde citra transitum indubitatum fecisse affirmabant in aliam prorsus naturam, seu qualitatem gentilitiam, sive familiarem; Jam enim (& in hoc bene subdebant) nulla coincidebat amaritudo, quin sine eorumdem Sacrorum Canonum læsione, & reluctantia valeret Juspatronatus hanc metamorphosim,
4 seu immutationem ad libitum Patronorũ pro tempore subire, non obstante littera fundationis in oppositum ex rationibus late perpensis, sæpiusque approbatis per *Sanchez. Consil. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 91., et seqq. Marc. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 87. n. 9. Vivian. de Jurepatronat. part. 1. lib. 4. cap. 9. num. 28., et 47. cum seqq. Card. de Luc. de eod. tract. disc. 60. num. 22. Rot. decis. 267. num. 5. cum seqq. par. 6. decis. 430. nu. 23. par. 9. decis. 122. nu. 6. et seqq. par. 11. rec. in Asten. Jurispatronatus* 14. *Februarii* 1698. *§. Quia in fine coram Emo Caprara impress. apud Balducc. rer. judicatar. tom. 3. tit. 3. dec. 2. nu. 10. in Faventina Beneficii* 11. *Decemb.* 1702. *§. Ex qua præsentatione coram eodem in Firmana Jurispatronatus* 21. *April.* 1704. *§. Prout nihil urget coram bo. me. Muto, et in Tuden. Parochialis de Reverten.* 7. *Decemb.* 1708. *§. Siquidem omisso coram R. P. D. meo Lancetta.*

Ad rem itaque applicando prosequebantur, quod vacante hoc Beneficio de anno 1547. Nicolaus, Cæsar, & Horatius a memorato Joanne Francisco descendentes ad positivã devenere præsentationem sub ea litterali expressione videlicet = *Cum fuerit, et sit, quod alias præsentatio ad Altare, seu Cappellam S. Nicolai situm in Ecclesia S. Mariæ de Campitello ad Dominos, et familiam de Mutis, quæ vacare contigerit ae Jurepatronatus pertineat = Summ. rio D. Bussii Num.* 10. ac propterea cum in hujusmodi præsentatione nec ulla, vel minima facta legeretur indigitatio tituli, aut successionis hereditariæ, sed pertinentia attributa appareret *familiæ ae Mutis*, quisnam ambigere poterat, quod Juspatronatus esset vere effectum familiare de tempore intermedio ab anno scilicet 1492. ad prædictum annum 1547., dum quando mentio
5 fit de familia, & familia *de Talibus* citra imaginabilem mentionem, & mixturam, qualitatis hereditariæ, Juspatronatus reputari debet undique familiare, cadente duntaxat disceptatione an Universa familia in genere in his terminis dicatur Patrona, vel potius, & hæc, & illa stirps Linea, aut Columnellus, ut de his omnibus habetur in *Mediolanen. Prioratus* 25. *Junii* 1700. *ex §. Dicebat igitur cum seqq., et fere per tot. coram Me.*

Immo dum Patroni de prædicto anno 1547. non fuerint obloquuti simpliciter de pertinentia ad familiam de Mutis per verba solummodo temporis præsentis, sed expresserint verba significativa, & suppositiva temporis præteriti in ordine ad eamdem pertinentiam, ut ibi = *Cum fuerit, et sit* = Ecce quod eo facilius per decursum annorum 60., & ultra nimirum verisimilius poterat post ingressum Juspatronatus in Linea Joannis Francisci fieri talis immutatio, quæ tamquam favorabilior Ecclesiæ in reducenda servitute ad minorem numerum Patronorum valuerat subsequi, statim ac idem Joannes Franciscus vel ejus filii, & Descendentes disposuerant, vel inter vivos, vel in ultima voluntate favore masculorum, & agnatorum, itaut de facto quemadmodum per viam fideicom-
6 missi de hereditate disponitur ad commodum agnationis exclusive ad successores simpliciter indifferentes, ita practicari poterat respectu Jurispatronatus, de quo propterea quotidie disputari videmus, an illud

veniat

veniat sub fideicommisso ex traditis per *Bart. in l. quia perinde ff. ad Trebell. Ciarlin. Controvers. Jur. lib. 1. cap. 1. a num. 40. ad seqq. Fusar. de substitut. qu. 634. n. 2. Peregr. de fideic. art. 6. nu. 37. Vivian. de Jurepatron. lib. 4. cap. 5. nu. 28. Card. de Luc. eod. tit. disc. 36. a num. 3., et disc. 60. a num. 2. ad seqq. Panimoll. dec. 10. annot. 3. nu. 41., et seqq. Rot. dec. 170. par. 7., et dec. 190. par. 12., et dec. 64. nu. 4., et seqq. par. 13. rec.*

Neque ad elidendam efficaciam hujusce præsentationis anni 1547. refragari quibat, quod prædicta expressio deflecteret in simplicem enunciativam non habilem de per se fortasse ad intervertendam naturam Jurispatronatus, vel quod in omnem eventum minime probaretur, quod hæc præsentatio facta a Nicolao, Cæsare, & Horatio sortita
7 fuisset suum effectum per actualem institutionem Præsentati juxta *Consil. Calderin. 12. de Jurepatronat.* de quo *Rot. dec. 144. nu. 5. coram Ubald. dec. 62. nu. 1. coram Duran. dec. 648. nu. 10. par. 9. dec. 254. nu. 20. par. 11., et dec. 17. nu. 3. par. 18. recent.*

Siquidē circa hanc postremam objecti partem respondebatur, quod cum nullatenus ageretur de acquirenda quasi possessione pro consequenda institutione Præsentati tam importante ad plene demonstrata in illa *Mediolan. Beneficii 1. Aprilis 1707. in princ. coram Me*, in quibus utique terminis factum constitutivum, & inductivum quasi possessionis profecto debuisset effectum esse sortitum, ut diceretur vere factum, & manutenibile, sed tractaretur de simplici intel-
8 ligentia, seu declaratione voluntatis, quam de præterito habuissent Patroni, in ordine ad meram qualitatem, nemini præjudicialem, & observantiam mere interpretativam enunciativa prædecessorum consimilis effectuationis justificationem non requirit *Gratian. discept. forens. cap. 521. nu. 26. vers. ista effectuatio Rot. in Florentina Jurispatron. de Ricasolis apud Vivian. de Jurepatron. lib. 4. cap. 1. sub num. 71. §. Non obstat in contrarium, et in Mediolanen. Prioratus 11. Dec. 1699. §. Nec ad elidendam coram Rev. P. D. meo Molines Decano.*

Et ad totalem divulsionem objecti firmo remanente mox allato principio, quod Patroni possint immutare Patronatum hereditarium in gentilitium, quodque potius Beneficium inferatur Ecclesiæ; quam injuria, de plano sequebatur, quod assertio qualitatis pertinentiæ Benificii facta per actuales Patronos plusquam probabiliter informatos, illorumque manus potius ligans, & coarctans semper attendi consuevit, ut signanter ad pro-
9 bandam qualitatem gentilitiam habetur teste *Gabriel. cons. 196. num. 10. Rot. decis. 159. nu. 8. coram Priol. in Comen. Cappellaniæ 31. Martii 1702. §. Confirmatur coram Emo de la Tremoille, & 4. Maii 1703. §. Sublata coram R. P. D. meo Priol., et in Faventina Beneficii 12. Decemb. 1702. §. Ex qua præsentatione, & §. Accedit, et §. Subsequitur coram Emo Caprara.*

Sed non sistebat demonstratio hujus immutatæ qualitatis in gestis de prædicto anno 1547., sed abundantius in ceteris quoque optime firmabatur statibus, ac præsentationibus, de anno namque 1555. Nicolaus, & Cæsar, ut diximus descendentes ex linea Joannis Francisci sub assertiva, quod Cappellania foret de *Jurepatronatus familiæ Dominorum de Mutis* non tantum in facto præsentarunt, verum & hæc præsentatio suum plenarium sortita erat effectum *Summario præfati D. Abbatis Bussii Num. 11., & 12. litt. A., & B.*, & de anno 1563. præsentantibus Alexandrum Horatio, & Cæsare, aliisque de Muris, Alexander Litteras Apostolicas impetravit, quas nuncupant *Pro Præsentato*, & in eis cubitaliter etiam affirmatur, & dicitur de *Jurepatronatus Laicorum videlicet de Domo de Mutis de Urbe*, unde quis rationabiliter valebat
10 amplius ambigere de gentilitia qualitate, dum per dictionem, *videlicet* suapte natura declarativam, & restrictivam per *Text. in cap. Novimus de verb. signific., & in l. videlicet ff. quib. cons Major., & in l. videlicet ff. de pact.* adeo præcise, & singillariter explicabatur vera, & propria qualitas gentilitii Characteris, verbum quippe *Domus* cum additamento pronominis de *Mutis*
11 Magis etiam strictum, & significativum existit, quam simplex vocabulum *Familia* sicuti in proposito ratiocinatur *Ancharan. cons. 154. num. 4. Ciarlin. controvers. 107. nu. 76., et seqq. Gratian. disceptat. forens. 645. nu. 1. Rot. dec. 162. num. 1. par. 11. rec. in Lucana Beneficii 13. Junii 1705. §. Quinimmo coram R. P. D. meo Muto, et in Romana Cappellaniæ 25. Novemb. 1705., §. Et ob id coram Me.*

Fortiora reddebantur præmissa, prosequendo seriem aliarum præsentationum, cum enim, & de sequenti *anno* 1564. Antonius Sirletus adeptus exstitisset præsentationem, illiusque vigore Gratiam pariter reportasset pro Præsentato, non minus eadem Gratia emanavit sub expressione, quod Cappellania esset *de Jurepatronatus Laicorum Nobilium, videlicet dilectorum filiorum Familiæ de Mutis*; Quamobrem ex hac toties repetita, & con-

continuata expressione pertinentiæ Juris
12 præsentandi ad illos de Familia citra scrupulum emergere dilucidationem qualitatis gentilitiæ, & familiaris sæpissime dixit *Rota*, & præsertim *dec. 183. nu. 19. & 20. cor. Buratto, dec. 679. num. 6. par. 18. rec., in Comen Cappellaniæ 31. Martii 1702. §. Confirmatur cor. Emo De la Tremoille, Fossanen. Jurispatronatus 12. Martii 1703. §. Accedente cor. Emo Caprara, Mediolanen. Jurispatronatus super qualitate agnatitia 18. Junii 1703. §. Consonat, cor. R. P. D. meo Scotto, et in Firmana Jurispatronatus 21. Aprilis 1704. §. Quarta præsentatio cor bo. me. Muto.*

Quid ultra dum etiam magis de recenti *de anno 1636.* concessa Joanni Paulo de Mutis consimili Gratia pro Præsentato R. P. D. Torricellus Eminentissimi tunc Vicarii Vicesgerens, cui specifice delegata fuerat exsequutio ejusdem Gratiæ *pro verificatione*, ut dicitur in Sententia, *Litterarum Apostolicarum* ad normam assuetæ clausulæ, *verifi-*
13 *cato prius Jurepatronatus &c.*, quæ conditionem, & in casu contrario ablationem Jurisdictionis significat, ad notata per *De Ros. de Exsecutor. Litterar. Apostolicar. par. prima cap. 4. num. 124., Rota in Mediolanen. Jurispatronatus super exsequutione Litterarum Apostolicarum 21. Februarii 1707. §. Minus denique, cor. R. P. D. meo Scotto*, ex quo in eisdem Litteris suppositum fuerat Altare, seu Cappellam esse de Jurepatronatus Laicorum Nobilium, videlicet Familiæ *illorum de Mutis*. Longa in prædicta Sententia serie relata Instrumentorum, ac Præsentationum præcedentium positivo pronunciavit = *Constitisse, & vere constare prædictam Cappellaniam sub invocatione Sancti Nicolai in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Campitello de Urbe fore, et esse de Jurepatronatus dictæ bonæ memoriæ Isabetthæ, et Laicorum Nobilium, videlicet Familiæ illorum de Mutis, ac illam in erectione dictæ Cappellaniæ dotasse &c., & ad illam, & Laicos Nobiles videlicet Familiæ, et illorum de Mutis spectare, et pertinere Jus præsentandi ad præfatam Cappellaniam* = Ideoque si quid defuisset ad coronamentum præcedentium demonstrationum, & quæ major manifestatio, & certitudo desiderari poterat, quam promanans a Sententia tam mature visis omnibus videndis, & inibi gradatim enunciatis prolata per Ex-
14 secutorem nominatim delegatum cum ulteriori demum pacifico transitu in rem judicatam, ut quodammodo conclamans positive effata est, *Rota dec. 220. num. 9. et 10. par. 11. dec. 192. num. 7. par. 19. rec., in Mediolanen. Prioratus super qualitate agnatitia 18. Junii 1703. §. Omnem denique, cor. R. P. D. meo Scotto, in Majoricen. Beneficii 28. Novembris 1704. §. Haud relevante in fine, cor. bo. me. Muto, & in præfata Mediolanen. Beneficii prima Aprilis 1707. §. Evidentius, coram Me.*

At ob id lucem velle addere Soli videbatur ulterius progredi, sed nec istæ clarissimæ de cetero justificationes destituebantur solidis adminiculis, & fulcimentis iam ab intra, quam ab extra; ab intra nempe quia præcisive a supradictis expressionibus modus ipse præmissarum Præsentationum palam ostendebat, Juspatronatus effectum fuisse gentilitium, & familiare, quoniam iam *de anno 1547.*, quam *de anno 1563.* Præsentationes nequaquam celebratæ noscebantur, habito respectu ad ordinem præscriptum in Successionibus, & Patronatibus hereditariis, sed insimul ad Præsentationem devenere sibi Transversantes in Capita, videlicet Nicolaus, & Jacobus Fratres, Cæsar Nepos, & Horatius Pronepos, nil vero efficacius est ad arguendam, comprobandamque qualitatem gentilitiam, quam Præsentatio expleta in
15 Capita, & non in Stirpes, sive non per modum unius per Personas plures repræsentativas suum gradum, & respective ratam, & vocem, sicuti quotidie observatum, firmatumque fuit, & signanter penes *Lotther. de Re Beneficiar. lib. 2. quæst. 11. nu. 23., Rota dec. 46. num. 11. et seqq. cor. Buratto, dec. 106. num. 8. cor. Celso, dec. 159. a num. primo, et seqq. cor. Priolo, dec. 220. num. 12. par. 11. rec., in Florentina Jurispatronatus 4. Junii 1681. §. De existentia vero cor. bo. mem. Paulutio, in Parmen. Jurispatronatus 5. Aprilis 1683. §. Tum ex eo, cor. bo. mem. Ursino, in Bononien. Beneficiorum 28. Junii 1690. §. Secundo quia, cor. eodem, et in dicta Mediolanen. Prioratus super qualitate agnatitia 18. Junii 1703. §. Colliminante, coram R. P. D. meo Scotto.*

Ab extra autem a geminis, & a duobus distinctis Pontificibus in occasione proportionata editis enunciativis, possidente etenim Cardinali Tyberio de Mutis hujusmodi Beneficium, eoque locante Tenutam, seu Casale ejusdem Beneficii, prodiit *a sa. me. Urbano VIII.* Beneplacitum sub expressione, quod prædictum Beneficium foret *de Jurepatronatus Familiæ de Mutis*, & hoc idem exstitit practicatum in altero Breve concesso *a sa. mem. Innocentio X.* occasione alterius Locationis initæ per Joannem Paulum Mutum, proindeque toti contextui præfatarum probationum superaccedentibus his quoque
16 Apostolicis enunciativis, quis dixerit, quod

quod hæ enunciativæ emissæ in Litteris Apostolicis validā non præbeant demonstrationem qualitatis Gentilitiæ, prout alias censui, & respondit *Rota dec. 8. nu. 5. cor. Ubago, dec. 159. num. 8. cor. Priolo, decis. 662. num. 6. par. 19. rec., in Fossanen. Jurispatronatus 12. Martii 1703. §. Accedente, cor. Emo Caprara, et in Florentina Canonicatus 8. Maji 1705. §. Maxime, cor. R. P. D. meo Lancetta, et 2. Julii 1706. §. Præsertim cor. R. P. D. meo Priolo.*

Nil penitus officiente, quod in aliquibus præsentationibus, quandoque facta legeretur expressio filiationis, & qualitatis hereditariæ; quoniam plusquam superlative probata ex hucusque deductis qualitate Gentilitia, scrupulum iniicere nequibat cumulativa expressio qualitaris hereditariæ, cum ea compatiatur, & non destruat veram, & pro-
17 priam qualitatem Gentilitiam, illaque æque referatur ad heredes Sanguinis, & Bonorum secundum ea, quæ egregie animadvertit *Socein. Sen. cons. 57. num. 4. lib. 3., Peregrin. cons. 49. num. 4. lib. pr., Rota dec. 46. num. 18. cor. Priolo, dec. 24. n. 19. cor. Ubago, dec. 563. num. 20. et 21. cor. Merlino, dec. 106. num. 11. cor. Celso, dec. 446. num. 9. cor. Royas, dec. 237. num. 16. par. 13., et dec. 679. num. 19. par. 18. rec., et in dicta Mediolanen. Beneficii prima Aprilis 1707. §. Quoniam, coram me.*

Minusve turbante, quod præcise in Præsentationibus *annorum* 1590., *et* 1636. Præsentatio noscatur inita per quotas proprie cadentes in portione Hereditatis, & non in Juribus Sanguinis admittentibus quidem numerationem, sed non partitionem. Siquidem cum jam ingenue superius suppositum, & admissum fuerit, quod Juspatronatus foret ab initio hereditarium, & in tali statu probabiliter perduraverit etiam post obitum Elisabetthæ primæ filiæ Fundatoris, de facili sequebatur, quod nonnisi per quotas hereditarias successio in hoc Jurepatronatus descenderit in Joannem Franciscum; Cumque attenta persona Caroli, sive Jacobi ejus Fratris nequivisset Joannes Franciscus ex propria persona sortiri, nisi unam vocem, seu quotam respective, hinc si ulterius ad ipsum Joannem Franciscum pervenerat etiam portio Patrui nomine Francisci alterius filii Elisabetthæ, necesse prorsus erat tunc ut ejus voces, illarumque importantia distinguerentur, quodque Præsentationes cantarent pro duabus partibus, Joannes Franciscus etenim computata portione paterna, & altera ejus Patrui pro totidem successerat in originaria Hereditate Elisabetthæ, cumque ex liquidissime ostensis ab inde citra Juspatronatus in linea prænominati Joannis Francisci remansisset transfusum in Gentilitium, utique ne Joannes Franciscus, ejusque descendentes per hanc transfusionem deperderent præponderantiā orientem ab ingressu acquisitivo duarum ex tribus partibus, consequens erat quod præsentarent pro eisdem duabus partibus; Estque de natura Jurispatronatus, ut præcisive a casu quo fuerit ab initio cautum, ut Jus
18 præsentandi pertineat ad omnes de Familia in genere, in quibus sane terminis non fit distinctio vocum, & quotarum, sed Præsentationes explentur per modum collegiativū, majorque pars prævalet minori, ut ait *Carol. Marant. Controver. Jur. par. 5. respons. 81. nu. 17. & seqq., & nu. 29., Tondut. Quæst. Benefic. par. 2. cap. 32. a num. 5. ad 14., Vivian. de Jurepatronat. lib. 4. cap. 2. nu. 28. & seqq., Card. de Luca de Jurepatron. dec. 61. nu. 11., Rota decis. 82. num. 8. & 9. part. 7. Recent., in Cracovien. Scholastriæ 16. Junii 1698. §. De reliquo, coram Me, inter hactenus impressas dec. 52. num. 20., in Medtol. Prioratus 15. Februarii 1700. §. Concurrente, coram R. P. D. meo Molines Decano, & in eadem super dubio filiorum familias 18. Junii 1703. per totam coram R. P. D. meo Scotto, & in Pisana Jurispatronatus 26. Junii 1709. §. Justificatio autem, juncto §. Procedendo etiam, coram R. P. D. meo Priolo.*

Sane quoties vel a primordio Juspatronatus relictum fuit pluribus Lineis, vel in progressu per inæquales portiones descendit ad plures Lineas semper perpenduntur quotæ pertinentes ad unamquamque Lineam, itaut præsentatio Collegiativa, posita qualitate Gentilitia, vel in sui origine, vel in progressu fiat in qualibet Linea, sed hæc præsentatio Collegiativa non excedit illam ra-
19 tam, & præponderantiam, quam in se continebat unaquæque Linea ab initio ad ea, quæ optime arguentes ex hujusmodi quoque modo præsentandi qualitatem Jurispatronatus Gentilitii tradiderunt *Lotther. de Re Benefic. lib. 2. quæst. 11. num. 41. & 47. Tondut. Quæst. Beneficiar. part. 3. cap. 157. num. 6., De Luca de Jurepatronat. disc. 33. num. 2., disc. 54. num. 6., & disc. 61. nu. 13. Rota dec. 47. num. 13., & 16. post Tondut. de Pensionib. dec. 267. nu. 6. par. 6., & decis. 2. nu. 8. par. 7. Rec., et in Mantuana Beneficii 3. Junii 1689. §. Quia ad effectum, coram bonæ mem. Muto.*

Ostenso itaque, quod hujusmodi Juspatronatus foret a principio hereditarium, & deinde certo certius transfusum in gentilitium robuste

busie insurgentes Defensores D. Abbatis Bussii concludebant, quod nusquam amplius verificari poterat, quod Juspatronatus ex persona Nicolai, & Hieronymi, qui præsentaverant de annis 1529. 1547., & respective 1563., & 1564. translatum fuerit, uti exadverso prætendebatur, in Faustinam Hieronymi filiam, unde oporteret subalternantes, seu descensivas voces, & capita ab eadem Faustina provenientia discutere, contrarium quippe adamussim sibi vindicat Juspatronatus vere gentilitium,
20 ut scilicet Jus præsentandi deferatur ad solos masculos Agnatos, & vera Jura sanguinis, & masculinitatis, & non Hereditatis, & Bonorum induentes, ex congestis per *Tondut. quæst. beneficial.* 158. *nu.* 1. *Caren. resol.* 10. *nu.* 8. *in fin.*, bene *Vivian. de Jurepatron. par.* 3. *lib.* 14. *cap.* 2. *nu.* 56. *Rot. dec.* 106. *nu.* 6. *cor. Celf.*, *& dec.* 446. *n.* 6. *cor. Royas*. Jus namque patronatus vere gentilitium censetur directum, & ordinatum
21 ad splendorem solius Agnationis, quæ per solos masculos conservatur, ut prosequitur *Card. de Luca de Jurepatronat. discurs.* 25. *num.* 4., *& disc.* 26. *num.* 6. *&* 8.

Quod si feminæ quandoque, ac etiam sæpe sæpius appareant a Doctoribus, & Tribunalibus admissæ ad præsentandum etiam in Jurepatronatus gentilitio, id evenit in purum subsidium, & ut dicitur per posterius, defectis nempe masculis Agnatis, feminæ quippe saltem vita durante reputantur, & sunt Agnatæ, sicuti commonent *Covaruv. var. resol. lib.* 3. *cap.* 50. *num.* 5., *Mell. observ. forens.* 61. *num.* 25., *Ciarlin. controv.* 222. *num.* 4., *Card. de Luc. de Jurepatron. disc.* 28. *num.* 8., *Rot. dec.* 248. *sub num.* 3. *cor. Royas dec.* 607. *num.* 9. *par.* 18. *rec. in Mantuana Beneficii* 3. *Junii* 1689. §. *At secus quidem*, *cor. bo. me. Muto*, *& in Romana Cappellania* 16. *Martii* 1708. §. *Stabilita itaque cum seq. cor. Me*, etiamsi sint Moniales, ex firmatis in celebri *dec.* 40. *nu.* 6. *&* 7., *post Censal. ad Peregrin. de fideicomm.*

Quapropter parum opitulabatur, quod de facto prædicta Faustina recepta exstiterit ad præsentandum sub anno 1590. veluti unica filia, & heres Hieronymi pro tertia, *seu quavis altera parte*, & ob id D. Abbas de Comitibus metiendo hanc quotam Faustinæ junctim cum altera tertia proveniente a Carolo seniore filio immediato Elisabeth, seu Jacobo ejus filio, & respective Nepote duas tertias pro se magis numerare posset, quam D. Abbas Bussius; quoniam talis præsentatio Faustinæ detegebatur vel penitus æquivoca, vel nullatenus attendibilis; & quidem æquivoca, nam ultra incertitudinem quotæ resultantem ab illis verbis = *seu quavis alia parte* = præsentatio Faustinæ facta exstitit separatim, non autem simultanee cum masculis seorsim præsentantibus, prædicto *Summario D. Bussii Nu.* 15. *litt. A. cum seqq.* Cum enim nesciatur qua ratione, & cui præciso fundamento innixus tunc tem-
22 poris Ordinarius præsentatum divisim ab omnibus instituerit, dici neutiquam valet, quod eadem præsentatio Faustinæ revera exstiterit admissa per ea, quæ in specie observavit *Rot. dec.* 268. *num.* 14. *&* 15. *par.* 11. *recen.*, *& in Florentina Canonicatus* 21. *Junii* 1706. §. *Hine non obstat in fine coram R. P. D. meo Priolo*, & quod talis incertitudo superabundet ad effectum, ut nulla exin-
23 de quasi possessio censeri possit acquisita Præsentanti, seu prout hic Faustinæ generaliter tradiderunt relati per *Rot. dec.* 368. *n.* 11. *per Bich. dec.* 290. *num.* 21. *par.* 18. *rec. & in Cremonen. Beneficii* 3. *Decembris* 1706. §. *Sine difficultate*, *cor. R. P. D. meo Lancetta*, *& in dicta Mediolanen. Beneficii prima Aprilis* 1707. §. *Ceterum. cor. me.*

Diximus *etiam inattendibilis*, quia talis admissio fuisset in omnem eventum erronea, cum Faustina ex jam clare demonstratis tamquam femina nullatenus capax esset præsentandi cum masculis, eoque maxime, quia neque præcedenter aliæ feminæ, quas inverisimile erat non adfuisse in hac numerosa familia, usquam præsentaverant, neque ex post, quodque evidentius erat, dum de anno 1636. soli masculi præsentarunt, mediante Sententia canonizante Jura veræ familiæ, & agnationis, idque effecerunt pro duabus ex tribus partibus, ineluctabile idcirco reddebatur, quod nulla subdivisio, nulla, vel minima portio, & ut ita dicamus gleba, quæ posset integrare aliquam tertiam duarum partium promanantium a Joanne Francisco, fuerat acquisita Faustinæ, alias soli masculi minime valuissent implere, & facere prædictam præsentationem pro duabus
24 ex tribus partibus, unde vel prædictus status anterior anni 1590. remansit per hanc posteriorem præsentationem correctus, &
25 castigatus, vel per spatium 40. annorum præscriptus, ut in proposito animadvertunt *Federic. de sen. cons.* 234. *nu.* 4., *Dec. cons.* 134. *sub nu.* 1. *vers. & in casu nostro*, *Lambertin. de Jurepatron. lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 11. *art.* 5. *nu.* 4. *in fin.*, *Rot. in Placentina Jurispatronatus* 10. *Maji* 1704. §. *Cumque*, *coram R. P. D. meo Molines Decano*, *& in Melevitana Jurispatronatus* 31. *Martii* 1702. §. *Multoque minus*, *coram R. P. D. meo Scotto.*

Hæc itaque superabundare asserebant memorati Defensores D. Bussii, etiam ad stateram appendendo totam negocii medullam, & sic in plenario Judicio petitorio, quia de cetero perspecta definitione *Text. in dicto*
26 *cap. Consultationibus*, quæ contentatur ultimo statu, & simplici quasi possessione præsentandi in ultima vacatione, in Judicio, prout hic possessorio, institutio debita erat Benedicto habenti pro se ultimum statum; Cum etenim ille, qui in rei veritate erat novissimus *anni* scilicet 1678. non mereretur in ulla haberi cōsideratione, dum promiscue, & ut dicitur in divina Scriptura *tamquā cor unum*, *& tamquam anima una*, de prædicto *anno* 1678. præsentaverunt Jacobus Dux Mutus, Cosmus, Ferdinandus, Philippus, & Antonius fratres, necnon altera Faustina soror, & respective inter se omnes descendentes de Linea Jacobi senioris, & insimul cum eis modernus D. Andreas unicus superstes masculus ex Linea Joannis Francisci, quodque plus est id egerint absque aliqua expressione portionum, & ratarum, profecto cum hic status ex hac commixtione, vel majus con-
27 fusione nullum statum effective posset efformare, recurrendū necessario erat pro dilucidatione, atque stabilimento ultimi, ac veri status ad toties laudatum antecedentem *anni* 1636., ut circa primam propositionem in specie firmatum fuit in *dec.* 268. *num.* 14. *par.* 11., *& dec.* 181. *nu.* 11. *vers. Etenim sunt confusæ par.* 19. *Rec.*, *in Tuden. Parochialis de Bertuzido* 20. *Junii* 1701. §. *Ex his*, *coram R. P. D. meo Scotto*, *& in Florentina Canonicatus* 2. *Julii* 1706. §. *Hinc non obstat in fin. coram R. P. D. meo Priolo*, & quoad secundam liquet ex *Cyriac. controv. forens. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 24., *Gratian. discept.* 113. *nu.* 67., *Posth. de manut. observ.* 49. *num.* 4. *cum seqq.*, quos in proposito teassumpsit, & sequuta est *Rot. in Aretina Beneficii* 21. *Januarii* 1701. §. *Ubique banc*, *coram Me*, *Cremonen. Beneficii* 3. *Decemb.* 1706. §. *Facile fuit in fine*, *coram R. P. D. meo Lancetta*, *& in Lucana Beneficii* 22. *Februarii currentis anni* 1709. §. *Descendendo modo*, *cor. R. P. D. meo Falconerio*.

Introspecto itaque præfato præcedenti statu *anni* 1636., quo soli masculi præsentarunt, & declaratum exstitit Jus præsentandi attinere ad familiam, & Domum de Mutis, adeo ille coruscabat limpidus, ut præcisive etiam ab efformatione status undique manutenibilis ad limites prælaudati *Text. in cap.*
28 *Consultationibus*, veluti non admittens disputabilitatem, idoneus quoque foret ad absorbendum quodlibet possessorium, si pro parte feminarum, vel D. Abbatis de Comitibus stetisset, atque militasset, juxta plene firmata, & demonstrata in sæpius laudata *Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. *coram Me*, eum concordan. relatis in *Asloricen. Parochialis* 6. *Februarii* 1699. §. *Ipse enim*, *coram R. P. D. meo Scotto*, *in Mediolanen. Prioratus* 11. *Decembris* 1699. §. *Quo vero*, *&* 15. *Februarii* 1700. §. *Idque procedit*, *coram R. P. D. meo Molines Decano*, *&* 7. *Maji* 1702. §. *Resolutionis*, *coram R. P. D. meo Priolo*, *& in Oppiden. Beneficii* 7. *Maji* 1703. §. *Quod autem*, *coram bona memoria Muto*.

Verum his omnibus, etsi non parum impellentibus adhuc minime obstantibus, *Domini* rescribendo, ut supra justius, & firmius prægnantiora Jura pugnare pro D. Abbate de Comitibus censuerunt; Quia quidquid nihilominus dicendum foret, subsistente hypothesi, quod Juspatronatus, de quo quærebatur foret gentilitium, & familiare, utique cum illud ex longe validioribus rationibus, & fundamentis reputaverint esse undique hereditarium, res prorsus plana efficiebatur pro præfato D. Abbate de Comitibus; Stabilito siquidem, quod in ipsius primordio totum, atque integrum Juspatronatus fuerit conquisitum ab Elisabettha tamquam unica filia, & herede Pauli Fundatoris, quodque retento eodem titulo hereditario descenderit in illius filios, & heredes, sive successores ab ea causam habentes, palam erat, ut ex Arbore, quod major pars vocum hujusmodi successorum unicim conspiraverant in præsentatione ipsius D. Abbatis, ac staret pro ejus parte, ideoque ei deberetur beneficium etiam ad terminos Juris in simili dissidio inter duos Præsentatos semper concedentis prælationem numeranti plura suffragia, seu Patronorum voces, ad
29 *Text. apertissimo in cap. cum Bertholdus in fine de Sentent.*, *& re Judicata*, *c. quoniam* 3., *ibique gloss. verb. qui majoribus de Jurepatron. Can. decernimus*, *& Can. Monasterium* 16. *quæst.* 7., *Capon. discept. forens.* 67. *nu.* 5. *tom.* 2., *Lotther. de re beneficiar. lib.* 2. *quæst.* 13. *nu.* 19., *Card. de Luc. de Jurisdict. disc.* 61. *nu.* 20., *Rot. dec.* 375. *n.* 11. *coram Cerr. decis.* 363. *nu.* 10. *part.* 19. *Recent. in Mediolan. Prioratus* 25. *Junii* 1700. §. *Manentibus igitur*, *& in Pampilonen. Parochialis* 6. *Martii* 1702. §. *In principio in utraque*, *coram Me*.

Lucidius, cum Dominus Abbas de Comitibus prævenisset in assequendo Gratiam, & Litteras Apostolicas pro *Præsentato* cum detogatione medictatis vocum, in quibus circum-

cumstantiis non est necesse superare medietatem, & in numero Præsentantium vincere Adversarium, sed sufficit in æquilibrio versari, & habere simplicem medietatem, ut
30 unanimiter ostendunt *Lotther. de re beneficiar. lib. 2. quæst. 8. num. 101. Corrad. in prax. benef. lib. 9. cap. 6. num. 3., Rot. decis. 293. num. 8. par. 10. recent., & in Compostellana Parochialis 8. Junii 1696. §. Præsupposita, & §. Attamen cor. Reverendissimo P. D. meo Molines Decano.*

Applicando etenim ad casum, Elisabeth prima, & unica Patrona tres hereditatis suæ partes effecit in Testamento, unam favore Francisci filii, & quia geminos habebat ex altero filio prædefuncto Carolo nuncupato Nepotes, videlicet Joannem, Franciscum, & Jacobum, singulis pariter consimilem virilem, seu tertiam reliquit, obeunte vero Francisco, & exorta difficultate super partitione hereditatis, promanavit Laudum a nullis ex hodie contendentibus impugnatum, in quo definitum exstitit, duas ex tribus partibus hereditatis Elisabetthæ spectare ad Joannem Franciscum, & alteram ad Jacobum; Cumque tota vox, seu tertia Jacobi, dubio procul mediante Organo Præsentantium, ut pariter in Arbore hodie distributa, delata fuerit in D. Abbatem de Co-
31 mitibus absque ulla vel minima scissura, ecce quod de tertia parte ad ejus favorem computanda dubitari non poterat, ut in simili dictum fuit *in Aretina Beneficii 21. Januarii 1701. §. Quod autem coram me.*

Amaritudo itaque redigebatur ad examen duarum illarum portionum hereditariarum, quæ mediante Laudo fuerant attributæ Joāni Francisco, sed & hoc satis perspicue evincebatur, quippe Joannes Franciscus duos filios obtinuerat, & fecerat heredes Valerianum, nempe, & Nicolaum, & illorum unicuique obvenit sua tertia, & ad hujusmodi mensuram, vel numerum de facto subinde exaratæ fuerunt præsentationes; Valeriani vero vox, sive altera tertia, licet quandoq; subdivisa tandem per decessum, & prædecessum Antecessorum indubitanter descenderat in D. Andream, qui cum D. Abbatē Bussium præsentasset, hæc pariter tertia pars, seu vox adscribenda erat ipsi Domino Bussio, & sic rebus eodem modo hucusque versantibus in æquilibrio, nisi ad Dominum Andream ulterius pertinuisset prænominata quoque tertia vox Nicolai, certi Juris erat, quod in hac paritate tertiarum, triumpharet Abbas de Comitibus, gratificationem consecutus a Papa, dum substantialiter in simpli-
32 cem gratificationem resolvuntur hæ Gratiæ derogatoriæ pro medietate, ut inquit, & notat *Amaiden. de styl. Datar. lib. 1. cap. 15. §. 15. n. 4. Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 8. num. 103.* cum aliis relatis concordan. *in præfata Mediolanen. Beneficii prima Aprilis 1707. §. Eoque robustius coram Me.*

Subalternans propterea colluctatio, iterum restringebatur ad tertiam supradicti Nicolai partem, seu vocem, verum hæc ex persona Hieronymi Patris, habito respectu ad successibilitatem, delapsa fuerat in Faustinam nepotem, quæve juxta superius tradita, admissa etiam positive remanserat ad præsentandum de anno 1590. a Faustina autem, quæ nupserat Carolo Duci Muto, descendebant per plura media iidem adamussim, qui ex alio latere ejusdem Ducis Caroli secundum primo factam divisionem adepti apparebant aliam tertiam primi Jacobi nepotis Elisabetthæ, illiusque immediati heredis, & ob id unito concursu duarum ex tribus ab initio scissarum portionum in Præsentantibus Dominum Abbatem de Comi-
33 tibus, manifestissime idem Dominus de Comiribus numerabat pro se non solum medietatem, sed etiam duas ex tribus partibus, ideoque a fortiori ejus litteræ derogatoriæ, veluti plusquam abundæ justificatæ nullam pati poterant retardationē exsecutionis per *Text. in cap. super litteris de rescript., & Capitul. si Capitulum ubi gloss. verb. exsequat. de Præbend. in 6.* ubi communiter Doctores *Rota decis. 57. num. 1., & 16. post Tondut. de pension. decis. 298., et decis. 322. utrobique n. 1. coram bon. mem. Emerix. dec. 141. num. 2. par. 19. rec., et in Mediolanen. Jurispatronatus super exsecutione Litterarum Apostolicarum 21. Februarii 1707. §. Arbitrium enim cor. R. P. D. meo Scotto.*

Hocque firmato, restabat mature discutiendus articulus, qualenam suppositum præcelleret, utrum scilicet ad sensum Domini Abbatis Bussii Juspatronatus controversum existeret gentilitium, vel potius hereditarium, & ut præmisimus robustiora Jura, rationesve suadebant qualitatem hereditariam, quam neque Defensores Domini Abbatis Bussii in suo principio imbibitam fuisse eidem Juripatronatus, ut supra denegabant; Ast eorum subsidiaria prætensio continebat, quod successivis temporibus fuerit hæc qualitas immutata, & transfusa in familiarem, & gentilitiam, id vero oculis *Dominorum* nullatenus apparuit comprobatum, & tamen cum mutatio non præsumatur, onus illam univoce
34 justificandi infallanter incumbebat prænominatis Defensoribus ejusdem Domini Bussii ad punctualiter firmata per *Rot. dec. 108. nu. 5.*

nu. 5. post Vivian. de Jurepatronat. dec. 273. nu. 5., et decis. 285. num. 21. coram Durau. dec. 3. num. 13. coram sau. mem. Alexandr. Octavo dec. 381. n. 19., et 25. coram Priolo et in Romana Cappellania 5. Maji 1688. §. In nibilo relevaute coram Reverendissimo P. D. meo Moliues Decano.

Tantum vero aberat, quod hujusmodi immutationem in gradu perstringente, ut oportuisset, edoceretur, quin potius a facilioribus, magisque proximis exordiendo certum erat, & præfulgebat in *Summario D. de Comitibus num. 18. litt. D*, quod Dominus Andreas, a quo causam suæ novissimæ præsentationis habebat idem Dominus Bussius ad limites immediate præcedentis præsentationis anni 1678. non alio Jure ad eam devenerat *quam uti filius, et heres Joannis Andrea* ejus Patris, ac propterea inevitabile reddebatur, quod ex confessione proprii Auctoris Juspatronatus foret, & perseverà-
35 verit esse hereditarium, & ad summum mixtum, non autem prorsus agnatitium, & gentilitium, ut in proposito talis expressionis *uti filius, et heres* affirmarunt *Soccin. sen. cons. 57. num. 4. lib. 3. Peregrin. cons. 49. num. 4. lib. 1. Rot. decis. 70. num. 5. post Vivian. de Jurepatron. decis. 106. num. 10., et 11. cor. Cels. decis. 166. a num. 21. ad 24. par. 6., et decis. 272. n. 10. par. 13. recent.*, hancque confessionem impugnare nequibat
36 Dominus Bussius, tamquam a confitente causam sortitus, vulgatis Juribus, de quibus *Bald. cons. 364. num. 2. lib. 2. Rot. dec. 849. num. 2. par. 2., et decis. 336. u. 21., et 22. par. 5. recen., et in Novarien. Beneficiorum 27. Junii 1703. §. In facto erga finem coram R. P. D. meo Scotto.*

Multoque minus (etiam redeundo ad superiores Status) de hac immutatione constabat, quia ponderando præmissam asperitatem, quam Dominus Bussius superare debebat, scilicet præsumptionem Juris vigentis pro Jurepatronatus hereditario, Instrumentalem concomitantiam Testamenti Elisabetthæ, Brevis *san. mem. Pauli secundi*, nec non necessitatem in ipso Domino Bussio procedendi cum eadem præsumptione, & ad hoc ut ad formam Laudi duæ tertiæ partes transire valuissent in Joannem Franciscum, ac denique confessionem suimet Auctoris, utique arctabatur ostendere, quod ex præcedentibus statibus talis emergeret comprobatio, quæ nullum pateretur æquivocum, & conciliationem, & univoce suffocaret eamdem præsumptionem Juris vestitam cum tot primis, & novissimis argumentis, alias exuberat semper habenti regulam pro se, & regulam, prout hic geminatam de non præsumen-
37 do Patronatu gentilitio, & de non præsumenda immutatione, dubiam reddere limitationem, ac contrariam justificationem, *Surd. cons. 190. num. 9. Gutierez. practic. quast. lib. 3. quæst. 4. n. 13., Rot. decis. 260. n. 12. par. 11. rec. in Monaster. Præpositura 26. Junii 1701. §. Addebat, et iu Volaterraua Beneficii 7. Junii 1709. §. Basis resolutionis in utraque coram Me.*

Et quidem toties laudati Defensores Domini Bussii sentiebant vim hujus oneris, proindeque contra ea, quæ superius fassi videbantur, debilitare satagebant in parte primordium, oriens a Testamento Elisabetthæ, ac litteris Apost. *Pauli secundi*, ex quo reservatio libere non sonaret pro heredibus, & successoribus quibuscumque Pauli Fundatoris, *sed sibi, et heredibus suis in perpetuum*, prætendentes idcirco, quod vigore illius dictionis *suis* tamquam collectiva cum alio verbo *iu perpetuum* futurum tempus respiciente valeret idem resultare, & emergere intellectus, ac si dictum fuisset *Descendentibus* se-
38 cundum expositionem, quam in fraternizante materia fideicommissorum faciunt *Decian. cons. 217. ad fin. Cravett. cons. 22. n. 7. Simon. de Prat. de interprat. ultim. volunt. in substitut. de suis, et descendentibus lib. 3. dub. 1. solut. 5. nu. 46. Rot. decis. 127. sub n. 10. cor. Ubald. tom. 3. decis. 344. num. 3. iu fin. par. 2. recent., et in Aveuionen. Primogenitura, sive Concursus super exsecutioue mandati 3. Julii 1702. §. Neque perpetuitas, co-R. P. D. meo Caffarello.*

Ceterum fragile nimium palpabatur istud refugium, seu præsidium, nam quoties hujusmodi verbum *suis* conjunctum legitur alteri *heredibus*, sequitur facilius naturam sui adjacentis, & extranei non sunt minus heredes sui in ordine ad disponentem, quam sint ex Corpore descendentes, & præcipue in proprioribus Terminis Jurispatronatus
39 hujusmodi secumferentis præsumptionem, ut omissis contrariis ferientibus eamdem materiam Fideicommissariã, in præciso proposito Jurispatronatus validius ostenderunt *Abb. in cap. in præsentia Col. 9., & ibi Dec. num. 18. de probat. Cyriac. controv. Jur. lib. 1. cap. 1. num. 32., & 33. Rot. decis. 372. num. 20. par. 11. rec., & in Melevitana Jurispatronatus 31. Martii 1702. §. finali cor. R. P. D. meo Scotto.*

Citra hæsitationem vero, quoniam ut mox connotavimus iidem Defensores D. Bussii nequibant absque destructione eorum defensionis recedere ab eo, quod jam concesserant, dum duæ ex tribus partibus obvenire Joan-

Joanni Francisco, illisque hodie respective favere nequivissent, si Juspatronatus non exstitisset hereditarium, ipsumque Laudum declarativum obventionis harum duarum partium in Joannem Franciscum non loquebatur nisi de Hereditate Elisabetthæ, ut ibi = *nelle altre due terze parti di detta Eredità dichiariamo succedere il detto Giovanni Francesco Summar. D. Bussii num. 6. in fine*, sub cujus profecto Hereditatis nuncupatione veniebat Juspatronatus, de reliquo enim peragi non potuisset de partibus, & portionibus, quæ verificantur in Juribus dumta-
40 xat hereditariis, & non in gentilitiis, in quibus Jus præsentandi defertur mere personaliter in Capita, ut præter supra Collaudatos uno ore conveniunt *Tondut. quæst. benefic. tom. 1. cap. 32. num. 4., Lambertin. de Jurepatron. lib. 1. par. 2. quæst. 1. art. 25. num. 17., & art. 28. num. 5. Rot. dec. 798. num. 13. cor. Merlin dec. 583. num. 3. cor. Emerix jun. dec. 251. num. 5. par. 2. dec. 82. nu. 8. par. 7. & dec. 73. n. 21. par. 13. rec.*

Magis magisque idcirco semper subsistentibus regulis, ut supra stabilitis, in nihilo relevabant cunctæ in oppositum allegatæ præsentationes, ac status præcedentes, nam illæ *Anni* 1547. *Anni* 1555., necnon *Anni* 1563. ac demum *Anni* 1564. quid aliud præseferebant, nisi quod in eis dicebatur, quod *Juspatronatus ad Altare, seu Cappellam S. Nicolai spectabat ad Dominos, seu familiam de Mutis*, & hoc ipsum concludebant Litteræ Apostolicæ super his præsentationibus emanatæ, atque etiam Brevia Pontificia *Sa. me. Urbani VIII. & Innocentii X.* Ast non proinde univoce seu ullo modo certitudinarie sequebatur, quod Juspatronatus fuisset per hanc loquendi formulam immutatum, & a tot regulis recessum, tum quia similes enunciativæ absque ullo restrictivo, ac taxativo
41 *tantum*, vel *solum*, simpliciter emissæ *de familia*, *de Domo &c.* stare rectius censebantur ad demonstrandum, ac designandum, quod Jus præsentandi eo tempore resideret, quemadmodum de facto erat in familia illorum de Mutis, secundum bene ponderata *per Rot. dec. 173. num. 3. coram Duran. dec. 78. num. 2., & 15. coram Merlin. dec. 27. num. 8. coram Ninot. dec. 73. nu. 17. par. 13. dec. 82. nu. 10., & dec. 181. nu. 13. par. 19. rec., & in Firmana Juriſpatronatus 15. Decemb. 1702. §. quod attinet coram bo. me. Muto, & in Balneorigien. Beneficii 21. Januarii 1707. §. Multoque minus coram R. P. D. Meo Kaunitz.*

Et absonum dicere fuisset, quod Juspatronatus spectaret ad Heredes Dominorum de Mutis, vel ad Dominos de Mutis, & eorum heredes, jam enim heredes includebantur suapte natura, vel per comprehensionem, seu vocationem Legis, vel hominis, præsertim quia substancia negocii, super quo cadebant enunciativæ, non exquirebat hujus articuli discussionem, cum satis esset, quod exponeretur, & respective verificaretur, quod Beneficium, seu Cappella foret de Jurepatronatus Laicorum, & expri-
42 merentur illi Laici, apud quos erat Jus, & quasi possessio præsentandi, idque ad reservationes, & Regulas Cancellariæ evitandas, ideoque eo fortius enunciativæ editæ præter necessitatem, & importantiam actus non attenduntur *Surd. consf. 423. nu. 22. Ruin. consf. 141. num. 10. Gen. de verb. enunc. qu. 32. Palm. dec. Lucens. tom. 4. dec. 341. nu. 11. Rot. dec. 31. n. 9. par. 18., & decis. 119. nu. 11. par. 11. rec.*

Potissime quia eædem enunciativæ, & consequutive iidem Status prædictorum annorum minime continuatæ legebantur, quinimmo destruebantur, nedum quia Faustina æque fuit in concursu masculorum admissa ad præsentandum de Anno 1590.; Sed etiam quia omnes præfati masculi ad actum devenere præsentationis discriminatim per viam quotæ, quæ non cadit, ut toties demonstravimus, in Juribus gentilitiis, sed tantummodo in hereditariis juxta legalem partitionem Assis, & per consequens non solum hæ posteriores præsentationes, ut fuit illa 1590., & altera 1636., & 1678. dubiam saltem efficiebant quamcumque prætensam qualitatem gentilitiam, nec non assertam immutationem, (quod semper exuberaret ex præ-
43 missis,) verum quoque præferri merebantur in hac ipsamet dubietate ceteris, tamquam fundationi magis consonæ, & Juris præsumptioni conformes, *Abb. in cap. auditis nu. 15. de præscript. Cravett. consf. 46. nu. 4. Honded. consf. 53. nu. 24. lib. 1. Rot. dec. 381. nu. 24. coram Priol. dec. 472. n. 2. coram Buratt. dec. 367. nu. 8. coram Emer. Jun. & dec. 236. nu. 6. & 7. par. 5. Rec.*

Comperto itaque, quod & præsentatio Anni 1636. respectu modi quotam exprimentis repugnaret Juripatronatus vere gentilitio, non videbatur idcirco etiam ea deservire posse ad castigationem, & recessum a prædictis regulis in contrarium, ex quo concessa fuerit institutio Joanni Paulo Muto vigore præcitatæ Sententiæ R. P. D. Tornielli declarantis ut supra, Cappellaniam pertinere *ad Laicos nobiles familia de Mutis*, & nihilominus ultra prædictum contrarium Judicium quotæ in præsentationibus enunciatæ,

& ul-

& ultra expressionem quoque litteralem tituli hereditarii, in primis recurrebant superius animadversa, quia inibi tractabatur tantummodo principaliter de canonizatione, recognitione, & verificatione Jurispatronatus laicorum, nec quæstio fuerat per imaginationem super indagine, an hujusmodi Juspatronatus laicale existeret postea nec ne hereditarium, vel potius gentilitium, & propterea aperte nimis corruebat exagerata efficacia rei Judicatæ, quæ tamquam
44 semper stricte de Jure intelligenda nusquam comprehendit, quod non apparet effective declaratum, seu definitum, & inter Partes disputatum ad firmata *per DD. in l. Paulus respondit ff. de Judic. Cravett. consf.* 188. *n.* 6. *Surd. dec.* 250. *num.* 6. *Rot. dec.* 1137. *n.* 1. *&* 2. *cor. Coccin. dec.* 335. *num.* 20. *cor. Dunoz. jun.*, *& dec.* 622. *num.* 9. *par.* 19. *rec.*

Perstringentius, quia R. P. D. Torniellus adeo probabiliter contentus dumtaxat fuerat recognoscere, an Cappellania revera foret de Jurepatronatus Laicorum, demonstrative sese gerendo simpliciter ad Laicos Patronos, qui actualiter erant in quasi possessione præsentandi, citra ullam intentionem præcise Canonizandi qualitatem gentilitiam, ut in ea parte sententiæ, sub qua continebantur Jura per eum visa, numeraretur Testamentum Elisabetthæ, numeraretur præsentatio facta de *Anno* 1590. quando fundatio, seu Testamentum Elisabetthæ, ut vidimus præseferebat innegabilem qualitatem hereditariam, & status *Anni* 1590. includebat Faustinam, quæ profecto exstantibus masculis ad sensum Defensorum D. Bussii præsentare nequivisset ad Beneficium proprie gentilitium, unde quis dicat, quod præter supradictam meram demonstrationem solius verificationis hujus Patronatus R. P. D. Torniellus cogitaverit differere de qualitate Jurispatronatus Cappellaniæ, illudque definire pro gentilitio, dum Jura per eum visa, re-
45 lata, & laudata secumferebant oppositum, Sententia quippe semper recipit declarationem ex actis *l. si ex Testam.* 20. *ff. de re Judic. Rot. dec.* 194. *num.* 5. *cor. Emerix jun.*, *& dec.* 469. *nu.* 34. *par.* 19. *rec.* sicque cum eadem acta saltem forent æquivoca, impossibile reddebatur causare actum univocum,
46 & necessario concludentem (uti in præsenti thesi requirebatur ex supradictis) tale quippe est causatum, qualis est causa *l. quominus ff. de flumin. Bald. consf.* 150. *in fin. lib.* 5. *Castill. controv. Jur. lib.* 5. *par.* 2. *cap.* 103. *num.* 14. *Marant. controv. Jur. par.* 1. *resp.* 23. *a num.* 16. *& seqq. Ofasch. decif.* 167. *num.* 27. *&* 28. *Palm. decif. Lucen. tom.* 4. *decif.* 363. *num.* 65. *Rot. decif.* 287. *num.* 1. *par.* 1. *recent.*

Absque eo quod (incidenter respondendo) ullo modo respectu admissionis Faustinæ de cetero concordantis in persona Præsentati, ab aliis nempe Tyberii de Mutis teneret replicatio, de qua supra, quod illa, vel pariter, seu e converso esset æquivoca, vel nullatenus attendibilis, nullum namque Somniabile æquivocum erui poterat, ex quo non appareret cui præsentationi fuerit innixus Ordinarius, stante seorsim facta ab unoquoque Patrono præsentatione, prædicta namque præsentatio, cui adhæsit Ordinarius erat plusquam univoca, dum nemo ex Patronis sibi arrogaverat illam tertiam partem, qua usa noscebatur Faustina in sua præsentatione, dum Alexander, & Horatius de linea Valeriani Filii, & heredis Joannis Francisci præsentaverant solum pro tertia parte, & idipsum effecerat Carolus Pronepos, & heres Jacobi Senioris, cunque hæ duæ tertiæ, sive præsentationes non excederent duas ex tribus partibus, & pro altera tertia præsentasset Faustina veluti Filia Hieronymi Patris, & Nicolai Avi, ceteroquin pariter filii Joannis Francisci, & in æquali gradu existentis cum Valeriano, & quis non videt, quod eadem præsentatio Faustinæ erat in adjunctione alterius tertiæ
47 deficientis integrativa totius, sicuti tertia pars reputatur legitima relative ad totam hereditatem, bona, vel successionem ad notissimam Censuram *auth. de triente, & semiss. cum concordan.*

Erat quoque talis præsentatio ultra absterfum hactenus vitium æquivocationis, necessario admissibilis, & hodie magis admittenda, quia non tantum hujusmodi præsentatio concordabat cum Testamento Elisabetthæ, necnon memorato Laudo, & ex præmissis erat integrativa totius, verum etiam quia quomodo hodie valebat D. Andreas hanc tertiam controvertere, sibique duas partes vindicare, dum eam non impugnavit Alexander ejus Abavus, qui hasce duas tertias neque per umbram prætendit, & solum pro unica tertia parte præsentavit, indubitati
48 quippe Juris est, quod ipse D. Andreas veluti mediatus heres ejusdem Alexandri illius factum, & agnitionem intervertere nequibat ex notissimis Juribus, de quibus *in decif.* 446. *num.* 3. *&* 4. *cor. Royas dec.* 251. *nu.* 3. *cor. Peutinger. dec.* 293. *n.* 6. *par.* 10. *dec.* 88. *num.* 5., *& dec.* 194. *num.* 7. *&* 8. *par.* 11. *recent.*, *& in Fossanen. Beneficii* 11. *Martii* 1703. §. *Et magis cor. Emo D. meo Caprara.*

Hæc-

Hæcque superabundarent, sed redeundo ad prædictam præsentationem *anni 1636.* rursus tantum longe erat, quod R. P. D. Torniellus aliud perpendisset, quam simplicem expositam verificationem existentiæ Jurispatronatus Laicorum, ut nec de personis Præsentantium, nec de vocum numeratione verbum fecerit, & tamen necesse exstitisset inquirere de hisce vocibus, stante altera præsentatione præcedenter inita per Hieronymum, & Michaelem Angelum tam Caroli Ducis Muti, quam prænominatæ Faustinæ filium, & respective Nepotem; Hi enim copulative præsentantes eamdem Personam ab aliis quoque præsentatam expresserunt, quod *nominibus*, *de quibus supra* illis duæ ex tribus partibus competebant, proindeque cum stare non posset, quod ceteri Præsentantes efficerent duas tertias, & pariter duas tertias, Hieronymus, & Michael Angelus, ecce quod exstitissent non tres, sed quatuor tertiæ, quod est absurdum, prout absonum esset discurrere in prædicto simili legitimæ, quod idem foret quarta prius a
49 jure desinita per *l. Papinian. §. quarta*, *&* *in §. si quis mortis ff. de inofficios. Testam.*, *&* *l. Parentibus Cod. de eodem tit.*, quam tertia, ad quam fuit peraucta per Jus novissimum *Auth. de triente*, *&* *semisse*, *&* *in Auth. novissima C. de inoffic. Testam.*

Quin robur habere visa sit ea replicatio, quod curandum non esset de hujusmodi præsentatione Hieronymi, & Michaelis Angeli, dum ea liquido apparebat neglecta, sive nullum effectum sortita, veluti emissa sub conditione reservationis annuæ pēsionis scut. 200. sub Apostolica Auctoritate, quando Litteræ Pontificiæ, super quarum verificatione prodiit Sententia R. P. D. Tornielli, nihil penitus continebant in ordine ad hujusmodi pensionem; Siquidem ultra quod in responsionibus, seu *novo Summ. responsionis* attributæ pro parte D. Abbatis de Comitibus fuerat *Dominis* exhibita supplicatio pensionis sub *eadem die* signata, sub qua legebantur subsignatæ, & editæ Litteræ Collationis Beneficii, seu Gratiæ pro Præsentato, & consequenter rueret objectum in facto, adhuc nonne aliqua mentio fieri debuisset per R. P. D. Torniellum, nonne fieri trutinatio harum duarum partium ut supra incompatibilium, nonne tandem liquebat quod filii Faustinæ prosequebantur præce-
50 dentem ab ea factam præsentationem uti illius heredes, cum etiam ex actu nullo eliciatur, ut fert adagium, voluntas, per *Text. in l. final. ff. de reb. dub. l. fin. ff. de reb. eorum qui sub tutel. Rip. in cap. cum Ecclesia nu. 93. de Caus. poss.*, *&* *propriet.*, *&* *in re conjuncti nu. 136. ff. de legat. 3. Rota dec. 447. nu. 16. coram Merlin. dec. 382. n. 25.*, *&* *26. coram Bich.*, *&* *dec. 304. n. 4. cor. Emerix Jun.*

Evanida effecta, immo potius retorquibili prætensa re Judicata, necnon efficacia præsentationis *anni 1636.* opus non esset ulterius progredi, quin etiam ad corroborationem præmissarum regularum, quæ sunt fatales in hac Causa, supervacaneum reddebatur evellere illud argumentum, quod pro justificanda qualitate gentilitia adducebatur, videlicet quod in Præsentationibus *annorum 1547.*, *1555.*; *&* *1563.* Præsentationes celebratæ exstitissent in Capita, & per trāsversos gradus inæquales, quoniam hujusmodi pariter argumentum violentam patiebatur retorsionem ad finem concludendi oppositum, quia si Juspatronatus fuisset gentilitium non omnes præsentare valuissent in capita, sicuti valet repræsentative ad quotam hereditariam, atque successionis dari concursus graduum transversantium inæqualiū,
51 ut est Nepos cum Patruo per obviam dispositionem *Auth. post Fratres Cod. de legit. her.* licet enim nil magis familiare videatur quā quod in Patronatibus vere familiaribus omnes de familia, etsi in gradu inæquales, ipseque Pater cum filio in capita admittantur ad præsentandum, id tamen locum sibi vindicat, prout supra tetigimus, quoties Juspatronatus relictum est toti familiæ per modum Collegii, & Universitatis, secus vero quando ab initio Juspatronatus quantumvis gentilitium relictum dignoscitur certis personis de familia, a quibus postea Lineales producerentur descendentiæ, tunc etenim aut ordo intraret Charitatis, & successionis inter Proximiores, & remotiores, vel Capitum numerus calcularetur pro constituenda voce illius Lineæ, illius primi ac-
52 quirentis, secundum tacta superius, & uberius discussa in *annot. ad meas decisiones inter hactenus impress. tom. 1. dec. 52. num. 23.*, *&* *seqq.*, *&* *in Pisana Jurispatronatus 26. Junii currentis cor. R. P. D. meo Priolo ex §. Verum quamvis cum seqq. ubi concordan.*

Cum igitur a primo ad ultimum crediderint absolute *Domini*, quod Juspatronatus digladiatum fuerit in sui nativitate hereditarium, simulque in progressu, seu in ingressu in Lineam Jo: Francisci pariformiter, ac ineluctabiliter hereditarium, quodque ex hucusque deductis observantia, & status deinceps subsequuti lubentius faverent eidem primordiali naturæ in ortu, & progressu demonstratæ, quam quod arctarent ad recessum regularū tam sæpe allatarum, minime

nime in sequelam reputarunt necesse inquirere de vero ultimo statu, non sine probabili aspectu, quod is potius militaret pro D. Abbate de Comitibus; Nam ultimus revera *anni* 1678. præseferebat Confessionem D. Andreæ non impugnabilem a D. Abbate de Bussis, & data quoque illius turbiditate, vel *status anni* 1636. opitulabatur ipsi D. de Comitibus, vel erat pariter intricatus, parumve idoneus ad decisionem, & applicationem *Text. in cap. Consultationibus*, limpidissimus vero effulgebat ille antecedens *anni* 1590. ab omnibus objectionibus vindicatus, ideoque præfatum *Cap. Consultationibus* urgeret magis, ut enunciavimus pro D. de Comitibus, si vera erat, prout erat verissima propositio, de qua supra, ut per viam Schalaris ascensus ultimus ille status diceretur, qui etsi anterior, & remotior comparative ad novissimos æquivocos, & intricatos foret clarior, & evidentior sicuti ultra jam allega-
33 tos, etiam monuerunt adducti per *Rot. in præfata Mediol. Beneficii* 1. *Apr* 1707. §. *Idemque eveniret*, *& in Asten. Paroch. de Maliano* 12. *Decembris ejusdem anni* §. *In suo igitur coram me*.

Et ita utraque &c.

Bononien Legati.

Lunæ prima Julii 1709.

ARGUMENTUM.

Pro legato in Testamento relicto datur hypotheca super omnibus bonis Testatoris, ideoque legatarius petere, & obtinere potest immissionem in Salviano etiam contra tertium possessorem. Depositum quomodo fieri debeat ad hoc ut deponens dicatur liberatus a suo debito. Inter quos procedat quæstio an debitor usufructus a Testatore relicti possit se eximere ab annua præstatione per assignationem certi fundi, qui eidem usufructui correspondeat.

SUMMARIUM.

1. *Vitalitia præstatio Monialium est pars dotis ei debita.*
2. *Emptores emendo res alieno æri obnoxias in se suscipiunt onus loco pretii creditores omnes dimittere.*
3. *Pro legato competit hypotecha super omnibus bonis Testatoris, ideoque legatarius petere potest immissionem vigore Salviani etiã contra tertium.*
4. *Consensus numquam extenditur de casu ad casum.*
5. *Præstitus cum clausula præservativa est conditionalis, itaut stante præjudicio non dicatur consensus præstitus.*
6. *Immissio per salvianum interdictum non intrat, nisi rei hypothecatæ dominium adamussim translatum foret in tertium mediante aliquo contractu.*
7. *Accollatio debiti suapte natura numquam tollit præcedentem obligationem, quæ de Jure insit, sed aliam addit.*
8. *Jura nostra detestantur, & horrent inanes circuitus, & defatigationes.*
9. *Tertius possessor si evitare vult creditoris immissionem, potest eumdẽ creditorem molestantem dimittere.*
10. *Deponere non est solvere.*
11. *Limitatur si depositum factum fuerit in faciem Creditoris, eique intimatum, quia tunc innegabilis redditur deponentis voluntas solvendi, nec a solutione, acceptante creditore, resiliri valet.*
12. *Quod tibi non nocet, & alteri prodest.*
13. *Subrogatus induit adamussim qualitates, & conditiones illius rei, vel Personæ, cui subrogatur.*
14. *In subhastationibus præsentes, & promptæ exiguntur pecuniæ.*
15. *Depositum ut deponenti suffragetur, debet esse liberum, & non ligatum vinculis, & conditionibus.*
16. *Non deponere idem est, ac nulliter deponere.*
17. *Onus in aliquo publico instrumento susceptum impugnari amplius nequit.*
18. *Debitor usufructus a Testatore relicti an se eximere possit ab annua præstatione per assignationem certi fundi, qui eidem usufructui correspondeat, & cum quibus hæc quæstio fieri soleat.*

DECIS. CDLXXII.

Dotem *librarum* 12. *mil.* reliquerat Joannes Catharinæ ex Antonio filio Nepoti, diverso tamen modo præstandam; integram scilicet quantitatẽ quoties conjugium temporale inivisset, in Casu vero quo Nuptias Spirituales amplexata fuisset, medietatem tantummodo Monasterio solvendam, & alteram in usufructu *di un Capitale d' altre 6. mil. lire finchè naturalmente viverà*, in hoc sequendo illud providum Consilium, quo Parentes Religiosis occurrunt filiorum necessitatibus, quodque vitalitium solet appellari Teste *Card. de Luc. de Legat. disc.* 35. *n.* 4., *& seqq.*, *& Regular. disc.* 56. *num.* 1. *Rot. decis.* 424. *num.* 3. *cor. Emerix. Jun.*, *dec.* 153. *nu.* 9., *& seq. par.* 19. *Rec. Tom.* 1. *& in Lucana Livelli* 9. *Maji* 1707. §. *Ponamus itaque cor. Me*.

Meliorem partem deinceps elegit Catharina, & Monialis effecta assequuta est, sive pro ea Monasterium *libras* 6. *mil.*, quas Scaranus interim Emptor cujusdam Prædii Aviti nun-

nuncupati *di Viadagola* correspective ad hujusmodi Legatum in se accollaverat, sequendo & ipse stylum, quo Emptores, vel extrajudiciales, vel ad tubam hastæ Judicialis
2 comparantes bona æri alieno obnoxia loco pretii in parte, vel in totum Creditores in se suscipiendo, illos dimittere expromittunt, sicuti non minus videre est penes *Mangil. de subhast. quæst.* 168. *nu.* 4., *& penes Posth. eodem tract. inspect.* 37. *num.* 56. *cum seqq. cum aliis relatis per Rot. in decis.* 64. *nu.* 12. *post eumdem*.

Verum difficultas, quæ præbuit Ansam diuturnæ Colluctationi resedit in usufructu, seu Capitali ad hunc effectum efformando pro aliis *libris 6. mil.* Cum enim idem Scaranus Emptor nihil aliud in Instrumento Emptionis sibi præcaverit, quam quod eadem Catharina in genere = *Nell'atto del pagamento* = teneretur = *investire detta Somma, o prestar sicurtà &c. per quanto però solamente importi la somma di lire* 12. *mil.*, *ut in dicto Instrumento Summar. Monasterii num.* 3. *lit. B.*, & Scarani *num. pariter* 3., soluta vero Dote eidem Monasterio amicabiliter, & citra Partium controversiam dein integraliter cupiens Scaranus sese ab hoc debito accollato liberare, in Monte Pietatis Bononiæ deposuerit sub contextuali Intimatione præfatas *libras 6. mil.* residuales; super hoc idcirco deposito suborta est altercatio illud impugnante, & petente successive Moniali, seu Monasterio Immissionem super prænominato Prædio *di Viadagola*, eamque denegante primo Judice, & Tertio, secundo vero approbante, supervenit *mihi* in hoc conflictu *Signaturæ Justitiæ* Commisso cum clausula suspensiva *Consilio de duabus*, quare *Ego* Sciscitans *Dominos* quid eis desuper videretur, certius oraculum accepi, quod de hisce duabus uniformibus, & Justis Sententiis *minime constaret* absolute, sed tantummodo, & ad summum *juxta modum* subnectendum inferius.

Nam quatenus abstractive pertinebat ad Immissionem, recta via expostulatam a Monialibus, utique justiores apparenter videbantur prima, & tertia Sententia, quam secunda intermedia, non quidem forsan de toto rigore Justitiæ, quia cum Catharina recte comprobasset supradictum Prædium = *di Viadagola* = fuisse possessum de tempore conditi Testamenti, & respective ejus mortis a Joanne illius Avo Legante, hinc quoties apparuisset, eamdem Catharinam integre, sive recte non recepisse ejusdem Legati satisfactionē, proculdubio competiisset ei illa hypotecha, quæ pro Legato tribuitur Legatariis super bonis Testatoris, ipsaque per consequens hypotheca citra dubium Catharinæ parturiisset actionem ex remedio utilis Sal-
3 viani interdicti quæ conceditur etiam contra Tertium Possessorem, ut in terminis Immissionis expetitæ per Legatarium adversus Tertium habetur *in l.* 1. *C. comm. Legat. Gloss. in §. Nostra verbo per hypothec. Inst. de Legat. Bartol. in l.* 1. *sub n.* 13., *ibique Ripa nu.* 65. *ff. de legatis primo. Fusar. cons.* 52. *num.* 19., *&* 20. *cum sequen. Peregrin de fideic. art.* 45. *n.* 49., *Paeifie. de Salvian interdict. inspect.* 3. *c.* 4. *n.* 293. *& seq. Merlin de pignor. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 14. *a num.* 1. *cum seqq.*, *& signanter nu.* 27. *Adden. ad Buratt. dec.* 286. *num.* 19., *Rot. decis.* 541. *num.* 3., *& seqq. par.* 5. *tom.* 2. *Rec.*, *& in Romana Salviani* 5. *Junii* 1697. *cor. bo. mem. Ursino inter impress. ad ornatum Card. de Luc. de Legat. dec.* 17. *n.* 1. *cum seqq. volum.* 2.

Nec retundere ceteroquin valuisset Scaranus hujusmodi actionem sub prætextu, quod per antea Catharina institisset pro distractione hujusmet Prædii *di Viadagola*, quemadmodum liquebat ex actis Judicialibus registratis *in Summar. ipsius Scarani num.* 2. oppositio siquidem optime substitisset, quoties Scaranus emisset memoratum Prædium in exsecutione hujusmodi Instantiarum Judicialium, & in aperta subhastatione, & exsequutione, sed cum mere extrajudicialiter, & privatim cum immediato herede Testatoris celebraverit emptionem, consensus Catharinæ, vel Monasterii præstitus distractioni Judiciali seu sub oculis Judicis faciendæ,
4 nequibat extorqueri, ac trahi ad voluntariam, & privatam contractationem, ut est de regula, consensus numquam extendibilis de Casu ad Casum *Bartol. in l.* 1. *§. Hoc interdicto ff. de itiner. act. privat. Bald. in l. Mater tua sub nu.* 10. *in fin. C. de rei vindic. Alex. consil.* 46. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 1., *Becc. cons.* 106. *n.* 46. *Gratian. discept. forens. cap.* 485. *n.* 16. *Rot. decis.* 194. *n.* 18., *coram Peutinger. decis.* 86. *nu.* 22. *par.* 18. *Recent. tom.* 1. *cum ceteris relatis concordantibus in Sabinen. Divisionis* 28. *Martii* 1707. *§. Et ex his in fin. coram Me*.

Minus ve pariter adjuvare potuisset Scaranum, quod ex post videretur Catharina, seu Monasterium recognovisse eum in Emptorem, & hanc privatam Emptionem consequenter approbasse per receptionem *librarum 6. mil.* factam ab ipsa Moniali, seu Monasterio in vim positivæ accollationis susceptæ per Scaranum in Instrumento prædicto emptionis; Quoniam nimis litteraliter Catharina fuerat protestata, quod ei = *Siano, e debbano restare riservate le ragioni, che le competono e le* com-

competeranno, *fatta*, *che averà la sua Professione di avere*, *e conseguire sua vita naturale durante l'usufrutto dell' altre lire 6. mil. legatele &c. alle quali ragioni non sia fatto alcun minimo pregiudizio* = Unde cum inter Jura præservata, nusquamve successive dimissa existeret ex præmissis Jus exercendi Immissionem ex Salviano ratione ulterioris
5 legati ususfructus, de diametro pugnabat prætensa approbatio cum contraria protestatione, seu præservatione juxta animadversa per *Paris. cons.* 23. *num.* 142. *lib.* 1. *Put. dec.* 234. *num.* 1. *lib.* 2. *in correct. Rot. dec.* 870. *num.* 2. *cor. Emer. Jun.*, & in individuo *dec.* 93. *nu.* 15. *cum seqq. cor. Card. Cerro*, *&* *dec.* 340. *num.* 12. *par.* 5. *Rec.*

Quin demum, prosequendo etiam, obesset, quod saltem Catharina, sive Monasterium approbaverit retentionem pretii debiti a Scarano ex titulo Emptionis, dum pepigit, quod Scaranus interea restaret obnoxius = *ad annualmente corrispondere*, *e pagare li frutti delle medeme* (*idest lire* 6000) *alla ragione di tre*, *e mezzo per cento* = quoniam non per hoc approbabatur ipsa emptio ad effectum tollendi Immissionem in Salviano semper eidem Catharinæ competentem posita scientia cujuslibet emptionis, Immissio namque per Salvianum interdictum non intrasset, nisi rei hypothecatæ Dominium adamussim translatum foret in Tertium median-
6 te aliquo contractu, ut explicant *Argel. de acquir. possess. quæst.* 8. *num.* 828. *Posth. resol.* 99. *num.* 12. *cum duobus seqq. Pacific. de Salvian. interdict. cap.* 1. *inspect.* 1. *nu.* 37. *Rot. dec.* 113. *num.* 4. *cor. Pamphil. dec.* 17. *nu.* 2. *cor. Ninot.*, *&* *dec.* 110. *num.* 8. *par.* 17. *Rec.*

Pactio autem circa fructus non poterat sonare, nisi in quamdam superlativam accollationem, quam impellente *l. curabit C. de action.*
7 *empt.* sponte subierat Scaranus, accollatio etenim suapte natura numquam tollit præcedentem obligationem, quæ de Jure insit, sed aliam addit, ex deductis per *Merlin. de pignor. libr.* 5. *tit.* 1. *quæst.* 3. *nu.* 1. *Duard. de Censib.* §. 3. *quæst.* 13. *sub num.* 28. §. *Ceterum versic. Et eadem ratione Rot. dec.* 64. *num.* 9. *coram. Card. Cels. dec.* 1109. *nu.* 11. *cor. Emerix. Jun.*, *&* *in Romana Pecuniaria* 10. *Januarii* 1708. §. *Atque hæc seorsim cor. Me.*

Ratio igitur, quæ obstrinxit Dños ad non concedendā efflagitatam, & abstractive debitam Immissionem, & in sequelam ex hoc Capite ad non approbandam, seu confirmandam secundam, & intermediam Sententiam, minusve primam, & tertiam sicco modo denegantes eamdem Immissionem, ea potissimum
8 fuit, quia cū semper Jura nostra detestentur & horreant inanes circuitus, & defatigationes *ad Text. in Clement. Auditor de rescript.* ad quid impartiri Catharinæ Immissionem, si eā non pati, vel ab ea se liberare poterat Sca-
9 ranus Tertius Possessor per dimissionem Creditoris molestantis secundum potestatem hisce Tertiis Possessoribus attributam, & de qua passim loquuntur *ad Text. in l. Paulus* §. *Qui pignoris ff. quib. mod. pig.*, *vel hypothec. solvat. Menoch. de adipisc. remed.* 3. *nu.* 181. *& seqq. Afflict. dec.* 259. *n.* 3. *Rot. dec.* 210. *num.* 20. *penes Posth. de Subhast. dec.* 189. *num.* 2. *cor. Merlin. dec.* 383. *nu.* 2. *par.* 1., *&* *dec.* 118. *num.* 16. *par.* 10. *Rec.*

De voluntate vero dimittendi Catharinam in Scarano ambigi non valebat, dum effective deposuerat *libras sex mille* cum succeda-
10 nea intimatione facti depositi, licet enim ad plures effectus dici consueverit: *deponere non est solvere ad Text. in l. item libere*, *&* *ibi Bartol.* §. *Primo ff. quib. mod. pign.*, *vel hypoth. solvat. Tiraquell. de retract. lignag.* §. *primo Gloss.* 3. *num.* 3. Attamen facto deposito in faciem Creditoris, eidemque intima-
11 to non solum innegabilis redditur deponentis voluntas solvendi, sed nec etiam ab ea acceptante creditore valet resiliri, ut habetur ex *Text. in l. si is aliquid* §. *Instr. duor. ff. de pæn. Paul. de Castr. cons.* 433. *n.* 2. *in fine vers. Tertio obstare videtur lib.* 1., *Tiraquell. de retract. conv.* §. 4. *Gloss.* 9. *n.* 2. *Capic. Galeot. controv. forens. lib.* 2. *contr.* 10. *num.* 69. *Rot. dec.* 393. *num.* 3., *&* 4. *cor. Rembold. dec.* 500. *nu.* 2. *cor. Bich. dec.* 281. *n.* 10. *par.* 2. *divers.* cum aliis abunde recollectis *in tract. de commerc.*, *&* *Mercat.*, *disc.* 68. *nu.* 14. idque confirmabat præsens Instantia Scarani, & ipsum Judicium.

In ordine autem ad Catharinam, hodie quidem deerat positiva voluntas, sed æquitas non patiebatur, quod illa respueret in abstracto depositum acceptare saltem respectu emptoris Scarani, quia cum præcedenter eadem Catharina judicialiter curaverit per exsequutiva remedia devenire ad Subhastationem contra Bona posita in *Communi di Viadagola* ad præcisum effectum, ut ex pretio ex eis retrahendo satisficeret de dicta summa *libr.* 12. *mil.* ut legitur in *Summar. Scarani num.* 2. Ecce quod si alius extrajudicialis Emptor paratus fuit solvere *libr.* 12. *mil.* scilicet residuales *libras* 6. *mil.*, quemadmodum solverat consimiles *libras* 6000., illasque æquo animo receperat Catharina, plenissime remanebat impleta, ac implebatur illa voluntas, cum qua quasi contraxerat

rat in Judicio Catharina citra necessitatem procedendi amplius per effectivas semitas Judiciales, & rigorosas, alias manifeste prægravasset heredem Joannis, & respective proprium Consobrinum ad jacturam expensarum subhastationis cum retractione illius pretii inferioris, quod regulariter emergit in Subhastationibus, & deliberationibus, obsistente nimium regula æquitativa, & a
12 Jure passim recepta, = *Quod Tibi non nocet* de qua *in l. 2. §. Item Varus ff. de aqu. pluv. arcen.*, *& in l. 1. §. Denique eodem tit. Dec. cons. 224. sub num. 4. versic. Tertio principaliter, & num. seqq. Gratian. discept. forens. cap. 541. num. 8. & 9. Modern. Forolivien. in suis differt. legal. differt. 22. sub num. 28. Surd. dec. 168. num. 4. Sperell. dec. 57. n. 28. cum seqq. Rot. dec. 24. num. 4. cor. Cerro*.

Fortius vero, quia non ob id Domini intendebant absolvere legantis heredem ab onere, quo forsan teneri posset, assignandi si mallet Catharina, effectivum Capitale *librarum 6000.* pro assequendo illius annuo usufructu vita durante, sed respectu Scarani Emptoris, qui ex prænarratis in Instrumento emptionis gratis, & bona fide successerat in locum deliberatarii, & Judicialis Emptoris, & qui alias non emisset, ut dicitur in ipso codem Instrumento, durissimum esset, quod non posset sese liberare, sicuti ad normam Judicialis petitionis ejusdem Catharinæ liber evasisset solvendo *libras 12. mil.* extraneus Licitator, & tamen subintrans in locum alterius, seu quoque modo subrogatus induit adamussim qualitates, & conditiones
13 illius rei vel personæ, cui subrogatur ex collectis *per Bartol. in l. prima §. Hac actio locum habet num. 1. ff. si quis Testam. liber eff. jus. fuer.*, *Ancaran. cons. 110. num. 1.*, *Cyriac. controv. forens. 377. n. 65. Gratian. discept. forens. cap. 719. num. 9. cum seqq. Rot. dec. 33. num. 14. cor. Card. Cerr. decis. 889. num. 8. cor. Emerix jun. dec. 590. n. 11. par. 19. rec. Tom. 2. & in Nullius*, *seu Fulden. Jurisdictionis 1. Junii 1708. §. Siquidem facilis 17. cor. Me*.

Ostenso itaque, quod inspectis peculiaribus circumstantiis hujus Casus, æquum minime erat, quod extrajudicialis Emptor deberet juridice, & coacte pati, & tolerare illam Immissionem, quam procul dubio passus non esset deliberatarius, sive alius Emptor judicialis, e converso pariter eadem æquitas non ferebat, quod per supradictum depositum Scaranus esset usque ab initio facti depositi exsolutus; non enim in hac parte præstiterat per hujusmodi depositum, quod præstitisset Tertius deliberatarius, subsequuta etenim deliberatione is libere ad formam Instantiæ promotæ per Catharinam, vel ad summum relative ad Testamentum legantis exbursare debuisset *libras 12. mil.*, quæ de reliquo præsentes & promptæ exiguntur in subhastationibus, & deliberatio-
14 nibus etiam de Jure ad notissimum *text. in l. a Divo Pio §. Sed si Emptor. ff. de re Judic. Menoch. de arbitrar. cas. 381. n. 19. & 20.*, *Gratian. discept. forens. cap. 321. n. 4.*, *Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 15. num. 111.*, *Fontanell. de pact. nupt. Tom. 2. clauf. 7. Gloss. 3. p. 7. n. 2. Rot. dec. 23. n. 1. & seq. cor. sa. me. Gregor. XV. dec. 477. n. 2. et seqq. cor. Card. Bich.*, *et in Neritonen. Manutentionis 6. Junii 1704. §. Recurrendo autem cor. me*.

Et sane perperam Scaranus facto deposito interpellaverat Catharinam, quod *libras sex mille* depositas in Sac. Monte Pietatis nolebat eidem Catharinæ relaxari, nisi cum fidejussione, vel Investimento ad formam Instrumenti emptionis Prædii unacum sequestro supervento Comitis Geræ Tarlati de Pepulis, non solum enim hoc utique non fecisset, seu facere nequivisset licitator extraneus, in cujus locum ad summum succedebat, ut diximus Scaranus, sed ulterius directe inficiebat ipsum depositum, cum de regulari natura sit, quod depositum debeat esse liberum, & non plenum, & ligatum
15 vinculis, & conditionibus, ut deponenti suffragetur per ea, quæ in terminis aliarum Monialium respondit, *Rot. dec. 383. nu. 1. post Cenc. de Censib.*, & generaliter tradiderunt *Gabriel. conf. 57. n. 6. lib. 1. Gobb. consult. 14. sub num. 58.*, *Gratian. discept. foren. cap. 26. num. 7.*, *et seqq.*, *Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 1. quæst. 34. nu. 6. Rot. dec. 505. num. 9.*, *ibique Adden. num. 11. cor. san. me. Greg. XV. dec. 238. num. 1.*, *et dec. 474. n. 2. par. 4. dec. 462. n. 10. par. 9. rec.*

Cum igitur depositum ad hunc effectum per contrariam æquitatem, & justitiam habendum foret pro non facto, cum idem sit non
16 deponere, ac nulliter deponere *ex vulgatis, Domini*, idcirco modum captæ resolutioni negativæ adjicientes dixerunt, faciendum esse novum depositum, non aliis conditionibus, & vinculis imbibitum, sed dumtaxat relative ad Testamentum legantis, idest ad formam Testamenti, solutis interea annuis fructibus præteritis, ac decursis a die veteris depositi nulliter facti *ex rationibus præmissis* usque ad diem novi depositi, ex quo enim susceperat in Instrumento emptionis hujusmodi onus, nequibat ab eo resilire Scaranus, maxime per supradictam æquitatem, & providentiam *Text. in l. curabit C.* de-

de act. vendit. ne alias scilicet rem, & pre-
17 tium indebite retineret, ut clamant in similibus *Card. de Luc. de usur. disc.* 19. *num.* 4. *de empt. & vendit. disc.* 47. *nu.* 10. *Rot. dec.* 552. *num.* 9. *cor. Bich. dec.* 223. *num.* 3. *cor. Card. Cels. dec.* 131. *num.* 1. *par.* 15. *rec. in Romana, seu Senogallien. fructuum* 14. *Decembris* 1705. §. *Pro objecti cor. R. P. D. meo Kaunitz, & in Romana Attentatorum* 16. *Maji* 1707. §. *Et ne deessent cor. Me.*

Atque hinc supervacaneum omnino visũ fuit, *Dominis* prælium, quod mutuo utrinque scribentes committebant super applicatione *Text. in l. fundi Trebatiani ff. de usufruct. legat. et in l. Si quis argentum Cod. de donat.* an scilicet cum Testator, ut supra dixerit = *El' usufrutto di un Capitale delle altre scimila lire, finchè naturalmente viverà*, posset nec ne debitor hujusce ususfructus eximi
18 ab annua præstatione per assignationem certi fundi, qui eidem Capitali, vel usufructui correspondere, quoniam quæstio hæc minime pereutiebat emptorem, ac præsentem hypothesim, sed dispungenda erat cum herede, quatenus adversus illum actio per Catharinam foret promota, ut etiam videre est cum suppositione, seu figuratione quæstionis apud expendentes eosdem Textus, nimirum *Tiraquell. de retract. lign.* §. 15. *Gloss.* 1. *num.* 16. *versic. Fallit. secundo Cavalcan. de usuf. Mulier. relict. sub n.* 141. *Castill. eodem tract. cap.* 29. *num.* 15. *et seq. Camarel. de legat. lib.* 14. *quæst.* 5. *sub. n.* 93. §. *Ratio differentiæ cum seqq.*, *Surd. de aliment. tit. ultim. quæst.* 40. *nu.* 41. *cum seqq.* Et ita utraque &c.

Firmana Legitimæ.

Luna prima Junii 1709.

ARGUMENTUM.

Late in hac decisione expenditur celebris Constitutio Cardinalis de Carpio tradens formulam, qua iniri debeant contractus inter mulieres, & minores, & solemnitates, quæ in illis debeant intervenire: Prædicta tamen Constitutio an militet, sive procedat in mulieribus & viris in majori ætate constitutis. Valor, seu æstimatio dubii litis eventus in qua summa, & a quo debeat æstimari ad effectum regulandi læsionem in contractu transactionis. Mater transeundo ad secunda vota, quo casu legitimam amittat.

SUMMARIUM.

1. *Vigore Constitutionis Carpensis duo extrema in contractibus minorum, & Mulierum requiruntur, quorum si deficiat unum, contractus est nullus.*
2. *Mater succedit ab intestato filio una cum istius fratribus superstitibus.*
3. *Exposita Judici si fuerint falsa, contractus initus cum minoribus, & mulieribus est ipso Jure nullus.*
4. *Quod procedit etiamsi potuisset ex alia causa vere legitima, non tamen expressa validari, & Judicis decretum interponi.*
5. *Item si causa sit in parte quidem falsa, sed in reliquis sit vera, cum id sibi vindicet individuitas consensus, & decreti Judicis.*
6. *Mulier minor induere nequit obligationem causativam conficiendi ullum Inventarium.*
7. *Defectus, seu negligentia confectionis Inventarii ad summum gignit motivum removendi negligentem a munere tutelæ, non vero a successione.*
8. *Statutum* Montis Sancti *feminas excludit in concursu masculorum inibi expressorum, sed ob dotem.*
9. *Mulier in statutis exclusivis feminarum propter dotem si non est dotata, exclusa non dicitur a Successione.*
10. *Illatio fieri nunquam debet de casu ad casum maxime ad effectum pœnalem sive ultra illam pœnam, quam leges ipsæ præscribunt, & imponunt.*
11. *Constitutio Carpensis in contractibus Mulierum requirit consensum duorum proximiorum.*
12. *Solemnitatum forma requisita per Leges, sive Constitutiones municipales si non fuerit servata in contractibus, corruit ipso Jure contractus.*
13. *Neque potest suppleri per æquipollens.*
14. *Citari debent Proximiores ad interveniendum contractui.*
15. *Et si una die intervenire non possunt, differenda est celebratio ad alteram diem ipsis proximioribus magis commodam.*
16. *Causa, & solemnitas ubi copulative concurrere debent in contractibus, non sufficit causam intercedere, si postea deficiunt solemnitates.*
17. *In alienationibus rerum Ecclesiasticarum æque desideratur causa, & solemnitas.*
18. *Lites mediante transactione consopitas non resurgunt non concurrente claro errore, & injustitia.*
19. *Mulieres majores de jure communi absque ulla causa discussione possunt contrahere.*
20. *Constitutio Carpensis non exigit causam a mulieribus majoribus.*
21. *Pro causa sufficientissima transactionis sufficit nedum lis actu promota, sed probabile illius periculum, & timor.*
22. *Et quod aliquid hinc inde detur, & remittatur.*

23. *Concurrente veritate causæ in facto pure enarrato nihil est inquirendum circa consequentiam Juris ad finem saltem effugiendi nullitatem.*

23. *Factum ubi clarum adest, supervacaneum est recurrere ad Juris regulas.*

24. *Mater sive in minori, sive in majori ætate constituta si ad secunda transierit vota, & inventarium non confecerit, Tutorem filiis non petierit, & rationem non reddiderit, omnem successionem amittit, et an hoc procedat de æquitate.*

25. *Mater transiens ad secunda vota superstitibus filiis prioris matrimonii, nullam proprietatem assequi valet, sed tantum usumfructum.*

26. *Dos sine matrimonio non debetur cum statutum excludit feminas propter masculos, & mandat illas dotari.*

27. *Ad effectum sustinendi transactiones, considerari multum debent incommoda, & expensæ, aliaque damna concomitantia, quæ lites, & jurgia producunt.*

28. *Quod favore alicujus introductum est in illius odium retorqueri nequit.*

29. *Favor, & utilitas minorum, & Mulierum ubi adest in contractu esse semper validus reputatur.*

30. *Mulieres sæpe remanent irretitæ, si in contractibus qui ab ipsis fiunt deficiant solemnitates.*

31. *Allegans negativam contractus ex capite non interventus Proximiorum, qui adesse commode poterant, tenetur concludenter hanc commoditatem ostendere.*

32. *Contractus omnes sustinentur, qui sub juramento conficiuntur per Puberes. Mulieres cum juramento asserentes Proximiores ad stipulationem contractus intervenire commode non posse plenam fidem merentur.*

33. *Ad stipulationem contractus non est necesse devenire sub illa die, in qua Proximiores mulieris accidentali aliquo impedimento sunt impediti.*

34. *Læsio ad hoc ut concurrat debet transcendere medietatem appretii.*

35. *Valor, seu æstimatio dubii litis eventus pendet a Judicis arbitrio, & religione.*

36. *Mater binuba an, & quo casu amittat legitimam per transitum ad secunda vota.*

37. *Auctoritates punctuales habendæ sunt pro casu legis.*

DECIS. CDLXXIII.

Obstrepentibus post editam a *Me* Decisionem *die 27. Junii 1707.* Defensoribus Cæciliæ, sive Nicolai filii ejusdem Cæciliæ, quod transactio per eam inita cum Comite Simeone, undique adhuc scateret multiplici, atque inevitabili lue, nullitatis scilicet, læsionis, falsitatis, & injustitiæ, & ad magnificandam præ ceteris læsionem conclamantibus, quod quantitas legitimæ ipsi Cæciliæ debitæ in hereditate alterius Nicolai, longe transcenderet *scut.6000.* figurata, seu præsupposita *in prædicta præcedenti Decisione*; *Domini*, ut eo maturius procederent, indulgendam esse censuerant novam Audientiam; sed *hodie* rursus sub rigidiori quoque torculari pressis, atque agitatis querimoniæ motivis, nihil prosilire agnoverunt, quod posset ab *jam decisis* suadere recessum.

Exordiendo etenim a nullitate, illam depromere contendebant præcitati Defensores, ex quo præfata transactio inita per Mulierem subjectam *Constitutioni celebris Cardinalis de Carpio* laboraret utroque extremo semper requisito in hisce contractibus Mulierum, aliarumque personarum ob sexus, vel ætatis imbecillitatem ad contrahendum de jure communi, vel statutario incapacium, cau-
1 sa videlicet vera, & solemnitate sancita, quorum extremorum alterutro deficiente, nullitatem in similibus emergere manifestã, nemo est, qui ignoret ex passim collectis per *Rot. dec.1337. nu.4. coram Emerix Jun. dec. 227. nu.9., & seqq., & dec.338. ex nu.11. ad 23. par.17. dec.579. ex nu. 4. cum seqq. par.19. tom.2. Rec.*, & in specie transactionis *dec.643. n.15., & 16. eadem par. 19.*

Falsitas namque causæ deducebatur a tribus suppositis Judici pro consequendo illius decreto insinuatis, & expressis; Primo nempe, quod obeunte Sylvio ejusdem Cæciliæ Marito, ac respective Patre tam Nicolai, quam Catharinæ in infantili, vel pupillari ætate versantium, nullum Cæcilia confecisset In-
2 ventarium; Secundo, quod successio Catharinæ, cujus medietatem poterat Cæcilia Mater una cum Nicolao altero filio superstite expetere de jure communi ab intestato, ut evenerat ad normam *Auth. defuncto Cod. ad Senat. Consult. Tertull.*, vigore peculiaris Statuti Montis Sancti integraliter fuisset devoluta ad Nicolaum; Et tertio demum, quod neque ulla hereditas, ulla legitima a bonis ipsius Nicolai ultimi inter filios defuncti prætendi valeret a Cæcilia Matre, ob expressum relictum *scut. 25.* cum simultanea prohibitione, quod stante transitu ad secunda *vota*, non reddita ratione, nec expetito Tutore, nil ultra prætendere posset, ideoque cum hęc tria Capita minime subsisterent,
3 ecce (clamabant Defensores) inevitabilis nulli-

nullitas per ea, quæ præter superius allegata tradunt *Gratian. discep. for. c.691. num.2.*, *Rot. dec.112. nu.21. par.13.*, *et dec.317. nu. 27. par.17. Rec.*, & late in proposito falsitatis causæ *Modern. Ascul. in collect. ad Stat. Urb. annotat. 44. art.3. num. 178. cum pluribus seqq.*

Quin etiam subjungebant, falsitas Causæ adeo reputatur, & est malignantis naturæ, ut præsescrens in se errorem, & imbibitum defectum consensus vitiari, atque prosterni faciat contractum, ut pro eo sustinendo, satis non sit, quod idem contractus potuisset extrinsecus ex alia causa vere legitima, non
4 tamen expressa validari, & respective Judicis decretum interponi quivisset, prout quoque non sufficit ad fulciendum saltem in aliqua parte contractum, quod Causa in parte
5 quidem appareat falsa, sed in reliquis sit vera, id sibi vindicante individuitate consensus, & decreti Judicis, quemadmodum in ordine ad primam assertionem liquet ex *Geminian. cons.53. nu.15.*, *Simoncell. de decret. lib.1. tit.1. num.32.*, *Rot. dec.5. nu.14. et 15.*, *et dec.134. nu.21. par.4. tom.2. dec. 383. nu.9. par.12. dec. 293. nu. 6. par. 15.*, *et in Perusina Censu 30. Junii 1678. §. Ratio resolutionis, coram Burdegalen.*, quam laudat eadem *Rota decis. 579. num.16. par.19. tom.2. Rec.*, & circa secundam per *Text. in l. hoc judicium, ff. fam. ercis cun.*, *et in l. magis puto, §. Si as alienum, ff. de reb. cor. etc.*, late *Roland. cons.99. nu.31.*, *et 32. vol.1.*; *Ruin. cons. 160. nu. 27. lib. 2.*, *Gratian. discept. 691. num.32.*, *Rot. dec. 33. nu.6.*, *et 7. par.2. divers. dec.198. nu. 1. coram Ludovis. decis.91. num. 2.*, *et 3. coram Buratto*, ibique *Adden. nu.16.*, *et in Rec. decis. 171. nu.10.*, *et seq. par.11. dec.63. dec.200. utrobique nu. 6.*, *et dec.383. nu. 1.*, *et seq. par. 12.*, *et decis.206. nu.14. par. 18.*, *et decis. 579. nu.11. par.19. tom.2.*

Et sane (prosequebantur) respectu primi Capitis non confecti Inventarii, licet hoc in nudo materiali facto verificaretur, attamen quid inde ad indemnizandam Cæciliam ad mentem prædictæ Constitutionis Carpensis, & aliorum quorumcumq; Statutorum Mulierum utpote fragilium indemnitati consulere satagentium, cum enim Cæcilia de tempore obitus Viri sui in minori ætate constituta reperitetur, tantum aberat, quod idcirco ex hoc Capite deperderet jura sua, & quod plus est successionem Catharinæ juxta præscriptum prædictæ *Auth. defuncto*, ut potius
6 nequiret tamquam minor inducere obligationem causativam conficiendi ullum Inventarium, cum Mulier minor, Tutrix esse non possit ex firmatis penes *Caren. resolut.83. n. 84.*, *Cancer. var. resolut. lib.1. cap.7. n.76. vers. Contrariam partem*, *Mans. consult. 231. num.10.*, *et seqq.*, *Rot. dec.435. n.1. et 2. par.5. tom.2. Recent.*, & de reliquo negligentia, seu defectus confectionis Inventarii ad summum progignit motivum removendi negligentem, & consequutive suspectum a munere tutelæ, nusquam vero a suc-
7 cessione per *Text. in l. fin. §. ult. Cod. de arb. Tut.*, *Bartol. in l. Tutor*, *qui Repertorium nu.7. vers. Contrarium puto*, *ff. de administ. Tut.*, *Alexand. cons.86. nu.8. lib.2.*, *Card. de Luc. disc.3. nu.17. de Tutor.*, *et Curat.*, *Rot. dec.144. ex num.6. cum seqq. coram san. mem. Alexandro VIII.*, & melius *decis.128. nu.10. vers. Siquidem*, *et nu.11. par.10. Rec.*

Pariterque quid inde (descendendo ad secundum Caput suppressæ veritatis, sive expositæ falsitatis) quod Catharina, tamquam femina exclusa per Statutum Montis Sancti, foret ab hereditate Sylvii Patris in concursu Nicolai fratris masculi exclusa, unde ablato fonte succedendi, profluere non posset eadem successio, Catharinæ competens, in Cæciliam Matrem, quia Statutum Montis
8 Sancti, quod legitur registratum penes *Card. de Luc. de Statut. success. partic.111.*, *et 113.*, feminas utique excludit in concursu masculorum inibi expressorum, sed ob Dotem, vel datam, vel promissam, vel relictam; Quamobrem cum Catharina nullo præmisso modo remansisset dotata, nulla
9 quoque allegabilis intrabat exclusio, ad notata per *Surd. cons.45. nu.34.*, *& seqq.*, *Hond. cons.64. nu.4. lib.1.*, *Eugen. cons. 12. nu. 28. pariter Morott. respons.23. per tot.*, *Gratian. discept.15. num.25.*, *& 26.*, *Torr. de major. Bal. par.2. quæst. 46. nu.19.*, *Modern. Asculan. ad Statut. Urb. tom.2. annot.39. art.3. ex num.221.*, *Rot. decis.326. num.5.*, *& seq.*, *& dec.351. nu.6. 9.*, *& seqq. cor. Dunozett. Junior.*, *& in Recent. dec. 144. num. 4.*, *& seqq.*, *& dec.241. nu.2.*, *& 3. par.18.*

Descendendo demum ad tertium Caput, ad sensum eorumdem Defensorum, Causa arcendi Cæciliam a consecutione plenæ legitimæ super hereditate Nicolai ejus filii vacillabat penitus in facto, quia Nicolaus Cæciliæ filius, memorata scuta 25. eidem Cæciliæ Matri relinquendo, solummodo suppositam conditionem, seu prohibitionem quicquam plus expetendi adjecerat, ubi fecerat mentionem de casu, seu contingentia, quatenus permanere non posset cum novo Marito, & respective Vitrico Nicolai, vel cum filiis secundi Matrimonii,

nii, ut constare dicebatur *in præterito reassumendo Summario Num. 2. §. Item per ragione*, ubi autem Nicolaus fuerat obloquutus de transitu ejusdem Genitricis ad secundum Conjugium citra aliam repetitionem, ne plus petere posset, declaraverat dumtaxat, quod non intendebat = *Di rimettergli qualunque pena, o privatione, nelle quali fosse incorsa per virtù delle leggi, overo delli Statuti, o Costitutioni della Provincia della Marca*; Quapropter præcisive a prædictis verbis = *Ne possa pretendere altro* = alligatis alteri casui, ac penitus distinctæ orationi, cum nulla lex, nullum Statutum, aut Constitutio Matri vetaret subductionem legitimæ per transcensum ad secundas nuptias; Quotiescumque postmodum filius primi Matrimonii ut erat Nicolaus, accideret prædefungi, non relictis ex primo thalamo aliis fratribus, vel sororibus consanguineis, cer-
10 te palpabatur, quod ab uno ad alterum casum, nulla fieri valebat illatio, & maxime ad effectum pœnalem, sive ultra illam pœnam, quam leges ipsæ præscribant, & imponant, ut præter regulam *Textus in l. factum cuique, §. In pœnalibus, ubi Dec. ff. de reg. Jur. cap. In pœnis eodem tit. lib. 6.*, in proposito pœnalium extensionum passim annotavere *Federic. de Sen. conf. 25. num. 4. in fine vers. Insuper, Calderin. conf. 328. alias de pecul. Cleric. Thomassett. in florib. leg. reg. 209., Mangil. de imput. quæst. 52. nu. 18., & 19., Sess. dec. Aragon. dec. 18. nu. 102., & dec. 45. nu. 27., Rota dec. 795. nu. 15., & nu. 31. in fine coram Emerix Jun., & decis. 595. nu. 27. par. 19. Recent.*

Hæc circa erroneitatem, & falsitatem causæ, verum quoque (sicuti postremo conquerebantur iidem Defensores) in unum conspirabat ad prænarratæ transactionis infractionē, defectus quoque solemnitatum, injungente
11 siquidem præfata Constitutione Carpensi relata inter *Constitut. Marcb. lib. 5. cap. 25.* in contractibus Mulierum, consensum, & interventum duorum proximiorum, illorum loco adhibiti solum legebantur duo Cives loci contractus, nempe Castri Fidardi, proindeque inevitabile erat, quod non servata adamussim ea solemnitatum forma, quæ sancitur per hujusmodi Leges, ac Constitutio-
12 nes municipales, corruat contractus, sicuti ultra generalia, de quibus *Rota dec. 410. nu. 1. coram Buratt. decis. 73. num. 2. post Pic. ad Statut. Urb., & in Recent. dec. 688. num. 2. par. 1.*, cum aliis cumulatis *in dec. 370. sub num 11. vers. Nam omisso par. 4. tom. 2., & dec. 455. nu. 1., & 2. par. 12.*, ad finem quoque excludendi quemcumque alium modum
13 æquipollentem, subnectit *Osasch. alias Cacheran. decis. 165. nu. 15.. Christophor. Mart. Medic. dec. Senen. 93. nu. 9., & seq., Thomat. dec. Macerat. 23. nu. 89. tom. 1.*

Quin aures præberi possent illi excusationi adhibitæ in contractu, de quo agebatur, nimirum quod hi proximiores non exstarent, *qui commode celebrationi præsentis Instrumenti intervenire possint*, quoniam, aut saltem citari debebant hujusmodi proximiores, de cetero in rerum natura existentes, ad interveniendum contractui, vel in omnem eventum differenda erat celebratio transactionis ad aliam diem hujusmodi proximioribus minus imperviam, magisque commodam,
14 ut super prima propositione dicunt antiquioribus relatis *Thomat. dicta dec. 23. n. 98. Rot. dec. 60. num. 2. post Torr. de pact. futur. success., & in Recent. decis. 163. in princ. §. Utrumque par. 14., & dec. 265. nu. 3. eadem*
15 *par. 14.* & super altera prosequuntur *Adden. ad Gregor. dec. 406. sub nu. 19. vers. Advertendum, Rot. dec. 676. nu. 41. coram Dunoz. Jun., & in Rec. dec. 713. fere per tot. par. 2. dec. 232. num. 7. par. 12. dec. 163. num. 5., & dec. 165. nu. 4. par. 14.*

Multo minus refragante, quod necessariæ non forent solemnitates a prædicta Constitutione Marchiæ, sive Carpensi requisitæ, sub eo velamine, quod jam *Sacrum Auditorium* dignoverit, transactionem controversam a Cæcilia exaratam, nullatenus fuisse præjudicialem, seu damnosam eidem Mulieri; Siquidem replicabant præfati Defensores, quod non solum ex inferius subnectendis, undique gravans, & enormiter læsiva coruscabat ipsa transactio, & per necessarium antecedens Causæ quoque illam vestientes, verum etiam posito, quod copulative debeant in his contractibus concurrere Causa,
16 & solemnitas, minime sufficit Causam fortasse intercedere, si deficiunt postea solemnitates, & e contra, ex frequenter affirmatis apud *Rub. in adnot. ad dec. 81. num. 8. et per tot. par. 18. rec., Rot. dec. 77. n. 10. par. 6. dec. 13. num 11., et 12., et dec. 97. num. 13. par. 15.*; quemadmodum pariter in termi-
17 nis alienationis rerum Ecclesiasticarum, in quibus æque desideratur Causa, & solemnitas, adverterunt *Surd. conf. 301. num. 25., Covarr. var. resol. lib. 2. cap. 17. n. 2., Redoan. de reb. Eccles. non alien. quæst. 51. cap. 7. num. 21., Molin. de just. et jur. cap. 4. nu. 68. concl. 6. num. 4., Sarmient. de redd. Bon. Eccl. par. 1. cap. 2. num. 2., Castropal. in Moral. par. 2. tract. 12. §. 6. punct. 15. nu. 5., Rot. dec. 765. num. 9. et 16. et fere per tot. cor. Merlino.*

Ce-

Ceterum, ut præmisimus, leviora visa sunt hæc, quam quæ valerent rumpere transactionem, tam legibus amicam, cum Reipublicæ nimis intersit, alio palpabili errore,
18 vel gravi damno, & injustitia non concurrente, lites mediante transactione consopitas non resurgere, ut ait *Urceol. de transact. in Exord. seu Præfat. num. 21. Rub. in disc. ad par. 7. rec. ex num. 125. et num. 132. et seqq. Rot. dec. 1434. num. 12. cor. Coccino* cum aliis relatis concord. *in addit. ad meas dec. inter hactenus impress. tom. 1. decis. 36. num. 14.*

Primario etenim *Domini* advertebant, transactionem expletam fuisse per mulierem ætate majorem, cujus respectu Constitutio Marchiæ, seu Carpensis nihil præter interventum solemnitatum super jus commune, permittens mulieres majores absque alia discussione Causæ posse contrahere, innovavit, unde præscindendo semper a læsione, atque erroneitate ademptiva consensus, exuberat in transactione pro causa sufficientissima nedum lis actu promota, sed probabile illius periculum, & timor, quodque hinc inde aliquid detur, & respective remittatur, sicuti distinguendo quatuor has propositio-
19 nes, de jure communi permittente mulieres majores posse contrahere, videre est penes *Card. de Luc. de alienat. disc. 34. n. 3. Rot. dec. 14. n. 11. cor. Ubald. dec. 808. num. 2. cor. Emerix jun., & dec. 238. num. 13. par. 6. recent.* de Constitutione Marchiæ non
20 exigente Causam a mulieribus majoribus, apparet ex firmatis per *Rot. dec. 16. sub n. 16. par. 16. rec.* de simplici timore litis *Urceol. de*
21 *de transact. q. 2. n. 32. & seq. Rota in Bononien. fideicommissi de Bove 30. Jan. 1702. §. Præmissa cor. Emo Caprara*, & de reciproca
22 receptione, & dimissione, *Textus* est *in l. transactio nullo dato, ibique Scriben. Cod. de transact. Urceol. de transf. d. qu. 2. nu. 16. & seqq. & qu. 100. num. 3. Rota in Nullius, seu Fulden. Jurisd. 1. Julii 1708. §. 133. coram Me, et in Bononien. fideicommissi super transactione 28. Junii mox elapsi sub §. Attamen usque dum pariter coram Me.*

Secundario animadvertebant tantum abesse, quod ullus error, vel causa falsa deprehendi posset in præsenti transactione, quin potius omne Judici præsuppositum, & narratum, erat verissimum, dum Cæcilia mortuo ejus Marito, & respective Patre pupillorum, nullum fecerat indubitanter Inventarium; Statutum Montis Sancti feminas excludit, & denique in facto subsistebat, quod in testamento Nicolai filii legeretur clausula prohibitiva quicquam ulterius petendi, præcise apposita ratione transitus ad secunda vota, proindeque concurrente veritate Causæ in facto pure enarrato, nil ultra esse inquirendum circa consequentia Juris ad finem saltem effugiendi nullitatem, quidquid foret ad finem læsionis, & rescissionis contractus
23 profitetur *Glos. in l. 2. Cod. de transact. Surd. cons. 451. n. 48. & seqq. Rot. dec. 605. sub n. 11. coram Dunozet. Jun. et in rec. dec. 281. n. 6. par. 6. dec. 67. n. 5. par. 11. dec. 262. n. 14. et dec. 317. n. 3. par. 19. et in Bononien. transactionis coram Bourlemont impress. penes Rodulph. alleg. 115. n. 75.*

Et de facto veritatem materialem cunctorum, quæ Judici fuerant exposita, & enarrata, non negabant toties laudati Defensores, nisi circa tertium præsuppositum, replicando, quod prohibitio Nicolai filii de non plus petendo præter scut. 25. non adjaceret casui transitus ad secundum thalamum; sed circa hoc in manifesto versabantur æquivoco, quia Nicolaus utique etiam in contradistincto casu non permanentiæ cum secundo Viro, & filiis secundi matrimonii, reliquerat Cæciliæ sc. 25. sed hæc erant annua, & pro toto tempore vitæ ejusdem Cæciliæ, ast non erant illa sc. 25. quæ ipse eidem Matri suæ legaverat *per una sol volta* cum prohibitione quicquam ultra expostulandi, & expressione = *perchè la medema mia Madre è passata alle secōde nozze* = per ea, quæ bene D. Causæ Patronus sub ejus *Summario num. unico* in hodierna Informatione ad oculum ostendebat, ideoque parefacta objecti insubsistentia in mero facto, superfluum efficiebatur discurrere, & immorari circa Juris exinde resul-
23 tantis importantiam, prout recte respondit *Rota in Romana deliberationis Census 12. Aprilis proxime præteriti sub §. Justius vero coram Me.*

Tertio non minus loco ponderabant, quod non ita de plano admitendū videbatur, quod Cæcilia ob non confectum Inventarium, ob non petitum Tutorem, & demum ob non redditam rationem cum restitutione reliquarus, nō amiserit jura succedendi, ex quo vix excederet ætatem *annorum 20.* quando ad secundum thorum omnia hæc negligendo convolavit, quia licet æquitas quandoque *Doctorum*, eademque *Sacra Rota* admiserit juridicas excusationes, derivantes a fragilitate ætatis, vel sexus, & qualitate loci, in quo consuli non valeant Jurisperiti, nihilominus non modica forsan desuper cadere poterat
24 disceptatio, cum jura nostra litteraliter, & abstractive, & circa distinctionem Matris in minori, vel majori ætate existentis decernāt in contrarium, ut sunt expressæ Leges,

sci-

scilicet *l. si minores ff. qui pet. Tut. vel Curat. l. 2. §. si mater ff. ad Sen. Conf. Tertul. & in l. omnem Matri* ibi = *omnem matri, sive ab intestato, sive jure substitutionis, si filius impubes moritur, denegandam volumus successionem, si ea legitima liberorum tutela suscepta, ad secundas contra Sacramentum praestitum aspiraverit nuptias, antequam ei Tutorem alium fecerit ordinari, eique quod debetur ex ratione tutelae gestae persolverit = Cod. eodem*, & patet ex nuper dissertis in illa *Verulana Immissionis* 10. *Maji* 1709. §. *Ad quam evadendam cor. R. P. D. meo Kaunitz*.

Rursus nec erat non amara quaestio, & disputabilis cum magna probabilitate contra Caeciliam articulus, an Catharina potuerit transmittere in eamdem Caeciliam Matrem medietatem hereditatis, quae alias ad formam Juris communis in bonis Silvii communis Patris competiisset eidem Catharinae in concursu Nicolai ejus fratris, itaut posset ha eri ulla successiva ratio, an super hac medietate spectasset alia medietas ususfructus ipsi Caeciliae per supramemoratam *Auth. Defuncto C. ad Sen. Conf. Tertul.*, dum indubitabile ceteroquin erat, quod per saepius insinuatum transitum ad secundū matrimo-
25 nium saltem Caecilia, superstite filio Nicolao, nullatenus ullam proprietatem hujus medietatis assequi valebat, juxta claram censuram *Textus in l. femina §. illud Cod. de secund. nupt.*, *Sanchez de matrim. lib. 7. disp.* 88. *num.* 19. *Rocc. Episcop. Isclan. disp. Jur. select. cap.* 55. *n.* 55. *Sperell. dec.* 32. *n.* 16. *Rot. dec.* 82. *num.* 1. *cor. Buratt. dec.* 72. *ex num.* 2. *cor. Card. Cels. dec.* 738. *num.* 3. *& per tot. par.* 1. *dec.* 80. *num.* 3. *& seqq. par.* 6. *& dec.* 45. *ex n.* 2. *& seqq. par.* 7. *rec.*

Etenim, etsi Statutum Montis Sancti, de reliquo enixe favens agnationi, loqui videatur in littera dumtaxat de exclusione filiarum ab hereditate Patris cum suppositione nuptiarum, & dotis, adhuc quodnam naturale, vel juridicum dictamen tolerare poterat, quod Statutum vehementer exoptans, ut praemisimus, conservationem agnationis, noluerit providere masculis in pari gradu existentibus respectu earum Puellarum, seu filiarum, aut sororum, quarum nec tempus advenerat nuptiarum, & consequutivae dotationis, ita eximendo casum tam facile contingibilem ab hac adeo provida sanctione municipali; quando tamen credendum erat, sat esse futuram, & prorsus necessariam supervenientiam dotationis, etiam post delatam ab intestato Patris successionē de tempore scilicet, solummodo, seu sufficienter, quando per fratrem, vel ipsam ma-
26 trem, aut alios nuptiis temporalibus, aut spiritualibus femina traderetur, & in casu nostro Catharina tradita fuisset, secundum plene disputata, & decisa in casu adamussim supervenientae dotationis post delatam successionem in illa *Fulginaten. successionis, & dotium super hereditate materna* 19. *Julii* 1705. *cor. R. P. D. meo Lancetta*.

Quamobrem per haec exclusa falsitate, & erroneitate talis causae, quin etiam necessitate illius interventus, & in quamdam superabundantiam demonstrata modicitate valoris, & periculo tot disputationum, utique nullum gravamen, quod patere posset, sive impinguaret motiva rescidendi transactionem, excogitabile reperiebatur, praesertim comparative ad incommoda, & expensas, aliaque concomitantia damna, quae lites, & forensia jurgia practice producunt,
27 & quae propterea fore omnino consideranda, ad effectum sustinendi semper transactiones, unanimiter monent *Castrens. in l. eleganter in princ. ff. de condit. indeb.*, *Surd. cons.* 451. *num.* 48. *&* 51. *Becc. consil.* 109. *num.* 7. *&* 8. *Ureeol. de transact. quaest.* 2. *ex num.* 26. *& num.* 28., & dixi *in tract. de commerc. disc.* 59. *num.* 41. *Rot. dec.* 163. *n.* 4. *&* 5. *cor. Merlino, dec.* 92. *nu.* 9. *& dec.* 767. *num.* 12. *cor. eodem, dec.* 101. *num.* 4. *& dec.* 203. *pariter num.* 4. *&* 391. *num.* 3. *cor. Card. Cels. dec.* 407. *num.* 1. *cor. Card. Cavaler.*, & bene *in dec.* 78. *num.* 36. *& seq. & dec.* 180. *num.* 28. *& seqq. post Torr. de pact.*, *& dec.* 82. *num.* 2. 7. *&* 9. *& per tot. penes Ureeol. de transact.*

Atque ex his descendendo ad exageratum defectum solemnitatum, jam sufficienter videbatur satisfactum *in praecedenti decisione*, quae hodie revidebatur sub §. *finali*, dum in substantia Statuta, & Constitutiones quaecumque sancientes, seu demandantes concursum solemnitatum, aliud non intelligunt, quam procurare, sive consulere, ne pupilli, minores, mulieres, ceterique sub aliena viventes administratione sint in damno etiam possibili, unde quoties per Rotale Judicium compertum fuit, nullo pacto damnosam fu-
28 isse hujusmodi transactionem Caeciliae, ille favor, cui intenderunt praenominata Statuta, verteretur in damnum, & praejudicium mulieris contra vulgatam regulam *in l. quod favore C. de legib.*, & ob id dicitur, quod hujusmodi contractus initi cum supradictis
29 personis versantur in implicito statu validitatis, & claudicant ad favorem earumdem personarum, ubi revera adsit iste favor, & utilitas, teste *Ruin. cons.* 11. *num.* 6. *lib.* 4. *Surd. cons.* 378. *num.* 19. *& seqq. Gratian.*

discept. for. 27. *num.* 41. *Cyriac. controv. foren.* 308. *num.* 43. *Marescott. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 63. *num.* 3. *Carthar. dec. Janucn.* 46. *ex num.* 17. *ad* 19. *Rot. dec.* 15. *num.* 11. *post Salgad. in labyr. credit.*, *& decis.* 154. *num.* 7. *& seqq. post Modern. Ascul. ad Stat. Urb. tom.* 3., *et in Romana Census* 26. *Martii* 1708. §. *Hujusmodi cor. R. P. D. meo Aldrovando.*

Fortius vero, quia reflectendo ad subjectam hypothesim, minime agebatur de solemnitatibus absolute deficientibus, itaut per possibile verificaretur, quod dicebat *Rub. in adno-*
30 *tat. ad decis.* 460. *num.* 243. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.*, & sequitur *Urceol. de transact. quæst.* 43. *num.* 13., quod mulieres sæpe sæpius remaneant irretitæ, quemadmodum retibus, & nodis aves, & feræ capiuntur, dans superius *n.* 10. *ex Arman. Pistor. quæst. jur.* 140. *par.* 4. exemplum cujusdam viduæ seductæ cum supposito, & suasione, quod adesset Statutum in favorem eorum, cum quibus eadem vidua transigebat, licet tale Statutum in natura rerum minime haberetur.

Verum intercesserat solemne Judicis decretum, cum opportuna Causæ cognitione, necnon duorū Civium interventu, quos idem Judex deputari curaverat loco proximiorum, quos Cæcilia medio juramento affirmaverat, minime habere, qui commode celebrationi Instrumenti possent interesse, quapropter ille, qui hodie in persona Cæciliæ prætendebat ex hoc capite impugnare contractum, & validitatem illius, auctorizatam ex juramento, præsentia, & decreto Judicis intervertere,
31 compellebatur (quod non fecere Defensores Cæciliæ, seu ejus filii) justificare a contrario hujusmodi commoditatem, ita passim pro regula affirmante *Rota in Romana prætensa nullitatis contractus* 20. *Junii* 1798. *coram Mc inter hactenus impress. decis.* 54. *nu.* 22. *&* 23. *tom.* 1., & in illius confirmatoria 18. *Junii* 1700. §. *Tum etiam coram R. P. D. meo Scotto*, *& in Albanen. donationis* 15. *Januarii ejusdem anni* §. *Assumptum cor. eodem*, & in specie Constitutionis Marchiæ *in Lauretana dotis* 25. *Junii* 1696. *cor. Reverendis. Decano impress. ad ornatum Card. de Luc. de dot. dec.* 2. *num.* 2. *&* 3.

Non subsistente limitatione, seu majus ea non applicabili huic casui, quod scilicet requireretur, vel citatio, vel probatio, quod nullo modo possent commode intervenire, alioquin differenda esset stipulatio Instrumenti ad aliam diem magis commodam, & opportunam, ex auctoritatibus superius allegatis §. *Quin aures.*

Ad quid enim citare eos, qui non poterant cōmode intervenire, maxime quoties super hujusmodi non commoditate superaccedit juramentum mulieris plusquam puberis, & non seductæ, ut supra, quando jura nostra, tam venerabunde, & religiose respiciunt Sa-
32 crosancta juramenta, ut absolute sustineant validitatem contractuum, qui sub juramento conficiuntur per puberes, ut in celebri *Auth. Sacramenta puberum C. de Præd. minor.*, & quando dolus, qui de cetero quandoque præsumitur a Statutis, ad tollendam efficaciam juramenti, palam aberat in facto, & ad quid pariter discurrere de translatione diei stipulationis, dum ex parte mulieris, contractum infringere satagentis, non docebatur per viam saltem replicationis de impedimento accidentali, tunc quippe, & in his postremis terminis dumtaxat, si ex post demonstraretur revera exstitisse proximiores, qui accidentali, ac temporali, seu brevi
33 impedimento tenebantur, non erat necesse sub illa die, sub illa hora devenire ad stipulationem, & in his eisdem terminis militant ponderata per *Urceol. consult. for.* 28. *ex n.* 2. *&* 3. *cum plur. seqq. Reverendis. Zaul. ad Statut. Favent. tom.* 1. *rubr.* 17. *lib.* 3. *&* 23. *cum seqq.*, *signanter num.* 25. *Adden. ad Ludovis. dec.* 406. *num.* 19. *vers. advertendum in fine Rot. dec.* 676. *nu.* 41. *cor. Dunozet. jun. & in recen. decis.* 713. *per totam par.* 2. *dec.* 232. *nu.* 7. *par.* 12. *& dec.* 163. *nu.* 5. *par.* 14.

Expediti itaque *Domini* ab hisce noviter objectis nullitatibus, & respective exceptionibus, sicque inutilibus frondibus, seu palmitibus, iterum descendentes ad truncum disputationis, & certaminis, comperierunt, atque palparunt, nullatenus firmitatem habere supra enunciatum clamorem, quod attento asse Nicolai, a quo detrahenda erat si competiisset legitima Cæciliæ, eadem legitima transcenderet scut. 6000., sub quorum figuratione deventum fuerat *in præterita decisione* ad justam æstimationem, & valorem ipsius legitimæ, correlative, seu correspective ad importantiā dubii litis eventus; Siquidem potius *præterita decisio*, nihil de reliquo certum firmans, excesserat, computando præfatum patrimonium in sc. 6000. quia ut prius in altera propositione, & magis in hodierna ostendebat accurratus Defensor Comitis Simeonis, subductis hinc inde partitis, & calculis rectius efformatis, præfata legitima præcisive a vi prohibitionis unacū fructibus vix superasset sc. 4449., ideoque magis incalescebat demonstratio, quod servatis regulis *a Soccino*, *aliisque nostris majoribus* præscriptis super valutatione

dubii

dubii litis eventus,& applicationis exinde refciſſorii remedii, nullo pacto prætenſa læſio,
34 five injuſtitia appretii tranſcendebat, ut opus erat, medietatem, quemadmodum regulando tranſactionem ad normam ceterorum contractuum,*& l.2. C. de reſcind. vend.* deſiderarunt *Scribentes*, *& Tribunalia* ex plene punctualiter demonſtratis in prædicta deciſione diei 27. *Junii* 1707. quibus circa valutationem læſionis ad finem reſcindendi tranſactionem ad terminos *dicta l.* 2. addi poſſunt *Mantic. de tacit. lib.* 26. *tit*. 9. *n*. 29. *Rot. dec.* 92. *num.* 8., *&* 9. *coram Merlino dec.* 281. *n*. 2. *par.* 6. *dec.* 192. *n.* 12. *&* 13. *par.* 8. *deciſ.* 470. *num* 9. *par.* 9. *dec.* 78. *n.* 25. *dec.* 168. *nu.* 11. *& dec.* 174. *nu.* 4. *penes Torr. de pact. futur. ſucceſſ., & in recent. dec.* 364. *num.* 15. *par.* 17. *dec.* 244. *nu.* 10. *par.* 18. *& in Bononien. fideicom. ſuper tranſactione* 28. *Junii proxime præteriti cor. Me*.

Fruſtra vero conquerebantur præcitati Defenſores quod idem dubius litis eventus exſtiterit nimis æſtimatus, ſcilicet uſque ad dimidiam; Jam enim ipſimet fatebantur, quod hæc æſtimatio, ſeu ponderatio, aliam ſtateram invenire non poteſt, quam religionem, & arbitrium Judicis, qui præ omnibus melius introeundo, & penetrando viſcera quæſtionis cum totis circumadjacentibus qualitatibus, & circumſtantiis, & articuli aſpe-
35 ritate, & reſpective proclivitate, in partem alterutram ſuo judicio valorem hunc ponderet, & detegat, ſuperaddentibus iiſdem Scribentibus in ordine ad auctoritates jam relatas in præcedenti deciſione *Mandell. Alb. conſ.* 316. *n.* 10. *&* 11. *Natt. conſ.* 144. *a nu.* 9. *uſque ad finem*, *& conſ.* 543. *ex nu.* 32. *cum ſeqq. Mantic. de tacit. lib.* 26. *tit.* 9. *num.* 24. *Calvin. de æquit. lib.* 1. *cap.* 64. *nu.* 146. *Card. de Luc. de uſur. diſc.* 20. *n.* 7. *& ſeqq. Rot. dec.* 279. *n.* 5. *&* 6. *coram Ubald. & dec.* 165. *n.* 7. *&* 8. *par.* 15. *rec.*

Domini igitur e conſpectu poſitis fundamentis adductis in *deciſione antecedenti* cum doctrinis, & rationibus, in *hodierna Audientia* ex oppoſito allatis, ambigere non potuerunt, quod ſi erratum fuit in menſura, ſeu pondere, potius id contigit in gratiam Nicolai filii Cæciliæ, improbus quippe ille labor adhibitus in contrarium, conſiſtebat in agmine auctoritatum, volentium matrem binubam non amittere legitimam per tranſitum ad ſecunda vota, & hoc *Domini* parum diffitebantur admittere uſque ad præferendam doctri-
36 nam *Bald. in auth. ex Teſtamento Cod. de ſecund. nupt.* cum concordantibus relatis in deciſione, quæ revidebatur §. *Tum*, *& quia*, ſed circumſtantiæ, quæ concurrebant in theſi, ſeu rectius hypotheſi præſenti, diverſificare nimium faciebant in concreto præponderantiam adverſantium auctoritatum plene adductarum *in eadem præcedenti deciſione fere per tot.*,& hæ circumſtantiæ erant, quod tractabatur de bonis profectitiis, quorum reſpectu præciſe congruit injuria, quæ irrogatur marito, inſimulque Domino eorumdem bonorum, filius teſtatus fuerat contra matrem, & ſic quæſtio non verſabatur ab inteſtato, rurſus adjecerat clauſulam,& prohibitionem de plus non petendo, & demum, quod erat conſiderabilius, & urgentius, profeſſus fuerat cubitaliter, uti velle pœnis inflictis contra ſecundo nubentes, & nullatenus intendere eas remittere, in quibus circumſtantiis, ad quas minime deſcendebant congeſti in oppoſitum, & quibus minime applicabiles amplius apparebant rationes motrices aſſeclarum adverſæ opinionis, profecto non ſolum ad æſtimationem medietatis elevari potuerant jura Comitis Simeonis, ſed ad longe plus, niſi dicamus ad totum, ut citra inutilem repetitionem jam in *confirmata Deciſione* oſtenſum fuit, etiam cum auctoritatibus, ut ita dicamus particularizantibus, ac nodum quæ-
37 ſtionis ſpecifice amputantibus, ſeu diſſolventibus, quæve idcirco ſi fidendum eſt dicterio *Doctorum*, erant habendæ pro caſu legis, ut inquit *Surd. dec.* 229. *n.* 36. *Mart. vot. Piſan.* 6. *nu.* 7. *Franch. dec.* 363. *n.* 4. *Sperell. dec.* 85. *n.* 25. *tom.* 1. *Mart. Med. dec. Senen.* 80. *num.* 18., *& dec.* 99. *nu.* 35., *&* 36. *Rot. dec.* 214. *num.* 7. *par.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 122. *in fine par.* 5. *Recent. deciſ.* 438. *num.* 10. *par.* 6. *dec.* 233. *num.* 19. *par.* 10. *deciſ.* 66. *num.* 4. *par.* 15. *Recent. dec.* 560. *num.* 3. *par.* 18., *& in Gerunden. Beneficii* 8. *Martii* 1697. §. *Secus autem in fine*, *cor. bo. mem. Muto*, *& in Veneta*, *ſeu Anconitana Pecun.* 9. *Maji* 1698. §. *Ceterum cor. Me*.

Et ob id *Domini* junctim cum *præterita Deciſione* ſteterunt *in reſolutis* utraque &c.

Senogallien. Bonorum.

Lunæ prima Julii 1709.

ARGUMENTUM.

Juxta regulam traditam a *Fulgoſ. conſ.* 145. ad evadendam difficultatem oſtendendi, quæ bona ſubjecta ſint fideicommiſſo, ſat eſt, quod Actor juſtificet, ejus Auctorem effective poſſediſſe in illa contrata, vel loco bona, quæ fideicommiſſo ſubjecit, cum tunc omnia bona in hereditate gravati reperta ſub illa regione, & loco, reputentur fideicommiſſaria; & onus probandi contrarium ſpectat ad reum, potiſſimum ſi bona fuerint per eum confuſa, quia tunc tenetur pati immiſſionem in bonis

propriis; Dummodo tamen idem reus sit heres universalis confundentis, secus si sit heres particularis, seu singularis.

SUMMARIUM.

1. *Ad immissionem bonorum vel fideicommissariorum, vel in Emphyteusim concessorum qui aspirat, docere debet de præcisa illorum identitate.*
2. *In bonis tamen fideicommissis sat est Actori probare ejus Auctorem possedisse in hac vel illa contrata, sive Regione bona per eum restitutionis oneri subjecta, cum tunc omnia bona in hereditate gravati sub illa regione reperta reputentur fideicommissaria.*
3. *Et onus probandi contrarium spectat ad reũ.*
4. *Fortius, si idem reus bona confuderit, vel rei suæ incorporaverit.*
5. *Alias confundens, vel causam habens à confundente pati compellitur immissionem in totum.*
6. *Hac vero pœna non procedit quando causam habentes a confundente essent successores, sed non universales.*
7. *Et in casu quo confusio facta fuit ratione melioramentorum, quia tunc alia constituuntur regula.*
8. *Manutentio non denegatur ei, qui per excessivam exsequutionem remansit læsus.*
9. *Hoc tamen procedit, si exsequutio facta sit bona fide, & cum mandato Judicis, secus in casu contrario, quia tunc in totũ corrueret.*
10. *Electio tertii periti non datur nisi in discordia duorum præcedentium.*
11. *Diversificatio mensuræ proveniens a diversitate pedum, quæ hodie est valde aucta, sæpissime solet accidere.*
12. *In coæquali defalcatione fieri semper debet contributum.*
13. *In divisionibus res, quæ commodam non patiuntur divisionem, per æquivalentiam pretii in pecunia, vel in aliis bonis reducendæ sunt ad suam justitiam, & æquitatem.*
14. *Subrogatio fieri debet in gregibus, aliisq; facientibus unum corpus, sive universitatem.*
15. *Cæmenta reficienda sunt Domino domus veteris in novam transfusa.*
16. *Fides non facit fidem.*
17. *Gravatus non tenetur ad refusionem damnorum in re fideicommissaria passorum, nisi probata illius culpa.*

DECIS. CDLXXIV.

Illa durissima Facti quæstio sæpe sæpius Juri etiam admixta, quæ frequenter solet contingere, quoties peragitur de Judiciis possessoriis complicantibus effectum obtinendi, vel recuperandi quoque Dominium, quando scilicet *ex. gr.*, vel Fideicommissarius exorat immitti in Possessionem bonorum Fideicommissariorum, vel Dominus Directus manuteneri, associari, vel pariter immitti ad bona in Fæudum, vel Emphyteusim concessa ob ingruentem necessitatem, qua tenetur uterque, docendi nimirum de præcisa identitate eorumdem bonorum, ad quorum assequutionem aspirat, juxta
1 fundamentale principium, de quo ex *Doctrina Jo. Andr. in c. auditis de præscription.*, habetur penes *Speculator. in §. Nunc aliqua n. 19.*, *Decian. conf. 3. nu. 52. lib. 2.*, *Menoch. conf. 704. nu. 7.*, *Roland. conf. 11. nu. 2. lib. 3.*, *Gratian. discept. forens. c. 736. nu. 64.*, *Fulg. de Jure Emphyt. tit. de vār. cadacit. qu. 17. nu. 9.*, *Mascard. de probat. conclus. 778. nu. 39.*; *Fusar. de Substit. qu. 616. nu. 2.*, *Peregrin. de Fideicomm. Art. 44. n. 43.*, *Rota dec. 49. n. 1. cor. Emerix Jun. dec. 150. n. 4.*, *& 5. part. 1. dec. 198. n. 2. part. 8.*, *& dec. 551. n. 8. part. 19. Rec.*, *& in individuo dec. 146. nu. 3. part. 15.*, *cum aliis relat. concord. in Annot. ad dec. hactenus impress. coram Me decis. 36. num. 32. Tom. 1.*

Claris deficientibus demonstrationibus emolliri, & respective obtruncari quandoque consuevit in praxi per opem, quam hisce Actoribus suppeditavit præcipue in materia Fideicommissaria *celebre conf. Fulgos. il 145.* in quo ad evadendam prædictam difficultatem perspicue ostendendi, quæ positiva bona signanter existant subjecta Fideicomisso, satis esse firmatur, quod Actor justificet, ejus Auctorem, seu Testatorem effective possedisse in illa Contrata, sive Regione, & Loco sub hoc, aut illo vocabulo denominato Prædia, seu bona in genere oneri restitutionis per eum supposita; cum omnia tunc bona in hereditate ultimi gravati reperta sub illa regione, & denominatione reputentur
2 Fideicommissaria, citra aliam Actoris justificationem, sicuti cum *eodem Consilio* procedentes dein uno ore dixerunt *Bald. conf. 83. num. 4. in principio lib. 1.*, *Aretin. conf. 19 num. 5.*, *Bursat. conf. 266. num. 6. lib. 3.*, *Menoch. conf. 704. num. 7.*, *et seqq.*, *Marzar. in Epitom. de Fideicomm. qu. 58.*, *Pereg. de Fideicomm. dicto Artic. 44. nu. 21.*, *Cavalcan. dec. 41. nu. 10. par. 3.*, *Peregrin. dec. 120. per tot.*, *Rot. dec. 108. nu. 4. coram Cels. dec. 327. nu. 2. cor. Merlin. dec. 446. n. 3. coram Emerix Jun. dec. 144. nu. 3. par. 9. dec. 97. n. 8. par. 17. dec. 731. n. 41. par. 18.*, *et decis. 209. num. 40. par. 19. Recent.*, *et in Forolivien. Fideicommissi de Torellis 28. Junii 1702. §. Comprobata ex his coram bonæ memoriæ Muto.* Abs-

Absque eo quod tamen intellexerit *Fulgosius*, ejusque Sequaces, & maxime Tribunalia majorem præbere vim huic discursui, seu temperamento, quam meræ juridicæ præsumptioni transfusivæ dumtaxat gravaminis probandi contrarium in Reum, qui prætendat aliquid retinere in illa Contrata, Regione, & Loco, veluti non obnoxium al-
3 legato Fideicommisso, & signanter per intermedias acquisitiones, vel a se, vel a suis Auctoribus factas ex titulo, aut lucrativo, aut oneroso, juxta limitationem, de qua præter eumdem *Fulgosium* passim habetur apud *Surd. cons.505. nu.10., & decis.339. nu.9., Giurb. ad consuet. Messan. c.12. Gloss.4. n.8. Rota dec.81. sub n.1. post Contr. discept. for. dec.144. nu.17. cor. sa. me. Alex. VIII. dec. 428. n. 4. coram Emerix Jun., et decis.135. nu.4., et 5. part.11. Rec.*

Ast admodum cresceret amaritudo ex parte Rei, quoties ipse, illiusve majores, a quibus jura metiretur, fuissent Causa non sine culpa, vel certa, vel in hoc Casu præsumpta confusionis, adeout in genere per expletam incorporationem rei, vel bonorum Fideicommissariorum, constaret quidem de intermedia acquisitione, sed e converso prepediretur idem Dominus Directus, vel Fideicommissarius per hujusmodi confusionē, sive incorporationem a consequutione rei sibi debitæ, vel suæ, in his quippe terminis in odium, vel pœnam confundentis, arctatur is
4 præcisius digito ante Oculos Judicis ponere quidquid, & quantum ipse, aut prædicti ejus Majores immiscuerint de proprio in illo, ut ita dicamus acervo, Domo, vel Bonis immixtis, & confusis, prout limitando succensent *Angel. in l. fin rem sub num.4. de rei vindicat., Ruin. cons.50. num.15. lib.1., Simon. de Pret. de Interpret. ultimar. volunt. lib.5. dub.4. nu. 335. fol. mihi 554., Fusar. de Substit. qu.618. nu.49., Afflict. decis.23. n.5. vers. prædictis, Adden. ad Greg. dec.575. nu.11., Rota dec.25. n.24. par.17. Rec.*, alias
5 confundens, vel habens Causam a confundentibus pati compellitur Immissionem in totum, quemadmodum se explicat *Rota dec. 102. nu.15., et 16. coram sa. me. Alexandr. VIII. dec.464. n. 4. cor. Emerix Jun., et dec. 175. nu. 5. par. 6. Rec.*

Advertendo nihilominus, quod hujusmodi pœna proveniens a probata, vel præsumpta culpa locum sibi non usurparet, quando Causam habentes a confundente essent quidem illius Successores, sed non universales, uti sunt Heredes, & in suis Casibus Donatarii
6 universales; quoniam ubi tractaretur cum Successoribus singularibus confundentis, pœna prædicta eos non afficeret, sed cum ordinariis Juris regulis procedendum foret circa nimirum regulas Statutas super generica necessitate probandi identitatem, vel respective acquisitiones, ex iis, quæ subnectendo adnotavit *Rota dicta dec. 175. nu. 6. par. 6. Rec.*

Et si contingat confusionem hanc, seu incorporationem promanasse ratione melioramētorum, quia tunc quæstio non esset de identitate, sed de valore antiquæ Domus, vel Corporis Fideicommissarii, & respective de valutatione melioramentorum, aliæ
7 constitui assueverunt regulæ latius dispunctæ, atque perpensæ *in quadam Asculana Fideicommissi, seu Domus super Melioramentis 11. Decemb.1699., et 13. Maji 1701. in utraque coram Me.*

His igitur non inutiliter etiam ad Casum præmissis, cum in antecedenti disceptatione habita inter Carsidonium, & Tamburinum ob deficientiam particularium Confinium dimicaretur quęnam quantitas Cannarū Prædii *della Metola*, vigore Fideicommissi ordinati per Antonium, atque purificati in Personam Tamburini, debita fuisset eidem Tamburino, & ob id in quanam parte, seu quomodo sustineretur exsequutio expleta per eumdem Tamburinum super toto prædicto Prædio *della Metola*, doceretur jam ex una parte Tamburinus de præsumptiva inclusione totius Prædii, sub præfato Fideicommisso ad normam *enunciati consilii Fulgosii*, vel saltem perspecto antiquo Catastro pro *Cannis* 1614., verum ex altera conquerebatur Carsidonius, quod perperam fuissent in exsequutione inclusæ acquisitiones factæ in eodem loco per antecedentes Possessores, ac respective gravatos, a quibus Causam fuerat sortitus; Hinc proinde, quia *Dominis* enituit, quod revera incontrovertibiles erant acquisitiones in genere per Carsidonium oppositæ, sed nec quantitas, nec Locus præcisus earumdem acquisitionum apparebat justificatus, non alia capi tunc valuit resolutio, quam abstinendo a particulari quantitate Cannarum, rescribere super excessu exsequutionis in genere ex rationibus allegatis, & extensis *in præambula Decisione diei 16. Januarii proxime præteriti per tot. cor. Me.*

Cumque parum opitularetur Carsidonio memorata Canonizatio excessivitatis in genere, nisi deveniente *Sacro Auditorio* ad specialia, separaretur, & liquidaretur illa individua summa Cannarum, super qua patratus fuerat excessus, & quæ per ipsum detineri poterat etiam Ministerio Judicialis Ma-

nutep-

nutentionis eum effectibus consequutivis, dum eadem Manutentio numquam denegatur favore ejus, qui per excessivam exsequu-
8 tionem læsus remansit, & afflictus, ad *Text. in §. Retinenda Instit. de Interdict.*, *Rota decis.* 1086. *nu.* 29. *coram Emerix Jun.*, idque ex æquitate potius, dummodo excessus prœter intentionem, seu bona fide exsequi facientis per relationem ad Mandatum Judicis promanavit, quia de cetero exsequutio corrueret in totum, & in totum attribui de-
9 beret ob actus individuitatem Manutentio veteri Possessori, quemadmodum liquet penes *Adden. ad Buratt. dec.* 91. *n.* 4., *& seqq. Rota dec.* 388. *num.* 3., *et* 4. *coram Duran. dec.* 552. *n.* 19., *et* 20. *coram Bichio dec.* 81. *num.* 3., *et* 4. *par.* 15. *Recent.*, *cum aliis adductis concordantibus*, *in Romana deliberationis Census* 12. *Aprilis proxime præteriti §. Et altero, quod Mandatum cum seqq. cor. Me.*

Supplices idcirco preces per Memoriale porrexit Carsidonius *Tribunali* pro obtinenda Subdelegatione Judicis in Partibus ad finem, ut adhibitis peritis, fieret præmissa liquidatio quantitatis, cumque ad normam hujusce Subdelegationis exhibita per eumdem Carsidonium subsequuta Peritia exstitisset, & exorassem *Ego Dominos* pro eorum sensu, seu Voto obtinendo = *An*, *et quomodo foret procedendum ad ulteriorem expeditionem*, *seu exsequutionem Mandati de manutenendo* = rescribere dignati sunt favore Carsidonii = *Affirmative ad formam Peritiæ* =, quæ fuerat concorditer efformata a geminis Peritis utrinque electis.

Et quidem statim ac Periti ab utraque Parte præelecti, ac judicialirer deputati convenerant in eorum Judicio absque ulla, vel minima discrepantia, utique non docto de positivo, & claro errore, seu gravamine, merito standum veniebat eidem Judicio, cum Periti ad hunc effectum deputentur, ut sint quodammodo in materia facti sub eorum scientia, & praxi cadentis, quidam veluti subalternantes Coadjutores Judicum, & Tribunalium, & ubicumque concordes fuerint, regulariter locum non relinquant ele-
10 ctioni alterius tertii Periti, quæ non datur, nisi in discordia duorum præcedentium *Teste Bald. consf.* 97. *n.* 1., *Dec. consf.* 100. *n.* 6., *Roland. consf.* 35. *n.* 6. *vol.* 2., *Caball. consf. decisiv.* 20. *per tot. lib.* 2., *Gratian. discept. forens. c.* 228. *n.* 9., *Pacian. de locat. & conduct. cap.* 34. §. 5. *n.* 78., *&* 79., *Adden. ad Buratt. dec.* 70. *nu.* 14., *Rota dec.* 136. *n.* 2. *cor. Coccin.*

De hujusmodi autem errore, seu gravamine perperam lamentari visus est Tamburinus, ex quo portio fideicommissaria ad eum spectans super Prædio *della Metola* saltem conscenderet ad quantitatem *Cannarum* 1614., illaque per Peritos redacta mox fuerit ad Cannas 1566., & sic cum diminutione *Cannarum* 48. nam licet Æstimum, seu Catastrũ Civitatis attingeret de tempore obitu fideicommittentis faciendo mentionem præfati Prædii *della Metola* ad Cannas 1614. nihilominus e converso etiam intermediæ acquisitiones factæ, & justificatæ per Gravatos debuissent implere quantitatem *Cannarum* 575., ut pariter per publica Instrumenta, idemque Catastrum evincebatur; sed cum facta totius Prædii mensuratione, vice reperiendi integrum prædium constare, ut oportuisset (jungendo utramque quantitatem) Cannis 2189. vix importare Cannas 2124. repertum est, ideoque coacti remanserunt Periti observare, & recte concludere, quod hujusmodi diversificatio mensuræ proveniebat a diversitate mensuræ *Pedum* mo-
11 moderno tempore in majus, sive amplius immutata, & aucta, prout sæpissime in hac materia accidere quotidiana monstrat experientia, & advertunt *Par. de Put. tit. de verb. signific. versic. Montes, & Colles sola ad Consf. Sabaudiæ tit. de Censuum solut. par.* 1. *gloss. unic. num.* 9. *in fine fol. mihi* 124., *Giballin. de human. negotiat. lib.* 1. *de Cauf. negotiat. cap.* 6. *de mensur.*, *et ponder. art.* 6. *et seqq.*

Posito itaque quod sciretur a parte antea numerus Cannarum bonorum fideicommissi, & æque certitudinaliter numerus Cãnarum acquisitionum, profecto necessitas expostulabat, ut aucto in genere mensurationis Instrumento, & e contra partialiter hinc inde correcto numero mensuræ, unaquæque pars in re communi sentiret defalcationem, minoris quidem numeri mensuræ, sed alias continentem in substantia totum id, quod erat prius seorsim suum, sive sibi debitum per illam speciem contributi cadentis in coæquali defalcatione sancita per *leg. Rhodiam de jact.*
12 nimirum ad limites, & propositionem aureæ regulæ *del trè* ad tradita specialiter in non dissimili proposito in illa *Romana*, *seu Januen. Dotium super reservatis* 6. *Maii proxime præteriti §. Ita et taliter*, *et fere per tot. cor. R. P. D. meo Aldrovando*, & prius in *dec.* 11. *sub num.* 14. *§. Hæ autem inter impressas coram Me.*

Minusque justa apparuit objurgatio Peritiæ facta per eumdem Tamburinum super eo, quod periti Domum quamdam intra Cancellos, & Confinia totius Prædii recentiori tempore exstructã reposuerint in parte segregata cũ totali libertate favore Carsidonii, quando per Testes justificari conclamabat, quod ade-

aderat in Prædio, seu parte fideicommissaria retroactis temporibus non absimilis Domus, quinimmo eadem modernior Domus docebatur excitata de ruderibus,& cæmentis ipsius antiquæ Domus, unde in hodierna divisione etiamsi ratione commoditatis substitisset præfata repositio in parte libera, semper in omnem casum refici debebat appretium, vel antiquæ, vel modernæ Domus, ad ea,quæ observantur in rebus dividendis, & non bene recipientibus divisionem,dummodo substantialiter res reducatur per æquivalentiam pretii in pecunia, vel in aliis bo-
13 nis ad suam justitiam, & æquitatem, uti testatur, & firmat per *Text. in l. si familia 3. ff. famil. hercisc.*, *Capon. discept. forens. 112. n. 59.*, *Ciroccb. disceptat. 67. n. 81.*, *Thesaur. Vot. dec. 95. n. 8.*, *Constantin. ad Statut. Urb. tom. 1. annot. 21. artic. 2. num. 101. & seqq.*, *Annibal. Tartagl. de reservat. Statutar.*, & *Contract. Mulier. art. 60. n. 54.*, *Capyc. Latr. dec. 28. n. 11.*, & *12.*, *Rota dec. 310. num. 5. & 6 par. 19. Rec.*

Alternative diximus, *vel apprettum veteris, vel novæ Domus*, novæ nimirum, quoties eadem nova Domus subrogata censeri debeat antiquæ, quia eum pariter sicut viventia, sive res animatæ, moriantur quoque Ædificia, resque deficiant inanimatæ, juxta vatem *muojono le Città, muojono i Regni* = hinc, & Domus nova subroganda erat loco veteris,
14 quemadmodum videmus subrogationem dari in Gregibus, aliisque facientibus unum corpus, Universitatem, aut genus ex Collectis in proposito, per *Angel.*, & *communiter DD. in l. 1. §. inter necessarias ff. de impens. Peregrin. de fideicommissis art. 50. nu. 6. cum pluribus seqq.*

Veteris autem, dum vetusta Cæmenta remansserant incorporata, seu transfusa in novam Domum, ideoque ad minus pro importantia valoris eorumdem Cæmentorum erant appretianda, & reficienda Tamburino per modum illius epicheiæ, quæ servatur in actione de in rem verso, & fortasse (nisi diversitas situs, & soli casum diversificaret)
15 intrarent discussa, & stabilita in proposito Domus veteris in novam transfusæ in supra laudata *Asculana fideicommissi*, *seu Domus super Melioramentis 11. Dec. 1699.*, & *13. Maji 1701. coram Me*.

Ad hæc quippe placuit responsio, quod hujusmodi suppositio præexistentis antiquæ Domus in differenti loco, eoque fideicommissario, solummodo innitebatur binæ extrajudiciali attestationi pendente lite exaratæ, sicque non attendendæ, ut fert rigor Judicii, in quo nullum frequentius currit ada-
16 gium, quam quod *fides non faciat fidem*, ut inquit *Abb. in cap. sicut nobis de Sentent. Excommunicat.*, *Decian. cons. 51. num. 96. lib. 2.*, & patet in omni volumine, seu indice legalis facultatis in *verbo fides*.

Clarius, quia alter ex eisdem Testibus etiam millies formiter deponens nihil obsuisset, cum dicat solummodo, quod antiquitus aderat in certo assignato loco quædam Domus, nil ultra progrediendo; secundus vero, qui idipsum dicebat, adjungendo, quod hæc Domus capax esset *di due Stanze* fatebatur, quod dicta Domus, *fu levata, perchè era quasi cadente si per le muraglie, che per i legnami, di modo che mi ricordo benissimo, che li volse mettere sopra la Casa nuova, e più, che parte di essi non se ne puotè servire* = quibus positis ad summum intrasset sequuto examine formali eorumdem Testium, reservatio Jurium pro importantia illorum lignaminum, quæ fuissent in novam Domum utiliter implicata, sed nesciebatur, quid talia valetudinaria, & parva lignamina possent unquam præseferre, & de cetero non ob id increpari merebatur Peritia, quæ non habita præ manibus ulla probatione præexistentiæ hujus Domus adeo tabidæ, certe non potuit ullam de ea habere mentionem, maxime dum constito etiam nunc potius de inutilitate materiæ, quam de Ædificio collapso, seu collabente in dies paulatim, & quodammodo per mortem naturalem, de qua supra, neque poterant heredes gravati incusari de non adhibita diligentia in illius præservatione a morbo tunc curabili, vel incurabili, nequaquam onerante lege heredem gravatum pro talibus infortuniis, & nullibi permittente, quod Gravatus arctetur ad refusionem damnorum in re fideicom-
17 missaria occursorum, nisi illius probata Culpa, quæ neque per somnium ad præsens erat justificabilis, ut circa mox adductam Conclusionem damnorum satis videre est penes *Bald. in l. si filium quem habentem circa fin. Cod. famil. hercifcun.*, *Alex. in l. Mulier. §. Sed etenim ff. ad Trebellian.*, *Decian. cons. 44. num. 94. lib. 3.*, *Peregrin. cons. 48. num. 10. lib. pr. & in tract. de fideicom. art. 10. num. 26. et seqq.*, *Simon. de Pret. de interpret. ultimar. voluntat. fol. 362. nu. 27.*, *Fusar. de Substitut. quæst. 516.*, *et quæst. 518. per tot.*

Utraque &c.

Ro-

Romana, seu Albanen. Ferraccii.

Veneris 2. Augusti 1709.

ARGUMENTO

Non indiget.

SUMMARIUM.

1. *Tria Judicata si sint valida, & justa constituunt rem judicatam.*
2. *Confirmatio qualibet sententia referenda semper est ad primam.*
3. *Sententia si excedat contenta in praecedentibus Decisionibus est nulla.*
4. *Interpretanda semper est ad limites praecedentium Decisionum.*
5. *Judex secundum facti contingentias providere debet.*

DECIS. CDLXXV.

Sub hac novissima *Rotalis Anni* nuncupata *Congregatione*, ad differentiam formalis Audientiæ, quæ haberi nequibat, ob jam de proxime antecedenti *Mense Julii a Reverendiss.* nostri Ordinis *Decano* toti Curiæ solemniter indictas æstivas ferias generales, quæ prohibent, in vera judiciali forma causas, & negocia per Summum Pontificem mediate, vel immediate delegata, definiri, ad similitudinem ceterarum feriarum, de quibus in utroque *Jure*, *Pontificio*, & *Cesareo* sub *titulo de feriis*, utriusque Facultatis Codices testantur; itaut singulare existat, quod adhuc deinceps *in Sac. Rotæ Consessu* decernatur expeditio per sententiam illarum Causarum, quæ noviter audiri sive examinari minime mereantur, cum retrottactione hujusce Decreti expeditionis, seu rescripti *Expediatur* ad ultimam, per mensem antea habitam, audientiam, & respective ad præcedentes citationes ad sententiam, sub illa die cadentes, mediante tunc facta ea conclusione in Causa, quam in Curia nuncupant *Terminum pro servato*; sicuti post *Coccin. in sua annot. 261. num. 368. & 369.* refert etiam *Card. de Luc. in relat. Cur. Rom. disc. 32. sub num: 105. lib. 15.*

Verens Jo: Petrus, quod, decreta forsan *per Dominos* expeditione præsentis Causæ, in sequelam non veniret illius condemnatio etiam ad damna, & interesse; uti in prima Instantia pronunciaverat A. C., cum generica ceteroquin confirmatione, reportata ab ejus Adversariis *in Rota* coram *Revmo Molines Decano*, & *R. P. D. meo Polignac.*, ex quo pendente hactenus sola Commissione *Signaturæ Justitiæ* in gradu recognoscendi justitiam, & validitatem eorumdem trium ante-
1 cedentium Judicatorum, quæ de Jure, quoties sint valida, & justa, faciunt rem judicatam; res hæc judicata intelligenda foret ad normam primæ sententiæ, quemadmodum regulariter operatur absque alia explicatione quælibet indefinita superaccedens con-
2 firmatio, ad tradita circa primam conclusionem *per Doctores in l. unica C. ne liceat in una eademque caus.*, *Cravett, cons. 183. num. 1. Trentacinq. var. resol. lib. 2. de appellat. resol. 15. num. 1. & 2.*, *Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 1. num. 1. Altimar. de nullit. rubr. 5. quæst. 1. num. 58. Card. de Luc. de judic. disc. 36. num. 51. & 58.* & late quoad secundam *Grat. dec. March. 18. fere per tot.*, *Rota dec. 369. num. 1. cor. Cels. dec. 518. num. 1. cor. Emer. Jun. dec. 181. nu. 2. par. 14. rec. & in Melevitana Decretorum super conformitate sententiarum 21. Martii 1707. §. consonæ prorsus coram me.*

Supplicavit proinde sub hodierna die *Dominis*, ut dignarentur eorum pandere intentionem: quapropter justitiæ consonum visum fuit precibus annuere, non jam absolvendo eumdem Jo: Petrum ad hac condemnatione damnorum, & interesse, quatenus de Jure in ulteriori progressu, & examine disputationis, seu exsequutionis, ad hujusmodi refectionem damnorum, & interesse teneretur; sed quia, cum nihil *in præcedentibus Decisionibus*, & signanter præcise *in mea postrema*, desuper dictum fuerit, multoque minus desuper inter Partes positive disceptatum; ratio ipsa naturalis, & multo magis Constitutiones *Tribunalis*, exigebant, quod hic Articulus, petente nunc Parte, expresse reservaretur suo loco, & tempore differendus; præcipientibus memoratis Cōstitutionibus, quod, si Sententia excedat contenta virtua-
3 liter, vel expresse in præcedentibus Decisionibus, a vitio nullitatis præservari non valeat, ut habetur penes, *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. disc. 32. n. 50. Rotam dec. 151. num. 2. & seqq. par. 16. dec. 163. n. 2. & 3. par. 18. rec. in Romana Cambii 31. Januarii 1698.*, *& in Romana Testamenti 14. Martii ejusdem anni, jam hactenus impressa cor. Me dec. 28. num. 3., & dec. 37. num. 1. & 2. tom. 1.*

Et ob id cum eadem quoque præservativa, seu reservatione implicite, & non alias, intelligendæ erant antecedentes Sententiæ, generice confirmantes primam, latam *in Tribunali A. C.* quia præsumptæ conformationi, ex simplici, ut supra, confirmatione derivanti, obsistebat, ac præponderabat potentior considerario, quod eædem Sententiæ, ob præsumendam semper pro eis de Jure validitatem, essent interpretandæ prorsus ad limites antecedentium Decisionum, & sic citra nusquam

quam decisam, immo nec a Partibus pro-
4 motam, aut agitatam condemnationem ad damna, & interesse, ut semper protestata est *Rota*, & signanter *in dec. 327. num. 1. cor. Buratt. dec. 1164. num. 12. cor. Emer. jun. dec. 76. num. 16. et 17. par. 9., et dec. 349. num. 12. par. 12. rec. et habetur penes Card. de Luc. de praeminent. disc. 4. num. 8., et in Miscellan. Eccles. disc. 38. num. 7.*

Exoptarunt quoque *Domini*, quod pariter ad limites *alterius Decisionis*, pari passu expediendæ super manutentione, quoad ferraccium perperam distractum, nedum reportaretur in Ferreriam, verum adjungere quoque ex quadam benignitate ipsi præcepto, & ordinationi consilium, quod sequuta reportatione ferraccii, illud mediante assueto laborerio curaretur ad solitam reduci perfectionem, ne alias, canonizata fortasse dein in processu discussionis prætensa a Stephano, aliisque litis Consortibus condemnatione
5 ad damna, & interesse, Jo: Petrus, seu etiam ceteri ejus Collitigantes, insimulque in Decreto comprehendendi, hanc postea majorem refectionis jacturam sentirent, juxta illas æquitativas, & prudentiales Judicis partes, quas, quantum fieri potest, collaudat *Calvin. de aquit. lib. 1. cap. 1. per totum, & cap. 30. num. 62., Rota dec. 660. in fine cor. Cerro, & dec. 312. n. 2. par. 14. rec.*

Atque iste fuit *Dominorum* sensus, pro uberiori Partium satisfactione in hujusmodi brevi *Decisione* pandendus.

Majoricen. Beneficii.

Veneris 6. Decembris 1709.

ARGUMENTUM.

Officiales alicujus Communitatis, Universitatis, vel Collegii habentes pro tempore Jus præsentandi ab ipsa Communitate, an possint præsentare uti singuli, sive dici debeat una tantum vox repræsentata ab ipsis Officialibus, quæ nullam recipiat divisionem, itaut major Pars Hominum de Universitate, sive duæ tertiæ sufficent partem minorem, vel alteram Tertiam, late, ac docte examinatur. Gratia derogatoria medietatis vocum a Summo Pontifice concessa resolvitur in simplicem gratificationem. Subreptio quando intret, & quando non, fuse etiam in hac decisione enucleatum per leges.

SUMMARIUM.

1. *Beneficia etiam per viam pura resignationis conferre non solet S. Sedes, nisi vel praecedente, vel subsequente consensu secularium Patronorum.*
2. *Arbitrium revisionis Litterarum Apostolicarum non delegatur aliis Judicibus, praterquam S. R. E. Cardinalibus, aut S. Rot. Auditoribus.*
3. *Dictaeque Littera absque vitio attestatorum exsequutioni demandari nequeunt, quousque Rota non cognoscat an tale intret arbitrium.*
4. *Littera Apostolica si non sunt justificata ex defectu intentionis S. Sedis corruunt.*
5. *Item si sunt subreptitia, & obreptitia, vel quia verum fuit reticitum, vel quia falsum fuit expressum.*
6. *Derogatio non cadit super actu non praexistente.*
7. *Privatio habitum supponit.*
8. *Vox Communitatis cum sit unica, & individua non dicitur emissa in simplici paritate, sed exquirit præpollentiam vel ad numerum Congregatorum in duabus partibus, vel saltem majoris partis eorumdem.*
9. *Quod procedit etiam in Jure præsentandi spectante ad Communitatem.*
10. *Et gratia proinde derogatoria medietatis vocum nullatenus hoc casu operatur.*
11. *Ad Beneficiū erectum ex bonis Comunitatis, sive Universitatis Jus præsentandi remanet ex ipsa erectione acquisitum eidem Communitati, & quoad exercitium illam repræsentantibus Jure communitativo.* Amplia num. seq.
12. *Summus Pontifex ad differentiam aliorum Principum utitur jure proprio pronomine* Nos, *cum suam potestatem non sortiatur neque a Populis, neque ab Electoribus, sed immediate a Summo Deo.*
13. *Erectio, seu reservatio Jurispræsentandi facta nomine Communitatis referri nequit ad privatas pro tempore singulares Personas.*
14. *Potissimum si Officiales Communitatis in erectione Beneficii obligarunt bona omnia d. Communitatis, & alia plurima fecerint concernentia primarium ejusdem Communitatis Jus.*
15. *Ad effectum Jurispræsentandi requiritur mandatum speciale.*
16. *Major pars Collegii, sive Communitatis ad minus requiritur ad effectum repræsentandi Collegium, sive Communitatem.*
17. *Juspatronatus, seu Juspræsentandi relictum pluribus Officialibus, seu Personis, spectat ad easdem plures Personas, & Officiales uti singulos, & non uti Collegium.*
18. *Beneficia, nisi de diversa Fundatorum voluntate constet, veluti fundata ex oblationibus Christifidelium, libera præsumuntur.*
19. *Pro dote Beneficii qui non contribuit saltem pro*

pro medietate habetur loco Benefactoris, sed non acquirit Juspatronatus.

20. *Ultimus status favere semper debet novissime præsentato.*

21. *Gratificatio ab Ordinario facienda pendere debet a meritis personalibus, quibus præditus supra alios gratificandus effulgeat.*

22. *Observantia interpretativa numquam attēditur quando sumus in claris, neque interpretatione indigemus.*

23. *Ultimus status non attenditur quando non excedens possessorium absorbetur a publico Instrumento.*

24. *Ad inducendam subreptionem, & defectum voluntatis in Pontifice exuberat, ut facti narratio facta non fuerit vera, sed alterata.*

25. *Nec Patronus, nec Episcopus potest post perfectam fundationem Beneficii sub quolibet prætextu alia vincula, & onera superimponere, & immutare statum Beneficii jam erecti, & stabiliti.*

26. *Subreptionem non causat, neque gratiam infringit non expressio actus nulli, & insubsistentis.*

27. *Observantia ea est attendenda, quæ explicat mentem, & intentionem contrahentium post contractum.*

28. *Et fundatorum alicujus Beneficii post illius Fundationem.*

29. *Ferro viam aperit, qui per contraria transit.*

30. *Juspatronatus relictum pluribus Personis intelligitur competere uti singulis.*

31. *Juspatronatus pertinens ad Communitatem non recipit divisionem, sed tamquam una vox individua major pars Hominum de Universitate, sive illa duæ tertiæ suffocant minorem, vel alteram tertiam.*

32. *Voces quando ab initio sunt distincta, ea vox major dicitur, quæ residet penes majorem partem efformantiū eamdem vocem, spreta penitus minori.*

33. *Homines, seu Officiales Communitatis reservantes Juspatronatus pro se, & eorum successoribus, non jure Collegiativo, sed proprio id fecisse præsumitur.*

34. *Dictio* vero *quid importet.*

35. *Observantia subsequens magis clara, & certa prævalere debet observantiæ æquivoca, & incerta.*

36. *Episcopus non potest gratificare, non concurrente medietate vocum.*

37. *Summus Pontifex in derogatione non examinat merita sui Provisi, sed procedens per viam omnino gratiosam præsupponit informationem, & quod merita in suo Collatario adinvenerit.*

38. *Dignum sufficit eligere, ommisso digniori.*

39. *Gratia derogatoria pro medietate resolvuntur in simplicem gratificationem.*

40. *In derogationibus consuetis pro medietate vocum fieri debet expressio, aliquem fuisse a medietate Patronorum præsentatum.*

41. *Subsequuta vacatione Beneficii per resignationem in manibus Papæ, necessarius non est assensus Patronorum, qui solum a S. Sede practicatur de stylo, non de Justitia.*

42. *Subreptionem non causant res disputabiles, & obscuræ, quæve pro certis narrari nequeunt, maxime si taceantur.*

43. *Factum non expressum, vel male expressum causat subreptionem, non vero Jus, utpote exist.ns in scrinio Pectoris Principis concedentis.*

44. *Regula* multa facta tenent *quando procedat in Collationibus Beneficiorum.*

45. *Patronis in præfixo termino præsentandi non concordantibus, collatio Beneficii ad Papam defertur.*

46. *Nulla datur major in dubio verificatio veritatis, quam ea, quæ resultat ex confessione ipsius Partis.*

DECIS. CDLXXVI.

Expresserat Jacobus Sanctissimo Domino Nostro, per liberam resignationem vacasse Beneficium in Parochiali Ecclesia Oppidi de Binisaem, quod de Jurepatronatus Laicorum, scilicet pro tempore existentium Juratorum, sive Consulum ejusdem Oppidi ex fundatione, ac dotatione existebat, quodque in hujusmodi fundatione cautum reperiebatur, quod ad illud nonnisi Presbyter, seu Clericus ad pulsanda Organa Peritus, & insimul filius naturalis ipsius Oppidi præsentaretur. Quamobrem eum ipse talibus qualitatibus polleret, expostulabat, prout obtinuit de eodem Beneficio provideri, de consensu tamen saltem medietatis Patronorum, & respective sub opportuna derogatione alterius medietatis, cum non soleat S. Sedes
1 Beneficia etiam per viam puræ resignationis admissæ, de stylo, vel honestate conferre, nisi vel præcedente, vel subsequente consensu Secularium Patronorū, sicuti testantur *Innocent. in cap. ult. in fine de renunc. ibique Abb., ceterique Canonistæ, Bero in cap. 1. num. 78. & seqq. de Jurepatronat. Mandos. consil. 7. num. 4. & 13. Paris. de Resignat. Benefic. lib. 2. quæst. 4. n. 4. & n. 54. Gonzalez ad regul. Cancel. gloss. 52. n. 54. in fine.*

Reportato per Jacobum assensu duorum tantummodo Juratorum, qui de cetero medietatem materialiter constituebant, deinceps quoque bono, ut dicitur, fato, ab initio hujusmodi suæ provisionis, seu Litterarum Apostoli-

ftolicarum exſequutionem obtinuit in Partibus, comiſſaque de more per Signaturam Juſtitiæ *Mihi* Cauſa ad Inſtantiã omnium ſucceſſive creatorũ Juratorum, cum clauſula *Parito litteris arbitrio*, in ancipiti per duas vices ſtetit victoria, ſed adſcito ſuffragio *Quinti, et Sexti*, Correſponſalis de ſtylo noſtri Auditorii tandem ſuccubuit, mediante implicita revocatione ejuſdem ſententiæ, uti præſeferebat Reſcriptum *Intrare arbitrium*.

Cum enim Litteræ Apoſtolicæ collativæ Beneficiorum hanc ſibi promereantur venerationem, maxime quando fuerunt exſequutioni demandatæ per ſententiam, ſive decretum, ut non deceat procedere ad normam aliorum Judiciorum, quæ profanum intereſſe concernunt, & non proveniunt a ſummo fonte omnium Juriſdictionum Pontifice, loco ceterarum formularum, quæ conſueſcunt adhiberi in aliis cauſis, & negociis, quando materia appareat digna alterius reviſionis, uſurpatur proinde ſimilis clauſula *Parito litteris arbitrio* cum commiſſione directa, vel per unam, vel per
2 alteram Signaturam Gratiæ, & Juſtitiæ, aut Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, aut *Sacræ Rotæ* Auditoribus, aliis quippe Judicibus non delegatur, ſeu tribuitur hoc arbitrium, uti teſtatur practicus Signaturæ Decanus *Marchesan. de commiſſ. par. 1. de commiſſ. appellat. ab exſequut. Brevis cap. 2. nu. 39. cum duob. ſeqq. & poſt eum modern. Aſcul. ad ſtat. Urb. in c. 167. ad ſtat. Urb. tit. de appell. alias annot. 52. art. 1. ſect. 4. n. 263.*

Et ob id, ut præmiſimus, vice infirmationis ſententiæ, vel declarandi decretum aliquod inexſequibile, magis modeſte reſpondetur *intrare arbitrium*, & de cetero per antea præfata ſola clauſula, & commiſſio non permittit, abſque vitio attentatorum demandari poſſe Litteras exſequutioni effectivæ, ſcilicet per conſummationem ejuſdem exſequutionis, quouſque *Rota* non cognoſcat, an tale intret arbitrium, quantumvis ubi exſequutio præcedenter, & legitime
3 fuiſſet conſumpta, eadem clauſula *arbitrio* ipſam non retractet, & infringat, ut de prima proſequitur idem *modern. Aſcul. ubi proxime ſub n. 266. allegando Rotam in Valentina Præceptoriæ 10. Maji 1627. §. Satis conſtare coram bon. mem. Card. Virili* & de ſecunda *Rota deciſ. 275. in fine cor. Bich. deciſ. 1057. num. 1. & dec. 2210. nu. 2. et ſeqq. cor. Coccin. dec. 276. num. 9. et 10. par. 19. rec. et in Foroliv. Canonicat. Theologalis 25. Junii 1700. §. Poſthabita etiam cor. Me.*

Principale igitur motivuum, per quod affirmativa, ut diximus, prodiit reſolutio, ravdicabatur in fundamento ineluctabili, per quod omnis Gratia Sanctæ Sedis ex defectu intentionis certiſſime corruit, quoties Litteræ non apparent juſtificatæ, & eo fortius quoties eædem Litteræ poſtmodũ examinatæ, noſcuntur ſubreptitiæ, vel obrepti-
4 tiæ, quia tunc videtur rapina, & non gratia, uti de hiſce propoſitionibus plena ſunt volumina, & videre eſt in propoſito non ſequutæ juſtificationis per *DD. in cap. 2. de reſcript. Rota dec. 92. num. 2. cor. Emerix Jun. deciſ. 100. num. 4. par. 12. recent. et in Majoricen. Parochialis de Monaco 2. Julii 1708. §. Quoties namque coram Reverendiſ. Omanna Epiſcopo Giennen.*, & in propo-
5 ſito ſubreptionis, vel obreptionis, quarum ſpecies diſtinguuntur, vel a tacendo illud verum, quod erat neceſſarium exprimere, vel ab exprimendo illud falſum, quod veritati requiſitæ repugnat, connotarunt *Dec. in c. ſuper litter. n. 4. de reſcript. Roſ. de exſequut. Litt. Apoſt. par. 1. cap. 6. n. 13. & ſeqq. Rota dec. 302. num. 4. cor. Bichio, in Parmen. Beneſ. 28. Jan. 1701. §. Enim cor. R. P. D. meo Scotto in Mediolanen. Beneſ. 9. Decem. 1707. §. Situti enim cor. R. P. D. meo Caffarello Almæ Urbis Gubern. & in Melevit. permutat. Commendarũ 26. Junii proxime præteriti, §. Breve enim cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Saltem ſiquidem implicite Jacob ſuppoſuerat obtinuiſſe conſenſum, vel ſeſe fuiſſe præſentatum a medietate Patronorum, ſcilicet Juratorum pro tempore memorati Oppidi, vel in omnem caſum implicite ſuppoſuerat, ſeſe expectare futurum conſenſum ejuſdem medietatis, cum enim Papa (ſunt verba Litterarum) *Pro altera medietate Patronorum in eumdem Jacobum non conſentientium pro ea vice derogaverit:* per neceſſarium an-
6 tecedens Jacobus præſuppoſuerat Pontifici ſeſe alterius medietatis fretum eſſe conſenſu, ſuper actu etenim non præexiſtente difficile cadit derogatio, ſicuti di-
7 cimus de privatione, quæ habitum ſupponit ad *Text. in l. legatum 21. ff. de admin. vel auſer. legat., l. decem ſtipulatus 116. ibique Summator Bartolus ff. de verb. oblig. Rota dec. 637. nu. 29. par. 19. recent. & in Aſculana ſucceſſionis 9. Maji 1707. in principio cor. me*, & in propoſito advertunt *Mandoſ. conſil. 7. num. 15. ſeqq. Pariſ. de reſignat. lib. 2. quæſit. 4. num. 55. ead. Sacra Rota dec. 214. num. 18. & ſeq. cor. Ottbob. dec. 509. n. 39. par. 14. & dec. 181. n. 20. & ſeq. p. 19. rec.*

Hujuſmodi vero præſuppoſita medietas non poterat in præſenti caſu unquam verificari, licet enim quatuor in perſonis forent Jurati, & horum duo, vel præſentaſſent, vel conſen-

sistent in personam Jacobi, cum tamen ad eosdem Juratos hujusmodi Jus præsentandi non attineret ut singulos, sed uti repræsentantes ipsum Oppidum, seu Communitatē, hi duo non faciebant ullo modo medietatem, cum unica, & individua sit vox Communitatis, & non dicatur emissa in simplici paritate, sed exquirat præpollentiam, vel ad numerum Congregatorum in duabus partibus, vel saltem majoris partis eorundem Congregatorum, quemadmodum plures casus distinguendo semper tamen concludunt *Abb. in cap. cum inter universas num. 9. de elect. Castren. in l. 3. num. 9. ff. quod cujusque universitatis nom. ibique glos. verb. duæ partes, communiter Doctores, Gratian. disceptat. forens. cap. 933. num. 3., et 4. Pacific. var. lucubr. tom. 1. tit. 4. cap. 19. num. 89. Cresp. de Valdaur. observ. 112. num. 22. Otter. de Official. Reipubl. cap. 4. num. 2. Less. de Jur. univers. par. 1. cap. 3. a n. 75. ad 78. Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 31. n. 136. Boer. dec. 111. Capyc. dec. 4. num. 1. et seqq. Rota in Aprutina Parochialis 15. Januarii 1703. §. Ad evertendum cor. R. P. D. meo*

9 *Priolo*, & ita in specie respectu Juris præsentandi spectantis ad Communitatem absolute docent, & firmant *Abb. in cap. Quoniam num. 13. de Jurepatronat. ibique Butr. num. 11. Jo. Andr. nu. 3. et in cap. cum omnes num. 10. de constitut. Felic. n. 3. cap. allegat. 78. n. 2. versic. nam si tamquam, Lambertin. de Jurepatron. lib. 2. par. 3. quæst. 4. art. 2. n. 2. Rota dec. 148. la 2. n. 10. post Vivian. de Jurepatron. dec. 443. num. 19. et 20. cor. Merlin. dec. 568. nu. 2. et dec. 262. num. 1. par. 14. dec. 22. num. 1. par. 16. recen.*, apud quos ulterius expresse infertur, & dicitur, quod gratia proinde derogatoria medietatis nullatenus in his terminis opere-

10 tur, ut signanter videre est in *Firmana Beneficii 12. Maji 1595. cor. Blanchett. impress. apud Garz. de Benefic. par. 10. cap. 3. de devolut. n. 13., et in Aquilana Jurispatron. cor. Corrad. apud Vivian. de Jurepatronat. dicta decis. 142. la seconda num. 10.*, ubi plures Concordantes.

Quod autem eisdem quatuor Juratis competeret, sive attineret Jus præsentandi ad hujusmodi Beneficium uti corpus, sive uti universis, non vero, uti singulis, palam visum est resultare ex iis, quæ gesta legebantur in concreto Fundationis istius Beneficii: Exordiendo siquidem a principio Communitas, sive Universitas impartita fuit Juratis facultatem obligandi eamdem Universitatem pro annuis *libris* 28., & de facto successive ex redditibus Communitatis, videlicet ex proprietate cujusdam census *librarum* 560. assignatæ exstiterunt hujusmodi 28. *libræ* in dotem Beneficii; Quamobrem si Beneficium noscebatur erectum ex bonis Universitatis, clara emergebat sequela quod Jus præsen-

11 tandi remanserit ex ipsa erectione acquisitum eidem Comunitati, & quoad exercitium illam repræsentantibus jure communitativo, sive Collegii, & Universitatis, ut recte explicat *Lambertin. de Jurepatronat. lib. 1. par. 2. quæst. 7. articul. 15. n. 9. versic. cum Ecclesia est fundata, constructa &c., et lib. 2. par. 2. quæst. 2. artic. 8. num. 4. Rota in Majoricen. Beneficii 15. Junii 1699. coram Me, confirmata 29. Martii 1700. cor. bonæ mem. Muto fere per totam.*

Quin aliquam amaritudinem ingerere posset, quod in resolutionibus sive, ut Germani dicunt in *recessibus* ipsius Universitatis concomitanter ad decretum erectionum de redditibus ejusdem Universitatis, deveniendo postea ad exercitium istius jurispræsentandi, adjecta fuerit illa conditio, ibi = *Ita tamen, ut honorabiles Jurati sint Patroni ejusdem Beneficii*, quoniam id erat intelligendam repræsentative ad ipsam Universitatem, cum omnis potestas etiam in quibuscumque guberniis ab initio resideat semper in Populo, & postea transitum faciat, vel in Principem, vel in Optimates, vel in Senatum, vel in illorum plures personas, quæ Aristocraticum, vel Democraticum Gubernium efformant, sed hi omnes induunt personam, & potentiam universitatis, & populi, & ideo notant eruditi, quod etiam Principes singulares ad ostendendam imbibitam in se ipsis reipublicæ, seu populorum Jurisdictionem, adhibeant pronomen *Nos* (excepto Summo Pontifice, qui adhibendo pronomen *Nos*, jure proprio utitur, cum suam minime potestatem sor-

12 tiatur, neque a Populis, neque ab Electoribus, sed immediate a Summo Deo, quemadmodum opposite ad alias Potestates monent *Doctores in l. prima Cod. de veter. Jur. enucleand. de elect. Amaya in titul. Cod. de Decurion. Civitat. lib. 10. num. 14. & seqq. R. P. D. Zaul. ad Statut. Faventin. libr. 1. Borell, de Magistrat. Edict. lib. 1. cap. 1. n. 25. Boleng. specul. Princip. Rub. 14. §. Veniamus nu. 7. Camill. Borell. de Regis Catholic. præstant. cap. 31. nu. 10. resol. de Jur. Universitat. cap. 4. nu. 2. Fregos. de regim. Reipubl. lib. 7. disput. 19. n. 1. tom. 1. Knipschid. de jur. & privileg. Civitat. Imperial. lib. 5. cap. 1. n. 5. seqq.* & in individuo jurispatronatus *Lambertin. eodem tractat. de Jurepatr. par. 2. lib. 2. quæst. 2. artic. 10. num. 4. & art. 11. num. 1. & 2.*

Eoque

Eoque certius, quia in nostra thesi ipsimet Jurati deveniendo successive ad actualitatem erectionis ejusdem Beneficii, declararunt id agere nomine Universitatis, ibi = *Ex nostra &c. voluntate per Nos, et nostros nomine Universitatis &c.* & deinde = *Jus vero patronatus nostri Beneficii, nobis, et nostris successoribus in Officio reservamus*, unde jungendo erectionem ab ipsis Juratis factam nomine Universitatis, & expressionem Officii ab eis habitam, nequibat intelligi tam erectio, quam reservatio jurispræsentandi nisi nomine ipsius Officii repræsentativi Universita-
13 tis, numquamve valebat extorqueri ad privatas pro tempore singulares personas *ad notata per Bald. consf. 210. nu. 1. lib. 2. Posth. resolut. 104. num. 2. Mantic. de tacit. et ambig. lib. 6. tit. 12. num. 12. Rota decis. 202. n. 8. et 9. cor. Merlin. dec. 54. n. 5. par. 12. rec. in Leodien. Vicariæ* 10. *Decembris* 1698. §. *Non relevante coram Rmo Omanna Episc. Gienn n., et in Hipporegien. Parochialis* 21. *Junii* 1700. §. *Alioquin cor. Rmo P. D. meo Molines Decano*.

Et denique evidentius, quia finaliter in eadem erectione iidem Jurati, post factas assignationes reddituum Beneficio erigendo, obligarunt omnia, & singula bona dictæ Universitatis, innitendo eo mandato, quod dicuntur a Civibus, & a Populo obtinere statim ac exstiterunt creati, sive electi Officiales, obligandi scilicet Universitatem, & gerendi
14 omnia, quæ ad finem evitandi necessitatem quotidianæ convocationis Populi, & Civiū facere deberet ipsa Universitas, & sic etiam præsentandi ex iis, quæ monuerunt *Lambertin. de Jurepatronat. lib. 1. art. 5. quæst. 7. principal. par. 1. nu. 20. Cboel. ad Bull. Boni Regim. cap. 10. num. 44.*, adeout non ex alio motivo fuerit attributa expressa facultas Juratis præsentandi, sive dictum, quod *Jurati sint Patroni*, nisi quia generale mandatum, quo pollebant circa alia negocia Universitatis, sat non erat ad effectum præsen-
15 tandi pro ipsa Universitate, cum ad hunc effectum mandatum omnino speciale requiratur *Faber. in §. Procuratori Institution. de his per quos agere pot. Rocc. de Jurepatron. st. verb. honorific. Vivian. eodem tract. lib. 5. cap. 6. num. 2. Golin. de Procurator. par. 2. cap. 5. num. 190. Rota dec. 245. n. 4. lib. 2. cor. Put.* Firmato itaque ex præmissis, quod juspræsentandi competeret Universitati, quodque Jurati nonnisi repræsentative ad eamdem Universitatem devenire possent ad præsentationem, sed eo modo, quo practicabatur in ceteris negociis comunitarvis, collegialiter nempe ad repræsentandum eā-
16 dem Communitatem, quo casu semper ad minus exigitur major pars ipsius Collegii, ut etiam ponderatum fuit in dicta *Majoricen. Beneficii 15. Junii 1699. cor. Me, confirmata 29. Martii 1700. cor. Muto*.

Quodque demum specifica facultas Juratis attributa non sonaret nisi in magis speciale mandatum, quod necessarium semper existit ad præsentandum, parum refragabatur, quasi ad eversionem acquisitionis Jurispatronatus factæ eo solemniori modo, quo poterat, nempe per fundationem, & donationem, animadverso, quod etiam ejusdem Beneficii donationi contribuerit quidem Joannes Pons *quinquaginta libras*, ac propterea si Juratis fuit attribura facultas præsentandi, fuerit quoque copulative concessa per largitionem Tertii Fundatoris, in quibus circumstantiis non amplius intret fundamentum repræsentationis ipsius Universitatis, quæ secum proprie fert jus collegiale, sed alterum Jurispatronatus relicti, seu reservati per tertium Fundatorem, seu Patronum ad favorem plurium personarum, in quibus terminis regula indubitanter militat in contrarium, scilicet, quod juspatronatus, seu
17 præsentandi relictum pluribus Officialibus, seu pluribus personis spectet ad easdem plures personas, ad eosdem Officiales, uti singulos, & non uti Collegium, ut citra contradictorem affirmant *Sanchez consil. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 100. num. 6. Tondut. quæst. Canonicar. par. 3. cap. 159. num. 5. Gratian. discept. forens. cap. 211. num. 7., Rota decis. 268. num. 2. cor. Mantica, & dec. 244. n. 1. cor. Dunozz. jun.*

Quoniam hujusmodi discursus, & omnes supradictæ auctoritates reddebantur ab hodierna hypothesi penitus extraneæ, non enim subsistebat, quod Jurati adipisci potuerint hanc potestatem præsentandi, sive disjunctive, sive copulative ab ipso de Pons, seu a quolibet alio contribuente fundationi, & erectioni, siquidem idem de Pons, & insimul Communitas radicitus divulserunt objectum, dum prædictus de Pons contribuendo supradictas *libras* 50. non intellexit acquirere ullum Juspatronatus, vel facultatem alteri concedendi, sed aperte fuit protestatus, supradictam quantitatem (sunt verba præcisa) *gratis, & amore offerre*, sicque tantum abest, ut ex illius largitione Jurati potuerint tamquam a tertio nancisci potestatē præsentandi, ut potius ejusdem tertii largitoris respectu cessasset quodlibet Juspatronatus, prout contingit quando ad fundationem Beneficii concurrunt simplices Benefactores, & hæc sane est ratio, propter quam Benefici-

cia,

18 cia, nisi de diversa Fundatorum voluntate constet, veluti fundata ex oblationibus Christifidelium libera præsumuntur, ut advertunt *Sanchez qu. moral. lib.2.c.3. dubitat. 70.nu.6. Lambertin. de Jurepatronat. lib. 1. par.1. qu.7. art.8. & 9. Rota dec.1.nu.3. de Jurepatronat. cor. Crescent. dec.62.nu.6. & dec.67.n. 3. coram Carill.*

Palpabilius, quia, ut præmisimus, Universitas quoque in hoc ipsum conspiravit, quia totaliter intenta ad fundandum integre Beneficium de suis redditibus noluit assentiri, quod iste de Pons aliquid super Beneficio prætenderet, ibi = *Cum conditione tamen exposita, quod gratis, & sine ulla spe illas obtulerit* = quamobrem ex ipso facto corruebat hæsitatio, quando tamen, & in jure habemus, quod qui non contribuit pro dote saltem pro medietate prout hic evenerat, ha-
19 betur loco Benefactoris, sed non acquirit Juspatronatus *cap. nemo Ecclesiam de consecr. distinct.1. gloss.1 in cap.quicumq; il 2. 16.qu. 7. Mar. Anton. var. resolut. lib.1. resolut.47. n.4. Gratian. discep. forens. cap. 177.sub nu. 24. Vivian. de Jurepatronat. par.1. lib.2. c.2. sub nu. 4. Lotter de re benefic.lib.1.qu.37.n.3. & seqq. & nu. 13. & seqq. Panimoll. dec. 9. nu.14. Rota dec.403. nu.5.cor. Peuting.*

Denique in oppositum visa non fuit quicquam relevare posse prætensa observantia, nimirũ, quod hujusmodi Jus præsentandi alias contra hucusque ponderata passum fuerit divisionem in duas medietates, adeout Episcopus gratificaverit in hac paritate quemdam Nogueram *a medietate* (ut dixit Ordinarius in decernenda postmodum institutione) *Patronorum præsentatum Summ. Jacobi distributo sub die 28.Februar. currentis Anni N.4.* Proindeque ea foret attendenda pro diremptione saltem hodiernæ quæstionis non solũ ex nimium efficaci, & generali robore observantiæ, sed etiam quia proveniebat ab ipso Ordinario, & effectuationem fuerat sortita, cumque per ejusdem Nogueræ resignationem præsens adamussim contingeret vacatio, non poterat hic vere novissimus sta-
20 tus non favere Jacobo, prout sancivere *Innocentius III. & Alexander III. in Cap. querelam 24. de elect. & elect. potestat. & in c. consultationibus 19. de Jurepatronat.* cum aliis plenissime cumulatis in illa *Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. in princ. cor. Me.*

Arrisit quippe replicatio, quod quidquid sit, an hujusmodi status, sive exemplum applicaretur ad præsens, ubi agebatur de collatione mera Beneficii mediante dumtaxat ad cautelam, quatenus opus foret, de rogatione Jurispatronorũ, præfatumque exemplũ percutiebat gratificationem factam ab Ordinario, cui gratificationi licet locus aperia-
21 tur in paritate suffragiorum, ea tamen præcipue pendet a meritis personalibus, quibus præditus supra compræsentatum gratificatus effulgeat oculis Episcopi, ut notat *Guttierez. consf.22. n.22., Corrad. in prax. beneficiar. lib.3.c.6. n. 50. cum seqq., Rot. decis. 343. n.4. cor. Peutinger. decis.458. nu.4. cor. Cerr., & dec.911. n.6. cor. Emerix Jun., & in Mediolan. Jurispatronatus 3. Julii 1684. §. Observarunt cor. bo. me. Pauluccio.*

De reliquo, sive in omnem casum, nec locus erat observantiæ interpretativæ, nec efformationi alicujus status quantumvis ultimi, qui nocere posset veritati, dum observan-
22 tia interpretativa numquã attenditur, quando sumus in claris, nec ulla interpretatione indigemus; Ultimus vero status nec pariter in ulla habetur consideratione, utpote non excedens fimbrias, & importantiam nudi possessorii, quando absorbetur a publico Instrumento præferente, dari nequaquã pos-
23 se hanc medietatem, nec admitti ullam derogationem alterius prætensæ medietatis, ut pariter fuit limitatum post *Abb. in c. Gravis de restitution. Spoliator., Dec.consf.126.n.3., Capon. discept. forens. 263. art.4. nu. 41. tom. 4., Rot. dec.38. nu.8. cor. Priol. decis. 352. n. 17.par. 16. Rec., in illa Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. Quod si non adhuc, & §. Unicus actus cor. me.*

Hisque omnibus addebat aliquis ex *Dominis*, Jacobum quoque defecisse in narrando Pontifici, quod præcedenter, & ante illius impetrationem fuerat ab ipsa Communitate, ad præcisum finem, ut eadem Communitas, & Ecclesia *resti meglio servita all'Organo*, factũ stabilimentum, quod *in caso di vacanza, il sopradetto Benefizio si abbia da conferire per concorso delli Oppositori, quale passato per esame rigoroso di tre Organisti &c. si facesse l'elezione del migliore*, quodque hoc ipsum positive approbaverat, & confirmaverat Ordinarius, utique enim si Jacobus expressisset hujusmodi intermediam alterationem, quæ ad melius profecto tendebat, & in uberius Divini Cultus augmentum, Papa, vel denegasset absolute, minime servata hac circumstantia, seu solemnitate, gratiam Collationis,
24 & derogationis Jacobo, vel saltem difficilius concessisset, quod exuberat ad inducendam subreptionem, & defectum voluntatis in Pontifice, *Felin. in cap. super litteris n.8. de rescript., Cassador. dec.12. n.14. de præbend. Rot. dec.311. n.7. cor. Cels. dec.189. n.17. cor. Bich. dec.294. cor. Royas dec.204. n. 43. par. 8. decis.54. nu. 32. par.14. Rec., & in Melevita-*

vitana Permutationis Commendarum 26. Junii currentis anni §. Ulterius cor. R.P.D. meo Lancetta.

Ceterum apud majorem partem *Dominorum* tale postremum, etsi plausibile motivum, visum non fuit abstractive, & de per se sufficiens ad prosternendam Gratiam Jacobi, quia quidquid esset, an idem Jacobus hæc facta consciret, adhuc donec, & quousque præter Episcopum Sancta Sedes, seu Sacra Congregatio Concilii suæ confirmationis munimine petitionem non roboravit, certe hæc superadditio qualitatis, seu nexus nullibi tenebat, cum nec Patronis, nec Episcopo liceat post perfectam fundationem Beneficii sub quolibet prætextu etiam majoris boni alia vincula, & onera superimponere,
25 & quomodolibet immutare statum, & conditiones Beneficii, jam canonice erecti, & stabiliti, sicuti uno ore conveniunt *DD. in Clementina. Quia contingit. de Religios. Domib., Barbos. ad Sacr. Concil. Trident. sess. 22. de reformat. c.6. n.1., & seqq., Cened. practicar. qu. lib.1. qu.35. n.12., Caren. resol.142. nu. 8., Tondut. resolut. benefic. c.112. ex nu. 3. cum seqq., Monet. de commutat. ultimæ voluntat. c.5. qu.11. nu.312., Corrad. in prax. benefic. lib. 2. c.10. nu. 153., & seqq., Rota dec.124. n.6. cor. Emerix Jun. dec.220. n.33. par. 11., in Bononien. Jurispatronatus de Ghisleriis 21. Junii 1695. §. Hinc in necessarium cor. bon. mem. Pio.*

Quapropter cum Jacobus antequam Sancta Sedes, seu Sacra Cõgregatio, discussa materia, robur adjecerit huic novæ alterationi, & cõventioni, gratiam reportaverit, & sic de tempore, quo actus remanebat adhuc imperfectus, & nullus, ideo etiam data ejus scientia, nullatenus ipse Jacob hoc retinendo inciderat in subreptionem, quæ posset Gratiam
26 irritare, non expressio etenim actus nulli, & insubsistentis, nec causat subreptionem, nec gratiam infringit, ut animadvertit *Abb. in cap. per vestras n.11. de donat. inter Vir. & Uxor., Felin. in c. super litter. n.15. de rescr. Alex. cons.95. in fine lib.2., de Ros. de Exseq. litt. Apost. lib.1. c.5. nu.36. & seqq., Rota dec.209. n.3. cor. Buratt. dec.252. n. 24. p.8. Rec., & in Cabilonen., seu Ordinis Cistercien. Jurisd. 3. Junii 1709. §. Nec allegare cor. Rmo P. D. meo Molines Decano*, & in individuo idem *de Ros. de Exsequut. litter. Apostolicarum c.13. n.57., Rota dec.665. nu. 12., & seqq. par.18. Rec.*

Placuit tamen ex alio capite idem motivum, ex quo magis, atque magis ab eo resultabat certitudo, quod hoc Juspatronatus vere resideret penes Communitatem saltem quoad habitum, seu radicaliter, quamvis illius nudum exercitium in præsentando translatum ab eadem Communitate fuisset in Juratos, ipsam tamen semper Communitatem tam vigore Mandati generalis, quam ut supra specialis repræsentantes, alias explicuissent hũc actum, sive convenissent in hanc additionẽ, & innovationem soli Jurati, jam, ut prætendebatur effecti Patroni, & nunquam una simul cum Juratis intervenissent ceteri Consiliarii, aliique conficientes integrum Corpus ipsius Universitatis, atque hæc erat vera observãtia facti explicativa intentionis Fundatorum, & attendibilis, ut de observantia
27 practicata per contrahentes post contractum dixerunt *Rocc. disputat. Jur. select. c.193. n. 8. & 9., Caren. resol.10. n.3., Panimoll. dec. 137. n.19., Rota dec.26. n. 14. cor. Ottobon. dec. 118. n.14. cor. Emerix Jun. decis. 469. n.11. par.18. dec. 354. n. 13., & dec. 674. n.*
28 *22. par. 19. Rec. cum aliis in annot. ad meas decisiones inter hactenus impress. dec.52. n.3.*, & in proposito *Lotter. de re benefic. lib.2. qu. 10. num.108., Rota dec.244. n.5. coram Dunozzett. Jun.*

Ista itaque fuerunt potissima fundamenta hodiernæ resolutionis, sed quia, ut a principio enunciavimus, per tres usque vices oportuerit cum adjutorio *quinti, & sexti* Correspõsalis illam capere, & ut veritas, quæ est finis pandendarum Decisionum ante Sẽtentiam, seu Causæ expeditionem, plus valeat eluce scere, *Ego* implendo quantum fieri potest munus Ponentis non omittenda credidi, quæ per alios *Dominos* diversimo-
29 de sentientes adducebantur, *Ferro enim viam aperit, qui per contraria transit*, monebat *Bald. in l. precibus, Cod. de impub. & aliis substitut.*, quæ refert *Capon. discep. forens. tom.1. discept. 50. sub n.1.*

In primis namque iidem *Domini* in adversam Sententiam ambulantes annotabant abstractive, quod conclusio superius insinuata de Jure præsentandi relicto pluribus personis intelligatur competere uti singulis, erat verissima altera, quod Juspatronatus pertinens ad Communitatem, non recipit divisionem, sed tamquam una vox individua illa major pars hominum de Universitate, sive illæ duæ tertiæ sufficent partem minorem, vel alteram tertiam non verificabili unquam casu in Communitate hujusce paritatis, certo certius ad explendum quemcumque actum Collegiativum, sive præsentationis, sive alterius deliberationis, prorsus inefficacis, ut bene in ordine ad primam conclusionem do-
30 cet antesignanus *Felin. in cap. cum omnes sub n.29. vers. in dubio autem de Constit. Sanchez consil. Moral. lib.2. c.3. dub.100. n.6., Grat. discept.*

*discept.*211. *n.*7., *Barbos. vot. decisiv.* 121. *n.*3., *Tondut. qu. Canonic. p.*3. *c.*159. *n.* 5., *Lambertin. de Jurepatronat. lib.* 2. *p.* 2. *qu.*2. *art.*8. *n.* 14., *Garz. de benefic. p.* 5. *cap.* 9. *n.*222., *&* 227., *Lotter. de re benefic. lib.*2. *qu.*10. *n.*107., *Rota dec.*1., *& dec.*2. *utrobique n.*2. *cor. Cæsar. de Graff.*, *& dec.*31. *nu.* 12. *cor. Comitul. de Jurepatr. dec.*268. *nu.*2. *cor. Mantic.*, *& dec.*224. *n.*1. *cor. Dunozzet.*
31 *Senior.*, & circa secundam *Abb. in cap. Ecclesia vestra* 4. *de elect. n.*4. *&* 5., *Gonzalez in c.*1. *n.*5. *in fin. de his, quæ fiunt a major. part. Capitul. Francesc. de Eccles. Cathed. c.* 8. *nu.* 353. *& seqq.*, *Modern. Roman. discept.*4. *n.* 21. *tom.*1., *Rota dec.* 731. *num.* 16. *cor. Dunozzett. jun.*, & in *Gerunden. Anniversariorum de Guixolis* 1. *Julii labentis anni* 1709. §. *Neque Beneficiatis cor. R. P. D. meo Crispo*; cum aliis *superius allatis*, & habemus quotidie, quando ab initio voces sunt distinctæ, ut dicatur illa vox residere penes majorem partem efformantium eamdem unicam vocem, spreta penitus minori ad passim
32 firmata per *Abb. in c. scriptum n.*6. *de elect.*, *Lambert. de Jurepatr. lib.*1. *par.* 2. *qu.*1. *art.* 25. *n.*17., *Card. de Luca eodem tract. disc.* 54. *n.*6., *Rota dec.*2. *n.*6. *par.*7. *Rec.*

Ast in concreto hodiernæ controversiæ subnectebant, æquivocum in hoc versari, quia secunda conclusio applicari valuisset ad rem, quoties simpliciter tractaretur de præsentatione facienda per communitatem, in cujus resolutionibus debent, vel duæ tertiæ congregatorum partes, vel saltem major in eumdem sensum coalescere; verum in præsenti Communitas quidem erat in corpore habitualiter Patrona, & si aliud non effecisset, tunc ambigi non valebat, quod ejus vox esset individua, & præsentatio facienda foret collegiative, quodque non intraret hypothesis medietatis, & habens medietatem Universitatis pro se nullam vocem habere dicatur, ac si non foret ab ullo præsentatus, sed dum ipsa Communitas, quoad Jus præsentandi, se quodammodo spoliaverit omni facultate, illamque tribuerit Juratis, qui minime in omnibus repræsentabant Communitatem, ut apparebat ex ea altera resolutione capta per Communitatem super concursu in futuris vacationibus faciendo, in ea quippe intervenerunt præter Juratos, etiam nominatim plures Consiliarii, sicuti videmus plerumque in Rebuspublicis potestatē in aliquibus stare apud singularem Magistratum, majorem apud Senatum, & integram apud totum Reipublicæ corpus, sed quod ad rem nostram evidentius erat, neque Communitas in tribuendo hujusmodi potestatem dixerat, quod Jurati hæc facerent nomine Universitatis, attento solum officio, alias, ut mox diximus nusquam repræsentativo totius Communitatis, ad quam repræsentationem efformandam requirebātur etiam consiliarii, ceterique illam constituentes; & ecce quod eamdem potestatem, sive Jus præsentandi transferendo, seu donando Juratis, & sic pluribus personis, rectius congruebat prima propositio, quod censeretur eis elargita uti singulis, non uti universis, & de facto ad comprobationem hujus veritatis tam prima resolutio Universitatis, quā Instrumentum Erectionis, & Reservationis Jurispræsentandi optime secernebat unam rem ab altera, sive unum effectum ab altero, nam in quantum Jurati expresserunt, de quibus redditibus fiebat erectio, & qui erant in radice, seu juridice Patroni, loquuti fuerunt nomine Universitatis, & obligarunt bona Universitatis, quando autem iidem Jurati loquuti sunt de patronatu, sive exercitio actuali, per dictionem omnino adversativam *vero* loquuti sunt, ut ibi = *Jus vero Patronatus* (non jam Communitati) *Nobis, & nostris Successoribus in dicto Officio Jura-*
33 *torum reservamus* = ad ea, quæ præcise, vel satis proxime similes formulas examinando tradit in his terminis *Barbos. dict. vot. decisiv.* 121. *num.* 1. *junct. num.* 23. *lib.* 3., & videtur satis explicare *Rota in Civitatis Castelli Manutentionis* 3. *Julii* 1690. §. *Hæc interpretatio cor. bo. me. Ursino, in Interamnen. Manutentionis* 22. *Aprilis* 1697. §. *Quo vero cor. Me*, *& in Colonien. Regentiæ* 18. *Junii* 1706. §. *Neque obstat coram R. P. D. meo*
34 *Scotto*, & attenta discretiva, seu adversativa resultante ob dictionem *vero* patet *ex l. hoc amplius* §. *De his autem ff. de damn. infect. l. si vero ff. qui satis dar. cogant.*, *Surd. cons.* 315. *num.* 1., *Menoch. cons.* 201. *num.* 34., *Barbos. dict.* 42[illegible]. *num. pr.*, *Rot. decis.* 188. *num.* 28. *par.* 17. *Recent.*

Et huic intelligentiæ consonam advertebant esse observantiam, geminæ namque præsentationes post erectionem hujusce Beneficii evenere, prima scilicet *de anno* 1651. ad favorem Petri de Pons (qui forte contribuerat supradictas *libr.* 50.) ast ex tenore *Summarii hinc inde fideliter distributi*, constat siquidem in illam concordasse amicabiliter, & pacifice omnes Juratos, nominatim expressos per Procuratorem ab eis constitutū ad præsentandum *coram* Ordinario, sed nullibi apparet, quod ad idem mandatum conficiendum collegialiter se coadunassent, sed solum liquet, quod ipsi Jurati nullum expresserunt nomen Communitatis, nisi illud,

quod

quod partialiter, & implicite eis competere posset ratione Officii dicendo se Juratos, unde majus inclinare videbatur intellectus ad actum initum nomine singulari, cum singulariter nominarunt propriam personã, & ad omne pejus hæc præsentatio reddebatur
35 prorsus æquivoca, & proinde recurrendum erat ad alteram subsequentem observantiam magis claram, & certam, ut passim dixit *Rota*, *& signanter in Aretina Beneficii* 21. *Januarii* 1701. §. *Ubique cor. Me*, *in Cremonen. Beneficii* 3. *Decembris* 1706. §. *Facile fuit in fine cor. R. P. D. meo Lancetta, in Lucana Beneficii* 22. *Februarii currentis anni* 1709. §. *Descendendo modo cor. R. P. D. meo Falconerio*.

Supponebant magis claram, quia cum *de anno* 1694. duo solum ex quatuor Juratis concordaverint in præsentando Paulũ Nogueram, is obtinuit ab Archiepiscopo gratificationẽ sub memorata expressione medietatis, unde si non vox Communitatis, uti Communitatis, certe illa Procuratorum specialiter deputatorum ad præsentandum per observantiam facti, & Episcopi in effectu fuerat per subsequutam effectuationem agnita, & declarata divisibilis, minime adversante supradicta replicatione, quod gratificatio differat a derogatione Pontificia: In primis namque, quidquid sit, an hoc verum existat, per hoc non tollebatur inevitabile motivum observantiæ, quia fuit cum effectu, ut
36 diximus, reputata vox Juratorum, vox divisibilis, & capax medietatis, qua non concurrente citra difficultatem Episcopus nequaquam potest gratificare, ut sine contradictore notant *Campanil. divers. Jur. canonic. rubric.* 11. *cap.* 13. *num.* 447., *Ventrigl. in prax. rer. notabil. tom.* 2. *annot.* 1. *de Jurepatronat.* §. 3. *num.* 61. *& seqq.*, *Rot. dec.* 421. *num.* 14. *& seqq. cor. Bich. & dec.* 667. *num.* 19. *par.* 19. *Recent.*

De reliquo nullo modo substentare (iidem *Domini* adversæ Sententiæ dicebant) quod gratificatio differat a derogatione Pontificia,
37 quasi quod Pontifex non examinet merita sui Provisi, quia procedens per viam omnino gratiosam, præviam præsupponit informationem, quodque merita in suo Collatario adinvenerit indubitanter sufficiẽtia, Teste *Garz. de Benefic. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 157. *de Ros. de Exsequutor. litterar. Apostolicar. par.* 1. *cap.* 13. *nu.* 1., *Rot. dec.* 141. *n.* 11. *cor. Merlin.*, quando de cetero licet de ri-
38 gore in concursu dignioris eligere quoque dignum sufficienter, ex collectis per *Garz. de Benefic. par.* 7. *cap.* 16. *num.* 16. *Paris. de resig. lib.* 4. *quæst.* 16. *num.* 4., *Addens. ad*

Gregor. dec. 11. *n.* 8. *Rota dec.* 93. *n.* 11. *p.* 7.

Eoque indubitantius, quia examinantes Doctores quid importet hæc derogatio medietatis vocum, illam non referunt ad supremam, & absolutam potestatem Thiaræ Pontificiæ, quando Papa ex rationabilibus caussis per suas reservationes, vel in Jure scriptas, vel in regulis Cancellariæ præscriptas Juripatronatus derogat non in totũ, sed simpliciter tribuit hanc derogationem pro medietate per viam puræ præventionis, quod
39 facere posset Ordinarius gratificando, & propterea subdunt, hasce derogationes resolvi in gratificationem, ut legitur penes *Amayd. de styl. Datar. lib.* 1. *cap.* 15. §. 15. *num.* 4. *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 8. *nu.* 103. *cum aliis relatis concordan. in Barchinonen. Beneficii* 23. *Martii* 1705. §. *Tertio tandem*, *& in illa Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *Eoque robustius coram Me*, *& in Romana Cappellaniæ Sancti Nicolai* 28. *Junii currentis anni* 1709. §. *Amaritudo itaque pariter coram Me*.

Devenientes autem præfati *Domini* ad secundum motivum, durum prorsus illis videbatur quod ab Jacobo avelleretur Gratia Pontificia, quasi illam extorsisset, vel tacendo verum, vel exprimendo falsum, & quando in omnem casum non amplius ipsa Communitas, seu ipsi Jurati inter se contrarii alium poterant præsentare, sed collatio hujusce beneficii privative spectabat in nostris scissuræ circumstantiis ad Papam; Quatenus enim pertinebat ad prætensam subreptionem, vel obreptionem nequicquam veri subticitum, nequicquam a vero alienum narraverat Jacobus, ipse etenim exposuit, quod Beneficium erat simplex, quod erat de Jurepatronatus laicorum, videlicet pro tempore Juratorum, & quod ad illud pro tempore vacans Presbyter, seu Clericus ad pulsanda organa peritus, ac filius naturalis Oppidi de Binisalem præsentari deberet, & hæc indubitanter erant certissima, sed nullatenus positive expressit, quod ipse fuisset a medietate Patronorum præsentatus, ut fit in aliis derogatio-
40 nibus consuetis pro medietate vocum, ut illius formulam examinantes ostendunt, & supponunt *Mandos. de Signatur. Grat. titul. de derogat. Jurispatronat.*, *Amayden. de stil. Datar. lib.* 1. *cap.* 15. §. 15. *n.* 4., *De Ros. de Exsequutor. litterar. Apostolicar. par.* 1. *cap.* 4. *il* 2. *sub num.* 130.

Derogatio quippe medietatis Patronorum stat in ore, & in Gratia Pontificis, & in narrativa Jacobi, ut clare patebat ex lectura Litterarum Apostolicarum, Pontifex siquidem forsan audiendo expressionem, quod Jurati in nu-

numero plures erant Patroni, contentus extitit, quod assentiret Jacobo medietas sal-
41 tem materialis; Subsequuta enim vacatione Beneficii per liberam resignationem in manibus Pontificis, necessarius non erat assensus Patronorum, qui solum a S. Sede præstatur de stylo, & ut ita dicamus, urbanitate, non de justitia: Teste *Innocent.*, *Abbat.*, & *aliis in cap. ultim. de renunc.*, *Rocch. de Curt. in tract. de Jurepatronat. verb. honorificum col. 3.*, *Paris. de resignat. lib. 8. quæst. 10. num. 1., & 2.*

Ast etiam, quando Jacobus prænarrasset Pontifici, quod præditus erat medietate Patronorum consentientium, in quo peccaverat, admissa etenim etiam pro verissima propositione, quod nullam vocem habere dicatur ille, qui est præsentatus a medietate Repræsentantium Communitatem, cum eisdem Communitatis vox sit individua, & pariter ob id admisso, quod impetranti non suffragetur derogatio alterius medietatis, ex individualibus doctrinis supra relatis, hoc utique procedebat quoties Communitas eumdem Jacobum præsentasset coadunata in corpus cum suis Juratis, & Consiliariis, sed quoties, prout quoad exercitium translatum erat jus præsentandi ad quatuor Juratos, vel cessabat ex præcedenti fundamento omnis quæstio, vel saltem non poterat non esse dubia, multumque anceps ex rationibus, de quibus supra, prout quoque apparebat ex tribus propositionibus in *Sacro Tribunali* decertatis, quamobrem quomodo tenebatur exponere Jacobus pro certo, quod erat tam incertum, & disputabile, itaut Gratiam dici mereretur surripuisse, subreptionem quip-
42 pe non causant res disputabiles, & obscuræ, quæve pro certis narrari nequeunt, maxime si taceantur, ex connotatis ad rem penes *Felin. in cap. in nostra, de rescript. Ferrett. cons. 314. num. 12.*, *Petr. de Potestat. Princip. cap. 9. nu. 52.*, *Rot. dec. 551. n. 5. cor. Cavaler.*, & *dec. 401. num. 31. par. 4. tom. 2. dec. 451. n. 21. & seqq. par. 5. rec.*

Quid plus, dum ultra amaritudinem, & ambiguitatem applicationis Juris circa hanc fundationem, nove in omnem casum Jacobus in præsupposita etiam figuratione, quod enarrasset Pontifici sese reportasse medietatem Patronorum, ductus fuit justissimo errore, etiamsi veritas foret in contrarium, quando Archiepiscopus in faciem loci plus videns non tantum litteraliter usus fuerat in gratificando hoc eodem vocabulo *medietatis*, sed innixus eidem partitioni, seu medietati Patronorum gratificavit cum subsequuta effectuatione alterum de Præsentatis in simili scissura Juratorum; si ergo ultimus status radicabatur in hac medietate, etiamsi non valeret in ratione ultimi status, valebat saltem in ratione Jacobum tuendi a subreptione, si credidit, quod credebat Archiepiscopus, ad ea, quæ in proposito uno ore consonant Scribentes, quod factum non expressum, vel male expressum causet subre-
43 ptionem, non Jus, utpote existens in scrinio pectoris Principis supplicati, & concedentis; *Felin. in cap. super litteris sub num. 8. versic. secunda regula de rescript.*, *Gonzalez. ad regul. 8. Cancellar. §. 4. proemial. n. 83. & seqq.*, *Lotter. de re beneficiar. lib. 3. quæst. 44. num. 22.*, *Rot. dec. 569. num. 15. par. 5. & dec. 536. num. 5. par. 19. rec.*

Quo vero ad pertinentiam collationis in hoc casu ad Papam, & non ad alium, itaut lubentius in omnem eventum foret sustinenda
44 collatio jam facta ad regulam *multa facta tenent*, de qua *Rota in Asculana Beneficii 5. Martii 1698. cor. me*, *inter hactenus impress. dec. 35. num. 19. ibique concordan.* satis liquidum esse (subnectebant *iidem Domini*) perspecta ipsamet contraria, seu capitali ratione, ob quam exorta est præfata propositio, quod nullam vocem habere censeatur ille, qui habet pro se medietatem Collegii, medietatem Communitatis, ex quo ea stare non posse in æquilibrio, quapropter consequebatur, quod ad Papam delata erat collatio, cum Patronis, prout hic, in termino præsentandi non concordantibus, nec Archiepiscopus queat gratificare, licet enim adesset alius compræsentatus, nemo tamen eorum diceretur vere præsentatus, & ad con-
45 sequendam gratificationē idoneus, ut concludere post bene enucleatam materiam videtur *modernus Romanus discept. Ecclesiastic. tom. pr. discept. 4. n. 34. in fin. cum seq.*

Absoluto ingeniorum conflictu, pro majori parte *Dominorum* exiit, ut meminimus, affirmativa resolutio, ex quo, & crediderunt validiora esse priora fundamenta, & reputarunt forte per impedimentum litis non effluxo termino, Patronos denuo præsentare posse per concursum, magisque ob id salutarem, & utilem Ecclesiæ provisionem tamquam ex non repleta adhuc vacatione resultare potuisse, & quia tandem pro coronide ad diluendam omnem hæsitationem concurrere visa est ipsius Jacobi confessio per viam facti, quod potentius est verbis, ipse enim veluti agnoscens consensum a se reportatum singulariter, sive, ut dicitur, ostiatim, nullatenus ei posse ad Gratiæ sustentationem suffragari, curavit, sed inutiliter illum denuo obtinere per viam actus Collegiativi,

nulla

nulla quippe major datur etiam in dubio ve-
46 rificatio veritatis, quam ea, quæ resultat ex confessione ipsius Partis tam verbo, quam facto, ad firmata per *Rot. coram Emerix jun. dec.* 1127. *n. fin.* & *in rec. par.* 10. *dec.* 250. *n.* 3. & 4. cum aliis *in Senen. Jurium Paroch.* 15. *Febr.* 1708. §. *Modernam vero cor. R.P.D. meo Lancetta.* Et ita utraque &c.

Romana redditionis rationis.

Lunæ 9. Decembris 1709.

ARGUMENTUM.

Mulier si pro eredito suæ dotis sit anterior, habet a Jure implicitam adjudicationẽ in bonis sui Viri, neque super dictis bonis potest a posterioribus creditoribus divexari. Fructus a Marito percepti super bonis extradotalibus suæ Uxoris, quando non imputentur ad debitum sui Viri, sed præsumantur exacti cum consensu, & indulgentia suæ Uxoris. Proprietas Lucri dotalis finito usufructu devoluitur ad filios conjugis præmortui tamquam illius heredes.

SUMMARIUM.

1. *Mulier si sit anterior Creditrix sui Viri habet implicitam a Jure adjudicationem in illius bonis.*
2. *Neque umquam potest a posterioribus creditoribus divexari.*
3. *Recessisse quis dicitur a præcedenti protestatione, sive declaratione, si postea actus gesserit eidem protestationi contrarios.*
4. *Mulier si ex actu inito læsa non solum fuerit, sed lædi etiam potuerit, actus per eam gesti efficiuntur irriti, nisi solemnitates statutariæ fuerint servatæ.*
5. *Trahi non potest ad destructionem actus conditionati id, quod purificare facit oppositam conditionem.*
6. *Jura sepulcrorum, & Patronatuum spectant ad heredem, & vendi possunt, ut satisfieri possit Creditoribus hereditariis.*
7. *Interveniens alicui actui, illumque auctorizans ex natura, vel necessitate proprii Officii, sibi nullatenus per hujusmodi consensum, aut Auctorizationem præjudicat.*
8. *Recessus a protestatione pugnare videtur cum illius repetitione etiam ex post facta.*
9. *Cuilibet præjudicio resistit aperta in oppositum præservatio.*
10. *Actus ad unum finem ordinatus contrarium non debet operare effectum.*
11. *Creditor anterior detractis suis creditis, tenetur quod superest extradere ceteris post se venientibus.*
12. *Clausula* = Non amota = *satisfactionem creditorum mulieris præambule, sive ante dimissionem possessionis exposcit.*
13. *Fructus a Marito percepti de bonis extradotalibus Uxoris non imputantur ad debitum Mariti, si iste illos exegisset cum indulgentia, & patientia suæ Uxoris.*
14. *Secus si maritus eosdem fructus exegerit cum mandato Procuræ Uxoris suæ, quia tunc actione mãdati tenetur refundere exacta.*
15. *Creditores posteriores impedire nequeunt subingressum in locum anteriorum creditorum.*
16. *Creditores per jurium subingressionem effecti anteriores, eadem anterioritate in omnibus potiuntur, quam illorum cedens habebat.*
17. *Proprietas lucri dotalis, finito usufructu Conjugis superstitis, devolvitur ad filios conjugis præmortui, non tamquam filios, sed tamquam heredes Patris, & remanet obnoxia æri alieno paterno.*
18. *S. Rota, ejusque Auditores in procedendo sortiuntur vices Judicis Ordinarii, sed in cognoscendo sunt penitus delegati.*
19. *Rescripta Signaturæ Justitiæ intelligi semper debent prout de jure.*

DECIS. CDLXXVII.

Plerumque *Tribunal* occasione petitæ novæ Audientiæ per succumbentem in præcedenti colluctatione, illam utique indulgere solet, sed respective dumtaxat ad eum articulum, super quo eadem præterita resolurio vaeillare posse videatur, sic respuendo inutilem refricationem disputationis super ceteris fundamentis, quæ etiam ad malleum contradictionis solidam habere firmitatem reperta sunt; Ideoque cum *Domini sub die* 7. *Junii proxime delapsi* supplicationi porrectæ per Pacificũ rescripsissent = *Audiatur tantum a quo tẽpore facienda foret redditio rationis* = agnito igitur *bodie*, quod revera omni Jure subsistebant resoluta super metiendo hujusmodi tempore ab obitu Augustini Viri Agnetis Creditricis, & insimul Administratricis illius Patrimonii, in sequelam quoque permanserunt *In decisis.*

Siquidem in facto erat incontrovertibile, quod sequuta prædicta morte Mariti, illico Agnes undique solemnem emiserat declarationem mallendi retinere bona ejusdem Mariti, mutando causam possidendi pro suis Juribus, & creditis dotalibus; Cumque id nullo sibi obstaculo resistente certo certius liceret, tam ad normam Juris communis, quam ad terminos municipalis Statuti Urbis, ex jam demonstratis *in* 1. *decis. diei* 14. *Dec.* 1708. §. *In ordine vero,* & §. *Et tamen cor. Me*; Restabat uniee inquirendum, An eodem tempore perspecto, Jura dotalia, & credita Agne-

tis anteriora penitus absorberent universã Viri hereditatem, in his quippe terminis quædam virtualis, & implicita insurgebat adjudicatio, ut amplius non posset, tam quoad sibi permissam perceptionẽ fructuum, quam ob eorumdem creditorum, & Jurium anterioritatem a posterioribus Creditoribus
1 divexari, ut præter etiam abunde relatos *in præterita decisione*, quoad primum caput prosequuntur relati per *Adden. ad Greg. dec. 67. nu. 5. Rot. dec. 367. n. 2. cor. Cavaler. dec. 47. n. 10. & 11. cor. S. M. Alex. VIII. dec. 500. nu. 6. & 7. & dec. 665. nu. 13. cor. Cerr. dec. 2. n. 11. & seqq. par. 6. & dec. 127. n. 10.*
2 *par. 7. rec.* & circa secundum *Gloss. & Doctores in l. credita ff. qui pot. in pign. hab. Castald. consult. forens. 318. n. 1. Rot. dec. 412. nu. 1. cor. Duran. & dec. 217. nu. 10. & 11. par. 14. rec.*

Absque eo quod ullam difficultatem ingereret, quod prænominata Agnes post supradictum annum 1677. recessisse videretur ab hujusmodi declaratione, & protestatione, prout dicendum foret, quoties legitime ex post actus inivisset contrarios, immo incompati-
3 biles cum prædicta protestatione, ut admittunt *Roman. cons. 169. nu. 21. vers. Moveor Menoch. cons. 674. num. 21. Paris. cons. 10. nu. 48. lib. 1. Rot. dec. 33. n. 1. lib. 2. cor. Put. dec. 39. n. 15. cor. Arguel. dec. 269. nu. 8. cor. Peuting. dec. 95. n. 11. par. 18., & dec. 533. nu. 23. par. 19. rec.*

Quoniam adamussim resistebat in omnem casũ illa dictio *legitime* mox interjecta; seu enunciata; Siquidem concedendo per hypothesim, quod actus subinde per Agnetem expleti dici mererentur contrarii, & prorsus incompatibiles cum prædicto Jure, sibi reservato seu acquisito per hujusmodi providam protestationem, adhuc non exstitissent idonei ad illi præjudicandum, tamquam private gesti, & citra municipales solemnitates exarati, cum hoc sibi promereatur, & vindicet imperfectio, & fragilitas muliebris conditionis, ut quotiescumque ex actu inito non solum læsa evincatur, sed lædi po-
4 tuerit mulier, actus per eam gesti efficiantur irriti, nisi solemnitates ad hoc per Statutum, & signanter Urbis *in c. 151.* præscriptæ, fuerint observatæ: Teste *Pic. ad Statut. Urbis d. cap. 151. gloss. 7. n. 6. & 7. & ibidem Constant. annot. 44. art. 5. Pigant. ad Statut. Ferrar. rub. 90. n. 13. Rot. dec. 133. n. 1. & 2. & ibi Adden. n. 9. cor. Gregor. dec. 82. n. 13. cor. Buratt., & in Romana Emphyteusis 4. Februarii 1688. §. Prout nec, cor. R.mo P. D. Molines Decano.*

In præsenti autem, si quos actus gessisset Agnes, utique tamquam destituti cunctis solemnitatibus, pro non gestis, & tamquam nulli fuissent reputandi, sed neque de facto visa est adstare ulla incompatibilitas, vel suapte natura per possibile præjudicialis, vel destructiva antecedentis reservationis, & protestationis, ut potius deinceps casus expressus in hujusmodi antecedenti protestatione contigerit; Cum enim ipsa Agnes protestata fuerit nolle aliquo modo sibi præjudicare per quemcumque actum tutorio, vel curatorio nomine faciendum, utique aditio hereditatis Augustini ex post nomine filiarum facta, seu potius simplex consensus adhibitus aditioni factæ per ejus filias, erat in consequentiam, sive implementum prævisum, & exceptum ab eadem protestatione, proindeque trahi non poterat ad ullam destructionem actus conditionati, id quod purificare faciebat appositam conditionem ad regulam
5 quam in proposito expendunt *Gloss. in l. fin. C. de Jur. deliberan., & in l. 1. Cod. de repud. hered. Spad. cons. 173. nu. 78. Hodiern. contr. forens. 50. nu. 17. Ricc. collect. 556. circ. med. vers. Item non inducitur Iranch. de protest. considerat. 32. n. 14. Alderis. de hered. c. 10. n. 92. & 93. Surd. dec. 156. nu. 21. De Franch. dec. 80. sub nu. 10. ibique de Luc. in sua observ. n. 9. Rot. dec. 604. n. 20. cor. Dunozett. Jun. dec. 204. n. 2. par. 4. dec. 77. n. 7. & dec. 273. n. 27. par. 13. dec. 126. n. 45. par. 14. & dec. 71. n. 3. par. 17. rec.* & in fortioribus admittit quoque in oppositum *allegat. Urceol. consult. for. p. 2. c. 51. sub n. 43. vers. absque eo quod ista protestata fuerit &c.*

Eoque facilius, quia nedum nulla aderat contradictio, seu incompatibilitas inter aditionem factam a filiabus, & declarationem retinendi bona defuncti pro suis dotibus, & creditis, cum citra necessitatem tangendi bona per eam cooperta, verificari valeret aditio hereditatis, & titulus heredum in filiabus junctus etiam possessioni effectivæ apprehensæ per ipsas filias super eo, nimirum, quod restare posset satisfacta prius Agnete protestante, & signanter si non in iisdem bonis per eam retentis, saltem in aliis Juribus personam, & titulum heredis comitantibus, ut sunt Jura Sepulcrorum & patronatuum
6 cum similibus, ad ea, quæ ad rem observant *Gloss. in l. 1. verb. in singulis vers. Quia hereditas est etiam sine ullo corpore C. de evict. Merend. controv. Jur. lib. 18. c. 6. Rovit. cons. 75. lib. 2. Gratian. discept. for. c. 210. n. 7. & seqq. & n. 37. Marant. contr. for. Jur. p. 3. respons. 30. n. 23. & p. 5. resp. 39. sub num. 74. Rub. de confus. & dist. Jur. def. & hered. c. 1. §. 2. n. 91. & seqq. Card. de Luc. Miscell. Eccles. tit. 28. sub n. 8. Coler. dec. German. 68. n. 9.*

Et

Et denique apertius, quia Agnes induendo personam Tutricis,& Curatricis nequaquam valebat non consentire,quod filiæ suæ minores paternam adirent hereditatem, unde etiam præcisive a superius emissa protestatione,juncta illius repetitione mox subjicienda, nonne quisquis intervenit alicui actui,etiam
7 illum auctorizando ex natura, vel necessitate proprii officii sibi nullatenus per hujusmodi interventum, consensum, aut auctorizationem præjudicat? ut precise de Tutore videre est *ad text. express. in §. Si Tutor Instit. de inoffic. testamen. & ibidem gloss. verb. si tutor* penes *Angel. Aretin. ceterosque ibid. Doctores, Alberic. in l.post legatum §.Adnotatum ff. de his quib. ut indign. Tiraquell. de retract. lignagier. §.1.glos.9. n.271. Peregr. de fideic. art. 40.nu. 89. Montan. de Tutor.c. 30. n.47. Michalor. de fratrib.p.3.c.43.n.21.* & de Judice prosequitur idem *Tiraquell.gloss. 9.n.272. Carol.Molin. etsi damnata memoria ad consuetud. Parisi. tit.1.§.8.n.3. in fin. Menoch. cons.58. nu.67. Ludovic. concl.7. versic. Fallit quarto.*

Quid igitur dicendum? Dum Agnes ex post etiam repetiit eamdem protestationem, ut ibi = *inhærendo declarationibus, & protestationibus alias factis* = Et desuper ulteriorem
8 interpellationem exaravit erga filias, ceterosque Creditores; Pugnat siquidem recessus a protestatione cum illius repetitione etiam post, & resistit cuilibet præjudicio
9 aperta in oppositum præservario *Spad.consil. 173.sub n.93. §.Ultraquod etiam Decian.cons. 122. n.3.lib.3.Mans. consult.648.n.10.Barb. de diction. clauf.144.n.3.Ofasch. dec.164.n.7. Rot. dec.8.n.3., & dec.1439.n.10.cor.Coccin. dec.344. n.9.p.17. dec.62.n.7.p.18., & dec. 432.nu.8. par. 19. rec.*

Diximus *ex post*,quia eadem repetita protestatio postmodum facta quemlibet excludebat recessum etiam in casu, quam ad illum arguendum adducebant scribentes pro Pacifico, ex quo nimirum eadem Agnes in fine ejusdem mensis sequuti obitus Mariti, heredes, & Creditores ejusdem Mariti interpellaverit ad restitutionem dotis, aliorumque Jurium; quasi quod insimul stare nequiret prima declaratio animi retinendi bona Viri pro iisdem creditis cum successiva insistentia pro illorum satisfactione: Hujusmodi siquidem discursus locū aliquo modo sibi usurpasset, quoties præfati heredes, vel Creditores parati exstitissent satisfacere doti, ceterisque creditis, & per Agnetem stetisset, quominus hujusmodi satisfactionem recepisset, sed dum jam legitime bona retinendo rursus protestata fuit, quod nisi in substantia consequeretur sua credita intendebat obtinere fructus staturarios;id profecto non erat dimittere possessionem, sed potius augere quantitatem fructuum supra id, quod redderent præfata bona, potiusve proinde referendæ forent gratiæ de taxa minori in præsenti resolutione stabilita,videlicet ad limi-
10 tores fructuum ex eisdem bonis perceptorum, quam quod ea, quæ prætendebant ad augmentum,umquam importare valeant diminutionem contra regulam *in l. legata inutiliter ff. de legat. 1. & l. cum tali ff. de condit. & demonstrat. Barbos. axiom. 34. num. 11. Rot. dec. 79. nu. 5. cor. Peutinger. dec. 178. num. 8. par. 5. dec. 234. n. 18. par. 18., & dec. 105. nu. 5. par. 19. recen. & in Cavallicen. donationis 21. Novembris 1707. §. Non relevantibus cor. me.*

Hinc non minus frustratoria reddebatur conclamatio,quod eadem Agnes de anno 1686. convocaverit ad concursum Creditores, seseque paratam exhibuerit reddere rationē, quia hæc omnia magis tendebant ad confirmationem præmissarum protestationum, ut scilicet reddita ratione,appareret,prout etiā in hodierna disputatione evenit, quod nihil,reddendo rationem, detractis suis creditis,exstaret,seu superesset pro aliis Creditoribus, & si quid superfuisset, utique dignum, & justum erat illud extradere ceteris
11 post se venientibus, ut in proposito alias punctualiter respondit *Rot. dec. 47. nu. 13. cum plur. seqq. cor. S. M. Alex. VIII.* & etiam videmus practicari (non abscedendo a Juribus dotalibus, & creditis Mulierum) per Judices reservare, & non præjudicare satagentes ipsis Mulieribus detentricibus in relaxatione mandatorum cum familiari clausula = *non amota* = quæ satisfactionem cre-
12 ditorum Mulieris præambule, sive ante dimissionem possessionis exposcit, ad tradita per *Card. de Luc. de dot. disc. 166. num. 76. & de Judic. disc. 40. sub nu. 19. Rot. dec. 84. num. 3. & 4.* penes *Posth. de subhast., & dec. 180. num. 1. & seqq. par. 1. rec.*

Retenta itaque ea, quæ fuerat præhabita, relatione ad diem obitus Augustini Viri, constabiliebantur omnia, quæ fuerant animadversa, atque firmata in decisione præcedenti, in qua junctim cum Peritia demonstrabatur, quod e conspectu Patrimonii eiusdem Augustini Creditrix adhuc pro suis Juribus remanebat Agnes in ∀ 163.non obstantibus iis,quæ denuo perperam objiciebantur; Circa etenim partitam fructuum a Marito exactorum, seu perceptorum de bonis extradotalibus Agnetis, prætensa non imputatio ad debitum Mariti subsistentiam aliquam habe-

re

re valuisset, quoties Augustinus ex patientia, sive indulgentia Uxoris hosce fructus
13 exegisset, vel percepisset, quia tunc ambigi posset de illorum remissione, seu condonatione, secundum perpensa per *Bart. in l. penult. num. 3. ff. ad l. falcid. Gomez ad l. Thaur. 50. sub nu. 44. Cyriac. controv. 31. per tot. Paitell. expedit. civil. 36. nu. 26. & seqq. Bonden. collect. legal. 50. nu. 212. lib. 2. Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. gloss. 2. par. 7. nu. 18. Card. de Luc. de dot. disc. 168. Thesaur. decis. 187. sub num. 3. Monach. decis. Lucen. 68. nu. 32. cum seqq. Rot. dec. 42. num. 6. cum seqq. par. 12. recen.*

Secus autem erat in casu nostro, in quo Augustinus ad eorumdem fructuum exactionem, & perceptionem devenerat innixus positivo mandato Procuræ Uxoris suæ, in quibus sane circumstantiis idem Maritus tamquam quilibet alius Procurator, & Mandatarius
14 contraria actione mandati tenetur ad refundendum exacta, & percepta etiam sub hypotheca tacita saltem, & privilegiata, ut ostendunt *Doctores in l. ultima vers. sin autem C. de pact. convention. Barbos. in repetit. ad tit. ff. solut. matrimon. quemadmodum dos petat. par. 3. num. 31. Boss. de dot. cap. 18. nu. 33. Rot. dec. 155. nu. 13. par. 19. rec. aliique plene relat. in præcedenti decisione §. Adaugeri pariter coram Me.*

Solida non minus iterum comperta est partita Creditorum Augustini ab Agnete, & Eleonora ejus filia dimissorũ in summa sc. 1667, 79. ÷ cum enim iidem Creditores forent citra scrupulum anteriores etiam respectu fructuum, quos convenerant, ad limites *Text. in l. Lutius ff. qui pot. in pign. hab.* indubitanter eadem Agnes per hanc dimissionem in illorum Juribus subintravit, absque præjudicio Creditorũ posteriorum, qui utpote post-
15 ponibiles, nisi fuissent a muliebri pecunia dimissi, eisdem Creditoribus anterioribus nequeunt impugnare talem subingressum, & paritatem effectus, ut concludunt *Doctores in l. Aristo verb. pignus ff. quæ res pignor. vel hypothec. dat. Card. de Luc. de credit. discurs. 5. num. 8. Rot. dec. 259. num. 3. & 10. par. 14. recen. cum concordantibus adductis in Romana Census 30. Aprilis 1703. §. Et hinc corruere cor. Reverendissimo Omanna Episcopo Giennen. & in Romana Salviani 2. Martii labentis anni 1709. §. Si quidem hujusmodi cor. Me.*

Frigescente ob id illa querimonia, quod dũ nuper dimissi per Eleonoram Agnetis heredem exstiterunt prænominati Creditores anteriores, nequibat præpostera dimissio habere retrotractionem ad diem obitus Augustini, vel ad alterum intimati concursus: Quoniam ut præmisimus, præpostera dimissio licet impediat retrotractionem ratione dimissionis, nõ tollit tamẽ ratione subintrantię cooperationẽ bonorum usque ab initio ob ipsam eamdem anterioritatem, quam citra præjudicium po-
16 steriorum habuissent anteriores, quoties non fuissent dimissi etiam cum fructibus, ut per dictam censuram *Text. in l. Lutius ff. qui pot. in pignor. hab.* eamdem antelationem concedentis pro fructibus, quæ forti competeret, recte firmant *De Marin. resol. 76. lib. 1. Amat. resol. 7. n. 9. Giurb. observ. 11. n. 12. Salgad. labyrint. Creditor. par. 1. cap. 26. §. Unic. num. 10. Capyc. Latr. dec. 16. Reverter. dec. 580. per tot. dec. 243. nu. 6. & 7. par. 13., & dec. 440. num. 8. par. 14. rec.*

Inutiliter tandem afferebatur a memoratis Scribentibus prætensio, quod in omnem casum proprietas lucri dotalis ad formam Statuti *cap. 131. lib. 1.* remaneret effecta ipsi Pacifico Creditori, etsi posteriori: Quia *Domini* nec in præterita decisione rejecerant hujusmodi prætensionem, ut liquet sub §. *Neque pariter Agnetem*, sed tunc, & hodie responderunt hanc inspectionem maturius examinandam fore in alio penitus discreto Judicio, non autem in præsenti, in quo unice tractabatur, an Agnes bene redderet rationem de bonis ab obitu Viri sui detentis, & sibi quodammodo pro suis creditis adjudicatis, & in tantum mentio facta fuit de ipso lucro dotali, illudq; ie exsti it commemoratũ inter credita Agnetis, in quantum ad formam prænominati Statuti, donec viveret præfatæ Agneti debebantur fructus, sive ususfructus, quia de cetero utique proprie-
17 tas hujusmodi lucri, finito tali usufructu Conjugis superstitis, devolvitur ad filios Conjugis præmortui non tamquam filios, sed tamquam Patris heredes, & ideo obnoxia remanet ari alieno paterno, ad tradita per *Card. de Luc. de dot. disc. 130. nu. 14. Rot. dec. 257. num. 5. & 6. par. 15., & dec. 676. num. 8. par. 18. rec. & in Romana dotis, & lucri 15. Martii 1697. §. 1. & per tot. coram Rmo dell' Olmo Episcopo Conchen., ubi plene concordantes.*

Quin in aliquo refragaretur commissio, sive remissio hujus prætensionis super quarto, ac luero reportata per Pacificum a *Signatura Justitiæ*, nam utique eadem commissio, seu remissio tribuebat *Ponenti*, *vel Tribunali* facultatem cognoscendi etiam de hac prætensione, cum alias sine speciali commissione, seu remissione *Sanctissimi* per organum saltem *Signaturæ Justitiæ* idem Tribunal nequeat sese ingerere, cum *Rota*, ejusque Audito-

ditores in procedendo sortiantur vices Judi-
18 cis Ordinarii, sed in cognoscendo sint penitus delegati, ut habetur *Gloss. in cap. solet verb. per Superiorem de senten. excomm. in 6. Gambar. de auctor. legat. lib. 9. n. 70., & 71. Card. de Luc. de Judic. disc. 3. nu. 13. & 14. & discurs. 8. sub num. 11. & in relat. Roman. Cur. disc. 32. n. 5. Rot. dec. 16. ante fin. vers. Auditores de re judicat. in nov. & dec. 1533. la 2. n. 51. & seqq. cor. Coccin.*

Ast non idcirco tribuebatur, aut congruum erat tribuere potestatem commiscendi Judicium redditionis rationis prorsus distinctum cum altero exsequutivo super proprietate quarti per Creditores adversus filios, vel bona Mariti exercendo, quando regula est in oppositum, scilicet ut Rescripta Signaturæ
19 Justitiæ semper intelligi debeant, prout de Jure *Roman. cons. 334. Sarnen. in compend. utriusque Signatur. vers. & si quæratur cum seqq. Marchesan. de commiss. p. 1. c. 3. n. 121. fol. 162. Card. de Luca de Jud. disc. 18. sub n. 14. Rot. dec. 1031. n. 5. cor. Seraph. dec. 83. n. 3. cor. Dunozett. Junior. dec. 43. num. 2. cor. Cels. dec. 218. nu. 13., & seq. p. 8. & dec. 52. n. 3. p. 14., & dec. 672. n. 5. p. 18. rec.*

Et ita iterum reservantes *Domini* inspectionem lucri in reliquis steterunt *In decisis* utraq; &c.

Reatina Juris Piscandi.

Lunæ 13. Januarii 1710.

ARGUMENTUM.

Dominus Lacus si ob excresentiam aquarum ejusdem, aquæ ingrediantur in foveis, ac fundis limitrophis, non potest fundorum vicinorum Dominis impedire piscationem, nisi doceat de privativo Jure piscandi, acquisito ex Privilegio Principis, vel immemorabili.

SUMMARIUM.

1. *Militia est vita hominis super Terram.*
2. *Dominus Lacus si ejus Pisces ob aquarum excrescentiam ingrediantur in foveis fundorum vicinorum potest ibidem illos apprehendere.* Et de ratione nu. seqq., & nu. 18. 19., & 20.
   Contra a nu. 24. ad fin.
3. *Glandes, quæ in alieno solo cadunt, possunt infra triduum colligi*, & num. 44. ubi de ratione.
   Amplia quod appellatione glandium omnes fructus continentur nu. 4.
   Et etiam Pisces nu. 5. Distingue, ut num. 34., & 35.
5. *Pisces enumerantur inter fructus.* Contra n. 33. 37., & seqq.
6. *Pisces sunt animalia ferocia, & in dominio nostro non sunt, &* n. 8., & 33.
   Et uti nullius fiunt occupantis n. 8., & 35. sed vid. num. seqq.
   Limita ubi conservantur in Clusa, seu opere manufacto nu. 34.
   Sed limitatio non procedit ubi de Clusa exirent, & de ratione nu. 36.
7. *Volucres Cæli, & belvæ feroces in dominio nostro non sunt, & fiunt occupantis*, n. 26. Dec. ut n. 13. ampl. dicto n. 26.
9. *Animalia mansueta in Dominio nostro esse dicuntur.*
   Et alio volantia sunt Domino restituenda num. 10.
   Limit. ubi animum revertendi non habeant num. 11.
   Et idem procedit in Piscibus n. 23., & 37. *contra* nu. 38., & 39.
12. *Pisces existentes in mari, vel flumine, aut lacu publico in dominio nostro sunt*, & nu. 36. in fin.
    Secus existentes in privato lacu num. 18. & seqq. *contra* n. 34.
    Limit. ubi ex privilegio, vel ex immemorabili competeret Domino Lacus jus faciendi Banditas, seu defensas, n. 44.
14. *Jus prohibendi venationem, vel piscationem, sive faciendi Banditas potest, ac debet ex Privilegio, vel immemorabili acquiri*, & n. 47.
15. *Princeps Supremus dicitur Maritus Reipublicæ.*
16. *Jus prohibendi venationem, & piscationem potest per Principem inter regalia censeri.* *Declara* ut nu. 17.
18. *Fundus aqueus nullatenus distinguitur a Terrestri.*
19. *Pisces Lacus privati dicuntur ejus fructus, & spectant ad ejusdem Lacus Dominum.* *Ampl.* n. 21. ad plur. seqq.
25. *Dominus potest prohibere ingressum in proprium fundum, & potest prohibere tam venare volentibus* n. 27., *quam volentibus piscare* n. 28.
    Limit. 1. *ubi constaret de contraria servitute* n. 24.
    Limit. 2. *ubi quis vellet fodere proprium thesaurum* ibidem.
    Limit. 3. *ubi quis vellet capere feram letali vulnere, aut visco affectam* n. 30.
    Limit. 4. *ubi quis vellet perquirere servum fugitivum* n. 31.
    Limit. 5. *ubi via publica esset devastata.*
29. *Volucres capti in alieno solo post probibitum ingressum a Domino an fiant occupantis, remissive.*
38. *Aqua lacus ingrediens in fundum vicinum efficitur de dominio Domini soli;*

Et

Et de ejusdem Dominio efficiuntur Pisces in aqua existentes n. 39.

Pisces dicuntur accessorium aquæ nu. 38., & 39.

39. *Accessorium non debet diverso Jure censeri à principali.*

40. *Dominus lacus, excrescentibus aquis, potest facere repagula, & impedire ne illæ in fundum vicinum ingrediantur.*

Ampl. procedere etiam reclamante Communitate n. 41.

Decl. tamen quod ita e contra DD. fundorum possunt retinere aquam in eorum fundis ingressam n. 42.

45. *Quercus mittens glandes in fundum vicini tamquam eidem molesta debet succidi*, ampl. nu. 46.

48. *Testes formiter non examinati non attenduntur.*

Ampl. si sint inducti lite pendente n. 49.

50. *Centenaria æquiparatur immemorabili.*

51. *Locationes vagæ, & æquivocæ non probant observantiam.*

Ampl. ubi non probentur effectum sortitæ num. 52.

DECIS. CDLXXVIII.

1 CUm *Militia vita hominis sit super terram*, ipsamet quãdoque Jura, & sacrosanctæ Leges ceteroquin vitæ Civilis, & Pacis publicæ Conciliatrices, adeo pugnantibus utrinque rationibus armatæ intuitui nostro cõparent, ut inter se mutua digladiatione decertare quodammodo videantur, donec Judicum æquanimitas, & prudentia easdem Leges ad Concordiam reducendo dissolvat antinomiam, & nodum asperi Conflictus obtruncet, ut accidit in præsenti Causa, in qua dilata prius ob suffragiorum scissuram resolutione, cum addito, quod *coadjuventur probationes super præscriptione Juris piscandi in propositione diei* 20. *Martii* anni præteriti, tandem *hodie* non obstante aliquali prætensa coadjuvatione, prodiit Responsum = *Competere Crispoltis Jus prohibendi ingressum, & piscationem in foveis*, de quibus agebatur.

Contendebant siquidem ex una parte illi de Vecchiarellis, quod cum ipsi forent Domini, & Possessores cujusdam lacus vernaculo sermone nuncupati *di Ripa sottile*, atque in eodem lacu assidue nutrirentur, & per illius semitas ambularent pisces, quibus non modice lacus erat refertus, quoties proinde aquarum excrescentia, ut sæpe sæpius accidebat, assueta Confinia transiliens prætergrediebatur ad fundos limitrophos, & signanter ad illos Dominorum de Crispoltis, hi nequaquam interdicere possent ingressum
2 eisdem Dominis de Vecchiarellis, quominus in adjacentibus foveis valerent evasos pisces apprehendere, & ad hoc principale fundamentum constituebant in celebri definitione *Vulpiani in lib.* 71. *ad Edict. de Gland. legend.* ubi sub *eod. tit.* hodie 27. *lib.* 43. *ff. sic in l. Ait Prætor*, effatur = *Ait Prætor glandem, quæ ex illius Agro in suum cadit, quominus illi tertio quoque die legere, auferre*
3 *liceat, vim fieri veto* = Superaddendo = *glandis nomine omnes fructus continentur* = Quapropter prætermissa quæstione agitata ibidẽ per *Gloss.* in verbo *quoque*, & in verbo *veto* circa præfati tridui interpretationem, certe perspecto dominio, & proprietate lacus ad eos pertinente, non sine violentia eis prohibebatur ingressus a Crispoltis in illorum fundos apprehendendorum tantumodo piscium gratia, cum nemo ignoret hujusmodi pisces, veluti à natura aquarum, & lacus productos
4 inter fructus jam per *Vulpianum* glandibus assimilatos connumerari, ad *Text. in l. Item si fundi* 9. §. *Aucupiorum* 5. *ff. de usufruct.*, *& in l. Usufructuarium venari vers. de Vivariis ff. eod. tit.*, *& in l. fines ; alias Limes* §. *Pisces ff. de Act. empt. ibique Gloss. & Bart. Vuesembecc. in Paratit. ad tit. ff. de Acquir. rer. domin. num.* 7. *vers. piscari autem*, *Zas. de Feud. par.* 4. *num.* 2., *Covas. lib.* 5. *Miscell. cap.* 8. *num.* 12. bene *Gall. de Fructib. disput.* 3. *art.* 8. *sub num.* 9. *cum aliis relatis concordan. per Modern. Spoletin. in Collectan. ad Constitut. Urbin. par.* 2. *Decr.* 103. *num.* 128., *Guidopap. dec.* 91. *nu.* 3. *et seqq. Gizzarell. dec.* 34. *num.* 2.
5 Neque ob id juncto tali dominio incontrovertibili ipsius lacus ad favorem Dominorum de Vecchiarellis unacum *Vulpiani* responso, amplius divertere, & respective inquirere oportebat super examinanda qualitate, seu
6 natura abstractiva Piscium, nimirum in quo genere ferarum essent reponendi; utique namque merebantur adscribi inter illud ferarum, & animantium genus, quod numquam per hominis industriam ad mansuetudinem, & tolerandum rationale dominium mulceri poterat, ut præter feras hujusmet
7 generis, seu speciei, volucres nimirum Cæli in aere, feroces belluas in terra, de pi-
8 scibus positive dicunt ipsæmet elementares *Institut.* sub *tit. de acquir. rer. domin.* §. *Feræ*, *& l.* 1. *in fin. ff. eod. tit. de acquir. rer. domin.*, *Gulielm. de Bened. in Cap. Raynutius in verb. & Uxorem*, *Ferrer. in Addit. ad Guidopap. dec.* 514. *circa med.*, *R̃mus Zauli ad Statut. Favent. in Observ. ad Rubric.* 37. *lib.* 4. *nu.* 2., & irridendo fabulam Phędonis in libell. apud Plutarcum *de Anguillis Arethusiæ*, *et Murana Crassi*.

Crassi notavit *Balduin. in eodem §. Fera n. 3. et 11., Antunez de Donation. Reg. lib. 3. cap.9. nu.22.*

Ad differentiam aliorum animantium, quæ vel ex ipso magisterio naturæ mansuefiunt, propriumque Dominum cognoscunt juxta illam
9 divinæ vocis increpationem: *Cognoscit Bos Possessorem suum, & Asinus Præsepe Domini sui*, nec non etiam illorum, qui quodammodo erudiuntur, & ad mansuetudinem translati rediguntur in hominis servitutem, ut sunt Columbæ, Canariarum passeres, Pavones, Cervi, similesque animantes, quive dominium primi occupatoris diutius conservant, & alio volantes, & divagantes prio-
10 ri Domino veniunt restituendi, *ut inibi sive in prædicto §.Fera in Instit.de acquir. rer.domin.* communiter distinguunt *Scribentes* relati per *Covar.in Regul.peccatum 2.p. §.2.n.15., Antunez de Donat. Reg. l.3. c.9. ex n. 20. ibique Concordantes.*

Excepto solum casu,quod hę postremæ species, quæ mediæ possant compellari, animum in suis casibus ad Dominum revertendi probabiliter juxta Judicis arbitrium ex longi temporis, vel rerum circumstantiis metiendum, deseruerint, quia tunc veluti ad eorum na-
11 tivam libertatem redeuntes ponuntur, ut ita dicamus, in statu Nullius, & fiunt noviter occupantis,juxta *Text. in §.Pavon. quoque et in l. Naturalem §. Pavonum ff. de instit. tit. de acquir. rer. domin., et in l.1. §. Apium, et §. Cervos ff. eod. et in l. Pomponius, ff.Famil. ercisc., Donell. in lib.4. Commentar. Cap. cum aliis ibidem congest. per Osvald. Lagunez de Fructib. p.1.c.12.ex n.88., Antun. de Donat. Reg. d. lib.3. c.9. ex nu.25.*

Verum redeundo ad præmissa, illa omnia, quæ dicebantur in ordine ad pisces erant intelligenda, quando res versata foret in Piscibus existentibus in Mare, vel Flumine pu-
12 blico, aut etiam in Lacu quamdam publicitatis rationem ex sui ipsius magnitudine inducente; Quoniam cum pariter per eamdem amplitudinem non essent per Dominum ad ejus libitum apprehendibiles, sed secundum contingentiam casus dumtaxat,& industriæ, fiunt Occupantis, & in hunc sensum se quo-
13 que explicant loquendo de nemoribus, & silvis vastissimis, per *Text. in dicta l. possideri 3. §. Item si feras ff. de acquir. vel amitt. possess., Covarr. Selectar. par. 2. §. 8. n. 15., Fragos. de regim. Reipubl. tom. 1. par. 1. lib. 3. disp. 7. num. 30.* & bene *sæpe laudat. Lagun. de Fruct. par. 1. cap. 12. ex num. 84.*

Nisi tamen agatur de lacubus, fluminibus, & silvis ad aliquem Supremum Principem at-
14 tinentibus, vel ad alias Personas Jus ab eodem Supremo Principe, vel legitima immemorabili præscriptione habentes prohibendi, faciendique Banditas, seu, ut dicunt Regnicolæ, *Defensas*, in his quippe terminis illud dominium, quod jura privatis non tribueret Princeps Supremus, vel ab eo ha-
15 bens concessionem, vel præsumibile Indultum tamquam Reipublicæ Maritus,& potius Dominus absolutus, quam simplex Possessor & Dominus allodialis, seu privatus illius lacus, aut fluminis sibi tale Jus prohibendi piscationem, & venationem potest usurpare
16 ex rationibus bene perpensis, & allatis per *Cancer. var. resol. par. 2. cap. 2. n. 77. cum seqq., Cyriac. controv. 624. ex n. 8. & seqq., Thesaur. quæst. forens. lib. 2. quæst. 22. per tot.* cum aliis abunde cumulatis per *Gobb. Consult. dec. 128., & per Cardinal. de Luc. de Feud. disc. 2. utrobique per tot. Bovadill. in Politic. lib. 2. cap. 16. nu. 138., Tap. de Jur. Regn. lib. 6. tit. 28. de Gravam. n. 34. & seqq., Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 10. ex num. 173. usque ad 178., & per Raynald. in Syntaxi Rer. Crimin. sive Observat. ad Bannim. Gener. Bonon. lib. 2. cap. 15. ex num. 20. cum plurib. seqq., Tiraquell. de No-*
17 *bilit. cap. 37. n. 132. cum seqq.*, intelligendo, quoad venationem de feris, quæ non excesserint fines *Defensæ*, & de Piscibus, qui non intraverint in aliud publicum flumen, seu aquas ex ipsa natura decurrentes, ut limitant *Modern. Spoletin. in Collectan. ad Statut. sive Constit. Urbin. par. 2. in adnot. ad Decret. 103. n. 169., et 197., Guttier. Quæst. Canonic. cap. 28. n. 43. lib. 2.*

Ast quando peragitur de lacu, & ex paritate rationis de flumine, ad privatum Dominum spectante, fundus aqueus nullatenus differt
18 a terrestri, de quo tractat *Vulpianus in dicta l. Ait Prætor.*, & Pisces, ut diximus, tamquam fructus ejusdem aquei Soli sequuntur dominium illius fundi, seu lacus, in quo nutriuntur, & solent ambulare, ita ut nedum fieri nequeant occupantis, sed Pisces
19 uti aliæ res veniant in Judicium familiæ herciscundæ, & si quis eas sumpserit, furtum committit, teste *Antunez de Donat. Reg. lib. 3.*
20 *cap. 9. num. 22.*, & connotarunt *DD. in l. Si Apes 26. ff. de Furt., Natt. cons. 375. nu. 9. Gaill. Observat. lib. 2. observat. 68. n. finali.*

Potissime in nostra thesi, in qua indubitanter introspici valebat dominium eorumdem Piscium, nullaque hęsitatio poterat coincidere super indagine identitatis, nimirum quod Pisces in foveis adjacentibus recepti prove-
21 nirent a lacu Dominorum de Vecchiarellis, cum eædem de cetero foveæ ante fortuitam lacus excrescentiam forent nedum piscibus deor-

deorbatæ, sed ut ab initio Mundi contigit,
post factam a Deo separationem aquarum
22 terræ aridæ apparebant, ideoque cessabat
ex facto ratio impeditiva recuperationis
propriorum piscium, de qua obloquuntur
Odos. de Senon. in tract. de Interdict. in tit.
de Aqu. æstiv. prope fin. Cassan. ad Consue-
tud. Burgund. rubr. 4. §. 2. col. 137. vers.
Adverte, Sebast. Medic. de Venat. Piscat., et
Aucup. qu. 27. n. 1., et Adden. ad dec. Guidop.
dec. 218. vers. tenetur restituere.

Eoque fortius, quoniam consequutive ad are-
factionem fovearum Pisces decrescentibus
aquis remeare cogebantur, & positive sem-
per remeabant ad ipsum lacum, tamquam
nutritivum, unde a fortiori congruebat al-
tera ratio, quam superius attigimus circa
illam mediam speciem, quæ verificatur in
Cervis, & volucribus, ut quoties redire so-
23 lent ad Dominum numquam fiant occupan-
tis, ut præter supra relatos advertant *Donell.*
lib. 4. Comment. c. 8. Sot. de Justit. et Jur. lib. 3.
qu. 6. art. 4. Navarr. in Manual. c. 17. n. 128.
Azor. Instit. Moral. p. 3. l. 5. c. 16. prope fin.
Medin. de restit. qu. 12. vers. si tamen Molin.
de Just. et Jur. disp. 48.

Ceterum his nullatenus refragantibus, in con-
trariam *Domini* abjere Sententiam, putantes
Dominis de Crispoltis, ut supra competere jus
prohibendi ingressum, & piscationem in foveis,
non jam ex generaliori principio, per quod
præcisive ab acquisita servitute, vel indi-
24 viduo casu fodiendi thesaurum proprium,
in solo alieno, de quibus differunt *Textus in*
l. Ferarum, C. de servit. & respective *Text.*
in l. Thesaurus in fin. ad exhibend. indistin-
cte prohiberi invito Domino, ingressum in
25 alienum fundum sancivit *Lex*, quæ incipit,
quod enim, §. plane, ff. de acquir. rer. domin.
signanter in hoc ipso proposito, cum enim
prius dixisset, quod Feræ, bestiæ, & volu-
cres, utpote nullius fiant occupantis absq;
26 eo, quod interesset, *quoad Feras, bestias, &*
volucres utrum in suo quisque capiat, an in
alieno, immediate limitavit *plane qui in alie-*
num fundum ingreditur venandi, aucupandi-
ve gratia potest a Domino, si is præviderit, jure
prohiberi ne ingrediatur, quod & Græcis, &
Latinis verbis repetiit *Calistrat. lib. 1. de co-*
gnit. alias *l.* 16. quæ incipit *Divus Pius, ff.*
27 *de servit.* per illa verba = *non est rationabile,*
nolentibus Dominis, vos in alienis Agris aucu-
pari, quos utique textus etiam ad piscatio-
28 nem extendi voluerunt *Aretin. in §. Feræ igi-*
tur sub nu. 1. vers. & advertas, & ibi Myn-
singer. nu. Instit. tit. de acquir. rer. domin. Dec.
cons. 107. sub n. 3. Canc. var. res. p. 2. c. 2. nu. 83.
Seb. Med. de Venat. q. 24. cum aliis ibid. adduct.

Remanente solum in ordine ad venationē quæ-
stione, an adhuc apprehensi volucres fiant
capientis, licet is injuriarum actione coer-
29 ceri valeat, prout vel lepide, vel acute sub-
nectunt, & disputant *Accurs. in §. Feræ inst.*
tit. de rer. divis. verb. ingrediatur, & in dict.
l. Divus, ff. de Servit. Rustic. & in l. 3. verb.
ingrediatur, ff. de acqir. rer. domin. Bart. in
d. §. Feræ, & in l. 1. §. ff. eod. cum aliis rel.
per Piccard. Harprec. in sæpe dicto §. Feræ,
Guttier. Canonic. quæst. lib. 2. cap. 28. nu. 31.
& 39. Cæpoll. de Servit. Rustic. c. 21. & n. 3.
Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 28. n. 35. & 36. Ca-
piblanc. de Baron. fol. 2. c. 87. n. 12. 16. et 17.
per Borell. de Magistr. lib. 4. c. 3. n. 4. cum seq.
Franc. Marc. Dec. Delphinat. 530. ex nu. 14.
et dec. 533. ex n. 3. Raynald. ad Banniment.
gener. Bonon. fol. 2. cap. 15. ex n. 12. et n. 40. et
seqq. et n. 87. et seqq. & in individuo *Gall. de*
fruct. disp. 3. art. 8. n. 86. nec non ad finem
30 persequendi feras, seu volucres letali vul-
nere, aut visco affectos hujusmodi ingres-
sum admittentes, *Oynot. in §. Feræ n. 4. vers.*
Et ita ext. &c. Instit. de acquir. rer. domin. Bart.
in l. Quod ait Lex 23. §. fin. ff. ad l. Jul. de
Adulter. Felin. in c. fin. sub n. 16. vers. item li-
mita Extra. de for. compet. Alex. cons. 75. n. 6.
et 7. lib. 3. Gobb. consult. dec. 128. n. 38. juncto
n. 40. et 41. Farinacc. qu. Crimin. 7. sub n. 45.
31 *vers. Contrarium*, & in fortiori casu per-
quirendi Servum fugitivum habetur *in l.*
Divus, ff. de Serv. fugitiv. vel si via publi-
32 ca destructa est, per alterum Textum *in l. si*
locus, ff. quemadmodum servit. amittat.

Ratio proinde magis præcisa fundata est in eo,
quod cum pisces, ut diximus, naturaliter
33 nullius recognoscant dominium, sed tam-
quam muta animalia habeant rudiorem na-
turam, cujuslibet Dominii intolerantem, &
incapacem, in tantum sunt nostri, in quantum
eos inter angustias, & cancellos naturalem
34 eorum libertatem coarctamus, quod passim
exemplificare solent Doctores, quando Pi-
sces per aliquod opus manufactum detinen-
tur, atque conservantur in aliquo Vivario,
seu Piscina, secus autem ubi Pisces non in
opere manufacto, sed in Flumine, seu Lacu
versantur, in quibus postremis terminis ad-
huc servare dicuntur nativam libertatem, &
non censentur amplius pars fundi, neque
35 res immobiles, neque demum inter fructus
fixos, ac determinatos illius Lacus, & illius
Fluminis, prout satis diserte, & luculenter
materiam examinando concludit *Modernus*
Spoletinus ad Constitutiones Ducatus Urbini
Decr. 103. ex n. 122. & ante eum *Corn. cons.*
211. n. 1. et seqq. tom. 4. Covarr. select. p. 2. §.
8. n. 15. Scheffer. Medul. Baccovian. lib. 2. tit. 1.

de

de rer. divis. et acquir. ear. domin. in §. *Flumina fol. mihi* 182. *Vasquez de restit. cap.* 5. §. 2. *dubit.* 8. *n.* 33. *Antunez de Reg. Donat. lib.* 3. *c.* 9. *ex n.* 20. *cum seqq. Lagunez de fruct. p.* 1. *c.* 12. *ex n.* 84. *et in praeced. nu.* 63. *cum seqq. Gall. eodem Tract. disp.* 3. *art.* 8. *n.* 91. *Card. de Lugo de Just. et Jur. tom.* 1. *tit. de Venat. disp.* 6. *ex n.* 71.

Et quamvis naturaliter etiam accidere possit, quod loco positivi operis manufacti, seu Vivarii, & Piscinae Lacus signanter sit suis limitibus interclusus, & sic in parte induat rationem operis manufacti, non tamen inde generaliter sequitur, quod Pisces non dicantur positi, seu repositi in naturali libertate, dum possunt etiam Domini Lacus retia aufugere, & industriam irridere, sese con-
36 servantes ad propagationem speciei, propriaeque vitae, & libertatis incolumitatem: *Card. de Luc. disc.* 2. *de Feud. n.* 2. *prope fin. Modern. Spoletin. ad Constit. Ducat. Urbin. Decret.* 103. *ex n.* 182. *Card. de Lugo de Jur. tom.* 1. *tit. de Venat. disp.* 6. *sect.* 7. *nu.* 72. *et* 73. & congruunt, atque reincidunt ea, quae supra diximus de Lacubus magnis, & de vastis nemoribus *sub* §. *Verum redeundo ad praemissa*.

Neque ex eo, quod foveae vicinae, in quibus per excrescentiam Lacus, & abundantiam aquarum quandoque Pisces ingrediuntur, aridae per antea existant, & deinceps arefiant, unde Pisces proprium aquae alimentum, & elementum sectantes remeare soleant ad Lacum, intrat consequentia, quod redeant ad servitutem, quam prius non agnoscebant, unde solum redeuntibus Piscibus poterit Dominus Lacus generica sua utens facultate prohibere, ne alter in pro-
37 prio Solo, vel Lacu, in quo solent vel existere, vel remeare, valeat piscari, quemadmodum citra Contradictorem consentiunt *per Text. in l. Quod enim* 3. *vers. plane ibiq; Glos. verb. prohiberi, ff. de acquir. rer. domin. & in l. Divus* 16. *ff. de Servit. Rustic. Capiblanc. de Baron. lib.* 2. *c.* 86. *n.* 18. *& seqq. Sot. de Just. et Jur. lib.* 4. *quaest.* 6. *art.* 4. *vers. Sed tertio, Medin. de restit. qu.* 12. *vers. quibus praemissis Lagun. de fruct. p.* 1. *c.* 12. *ex n.* 51. *cum aliis per Raynald. Observ. Crimin. lib.* 2. *c.* 15. *nu.* 52. *et seqq. et nu.* 61. *et seqq. et per Antun. de donat. Reg. lib.* 3. *c.* 9. *ex n.* 10. *Franc. Marc. Decis. Delphinat. dec.* 529. *n.* 14.

Quodque ariditas ante, vel postea Fovearum satis de per se forsan demonstret, quod pisces egressi essent de Lacu limitropho, non ob id ex mox insinuata ratione perdurantis libertatis ob difficilem illorum apprehensionem evadebant, seu fiebant de dominio Domini ejusdem Lacus, ac propterea fortior potius in contrarium per subsequutam excrescentiam augebatur ratio Domino Fovearū, eum & ipsa aqua prosiliens in fundum Vi-
38 cini efficiatur de dominio ipsius Domini Soli, & consequenter secum trahat accessoriū piscium, ut respectu aquae dixerunt *Amend. in Add. ad dec. Franc.* 183., *Panimol. dec.* 26. *annot.* 2. *n.* 2. *dec.* 425. *fere per tot. p.* 4. *tom.* 2. *Rec.*, *Modern. Spolet. ad Constit. Ducat. Urbin. lib.* 1. *decret.* 89. *ex n.* 69., *et n.* 79., *Gloss. in l. ex meo* 24. *verb. possim, ff. de servit. Urb. Praed.*, *Roland. cons.* 22. *nu.* 2., *et* 3, *Carpan. ad Statut. Mediol. p.* 2. *c.* 247. *n.* 4., *Urxill. ad afflict. dec.* 388. *n.* 1., *Antonell. de temp. legal. lib.* 2. *c.* 81. *ex n.* 21., & quoad pisces accessorios, de natura est ejusdem accessionis, quod
39 nequit metiri differenter, quam suum principale, ad *Text. in c. Accessorium de regul. Jur. in sexto, Soccin. Sen. in reg.* 5., *Surd. de Alim. tit.* 9. *qu.* 31. *n.* 8., *et seqq.*, *Rot. dec.* 680. *n.* 12. *p.* 4. *tom.* 3., *et dec.* 330. *n.* 32. *p.* 5. *Rec.*

Differentibus dumtaxat *Scribentibus*, an valeat Dominus Lacus impedire, ne aqua succrescens divertat in fundum Vicinum, possit-
40 que repagula, & aggeres ad hunc effectū apponere, & eerte, quod sic, inferunt, & tuentur *Bald. in l. aquam in princip. C. de servit.*, *Bart. in l. quo minus quaest.* 12., *Dec. consil.* 244. *num.* 3., *& cons.* 373. *sub num.* 2., & ita in individuo decisum testatur per *Rot.*
41 *Lucen.* 8. *Martii* 1684., favore Conductorum Lacus Macciucculi contra Communitatem, & Homines Loci Bozzani *Modern. Campell. in dd. Collectan. ad Statut.*, *sive Constit. Ducat. Urbin. decret.* 103. *ex num.* 186. *cum seqq.*, & comprobat *Rota dec.* 261. *num.* 6. *&* 7. *cor. Merlin.*

E converso autem, quoties natura non patiatur, vel interesse Domini Lacus minime supportet, quod aqua de proprio Solo non exeat ob majus fortasse detrimentum, quod ab excrescentia aquarum, vi detentarū in propriis Agris sentiret, posse Dominum Fovearum, in
42 quas aquae nō coercitae intrant, de stricta Juris Cēsura, si natura pariter id patiatur, impedire aquarum regressum, tenent, & affirmant ex regula deducta per *Text. in l.* 1. §. *Illud quaeritur, vers. Praeterea labeo, ff. de aqu. quotid., et aestiv.*, *Paul. de Castr. in l. aquam* 4. *num.* 2. *C. de servit., et aqu.* & prosequitur *Modern. Spoletin. in Collectan. ad Constit. Ducal. Urbin. decret.* 103. *ex num.* 190.

Haec itaque fuit generica ratio, cui *Domini* innitebantur, sed non erat sola, neque potentior, quoniam cum Lacus, de quo agebatur, non haberet saltem penitus originem a proprio Solo, sub quo aquarum venae erum-

perent, & consisterent, sed efformaretur a decidentia pro majori parte aquarum Fluminis, quod nuncupant *S. Susanna*, a quo, & similem nativitatē agnoscit proximus Lacus pertinens ad dominium Civitatis Reatis, quodque plus est, aquas a prædicto Flumine Sanctæ Susannæ mutuatas per Canale appellatum *Fiumarone* publico usui, & utilitati restitueret per succedaneum ingressum in alterum Velini Flumen prope celebrem ab alto casu aquarum in Narem vernaculo nomine dictum = *Caduta delle Marmore*, & de quo *Tacitus*, *Cicero*, *Plinius*, aliique passim meminere; Quamobrem cum certo sciri nequiret, an pisces temporaliter in Lacu commorantes, & per ipsum recto, seu inverso ordine juxta peculiarem eorum naturam ab alterutro, vel ab utroque Flumine intrarent, & exirent, eo magis urgebat vis eorum retentæ nativæ libertatis, dicique merebantur in his terminis potius hospites, ut ita dicamus, quã Cives, utpote per merum transitum in eodem Lacu existentes; Unde demonstrari am-
43 plius non poterat eorum certa nativitas vel in ipso Lacu, vel in altero ex Fluminibus S. Susannæ, & Velini, & consequenter neque præcisa identitas semper, ut diximus in hoc proposito illorum recuperationis requisita, ut præter relatos *in §. Potissime*; animadvertunt *Sebast. Med. de Venat. Piscat., et Aucup. quæst.* 27. *num.* 1., *et* 2., bene *Lagun. de fructib. par.* 1. *cap.* 9. *sub n.* 86.

Atque ex his collabescere prorsus ex assueto defectu applicationis visum est exemplum a *Vulpiano relatū in l. unica de gland. legend.*, Quercus etenim, a quibus glandes producuntur, semper fixas habent radices in aliquo Solo, cujus Dominus infra triduum valet eas recolligere, in sequelã dominii Plan-
44 tæ eas producentis, quæ de cetero tamquam fastidiosa Vicinis, & continuo gravans, potest in suis casibus ad conquestionem ejus-
45 dem læsi Vicini succidi, cum similes servitutes nequeant quocumque lapsu temporis, ve-
46 luti de momento ad momentum gravativæ, præscribi *juxta decis. Florent. Magon. la* 6. *per tot.*, *et signanter num.* 3. *in fin.*

Formidantes fortasse Defensores Dominorum de Vecchiarellis in puncto Juris jacturam, corroborare cæperunt eorum prætensionem mediante opposita observantia, sed neque super hac *Domini* potuerunt immorari, quoniam resistente, ut supra, ejusdem Juris Censura, ea erat alleganda, probandaque observantia, quæ hoc Jus privativum piscandi in Solo alieno sibi vindicaret illam potentiam, quam secumfert probatio temporis immemorabilis, vel saltem in suis casibus quadragenaria cum titulo, cum ut diximus, similes privativæ requirant Principis concessionem, quæ proprie quando abest privile-
47 gium in charta, nonnisi ab eadem immemorabili præsumptive resultat, & efformatur ex collectis penes *Autunez. de Donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 9. *sub num.* 34. *juncto num.* 35., *& seqq.*, ubi concordan. *Thesaur. decis.* 16. *ex num.* 7., cum aliis adductis *in tract. de Commerc.*, *& Mercat. disc.* 58. *n.* 18. *et* 19.

Hunc itaque probationis gradum nullo modo attingere visum est illas, quæ per eosdem DD. de Vecchiarellis proponebantur, cumque ad geminam classem reducerentur, Testium videlicet, necnon nonnullarum locationum, quatenus spectabat ad Testes, exuberabat pro nunc responsio, quod iidem Te-
48 stes non fuerant formali Interrogatoriorum torturæ suppositi, & per consequens nullam sibi fidem poterant promereri, teste *Surd. cons.* 129. *num.* 33., *Menoch. de arbitr. cas.* 109. *num.* 1., *Rot. dec.* 206. *num.* 17. *coram Duran. dec.* 864. *num.* 12. *cor. Dunozzett. Jun.*, aliisque adductis *in Addit. ad dec.* 44. *num.* 29. *inter meas hactenus impress.*, *& in Romana Emphytheusis* 7. *Junii* 1706. *§. Ex quibus*, *cor. R. P. D. meo Kaunitz*, potissime cum iidem Testes plusquam ipsi pisces
49 apparerent, pendente lite expiscati, ut subdit *Rota dec.* 611. *num.* 5. *& seqq. coram Buratt. dec.* 10. *num.* 5. *& seqq.*, *& dec.* 160. *num.* 15. *cor. Otthobon. dec.* 894. *nu.* 7. *cor. Emerix jun.*, *& dec.* 8. *num.* 17. *par.* 18., *& dec.* 316. *num.* 20. *par.* 19. *recent.*

Quo vero ad locationes, eæ quidem incipiebant ab anno 1600., & progrediebantur ad annum 1616. unacum altera locatione celebrata de anno 1673., ideoque vix æquiparari potuissent aliquo modo immemorabili, quoties nulla interruptione in contrarium demonstrata compleviffent centenariã, quæ, ut præmisimus, ad aliquos effectus, & si-
50 gnanter præsumendi titulum ab habente potestatem, æquiparatur, ut tradunt *Card. de Luca de Regal. disc.* 47. *num.* 8. *& 9.*, *& de Jurepatr. disc.* 65. *num.* 4., *Rota decis.* 318. *ex num.* 16. *cum seqq.*, *& num.* 27., *&* 28. *cor. Priolo dec.* 218. *num.* 21. *et num.* 51. *et seqq. par.* 6., *et dec.* 290. *num.* 20. *par.* 18. *Rec.*, *in Gerunden. Parochialis*, *seu Rectoria de Vilobi* 6. *Junii* 1698. *cor. Me inter hactenus impress. dec.* 47. *num.* 8., & in individuo *Dec. cons.* 269. *num.* 5., *et* 6., *Natt. consil.* 522. *num.* 16. *cum seqq. usque ad* 25.

Verum nihil penitus concludebant, quia solum in iisdem locationibus, & affictibus generaliter dicebatur, quod Lacus, & in eo Jus piscandi concedebatur = *Conductoribus cum*

omni-

omnibus Puteis, Formis, Fovels, & Appendicibus, sed præcise non dicebatur, quænam forent istæ Foveæ, nam circa circumdarium ejusdem Lacus adjacebant plures plurium Dominorum Tenutæ, seu Bona, & signanter illa Dominorum de Vecchiarellis, unde cum excrescentia Lacus alios Vicinos, & eosdem DD. de Vecchiarellis obligaret ad
51 præparandum hujusmodi receptaculum aquarum, semper idcirco reddebantur vagæ, & æquivocæ, & sic ineptæ ad efformandam ullam probationem, ex adductis per *Rot. dec. 26. num. 25. cor. sa. mem. Alex. VIII. decis. 104. num. 7. cor. Emerix jun., & in rec. dec. 268. num. 14. par. 11., & dec. 181. n. 13. par. 19., & in Romana Cappellania S. Nicolai 28. Junii 1709. sub §. Quapropter cor. me.*

Certius demum, ex quo neque sufficiunt solæ locationes, quæ ad normam emptionis iniri possunt etiam super re aliena, nisi insimul comprobentur effectum sortitæ per spatium sufficiens ad destruendam præfatam Juris
52 resistentiam, quemadmodum recte in proposito arguunt relati per *Adden. ad dec. 131. ex num. 53. & num. 78. par. 8., Rota decis. 181. in fin. cor. Caputaq. par. 1. decis. 269. num. 1. et seqq. cor. Cavaler.*, & plene *cor. Emerix jun. dec. 115. nu. 2. et seqq. dec. 164. num. 13., et seqq. par. 6., et dec. 76. n. 10. par. 12., et dec. 548. ex num. 20. cum seqq. par. 19. tom. 1. Recent.*

Et ita non minus ex mente Juris, quam ex ipso non probato facto *Domini* responderunt, utraque &c.

Alerien. Pensionis.

Ven. 14. Januarii 1710.

ARGUMENTUM.

Natura pensionum eventualium est, ut Gratia Papæ sit pura, & undique a principio perfecta, neque per intermedium ipsius Papæ prædecessum ullatenus evanescit. Episcopus se obligans ad solutionem annuæ pensionis super fructibus sui Episcopatus, an si dicti fructus ex post non reperiantur sufficientes pro sua congrua, & pro dicta solutione, teneatur de proprio. Quas expensas Pensionarius subire cogatur, itaut pati debeat diminutionem suæ Pensionis. Salarium cui debeatur, & cui non.

SUMMARIUM.

1. *De natura pensionum eventualium est, ut gratia dicatur pura, et a principio perfecta, neque per Papa decessum ullatenus evanescit.*
2. *In pensionibus* quæ Palatinæ *nuncupantur, si Episcopus se obligavit illas etiam de proprio solvere, cumulari debent fructus ipsius Episcopatus, et bonorum propriorum Episcopi, salva eidem congrua, cui renunciari nequit.*
3. *Congrua alimentaria subsidiarie conceditur Episcopo, ne in opprobrium Caracteris mendicare cogatur.*
4. *Episcopus sibi imputare debet, si Episcopale fastigium ambiens grave onus pensionis subivit.*
5. *Summus Pontifex si in reservatione pensionis non adjecerit clausulam* dummodo remaneant mille pro Episcopo, *censetur voluisse cuicumque conciliari congrua derogare.*
6. *In redditione rationis perlustrari debent hinc inde partita dati, et accepti, ex quibus legitimus calculus eruitur.*
7. *Partita modici valoris etsi non bene justificata ex subjecta tamen materia, et in longavo temporis decursu probabilis, et verisimilis præsumitur.*
8. *Expensæ multæ sunt necessariæ antequam frumentum reducatur ad statum venditionis.*
9. *Fructus semper intelliguntur, deductis expensis veluti prorsus intrinsecis, et in praxi necessariis.*
10. *Testes licet formiter non examinati, attamen si verisimilia deponunt, sufficientem præbent adminiculum veritati.*
11. *Salarium quibus debeatur, et quibus non.*
12. *Administratoribus rerum Ecclesiasticarum, qui compellantur depositarii, sive Æconomi, debetur Salarium labori, et periculo proportionatum*, declara num. seq.
13. *Æconomo, qui datur Ecclesiæ vacanti, vel Beneficio, constituendum est Salarium labori, et consuetudini Regionis aptatum.*
14. *Salarium non conventum non debetur illi, qui ex aliquo motivo, vel interesse proprio, vel obsequii, aut reverentia, administrat.*
15. *Idque procedit etiamsi non sit solitus locare operas suas, sed irrequisitus bona alterius suscipit administranda.*
16. *Nam offerens sponte, & voluntarie operas præstare, eo ipso dicitur nullam consequi intendisse mercedem.*
17. *Episcopus deducere nequit illam summæ ratam, quam cum aliis contribuere debet Apostolico Visitatori extraordinario.*
18. *Quinimmo ipse Episcopus, qui causa censetur hujus extraordinariæ Visitationis, cogitur subjacere interrogationibus ipsius Visitatoris usque* ad n. 70.
19. *Et Pensionarii hoc casu nullo modo tenentur ad deductionem, et refusionem hujusmodi expensarum.*

20.

20. *Episcopus vel debet per se ipsum fideles erudire, et in viam Domini ducere, vel propriis sumptibus alios ad id faciendum conducere.*
21. *Res judicata facit præsumere bonum Jus.*
22. *Canonici præsentes gaudent Jure accrescendi, vel non decrescendi per punctaturas absentium.*
23. *Cautela affectata nimiam ingerit suspicionem in Judiciis non tolerandam.*
24. *Contrariorum eadem est disciplina.*
25. *Culpa, et negligentia semper obligat Administratores ad refusionem inexacti.*
26. *In majori summa, semper inest summa minor.*
27. *Actio turbida retardare nequit viam exsequutivam.*

DECIS. CDLXXIX.

Per speciem Expectativæ annuam eventualem Pensionem *scutorum septingentorum* ad commodum R. P. D. Joannis Baptistæ de Alteriis ejus Pronepotis super Mensa Episcopali Alerien. *san. mem. Clemens X. usque de Anno* 1674. reservavit, sed nequivit Pensionarius assequi locum, seu purificationem suæ Expectativæ, donec *clar. mem.* Cardin. Grimaldus fato cessit *de Anno* 1685. de quo solũ tempore verificabatur illa cessatio antiquiorum Pensionum, quæ gratiæ exsequutionem tantummodo differebat, eliminata hactenus illa olim celebri quæstione, utrũ natura hujusmodi Pensionum eventualium gratiam efficeret conditionalem, seu potius puram, & ab initio perfectam, dilata dumtaxat exsequutione ad tempus præfatæ cessationis alterius Pensionis ad importantissimum effectum, qui adamussim in casu nostro contigisset, an per Papæ intermediantẽ obitum gratia, & reservatio ipsa expirasset, cum absoluti hodie juris existat, gratiam esse puram, & undique a principio perfectam, ideoque per intermedium ipsius Papæ decessum
1 nullatenus evanescere, ut patet ex plene utrinque discussis, posteaque stabilitis apud *Card. de Luc. de pens. disc.* 1. *num.* 13., *et seqq., et disc.* 82. *nu.* 2. *Rot. dec.* 512. *n.* 14., *et* 15. *par.* 13. *Rec.* cum aliis reassumptis per *Rub. tom.* 1. *singular. fol.* 424. *in princ.*

Reservationi hujusmodi probavit assensum Marius Emanuel Durazzius, tunc ad Regimen Ecclesiæ Alerien. assumptus, insuperque solutioni ejusdem Pẽsionis sese alligavit, ultra fructus Episcopatus etiam de proprio, ut ex rationabilibus causis practicari consuevit in hisce Pensionibus, *quæ Palatinæ*, tamquam in gratiam Consanguineorum, vel Familiarium Papæ reservatæ, nuncupantur, itaut in his terminis cumulatis fructibus ipsius Episcopatus, bonorumque propriorum Episcopi, salva dumtaxat remaneat Episcopo Congrua, quæ dicitur alimentaria, & cui renun-
2 ciari non potest, ut in famigerata *Sancti Severini Congrua* 22. *Junii* 1665. *coram Ottalora*, *et* 1. *Julii* 1669., *et* 23. *Junii* 1670. *cor. Bevilacqua impress. in Recent. decis.* 342. *par.* 14. *dec.* 190., *et decis.* 276. *par.* 16., & scribens in eadem Causa *Card. de Luc. de pension. disc.* 56. *num.* 7., *et seqq.*

Interim vero vivente adhuc Cardinali Grimaldo, administrationem redditu um, prius ab ipso Cardinali detentam, sategit Episcopus sub *Anno* 1683. judicialiter recuperare, illamque detinuit per Annos quatuor, & ultra, scilicet usque *ad diem* 15. *Aug.* 1687., cumque pro tempore prædictæ exercitæ per eum administrationis prætendisset Episcopus se esse potius Creditorem, quam Debitorem ipsius admininistrationis, nullatenus valuit per interpositam subinde appellationem R. P. D. de Alteriis exsequi mandata, quæ pro terminis ad sui favorem decursis post mortẽ sæpius memorati Cardinalis obtinuerat, quamobrem compulsus adire *Sacrum Auditor.* proposuerat ab initio *R. P. D.* nunc Eminentissimus Cardinalis Caprara sub die 3. Julii 1705. Dubium = *An mandata A. C. forent exsequenda* = Sed eo minime resoluto ex nimia forsan benignitate Tribunalis, injuncta fuit redditio rationis suæ villicationis, seu Administrationis Episcopo, cũ præfixione termini, atque in hoc statu *per Me* reassumpto veluti in locum *ejusdem Eminentissimi* subrogato, iterumque proposito negocio, neque pariter ullã prodiit resolutio, rescribentibus *Dominis sub die* 21. *Novembris* 1707. = *Dilata ad primam omnino post Reges* = idest *ad primam Audientiam Mensis Januarii* = *& ad Ponentem pro electione Periti Curialis* = donec tandem sequuta non minus electione, quam superventa relatione Periti non nisi *bodie* prodiit decisorium oraculum *pro exsequutione Mandatorum.*

Diximus ex *nimia forsan benignitate Tribunalis*, quoniam necessaria minime videbatur ulla dispunctio rationum administrationis gestæ per Episcopum in præsenti thesi, in qua de Congruæ Conciliaris subductione nullatenus erat agendum; quidquid enim esset, utrum idem Episcopus reddita ratione, & deducta Congrua, debitor appareret, vel Creditor respectu fructuum Mensæ administratorum, adhuc ex quo pro celeri solutione Pensionis exsequtivã in forma Cameræ obligationem assumpserat, positive obligando *semetipsum, bona sua propria, & bona, & personas suorum heredum*, etiam idcirco ejus

bona

bona Patrimonialia discuti debebant ad merum finem relinquendi Episcopo non jam supradictam Congruam Conciliarem, sed dum-
3 taxat alimentariam, quæ ne *clauderetur os bovi trituranti*, & ne Episcopus in opprobrium Characteris mendicare cogeretur, subsidiarie conceditur, proindeque non facta hujusmodi bonorum propriorum collatione, sive adjunctione, plana erat inefficacia, & superfluitas redditionis rationis, sibique Episcopus imputare debebat, si Episcopale
4 Fastigium fortasse ambiens, tale onus pensionis sponte subivit, ut admonet *Card. de Luc. disc.16.n.11.de pension.* scribens in Causa de qua *Rota* in prædicta *S. Severini Congruæ coram Ottalora, et Bevilacq.* cum aliis signanter relatis concordan. in *d. dec.* 342. *nu.* 21. *par.* 14. *Rec.*

Quin etiam sat erat, quod præcisive ab obligatione assumpta de proprio per Episcopum ageretur de Pensione in pleno Consistorio reservata, & non legeretur adjecta clausula, *dummodo remaneant mille pro Episcopo*, in his
5 quippe terminis censetur, Pontificem voluisse cuicumque Conciliari Congruæ derogare, suæque pariter in hoc casu voluntati referre cogebatur Episcopus, si acceptavit Episcopatum, idque ex rationibus optime perpensis per *Tondut. de pension. cap.* 14. *n.* 32. *Cardin. de Luc. eodem tract. disc.* 52. *n.* 5. *Adden. ad Buratt. dec.* 261. *nu.* 14. *Rota in Ferentina Pensionis impress. apud Marsbesan. de commiss. par.* 1. *fol.* 535.

Ceterum quia forte res ante obitum Cardinalis Grimaldi cepta, ut supra reperiebatur ab Administratione prius inita ab eodem Cardinali, deinceps reapprehensa ab ipso Episcopo, & quia forte expediebar eidem Episcopo in ordine ad alios Pensionarios, qui hujusmodi peculiaribus prærogativis, & circumstantiis suffulti non erant, arrepta hujusmodi occasione, reddere præmissam rationem administrationis, idcirco *Domini* labori huic indulgentes, serie examinando singulas partitas unacum memorata relatione Periti, agnoverunt reliquatum supra Congrua etiam Conciliari ascēdere ad plusquam importarent *scut.*2450., quæ in vim Mandatorum *A. C.* exbursari debebant R. P. D. de Alteriis, jam enim citra difficultatem Peritus in illius *Peritia fol.*28. remanere demonstraverat penes Episcopum *scuta* incontrovertibilia 1273., unde restabat dumtaxat, an eadem summa deberet imminui per prætensiones ab Episcopo promotas, vel potius augeri per quantitates, & partitas de diametro conflictatas, & respective accretas a Pensionario, quemadmodum practicari necesse est in hujusmodi redditionibus rationū cum lustratione partitarum dati, & accepti,
6 ex quo Juridicus calculus eruitur, ut videre est penes *Altograd.conf.*21.*n.*6. *Rot.Jan.dec.* 164.*n.*21.*dec.*225.*n.*4.*cor.Caval.dec.*783.*n.* 5.*cor. Dunozett. Jun. dec.*208.*n.*5. *par.* 15., *& dec.*283.*n.*41.*p.*17.*rec.*

Stabilita igitur pro base præfata summa scutor. 1273. liquidata per peritum, ad lancem perpendendæ erant priori loco diminutiones exoptatæ ab Episcopo, quarum prima erat, incipiendo a minori, ut progrederemur ad majus, scut.24., quam sibi bonificandam asserebat Episcopus pro totidem expensis in levandis exemplaribus authenticis nonnullorum Instrumentorum, quæ per spatium *annorum quatuor*, & ultra coactus fuerat extrahere
7 juxta opportunitatem administrationis, & hæc modicam habuit apud *Dominos* difficultatem, veluti etsi non bene justificata, attamen ex subjecta materia, & in tanto temporis defluxu probabilis, & verisimilis, quod sufficit, teste *Bartol. in l.*1.*§.Officio ff.de tut., & rat.distrah.Pacion. de locat., & conduct. c.* 34.*§.*4.*n.*57.*Rot.dec.*177.*n.*2.*p.*7.*dec.*221.*nu.* 6.*p.*16.*rec. in Romana Æconomiæ, seu reddit. rationis* 21. *Januar.*1700. *§.Nec relevat cor. Rmo dell'Olmo, in Toletana Administrationis, seu exsequutionis §. Inter partitas cor.bon.me. Pio, in Romana Pecuniaria* 6. *Junii* 1701. *§. Nulla hodie cor. bon. mem. Muto, & in Avenonien., seu Cavallicen. redditionis rationis cor. Emo Caprara.*

Ejusdemque verisimilitudinis fomento fulciri visa est altera, seu secunda partita *scut.*166. pro totidem pariter impensis in recollectio-
8 ne, custodia, & asportatione frumentorum, cum nullus Pater familias ignoret hujusmodi expensas esse necessarias, antequam frumenta reducantur ad statum venditionis, & ideo inolevit propositio, quod fructus intelligan-
9 tur deductis expensis, velut prorsus intrinsecis, & in praxi necessariis, ad tradita per *gloss. in c.gravis verb. fruct.de restit. spoliat. Doctores in l.*1.*ff.de fruct., & lit. expens. Giovagnon. respons.*44.*n.*27.*lib.*1. *Rota dec.*580. *n.*36. *cor.Bich. dec.*513.*n.*8.*p.*4.*tom.*1.*, & dec.* 299.*n.*10.*p.*19. *Rec.in Calaguritana Decimarum* 23. *Januarii* 1694.*§.Transeuntes, & in altera de Quintana, & Pascuorum* 17. *Febr.* 1696. *§.Progredientes cor. Rmo Molines, & in Burgen. Decimarum de Bellorado super reservatis* 9. *Martii* 1708. *§. Ex qua ratione cor. R.P.D. meo Scotto.*

Addito, quod eædem expensæ non apparebant annotatæ coacervatim, & in confuso, sed recte distinctæ, propriaque causa vestitæ, & adminiculabantur depositione duorum Testium,

stium, qui licet formiter non apparerent
10 examinati, nihilominus conjunctim cum ipsa connotata verisimilitudine in abstracto, & in concreto sufficientem præbebant adminiculum veritati, ut alias dixit *Rot. dec. 93. num. 6. et 7. par. 18. dec. 13. num. 4. et 14. et dec. 152. num. 11. par. 19. Rec.*

Ast omnino indebita visa est tertia partita majoris profecto importantiæ, *scutorum* videlicet 1333. ex causa salarii per Episcopum prætensi in quoddam præmium exercitæ administrationis. Idque non solum ex generica difficultate propositionis, dum præscindendo ab explicita conventione, ab Administratore litium, seu Procuratore, & litis Curatore, necnon ab Officiis, & muneribus publicis administratis, in quibus regula, & conclusio est affirmativa, utique in ceteris administratoribus vel regula est anceps, vel fallentiæ tot existunt, ut raro admittatur, sive expleatur appetitio salarii, sicuti per-
11 currendo materiam apud Tractantes liquet, & signanter apud *Zacch. de salar. quæst. 51. per tot., & quæst. 102. num. pr. & seqq.*, & tradunt per *Text. in l. qui mutuam 53. §. Salarium ff. mandat., & in l. pr. ubi Donell. nu. 8. l. Salarium 17. Cod. eod. Alex. cons. 109. num. 6. & per tot., Riminald. sen. cons. 349. num. 3. Mastrill. de Magistrat. lib. 1. cap. 21. num. 101. Thomat. dec. 10. num. 24. Rot. dec. 259. num. 20. cor. Duran. dec. 59. n. 7. cor. Arguell., & dec. 381. num. 17. par. 5. Rec.*

Verum etiam perpensis circumstantiis casus, de quo erat quæstio, licet enim Scribentes pro Hereditate Episcopi prædefuncti satagerent firmare, & ostendere, quod administratoribus rerum Ecclesiasticarum, qui compellari consueverunt Depositarii, sive Æco-
12 nomi, debitum existat Salarium labori, & periculo proportionatum, secundum insinuata *per Text. in cap. sicut de Syndicat.* ibi = *cum fausto loqui debeas, si nolueris constituto Salario Monasterii generaliter debeas negocia commendari = ibique Abbas num. 1. Gloss. in Can. caritatem 12. quæst. 2.*, sicut etiam rejecta nonnullorum Sententia contrarium opinantium, existimavit *Munoz. de ratiocin. administr. cap. 27. sub num. 50. versic. quam glossæ Sententia. Zacch. de salar. q. 63. n. 26.*

Hoc nihilominus verificabatur tantummodo in Depositariis, seu Æconomis prorsus extraneis, quos gratis impendere non decet proprios labores pro gerendis alienis negociis, *cum dignus sit operarius mercede sua*, & de facto ex hac ratione quando alicui Beneficio, vel Ecclesiæ vacanti, vel alias Rectore deorbatæ, ex Pastorali sollicitudine Episcopi providendum venit de Æconomo; ipsi
13 constituendum est omnino salarium labori pariter, & consuetudini Regionis aptatum, ut admonet *Barbos. ad Sacr. Concil. Trident. sess. 24. cap. 18. de reform. nu. 42. & tract. de Paroch. par. 1. cap. 2. num. 35. Garz. de benefic. par. 9. cap. 2. num. 15. Massobr. in prax. requisit. 1. dub. 25. Corrad. in prax. benefic. lib. 3. c. 3. sub n. 16. vers. & notandum.*

Ast in præsenti hypothesi Episcopus administrando, nullo pacto gerebat aliena negocia, sed propria, cum Ecclesia esset plena ipso, sub solo onere satisfaciendi Pensionariis, proindeque sua nimis interesat per semetipsum administrare, non tantum evitando sic constitutionem salarii in persona alterius Extranei, quod indirecte quoque reincidere potuisset in suum præjudicium, sed etiam magis circumspecte a semetipso insistendo diligenti fructuũ exactioni, cum omne quod supererat, satisfactis Pensionariis, ad propriam utilitatem convertere, & retinere libere posset, ideoque congruebant a fortiori ea, quæ passim advertere Doctores de non præstando salarium non conventum administratori, qui ex aliquo motivo, vel interesse proprio, vel obsequii, aut reverentiæ ad-
14 ministrat exemplo mariti circa bona Uxoris, filii circa bona Patris, cum similibus *Castren. in l. cum oportet num. 25. vers. secundo infertur ff. de bon. quæ liber. Bald. cons. 156. volum. 3. Felic. allegat. 9. num. 12. par. 3. Parlador. rer. quotid. lib. 1. cap. 19. num. 3. Olea de cess. jur. par. 3. quæst. 6. n. 5. & seq. Paschal. de patr. potest. par. 1. cap. 3. n. 25. & seqq. Pacion. de locat. cap. 35. num. 113. & seqq. Paitell. decis. 99. num. 20. Cacheran. decis. Pedemont. 75. num. 5.*

Adjecimus particulam *non conventum*, quia absolutum omnino est, quod deficiente conventione, si quis irrequisitus bona alterius suscipit administranda, & de cetero solitus non esset locare operas suas, etiam præcisive
15 a supradicto proprio interesse, nullum expetere valet salarium, *Joan. de Plat. in l. demonstratio falsa ff. de condit., & demonstrat. & in l. in summa §. Primo ff. de condit. indebit. Firmianus in suo repertorio verb. negociorum gestorum Carocc. de locat., & conduct. par. 1. tit. de negoc. gest. quæst. 5. num. 9.*

Fortius vero, quia non solum hæc omnia concurrebant in persona Episcopi, qui ultra præmissa nec etiam petjit tale salarium durante administratione, nec in libris rationum hujusmodi creditum salarii describendo, animum quoquomodo suum declaravit pro cõsequutione ejusdem Salarii; sed quod magis est, existente ipsa administratione penes Cardinalem Grimaldum, adivit *Tribunal A.*

C. pro

C. pro ea tamquam re sua sibi vindicanda,
16 unde non minus a fortiori urgent tradita communiter, quod offerens sponte, voluntarie operas præstare, eo ipso dicitur nullam consequi intendisse mercedem *Francisc. Cost. conf. 90. num. 27. & seqq. Pation. de locat. dic. cap. 35. n. 127. Monter. dec. 14. nu. 28.*

Neque minus rejici merebatur quarta consistens in summis exsolutis Apostolico Visitatori, hæc etenim impensa minime pertinebat ad Pensionarios, quando etenim extra Ordinariam Visitationem Episcopo injunctam a *Sac. Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 3.* vel immediate Summus Pontifex, vel Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium ex rationalibus motivis succenset, indigere aliquam Dioecesim extraneo Visitatore, qui nuncupatur Apostolicus, tantum abest, ut idem Episcopus deducere valeat illam summæ ratam, quam contribuere debet cum Capitulo, & Canonicis, ceterisque de
17 Clero tam Sæculari, quam Regulari, ex quo nemo ab eodem Visitatore remanet exemptus, licet in specie contribuere teneatur ille, qui est in culpa præcipiendæ Visitationis, ut relatis pluribus, ejusdem *Sac. Congregat.* resolutionibus, testatur *Nicol. in Flosc. sive notabil. pract. verb. Visitatio n.24. per tot.*

Ut potius ipsemet Episcopus vel occasio, vel causa censeatur esse hujus extraordinariæ Visitationis ex aliquo forsan capite commissio-
18 nis, vel omissionis in exercitio sui muneris, adeout saltem pro forma cogatur subjacere interrogationibus ipsius Visitatoris usq; ad *n.70., & ultra*, quas in proposito numerat *Nicol. lib. 3. canon. resolut. tit. 49. de cens. sub. §. De Visitat. Apostolic. n.29.* ideoque perperam occasionem hanc, vel causam, quã ipse fortasse dedit huic impensæ, refundere potest in Pensionarios ignaros, & innocuos,
19 contra omnem rationem, & æquitatem, de qua in *cap. damnum de regul. jur. in 6. Marant. contr. forens. par.3. respons.27. Surd. dec. 44. n.6.* cum aliis in proposito deductionis, & refusionis expensarum relatis per *Rot. in decis., seu disc. edito in illa Bononien. Montis Butrii 14. Feb. 1707. §. Descendendo autem & §. Ceterum quando cor. Me.*

Postremo nec ad creditum Episcopi poterant ullo modo connumerari duæ illæ aliæ partitæ, altera *librarum 2700.*, quæ dicebatur soluta PP. Missionariis Civitatis Bastiæ, & altera *scut. 365.* pro totidem, ut prætendebatur exbursatis nonnullis Canonicis ob Chorale servitium ab illis præstitum in locum Absentium, quia quatenus pertinebat ad primam, adeo ea præstita apparebat subobscure, ut recte discriminari non posset, an prætensæ solutiones haberent respectum ad PP. Missionarios tamquam Missionarios, sive adscitos per Episcopum, juxta eorum Institutum pro fidelibus erudiendis ad salutem, & in viam Domini ducendis, vel tamquam fortasse Pensionarios ipsius Mensæ Episcopalis, sed in utroque eventu nil hoc attingere valebat R.P.D. de Alteriis, nam si hujusmodi Patres forte creditores erant, ut Operarii Ecclesiastici, & Seminatores seminis Evangelici, & in hoc Episcopus implere de-
20 bebat ex semetipso proprium munus, vel propriis sumptibus alios conducere, secundum annotata per *Canonistas in cap. Episcopus nullam 88. distinct., c. audire 25. distinct. c. inter cetera de offic. ordin. Sac. Concil. Trid. sess.25. de reform. c.2. & sess.24. c.4. Filesac. de Sacr. Episc. auct. c.1. §.4. Zerol. in prax. p.1. verb. prædicatio §.7. Barbos. de Offic. & potest. Episc. p.2. in comp. n.23. & p.4. alleg.76. nu. 3., & seq., & nu.15.*

Si vero Creditores erant ex causa alicujus Pensionis ad eorum favorem reservatæ, quemadmodum vix colligi videbatur ex verbis *Peritiæ fol.36.* & jam eo ipso, quod idem R. P. D. de Alteriis propriæ Pensionis eventualis exsequutionẽ reportavit, tamquam purificata, sive resoluta suspensione Gratiæ Pontificiæ tam in *Tribunali A. C.*, quam in Sacro Auditorio coram *R.P.D. Muto* in altera *Alerien. Pensionis 5. Julii 1694., & 20. Febr. 1696.* præsumendum erat, quod annua *scuta 700.* prædictæ Pensionis eventualis a correspondenti cessatione aliarum Pensionum
21 exstiterint libera remansa, & immunia ob illam præsumptionem, quam secum ferunt judicata, de qua in *l. res judicata ff. de regul. jur. Rot. dec. 461. n.4. cor. Emer. Jun., & dec. 201. nu.1. p.18.*

Quo tandem ad pecunias, seu distributiones exsolutas Canonicis, & quale nam interesse admixtum considerari valebat cum Pensionariis? dum citra imaginabilem necessitatem, quod Episcopus suppleat de proprio satis superque desuper consuluere Sac. Canones, & Concilia per punctaturas Absentium per jus accrescendi, seu non decrescendi inter Præsentes, aliave adhibuerint remedia, quæ
22 etiam Sacrosancta Synodus Tridentina vigilantiæ, & exsequutioni Episcoporũ commisit, ut sancitum legitur *a Sacro Conc. Trid. sess.21. c.3. de refor. cum ibi notat. per Barbos. n.17., & 18., Pignatell. consult. 15. nu. 4., Monet. de distribut. quotid. p.3. qu.6. sub nu. 29., Rot. dec. 977. n.3., & 4. cor. Coccin., & in Melevitana Decretorum 21. Martii 1707. §. Adhuc per moderniores cor. Me.*

Cumque nullum per antea ostenderetur Solitũ

Mensæ ad supplendum in hoc casu de pro-
prio, neque quod contigerit hujusmodi so-
lutio, nisi de tempore solius administratio-
nis exercitæ per Episcopum, qui ulterius ab
eisdem Canonicis exstitit sollicitus exigendi
relevationis promissionem, utique hæ cir-
cumstantiæ, hæc affectata cautela nimiam
23 ingerebat suspicionem in judiciis non tole-
randam, ut comprobant *Bald. cons.487. sub
n.1. vers. quanto plus lib.1.*, *Bero cons. 59.
n.14. vers. ex aliis etiam Rot. dec.305. nu.13.
p.9. rec.*, *& in Hostunen. Beneficii 27. Jan.
proxime præteriti* §. *Cum igitur cor. Me*.

Subductis itaque *scut.* 200., ad quæ restringe-
bantur geminæ partitæ superius Episcopo
bonificatæ, jam palam erat, quod ad nor-
mam Peritiæ de *scutis* 1273. restabant in ma-
nibus Episcopi *scuta* 1073., unde finaliter
æquitas suadebat rimandi, quid e converso
pro parte R. P. D. de Alteriis juridice affer-
retur ad totius præfatæ summæ incremen-
tum, & impinguationem pro ascensu ad
gradum, integre illum satisfaciendi de sua
Pensione, consistente in *scutis* 2450. Et primo
intuitu per oppositum aspectum sese offere-
bat augmentum illarummet duarum parti-
tarum, quas perperam Peritus in Episcopi
levamen diminuerat, videlicet *scut.* 184. quæ
præfato Vicario Apostolico exbursasse Epi-
scopus profitebatur, nec non *scut.* 365., quæ
pariter supradictis Canonicis subministrasse
asserebat, quæ omnes tamquam conflantes
scuta 549. adauctæ reliquatui *scut.* 1073.
24 constituebant summam *scut.* 1642. ex vul-
gata regula, quod *contrariorum eadem sit
disciplina* per *Text. in cap. translato de constit.
& cap. intellectum de Jur. Jur. Alex. cons.
101. nu.13. vers. quod contrariorum lib. 8.
Rot. dec.517. n.34. cor. Ludovis. & dec.234.
n.32. p.18. rec.*

Reliquum proinde sufficiens ad superandam,
vel saltem implendam quantitatem prædi-
ctorum *scutorum* 2450. deprompturn facile
fuit pro importantia tot nominum debito-
rum, quæ conflabant summam *scutor.* 1994.
& inexacta remanserant, circa quod aliqui-
bus *ex Dominis* videbatur, totam hanc parti-
tam, seu summam refundere procul dubio
debere Episcopi hereditatem ad debitum
administrationis, quia cum nullæ ostende-
rentur adhibitæ diligentiæ nec extrajudi-
ciales, nec judiciales usquæ ad procuran-
dam mandatorum relaxationem, eorumque
exsequutionem, nequiverat Episcopus, si
voluntarie susceperat eamdem administra-
tionem, ullatenus sese excusare ab ea culpa,
25 vel negligentia, quæ semper obligat Ad-
ministratores ad refusionem inexacti juxta
litteralem dispositionem *Text. in l. 2. ff. de
administrat. rer. ad quem pertinent l. nomina
Cod. arbitr. tutel. l. a Procuratore Cod. mandat.
l. si pupillus* §. *Videamus ff. de negoc. gest.* ubi
*Bart. & Doctores Soccin. sen. cons. 2. num. 2.
& seqq. Olea de cess. jur. tit. 5. quæst. 12. n.
22. & seqq. Panimoll. dec. 133. num.2. Rot.
dec. 1203. num. 27. cor. Emerix jun. & decis.
370. num. 22. par. 15. rec.*

Alii vero subdebant, quod quatenus exuendo
rigorem, vellemus excusare eumdem Epi-
scopum ab hac, vel illa partita, vel propter
inexigibilitatem aliquorum debitorum, vel
ob tales quales diligentias, quæ melius tra-
ctu temporis justificari potuissent, semper
detrahendo etiam medietatē, restabat quan-
titas exuberans pro satisfactione Pensiona-
rii, ut ex superius facta imputatione mani-
26 feste constabat, in majori namque summa
inerat minor, quæ sat erat, ut dicunt *Bald.
cons. 307. vers. in contrarium lib. 1. Menoch.
cons. 265. num. 3. Novar. quæst. foren. lib. 1.
quæst. 24. num. 6. Thesaur. dec. 122. nu. 10.
Rot. dec. 325. num. 8. par. 16. & dec. 51. n.
10. par. 18. recen.*

Omiseram differere de via exsequutiva, quam
locum sibi usurpare non posse contendebant
memorati Scribentes pro hereditate, ex
quo judicium redditionis rationis suapte
natura sit judicium ordinarium per tres sen-
tentias conformes dirimendum. Quoniam
non solum hujusmodi redditio rationis pro-
veniebat ab exceptione opposita per Epi-
scopum adversus clarissimam actionem exse-
quutivam R. P. D. de Alteriis, proindeque
non solum inepta reddebatur ad interver-
tendam ipsam viam exsequutivam, verum
quoque superabundabat, quod visa fuisset
turbida, ne illam retardaret juxta familiare
27 dicterium *Actio clara &c.* de quo in *l. scire*
§. *Scire autem oportet ff. de excusat. tutor. Felin.
in c. Pastoralis nu.13. de excep. Card. de Luc.
de camb. disc.22. num.4. Rot. decis. 301. n.6.
coram Bich.*

Sed geminæ concurrebant quoque replicatio-
nes, quæ supradictam jugulabant exceptio-
nem, prima quia talis concupita redditio
rationis per modum, ut diximus, exceptio-
nis non fuit per indulgentiam Tribunalis sim-
pliciter admissa sub die 3. *Decembris* 1705.
sed delegatus exstitit in Partibus Judex cum
clausula *sine præjudicio jurium ambarum
Partium*, *& salvis hinc inde protestatis*, &
secunda quia ex præmissis ab initio, nec red-
ditio rationis administrationis Mensæ Epi-
scopalis, licet expleta exstitisset cū plenaria
absolutoria hereditatis Episcopi, in nihilo
efficiebatur operativa nisi insimul collata, &

com-

computata fuissent Bona Patrimonialia, & propria ipsius Episcopi, idque ad finem non deducendi Congruam Conciliarem, sed tantummodo Alimentariam ad toties laudatam *Decisionem in Sancti Severini Congruæ coram Ottalora*, quæ punctualissime loquitur de consimili Pensione eventuali, similiter reservata sub eadem forma favore Principis Pamphilii, Nepotis *san. mem. Innocentii X.* Et ita utraque &c.

Asculana redditionis rationis.

Lunæ 27. Januarii 1710.

ARGUMENTUM.

Licet regula sit, quod ratio semel reddita denuo reddenda non sit, id tamen non procedit quando constat de errore, vel nullitate, quibus scatet prima rationis redditio, quo casu sive Tutor, sive quilibet alius administrator compellitur ad iteratam redditionem rationis: Ex quibus autem probetur nullitas, & error redditionis rationis patet ex sequenti Summario. Quanto tempore præscribatur actio ista redditionis rationis.

SUMMARIUM.

1. *Ratio semel reddita denuo reddenda non est.*
2. *Præsertim si rationis redditio facta fuerit per publicum instrumentum, & Judice suū decretum interponente, & defluxus fuerit lapsus longi temporis.*
3. *Limita si dicta rationis redditio aliquali laboret nullitate.*
4. *Vel de claro errore pateat.*
5. *Redditio rationis facta a Tutore absque inventario tutelari est nulla, & nulla absolutoria reportata a quolibet Administratore.*
6. *Item est nulla, & suspectissima si facta fuerit absque libris tutelaribus*; Contrarium vid. n. seq. Sed declara n. 8.
9. *Modus reddendi rationem suspectus, & inordinatus illius nullitatem parturit.*
10. *Administrator particularis sat est ut rationem reddat de effectibus, qui ad illius manus pervenerunt.*
11. *Administrator non minus quam Tutor quilibet tenetur exactissime reddere rationem.*
12. *Quod procedit etiamsi administrator per se non administrasset, sed alter, ipso sciente, & consentiente.*
13. *Judicis decretum nullum tamquam individuum non potest pro una parte reprobari, & pro altera sustineri.*
14. *Pretia rerum, earumque redditus singulis annis, quinimmo in dies variantur.*
15. *Quilibet Tutor, seu generalis administrator tenetur punctualiter, & ad oculum reddere rationem, non minus de exactis, quam non exactis.*
16. *In administratione si fuit in uno erratum, etiam in aliis erratum præsumendum est.*
17. *Judicis decretum non facit sanare falsitatem causa, errores, aliasque nullitates.*
18. *Vigilantibus, & non dormientibus Jura succurrunt.*
19. *Ad præscribendam actionem super redditione rationis spatium annorum 30. requiritur.*
20. *Multa pauca faciunt unum satis.*
21. *Ratio legitime reddi debet usque ad minimum quadrantem, aliter non suffragatur.*
22. *Matri binubæ est de Jure interdicta administratio bonorum pupillarium.*

DECIS. CDLXXX.

INcidit in Scyllam cupiens vitare Charibdim canebat *Vates*; sed, & ipsum dicere coactus etiam fuit hodie Ciavarnellus, quoniam licet ipse sententiam obsolutoriam obtinuisset *ab A. C.* super redditione rationis administratæ per Mariam ejus Matrem de effectibus Caroli Patris Catharinæ, & Cariddiæ, attamen, silente adhuc eadem Cariddia, Catharina Soror, provocans a supradicta sententia, proclamavit ad *Sac. Auditorium* pro nova redditione rationis; Unde, per *me* congruo dubio proposito, a *Dominis meis*, audivi, *locum esse novæ redditioni rationis*.

Neque ullo modo *Dominos* retraxit ab injungenda nova redditione rationis, regula in se

1 verissima, quod ratio semel reddita, denuo reddenda non sit, per *Textus litterales in l. semel. C. de apoch. public. l. siquidem C. de Transact. Cyriac. contr. 544. ex n. 120. cum seqq., Excobar. de ratiocin. cap. 41. num. 1., Rot. dec. 469. nu. 5. coram Merlin. dec. 128. num. 1., & seqq. par. 10. rec. & in Romana, seu Neapolitana redditionis rationis 26. Aprilis 1697. §. Stabilita coram bo. mem. Ursino, & in Faventina redditionis rationis super reservatis 22. Junii 1705. §. Etenim coram R. P. D. meo Scotto.*

Potissime cum eadem redditio rationis jam facta, appareat discussa coram Peritis, & in publicum Instrumentum redacta, Judice desuper interponente Decretum, cum ulteriori defluxu plusquam viginti annorum, quando paulo plus requirebatur, etiam non secu-

2 ta alia redditione rationis, ad enervandam, & præscribendam quamlibet actionem desuper exercibilem, ut ostendunt *Capyc. Galeott. controvers. jur. lib. 1. controv. 29. nu. 31., & seqq. Felic. de Societ. cap. 37. num. 7., & n. 55. cum seqq., Munoz. de ratiocin. cap. 41. nu. 18. Rota dec. 344. num. 3. coram Millin.*

cum aliis relatis *Cantordan. in tract. de Com-*
merc., & mercat. disc. 62. n. 12.

Duplicem siquidem, & solemnem hujusmodi
regula patiebatur exceptionem, & utramque
casui nostro applicabilem; Alteram nimirum,
quoties redditio rationis aliquali claudicet
3 nullitate, vel de claro pateat errore, sicuti in
ordinem ad primam conclusionem habetur
penes *Cancer. var. resol. lib. 1. cap. 7. n. 53.*
4 *& lib. 3. cap. 15. n. 35., & seqq. Guttierez.*
de Tutor., & curator. par. 3. cap. 4. n. 119.
Rota dec. 1310. n. 2. cor. Pania, & circa se-
cundã videre est apud *Doctores in l. unica C.*
de error. Calcul., Roland. cons. 49. Farinacc.
cons. 96. nu. 1. Gratian. discept. forens. 563.
n. 30., & 37., ibique Carol. Anton. de Luca
in addit sub n. 8. Baldus. rerum judicat. tit. 3.
dec. 18. n. 14., Cutell. decis. 27. n. 13., Ro-
ta dec. 25. n. 26., & seqq. coram Ottbobon.
dec. 39. num. 1., & 2. par. 14. rec., & in d.
Faventin. redditionis rationis 22. Junii 1705.
§. Nec obstare visa sunt cor. R.P.D. meo Scot.

Diximus *applicabilem*, quia nullitas manifesta-
batur ex pluribus, quæ tam seorsim, quam
insimul juncta, insanabilem nullitatem effi-
ciebant; deventum siquidem in primis ex-
stitit ad eamdem redditionem rationis, nul-
lo exhibito Inventario tutelari, & tamen ipsũ
5 reputatur, & est basis, ac fundamentum red-
dendæ rationis, proindeque, eo deficiente,
nulla palã reddebatur redditio rationis, nul-
la absolutoria reportata a quolibet Admini-
stratore, *l. si quis rationem, Cod. de eden. l.*
2. C. de administrat. Tutor., Cancer. var. re-
sol. par. 3. cap. 2. num. 1. Rota dec. 101. n. 1.
& seqq. cor. sa. me. Alex. VIII., dec. 240. n. 1.
par. 9. dec. 204. n. 3. & 4. par. 14., & dec.
447. num. 18. par. 18. rec., & in Bononien.
Census 6. Aprilis 1685. cor. bo. me. Florez,
impress. inter recollect. ad ornatum Card. de
Luca tit. de Donat. dec. 42. §. 2., et seqq.

Rursus nec etiam exhibiti dignoscebantur Li-
bri tutelares, prout necessario expostulatur,
ad effectum, ut Periti valeant, facta con-
frontatione cum Inventario, recognoscere
quid, & quantum ad manus administratoris
pervenerit, & quomodo se expurgaverit,
seu dispunxerit rationes, itaut in his termi-
6 nis peccatum dicatur in forma substantiali,
reddaturque ipsa redditio rationis non mi-
nus nulla, quam suspectissima, juxta moni-
tum *Angeli cons. 275. n. 5., Roland. a vall.*
cons. 49. nu. 20. lib. 1., Gozzadin. cons. 17.
num. 17., Rota d. dec. 101. nu. 8., & seqq.
cor. Ottbobon., dec. 1347. n. 1. cor. Seraphin.
dec. 89. num. 2. cor. Merlin. dec. 1203. n. 8.
cor. Emerix Jun., dec. 297. n. 9. par. 6. rec.,
& in d. Bononien. Census cor. Florez n. 10.

Etsi enim etiam absque Libris ratio valeat e-
nucleari, cum hi non sint necessarii, nec
simpliciter, nec necessitate medii, ex tra-
7 ditis per *Andreol. controv. 124. num. 7.* cum
aliis plene relatis *in tract. de commerc., &*
mercat. disc. 52. num. 28.; Id tamen intelli-
gitur, dummodo huic defectui suppleatur
per æquipollens, quod hic factum non fuit,
scilicet per Testes, per publica documenta,
8 similesque concludentissimas probationes,
ejusdem defectus reparativas; quemadmo-
dum declarant *Calcan. cons. 99. in fin. Fari-*
nacc. cons. 96. num. 44. et seqq., et nu. 50.,
ubi Rota in Romana Tutela cor. Gyptio, Ursill.
ad Afflict. dec. 360. num. 10. in fin. Card. de
Luca disc. 7. num. 15., & disc. 17. num. 5.,
& 9., ead. Rota dec. 97. num. 5. et 6. coram
Pamphil., et in Bononien. redditionis rationis
8. Aprilis 1680. §. Non obstat, quod aliquan-
do cor. bo. me. Albergato.

In præsenti namque potius concurrebant o-
mnia, quæ poterant destruere sinceram, &
legitimam exhibitionem Librorum, reddi-
tionemque rationis: Partitæ enim annotatæ
emergebant in confuso per modum in folle,
absque distinctione annuorum reddituum,
absque contrapositione quotidianarum ex-
pensarum, & dumtaxat exhibitæ fuerunt
nonnullæ notulæ Introitus, & exitus coram
utique duobus Peritis, sed qui in earumdem
Partitarum examine minime excesserunt nu-
dos terminos Calculatorum, prout eorum
alter sese positive declaravit, & sub expres-
so juramento testatus erat, *Summario Ca-*
tharinæ Num. 3.; unde tantum aberat, ut
suppletum dici potuerit Inventario, Libris-
9 que tutelaribus, quin potius hujusmodi mo-
dus reddendi rationem adeo suspectus, &
inordinatus, alteram parturiebat nullitatem,
ex congestis per *Gratian. discept. forens. cap.*
563. nu. 30. & seqq. Montan. de Offic. Tutor.
& Curator. cap. 23. reg. 8. num 1. Rota dec.
228. num. 23. cor. Priolo dec. 219. num. 25.
cor. Pamphil., dec. 2214. per tot. cor. Coccin.
dec. 25. num. 23. par. 5. rec., & in d. Bono-
nien. Census 6. Aprilis 1685. cor. Florez sub
num. 9. vers. ultima vero.

Absque eo quod, ad effectum, de quo tracta-
batur, prodesse valeret replicatio, quod
Maria non foret vera Tutrix, sed Magdale-
na ejus Mater; Quantum enim spectabat ad
Pupillas, parum intererat hæc differentia,
nam quid dicendum esset, Si Maria ex-
10 stitisset Administratrix particularis? tunc
quippe sat foret reddere rationem de effe-
ctibus, qui ad illius manus pervenissent *Te-*
ste Bartol. in l. ultima §. fin. C. de administr.
Tutel., Eugen. cons. 19. nu. 1. lib. 1. Castald.
con-

consult. 251. lib. 2. n. 7. & 8. Rota dec. 470. per tot. par. 1., dec. 297. num. 19., & seqq. par. 10. dec. 155. num. 3. par. 19. rec., & in Romana Pecuniaria 6. Junii 1701. §. Ita etiam cor. bo. me. Muto.

In hypothesi vero nostra Maria fuit universalissima Administratrix, & de facto, tamquam talis, Administrationem assumpsit, & expresse promisit reddere rationem, Summaria Catharinæ Num. 1. unde quis neget, quod
11 de omnibus non minus ac quilibet Tutor teneretur exactissime reddere rationem? l. Tutor. Administrationem in fine ff. de furt. Castald. consult. 249. num 4. lib. 2. Rota d. dec. 297. num. 19. in fin. par. 10. rec.: Quinimmo etiam si postea de facto eadem Maria non administrasset, sed alter pro ea, ipsa sciente, & patiente, pari modo remansisset
12 ad eamdem redditionem rationis obstricta, ad firmata per Gloss. in l. Tres Tutores 56. §. Non solum verb. mandavit ff. de administr. Tutel., Gratian. discept. forens. 395. nu. 12. & 13. Rota dec. 869. n. 2. cor. Emerix Jun.

Ceterum eo vehementius ista pungebant, quia adeo nulla fuit, inconsiderata, & injusta hæc redditio rationis, ut non solum sub eodem Instrumento liberationis, & quietantiæ indefinitæ remanserit perperam absoluta Maria actualis administratrix, sed eodem contextu eadem Magdalena positiva Tutrix, & quæ confecerat Inventarium, postea, ut diximus, non exhibitum Judici, & Peritis; unde, cum esset individua hæc absolutoria, non poterat favere Mariæ etiam simplici administratrici, & favere quoque Magdalenæ,
13 quæ computum non reddidit, sicque ratione etiam ipsius individuitatis nullo modo poterat sustineri, & liberatio, & Judicis Decretum tam evidenter in parte nullum. Honded. consf. 32. n. 10. lib. 1., Gratian. discep. forens. c. 691. n. 32., & 33., Rota decis. 852. nu. 2. par. 4. divers., dec. 242. nu. 13. p. 6., & dec. 340. num. 9. par. 12., & dec. 447. num. 6. par. 18. rec.

Hæc quoad nullitatem, sed nec cessabat altera limitatio palpabilis erroneitatis tam explicite, quam implicite; Explicite quidem, quomodo namque error nō aderat circa partitas Introitus, dum signanter per integrum decennium partitæ recollectionis redditaum apparebant calculatæ semper uniformiter scilicet vinum, frumentum, & oleum quolibet anno in eadem quantitate, & in eodem pretio, quando, ut experientia monstrat, & ratio naturalis ostendit, quod singulis tempestatibus, sive annis augentur, & minuun-
14 tur redditus, imo quoad pretia etiam assidue variantur in dies, Bald. in l. 1. sub n. 22. vers. adde quod fructus C. de fructibus, & lis. expens., Rota dec. 76. nu. 7. cor. Ludovis., & dec. 61. n. 10., & 11. cor. Cerro.

Implicite pariter insurgebat error manifestus, quia ex eadem Peritia liquebat, quod Mariæ frater fuerat ab ea constitutus Exactor redditaum pupillarium cum nimis evidenter excessiva provisione scut. 10. pro quolibet centenario, absque eo quod revoluta tota redditione rationis, sciri potuerit, quænam quantitas fuerit ab uno, vel altero Debitore exacta, quæve perseveraverit inexacta, & a quibus Debitoribus, & tamen nemo ignorat, quod Tutor, seu administrator generalis tenetur punctualiter, & ad oculum
15 reddere rationem non minus de exactis, quā de inexactis, ut reliquis adductis, dixit Rota in Viterbien. Bonorum super Creditis 20. Aprilis 1703. §. In nihilo officiente coram Me, & in Alerien. Pensionis 15. currentis Mensis, & anni pariter coram Me.

Descendendo autem ad explicitos errores, & prætermissis quoque iis, quæ per Causæ Patronum uberius demonstrabantur, ultra reincidentiam mercedis, de qua supra, ad rationem scut. decem pro centenario, quæ nullatenus deberi poterant, si nihil fuisset exactum, palam defecit Maria in annotando ad Introitum partitam Cadorum 40. vini, nec non quamplura nomina Debitorum, inter quæ Monasterium S. Honuphrii, quod erat Debitor in scut. 400., & ultra, ideoque non solum ab hujusmodi ostensione erroris locū sibi vindicabat secunda limitatio superius adducta, sed intrabat, juncto defectu exhibitionis Inventarii, Librorumque tutelarium, illud urgens argumentum quod si erratum fuit in his, quid in aliis? Ad regulam, de
16 qua in proposito Tobb. Non. consf. 63. n. 7. vers. quemadmodum igitur Paulut. dissert. legal. 46. n. 10. tom. 1. Rota dec. 79. n. 2. cor. Gregor. ibique adden. n. 6., dec. 596. n. 10. cor. Bich. dec. 320. nu. fin. p. 14. rec. dec. 292. n. 13., et dec. 584. n. 13. p. 19. rec.

Præfulgentibus itaque tot nullitatibus, & tot insanabilibus erroribus, parum refragabantur insinuatæ, ut supra, per Mariam excusationes, quod Judex interposuerit Decretum, quod Cariddia Soror taceret, quod ageretur de parvis Partitis, quodque demū præterlapsi fuissent anni plusquam viginti. Decretum quippe Judicis, quantam sibi promereretur fidem, seu probabilē præsumptionem, non solum patebat ex reduplicata admissione Fratris Mariæ in Proximiorem videlicet, & insimul in Exactorem effectuum
17 pupillarium, & de cetero Judicis Decretum non facit sanare falsitatem Causæ, errores, alias-

aliafque nullitates, ex relatis per *Rot.dec.4. per totam poſt Urceol. de Tranſact.dec.144.n. fin.poſt Morden.Conſtant. in Collect.ad ſtatut. urbis tom.3., dec. 312. a n.23. p. 16., et dec. 27. n.3. p.17. rec.*

Silentium Cariddiæ forsân fuo loco, & tempore vertetur in loquelam, & in omnem cafum non officit Catharinæ, quæ clamavit, & clamat ad Judicem, coincidente adagio, quod
18 *Vigilantibus, et non dormientibus jura ſuccurunt*, de quo *Surd. conſ.4. nu.11., Angel. de legitim. contradictor. qu.2.n.109., Seſſ.deciſ. Aragonen.206. n.19.*

Quod demum tranfacti forent 20. anni, jam diximus etiam in objecto, quod ad minus *triginta anni* requiruntur ad præfcribendam
19 actionem fuper redditione rationis, & de reliquo huic objecto fic pofitive alias etiam refpondit *Rota in Faventina redditionis rationis 20. Martii 1705. §. Non obſtat coram R. P. D. meo Scotto.*

Circa modicas partitas, jam ex fupra relatis emergebat contrarium, cum non fint modicæ partitæ illæ fcut. 400. cum reliquis jam
20 tactis; Et nihilominus tritum eft Dicterium; *quod multa pauca faciunt unum ſatis*, & quod ratio legitime reddi debet ufque ad minimum quadrantem, aliterque nullatenus
21 fuffragetur, ad *Text. in l.1.§. Officium ff.de Tutel., et ration. diſtrahen.l.Rationes 14.Cod. de adminiſtrat.Tutor., Rota dec.60.n.1.coram Otthobon., dec.494. n.5., et 6.cor. Merlin., dec.321. n.3., et ſeqq. p.13. rec., et in Romana, ſeu Sarzanen. redditionis rationis 14. Aprilis 1698. §. Ulterius coram R. P. D. meo Priolo.*

Accedente pro coronide (licet ex abundanti) quod *tanto magis ad iteratam rationem compelli merebatur Maria*, ea fiquidem etiam abftractive in jure perfonaliter erat fufpecta, veluti *Mater binuba*, & nihilominus adhuc volens perfeverare in Adminiftratione Bo-
22 norum pupillarium, quæ de jure pariter illi erat interdicta, *Auth. eiſdem pœnis C. de 2. nupt. Berſan.de Viduis c.3.qu.8.n.1., Surd.de aliment.tit.4.qu.13.nu.15.; Vivian.deciſ.16. n.3. de Franch. dec. 370. nu. 2., et 3.*

Et ita utraque &c.

Hoftunen. Beneficii.

Lunæ 27. Januarii 1710.

ARGUMENTUM.

Beneficium laicale fi intra terminum quatuor menfium non fit a Patronis collatum, fit locus fuppletivæ collationi prius ab Ordinario, de in a Metropolita, & demum a Summo Pontifice. Hoc autem fpatium non incipit currere a die vacationis fequutæ, fed a die habitæ notitiæ, & fcientiæ Patronorum, ex quibus autem excludatur hæc fcientia, & præfumatur ignorantia, leges in Decifione fequenti, ubi etiam optime enucleatur an, & quo cafu valeat Edictorum affixio; & quomodo ifta facienda fit.

SUMMARIUM.

1. *Beneficium laicale ne diutius remaneat ſine Rectore Sac. Canones præſcripſere ſpatium quatuor menſium, alias ſit locus ſuppletivæ Collationi prius ab Ordinario, dein a Metropolita, & demum a Summo Pontifice.*
2. *Quamvis reſpectu Papæ re integra manus apponentis, ac prævenientis is ordo queat interverti.*
3. *Nulla præſcriptio currit adverſus ignorantem.*
4. *Et nullum tempus ad effectum de quo ſupra.*
5. *Prædictum autem ſpatium quatuor menſium non incipit currere a die vacationis Beneficii, ſed ab illo juſtificata ſcientia vacationis*, & num. feqq.
6. *Facti alicujus ſcientia numquam præſumitur.*
7. *Præſentatio eſt fructus Juriſpatronatus.*
8. *Præſumptio præſumptionis non admittitur.*
9. *Ignorantia vacationis ex quibus præſumatur*, & nu. feqq.
10. *Ordinarius ſi ſcit, Patronum eſſe Pupillum ad excluſionem devolutionis quid feciſſe præſumatur.*
11. *Ignorantia præſumitur ex diſtantia loci, ubi quis degit, a loco ubi Beneficium vacavit.*
12. *Item ſi fuerit juratum ab ipſo Patrono Viro nobili cum juramento, ſe hujuſmodi vacationem neſciviſſe.*
13. *Quod procedit etiamſi fuerint in loco vacationis affixa edicta ad Valvas Eccleſiæ*, & nu. feqq.
14. *Citatio per Proclama, ſeu per edictum affixis Perſonas incertas, ſed certas nullatenus ligat, aut offendit*, & nu. 17.
15. *Ad medendum præjudicio vacationis vel debet Ordinarius, effluxo quadrimeſtri, Beneficium conferre, vel appoſito interim Oeconomo, ſeu Cuſtode certiorem reddere Patronum.*
16. *Affixio Edictorum non requiritur in collatione quam facit Ordinarius jure devoluto ob non præſentationem Patronorum.*
17. *Affixiones edictorum quibus caſibus a Sacris Canonibus fuerunt demandata*, & num. 19.
18. *Patroni quando ſint certi, nominatim debent citari.*
20. *Cautela affixionis Edictorum citra neceſſitatem*

tatem ab Ordinario adhibita quam pariat
suspicionem.

21. *Regula Cancellariæ locum sibi non vindicant*
in Beneficiis existentibus de Jurepatronat.
Laicorum.

22. *Bona fides requiritur in præscriptione.*

DECIS. CDLXXXI.

Bina uniformia præcessere Judicata, per
quæ Bartholomæus litteras, ab Aposto-
lica Sede reportatas, quasve nuncupant *pro*
Præsentato, declarari constanter obtinuit,
esse exsequendas; cumque postremum ab
R. P. D. meo Crispo in Sacro Auditorio pro-
manasset, idcirco, ad tertiam provocatio-
nem Francisci succumbentis, sciscitatus sum
Dominos, utrum *Sententia Rotalis nec ne fo-*
ret confirmanda, & unanimiter audivi ora-
culum exire *pro Confirmatione*.

Non enim dubium aliquod emergere valebat
circa justificationem ipsarum litterarum, vi-
delicet de Patronatu Familiæ Boviæ, deque
Præsentatione hodie legitime expleta per
Abbatem Guidonem ejusdem Familiæ, ac
controversi Beneficii Patronum, uti lucide
demonstrabat *antecedens Decisio edita coram*
præfato R. P. D. meo Crispo sub die 10. De-
cembris 1708.; Sed tota, si quæ poterat ad-
esse, difficultas, unice fundabatur in multi-
plicato lapsu quatuor mensium, quos, ne
diutius Beneficium sine Rectore, seu Mini-
stro remaneat, *Sacrosancti Canones* præscri-
psere, alias ex capite scalaris devolutionis
fit locus suppletivæ collationi, prius ab Or-
1 dinario faciendæ, dein a Metropolita, &
demum a Supremo Militantis Ecclesiæ Ca-
pite, seu Papa, juxta sanctionem *Textus in*
cap. 2. & 3. de supplend. negligent. Prælator.
cap. cum prope de Jurepatr. Vivian. de Jurepat.
lib. 3. c. 12. n. 7. & lib. 14. c. 6. per tot. Rota in
Asculana Beneficii 8. *Martii* 1700. *§. Parum*
cor. Me, & in Senogallien. Beneficii 23. *Apri-*
lis 1703. *§. Quod autem cor. bo. me. Muto.*
Quamvis, respectu Papæ, quandocumque,
re integra, manus apponentis, atque præve-
2 nientis, queat is ordo præcisus interverti,
ex connotatis penes *Rebuff. in prax. titul. de*
devolut. num. 49., Antonell. de tempor. legal.
lib. 3. cap. 16. num. 20. Lotter. de re Benefi-
ciar. lib. 2. quæst. 24. num. 67. Card. de Luc.
de Benefic. disc. 23. sub num. 24., Rota dec.
2129. *num. 14. cor. Coccin.*

In facto siquidem materialis temporis decursus
utique erat adeo longævus, ut superabun-
dantem traheret devolutionem, sed cum
3 adversus ignorantem nullam præscriptionē,
& ratio ipsa, & civilia jura decernant, per
Text. in l. prima, ibique Bartol. §. Si quis
autem ff. de itiner., actuq; privat. & in l.
cum filius §. In hac, ubi Alexander ff. de ver-
bor. obligat., Rota dec. 426. num. 12. coram
4 *Duran.*, nullumque tempus ignoranti de-
currere monuit in proposito per *Textum in*
l. 2. C. qui admitti, Bald. cons. 129. num. 3.
& seqq. vol. 1., Vivian. de Jurepatronat. lib.
7. cap. 2. num. 10., hinc ne durius pia Ma-
ter Ecclesia agat contra Laicos Fundatores,
atque Patronos, curriculum præfatorū qua-
tuor mensium, non jam a die vacationis Be-
neficii, sed ab illo justificatæ dumtaxat
5 scientiæ talis vacationis dari, seu defluere
permisit. Quemadmodum, amputato non-
nullorum rigore, ex communiori Canonista-
rum sententia millies definivit *Rota*, & si-
gnanter *dec. 380. num. 1. cor. Seraphin. dec.*
114. num. 8. cor. Cerr. dec. 154. n. 9. par. 12.
rec., in Romana Cappellaniæ 25. Nov. 1707.
§. Verum cor. Me, in Mediolanen. Beneficii
18. Junii 1708. §. Narrativa coram Rm̄a O-
manna Episc. Giennen., & in Capuana Juris-
patronat. 11. Maji 1708. §. finali cor. R. P.
D. meo Lancetta.

Diximus *justificatæ scientiæ vacationis*, non
6 solum quia facti alicujus scientia nusquam
præsumitur, sed etiam quia illam præsume-
re aliam nimis inverisimilem, & repugnan-
tem præsumptionem involveret, quod nem-
pe Patronus vacationem, sciens fuerit adeo
7 socors, ut fructui sui onerosi Jurispatrona-
tus, qualis est præsentatio, mallet renun-
ciare, quando ne fiat catena, seu circulus
8 præsumptionum, præsumptio præsumptionis
non admittitur, ut hisce rationibus freti
passim dixerunt *Genuen. in praxi Episc. c. 83.*
num. 1., Corrad. in praxi beneficiar. lib. 4.
cap. 2. num. 75. Adden. ad dec. 21. num. 19.
par. 3. rec., Rota in Capuana Jurispatronat.
10. Junii 1709. §. Altera vero cor. R. P. D.
meo Aldrovando, & soli postremæ rationi in-
nixi, generaliter prosequuti sunt *Barbos. in*
l. Jurisgentium §. Quinimmo, et in l. si tibi
C. de pactis, Ruin. cons. 151. n. 1. lib. 4. Me-
noch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 43. n. 6. et 7.
Rot. dec. 143. n. 3. cor. Bich. dec. 307. n. 10.
cor. Duran., et dec. 106. n. 18. par. 19. rec.

Applicando propterea ad rem, tantum aberat,
quod ex parte Francisci oppositi Collatarii,
ulla, ut oportebat, justificaretur scientia va-
cationis in D. Abbate, qui Bartholomæum
præpostere præsentaverat, quin potius pro-
babilissima, & quodammodo certa demon-
9 strabatur ignorantia ejusdem vacationis ex
pluribus circumstantiis, quarum prima resul-
tabat, ex quo, cum per binas, ut mox subiicie-
mus, antecedentes vacationes idem D. Ab-
bas explevisset præsentationes in personas
fra-

fratris,& reſpectivè nepotis ipſius Epiſcopi, facile ſibi ſuadere valebat, quod idem Epiſcopus iterata beneficientia devinctus, minimè deſtitiſſet ab eum certiorando de vacatione noviter in perſona ultimi præſentati nepotis ſuperventa; Quemadmodum in terminis longe durioribus, nempe ſi Ordinarius
10 ſciat, Patronum eſſe pupillum, pro veritate ad excluſionẽ devolutionis reſpondiſſe proteſtatur *Vivian. in prax. Jurispat. lib. 7. cap. 2. num. 17.*

Secunda reſultabat ex ipſius D. Abbatis Domicilio, ſeu Incolatu ſemper retento, vel in Civitate Bononiæ ejus Patriæ, vel in Urbe omnium Patria; Unde ex oppoſito circumſpecta diſtantia Civitatis Hoſtuni, tam a Bononia, quam ab Urbe, cum Hoſtunum in finibus Italiæ, ſive in Provincia Brunduſina ſitum exiſtat, non ambegere *Doctores*, quin ſufficientiſſime veriſimilis probaretur, qua-
11 tenus oporteret, ignorantia, ut in fortioribus de Mediolano, ſeu Roma reſpectu Piſanæ Civitatis exemplificat *Vivian. in praxi Jurispatr. lib. 7. cap. 2. num. 9., & 10.* generaliter tradunt *Abbas in c. 2. n. 10. de Conſtitut., Pacion. allegat. 26. n. 64., Pax Jord. elucubrat. Canonic. lib. 4. c. 2. ſub nu. 74., Card. de Luc. de Jurepatronat. diſc. 64. n. 6., Rota dec. 532. ſub nu. 1. p. 4. diverſor. in Romana Cappellania 25. Nov. 1705. §. Fortius cor. Me, et in Capuana Jurispatronat. 10. Junii 1709. §. Et quidem cor. R. P. D. meo Aldrovando.*

Tertia demum aſſurgebat, quando etiam verſari videremur in aliqua dubietate ob juramentum formiter præſtitum ab eodẽ D. Abbate Viro Nobili Patritio, nimirum quod
12 hujuſmodi vacationem penitus ignorabat, quo juramento profecto intercedente, ignorantiam alicujus facti firmius comprobari dixerunt, ad *Text. in cap. nulli in fin. et cap. ut circa §. Super hujuſmodi de elect. in 6. Gloſſ. in cap. qui divinis, et humanis 12. quæſt. 2. Dec. in c. Cognoſcentes n. 18. de Conſtit. Romanus conſ. 59. col. 7. verſic. Puto verius Menoch. de arbitrar. Judic. caſ. 186. num. 3., et ſeqq., Rota dec. 811. num. fin. cor. Merlin., et in Capuana Jurispatron. 11. Martii 1708. §. finali cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Abſque eo quod in oppoſitum pro inducenda, juſtificandave hujuſmodi ſcientia ullo modo ſuffragaretur affixio Edictorum, ut dicitur ad valvas Eccleſiæ, quoniam ſi D. Abbas ex præmiſſis pluſquam probabiliter, &
13 ferme certe ignoravit factum poſitivum mortis Rectoris Beneficii, multo magis ignorare valuit, quod fuerint in tam remota Regione ad valvas Edicta, & cartulæ prætervolantes affixæ, ex aſſueto argumento *Auth. multo magis Cod. de Sacroſanct. Eccl., Surd. dec. 254. num. 15. Rota dec. 165. n. 3. p. 16. & dec. 500. num. 7. par. 19. rec.*

Ceterum notoria nimis eſt diſtinctio, quod cum ex ſuperius inſinuatis indubitanter certus eſſet Epiſcopus de exiſtentia veri Patroni, qui ejus fratrem, & Nepotem in præcedentibus vacationibus præſentavit, nullatenus
14 officiebat generalis citatio per Proclama, ſeu per Edictum, cum illud perſonas incertas afficiat, ſed certas nullatenus vel liget, vel offendat, ex traditis per *Bartol. ſuper Conſtitut. ad reprimendum in verb. per Edictum nu. 16. verſ. primo caſu, & in fin. Abb. in cap. eum in tua col. 2. in princip. qui Matr. accuſar. poſſ., Felin. in cap. quoniam frequens §. Porro col. 2. verſ. conſidera in primis, ut lit. non conteſt. num. 14., Ubert. de citat. cap. 7. num. 349. & ſeqq.*, & in individuo *Rota in Cremonen. Præpoſitura 23. Maji 1644. coram Corrad. impreſſ. penes Caren. reſol. 10. ſub n. 23. verſ. nullitas ſiquidem, & repetit. poſt Vivian. de Jurepatr. dec. 139. n. 28. in fin.*

Validius, quia hujuſmodi Edictorum affixio non carebat aliquali ſuſpicione affectationis; nam Ordinarius vel debebat, defluxo quadrimeſtre, libere ſtatim conferre, vel ap-
15 poſito interim Œconomo, ſeu Cuſtode Eccleſiæ, ejuſque Bonorum, certiorem reddere Patronum, ut, ad medendum præjudicio vacationis, inſinuat *Vivian. de Jurepatron. cap. 2. num. 17., & cap. 3. num. 5.*, & quod de cetero Edictorum affixio non requiratur
16 in collatione, quam facit Ordinarius, jure devoluto, ob non præſentationem Patronorum, in tempore bene advertit *Corrad. in praxi rer. Beneficiar. lib. 4. cap. 3. num. 23.*

Abſtractive etenim Edictorum affixiones a Sacris Canonibus præcipi videntur in duobus tantummodo caſibus, altero ſcilicet, quando Beneficium de Jurepatronatus exiſtit, &
17 ſequuta fuerit poſitiva præſentatio, tunc etenim valet quidem Ordinarius admittere Præſentationem abſque alia citatione, vel affixione Edictorum cum clauſula aſſueta, *ſi, & quatenus*, ſed devenire non ſolet, nec poteſt ad inſtituendum præſentatum, eumque immittendum in poſſeſſionem ſine præcedenti hujuſmodi Edictorum affixione in Januis vacantis Eccleſiæ, ſive illius Eccleſiæ, in qua ſitum reperiatur Beneficium, ſeu Cappellania, vel Altare, necnon etiam Eccleſiæ Cathedralis, vel majoris illius loci cum brevi termino peremptorio ad dicendum, & opponendum contra perſonam præſentantis, & præſentati ad celebrem *Gloſſ. 2. in cap. ultim. in fin. de Elect. in 6., ibique Geminian. col. 4. Lambertin. de Jurepatr. lib. 2. par.*

par. 2. *quæst.* 6. *art.* 2., *Vivian. eodem tract. lib.* 9. *cap.* 1. *num.* 5., *& seqq.*, *Corrad. in prax. Beneficiar. lib.* 4. *cap.* 3. *sub num.* 3., *Lotter. de re Beneficiar. lib.* 2. *quæst.* 13. *n.* 20. *ad seqq.* eorumque Edictorum formulam transcribens *idem Vivian. in seqq. cap.* 2. *eo-*
18 *dem lib.* 9., & adhuc in hoc casu pariformiter, ubi Patroni sint certi, nominatim debent & in specie citari, ut subnectit originaliter *Bonifacius VIII. in d. c. ultimo de Elect. in* 6., a quo hujusmodi praxis etiam in Jurepatronatus desumitur, & concordant *Garz. de Benef. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 8. *Vivian. de Jurepatronat. d. lib.* 9. *cap.* 1. *sub num.* 7. *Ricc. in prax. rer. for. Ecclesiast. decis.* 161. *Rot. dec.* 139. *num.* 29. *post eumdem Vivian. & in Capuana Jurispatronatus* 10. *Junii labentis anni* 1709. §. *Quod autem cor. R. P. D. meo Aldrovando*.

Et altero, quoties agatur de vacatione Ecclesiæ Parochialis, vel alterius Ecclesiæ Curam Animarum habentis, in quibus pariter per
19 *Sacrum Concilium Tridentinum* reperitur injuncta pro indictione concursus affixio Edictorum, sicuti sancitur in *sess.* 24. *de reformat. cap.* 18., *& in Const. B. Pii V. la* 33., super quibus late disserunt *Novar. in summ. Bullar. commentar.* 45. *de concurs. ad Parochial. par.* 2. *Zerol. in prax. Episc. par.* 1. *in verb. Parochia, Barbos. de potest. Episc. alleg.* 60. *num.* 44., *& seqq. Corrad. in prax. Beneficiar. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 6., 22., *& seqq.*

Cum igitur, præter legitimi, & veri Patroni ignorantiam, & difficile innegabilem scientiam talis Patroni, in Episcopo minime, ut præmisimus, adversaretur affixio Edictorum, potius hujusmodi Cautela ipsius affixionis
20 Edictorum, citra necessitatem adhibita, patiebat illam suspicionem, de qua *Bald. in cap.* 2. *de consuet. n.* 7. *in fin. Tiraquell. de retract. conventional. in præfat. num.* 17., *&* 18. *Rota decis.* 256. *num.* 10. *par.* 17. *rec.*

Atque ex his, sive seorsim, sive insimul junctis, agnita nullitate collationis, jure devoluto, perperam factæ ab Ordinario, abesse iterum ab hypothesi *Domini* censuerunt dispositam per *Regul.* 35. *Cancellariæ* circa annalem, vel triennalem pacificam possessionem, non solum ex generali ratione, quod regulæ Can-
21 cellariæ locū sibi abstractive non vindicant in Beneficiis existentibus de Jurepatronatus Laicorum, ut connotavit *Gloss. in cap.* 2. *verb. Collatio de Prabend. in* 6. *Hojed. de Benef. incompatib. par.* 1. *cap.* 24. *n.* 109. *Gonzalez ad regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 18. *nu.* 2. *Ventrigl. in praxi par.* 2. *annot.* 2. §. 1. *n.* 22. *ibique Carol. Anton. de Luc. nu.* 13., *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 8. *num.* 7., *Card. de Luc. de Jurepatr. disc.* 65. *nu.* 24. *Rota decis.* 168. *n.* 44., *&* 45. *par.* 10. *rec.*

Verum etiam, quia nimium evidenter titulus collationis obtentæ per Franciscum reducebatur ad non titulum, & quia etiam ex præmissis manifeste remanebat annihilata bona fides in Collatore, quæ dat radicalem an-
22 sam cuicumque præscriptioni, ut respectu primæ propositionis satis firmavit *memorata Decisio R. P. D. mei Crispi* §. *final.* ad cujus ornatum conspirant quoque *Tondut. quæst. Benef. par.* 1. *cap.* 85. *num.* 62., *Gomez. ad regul. de triennal. quæst.* 18., *Adden. ad Gregor. dec.* 500. *num.* 11., *Rot. dec.* 40. *n.* 14. *cor. Priol.*, *& dec.* 508. *nu.* 12. *par.* 19. *rec.*, & in proposito secundæ assertionis in individuo animadverterunt *Marescott. var. resolut. lib.* 2. *cap.* 94. *num.* 33. *Francesf. de intrus. quæst.* 105. *num.* 6. *Rota dec.* 1173. *nu.* 8. *cor. Emerix. Jun.*, *& dec.* 232. *num.* 9. *par.* 18. *rec. maxime prout hic in Benef. de Jurepatr. dec.* 790. *num.* 3. *par.* 3. *diversor.*

Altera tantum &c.

Placentina Pontis, & Rivi.

Veneris 31. *Januarii* 1710.

ARGUMENTUM.

Expensæ necessariæ pro refectione Pontis, & viæ fieri debent ab eo, ad quem spectat ipsorum commodum, nisi tamen in contrarium concurrat conventio, & causa refectionis, ac consuetudo, & observantia. Expurgatio Rivi, sive ductus aquæ spectat ad eum, qui Jus aquæ ducendæ acquisivit. Reliqua habentur ex Summario.

SUMMARIUM.

1. *Aquaductus Canalis, seu Clusa antiqua forma non debet immutari.*
2. *Pontis refectio spectat ad eum, ad quem spectat ipsius commodum.*
3. *Pontis, & viarum pro refectione impensa repartitur pro rata commoditatis & bonorum.*

   Limit. n. 4., & 5.

   Ampl. limit. concurrente observantia num. 6., & 7.
4. *Causa eadem durante, idem durare debet effectus.*
5. *Qui causā damni dat illud reficere tenetur.*
7. *Consuetudo est attendenda in materia expensarum pro refectione Viarum, & Pontium, & expurgationis aquaductus*, & num. 17.
8. *Expurgatio Rivi, seu ductus aquæ spectat ad eum, qui acquisivit servitutem aquæ ducendæ.*

   Ampl. nu. 9.
9. *Obligatus aliquid facere semel illud facere tene-*

tenetur absque obligatione illud faciendi singulis annis.

10. *Obligatus reaptare, sufficit, quod semel reaptet.*

11. *Promissio custodiendi ductum aqua, ad unam causam restricta, non debet ad aliam extendi.*

12. *Transactio strictè debet interpretari.*

13. *Obligatio personaliter emissa extendi nequit ad obligationem realem.*

14. *Obligatio interpretari debet juxta rationem causa correspectiva.*

15. *A pretii quantitate arguitur quid fuerit concessum.*

Et an in concessione usus aqua fuerit comprehensa obligatio reficiendi aquaductum, & expurgandi rivum. ibid.

DECIS. CDLXXXII.

PLerumq; promissa vel permissa diversione alicujus Aquę pro sitientibus vicinis fundis irrigandis, quæstiones oriri solent super ipso modo divertendi, ducendique Aquã ex illo Rivo, vel Flumine, cui servitus imposita fuit, & regulariter immutari, ac alterari non debere formam aquæductus Canalis,
1 seu Clusæ, respondit *Vulpianus lib. 70. ad Edictum alias l. 1. §. Illud tamen ff. de Aqua quotid., & æstiv.* ibi = *Illud tamen illic intelligendum est eodem modo Pratorem duci Aquam jussisse, quo ducta est hoc anno* =, & plenius rescripsere *Diocletianus, & Massimilianus in l. si manifeste 7. C. de servit., & aqu.*

Non sic tamen evenit in præsenti, quoniam inita quadam Transactione *usque de anno* 1593. inter Monasterium, & Monachos S. Sepulcri Olivetanæ Congregationis ex una, & Marchionem Alexandrum de Anguisciolis ex altera, & inibi convento, quod Marchio in futurum teneretur de Rivo Grazzani *in perpetuum dare, & consignare Monasterio tempore æstivo, et irrigationum usum, et commoditatem Aquarum per horas* 15. *continuas in singulis* 15. *diebus, prout melius fieri, et esse possit* = nulla per subsequutum seculum, & ultra, exorta est difficultas super modo ductionis Aquarum, & temporis, ac horarum implementum, sed solum colluctatio intercessit ex causa illorum præjudiciorum, quæ secum humanis in rebus trahit vetustas, quæ sensim sine sensu atterit, & corrumpit universa; nam cum quidam Pons occasione ejusdẽ ductionis Aquarum erectus pro servitio laboratorum, seu transitu belluarum, & Hominum eorumdem DD. de Anguisciolis, sæpe sæpius senescat, & refectione indigeat, fovea vero illa, seu rivus per quem Aqua transvehitur, crescentibus vepribus, aliisque impedimentis, liberum quandoque cursum Aquarum non relinquat, locum præbuit dubitationi = *An, et quis teneretur ad refectionem Pontis, et expurgationem Rivi* =, & inter contraria Judicia, quæ prodierunt in hac Causa, *Ordinarii scilicet, et Tribunalis A.C.* ascendente Causa ad *S. Auditoriũ*, placuit *Dñis* primum favore D. Marchionis pronunciatum, & non secundum, rescribentibus iisdem = *Monachos teneri*.

Etsi etenim respectu Pontis mox præmiserimus, quod illius erectio, & fabricatio, immo, & usus deserviat dumtaxat pro servitio DD. de Anguisciolis, qui trans, & citra bona possidentes ob Agrorum promiscuam culturam, & messium transportationem indigent prædicto Ponte, ad hoc, ut Belluæ, Coloni, ceteraque transeant, & remeent huc, & illuc cum *omnibus* Instrumentis opportunis, ideoque regula irrefragabilis assistere videretur Monasterio, ut scilicet totum incommodum refectionis, & expensarum pro ejusdem Pontis manutentione, & conservatione spectare deberet ad DD. de Anguisciolis, quorum usum, & commoditatem respiciebat, juxta
2 discursum ipsum naturalem, & propositionẽ Juris, de qua *Jurisconsultus in l. si parum* 19. *ff. quemadmodum servit. ammittant. Pech. de Aquaductu l. 2. c. 9. qu. 36. qu. 2. n. 2., Rot. dec. 1159. n. 14., & dec. 1222. n. 6. cor. Emerix Jun.* pro rata quippe commoditatis, &
3 Bonorum solet fieri repartitio impensarum, pro refectione Pontium, & Viarum, per alteram Sanctionem *Textus in l. 2. Cod. de immun. nemini concedenda*, ubi rectè *Bartol.* cum quo ceteri pertransẽut collecti per *Peregrin. cons.* 102. *n. 7. lib. 1., Riminald. Jun. cons.* 10. *per tot. Kloch. de contribut. c. 9. nu. 7., Cobel. ad Bullam Boni Regim. c. 28. n. 50. cum seqq., R. P. D. Zaul. ad Statut. Favent. observ. 33. n. 4. lib. 5.*, & ultra hos alii abunde relati corcordan. per *Rot. dec. 1169. n. 11., & 13. cor. Emerix Jun.*, & magis in puncto *Cepoll. de servit. Urban. Præd. c. 70. de Ponte n. 4. in fine, Card. de Luca de Regular. disc. 139. n. 5.*

Attamen limitatio regulis prædictis resultabat ex facto, quamvis quippe hodie idem Pons directe concerneret servitium Marchionis, illiusque Bonorum, nihilominus totum hoc proveniebat occasione concessionis aquarũ per eum factæ Monasterio, & postea quam ad finem ducendi aquam separatum fuit Terrenum a suo continuo per efformationẽ Canalis, seu Rivi, unde quemadmodum prius ante ipsam separationem D. Marchio, sive ejus Laboratores pro suorum Bonorum cultu, & opportunitate transibant per medium siccum, impediente deinceps præfata separatio-

ratione, & Rivo intermedio hujusmodi trāsitum, necesse fuit Pontem ligneum, seu tabularum construere, prout Monachi ipsi construxerunt, hujusce medii necessitatem agnoscentes, obortam si non ex culpa, ex causa saltem, usu, & utilitate ipsorum, proindeque nil mirum, quod occurrente indigentia obstringantur Monachi Pontem reficere,
4 perseverante namque eadem causa reparandi transitum ex intersecatione prædicti Rivi, perdurare debet idem effectus, ut inquit *Tiraquell. tractat. var. tract. 1. tit. cessante causa, cessat effectus nu. 17., Rot. cor. Pamphil. 323. n. 5., & dec. 372. nu. 9., & dec. 565. n. 1., & 5., & 662. nu. 3., & 4. cor. eodem*, & qui causam continuam præbet impēdendi, hujusmodi expensas subire neces-
5 se est *cap. fin. de injur., & damn. dat., Rot. cor. Peutinger. dec. 154. n. 10., & dec. 146. n. 14. cor. Gregor.*

Eoque certius, dum talis usque dum fuit praxis, & observantia inconcussa, ut præclare, &
6 concorditer deponebant duo Testes; *Summario Marchionis num. 2.*, quorum alter per spatium duodecim Annorum, alter vero per integram Quadragenariam testificabatur, in
7 hisce autem servitutibus, & expensis similibus plurimū attenditur consuetudo ad *Text. in l. manifeste C. de Servitut., Card. de Luca de servit. disc. 28. nu. 2. & seqq., Posth. de manut. observ. 34. nu. 3. Rota post ipsum dec. 213. n. 1. et dec. 100. n. 1. cor. Gregor.*, & applicantur, seu recurrunt ea, quæ de servando solito in proposito ductionis Aquarum decernebant *jura ff.*, & *Cod.* superius collaudata.

Quo vero ad expurgationem Rivi, regula e converso militat pro Domino Marchione, quia quoticscumque per viam servitutis acquisi-
8 tum est Jus ducendi aquam, adeo positive supponunt Jura, quod refectio, & expurgatio incumbat acquisitori servitutis, ut vix velint Dominum fundi obnoxium esse ad permittendam alteram consequutive servitutem transitus eorum omnium, quæ sunt necessaria ad Rivum, seu Canale reficiendum, vel expurgandum, quod utique superfluum esset, si ipse debens servitutem, reficere quoque, seu expurgare Rivum deberet, per ea, quæ leguntur definita per eumdem *Vulpianum in alio lib. 30. ad Sabinum* alias *l. refectionis 12. ff. commun. Præd.*, & connotarunt *Cost. de Ration. Rat. qu. 185. nu. 1., & seqq., Rocc. de Aqu. qu. 18. n. 18., Pecch. de servit. c. 9. qu. 36. n. 233. in fine.*

Neque recessum a præfata regula suadere posse visum est Pactum, initum in præcitata Transactione *anni 1539., quod Dominus Marchio* (sunt verba præcisa) *teneatur, & obligatus sit conductus facere aptos pro conducendis dd. aquis ad beneficium Monasterii a buca, in qua imbucantur aquæ usque ad locum Veani gratis, & absque ulla solutione, &c., & bene, et diligenter teneatur custodire, seu custodiri facere, ne consumentur, vel per alios accipiantur, et ne dictum Monasterium earum, seu partis privetur* = Quatenus enim spectabat ad primam partem ejusdem conventionis, videlicet, quod Marchio compelleretur conductus facere aptos, nil id inferebat ad controversam expurgationem, seu refectionem aquæductuum omnibus, & singulis annis, ex passim in oppositum recepta propositione, quod obligatus aliquid facere semel, illud
9 facere tenetur absque ulteriori obligatione faciendi singulis annis, seu vicibus in sempiternum, de qua in *l. si quis hered. Cod. de instit., & substitut. l. plerumque Cod. de Jure dotium, Natt. conf. 343. num. 4., Menoch. conf. 26. n. 16., & conf. 155. nu. 34., & seqq. Rota cor. Coccin. dec. 102. nu. 3.*, & in
10 terminis obligati reaptare, egregie *Felin. in c. 12. col. 3. vers. promittens reaptare nu. 3. de tregu. & pac.*, quem ceteris adductis, sequitur *Rot. cor. Coccin. dec. 202. n. 3. vers. Promitten.*, & antea eam *Bald. in l. licet 9. Cod. locat., Alex. conf. 16. num. 8. lib. 4., Dec. conf. 512. nu. 9.*

Ubi vero talis obligatio extorqueri prætenderetur ab illis verbis = *teneatur custodire, seu custodiri facere* =, quasi quod eadem verba sint implicativa expurgationis, qua mediante Aquæ custodiuntur fluidæ, & distrigantur ab impedimentis, tuncque incontinenti immediate subsequētia verba dirimebant amaritudinem, tenebatur quippe Marchio *custodire, seu custodiri facere* (ut sequitur) *ne consumētur, vel per alios accipiātur, & d. Monast. earum, seu partis privetur*, ac propterea dum ratio custodiæ expromissæ concernebat, ne Aquæ ab aliis usurparentur, & consequutive Monasterium privaretur in parte, vel in totum earum usu, nequibat profecto hæc
11 custodia ad unam causam restricta, ad aliā subextendi, ad tradita per *Grat. discept. for. c. 740. n. 26., et 27., Magon. dec. florent. la 57. nu. 20., et 21.*, maxime cum tractetur de obligatione promanante a Transactione, quæ
12 veluti stricti Juris non patitur has extensiones *l. si fidejussor, et l. si ultra Cod. de fidejuss. Bald. conf. 495. n. 1 lib. 3., Natt. conf. 202. n. 5. Mantica de tac. lib. 16. tit. 14. n. 8. Grivell. dec. 16. nu. 15., Rota cor. Merlin. dec. 46. nu. 10., et dec. 93. n. 1., et cor. Emer. Jun. decis. 934. num. 6. inter recent. par. 1. decis. 403. num. 1.*

Evidentius, quia successive progrediendo ad hunc effectum D. Marchio se obligavit *retinere Camparium, seu Camparios continuo, & continuato tempore convento, & concesso &c. & bonam custodiam haberi usque quo d. aqua consignata fuerit legitimo Agenti d. Monasterii per d. Camparium, seu Camparios &c. in loco in quo per Agentẽ Monasterii levabitur* = ac propterea si custodia promissa fuit personaliter, & extrinsecè, quomodo trahenda ad
13 custodiam, seu obligationem realem, & intrinsecam poliendi, & expurgandi, contra firmata per *Rot. dec.* 5. *n.* 27. *cor. Bich. dec.* 610.*n.*12.*p.*19. *tom.* 2. *rec.* cum aliis relatis concordan. *in Bononien. legati* 17. *Februarii* 1710. §. *Extrinsecum cor. me.*

Accedebat palpabilior demonstratio, quia hujusmodi custodia Camparii, seu Campariorum non promittebatur a D. Marchione *gratis*, ut fuerat dictum, in confectione priorum aquæductuum, sed cum retributione Monasterii in uno annuo Stario frumenti, ut ibi = *& pro tali custodia d. Monaster. teneatur ut promisit, annuatim semper &c. solvere Starium unum frumenti d. Camparío, seu dd. Campariis dd. aquas singulo anno, & pro tempore promissas, ac concessas custodientibus* = asperum itaque erat præbere alium intellectum obligationi custodiæ, quam illum, quem præ-
14 seferebat ipsa habita ratio correspectivorũ, scilicet inter mercedem annui Starii grani, & custodiam Camparii, seu Campariorum, ut connotarunt *relat. in tract. de commerc. disc.* 31. *num.* 13., *& disc.* 32. *n.* 3., & comprobat *Rota in Romana Pecuniaria* 2. *Junii* 1706. §. *Prætendebant cor. Me.*

Magisque hæc omnia consolidabantur in unũ, conjungendo refectionem Pontis, & conservationem Rivi per illam potentiorem interpretationem, quæ desumitur a pretio; quodnam etenim pretium correspective exsolvere Monasterium sese annuatim obligabat pro servitute Aquæ? pro refectione Pontis? pro expurgatione Rivi? & certe nil aliud, quam centũ quinquaginta imperiales *ad rationem decem imperialium pro singula hora*, addito supradicto Stario grani; unde quis dicat, quod tam parva retributio foret capax coæquandi tales impensas, & tale servitium? utique nemo, & consequenter quando deesset alia ratio citra illas supra deductas, ab hac sola quantitate pretii evinceretur, in contractu, seu transactione venire non potuisse, nisi concessionem aquæ, confectionem priorum aquæductuum, & obligationem tenendi Camparium pro Custodia, si vera est con-
15 clusio, prout est verissima, quod a quantitate pretii arguitur quid in contractu fuerit comprehensum, uti credidit, & in proposito respondit *Pecch. de aquaduct. lib.* 2., *& cap.* 9. *quæst.* 7. *n.* 27., *&* 49., *& quæst.* 8. *num.* 54., *Rot. in Romana aquarum* 8. *Junii* 1696. §. *quarta demum cor. R̃mo meo dell' Olmo Episcopo Conchen.*, & generaliter tradiderunt *Bald. in l.* 1. *n.* 6. *C. qui testam. fac. poss. Curt. Jun. cons.* 80. *nu.* 2., *Mantic. de tacit., & Ambiguis lib.* 4. *tit.* 9. *nu.* 11., *& tit.* 17. *n.* 23., *Rot. cor. Puteo dec.* 325. *lib.* 3. *& cor. Seraph. dec.* 932. *num.* 13.

Restabat præmissis adjiciendum, quod pariter seorsim a Ponte, signanter etiã, quoad hunc Articulum expurgationis, quod duo ex eisdem Testibus etiam in hoc concludentissime probabant, *che quando è stato necessario, dd. Padri fanno spazzare detto Rivo dalli loro Massari, ed uomini*, addente signanter secundo = *ed io quando ero loro Massaro ſu detti Beni di Verano l' ho spazzato alcune volte*, & sic recurrente uniformi observantia, & consuetudine, de qua in proposito Pontis, recurrebant, & eædem propositiones con-
17 suetudinis scilicet, & observantiæ undique sufficientis pro tollenda qualibet ambiguitate, ut præter supra relatos prosequuntur *Doctores in cap. cum dilectus de consuetud., Gratian. discept. for. cap.* 608. *n.* 16. *vers. cum ita*, *Rota cor. Bich. dec.* 33. *n.* 9. *in rec. par.* 10. *dec.* 154. *n.* 6., *& in Tyburtina Castrorum* 18. *Aprilis* 1698. §. *Et indubitantius cor. R̃mo P. D. meo Molines Decano, ubi ceteri concordantes.*

Et ita &c. utraque &c.

Bisinianen. Præeminentiarum.

Lunæ 10. *Februarii* 1710.

ARGUMENTUM.

Matricitas Ecclesiæ ex quibus probetur late differitur. An, & quo casu Ecclesia Parochialis dici possit Matrix etiam quoad aliam Ecclesiã æque Parochialem; Manutentio cui concedenda est in hujusmodi quæstionibus.

SUMMARIUM.

1. *Matricitas probatur ex pluribus signis, et argumentis, quæ simul in hac materia coacervari solent.*
2. *Et primo probatur ex Confessione Partis adversæ emissa in actu serio, et proportionato.*
3. *Quæ confessio, ad hoc ut de errore infringatur, concludentissime a confitente error iste probari debet.*
4. *Antiquissimæ enunciativæ deservire possunt pro sufficienti adminiculo Confessionum.*
5. *Et pro matricitate Ecclesiæ concludenda.*
6. *Probatur itidem Matricitas ex simplici Testium depositione.*

7. Item

7. *Item ex declarationibus, sive enunciativis factis ab Ordinario in actu Visitationis.*
8. *Et ex suppositionibus, et enunciativis factis a Summis Pontificibus.*
9. *Ordinario valde defertur circa qualitates Ecclesiæ suæ Diœcesis.*
10. *Una Ecclesia formalis potest in plures materiales dividi pro majori commoditate exercitii Curæ Animarum ad utilitatem Populi.*
11. *Præterea Matricitas probatur ex Congregationibus in Ecclesia, quæ Matrix prætenditur, habitis a Presbyteris, et Rectoribus aliarum Ecclesiarum subditarum.*
12. *Et ex receptione Sacramentorum a Rectore Ecclesiæ Matricis.*
13. *Præterea ex quo Sacramenta in eadem Ecclesia Matrici percepta fuerunt.*
14. *Hospites, et Advenæ non habentes fixam Parochiam ab Ecclesia Cathedrali Sacramenta suscipere debent.*
15. *Manutentio semper datur ad tramites ultimi status.*
16. *Ex quasi possessione in aliquibus Actibus Jurisdictionalibus resultat demonstratio Matricitatis.*
17. *Nulla Ecclesia Parochialis excepta Cathedrali valet prætendere subjectionem alterius Ecclesiæ Parochialis nisi probet hoc sibi competere Privilegio, vel Jure speciali.* Limit. n. 20.
18. *Et Ecclesiæ non probanti hujusmodi privilegium, vel Jus nulla debetur manutentio.*
19. *Imo illa tribuenda est potius alteri Ecclesiæ, quæ suam libertatem propugnat.*
20. *Quod stat ad inclusionem retorqueri non debet ad exclusionem.*
21. *Ecclesia habens proprium Territorium, & in nihilo subjecta Ecclesiæ Matrici non dicitur Ecclesia filialis, et dependens.*
22. *Matricitas etiam impropria requiritur in actibus Honorificis.*
23. *Actore non probante, reus absolvitur.*

DECIS. CDLXXXIII.

HOnora Matrem tuam, Divinum jubet Præceptum, quare cum in hodierna disceptatione *Domini* reputaverint, Ecclesiam S. Mariæ Terræ Lutiorum hac prærogativa Matricitatis pollere, minime proinde ambegerunt, quominus altera Ecclesia S. Michaelis Archangeli, ejusque Presbyteri obstringerentur illud obsequium præstolari memoratæ Ecclesiæ Beatæ Mariæ, de quo prætendens ejus Archipresbyter in quasi possessione versari, signanter circa tres actus præeminentiales, de quibus infra concedendo, ut par erat ad hunc effectum eidem Archipresbytero manutentionem, quam ei quoque in præcedenti Instantia donaverat A.C.

Et sane de hujusmodi matricitate satis superque constare visum est ferme ex omnibus, seu saltem pluribus validissimis signis, & argumentis, quæ deduci solent in hac materia,
1 & ex quibus illam sufficientissime comprobari dixerunt *Innocent. in cap. postulasti de Jurep. Pignat. consult. 109. num. 3. tom. 9. Rot. dec. 105. per tot. cor. Seraph. dec. 258. num. 2. cor. Melia, dec. 252. num. 10. coram Priol. dec. 397. num. 8. par. 13. dec. 404. n. 52. cum seqq. par. 19., et in Faventina Jurium Parochialium* 28. *Junii* 1697. §. *Quarto magnum cor. Me, inter impress. dec.* 14. *n.* 18.

In primis namque Ecclesiam S. Mariæ esse Matricem, apertissime confessi apparebant in actibus proportionatis, non solum Presbyteri, & subalternantes Curati, sed ipsemet Rector Principalis prænominatæ Ecclesiæ S. Michaelis hactenus contradictor, ut fusius in *Summario Partis adversæ Num.* 9. *et* 25.

2 Unde stantibus hisce confessionibus Partis adversæ, vel comprobatam remanere matricitatem, quemadmodum unanimiter voluerunt *Ruin. cons.* 142. *n.* 4. *vol.* 1. *Natt. cons.* 543. *n.* 20. *Pignatt. d. consult.* 109. *sub n.* 2. *Rot. d. dec.* 397. *num.* 2. *et seqq. par.* 13. *dec.* 284. *sub nu.* 4. *vers. cui adstipulatur par.* 14. *et dec.* 281. *num.* 19. *par.* 15. *rec.* vel saltem duriorem assumere Provinciam cogebatur idem Rector per necessariam demonstratio-
3 nem erroris infringere confessatum, ad regulam notissimam, de qua *in Asculana Beneficii, seu Abbatiæ* 8. *Maji* 1700. §. *Addito, Ariminen. fideicommissi* 20. *Januarii ejusdem anni* §. *Et sane cor. me, et in Romana stipulationis Instrumenti* 26. *Novembr.* 1708. §. *Nam præmissa cor. R.mo P. D. Molines Decano.*

Tantum vero aberat, quod de ullo excogitabili errore per memoratum Rectorem doceri posset, quinimmo eædem multiplicatæ confessiones fulciebantur ab infinito propemodum numero, enunciativarum, quæ omni, & quocumque tempore emissæ legebantur in publicis Instrumentis, & actibus, tam particularibus, quam indifferentibus a pluribus, & pluribus personis, incipiendo a pervetusta, & primordiali enunciativa in antiquissima Platea anni 1565. præseferente descriptionem ipsius Ecclesiæ S. Mariæ, subsequebantur aliæ propemodum infinitæ us-
4 que ad annum 1708. immo usque ad tempus motæ litis, hasce siquidem enunciativas non tantum deservire posse pro sufficienti adminiculo earumdem confessionum, ut dictum fuit *in Faventina Jurium Parochialium cor. Me alias inter impress. dec.* 14. *n.* 6. *et seqq.*

5 *et seqq.* sed etiam de per se concludere ma-
tricitatem, habetur *in dec. 785. n. 9. cor. Cer-
ro dec. 724. n. 3. vers. et demum, et dec. 905.
par. 1. dec. 220. n. 4. par. 8. dec. 397. n. 5.
par. 13. dec. 284. num. 4. par. 14. dec. 444.
num. 39. par. 19. rec. et in dicta Faventina
Jurium Parochial. 28. Junii 1697. §. Prater-
misso cor. Me.*

Quid plus, dum cunctæ attestationes, ac de-
positiones Testium etiam a supradicto Re-
ctore Ecclesiæ S. Michaelis allatæ conspira-
bant in hanc eamdem veritatem, & compel-
lationem Matricis, ut ex *toto Summ. Archi-
presbyteri, et signanter Num.* 2. unde quod-
ammodo congruebat adagium *vox Populi*
6 *vox Dei*, quando tamen ex depositione sim-
pliciter Testium justificari matricitatē, con-
veniunt *Pignatell. consult. Canonic. consult.*
109. *num. 2. vers. satis superque Rot. in dec.*
258. *num. 1. par. 1. rec.*

Sed voci Populi consonabat vox Episcopi nun-
cupantis, & pro certo habentis in visitatione
expleta ejusdem Ecclesiæ S. Mariæ, eam fore
Matricem, quantum vero deferendum veniat
in hoc proposito matricitatis similibus de-
clarationibus, sive enunciativis factis ab
Ordinario in actu visitationis, ex quo de Ec-
clesiis suæ Diœcesis præsumitur informatus,
7 eamdemque visitationem ad Sedem Aposto-
licam postea transmittit, palam liquet ex tra-
ditis per *Rotam in dec.* 125. *n. 4. post Vivian.
de Jurepatr. dec. 685. num. 9. cor. Cerro dec.*
724. *num. 2. vers. & demum par. 1. dec.* 724.
*num. 3. par. 3. dec. 397. num. 5. & seq. par.
13. decis. 481. num. 20. par. 15. rec., & in
Cracovien. Cantoria* 11. *Martii* 1701. §. *Quo-
ad libros cor. Emo Caprara, & in Aretina Ju-
rium Parochialium 27. Februarii* 1704. §. *Ast
ubi Episcopus cor. me.*

Nec deerat pro coronamento etiam vox suc-
cessoris Principis Apostolorum in persona
fa. me. *Pauli V.* & fa. me. *Innocentii X.* qui in
occasionibus proportionatis Rectorem ap-
pellarunt *Ecclesiæ matricis S. Mariæ Lutio-
rum*, quas utique suppositiones, & enun-
8 ciativas magnopere fore in similibus casi-
bus attendendas, connotavit *Rota in Fossa-
nen. Jurispatr. 12. Martii* 1703. §. *Acceden-
te cor. Emo meo Card. Caprara in Florentina
Canonicatus 8. Maji* 1705. §. *Maxime coram
R. P. D. meo Lancetta, & in Romana Cappel-
laniæ S. Nicolai 28. Junii* 1709. §. *Ab extra
autem cor. me.* Quin etiam cum in exsequu-
tionem Brevis Apostolici editi per prædi-
ctum fa. me. *Innocentium X.* Episcopus Bisi-
nianen. non jam per modum adjectivi dixe-
rit *Rectori Ecclesiæ S. Mariæ matricis*, sed
per modum Antonomasiæ pronunciaverit
citra mentionem Ecclesiæ *licitum esse Recto-
ri matricis Ecclesiæ Lutiorum*, certe idem
Ordinarius tamquam de Jure, ut diximus
optime informatus singulorum statuum sua-
rum Ecclesiarum, ita loquendo videtur ab-
solute affirmasse, quod Ecclesia S. Mariæ
vere, & proprie non solum foret matrix, sed
& unica Ecclesia formalis, licet in plures
materiales divisa pro majori commoditate
exercitii Curæ Animarum ad utilitatem po-
9 puli, ut circa primam propositionem inqui-
unt *Jo. Andreas in cap. per cessionem num.* 11.
*ibique Butr. n. 6. de probat. Felix in cap. cum
ad aures num. 14. vers. decima quarta conclu-
sio de rescriptis Rota dec. 1026. num. 3. cor.
Card. Seraph. dec. 482. num. 6. cor. Gregor.
XV. dec. 71. nu. 4. par. 8. & dec. 397. n. 7.*
10 *par. 13.* & circa secundam *Oldrad. cons. 67.
Gratian. discept. forens. cap. 865. num. 25.
Pignat. consult. Canonic. consult. 109. nu. 2.
juncto n. 7. tom. 9. Svarez de Religios. lib. 1.
cap. 24. n. 1. Rebuff. de decimis quæst. 6. n. 7.*

Ast vocibus, & verbis correspondebant facta
positiva, nam pluries contigit in Ecclesia
S. Mariæ celebrari Congregationes, seu con-
sessus Presbyterorum, & Rectorum, & non
alibi, signum evidens illius superioritatis,
11 & piæ eminentiæ, quæ debetur. Ecclesiæ
Matrici, inferiorum quippe semper est ac-
cedere ad majorem, ut præcise ad rem no-
stram habetur penes *Pignatell. consult. Cano-
nic. consult. 109.' num. 3. Barbos. in summa
Apostolic. dec. 605. num. 10. Rot. dec. 15. nu.
3. cor. Seraphin.*

Mirifice comprobabat hoc ipsum, quod exteri,
vel transeuntes, vel venientes ad habitan-
dum in prædicto loco, vel Oppido Lutiorū
12 Sacramenta recipiunt ab Archipresbytero
ejusdem Ecclesiæ S. Mariæ, id enim non so-
lum arguit respective ad alias Ecclesias ma-
tricitatem, ut tradit *Pignatel. d. consult. 109.
num. 4. Rot. dec. 258. num. 7. par. 2. & dec.
397. num. 8. & seqq. par. 13. rec.*

Verum quoque præbet similitudinem in parvo
Oppido ad illud, quod practicatur in Civi-
13 tatibus erga Cathedrales, ubi pariter ho-
spites, & advenæ, non habentes fixam Paro-
chiam, ab eadem Cathedrali tamquam a cō-
14 muni matre suscipiunt hujusmodi Sacra-
menta per *Gloss. in c. in nostra de sepult. Bar-
bos. de Jure Ecclesiastico univers. lib. 2. c. 10.
num. 35., et de offic. et potest. Parochi par. 3.
cap. 26. num. 35. Pignat. consult. 144. n. 1.
tom. 1. R. P. D. Petra in Comment. ad Constit.
Apost. tom. 2. ad Const. 9. Innocentii III. lect.
unic. n. 50. fol. 277. Antonell. de Regim. Ec-
clesiæ cap. 12. §. 2. num. 33. Panimoll. dec. 5.
in annot. 3. num. 44., et in Scuen. Jurium Pa-*

rochia-

rochialium 13. *Februarii* 1708. *in primo cor. R. P. D. meo Lancetta* .

Conftabilita ex his matricitate,non immerito, feu in quamdam fequelam tribuerunt, ut præmifimus, *Domini* manutentionem Archipresbytero in quafi poffeffione cogendi Parochum, & Clerum S. Michaelis Archangeli ad præftandam affiftentiam Ecclefiæ S. Mariæ in primis Vefperis, Miffifque folemnibus Feftivitatum Auguftiffimi Corporis Chrifti, Nativitatis Beatæ Virginis, aliifque functionibus, quæ in eadem Ecclefia S. Mariæ celebrari contingerent ob aliquam publicã urgentiam, feu Caufam, prout pariter ad affociandum, & interefsendum fupplicationibus, feu Proceffionibus, quæ ex Ecclefiaftica obligatione, feu lithurgia fieri confuefcunt in Fefta S. Marci, Rogationum, & Sanctiffimi Corporis,ac demum in pulfando prius Campanas in die Sabbati Sancti juxta morem Ecclefiæ univerfæ in Teftimonium, & gaudium Refurrectionis Domini, de hifce, etenim omnibus, five de hujufmodi quafi poffeffione Teftificabantur non folum Teftes inducti, fed & publici Magiftratus, Ordines regularium, ipfequemet Rector S. Mi-
15 chaelis, in quibus terminis non tantum innegabilis erat manutentio, quæ femper dicitur ad ftatum, ut inquiunt *DD.in c.cum Ecclefia de cauf. poff.*, & *proprietat. c. confult. 19. de Jurepat.Oldrad.conf.*312.*fub n.*1.*Rot. dec.*646. *nu.*43.*penes Pofth. de Manutentione Nullius feu Clarevallen. Jurifdictionis fuper manutentione* 25. *Jun.* 1706. §. *Exordiendo quippe cor. R. P. D. meo Kaunitz*, *Nullius*, *feu Provinciæ Hifpalen. deputandi Vicarium* 21. *Febr.* 1707. *in primo cor. Rmo P. D. meo Molines Decano*, & *in Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. *in principio*, *et per tot. coram Me* .

Sed quod magis eft ex hac ipfa quafi poffeffione,in qua verfabatur Ecclefia S. Mariæ ejufque Archipresbyter, ultra fphæram Manutentionis, refultabat juftificatio tituli, five
16 ejufdem Matricitatis, cum, & hæc fint figna pariter demonftrantia matricitatem, & voluerunt *Gratian. difcept. forenf. cap.* 578. *n.* 17. & *feqq. Barbof. in fumm. Apoft. decif.* 82.*n.*3. *Pignat. d. confult.* 109. *a n.* 5. *ufque ad finem. Francef. de Ecclef. Cathedr. cap.*24. *num.* 181. *Rot. in dict. dec.* 105. *cor. Seraph.* & *dec.* 196. *n.* 23. *par.* 19. *rec.*

Quibus omnibus perperam opponebatur regula generalis,quod nulla Ecclefia Parochialis,
17 excepta Cathedrali, valeat prætendere fubjectionem alterius Ecclefiæ æque Parochialis, nifi probet hoc fibi Competere privilegio, vel alio jure fpeciali, ad tradita *Panormit. in cap. dilectus num.* 11., & 12. *de Cappell. Monach. cap. ad audientiam nu.* 8.*ibique etiam Fagnan. n.* 9., & 10. *de Eccl. ædific. Calder. conf.* 6. *n.* 1. *verf.item ficut de relig. domib. Card. de Luc. de Paroch. difc.* 31. *n.*6. *Rota dec.* 552. *num.* 11. *par.* 5. *Aretina Jurium Parochialiũ* 27. *Februarii* 1704. §. *Depulfa coram me*, & *in Civitatis Plebis Jurium Paroch.* 3. *Julii* 1705. §. *Decidendi ratio cor. Rmo P. D. meo Molines Decano* .

Ac propterea cum Ecclefia S. Mariæ foret, & ipfa Parochialis, nec de tali privilegio, feu Jure fpeciali vero, aut præfumptio doceret,
18 locum fibi vindicaret potius in hoc cafu pofitiva Juris refiftentia, quæ non admittit,ut contra eam dari valeat manutentio *Pofth. de Manuten. obfervat.* 45. *nu.* 25. *Rota poft ipfum dec.* 657. *num.* 3., & *in Olomucen. Jurifdictionis* 19. *Januarii* 1693. §. *Si vero*, *et* 5. *Junii ejufdem anni* §. *Poffeffio cor. bo. me. Muto*, *et* 5. *Maji* 1694., *et* 14. *Maji* 1708. §. *Quod principium cor. Rmo Molines*, & *in Theatina Jurifdictionis* 14. *Maji* 1708. §. *Sola fiquidem coram R. P. D. meo Scotto*, immo manutentio tribuenda venit potius alteri Ecclefiæ, quæ fuam libertatem propugnat,
19 ut profequuntur *Rota decif.* 2086. *n.* 20., *et* 21. *coram Coccin. dec.* 48. *nu.* 13. *cor. Bichio dec.* 282. *n.* 12. *par.* 16. *recent.*, *et in Marficen. decimarum* 3. *Junii* 1696. *Romana Juris legendi fuper Manutentione* 26. *Maji* 1698. *cor. bo. me. Muto impreffa*, *poft Antonell. de Jur. et Cærem. Cler.*, *et in dicta Civitatis Plebis Jurium Parochialium fuper Manutent.* 3. *Julii* 1705. §. *Nihil obftante*, §. *finali cor. Rmo P. D. meo Molines Decano*.

Quoniam quidquid foret dicendum ad omnes five ad alios effectus, itaut univerfaliter Ecclefia S. Mariæ prætendiffet habere fibi omnino fubjectam Ecclefiam S. Michaelis, hodie quæftio non erat de generica fubjectione, fed tantummodo de quibufdam præeminentiis, quæ præcifive a totali fubjectione,quæ nullibi prætendebantur de per fe potius erant mera fequela ipfius matricitatis per tot indicia, figna, & demonftrationes, ufquedum comprobatæ,quinimmo,ut adver-
20 timus, vice quod hi actus repugnarent matricitati,potius eam juftificant, & oftendunt *Rot. in dicta dec.*105. *cor. Seraphin.*, & tradunt relati per *Pignatell.in dicta confult.*109. *a n.*5. *ufque ad finem.Panimoll.dec.*5.*annot.*1. *num.* 22. *ubi refert Conftit. fa. me. Leonis X.* Ideoque quod ftat ad inclufionem, retorqueri non merebatur ad exclufionem.

Minufque tandem ad hodiernum effectum recte objiciebatur, quod etiam quando Ecclefia S. Mariæ effet dicenda Matrix refpective

ad

ad alias Ecclesias ex causa fortasse majoris antiquitatis, aut præcellentiæ, non tamen illa erat vere, & proprie matrix, prout proprie dicitur illa, in cujus Territorio citra positivam dismembrationem ædificatur aliæ Ecclesiæ, quæ vel filiales, & prorsus dependentes, vel in suis casibus simpliciter adjutrices nuncupantur; cum enim Ecclesia S. Michaelis proprium haberet Territorium in nihilo dependens ab Ecclesia Sanctæ Mariæ, non congruebant ea, quæ in ordine ad similes servitutes, & subjectiones cum
21 tali supposito veræ matricitatis obloquuntur relati per *Rotam in decis. 365. nu. 13., & seq. coram Priolo dec. 272. nu. 2. vers. istum juncto nu. 3. p. 1. rec. in dicta Civitatis Plebis Jurium Parochialium 3. Julii 1705. §. Non solum cor. Rmo Decano, & in Cassanen. Jurium Parochialium 6. Junii 1707. §. Et licet cor. R. P. D. meo Caffarello Almæ Urbis Gubernatore.*

Præcisive namque a rei veritate, seu quomodo res se haberet, si rerum principia possent reassumi, & investigari ob injuriam temporum, cum de *anno* 1647. ob regni Neapolitani notas revolutiones, Oppidi diremptione sequuta, combustæ fuerint scripturæ, & documenta *Summario Arcbip. N.* 28. Adhuc res versabatur in claris, cum in præsenti non tractaretur de solutione decimarum, de Parochialibus emolumentis cum similibus, & in quibus requiritur vera rigorosa matri-
22 citas, sed ageretur dumtaxat de prædictis actibus honorificis, & ad hujusmodi finem superabundat illa matricitas impropria, quā admittebant adesse scribentes pro Rectore S. Michaelis, in firmanda hac distinctione, signanter allegando *Card. de Luca de decimis disc. 13. sub nu.* 13. ubi mirabiliter materiam expendit.

Et ob id irritus labor erat respondere ad Testes in oppositum allatos, & ad præpotentiam Baronis, seu Domini Castri Lutiorum, quasi quod illius imperio compulsæ emanaverint contrariorum Testium depositiones, ipsaque Concordia, quæ ceteroquin de per se falcem ponebat ad radices in præsenti quæstione; Nam ut præmisimus manutentio concessa Archipresbytero potius promanabat in consequentiam matricitatis aliunde justificatæ, quam a simplicibus Testibus, & ab eadem concordia; sed de reliquo, nec ipsi Testes Rectoris S. Michaelis in hac causa adversarii inficiabantur, hanc quasi possessionem stare penes Archipresbyterum Ecclesiæ S. Mariæ de tempore motæ litis, neque de hac asserta præpotentia Baronis ulla dabatur congrua justificatio potissime respectu Episcoporum, respectu regularium, respectu antiquorum Instrumentorum in unum conspirantium in ipsam matricitatem, quive utique nulli sæcularis potestatis coactioni subjacebant, & tamen in hisce exceptionibus
23 Actor effectus Rector S. Michaelis arctabatur easdem exceptiones concludentissime probare ad effugiendam Censuram *Textus in l. Actore non probante, Cod. de probat.*

Utraque &c.

Sancti Severini Manutentionis Super Expensis.

Lunæ 10. Februarii 1710.

ARGUMENTUM.

Quilibet actus Judicialis habens adnotatam horam illius diei, in quo celebratur, præsumitur semper anterior.

SUMMARIUM.

1. *Honoraria Advocatorum, & causæ Patronorum liquidantur pro qualibet Instantia in scutis decem.*
2. *Prioritas sufficit ut præcedat per unicum etiam temporis momentum*, & nu. seq.
3. *Instrumentum habens adnotatam horam, & diem cēsetur anterius altero instrumento, quod talem non habet adnotationem, quod procedit etiam in sententiis.*
4. *Et contrarium asserenti incumbit onus plene, & solide probandi.*
5. *Possessio adepta cum adnotatione horæ præsumitur semper anterior.*
6. *Extra acta quidquid existit dicitur exstare extra Mundum.*
7. *Declara, quod ista adnotatio horæ debet fieri in Actis ad hoc, ut edoceri possit de anterioritate sententiæ.*
8. *Renunciatio litis non est admissibilis si non fiat obligatio de reficiendis expensis, cum deposito saltem unius Julii ad favorem alterius Partis, quæ vicit.*

DECIS. CDLXXXIV.

AN, uti conquerebatur Clerus S. Nicolai, *excessiva esset Taxatio*, & liquidatio Expensarum, facta ab *R. P. D. meo Crispo* circa præcedens Judiciū Manutentionis, per tres Sententias, seu tria conformia Decreta absolutùm ad favorem Capituli Cathedralis super exercitio Jurium Parochialium in quadā Domo, ut ita dicamus, nuperrime exorta, seu funditus elevata in ancipiti confinio, examinandum hodie *Dominis* proposui, & Clero non comparente, dictum fuit: *Non fore*, seu quod idem est, *non constare de excessiva*.

Difficultas apud *Dominos* stetit potius in nudo desiderio, quo premebantur, ignari quid obji-

objicere intendisset idem Clerus, sese gravatum appellando conquestus, posteaque silens, quia de cetero omnes expensæ per R. P.D. *meum Crispum* taxatæ, oculariter apparebant judiciales, & vivæ, superaddita solum refectione honorariorum pro Advoca-
1 tis, & Patronis Causarum, de more *Sacri Auditorii* arctata, & liquidata ad *scuta decem* dumtaxat pro qualibet Instantia, ideoque non admittentes ansam querimoniæ, sed illico supposuerunt illud idem, de quo plenius *in Cavallicen. Bonorum super expensis* 14. *Maji* 1708. *coram me*, nimirum, quod hæc appellatio fuerit interposita, ut dicitur, *sotto Banca*, ad protrahendam earumdem expensarum solutionem, sive refusionem.

Nec aliud scribens pro Capitulo sibi objectari posse suspicabatur in ejus præventiva Informatione, quam quod Clerus assereret fortasse, quod indebita existeret restitutio Sportularum propter præambulam renunciationem liti factam nomine Cleri, sive priusquam postremum pronunciaretur Judicatū, dum idem Clerus fuerat sollicitus in apponendo horam præcisam in Instrumento subsequutæ renunciationis, qua stante appositione, seu Cautela, ubicumque non apparet inter unum, & alterum actum de vera
2 prioritate, quæ alias sufficeret præcessisse per unicum momentum, ut in proposito concordant *Bald.*, *& Felin. in cap. Capitulum de Rescript.*, *Soccin. in l. Qui duos num.* 7. *ff. de verb. dub. & in l. pr. num.* 3. *ff. solut. matrim. Hann. in Encyclopæd. Jur. par.* 3. *tit.* 15. *c.* 5. *a num.* 5. *Andreol. controv. Jur.* 352. *n. pr.*, *Ricc. in prax. Var. Resol.*, *resolut.* 93. *Fanucc. de moment. tempor. cap.* 17. *n.* 7. *Merlin. de pignor. lib.* 4. *quæst.* 4. *a nu. pr.*, *Olea de cess. Jur. tit.* 8. *quæst.* 3. *sub num.* 3. *Menoch. de arbitrar. lib. pr. centur. prima cas.* 48. *nu.* 3.

Utique ille Actus, illa Scriptura, illud Instrumentum regulariter censetur anterius, quod signatam habet certitudinē horæ illius diei, sub quo celebratum dignoscitur etiam alterum Instrumentum, sicuti multipliciter exemplificando in Contractibus, in Rescri-
3 ptis, in Judiciis, & quibuscumque aliis actibus, & scripturis opportune dinumeratis, videre est apud *Menoch. de arbitrar. d. cas.* 48. *fere per tot.*, cum quo in suis casibus conveniunt *Gratian. discept. forens. c.* 743. *num.* 72. *Tiraquell. de retract. Lignag.* §. 11. *Gloss.* 1. *num.* 10., *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancellariæ in proœm.* §. 3. *a num.* 100. *ad* 105. *Salgad. in labyrinth. Creditor. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 166. *& seqq. Olea de cess. jur. d. tit.* 8. *quæst.* 3. *a num.* 6. *ad seqq.*

Verum ultra ceteras responsiones objecto datas ad explicationem *Constitutionis sa. mem. Innocentii XII. la* 34. *num.* 43., & de quibus inferius erit sermo, solide visa est signanter applicari ad ejus eversionem illa, quæ fortiori stipabatur præsumptione, semper urgente pro validitate actus a Judice gesti, is enim ad differentiam Privatorum contrahentium, vel respective contendentium non im-
4 munium ab aliquali suspicione, censetur legitime processisse, itaut onus probandi contrarium, non jam per levem præsumptionem appositæ horæ, sed concludēter, incumbat alleganti, quemadmodum generaliter circa actus Judiciales profitentur *Honded. cons.* 27. *num.* 9. *&* 10. *lib.* 2. *Lancellott. de attentat. par.* 2. *cap.* 20. *declarat.* 2. *num.* 1. *Mandos. de Inhibit. quæst.* 81., *Ubert. de Citation. cap.* 4. *num.* 88. *Sess. de Inhibit. c.* 22. *per tot. Giurb. dec.* 36. *nu.* 16. *Rota dec.* 151. *num.* 4. *coram Coccin.*, & precise circa Sententias *Adden. ad Ludovis. dec.* 282. *n.* 11. *Rota dec.* 1115. *cor. Seraph.*; & in individuo appositionis horæ in conflictu Sententiarum *Olea de cess. Jur. tit.* 8. *quæst.* 3. *sub nu.* 15. ubi supradictis fretus rationibus concludit = *licet in Instrumento &c. posita esset hora &c. si una die appareat, Judicem protulisse Sententiam, & fuisse inhibitum, præsumitur, Sententiam ante inhibitionem fuisse prolatam*; optime pariter, & punctualiter *Rota in Romana Dotis*, *seu Legatorum super expensis* 18. *Junii* 1709. §. *Attamen inutilis coram R.P. D. meo Priolo*.

Neque revera ad destructionem actus judicialis, & quamdam Sententiæ vulnerationem licet Litiganti clandestine quodammodo horam adjicere, sicuti in durioribus non liceret ad amovendum aliquem a possessione actualiter apprehensa sub eadem die, quantumvis etenim hora certa sit, non infert hæc necessario prioritatem, potuit enim esse posterior in aliquo quadrante, vel momento,
5 quod sufficit ut supra, ex quo alter de facto habet pro se effectivum Judicatum, & imbibitam validitatis præsumptionem, ut in supradictis terminis actualis possessionis per hæc præcisa verba ratiocinatur, & firmat *Dec. in cap. Pastoralis col.* 3. *num.* 19. *versic. & ad hoc facit de rescript. et in l. in ambiguis in fin. de regul. Jur.*, *Negusant. de pignor. membr.* 2. *par.* 5. *num.* 31. *in fin.*, *Tiraquell. de Jure primog. quæst.* 17. *opin.* 11. *num.* 2. *Antonell. de loc. legal. lib.* 4. *cap. ultim. n.* 9.

Ceterum abstractive, sive ex abundanti prosequendo claudicabat in duobus enarrata renunciatio, altero nimirum, quod illa apparebat inita per acta alterius Notarii, & omnino diversi ab eo, qui erat Causæ Actuarius, cum-

eumque in prædictâ Innocentiana Bulla nihil circa hoc disponatur, profectò, vel attendenda non erat eadem renuneiatio tamquam in rerum natura non existens, cum
6 quidquid existat extra acta, dicatur existere extra Mundum, vel saltem in eisdem actis Actuarii Causæ fieri debebat specifica indicatio hujus ab extra interpositæ renunciationis, ut posset Judex a Sententiando abstinere, vel facile tunc agnosceretur, quænam hora præcederet Judicati scilicet, vel renunciationis, alias namque præpediretur modus, quatenus oporteret, edocendi de
7 anterioritate Sententiæ, prout in longe fortioribus dictum fuit *in Romana, seu Mexicana Depositi eleemosynarum super expensis* 27. *Novemb.*1705. §.*Hæc quoad expensas cor.me*, relata in proposito in dicta *Romana Dotis, seu legatorum super expensis* 28. *Junii* 1709. §. *Immo Domini cor. R. P. D. meo Priolo*.

Et altero, quod præfata renunciatio non erat admissibilis, tamquam nullam præbens cautionem, seu obligationem de reficiendis expensis, cum deposito saltem unius Julii ad favorem, ut requiritur, alterius Partis, quæ vicit, idque in damnum, seu præjudicium
8 ipsius Partis, quæ ceteroquin per longos anfractus recuperare deberet in via probabiliter ordinaria antecedentes, non obstante renunciatione, refectibiles expensas, & sportulas præcedentium Judicatorum, ut indemnitati Litigantium juridice innixa semper tenuit *Rota, et signanter in illa Alexanen. Manutentionis* 15. *Januarii* 1703. §. *Ex quibus cor. R. P. D. meo Caffarello*; *In Senogallien. Canonicatus de Luchis super attentatis* 16. *Januarii* 1704. §. *Hanc veritatem cor. R. P. D. meo Lancetta*; *et in Lucana Præeminentiarum super expensis* 4. *Maji* 1705. *cor. Rmo Omanna Episc. Giennen.*, *ubi late concordantes*.

Et sic Capitulo tantum Informante, & Clero congrue expectato, resolutum fuit &c.

Bononien. Legati.

Lunæ 17. *Februarii* 1710.

ARGUMENTUM

Habes supra in Decis. 472. quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1. *Æquitas nil aliud est quam ipsius Legis directio*.
2. *Salviani ista ad se liberandam ab immissione alterius creditoris potest istum dimittere*.
3. *Frustra quis petit quod intus habet*.
4. *Idem est nulliter deposuisse, ac nullum fecisse depositum*.
5. *Fructus recompensativi debentur per emptorem vigore* Legis Curabit, *& de ratione*, & nu. seq.
6. *Rem, & pretium retinere quis nequit, nisi per speciem iniquitatis*.
7. *Depositum nulliter factum prodesse nequit ad impediendum cursum Usurarum*.
8. *Ususfructus favore legatarii relictus importat materialem, & correspondentem fructuum perceptionem*.
9. *Depositum si ab initio fuerit contradictum, neque ullum super eo Judicis decretum supervenerit, est nullum, non obstante præcedenti intimatione*.
10. *Sententia si per appellationem suspensa remansit habetur pro non lata*.
11. *Depositum tunc solutioni æquiparari potest, quando est omnino liberum, secus si sit vinculatum*.
12. *Depositum non dicitur liberum, quando adest protestatio, non consignari, nisi præstitis prius idoneis cautionibus de evictione, &* num seqq.
13. *Legatarius super re legata quo casu pati valeat evictionem*.
14. *Venditor promittens evictionem, illam præstare compellitur, non tantum si evictio sequatur ex obligatione per ejus Auctores inita, sed etiam ex distractione ab eo facta, seu contracto ære alieno*.
15. *Consensus non est extendendus de una re ad aliam, præsertim si amplior, & generalior sit præservatio, ac protestatio*.
16. *Obligatio qualibet non parit, nec admittit extensionem de Persona ad Personam, & de casu ad casum*.
17. *Obligatus tradere Capitalia, si in illa tradendo fuit negligens, tenetur ususfructus jacturam reparare*.

DECIS. CDLXXXV.

Arrisit iterum majori *Dominorum* Parti Juridicum, & æquitativum temperamentum, per quod juxta exposita *in præcedenti Decisione edita cor. Me* eodem tempore, quo sublevabant Scaranum emptorem Prædii *di Viadagola* a petita Immissione per Monasterium, consulebant insimul ejusdem Monasterii indemnitati, ne deperderet illũ usumfructum, quem ex Persona Reginaldæ Mariæ consequi debuisset die perperam facti depositi per eumdem Scaranum *librarum* 6000. neve pariter in futurum cogeretur per Judiciales anfractus obtinere illam securitatem capitalis, a quo percipiendum esse hujusmodi usumfructum *libr.* 6000. Joannes Reginaldæ
1 Avus præceperat, atque legaverat; Cum æquitas nihil aliud sit juxta *Aristotelem* 5. *Ethicorum cap.* 10., nisi ipsius *legis directio*, cui consonat *Text. in l. hac l. C. de pact. convent. Connan. in tit. de aquit. nu.* 1., *&* 5.

eum

cum aliis eruditis differtis per *Tiraquell. de retract. lignag. §. 35. gloss. 1. nu. 9. & seqq. Calvin. de aquit. lib. 1. cap. 1. per tot.*

Quamvis etenim nonnulli etiam ex eisdem *Dominis* libentius inclinassent pro concedenda eadem Immissione, quæ destituta non erat necessariis ad id requisitis, *ut etiam demonstravimus in præterita Decisione diei 1. Julii 1709. ex §. Quatenus namque cum seqq.*, adhuc quidquid de stricta Juris censura dicendum esset, idem semper recurrebat effectus, cum enim Scaranus sese eximere intendens ab hoc annuo usufructu, etiam quando foret passus efflagitatam Immissionem, potuisset dimittere creditricem per simile depositum librarum 6000. reinvestiendum ad formam
2 ejusdem Testamentariæ dispositionis Joannis juxta facultatem, quam adversus Salvianistâ Jura nostra concedunt, ut per *Text. in l. Paulus §. Qui pignoris ff. quib. mod. jus, vel hypothec. solvat. Menoch. Afflict.*, ceterique collaudati in prædicta *præterita Decisione §. Ratio igitur*, quibus addi possunt *Roland. cons. 14. num. 9. et 10. lib. 1. Schettin. de Jur. offeren. par. 1. cap. 2. sect. 3. nu. 3. Gratian. dec. Mareb. 208. sub num. 1.*

Hinc spectato hujusmodi effectu unice, & semper remanebat inquirendum, an illud depositum, quod sub *die 9. Aprilis* 1704. fecerat Scaranus, validum censeri posset ad præeisum finem exstinctionis debiti, quo casu
3 frustratoria fuisset immissio per vulgare dicterium *frustra petis &c.* vel potius nullum existeret, itaut posthabito ipso deposito, minime cessaverint annui fructus percipiendi per Monasterium, tam attenta Joannis intentione, quam obligatione Scarani, quia
4 cum idem sit nulliter deposuisse, vel nullum effecisse depositum, ad tradita per *Gratian. discept. forens. c. 795. n. 13., & seqq. Rot. dec. 247. n. 10. cor. Cels. dec. 486. num. 4., et seqq. coram Ludovis., decis. 603. num. 7. coram Cerro dec. 102. num. 5. part. 2., et decis. 72. nu. 1. par. 18. rec.*

Utique Scaranum affligebat illa necessitas, quę
5 secundum sanctionem *Text. in l. curabit C. de act. empt.* obligat emptorem ad præstandos fructus, qui nuncupantur recompensativi, ne in præjudicium Venditoris, seu Creditoris ex illius persona sibi obligata Jus maxime fructiferum habentis super ipsa re, locum sibi vindicaret illa species iniquitatis,
6 quam intercedere per retentionem rei, & pretii censuere *Dioclètianus, et Maximilianus in prædicta l. curabit* sicuti considerant *Covarruv. var. resol. lib. 3. c. 4. nu. 7. vers. 15. Conciol. alleg. 54. n. 22., Leotard. de usur. qu. 23. n. 55., et seqq., Rot. dec. 500. nu. 3. cor. Manzaned., et in Eugubina Bonorum super primo Dubio 8. Martii anni mox elapsi 1709. §. Jam vero coram R. P. D. meo de Polignac*, & in individuo, quod depositum nulliter factum prodesse non possit ad impediendum
7 cursum fructuum, sive usurarum, communiter firmavit per *Text. in l. acceptam, ibique DD. Cod. de usur. Gratian. discept. forens. cap. 795. n. 2. Cenc. de cens. qu. 111. sub n. 28. Giurb. dec. Sicil. 87. nu. 1., Adden. ad Buratt. dec. 429. n. 6., Rot. in Romana Dotis coram Rmo Hervavult inter impress. ad ornat. Card. de Luca super mater. de dot. dec. 50. n. 41. vol. 1.*

Nec non præcisa mens, ut diximus, disponentis, qui legavit Reginaldæ Moniali in sæculo Catharinæ *l' usufrutto di un capitale di 6000. lire finchè naturalmente viverà.* Ex facto quippe perperam per Scaranum depo-
8 sito defecisset ille usufructus, qui salva substantia requirit materialem, & correspondentem fructuum perceptionem favore legatarii, ad notissima principia, de quibus *in l. 1. ff. de usufruct. instit. de usufruct., ibique Glos. in princip. Parlador. rer. quotidian. different. 29. n. 2.*, prout etiam indigitaverat ab initio Vicarius Generalis Bononiæ mediante sequestratione fructuum, utpote decurrendorum ad commodum Monasterii, ad sensum *Clem. unic. de sequestrat. propriet. et fruct.*

Aggrediendo igitur examen nullitatum præfati depositi, sive illius irrelevantiam, ea manifeste resultare visa est, ex quo statim ac Scaranus deposuit intimato Monasterio libras 6000. Moniales solemniter protestatæ sunt de illius invaliditate, cui etsi protestationi contradixerit Scaranus, illius tamen contradictioni minime acquieverunt Moniales, sed novas emisere reclamationes, unde cum depositum a principio fuerit contradictum, nullumque supervenerit decretum Judicis illud permittens, vel indulgens, remansit procul dubio idem depositum, non obstante
9 præcedenti intimatione, irrelevans, & inefficax, ut post *Roland. cons. 63. num. 32.* dixit *Rot. dec. 297. n. 7. post Cenc. de cens.* alias coram illius Auctore scilicet *Ludovisio dec. 505. eodem num. 7.* & prius in altera Causa penes *eumdem Ludovis. dec. 146. n. 9. dec. 890. n. 12. cor. Dunozz. Jun. dec. 339. n. 13. vers. quantum attinet ad secundum cum seq. p. 4. tom. 2., & dec. 72. n. 3. p. 18. rec.*

Absque eo quod in aliquo refragaretur, quod ex post prædictus Vicarius Generalis Bononiæ revocatis præcedentibus sequestris, & absoluto Scarano, mãdaverit, pecunias ab eo depositas investiri ad commodũ Monialium; Quoniam cum præfata Vicarii Generalis sen-

tentia fuerit successive infirmata per Auditorem Cameræ Emi Legati, & desuper in conflictu alterius sententiæ A. C. pendeat hodierna provocatio, hujusmodi sententia, & tamquam non præambula deposito, uti requiritur *ex mox annotatis*, & tamquam suspensa per appellationem, donec illius Justitia canonizaretur, habenda erat pro non lata, ut inquit *Fontanell. de pact. nuptial. clauf. 4. glos. 10. p. 1. ex nu. 65. ad 80. Parlador. rer. quotid. lib. 2. c. fin. p. 5. §. 5. nu. 11., Rot. dec. 706. n. 7., & seqq. par. 18. rec. cum aliis relat. in addition. ad meas dec. inter hactenus impress. tom. 1. dec. 63. n. 30.*

Fortius quia præter supradictum irrelevantiæ caput, conspirabat in ejusdem depositi nullitatem, & injustitiam Impertinentium appositio vinculorum, tunc enim depositum solutioni potest æquiparari, quando est omnino liberū, secus autem si appareat vinculatum sive implicatum non jam naturali-
11 bus, & intrinsecis, sed prorsus extrinsecis vinculis, & conditionibus ex jam relata *dec. 383. n. 1.* post *Cenc. de Censib.*, quæ loquitur in subjecta thesi Monialium, cum ceteris adductis *in antecedenti decisione §. Et sane*, quibus pariter possunt adaugeri *Alex. cons. 78. n. 29. lib. 5. Gratian. discept. forens. cap. 260. num. 8. Card. de Luc. de feud. disc. 99. num. 4. Rot. dec. 890. num. 4. & seqq. cor. Seraph. dec. 421. num. 11. cor. Dunozzet. sen. dec. 177. num. 13. & seqq. cor. Duran. dec. 488. num. 5. par. 2., & dec. 91. num. 7. & seqq. par. 13. rec.*

Et quidem duo connotata exstiterunt vincula non toleranda, & penitus extrinseca, & impertinentia, cum etenim ad summum valeret a Judice decerni onus investiendi ad formā Testamenti Joannis, ut deservire valeret pro capitali, a quo Reginalda, seu Catharina percipere posset usumfructum, Scaranus superadjecit nexum evictionis omnino extrinsecum, & extraneum in ordine ad creditri-
12 cem, quicquid dici mereretur respectu Venditoris, quemadmodum ad intellectum *Text. in l. acceptam Cod. de usur. cum Bald. ibidem n. 14.* optime distinxit *Rot. coram Seraphin. dec. 890. n. 4.*

Quin subsisteret prætextus, quod Catharina etiam posseditrix, seu detentrix Prædii distracti in Scaranum, quivisset evictioni subjacere per habentem anteriora, vel potiora Jura dominii, vel crediti, & consequenter, quod neque illius respectu habendum foret vinculum evictionis pro extrinseco. Quoniam hujusmodi objectio ad summum poterat verificari, & firmitatem tenere, quoties ille, qui evincere Prædium contenderet, vel haberet antiquius dominium Prædii, vel creditum antecedens perspecto tempore obitus
13 Joannis, cum procul dubio Legatarius super re sibi legata valeat in similibus casibus evictionem pati, ut habetur apud *Mangil. de evict. quæst. 63. cum seqq. Camarell. de lagat. lib. 15. quæst. 5. n. 56. cum seqq.*

Ast evictio, ad quam Scaranus volebat obstringere Reginaldam, vel mediante vinculatione pecuniæ depositæ, vel mediante fidejussione per eam præstanda, longe erat amplior, & durior, tamquam relativa ad illam evictionem, quam Joannes Baptista Prædii venditor expromiserat eidem Scarano, cum ea amplecteretur etiam hypothecas, & obligationes, quas forte prædictus Joannes Baptista passive contraxisset ante factam venditionem, & a quibus Reginalda numquam poterat inquietari; Venditor quippe promittens evictionem, illam præstare compellitur, non tantum si evictio subsequatur ex obligatione inita per ejus majores, seu Auctores, sed etiam, & multo magis si oriatur evictio per præcedentem ab eo factam distractionem, seu contractum æs alienum, sub
14 hypotheca, prout indubitati Juris est, & quotidie experimur, ut liquet penes *Gloss. in l. inter stipulantem 83. verb. habere licere ff. de verb. oblig. Angel. in l. 1. in 2. notab. C. de peric., & commod. rei vendit., Mangil. de evict. qu. 18. n. 2., Rot. dec. 556. n. 16., & 17. p. 18. tom. 2. rec.*

Nullatenus obsistente, quod Reginalda, sive pro ea Monasterium pro libris 3000. integrantibus libras 6000. pro dote solutas, assensum præbuerit præstationi cautionis; & respective Investimento; Omisso enim, quod cum immineret Professio, & ob id exstaret necessitas sollicitæ exactionis non erat expediens assumere jurgia retardativa ejusdem exactionis, adhuc si limitative consensit pro summa librarum 3000. quam libere tunc recepit, arctanda non erat ad tolerandum hoc penitus extrinsecum vinculum majoris importantiæ, maxime dum inibi amplissime protestatum fuit *de non inferendo sibi prajudiciū circa usumfructum*, ideoque eo minus induci, seu extorqueri valebat animus extendendi consensum de una summa ad aliam, quan-
15 to amplior, & generalior erat præservatio, & protestatio in contrarium *ad individuam* dispositionem *Text. in l. si debitor. §. Si in venditione ibi = nisi salva causa pignoris sui cōsenserit = ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Amat. resol. 50. n. 8., & seqq. Rot. dec. 502. n. 10. par. 18. rec. in Bonon. Attentatorum 3. Julii 1705. §. Eoque certius coram Rmo D. meo Molines Decano, & in Romana Cambii 30. Januarii*

nuarii 1707. §. *Sicut autem cor. R. P. D. meo Lanetta*.

Extrinsecum non minus, & præjudiciale Reginaldæ apparuit alterum Vinculum per Scaranum adjectum in a se facto deposito, & respective capitale usufructui obnoxio, scilicet ad favorem tam Joannis Baptistæ venditoris, quam Comitis Pepuli illius Cessionatii; Verum siquidem erat, quod idem capitale obeunte Reginalda, habebat intrinsecum, & restrictum onus reversionis ad Joannem Baptistam Venditorem, & respective Joannis legantis heredem, sed respectu Comitis Pepuli erat nimis generice conceptum, nec non omnino extraneum, & extra formam Testamenti, sive legati, adeout licet Vinculum absolute superadditum apparenter pro nunc obesse non videretur Reginaldæ, sat tamen erat respondere, quod in contingentia casus poterat forsan anguis sub herba latere, atque aliquando fastidiosas lites producere, & consequutionem liberi usufructus intricare, & hoc unū, quod quidquid adjungebatur præter formam Testamenti erat ab extra, semperque periculosum, & gravativum, unde nec citra, nec ultra idem Testamentum valebat onus, sequestrum, seu vinculum aliquod apponi, obbligatus enim ad certum, præcisum, & signatum effectum favore unius, non compellitur pati indefinitam obligationem

16 favore duorum, cum quævis obligatio tamquam sterilis naturæ non pariat, nec admittat extensionem de persona ad personam, & de casu ad casum *l. quicquid adstringenda*, *& l. si stipulatus §. Chrisogonus ff. de verb. obligat. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 21. nu. 14. Rot. dec. 5. n. 27. cor. Bich., & dec. 610. n. 12. par. 19. recent.*

Et fane nonne læsivum erat, & præjudiciale hujusmodi sequestrum, & vinculum adjectū quoque ad favorē Comitis Pepuli, simpliciter considerando, quod cū pecunia deposita non foret adhuc investita, certe in faciendo Investimentum prima vice, posteaque in casibus *ex. gr.* extractionum renovando, adhiberi necesse erat consensum ipsius Comitis Pepuli, isque super modo investiendi valebat ad sui libitum injicere quæstionem, quam de facto promoverat in Partibus *ut in hodierno Summario heredum Scarani nu. 11.* & interea cessare usufructus, quando si ullo modo dissensisset Joannes Baptista, tenebatur interim damnum supplere, & usufru-

17 ctus jacturam reparare tamquam obligatus tradere capitale, & investire, ex deductis ad *Text. in l. fundi Trebatiani §. ibi = heres, cujus culpa, aut facto fundi redditus facti sunt minores, tenetur de suo diminutionem supplere = ff. de usufruct. legat. per Bald. in l. unic. §. Excepto ante num. 1. vers. extra quaro C. de caduc. tollend. Tiraquell. de retract. Lignag. §. 15. gloss. 1. num. 16. vers. fallit secundo, Cavalcan. de usufruct. Mulier. relict. sub n. 141. Surd. de aliment. tit. ult. quast. 40. sub num. 41.*

Denuo igitur sublatis, & respective dispunctis Scarani exceptionibus, *Domini* permāserunt quoad bonificationem fructuum a die depositi, illiusque renovationem ad formam Testamenti *in decisis*. Utraque &c.

Spoletana Successionis.

Luna 17. Februarii 1710.

ARGUMENTUM.

Peculiaris non minus quam Docta est Decisio super quæstione illa valde ancipiti, an in Chasmate Terremotus pluribus morte oppetitis, quis eorum dicatur supervixisse, & in hac re expenduntur duo *Triphoniani*, & *Ulpiani* responsa, primum in *l. Qui duos 10. §. Cum in bello ff. reb. dub.*, & secundum in *l. ex facto 17. §. si quis autem ff. ad Senat. Consult. Trebell.*, quæ, etsi unum alteri expresse contrarietur, conciliantur tamen inter se, & licet loquantur de illis, qui in bello diem claudunt extremum, leges tamen in laudata Decis. an possint applicari casui Terræmotus.

SUMMARIUM.

1. *In casibus ambiguis ignorata præmorientia duorum, ille censetur obiisse prius, qui prius natus est, & senior est*, & nu. 6. & seqq., & n. 18.
2. *Contrarium habetur ex* l. Ex facto ff. ad Senatus Consult. Trebell. *Vide conciliationem* num. seq.
3. *Ad impediendam purificationem conditionis* si sine filiis, *non sufficit, quemlibet habuisse liberos, nisi plene probetur istos Patri fuisse superstites*, & nu. seq.
4. *Pro consequendo lucro Statutario Viri superviventia concludenter est probanda*.
5. *Si vero gradualis ordo fuerit concupitus, sive demandatus, puta si fuerit volitus superstes, tunc per deplorabile Chasma duobus, vel pluribus fato cedentibus, nulli est Jus quasitum*.
6. *Masculus, & femina ejusdem atatis si sub aliqua ruina perierint, femina ob sexus imbecillitatem præsumitur præobiisse*.
7. *Et impubes Puberi*.
8. *Statutum Nursia* in rubr. 81. *quid disponat*, & num. 10.
9. *Statutum tamquam generale, & suppletivum Testamentorum Civium loco testamenti non facti venit servandum*.

10.

10. *Statutum feminarum exclusivum propter dotem, non operatur si femina adhuc non sint dotatæ.*
11. *Favor agnationis a statuto contemplatus quando porrigatur ad eos agnatos, qui non sunt per Statutum præcise contemplati, seu nominati.*
12. *In fideicommissis etsi fuerit expresse contemplata agnatio, non per hoc fideicommissum regulariter protenditur ad omnes agnatos, sed intelligitur de illis Gradibus agnatorum, qui fuerunt per Testatorem expressi.*
13. *Statutum tamquam individuum scindi non debet, itaut locum habens in casu simplici, procedere neque in casu non simplici.*
14. *Feminæ dotatæ si succedere volunt, debent earum dotem conferre tam ex dispositione Juris, quam ex statuto.*
15. *Et portio ex causa collationis eisdem feminis pertinens aut jure deliberandi, aut ex æquitate* l. Pantonius *transmittitur ad ulteriores heredes.*
16. *Avita hereditas intestata devolvitur ad Nepotes, vel Neptes descendentes ab eodem Avo.*
17. *Fraterna hereditas defertur sororibus propinquioribus in gradu fratri prædefuncto, priusquam ad eam adspirare valeant ceteri Parentes, ac transversales.*
18. *Filius junior præsumitur supervixisse Patri seniori in Chasmatibus.*
19. *Masculus supervixisse præsumitur feminis.*
20. *Maxime si sit virium robustarum.*
21. *Limita, si masculus fuisset unicus, & feminæ duæ, quia tunc in Chasmate Terræmotus, alterutram saltem ex feminis tardius obiisse præsumitur, cum in hoc casu numerus vincat,* & num. seq. *Hoc tamen difficile accidit in bello*, n. 23.
22. *Argumentum a crebrius contingentibus validum est præsertim in materia dubia.*
24. *Qualitas, a qua tota pendet statutaria ordinatio, non est simpliciter præsumenda, sed concludentissime probanda.*
25. *Successio in dubio deferenda semper est propinquioribus, exclusis extraneis.*
26. *Successio testata impedit viam inquirendi de intestata.*
27. *Confessio Partis superat quodcumque genus probationis.*

DECIS. CDLXXXVI.

Quod ipsi nos *scire nequeamus neque diem, neque horam*, qua viam universæ carnis sumus ingressuri, monuit, qui scit omnia Deus, sed quod etiam alii extra nos cogantur quandoque ignorare momentum obitus uniuscujusque Nostrum per quotidianam edocti experientiam, etiam Majores didicerunt, quantum possibile fuerat, consulendo horum casuum amaritudinibus, ob illam legum providentiam, quam nobis suppeditant *Triphoniani*, & *Ulpiani* responsa, primi scilicet, in *l. qui duos* 10. §. *Cum in bello ff. de reb. dub.*; & secundi in *l. ex facto* 17. §. *Si quis autem ff. ad Senat. Consult. Trebell.*

In primo siquidem responso *Triphonianus* innixus *Adriani* Cæsaris rescripto Regulam constituit, quod in hisce casibus ambiguis ignoratæ præmorientiæ duorum, ille censeatur prius debitum naturæ exsolvisse, qui prius illud contraxit, idest primo natus, seu Senior ævo, per ea verba = *Cum in bello Pater eum Filio periisset, Materque filii, quasi postea*
1 *mortui bona vindicaret, Agnati Patris, quasi Filius antea periisset, Divus Adrianus credidit, Patrem prius mortuum* = & ex hac Sanctione, seu responso naturæ ordinarium plerumque modum imitante, seu præsumente, eamdem regulam passim sequuti sunt *Doctores in dicto cap. cum in bello, Castren. cons.* 101. *num.* 1. *in princip. lib.* 2., *Covaruv. var. resolut. cap.* 7. *num.* 8., *Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præsump.* 50. *n.* 21. *& seqq. Carpzov. Jurisprudent. for. par.* 3. *Constit.* 17. *diffinit.* 10. *num.* 6. *vers. Unde si Pater*, *Pravidelt. de pest.* §. *Certum est num.* 2., *Cacheran. dec. Pedemon.* 108. *num.* 4., *&* 11.

Verum neque pacifica remansit hæc regula; unde nova etiam legalis caligo Doctores nostros obtenebravit, quia *Ulpianus* in præcitato altero responso in *l. ex facto ff. ad Senat. Consult. Trebellian.*, determinasse videtur
2 contrarium per hæc opposita verba = *Sed si naufragio, vel ruina, vel aggressu, vel quo alio modo simul cum Patre* (videlicet filius) *perierit, an conditio* (videlicet sine liberis) *defecerit, videamus, & magis non defecisse arbitror, quia non est verisimile, filium ei supervixisse* = Quodque plus *est Ulpianus* caliginem caligini superaddendo, concludit in *dicta l. ex facto* §. *Eodem* = *Cum autem quis ante, & quis postea decesserit, non apparet, exstitisse conditionem Fideicommissi magis dicendum est* =; & per hujusmodi verba, sive negativa, sive affirmativa, decidendo pro opposita regula, quod filius Patri præmortuus in hisce Chasmatibus præsumatur, palestram aperuit pugnantibus opinionibus, licet sollicitis curare concordiam, nonnulli quippe crediderunt, quod prima regula, ut supra, constituta ad mentem *Triphoniani*, *& Adriani Imperatoris*, firma sit, & vera, sed limitetur, quoties agamus in conditione Fideicommissi *Si sine liberis* subintellecta in his terminis virtuali illa adjectione = *Supraviven-*

viventibus =, quafi quod ille, qui dicit fupravixiffe filium Patri, ne eadem conditio cenfeatur defecta, teneatur pofitive non per meram præfumptionem docere de Supraviventia impeditiva filii, proindeque in dubio favorabilior fummi debeat interpretatio pto Fideicommiffo litteraliter volito, & expreffo, quam pro tacite, feu conditionaliter exclufo. Non enim fufficit, quem habuiffe liberos ad impediendam purificationem con-
3 ditionis, nifi Patri fuerint fuperftites, & hoc uti quid facti comprobetur, & ita fatis *Textum cum Textu* concordaffe cenfuit *Imol. in dicta l. ex facto verf. fed certe*, quem profequuti funt *Goffred. ibidem num. 3., Alexander fub nu. 4. verf. fextus eft intellect., Covaruv. var. refolut. lib. 2. cap. 7. n. 6. Altograd. conf. 69. nu. 18. lib. 1., Fufar. de fubftitut. quæft. 436. n. 7.*

Ceterum præfcindendo ab hypothefi peculiari *Textus in dicta l. ex facto*, *Ulpiani* verba in femetipfis magnam involvunt ambiguitatem, dum in ratione allata = *quia non eft verifimile, filium ei fupervixiffe* = de directo deftruere videntur contrariam *Triphoniani* præfumptionem pro filii Superviventia militantem, unde alii folide relati per *Peregr. de Fideicomm. art. 43. a num. 47. cum plurib. feqq.*, minime præbuerunt affenfum abftractivæ conciliationi excogitatæ per *Imolam* loquentem in fimplicibus terminis conditionis appofitæ = *Si fine filiis* =, nifi fub diftinctione nonnullorum aliorum cafuum, fcilicet, quando alias certa eft volita Superviventia alicujus, quia tunc ex præmiffa *Imolæ* confideratione, qui vult impedite emolumentum, vel acquirere, mediante eadem Superviventia, compellitur illam non præfumere, fed demonftrare, ut in lucro Statu-
4 tario in cafu Superviventiæ Viri, eidem Viro conceffo, quemadmodum videre eft penes *Rocc. difput. in Select. cap. 181. nu. 30., Roland. de lucr. Dotal. quæft. 60. n. 6., Fanucc. Gloff. 4. num. 4., Peregrin. in loc. citat. num. 53. verf. Ego diutius, R. P. D. Petra in fuis Comment. ad Conftit. Apoftol. Tom. 1. fol. 507. num. 80. in fin., & feqq. & in Spoletana Manutentionis 19. Junii 1705. §. Non obftat, cor. R. P. D. meo Caffarello Almæ Urbis Gubernatore.*

Quando autem gradualis ordo concupitus, five demandatus apparet tam in Contractibus, quam in Statutis, quam demum in ultimis voluntatibus, *ex. gr.*, fi fuerit expreffe volitus Superftes, feu unus poft alium dignofcatur vocatus, tunc amplius non quæritur
5 de præfumptione Juris, de qua in *dicta l. qui duos*, & in *l. ex facto*, fed per deplorabile Chafma duobus, vel pluribus Fato cedentibus, nulli quæfitum effe Jus, nulli captioni locum effe, definivit *Text. in l. quod de pariter cum duob. feq. ff. de reb. dub.*, prout voluerunt in his terminis *Palm. conf. 94. num. 20. in princip., Roland. conf. 69. n. 16. lib. 1., Paccion. de probat. lib. 2. cap. 8. n. 20. & feqq., Peregrin. de Fideicomm. dicto art. 43. num. 53. verf. aliquando vero lex, Carpzov. dec. 19. num. 4. lib. 1.*

Quapropter iterum præfcindendo ab hifce peculiaribus cafibus, vigente adhuc in fuo robore regula *Triphoniani*, & non ratione *Ulpiani* fubintelligenda reftrictive dumtaxat, & non alias ad cafum, de quo loquitur, Doctores magis recte introfpicientes naturale dictamen a frequentiori experientia confirmatum, eamdem regulam a *Triphoniano* conftitutam fublimitarunt, nempe quod non fola major ætas faciat præfumere prædeceffū, fed exquirenda fit etiam qualitas Sexus, & melius perfcrutanda in ipfa Junioritate gradualis differentia ætatis; quia fi tractetur de mafculo ejufdem ætatis refpective ad feminam, femina ob fexus imbecillitatem, viriumque in confequentiam majorem ægritudinem præfumitur præobjiffe; prout pariter perfpecta ejufdem præmiffæ rationis quid-
6 ditate impubes puberi, ut priorem fublimitationem referendo ajunt *Gloff. in l. ex facto §. Si quis autem in verb. filium ejus ff. ad Trebell., Bartol., & Bald. in l. fi Poffeffor. ff. de Religiof., & fumpt. funer., Covaruv. var. refol. lib. 2. cap. 7. nu. 2., Tiraquell. ad l. Connubial. l. 1. Gloff. 1. par. 1. nu. 58., Narbon. de atat. Annor. 14. quæft. 5. nu. 11., Zacch. quæft. Medic. legal. lib. 5. quæft. 12. tit. 2. n. 27., Card. de Luc. de Succeff. difc. 48. fub n. . . Alter de Luca ad Franc. dec. 454. nu. 7.,*
7 & pofteriorem *Cujac. in l. 26. ff. de pact. Dotal., Menoch. de præfumpt. lib. 6. præfumpt. 50. num. 30. verf. natura enim, Thefaur. lib. 3. quæft. forenf. 77. nu. 1. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. clauf. 4. Gloff. 7. par. 2. n. 47. Barry. de Succeff. lib. 17. tit. 6. de condit. mod., & Cauf., Franc. dec. 454. per tot., ibique Adden.*

Sed neque hæ folutiones, juxta contingentiam longe plurium cafuum in dies fuccedentiū, quam fint conclufiones, & leges fæpe fæpius adinveniuntur poftmodum in praxi capaces ad diremptionem quæftionum, quas humanitatis infortunia, poftquam etiam tranfierint, relinquunt, proindeque agnitum fuit neceffarium, quod prudentis Judicis Religio, feu rectum arbitrium, & individuum cafus, & effectum quæftionis fedulo animadvertat, non recedendo tamen,

quan-

quantum fieri poteſt, a prædictis propoſitionibus, & majori plauſu Scribentium exceptis, & Tribunalium Judicio comprobatis, itaut delibatæ ſuperius animadverſiones pro aliquali dumtaxat lumine ad viam in hac obſcuritate probabiliorem, & magis rationi, & æquitati conſonam inveniendam deſervire vix poſſint, & de facto nulla ferme ex præmiſſis regulis, & limitationibus capax reperta fuit obtruncandi de per ſe abſolute controverſiam, quæ nuper exorta eſt in præſenti Cauſa, in qua Altiſſimo, qui aſpicit Terram, & facit eam tremere, codemque aſpectu diſſolvit Gentes, percutiente plaga magna quamplures Civitates, Oppida, & Caſtra noſtræ ſignanter Italiæ, in quaſſatione, quæ contigit Nurſiæ, ſimul exſtincti remanſere abſque ullo prioritatis, vel poſterioritatis indicio quatuor præcipue Perſonæ, nempe Paulus ætatis *annorum* 82. Antonius ex filio Nepos *annorum* 33., Joanna Neptis *annorum* 32., & Clara pariter Neptis *annorum* 21., unde commota remanſerit lacrimoſa diſceptatio, qualis ordo per ſemitas juridicas foret ſervandus in præſumenda mavis unius, quam alterius ex hiſce quatuor Perſonis præmorientia, diverſitatem cauſante Statuto Nurſiæ quoad finem Succeſſionis, ſi caſus accidiſſet uno potius modo, quam altero; nam ubi ſupradictæ

8 feminæ ſuperſtites fuiſſent tam Paulo Avo, quam Antonio Fratri, poſteaque obijſſent, facta tunc collatione Dotium habitarum, omnes aliæ feminæ ſuperviventes, ceſſante tunc Statuto, de Jure ad invicem, ſcilicet pro virili invitatæ noſcebantur ad ſucceſſionem Prædefunctorum Avi, & Fratris: Quoties vero ſuperſtites exſtitiſſent, vel Avus, vel Frater, obeuntibus poſtea eiſdem Avo, & Fratre, nulliſque aliis Deſcendentibus de Linea maſculina Avi, & Fratris ſuperexſtantibus, eo caſu aliæ feminæ, & in caſu noſtro Neptes, vel Sorores præmortuorum ad ſuccedendum ex municipali cenſura ſolummodo invitabantur pro medietate, pro altera autem medietate admittebantur Parentes Prædefunctorum uſque ad tertium incluſive gradum, *juxta Rubric.* 81. *Statuti Nurſinæ Civitatis*, quod tamquam generale, & ſuppletivum Teſtamentum Civium loco

9 Teſtamenti non facti venit ſervandum, *Bartol. in l.* 2. *§. Videndum ſub num.* 2. *verſ. non obſtat, ſi dicis ad S. C. Tertull., Bald. in l. maximum vitium num.* 3. *Cod. de liber. præter Pariſ. conſ.* 20. *num.* 40., *&* 41., *& conſil.* 23. *ſub num.* 23. *verſ. patet igitur, et num. ſeqq. lib.* 2., *Card. de Luc. de Succeſſ. ab inteſt. diſc.* 1. *num.* 8., *et diſc.* 3. *num.* 21. *Rot. dec.* 248. *n.* 11. *cor. Celſ.*

Ratio, propter quam diximus, quod ſuperſtitibus Joanna, & Clara, Succeſſio ad tramites puri Juris fuiſſet moderanda, in eo radicatur, quod cum eadem Clara, & Joanna non adhuc exſtitiſſent dotatæ, nequibat in aliquo operari Statutum feminarum excluſivum, quod feminas excludendo habuit unice reſpectum ad dotationem, ut ibi = *Che le Donne dotate dal Padre, Madre, o Avo, o Fratel Carnale &c., non ſi ammettano alla Succeſſione di eſſo Padre, Madre, Avo, o Fratello &c., ſe l'altro, o gl'altri Fratelli Carnali ſa-*

10 *ranno vivi* =, & idcirco ceſſante alia qualitate præciſe ſuppoſita, & deſignata per Statutum, ceſſabat excluſio, ut diſtinguendo inter Statutum habens in feminarum excluſione reſpectum ad Agnationem, vel ad dotem citra Contradictorem conveniunt *Anchar. quæſt. Familiar.* 33. *n.* 1 *lib.* 1. *Brun. ſuper Statut. excluſ. femin. Art.* 6. *nu.* 22. *verſ. Item participium, Campeg. ſuper eodem Statut. excluſ. femin. par.* 1. *num.* 71., *Rota dec.* 110. *nu.* 3., *& ſeqq.*, *deciſ.* 175. *per totam par.* 7. *deciſ.* 183. *per tot. par.* 8. *Recent.*, *& in Romana Succeſſionis* 11. *Februarii* 1697. *§. Et cum cor. bo. mem. Urſino, quæ eſt dec.* 141. *n.* 9. *poſt Conſtant. ad Statut. Urb.*

Intelligendo tamen motivum, ſeu rationem Agnationis, ut aliquid plus operetur, quoties agatur de capite excluſivo, ſeu de Perſonis excluſis, quoniam ſi propter certos Agnatos *ex. gr.* excludatur Neptis, multo magis cenſetur excluſa Proneptis ex eadem Nepte proveniens cum ſimilibus; Non autem vero quoties agatur de capite incluſivo, ſive perſonarum, excludere feminas ſatagentium vigore Teſtamenti Legis, ſeu Statuti, tunc etenim favor Agnationis non poteſt adeo fimbrias dilatare, ut porrigatur ad

11 eos Agnatos, qui non ſunt per Statutum præciſe nominati, ſed exiſtunt quomodolibet in gradu remotiori, & non nominati, ad firmata per *Cyriac. controv.* 476. *a num.* 13. *ad* 16., *Pigant. ad Statut. Ferrar. Rubr.* 139. *n.* 19., *Conſtantin. in prælud. ad Statut Urb. Art.* 1. *n.* 7., *& in Annotat.* 39. *Artic.* 1. *n.* 34. 35., *&* 67., *Rot. dec.* 267. *n.* 16., *& ſeqq. par.* 16. *Recent.*, *& in Veliterna Succeſſionis* 25. *Junii* 1696. *§. Etenim cor. bo. me. Urſino inter impreſſas ad ornat. Card. de Luc. tit. de Legat. dec.* 26. *n.* 6., ideinque habemus in Fideicommiſſis, quæ proveniunt ex Teſtamento Hominis, licet enim expreſſa fuerit, ſeu contemplata Agnatio, non per hoc Fi-

12 deicommiſſum regulariter protendit ad omnes Agnatos, ſed intelligitur de Gradibus illorum Agnatorum, qui fuerunt per Teſtatorem explicati, & expreſſi, ut plene diſcuſ-

ſo

so Articulo, resolutum fuit in *Camerinen. Fideicom. 16. Aprilis 1706. §. Verba enim cum plurib. seqq. cor. R.mo Oman. Episc. Giennen.*
Inefficaci autem reddito ipso Statuto quoad indotatas superstites, inefficax pariter efficiebatur quoad ipsas dotatas ex passim canonizata propositione, quod Statutũ veluti quid individuum nullã patitur scissuram, & tam-
13 quam habens locum tantummodo in casu simplici, illum sibi usurpare non potest in mixto, nempe quoties adest de medio persona successibilis, non comprehensa in eodẽ Statuto, ad plene cumulata per *Bald. in l. certi condit. 9. §. Quoniam nu. 3. ff. si certe petat. idem Bald. cons. 279. ad fin. volum. 4., Cyriac. contr. 252. n. 13., Rot. dec. 458. nu. 27. dec. 664. n. 6., & 7. cor. Bieb., dec. 425. nu. 6., & dec. 547. nu. 11. par. 19. tom. 2. Recent.*
Certius, quia idipsum in substantia decrevisse videbatur in hoc casu Statutũ, quamtumvis enim postmodum non parum se involvat (etsi conciliari valeat, veluti loquens in postremo casu simpliciter de feminis dotatis) adhuc in figurata hypothesi, quæ adamussim evenit, sanciebat, quod si nulli superstitissent masculi descendentes a Patre, Matre, Avo, & Fratre, solumque reperirentur feminæ; *allora tanto le dotate, quanto le non dotate insieme succedano, con questo, che se le dotate vorranno succedere, sieno tenute le loro doti conferire, e rimesticare insieme*; Ideoque in nihilo concurrere poterant Parentes propinquiores, sed solæ feminæ noscebantur vocatæ, adhibito dumtaxat discrimine collationis inter dotatas, & non dotatas, ut ad
14 mentem quoque legis dotatę conferre obligarentur dotes receptas, quemadmodum in hisce casibus abstractive etiam disponitur in *l. si Arrogator, & in l. cum mora C. de transact.*, ibi *Jason., Socein cons. 296. in præsenti consultatione column. fin. vol. 2., Molfes. ad consuetud. Neapol. tom. 1. par. 4. de success. ab intestat. quæst. 25. num. 4. 13. & seqq., Carol. de Ros. ad eamdem consuetud. de success. ab intest. tit. 1. n. 61., & seqq. Constant. ad Statut. Urb. annot. 39. art. 2. n. 76., Afflict. dec. 161., & ibidem Ursill. in addit.*
Stabilita itaque hac Juris, ac etiam Statuti intelligentia, parũ relevabat consideratio portionis, quæ venisset Joannæ, & Claræ superstitibus, quoniam cum eædem subinde certo certius obijssent, ea portio, vel major, vel minor ad eas pertinens, ex causa collationis dotium a Sororibus consuccedentibus faciendæ, reincidebat in easdem Sorores ex liquidissimo titulo illius transmissionis, qui aut Juris deliberandi, aut in omnem
15 eventũ receptæ æquitatis ex *l. Pantonius* respective nuncupatur, & transfertur ad ulteriores heredes, ut plene distinguendo unam speciem transmissionis ab altera, firmavit *Rot. in Romana Immissionis 6. Aprilis 1699. cor. Mel fere per tot., inter impressas ad Constant. post collectan. ad Statut. Urb. tom. 3. decis. 142.*
Quinimmo nec etiam convolare oportuisset ad ullum auxilium transmissionis, dum supposita quoque non agnitione sine alio beneficio vel juris, vel æquitatis, idem resultabat effectus, cessante siquidem concursu Joannæ, & Claræ supraviventium Avo, & fratri, hereditas ejusdem Avi, & fratris ex propria persona integre devenire debuisset ad eas Sorores, quæ vivæ remanserunt, hodieque efflagitabant Immissionem, Avita siquidem, & fraterna hereditas intestata respective devolvitur per providentiam, & ordinationem Juris ad neptes descendentes ab eodem Avo, & ad Sorores propinquiores in gradu fratri prædefuncto, priusquam ad eam aspi-
16 rare valeant ceteri Parentes, & Transversales, ut in ordine ad Avitam hereditatem dicunt *Scribentes, in §. Intestatorum autem hereditas, et §. Ita demum instit. de hereditat. quæ ab intest. defer. l. ex Testam., Cod. unde liber, Cancer. de success. ab intest. c. 5. n. 1.*
17 & in ordine ad fraternam est *Text. in l. post Consanguineos ff. de suis, et legit., l. Consanguinitatis Cod. de legitim. hered., Mart. de success. legal. p. 3. qu. 6. art. 3. nu. 3.*
Ad rem igitur applicando mature *Domini* inspectis peculiarissimi casus circumstantiis, existimarunt, Avo, & fratri supervixisse Joannam, & Claram, vel saltem alterutram, quemadmodum in altero Turno senserant, ac definiverant quoque alii *Domini coram R.P.D. meo Crispo*, ut ex illius *dec. 15. Apr. 1709.*. Jam enim quoad Paulum, qui erat constitutus in ætate *annorum 82.* res transire videbatur sine difficultate, quoniam etsi, ut inferius annotabimus Chasma Terræmotus differat in ratione ab aliis plerisq; similibus infortuniis, nihilominus tam longæva ætas, & sine ullo extrinseco impulsu morti tã proxima suadebat, quod quęlibet percussio, seu repercussio, & quodammodo ipsa pulvis juncta cum formidine mortis indubitanter idonea erat ad illi prius inferendam suffocationem, & excessum, quam ceteris bullore sanguinis florentibus, & refertis. Unde citra scrupulum de eo non videbatur considerabilis
18 habenda ratio circa præsumendam prioritatem decessus, cum a fortiori ejus respectu perurgeant ea, quæ de senioritate in concursu Patris, & filii tam jura, quam naturale

18 dictamen Juniori præbent superviventiæ præsumptionem, & fulcimentum, ut præter superius allegatos in §. *In primo siquidem*, ad ornatum *l. qui duos* prosequuntur *Aretin. cons. 50. col. 2. vers. 2. hoc probatur; Thesaur. quæst. for. 77. n. 1 lib. 3. Fontanell. de pact. Nupt. claus. 4. gloss. 7. p. 2. n. 38., Marchin. de Bell. divin. c. 11. n. 13. p. 8.*

Amaritudo propterea, si quæ concipi potuisset, residebat in Antonio *annorum 33.*, qui erat tunc ad mensuram Viri perfecti, & plenitudinis ætatis Christi Domini Nostri, in qua ad sensum Divi *Pauli* sumus etiam resurrecturi, & certe pariter in abstracto juncta inferioritate sexus, idem Antonius supervixisse censendus esset singillatiter Claræ, & Joannæ, sive ex capite solius masculinitatis, sive ex altero robustarum virium, ut superius animadvertimus, addendo quoad masculinitatem

19 *Gloss. in dicta l. qui duos 10. §. Si maritus vers. locum habebit, Felin. in c. Capitulum S. Crucis 130. num. 19. in fin. vers. facit sex de rescrip., Tiraquell. in princ. ll. Connub. gloss. 1. p. 1. n. 58., Palm. cons. 94. num. 2., Giurb. ad Consuet. Messan. c. 10. gloss. 2. n. 13. in princ.*

20 Et quoad vires magis consistentes *Peregrin. cons. 99. lib. 6. num. 160., Zach. quæst. Med. legal. lib. 5. tit. 2. qu. 12. nu. 18. vers. Itaque maxime.*

Verum plura coegerunt *Dominos* argumenta, per quæ censuerunt alterutram saltem ex præmissis Joanna, & Clara tardius animam efflasse, & primo, quia, ut jam tetigimus, quæstio non erat de insimul pereuntibus in aliquo naufragio, aliove infortunio penitus coæquali, in quo ceteris paribus strenuitas

21 sexus, ætatis, & temperamenti possit reputari capax validioris resistentiæ, sed in subversione, seu quassatione Terræmotus, qui diversimode valuerat contigisse, nam improvisa illius concussio etiam æquo impetu invadens pavimentum, parietes, & fornicem, adhuc si una pars ejusdem cubiculi, seu mansionis debilior existat, potest oppetere citius illum, qui magis subtus etiam ratione loci reperiatur, & unũ magis, quam alterum in commotione, & præcipitatione Trabearum laquearis percutere, itaut ex illo magis gravi, & propero accidenti etiam robustior in obeundo anteire, quapropter cum hæ Puellæ essent duæ, masculus autem unicus, probabilius numerus superabat in hoc obscuro eventu æqualem fati inclementiam, sicuti videmus in Urnarum revolutione passim accidere, ut verisimilius cadat sors super illos, qui plures Schedulas ab eisdem Urnis extrahendas sibi favorabiles immisere, & e contra; Argumentum quippe a crebrius con-

22 tingentibus validum esse in similibus anfractibus, dixerunt relati per *Rocch. disput. Jur. select. in dicto c. 181. n. 17.*, & respectu discriminis inter Terræmotum, & alia infortunia adverterunt *Rip. in l. Ex facto §. penult. ff. ad Trebell., Bald. cons. 145. n. 4. vers. nec obstat, quod filia, Aretin. cons. 50. colum. 2., Peregr. de fideicom. art. 43. num. 53. vers. Accursius autem, & 54., Alciat. de præsumpt. Reg. si præsumpt. 45. in fin.*

Et de facto, si res versata fuisset in bello, quod præcise figurant leges, ut supra pugnantes, & in materia Capitales, casus hic difficile accidisset, animadvertendo, quod nedum feminæ ad bellum raro adducuntur, & etiam masculi, nisi plusquam pubertatem

23 evasi, scilicet ab *anno 17.*, ut ex *Plutarch. in Gracchis* observat *Lipsius in Milit. Roman. lib. 1. dyal. 2.*, & ex nostris *Duaren. in l. qui duos, seu in bello ff. de reb. dub., Peregrin. cons. 99. num. 95. lib. 6. Pravidelt. de pest. §. Certum est n. 2. cum aliis in proposito relat. per Roccam cap. 181. nu. 6.*

Secundo, quoniam cum Statutum Nursiæ esset dubio procul aberrans ab Juris communis censura, illiusque correctorium, & odiosum, atque admitteret interversa successione Legis Parentes propinquiores pro medietate ad succedendum sub negativa conditione = *ma quando non sopravivesse alcuno della linea masculina delli discendenti* = Utique hæc qualitas prædecessus, a qua pendebat Statutaria ordinatio, non erat simpliciter præsumenda, sed probanda, uti plura exempla tribuen-

24 tes in proposito expressæ affirmativæ, vel negativæ superviventiæ tetigimus supra, alias nullum lucrum, nulla successio defertur *Bartol. in l. quod pariter 17. nu. 2. vers. aut debet ff. de reb. dub. Præposit. in cap. ultimo n. 12. de donat. inter Vir. & Uxor., Signorell. de Homodeis cons. 9. per tot., Tiraquell. de curs. Primog. qu. 7. opinion. 7. n. 10. in fin., Giurb. ad consuet. Messan. c. 10. gloss. 2. nu. 13. vers. uti in lucro dotis.*

Ast quando etiam hæ de per se stringentiores ponderationes in hujusmodi materia pendente a rationabili Judicis arbitrio, non sufficeissent, rem profecto indubitanter dubiã, & ambiguam efficiebant, & hoc ipsum exuberabat, quia quoties successio relicto naturæ, & sanguinis descensu, divertere in figuratione casus deberet ad extraneos, propriique descendentes avita, vel propinquiori

25 hereditate deorbati, vel absolute facessunt omnes hi discursus, vel saltem Judicii lancem inclinant ad exclusionẽ Extraneorum, ut firmo calamo tenuerunt plene relati in *dec. edit. in præcedenti instantia cor. R. P. D.*

meo

meo Crispo die 15. Aprilis 1709. §. Inde cum in præsenti, & signanter Aretin. consf. 50. col. 3., Covarruv. var. c. 7. n. 8. vers. his non obstare, Giurb. ad consuet. Messan. d. c. 10. gloss. 2. nu. 15. vers. nisi de succedendo, Marchin. de Bello Divino c. 11. n. 20. Intrigliol. de Substit. cent. 3. qu. 56. n. 13.

Atque ex his confirmandam esse dixerunt Domini Sententiam Rotalem, citra necessitatem recurrendi ad aliud præsidium, æque tamen fortissimum, & cui copulative innitebantur Actrices, nempe fideicommissariæ successionis, quamve, nec ab Avo, nec a Fratre, nec a Sororibus recognoscere indigebant prænominatæ Actrices, sed a Tibaldesco in vim Testamenti per 26 eum conditi usque de anno 1622., Itaut successio testata revera profligaret ansam inquirendi de intestata, uti respondit l. Cod. Vulpianus lib. 76. ad Edict. alias in l. quamdiu 39. ff. de acquir. vel omitt. hered., Riminald. Jun. consf. 532. nu. 76., Cyriac. controv. 76. n. 17., Rota dec. 54. n. 1., & dec. 513. n. 4. coram Bich. dec. 405. n. 12. par. 4. tom. 2. dec. 510. n. 2. p. 18. Rec.

Et antiqua hæsitatio, quæ videbatur adesse super justificatione identitatis bonorum suppositorum eidem fideicommissariæ Ordinationi Tibaldeschi, hodie ex abundanti videbatur quoque sublata per Actrices usque ad superlativum gradum, qui valeat in facti 27 probationibus exoptari; nimirum per ipsius adversæ Partis confessionem, ad monitum Imperatoris Diocletiani, & Maximiliani in l. cum precibus Cod. de probat., & in individuo firmata per Peregrin. de fideic. art. 44. n. 20., Rota dec. 90. n. 1. cor. Cavaler. dec. 341. num. 3. cor. Merlin., & in Amerina fideicommissi 15. Junii 1696. §. Constit. cor. bo. me Muto.

Gerunden. Anniversariorum.

Veneris 14. Martii 1710.

ARGUMENTUM.

Testator si locum expressit, in quo mandavit suam exsequi voluntatem, eam prætergredi nequit; Unde si in suo testamento mandaverit, Missas celebrari in aliqua Ecclesia, nequit Episcopus ejus voluntatem alterare, & Missarum celebrationem de uno loco ad aliud transferre. Ecclesia, sive Oratorium fundari licite potest intra limites Ecclesiæ Parochialis cum solo Episcopi consensu, dummodo tamen Ecclesiæ Parochiali intacta præserventur omnia Jura Parochialia. Consensus majoris partis requiritur quando agitur de interesse singulorum, seu totius Communitatis.

SUMMARIUM.

1. *Testator si mandet Missas celebrari in aliqua Ecclesia nequit Episcopus ejus voluntatem in minimo alterare, aut transferre ad alium locum, vel Ecclesiam;* Ampl. n. 6.
2. *Canonica portio exigitur a piis legatis, oblationibus, aliisque occasione funerum alteri Ecclesiæ relictis.*
3. *Limita in Anniversariis, a quibus deduci nequit.*
4. *Falcidia non detrahitur ex Anniversariis, aliisque donis, & oblationibus Deo factis.*
5. *Testator si mandavit ut Missæ celebrarentur in determinatis Ecclesiis, istarum Rectores obstringi queunt, ut omnes Missas in dd. Ecclesiis celebrare faciant, non obstante quocumque impedimento.*
6. *Beneficiati addicti servitio alicujus Ecclesiæ possunt obtenta licentia ab Episcopo, post præstita servitia Ecclesiæ, cui sunt mancipati, alibi functiones ab aliquo Testatore ipsis injunctas explere.*
7. *Idque Ecclesiastici tam seculares, quam Regulares facere nequeunt absque licentia Episcopi Diœcesani, suorumque superiorum Regularium.*
8. *Pacta sunt semper præferenda cuilibet determinationi Jurium, seu Doctorum, quãdo non sunt inhonesta.*
9. *Ecclesia, seu Oratorium fundari licite potest intra limites cujuslibet Parochiæ cum solo Episcopi consensu, dummodo tamen præserventur Jura parochialia Ecclesiæ Parochiali.*
10. *Inobservantia, seu ineffectuatio alicujus pacti, seu conventionis satis ostendit illarum insubsistentiam, seu inefficaciam.*
11. *Verba prolata, seu conventiones factæ ab eo, qui in una tantum re poterat disponere, in ea tantum, & non in alia disponunt.*
12. *Exceptio firmat regulam extra casus non exceptos.*
13. *Anniversaria non numerantur inter Jura parochialia.*
14. *Ideoque permissa est illorum celebratio ad formam Juris.*
15. *Sumptum de sumpto regulariter non probat.*
16. *Quando agitur de re singulorum interesse tangente, non vero de ullo actu Communitativo, nequeunt Officiales Universitatis validam inire conventionem, sed requiritur necessario consensus singulorum Hominum.*
17. *Contractus initus cum reservatione Beneplaciti Apostolici, eo interim non obtento, & altera parte hoc medio tempore pœnitente, contractus corruit.*

18. *Matrimonium regalariter arctari nequit ad unam Personam, cum in eo requiratur libera voluntas.*

19. *Consensus majoris partis requiritur quando interesse spectat per modum Collegiativum.*

20. *Et etiam quando illud spectat uti singulis.*

21. *Transactio nequit extendi de uno casu ad alium.*

22. *Episcopus habet Jurisdictionem in ceteris Prælatis inferioribus.*

23. *Assensus præstitus a Rectore Parochialis in erectione alicujus Ecclesiæ, seu Oratorii importat illam præcellentiam in omnibus functionibus Parochialibus, non vero subjectionem, aut matricitatem.*

24. *Res judicata efficit de albo nigrum, & rem claram, & manifestam.*

DECIS. CDLXXXVII.

TRibus usque exsperimentis, sive certaminibus ad modum Athletarum, & rescripti Imperatorum *Diocletiani*, & *Maximiani* registrati *in l. unic. C. de Athlet. lib.* 10. coronari meruit pietas Hominum insignis Oppidi de Guixols, cum etenim iidem Homines post excitatam ære proprio a fundamentis novam Ecclesiam sub Invocatione Sancti Joannis, inibi pia legata, suffragiaque Anniversaria relinquentes, eadem adimpleri per Beneficiatos Ecclesiæ Parochialis S. Felicis ex privato studio, & consolatione concupiscerent, obicem injicere tentavit Abbas curam habens ejusdem Ecclesiæ Parochialis, sed inutiliter, cum minus justæ oppositionis lapide revoluto prius *cor. R. P. D. meo Scotto*, & deinde *cor. R. P. D. meo Crispo*, tandem *& hodie* triumphans exivit resolutio canonizatoria præcedentium Judicatorum = *Constare* nimirum *de re Judicata*.

Geminæ quippe irrefragabiles regulæ retundebant eamdem oppositionem, altera quod adeo Jura Cæsarea, & Pontificia suprema morientium Judicia custodiri demandarunt, ut signanter non abscedendo a nostro proposito, ubi Testator expressit locum, in quo mandavit suam exsequi voluntatem, eam prætergredi non liceat, omissis etenim generalioribus exemplis, habemus in hac ipsa subjecta materia celebrationis Missarum, & Anniversariorum, quod etiam si non simplicis Abbatis, prout hic, sed etiam Episcopi Auctoritas in contrarium staret, nequeat dispositio Testatoris directa ad certum locum,
1 sive Ecclesiam in minimo alterari, aut transferri ad alium locum, vel Ecclesiam, vel alias quomodolibet immutari, aut impediri, quemadmodum præcise connotavit *Pasqualig. de Sacrif. nov. leg. quæst.* 1139. *num.* 3. *Riccius in prax. par.* 1. *post resol.* 753. *n.* 2. *Lara de Anniversar. & Capell. cap.* 8. *n.* 32. *Barbos. de Offic. Episcop. par.* 2. *alleg.* 24. *nu.* 3. *Vanespen. Jur. Ecclesiast. univer. par.* 2. *tit.* 5. *cap.* 7. *num.* 32. *tom.* 1. *Dian. par.* 3. *tractat.* 14. *resol.* 29. *Rot. dec.* 1149. *cor. Seraph.* & dictum fuit *in præterita decisione diei* 1. *Julii* 1709. §. *Quod adeo verum esse cor. R. P. D. meo Crispo*.

Quin etiam, ut ita dicamus, tam zelotypi hujus religiosæ custodiæ voluntatis decumbentium Sacri Canones exstitere, ut si hujusmodi Anniversaria relicta fuerint celebranda in aliqua Ecclesia, non tantum omnino debeant in ipsa Ecclesia celebrari, sed etiã absque ullo onere immunia transire, adeout,
2 neque ulla Canonica portio, quæ ceteroquin exigitur a piis legatis, & oblationibus, aliisque occasione funerum alteri Ecclesiæ relictis per tot *Textus* ita præscribentes, ut in *c.* 1. *cum seqq. in qu.* 3. *c. Decernimus* 10. *qu.* 1. *Clement. Dudum de Sepult. c. De quarta de*
3 *præscript. cap. Dudum de decimis* ullatenus ex hisce Anniversariis deduci valeat, quemadmodum sancivit *Gregorius IX. in cap. De his, seu final. de Testam. ibique Gonzal. in fine*, *Lara de Anniversf. lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 55. *Pasqualig. de Sacrif. nov. leg. quæst.* 1034. *Amostaz. de caus. piis lib.* 1. *cap.* 11. *sub n.* 40. *& in prima hujus Causa decisione sub die nempe* 3. *Decembris* 1708. §. *Immo cum de*
4 *tempore cor. R. P. D. meo Scotto*, quod & in deductione Falcidiæ ipsimet Ethnici interdixerunt, juxta responsum *Pauli lib.* 4. *Sententiar. titul.* 3. ibi = *lex falcidia, itemque Senatus Consultum Pegasianum deducto omni ære alieno, Deorumque donis, quartam residua hereditatis ad heredem voluit pertinere*.

Addito, quod licet quandoque hujusmodi mutationem loci aliqua videretur suadere necessitas in explenda eadem celebratione Missarum *ex. gr.* si multitudo Sacrificiorum, quæ Testator ordinavisset, impleri in certis Ecclesiis, moraliter, vel difficile exsequutio-
5 ni demandari posset in eisdem determinatis Ecclesiis, ob alia incompossibilia onera, incumbentia Sacerdotibus illarum Ecclesiarũ, quod adhuc nihilominus earum Rectores queant obstringere heredem, ut omnes Missas in ipsis determinatis Ecclesiis celebrare faciat, definivit *Sacra Congregatio* in una *Bononien. die* 23. *Februarii* 1647. quam refert *Pignatell. in Consult. Canonic.* 325. *num.* 1. *tom.* 1. *Fagundez pracept.* 1. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 1. *Graff. par.* 1. *dec. lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 9.

Al-

Altera vero regula residebat in eo, quod etiamsi Beneficiati reperiantur addicti servitio alicujus Ecclesiæ, attamen valeant libere prorsus, & citra necessitatem expetendi aliquam licentiam, præterquam ab Episcopo post præstita servitia illius Eccle-
6 siæ, cui sunt mancipati, alibi similes functiones ab aliquo pio Testatore ipsis injunctas, & præscriptas implere, sicuti animadversum fuerat in prætensis Decisionibus hujus Causæ, & signanter in illa *die 3. Decembris* 1708. *§. finali cor. R. P. D. meo Scotto*, & in altera *die 1. Julii* 1709. *§. Liberam cor. R. P. D. meo Crispo*.

Diximus *præterquam ab Episcopo*, quia solum de tempore *fa. mem. Urbani VIII.* Sacra Congregatio Concilii ad obtruncanda etiam inconvenientia, quæ quandoque ab hac effrenata facultate infra de Jure Clero sæculari, & regulari acceptandi hujusmodi Anniversaria, non semel gliscebant in acceptando plus onerum, quam eorum humeri ferre valerent per solemne decretum *eodem fa. me. Urbano VIII.* approbante prohibuit, ne Ecclesiastici seculares, & respective Regulares admittere valerent hasce fundationes
7 Anniversariorum absque licentia Episcopi Diœcesani, suorumque respective Superiorum Regularium, sicuti advertere *Pasqualig. de Sacrif. Miss. tit. de legat. pro celebrat. Missar. tom. 2. quæst. 1101. per tot., Amostaz. de caus. piis. lib. 2. cap. 9. nu. 43. Barbos. Summ. Apost. dec. 475. num. 6. idem in collect. ad Sac. Concil. Trid. Sess. 25. cap. 4. num. 17. de Reform. Panim. l. dec. 131. num. 5. Rota decis. 298. num. 8. & 9. cor. Dunoz. Jun., Gerunden. Anniversariorum 29. Novembris 1683. §. Quo posito cor. bo. me. Ursino, & in Gerunden. Fundationum 24. Februarii 1701. §. Fundamentalis cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Stabilitis hujusmodi regulis, & descendendo ad applicationem, incontrovertibile erat in facto, quod, ut ab initio prænarravimus, nonnulli Homines præfati Oppidi hujusmodi Anniversaria, & celebrationes Missarum demandaverant fieri in Ecclesia Sancti Joannis, & sic succedente determinatione Juris prohibitiva immutationis loci, unice supererat perpendendum, quid in contrarium objicerent Defensores Abbatis, hi autem nitebantur adversantibus conditionibus, quæ fuerant appositæ in limine constructionis Ecclesiæ Sancti Joannis, necnon duplici concordiæ impeditivæ acceptationis hujusmodi Missarum, unius nempe exaratæ cum Hominibus ejusdem Oppidi, & alterius initæ cum eisdem Beneficiatis, qui hæc Anniversaria explere satagebant in prænominata Ecclesia Sancti Joannis; Quapropter quidquid esset de eisdem regulis, inferebat, quod pacta conventa in oppositum forent
8 præferenda cuilibet determinationi Jurium, seu Doctorum, sicuti quando non sunt inhonesta, & reprobata a Sacris Canonibus pro indubitato affirmant *Doctores in l. prima & l. Juris gentium, §. Prætor ait ff. de pact. Antonin. var. resol. lib. 2. resol. 53. n. 5. & 6. Saminiat. controv. 29. nu. 26. Card. de Luc. de Dot. disc. 161. n. 44. Rota dec. 1206. n. 1. cor. Emer. Jun. dec. 495. num. 9. par. 9. dec. 127. num. 4. par. 17. rec. Asculana dotis 25. Junii 1700. §. fin. cor. Rmo dell' Olmo Episc. Conchen., & in Romana Pecuniaria super contributo quoad reservata 7. Maji 1706. §. Non poterat cor. Me.*

Ast nullum ex hisce objectis, sive capitibus reputatum denuo fuit efficax ad intervertendas prædictas regulas; quatenus enim pertinebat ad prænominatas conditiones appositas in limine fundationis Ecclesiæ Sancti Joannis, eædem visæ sunt nullatenus attingere, seu percutere materiam Anniversariorum, seu Missarum, de qua agebatur, ideoque quidquid esset de ipsarum relevantia, quoties revera præseferrent pactum positivum non relinquendi Anniversaria, aliaque onera Missarum explenda in Ecclesia Sancti Joannis, in quibus utique terminis valde dubitari posset, an hujusmodi pactum refrenativum juridicæ potestatis, & devotionis Populi teneret, sub prætextu præstiti assensus nullibi necessarii ab Abbate erectioni prælaudatæ Ecclesiæ, quando de cetero absolu-
9 ti Juris est, licere novas Ecclesias, nova Oratoria fundare intra limites cujuslibet Parochiæ cum solo Episcopi, prout hic, consensu, seu licentia auctorizante, dummodo præserventur Jura Parochialia Ecclesiæ Parochiali præexistenti, uti latissime discusso articulo, *omnibusque Dominis* Suffragantibus, decisum fuit in celebri *Romana Oratorii 13. Januarii 1698. cor. R. P. D. meo Priolo.*

Potissime dum nec eædem conditiones in plerisque fuerunt observatæ, & signanter circa numerum Altarium, & tempus faciendi Sacrificium, juncta quippe propositione, de qua proxime superius, ut nullus assensus Parochi requireretur, & proinde cessaret correspectivitas eorumdem pactorum, & conditionum, inobservantia ipsa, sive ineffectuatio earumdem conditionum, seu capitulationum satis ostendebat illarũ insubsistentiam, seu inefficaciam ad ea, quæ in proposi-
10 to inobservantiæ, & ineffectuationis responderunt ad *Text. in l. Sciendum §. Qui fundo ff. qui satisd. cogantur* relati per *Rot. dec. 112. n. 8.*

n.8. cor. Zarat. dec. 40. n.14. cum duob. ſeq.
cor. ſa. me. Alexandro VIII. Mediolanen. Præ-
poſitura 3. Martii 1704. §. Diximus, & in
Romana Cambii 20. Martii 1709. §. Inevita-
bilius cor. me.

Ceterum omnis profectò amaritudo ceſſabat
ex littera earumdem Capitulationum, quia
vel potius eædem Capitulationes admitte-
bant fundationes iſtorum Anniverſariorum,
& Miſſarum, reſervato ſolum reſtauro, ſeu
refectione Sacriſtiæ Eccleſiæ Parochialis,
forſan tunc præſtolantis *Oſtie*, *Candele*, *e*
Vino, de quo *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.2.c.4.*
num. 20. in fin. & 33. Tambur. de Meth. ce-
lebr. Miſſar. lib. 3. cap. 1. §. 5. num. 2. ob
illa verba *quintæ Capitulationis* ibi = *Se per*
qualche tempo nell'avvenire in detta Cappel-
la dell' Oſpedale ſi fonderà alcuna Meſſa, ò
Meſſe di Eſtacca, che ſi abbia da pagare il
Jus della Sagreſtia al Monaſtero &c. ea nam-
que, vel tamquam præſuppoſita, & reſerva-
tiva hujus dumtaxat emolumenti, ſeu reſtau-
ri ad ſenſum Abbatis tamquam prolata ab
11 eo, qui poterat diſponere, in hoc tantum-
modo caſu diſponerent, ad tradita per *Doct.*
in cap. ſi Papa §. Si autem, & ibi gloſſ. in fi-
gur. caſus verſ. Ideo ſi Papa de Privileg. in 6.
l. Mancipia in verbo avocandum C. de ſerv.
fugit. Roman. ſingul. 495. Surd. conſ. 150. n.78.
Rota dec. 138. n.9. cor. Emerix Jun., Romana
Hereditatis de Ruſpulis 13. Junii 1704. §.
Quod adeo 21. coram R̃mo Molines Decano, &
in Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis ſuper
Bono Jure 1. Junii 1700. §. Atque hinc 43. cor.
Me, vel tamquam præſeferentia exceptio-
12 nem in aliquo, libertatem donabant in cete-
ris, atque firmabant regulam in contrarium
Felin. in cap. Quoniam frequenter num. 1. &
ſeq. ut lit. pendent, Monaſterien. Præpoſituræ
26. Junii 1702. §. Abſque eo quod, & in di-
cta Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis ſuper
Bono Jure §. Quid ultra 128. cor. Me.

Vel in omnem eventum eædem Capitulationes
caſui, de quo agebatur, videlicet accepta-
tioni Anniverſariorum, & celebrationi Miſ-
ſarum in eadem Eccleſia, in nihilo obſiſte-
bant, quia in hac ſuppoſitione ſi non pro,
ſaltem contra non loquentibus Capitulatio-
nibus, ſat erat dicere, quod nulla in eis le-
gebatur limitatio, quam ſimplicis præjudi-
cii Parochialis, ut ibi in principio = *E che*
nel detto Oſpedale poſſano fondarſi Meſſe di
Eſtacca, così come nella Chieſa Parochiale di
detta Villa, e tuttocciò domãdano ſenza pregiu-
dizio del Monaſtero di detta Chieſa Parochia-
le, = ac propterea cum palam foret, quod
ducto eo argumento, quod compellant a ſuf-
ficienti partium numeratione, inter Jura Pa-
13 rochialia, quæ tantummodo erant præſer-
vata, nullibi numerentur Anniverſaria, per
ea, quæ optime demonſtrarunt *præcedentes*
deciſiones afferentes doctrinam *Gloſſ. in c. Ex*
eo quia verbo Juribus Parochialibus de pact.
in 6. Abbas in rubr. de Paroch. nu. 2. Tondut.
reſolut. benef. c.63. n.19. cum ſeq. par. 1. Rotæ
dec. 212. num. 22. & 23. par. 5. Recent. Ecce
quod ceſſante præjudicio Parochialis, & in
ſequelam prohibitione, reſtabat ad formam
Juris permiſſa celebratio Anniverſariorum,
14 & Miſſarum, ut in ſimilibus dicunt ad *Text.*
in c. final. de Teſtam. Romaguer. ad Synodal.
Conſtit. Gerund. lib.3. tit.9. c.3. n.18. Lara de
Anniverſ. & Cappell. c.25. n.54. & 55. lib.1.
Rota dec. 745. n.3. par. 2. Rec. & in Romana
Oratorii 13. Junii 1698. §. Sed quando cor.
R.P.D. meo Priolo, & in præterita deciſione
coram R.P.D. meo Scotto ſub §. Quo enim.

Quo vero ad tranſactionem initam cum Homi-
nibus Oppidi ſub *anno 1571. Summario Uni-*
verſitatis, & Beneficiatorum nu.14. *Domini*
in primis advertere, quod hujuſmodi con-
cordia nullibi exhibebatur in forma authen-
tica, ſed apparebat allatum ſimpliciter ſum-
ptum de ſumpto, quod regulariter idoneum
non eſt ad faciendam ſufficientem probatio-
15 nem, ex congeſtis per *Text. in c.1. de fidei.*
Inſtrum. l. Sancimus Cod. de diverſ. reſcript.
Bart. in auth. ſi quis in aliquo n.1 in fin. Cod.
de edend. Covar. pract. qu. c.21. ſub n.4. Rota
dec.16. la 2. nu.7. poſt Vivian. de Jurepatr.
dec.330. n.18. cor. Priolo dec.550. per tot. cor.
Gregor. dec.471. n.7. p.18. Cremonen. Benefi-
cii 11. Maji 1705. §. Minuſque cor. R. P. D.
meo Kaunitz. Romana Jocalium 14. Dec. 1708.
§. Prout etiam cor. R.P.D. meo Polignac.

Aſt neque ullum de Jure conſtrui poterat ſuper
eadem concordia fundamentum, quia cum
ageretur de re ſingulorum Intereſſe, & de-
votionẽ concernente, non vero de ullo actu
Communitativo, ſeu Univerſitatis, nequaquã
valebant Officiales Univerſitatis validam
conventionem inire, ſed ſingulorum Homi-
num neceſſarius requirebatur conſenſus,
16 quemadmodum paſſim diſtinguendo inter
negocia competentia Officialibus tamquam
univerſis, vel intereſſatis tamquam ſingu-
lis, indubitanter firmarunt *Gloſſ. in cap. cum*
omnes in verbo conſtit de conſtitut. Antonell.
de regim. Eccleſ. lib.4. c. ultimo §.1. nu.9. cum
aliis, quos congerit præterita deciſio die pri-
ma Julii 1709. ſub §. Verum quoque coram
R.P.D. meo Criſpo, & late examinata ma-
teria, videre eſt in illa *Majoricen. Beneficii*
6. Dec. ejuſdem anni 1709. cor. Me fere per tot.

Quinimmo nec ſat fuiſſet, quando etiam in-
terveniſſet conventio, & aſſenſus ſingulo-

rum;

rum; Cum enim memorati Officiales quomodolibet repræsentantes desuper habentes Interesse tam pure, quam conditionaliter reservaverint Apostolicum Beneplacitum approbativum concordiæ, & copulative licentiam Generalis Ordinis S. Benedicti, & quis ignorat, quod neque prædicto Beneplacito, neque licentia postmodum superaccedentibus, quantumvis interim pactum potuisset remanere in implicito statu validita-
17 tis ad favorem Abbatis, tamen altera parte medio tempore pœnitente, sive impugnante factum, seu contractum, ut ad præsens, locus erat pœnitentiæ, ipseque contractus corruebat ex *Paris. cons. 23. nu. 142. lib. 1. Surd. cons. 484. n. 9. Menoch. cons. 38. n. 22. & 26. Rot. dec. 489. n. 2. par. 5. dec. 94. n. 1. par. 6. recent. & in Cabilonen.*, *seu Ordinis Cisterien. Jurisdictionis 3. Junii 1709. §. Non subsistente cor. Rmo P. D. meo Molines Decano*.

Ejusdem denique levitatis reperta est altera concordia, quæ dicebatur inita directe per Abbatem cum ipsis Beneficiatis, hujusmodi Anniversaria, Missasque celebrare debentibus, Iterum quippe ante omnia repetita consideratione, de qua supra, utrum eisdem Beneficiatis foret permissum id ullo modo convenire, & pacisci in destructionem alienæ spiritualis devotionis, & illius voluntatis, quam præcitati Sacri Canones liberam exquirunt in simili proposito, ut dicimus de
18 matrimonio, quod non potest regulariter arctari ad unam personam, & circa habitationē ad unum locum, juxta annotata per *Sanchez. lib. 8. disp. 1. n. 32., & disp. 19. n. 13. Pont. de matr. lib. 8. cap. 21. §. 2. nu. 8. & 12. Aver. eodem Tractat. quæst. 19. sect. 4. vers. 2. cum aliis quos congerit de Justis. de dispens. matrim. lib. 3. cap. 2. n. 70. & 71.*

Adhuc reincidebat in omnem casum ineluctabilis responsio attributa in *præcedentibus decisionibus*, nimirū, quod cum prædicti Beneficiati forent in numero septem, nullatenus valebant duo, vel tres Beneficiati assentiri etiam pro aliis quatuor, qui majorem partem eorumdem Beneficiatorum constituebant, ex quo ad minus major pars debebat consentire, etiam quando prænominatum Interesse spectasset per modum Collegiatvū,
19 multoque magis, quoties uti demonstravimus, illud spectabat ad singulos per ea, quæ respectu primæ propositionis passim dixerunt *Fagn. cap. cum omnes n. 24. & 28. de constit. Francesc. de Eccles. Cathed. cap. 8. n. 353. cum seqq., Rota dec. 887. nu. 9. cor. Merlin. & dec. 132. num. 7. par. 5. rec.* & quoad se-
20 cundam ultra superius allegatos, habetur apud *Card. de Luca de decim. disc. 3. num. 9. & seqq., & in Castellana validitatis concordia, seu Bipartita 12. Januarii 1705. §. Sicut etiam cor. Rmo P. D. Molines Decano*.

Eoque evidentius, quia nec eadem concordia ex tot capitibus in ullo feriebat punctum hodiernæ controversiæ, scilicet Ecclesiam Sancti Joannis ædificatā per Homines Communitatis, sed litteraliter restringebatur ad Ecclesiam Monasterialem S. Felicis, ejusque ad summum Cappellas, sive intra Oppidum de Guixols, sive extra illius Territorium existentes, dependentes tamen, & subjectas eidem Monasterio, quarum omnium dici poterat superior, & Rector ipse Abbas *Summario Abbatis num. 7. litt. B.* id-
21 eoque indubitati juris erat, quod quando cetera deessent in subjecta materia transactionis, nulla fieri poterat extensio de casu ad casum, de Ecclesia ad Ecclesiam, ut unanimiter dicunt per *Text. in l. si de certa Cod. de transact. plene relati in Bononien. transactionis 16. Novembris 1705. §. Oportebat in Leodien. Jurisdictionis 27. Aprilis ejusdem Anni §. Nullatenus, & in Nullius, seu Terræ Pontiani immissionis 26. Junii 1709. §. Ast quia de cetero cor. Me*.

Atque hinc descendendo ad alteram regulam sub initio firmatam, quod scilicet nequeat Rector alicujus Parochialis præpedire Presbyteros inservientes eidem Parochiali, ne possint expleto servitio ipsius Parochialis, amplecti alia externa servitia compatibilia, & præsertim anniversaria, & onera Missarum in aliis Ecclesiis, dummodo juxta prænarratum decretum *Sac. Congregationis Concilii* Episcopus, & in suis casibus Superior generalis consentiat, restabat rursus examinandum, an Ecclesia Sancti Joannis, de qua agebatur, subjecta exstaret Diœcesano ad normam, & præsumptionem Juris per *Text. notissimum in cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. cum suis vulgatis concordan.*, vel potius e converso censenda esset subdita, & filialis ipsius Ecclesiæ Parochialis S. Felicis, & certe super hoc in nihilo rursus pedes figere visus est prænominatus Abbas, seu Rector S. Felicis, quia præscindendo pro nunc a sufficientibus demonstrationibus, & probationibus in contrarium, parum faciebat, quod idem Rector habere prætenderet quādam correctionem, & superioritatem in eosdem Beneficiatos, dum quidqnid de hoc esset, hujusmodi correctio, & superioritas non excedebat limites suæ Parochialis, illiusque servitium, sed in reliquis plenarie subjacebant Episcopo, secundum eam potentiorem Jurisdictionem, quam compatibiliter in ce-

teris

22 teris fovet Episcopus etiam cum Prælatis Interioribus, ex plene firmatis in *Toletana Jurisdictionis* 10. *Januar.*, & 17. *Junii* 1689. & 11. *Decemb.* 1690. *cor. Rmo P.D. Molines Decano impressa inter recollectas ad ornatum Card. de Luca sub titulo de Jurisdict. decis.* 15. 16. & 17., & *in Firmana Jurisdictionis super reservatis* 15. *Aprilis* 1701. §. *subnixa cor. eod.*, & faciunt tradita, seu disputata, ac explicata in *Bisinianen Praeminentiarum* 10. *Februarii currentis anni cor. me*.

Minusque refragabatur, quod Ecclesia S. Joannis exstitisset erecta in præcedenti Territorio materiali Ecclesiæ S. Felicis, & ulterius eidem erectioni præbuisset assensum ipsius Rector, & Abbas; siquidem omnia hæc inferebant dumtaxat illam præcellentiam, quã habet, ut diximus, Rector, & Ecclesia Parochialis in functionibus, & præeminentiis, ceterisque concernentibus Parochialitatem,

23 absque eo, quod ullam aliam id importet subjectionem, aut filialitatem, ut jam exuberanter ostensum fuit *in præteritis decisionibus*, & signanter in *illa diei* 1. *Julii* 1709. §. *Verum hæc omnia cor. R. P. D. meo Crispo*, & consonant late perpensa in *Romana Oratorii* 13. *Januarii* 1698. §. *Nullum igitur*, & §. *fiisla tria cor. R. P. D. meo Priolo*, & faciunt perpensa *in dicta Bisinianen Praeminentiarum* 10. *Februarii proxime præteriti coram Me*.

Evidentissime autem, quia qualibet amaritudo interversa, & sublata jam apparebat in hoc proposito per vetustissimam, & obtruncatricem Sententiam, super hoc præciso puncto editam de *Anno scilicet* 1607. *Summario Abbatis num.* 11. In ea etenim canonizata litteraliter legebatur subjectio Ecclesiæ Sancti Joannis, (prout etiam successive patefecere visitationes) ipsi Episcopo, & Diœcesano, exploso præter Jura Parochialia quoad Jurisdictionem, & subjectionem penitus eodem Abbate, unde quatenus oporteret, ipsa Sententia, quæ usque per Seculũ transitum fecerat in rem judicatam, efficiebat, ut

24 legale est adagium, de albo nigrum, remque indubitabilem, & manifestam, juxta vulgat. *Text. in l.* 1. *Cod. de re judic. Lotter. de re benef. quæst.* 18. *num.* 16. *Rota dec.* 165. *num.* 5. & 7. *cor. Nicol. dec.* 104. *n.* 5. *p.* 19. *Ferrarien. seu Anconitana Fideicom.* 3. *Junii* 1701. §. *Quid ultra & in Tuden. Parochialis de Reverteme* 25. *Junii* 1708. §. *Atque ex his coram Me*.

Et ex his pro effugienda inutili transcriptione de reliquo *Domini* habentes se remissive ad *præcedentes decisiones* determinarunt. Utraque &c.

Romana Cappellaniæ S. Nicolai.

Lunæ 17. *Martii* 1710.

ARGUMENTUM

Habes supra in Decis. 471. quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1. *Juspatronatus de hereditario fieri potest gentilitium.*
2. *Limita, hanc immutationem fieri non posse quoties adest præjudicium illorum, qui tali qualitate suffulti vocati sunt ex propria persona.*
3. *Vel quoties alias quomodolibet præjudicaretur Ecclesiæ.*
4. *Ad effectum adstruendi mutationem Jurispatronatus de hereditario in gentilitium non requiruntur probationes penitus concludentes, sed exuberanc argumenta, & conjectura.*
5. *Quod procedit etiamsi constaret de fundatione Jurispatronatus hereditarii, quia tunc sat esset observantia in oppositum practicata pro qualitate gentilitia.*
6. *Præsentationes Nepotum propriis nominibus, & absque ulla defferentia simul cum Patruis indicant Juspatronatus gentilitium.*
7. *Patroni si in præsentatione solum nomen, & Jus propriũ expresserunt ex hoc arguitur qualitas gentilitia Jurispatronatus.*
8. *Qualitas gentilitia arguitur si Patronus qui præsentavit non solum se declaravit descendens de familia fundatoris, sed immo causam expressit quare præsentavit.*
9. *Assertiva quando sit capax declarandi actus præcedentes.*
10. *Mutatio qualitatis hereditariæ in gentilitiam induci potest ex mente Patronorum præsentantium, & ex canonizatione subsequuta Ordinarii.*
11. *Verbum* Domus *stricte præsefert qualitatem vere agnatitiam.*
12. *Dictio videlicet arctatur, & restringit dispositionem, & stat exclusivo ad alios quoscumque*; Limita nu. 40.
13. *Repetita qualitatis gentilitiæ in præsentationibus, institutionibus, & litteræ Apostolicis inducit qualitatem gentilitiam.*
14. *In Jurepatronatus hereditario præsentatio fit per quotas, in gentilitio per capita.*
15. *Item arguitur Juspatronatus gentilitium si feminæ numquam admissæ fuerint ad præsentandum, sed præsentatio fuis facta per Agnatos de familia.*
16. *Novus status imprimitur de hereditario in gentilitium ex præsentationibus factis etiã per longe minus spatium annorum* 40. *sub constantibus enunciativis qualitatis gentilitiæ, & familiaris.*

17.

17. *Status posteriores interrumpere nequeunt observantiam jam completam, & perfectam.*
18. *Bene vero possunt novam observantiam, seu præscriptionem inducere nisi sint dubii, & conciliabiles cum statu antecedenti immediate præscripto.*
19. *Difficilior est mutatio status gentilitii in hereditarium ob duplicatum prajudicium Ecclesia, et Agnatorum.*
20. *Patroni compræsentatio seorsim inita nocere nequit Compatronis absque illorum scientia, & patientia.*
21. *Femina ultima superstes de familia Fundatoris non est impedita per posterius præsentare.*
22. *Juspatronatus si per voces, seu per partes ingressum fuerit in aliqua linea, descendentes in illa parte, & in illa voce perseverant, quam acquisiverunt a principio illorum Auctores, nec eadem pars, aut vox minuitur, nec augetur.*
23. *Ad differentiam Jurispatronatus hereditarii, dum in illo succeditur per illam participationem hereditatis, qua dividitur ad mensuram bonorum.*
24. *Juspatronatus circa modum succedendi assimilatur Feudo.*
25. *Et in Feudo non cessat qualitas agnatitia si per modum successionis æqualiter, vel inæqualiter inter lineas acquisitrices quoad exercitium actuum Jurisdictionalium subdividatur.*
26. *Status ab initio litigiosus, & postmodum concordatus nemini obesse potest, vel in aliqua haberi consideratione.*
27. *Confessio, seu enunciativa pendens ex ore Pupilli, & Tutricis femina ignara non attenditur.* Limita n. 47.
28. *Expressiones emissa in litteris Apostolicis a Personis illorum de Familia demonstrant qualitatem familiarem, & gentilitiam Jurispatronatus.*
29. *Sententia lata per ordinarium super qualitate Beneficii Jurispatronatus multum attendi debet.*
30. *Lata super necessario, vel secundario connexis est attendenda.*
31. *A sententia si non fuerit reclamatum, dicitur approbata, & apta est ligare quoscumque successores.*
32. *Deficientibus agnatis Juspatronatus efficitur hereditarium, & proportionabiliter inter heredes dividitur.*
33. *Voces in Jurepatronatus regulantur cum unciis, seu portionibus hereditaris.*
34. *In Jurepatronatus gentilitio præsentatio fit in capita, quæ pro tempore vivunt de Familia Fundatoris.*
35. *Juspatronatus potest esse in una linea gentilitium, & in altera hereditarium, &* nu. seqq. *& de ratione* nu. 44.
37. *Habenti duas tertias vocum institutio danda est in concursu alterius unam tantum vocem numerantis.*
38. *Clausula* omni meliori modo *non stat ad aliquid pracise designandum, sed æquiparatur clausulæ* si non valet quod ago, *& numquam restringitur ad expressa, facitque actum sustineri etiam alio modo, quam expresso.*
39. *Præsentatio facta per quotas, et per partes valde repugnat qualitati gentilitiæ.*
40. *Dictio* videlicet *in dubio magis stat demonstrative, quam restrictive.*
41. *In Jurepatronatu hereditario femina excluduntur vel a Fratribus, vel a Patruis, nec illorum exclusio in præsentatione inducit qualitatem gentilitiam.*
42. *In Jurepatronatus vere, & stricte gentilitio Agnatus facit unum caput, non unam partem.*
43. *Potest quidem in Jurepatronatus dari ingressus unius, vel plurium vocum sed non unius, vel plurium quotarum in unam lineam.*
44. *Juspatronatus quare fiat hereditarium in una linea, & in altera remaneat gentilitium.*
45. *Immutatio Jurispatronatus de hereditario in gentilitium numquam præsumitur.*
46. *Ad Gratia exsequutionem inquirendum est tempus ejusdem gratiæ, non vero vetus.*
47. *Confessio Tutricis quando est adminiculata, & instrumentalis afficit etiam Pupillum.*

DECIS. CDLXXXVIII.

Hoc veritas, & justitia præcipue sibi vindicat, ut ad modum palmæ *magis inclinata resurgat*, siquidem iterum ad lancem appensis rationibus *præterita Decisionis edita 28. Junii 1709.* hodie *Domini* illarum soliditatem tentantes, eam adinvenere adeo ineluctabilem, & firmam, ut proinde deposita qualibet ambiguitate, & fluctuatione, steterint *In Decisis*.

Et sane cum tota Causæ amaritudo versaretur in dignoscenda qualitate Jurispatronatus, de quo agebatur, cumque totum pariter robur, cui *iidem Domini* innixi sunt in præterita Propositione consisteret in opinando, quod idem Juspatronatus, de cujus fundatione, ex injuria fortasse temporis, & chasmatum Urbis, originaliter minime apparebat, foret hereditarium, inspecta, non minus præ-

sumptione Juris, quam proxima observantia constipata etiam validissimis enunciativis; hactenus Scribentes pro Domino Abbate de Bussiis inficiati non audebât tale, nimirum hereditarium, in rei veritate fuisse in sui fundatione, sive ingressu, sed vires restauratæ defensionis reponebant in eo, quod hujusce Casus circumstantiæ nimium suaderent, quod ab hac originali, seu primordiali qualitate fuerit omnino recessum, & interversa natura remanserit Juspatronatus successive effectum gentilitium, sicuti nullatenus repugnante, immo potius favente Le-
1 ge Ecclesiastica, fieri posse admittebat quoque *memorata contraria Decisio sub §. Verum admissa* inibi allegatis superaddendo *Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 60. nu. 22. Modern. Rot. cor. Ninott. dec. 25. n. 23., & in Lucen. Sarzanen. Beneficiorum* 8. *Martii* 1686. *§. Et tale cor. bo. me Rondinino*.

Quidquid e converso dicendum foret in opposita thesi quoties, nimirum tractaretur de transmutando Juspatronatus a gentilitio in hereditarium, concurrente etenim tunc præjudicio illorum, qui tali qualitate suffulti di-
2 cuntur ex propria Persona Vocati, admitti nequaquam posse hanc immutationem, existimarunt *Card. de Luc. de Jurepatr. disc.* 18. *sub n.* 4. *vers. sive quod, Rota cor. Bich. dec.* 277. *n.* 17., *& seqq., Rota dec.* 122. *sub n.* 5., *& 6. par.* 11. *Rec.* Vel quoties alias quomo-
3 dolibet præjudicaretur Ecclesiæ, ut recte prosequitur *Card. de Luca de Jurepatronat. dicto disc.* 18. *vers. vel quia, Rota decis.* 12. *n.* 1., *& seqq. cor. Ubaldo par.* 2.

Præsupposita igitur tali indubitata potestate, sublataque qualibet repugnantia, immo considerato potius favore, & utilitate Ecclesiæ, ad finem demonstrandi præfatum recessum a fundatione, & immutatione respective qualitatis hereditariæ sibi SUADEBANT non esse exigendas pro adstruenda hac superinfusione qualitatis gentilitiæ, & recessus a supradicta Juris præsumptione probationes penitus concludentes, sed exuberare sola argumenta per conjecturas, enun-
4 ciativas, aut signa id indicantia, veluti substantiam Jurispatronatus in se minime violantia, sive tangentia ex *Card. de Luca de Jurepatr. disc.* 60. *n.* 22., *Rota cor. Buratto dec.* 183. *n.* 3. *dec.* 127. *nu.* 8. *par.* 6. *dec.* 166. *nu.* 11. *par.* 6. *& in Comen. Cappellaniæ* 31. *Martii* 1702. *§. Ex quibus cor. Emo Tremoille.*

Quinimmo ubi quoque luctandum non esset, prout hic, cum sola generica præsumptione Juris, sed cum positivo Instrumento Donationis, vel fundationis, undique præseferente Juspatronatus hereditarium, adhuc pro sufficienti habenda erat observantia practi-
5 cata in oppositum pro solis Patronis gentilitia qualitate communitis ex iis, quæ dicebantur apparere penes *Vivian. de Jurepatr. lib.* 4. *c.* 9. *n.* 39., *&* 45., *Rota in Faventina Beneficii* 11. *Dec.* 1702. *§. Constitis cum seqq. cor. Emo Caprara, & in Firmana Jurispatr.* 21. *Aprilis* 1704. *§. Prout nihil urget cum seqq. cor. bo. me. Muto.*

Atque hisce præmissis ad Casum rursus, & ut opinabantur, validius applicando, rimandoque quaslibet præsentationes usque ad præsens expletas, vel sibi memorati Scribentes blandiebantur, quod omnes starent pro qualitate gentilitia, vel saltem adversantes redderentur æquivocæ, & inefficaces ad oppugnandas præsentationes omnino univocas, quæ illorum favore innegabiliter pugnabant, & successivum Statum gentilitiæ qualitatis impresserant; Siquidem in gradu præfatæ ambiguitatis, & æquivocationis recensebant ferme primam pro parte Domini Abbatis de Comitibus allatam præsentationem, & Statutum Anni 1492., quoniam licet Joannes Franciscus mediante laudo foret assequutus duas ex tribus partibus hereditatis Elisabetthæ primæ Nominatricis, & primæ heredis Pauli Fundatoris, adhuc non expressit hujusmodi quotas, seu ratas hereditarias in actu præsentationis, sed simpliciter nomine proprio devenit ad præsentationem pro duabus partibus, quo Casu ma-
6 jus inferebatur ad modû practicari solitum, si Juspatronatus existat gentilitium, quam quod ubi est hereditarium, uti videre erat *in dec.* 159. *num.* 3. *cor. Priol. dec.* 183. *n.* 11. *&* 12. *par.* 11. *rec., & in Bononien. Beneficii* 28. *Junii* 1690. *§. Secundo quia cor. b. m. Ursino, & in memorata Favent. Benef.* 11. *Decembris* 1702. *§. Subsequitur cor. Emo Capr.*

Progrediendo autem ad Annum 1529. subnectebant, quod præsentatio facta sub Anno prædicto per Tyberium, & Nicolaum ejusdem Joannis Francisci filios, magis erat æquivoca, quam foret antecedens expleta per Patrem, cum enim etiamsi non expresserint qualitatem familiarem, seu gentilitiam, neque etiam expresserant qualitatem hereditariam, ideoque dum ceteroquin absolute se nuncuparunt Patronos, solum nomen, & Jus proprium exprimentes, ut ibi = *tamquam Patroni, & habentes Juspatron.* = & rursus = *asse-*
7 *ruerunt se unacum eorum Fratribus esse Patronos*, hæc adamussim formula præsentandi aptissime potius congruebat Juripotronatus gentilitio, quemadmodum liquebat per *Rotã in Firmana Jurispatronat.* 21. *Aprilis* 1704. *§. In prima cor. bo. me. Muto, & in Majori-*

cen.

cen. Beneficii 11. *Maji* 1705. §. *Pariter non relevat coram eodem*.

Dilutis itaque primis hisce præsentationibus, seu Statibus veluti ad evidentiam æquivocis, eo fortius præponderare debere conclamabant Status, seu præsentationes subsequentes, quæ palam deinceps cuserant Characterem, seu licitam ut supra transfusionem qualitaris hereditariæ in qualitatem gentilitiam, de *Anno* namque 1547. succedebat præsentatio Nicolai, & Jacobi Fratrum, Cæsaris Nepotis, & Horatii Pronepotis, qui ad eam devenientes in Personam Laurentii de Mutis, sic erant obloquuti = *Cum fuerit*, *& sit*, *quod alias præsentatio ad Altare*, *seu Cappellaniam Sancti Nicolai &c. ad Dominos*, *& Familiam de Mutis*, *quando vacare contigerit*, *de Jurepatronatus pertineat* =, ideoque quid amplius inquirendum, dum iidem non simpliciter se enunciarunt tamquam Personæ *de Familia de Mutis*, sed explicarant, & expresserunt Causam, seu fundamentum, quare præsentarent, in quibus utique terminis

8 certissimam detegi, & comprobari gentilitiam, & non hereditariam qualitatem in præseutando, animadverterunt *Gard. de Luc. de Jurepatronat. disc.* 35. *n.* 4. *vers. Tertio*, *Rota dec.* 20. *nu.* 5. *cor. Ubago dec.* 679. *n.* 6. *par.* 18. *rec.*, *& Comen. Cappellaniæ* 21. *Martii* 1702. §. *Confirmatur cor. Emo Tremoille*, *& in Faventina Beneficii* 12. *Decembr.* 1702. §. *Ex qua præsentatione*, *et* §. *Accedit coram Emo Caprara*, *et in Firmana Jurispatronat.* 21. *Aprilis* 1704. §. *Quarta cum seqq. cor. bo. me. Muto*.

Potissimè, cum hujusmodi assertiva concludens uti diximus, qualitatem Patronatus Familiaris, non se restringeret ad tempus præsens, sed percutiebat quoque præteritum, ibi = *Cum fuerit*, *et sit*, *quod alias præsentatio &c. ad Dominos*, *& Familiam de Mutis &c. pertineat* = In hoc siquidem Casu non solum præfata assertiva, & expressio pandebat Statum Anni 1547., sed capax erat declarandi æquivocum, quod inesse poterat in supradictis duabus antecedentibus præsentationi-

9 bus, uti videbatur animadversum in *ipsa præcedenti Decisione*, quæ revidebatur *sub* §. *Immo dum Patroni*, & prius quoque animadverterat *Rota dec.* 290. *num.* 8. *par.* 18. *rec.*, *et in Aretina Beneficii* 22. *Junii* 1702. §. *Utique cor. me*, *in Firmana Jurispatronat.* 21. *Aprilis* 1704. §. *Præsertim*, *et in Majoricen. Beneficii* 11. *Maji* 1705. §. *Etenim in fine cor. bo. me. Muto*.

Ast multo perstringentius idipsum explanabant Status subsequentes, quoniam sub Anno 1555. similes expressæ fuerunt Causæ moti-

væ in præstando, nedum per Nicolaum, & Cæsarem Descendentes ab Joanne Francisco, sed per Tyberium quoque præsentatum, nimirum, quod foret Cappellania *de Jurepatronatus Familiæ DD. de Mutis*, cumque talibus nuncupationibus superaccessisset Sententia Ordinarii prolata super Institutione idipsum affirmans, ut ibi = *ad quem Jus præsentandi*, *dum pro tempore vacat ad Familiam de Mutis &c. pertinet* = nimium res efficiebatur clara, quoties enim conjungun-

10 tur, & Mens Patronorum Præsentantium, & Canonizatio subsequuta Ordinarii in actu proportionato Institutionis, passim (dicebant iidem Scribentes) *a nostro Sacro Tribunali* admissam fuisse hanc unitam assertionem ad præcisum effectum præsumendi mutationem qualitatis hereditariæ in gentilitiam, sicuti apparebat in illa *Fossanen. Jurispatron.* 12. *Martii* 1703. §. *Accedente cor. Emo Caprara*, *et in Comen. Castellaniæ* 31. *Martii* 1702. §. *Confirmatur cor. Emo Tremoille*, *&* 4. *Maji* 1703. §. *Quarta præsentatio cor. bo. me. Muto*, *et in Mediolanen. Prioratus super qualitate Agnatitia* 18. *Junii* 1703. §. *Consonat cor. R. P. D. meo Scotto*.

Quarto loco admodum vires huic immutationi peraugebat Status Anni 1563., cum enim Horatius, & Cæsar de Mutis non præsentando filium Cæsaris, non tantum repetierint antecedentes expressiones, sed Alexander ipse obtinendo Litteras pro Præsentato superadjunxerit = *Cappellaniæ &c.*, *quæ de Jurepatronatus VIDELICET de Domo de Mutis de Urbe existit* = geminæ exinde oriebantur certiores demonstrationes pro superinfusa

11 qualitate gentilitia, altera quia dum dictum fuit *de Domo*, appellativum, hoc plusquam illud Familiæ, tam magis stricte præseferebat qualitatem veræ Agnationis, ex quotidie affirmatis, & signanter per *Torr. de Primogenit. Ital. par. prima cap.* 25. *n.* 110., *& seqq.*, *Rot. dec.* 162. *nu.* 5. *par.* 11. *Recent.*, *& in Lucana Beneficii* 13. *Junii* 1171. §. *Quinimmo cor. bo. mem. Muto*, *& in Romana Cappellaniæ* 25. *Novembris* 1705. §. *Quia tamen*, *&* §. *Ob id cor. Me*.

Et altera resultans ex qualificatissimo quoque ulterius modo adhibito, nam postquam Alexander dixerat de *Jurepatronatus Laicorum*, quasi non contetus antiquis expressionibus, voluit superlative restringere, & qualificare suam expressionem per illam dictionem VIDELICET, quæ utpote suapte natura arctativa, magisque indicativa, statim ac noscebatur adjecta illis verbis *de Domo de Mutis* pro-

12 fecto stabat exclusive ad alios, quoscumque, qui de eadem Domo non erant, sicuti gene-

generaliter connotando eamdem dictionem *videlicet*, habetur apud *Barbos. tractat. var. diction.* 423. *n.* 1., *&* 4. *Magon. dec. Florent.* 50. *n.* 18. *& seqq.*, & magis ad rem *Rota in Mediolanen. Prioratus super mixtura, & filiis Familias* 15. *Junii* 1705. §. *Veteribus cor. R.P.D. Priolo, &* 29. *Januarii* 1706. §. *Qualitatem cor. R. P. D. Caffarello Almæ Urbis Gubernatore*.

Atque hæc eadem phrasis merito usurpata legebatur in subsequenti statu anni 1564. in quo cum Hieronymus, & Jacobus de Mutis ex linea Jo: Francisci descendentes præsentaverint, sive assensum præbuerint gratiæ pro præsentato in personam Antonii Sirleti, continuata fuit hujusmodi expressio in eadẽ Gratia, seu litteris pro Præsentato = *quæ de Jurepatronatus Laicorum videlicet &c. Familia de Mutis*, hæc siquidem inculcatio, continuatio, & repetitio qualitatis gentilitiæ in præsentationibus, Institutionibus, & litteris Apostolicis, dubitare non sinebant (uti
13 prosequebantur) de vera qualitate gentilitia impressa, ex ponderatis per *Card. de Luc. de Jurepatr. disc.* 9. *n.* 12., *& in adnot. ad Concil. disc.* 11. *n.* 11. *Rot. decis.* 26. *nu.* 17. *post Vivian. de Jurepatr., & cor. Buratt. decis.* 111. *nu.* 10. *dec.* 183. *num.* 19. *&* 20., *& decis.* 919. *num.* 3. *cum aliis cumulatis in recensita Firmana Jurispatr. ubi supra cor. bo.me. Muto*.

Crescebat quinto loco vigor omnium harum demonstrationum reassumendo circumstantiam, de qua obliti videbamur in statibus prænarratis anni 1547., & 1563. scilicet quod in illis præsentationibus præsentantes illas expleverunt, quamtumvis in gradu dispari successivo in capita, & non in quotas, nimirum præsentarunt Fratres cum Nepote, & Pronepote; Nemo autem ignorat quod hæc disceptantia inest quando versamur in
14 Jurepatronatus hereditario, vel Gentilitio, nimirum quod in primo casu præsentatio fit per quotas, & in secundo per Capita, teste *Rota in Mediolanen. Prioratus super qualitate agnatitia* 18. *Junii* 1703. §. *Collimante coram R. P. D. meo Scotto, & super mixtura, & filiis familias* 15. *Junii* 1705. §. *Certius cor. R. D. P. meo Priolo cum aliis laudatis in præterita Decisione hujusmet Causa* §. *At ob id lucem cor. Me*.

Sexto reminiscendum pariter erat de aliis importantissimis circumstantiis, & expressionibus ferientibus eosdem status antecedentes, & complectentibus quoque successivos, & usque ad præsens practicatos, quod nempe excepto statu anni 1690. nusquam alias admissæ exstiterunt ad præsentandum feminæ, vel extranei, vel cognati, sed cunctæ præsentationes expletæ apparebant per A-
15 gnatos de Familia, quo utique argumento nullum aliud forte validius dari poteſt, ut præter *eamdem Decisionem*, quæ revidebatur sub §. *Diximus*, constare quoque dicebant ex firmatis per *Rot. in Comen. Cappellania* 31. *Martii* 1702. §. *Accedit cor. Eminentis. della Tremoille, & in Faventina Beneficii* 11. *Decembris* 1702. §. *subsequitur cor. Eminent. Caprara, in dicta Firmana Jurispatrou.* 21. *Aprilis* 1704. §. *His accedunt cor. bon. mem. Muto*.

Dicebant *excepto statu anni* 1590. quia præscindendo pro nunc a responsionibus admissionis feminæ tunc sequutæ (prosequebantur) quod cum ipsi Scribentes jam ex supra deductis apertissime ostendissent de continuata pacifica observantia Jurispatronatus familiaris ab anno 1529. saltem usque ad annum 1590., & sic per spatium 60. *annor.*, & ultra, locum in omnem casum sibi vindicabat ea firmissima propositio, quod per longe minus spatium scilicet *annor.* 40. fa-
16 ctarum præsentationum sub constantibus enunciativis qualitatis familiaris, seu gentilitiæ novus status in omnem eventum imprimitur ejusdem Patronatus de hereditario in gentilitium, teste *Vivian. de Jurepatr. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 41. *Rota cor. Priolo decis.* 46. *n.* 21., *& dec.* 159. *num.* 21., *& in Firmana Jurispatronat.* 21. *Aprilis* 1704. §. *Et ad hunc effectum cor. bo. me. Muto cum aliis relatis in præterita decis. in hacmet Causa edita* §. *Diximus cor. Me*.

Atque hinc semel perfecta hac impressione, seu immutatione status, parum refragabatur, quod per alios status posteriores forte videretur, aut foret obnubilata eadem impressio, quia non per hoc iidem existimari poterant capaces ad interrumpendam observantiam
17 jam completam, & perfectam, sicuti monuerat *Rota cor. Buratt. dec.* 739. *num.* 3. *&* 4. *dec.* 136. *n.* 32. *par.* 19. *Rec. & in Majoricen. Beneficii* 28. *Novemb.* 1704. §. *Haud relevante, et* 11. *Maji* 1705. §. *Præsentationes cor. bo.me. Muto* ibi = *Quia tunc temporis erat jam inducta, & perfecta observantia &c.*, ac propterea certum erat, quod etiamsi fuissent contrarii actus subsequentes, eam nullo modo poterant interrumpere, seu destruere.

Idque adeo verum ut iidem status subsequentes, & posteriores (firma remanente impressione, seu præscriptione status intermedii) a *Doctoribus* nequaquam amplius reputentur capaces inducendi figuram alicujus observantiæ interpretativæ, sed in tantum valeant reputari operativi, in quantum denuo possint

sint æquo modo insigere novum sigillum, & consecutive vetus intermedium delere per formalem e contra præscriptionem novissimi status de Gentilitio in hereditarium, dummodo hic actus, seu status posteriores non existant æquivoci, dubii, aut conciliabiles cum statu antecedenti intermedie præscri-
18 pto, ut monuit, & docuit *Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 34. n. 63.*, *Rota cor. Buratt. dec. 776. ibique adden. n. 9. dec. 910. n. 11.*, *cor. Coccin. dec. 159. n. 22.*, *cor. Priolo dec. 240. n. 23.*, *et seqq. cor. Otthobon.*, *& in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. Quoniam cor. Me.*

Verum, & hoc contingere nequibat nisi cum majori asperitate, ut supra tetigimus sub §. *Quidquid e converso*, ex quo difficilior est immutatio status gentilitii in hereditarium ob duplicatum præjudicium Ecclesiæ, & Agnatorum, quibus utpote jure proprio ve-
19 nientibus, & agere interim non valentibus, neque per 100. *annos* præjudicium ullum inferri valet. *Vivian. de Jurepatr. lib. 14. c. 2. nu. 24.*, *Ciarlin. controv. 107. num. 61. & 62.*, *Card. de Luca de Jurepatr. disc. 18. n. 4. vers. sive*. *Rot. dec. 25. n. 22. cor. Ninott. decis. 430. n. 21. & seqq. p. 9. tom. 2. dec. 120. nu. 6. dec. 290. nu. 26. et 27. p. 11. Rec. & in Bononien. Jurispatron. de Ghisleriis 31. Januar. 1695. §. Hinc in necessariam cum seqq. coram bon. mem. Pio.*

Quid igitur dicẽdum si idem status *anni* 1590., & multo magis alii de annis 1636., & 1678. fuissent omnino compatibiles cum præfato præscripto, & imutato statu per intercapedinem nedum 40., sed 60. *annor.* status quippe memorati *anni* 1590., in quo Faustina filia Hieronymi fuerat admissa ad præsentandum, in nihilo poterat obsistere, aut non pati congruam conciliationem, quia jam in eadẽ vacatione *anni* 1590. ceteri præsentantes, nempe Carolus Alexander, & Horatius expresserant nudam qualitatem filiationis, citra ullam mentionem qualitatis hereditariæ; Cardinalis vero Rusticuccius Urbis Vicarius in Institutione concessa Tyberio Cardinali
20 de Mutis præsentato pronunciavit, sive expressit, *Juspatronatus spectare ad Familiam de Mutis*, ideoque Faustinæ compræsentatio, vel tamquam ad partes, & seorsim inita nocere nequibat Compatronis absque illorum scientia, & patientia, secundum ea, quæ in specie constabilivit *Rota coram Emerix Jun. dec. 1361. n. 16. in fin. & nu. 17. dec. 153. n. 6. par. 18. Rec.*, *& in Faventina Beneficii 11. Decemb. 1701. §. Nihilominus*, *& §. Ex his*, *& in Fossanen. Jurispatr. 12. Martii 1703. §. Accedente coram Eminentissimo Caprara*, *& in sæpe citata Firmana Jurispatronatus 21. April. 1704. §. Quarta præsentatio cum seqq. cor. bo. me. Muto.*

Vel ut dicitur ad omne pejus intermixtio feminæ, quæ saltem temporaliter, & vita durante erat agnata, non excludebat qualitatẽ agnatitiam, quidquid dicendum foret si præsentassent ejus Descendentes de alia Agnatione, & Familia, maxime cum Faustina foret ultima superstes de linea Nicolai, quæve idcirco saltem per posterius non erat impedita præsentare, ut in ordine ad primam
21 propositionem *Rota in Comen. Cappellaniæ 31. Martii 1702. §. Nec obstat cor. Emo Tremoille*, & latius in *Romana Cappellaniæ 25. Novemb. 1705. §. Quoniam cor. Me*, & respectu secundæ, habetur in *Mantuana Beneficii cor. bo. me. Ursino impress. apud Piton. discept. Eccles. 14. nu. 19.*, *& discept. 26. num. 1. in Lucana Beneficii 3. Junii 1701. §. Prædicta cor. bon. mem. Muto, et in Comen. Cappellaniæ 4. Maji 1703. §. Sublata coram R. P. D. meo Priolo.*

Quin robur aliquod adjiceret, quod eadem Faustina præsentaverit per quotas, ut ibi = *Pro tertia, seu quavis alia parte* = cum id optime congrueret, etiam naturæ Jurispatronatus gentilitii, habito respectu ad ingressum uniuscujusque vocis ab initio, nam succedentes in illa linea, in quam ingressum habuit Juspatronatus per voces, seu per partes, perseverant in illa parte, in illa voce, quã acquisiverunt a principio illorum Auctores,
22 nec eadem pars, aut vox minuitur, nec augetur, si personæ sint pauciores, aut plures, ut fuerat annotatum *in Mediolanen. Præpositura 3. Martii 1704. §. Hucusque cum seqq. coram me*, ad differentiam patronatus hereditarii, quia in illo succeditur per illam participationem hereditatis, quæ dividitur, & subdividitur ad mensuram Bonorum, seu Ju-
23 ris hereditarii, consparsi in hos, vel illos successores, ex traditis *per Garz. de benef. p. 9. c. 15. sub n. 20. Antunez de donat. lib. 3. c. 24. sub n. 142. Rota in Auximana Jurispatronat. 27. Junii 1701. §. Comperto coram me*, *et in Asten. Prioratus super pertinentia 20. Januar. 1708. §. Non attenta cor. R. P. D. meo Lencetta*, *et in Asten. Beneficii 25. Junii 1708. §. In nihilo cor. R. P. D. Meo Falconerio.*

Exemplo feudi, cui circa modum succedendi
24 assimilatur Juspatronatus, ut inquit *R. P. D. Cirillus Episcopus Neocastren. in cap. 54. nu. 13., & seq. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 11. n. 43.*, nam non cessat in eo qualitas agnatitia, si per modum successionis inter ipsas
25 postea lineas acquisitrices, quoad exercitium actuum jurisdictionalium æqualiter, vel inæqualiter subdividatur, & scindatur in

quo-

quotas *Spada conf.* 193. *n.* 12. *Bellon. de jur. accresc. c.* 6. *qu.* 48. *n.* 11. *Frassa de regio patronat. tom.* 1. *cap.* 4. *n.* 6. *Card. de Luc. de Jurepat. disc.* 61. *n.* 6. *Rot. dec.* 1361. *nu.* 4. *cum duobus sequent. cor. Emerix Jun.*, *& in Lauden. Canonicatus* 3. *Martii* 1597. §. *Individuitas, & seqq. cor. Eminentiss. Tremoille.*

Compatibilis idcirco pariter erat status anni 1636., quia in illo, ut apparebat ex regestis Datariæ, non fuit acceptata simpliciter præsentatio, sed magnum exarsit litigium ex Causa Pensionis scut. 200. ab initio reservatæ favore Hieronymi, & postea divisæ inter plures, proindeque cum Patroni tandem convenerint mediante divisione ejusdem
26 pensionis, status hic veluti a principio litigiosus, & postmodum concordatus, nemini poterat obesse, vel haberi in aliqua consideratione *Garz. de re Benef. part.* 5. *cap.* 5. *n.* 18. *Vivian. de Jurepatr. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 54. *Rota dec.* 301. *in fine par.* 2. *divers. Adden. ad Buratt. dec.* 633. *n.* 18. *dec.* 615. *nu.* 11. *in fine*, *et n.* 12. *vers. Et institutio par.* 19. *tom.* 2. *recent.*, *et in Lucana Beneficii* 22. *Februarii* 1709. §. *De anno cor. R. P. D. Meo Falconerio*.

Denique plusquam conciliabilis apparebat ultimus status anni 1678. quia licet in eo præsentasset D. Andreas de Mutis sub expessione filii, & heredis Patris, attamen ultra quod id egregie referri poterat ad heredem sanguinis, maxime, dum alii compræsentantes talem qualitatem hereditariam nullatenus expressere, immo R. P. D. Philippus de Mutis in reportata Gratia *pro Præsentato* repetiit supra annotatam nuncupationem *de Jurepatronat. laicorum fidelis familiæ de Mutis*, omnem de cetero submovebat amaritudinem, quod D. Andreas tunc erat pupillus, & sub tutela Matris præsentavit, ac propterea ejus
27 confessio, sive enunciativa, tamquam pendens ex ore pupilli, & Tutricis feminæ ignaræ, & de aliena familia existentis, in nihilo prorsus merebatur attendi, ut advertit *Card. de Luc. de Jurepatr. disc.* 63. *n.* 13. *Rot. in Majoricen. Beneficii* 28. *Novembris* 1704. *cor. bo. me. Muto*, *et in Alatrina Jurispatronat.* 7. *Decembris* 1705. §. *Minus urget cor. R. P. D. Meo Scotto*.

Hæcque exuberare sibi suadebant toties laudati scribentes; sed omnibus supradictis sex fundamentis, cum contemporanea eversione contrariorum, septimum, & octavum adiiciebant coronamentum, alterum generale, etsi in diversa materia, attamen tangente hoc idem Beneficium, & alterum non solum speciale ad hypothesim, sed judicialiter abscissorium omnis controversiæ; Quatenus enim pertinebat ad generale, tam *san. mem. Urbanus VIII.*, *quam Innocentius X.*, occasione approbandi locationes ad novennium initas de Tenuta, seu Casale S. Januarii, spectante ad hoc Beneficiũ, seu Cappellaniam, palam supposuerunt, & enunciarunt, quod
28 eadem Cappellania, seu Beneficium foret *familiæ illorum de Mutis*, ideoque consimiles expressiones emissas in litteris Apostolicis, & insimul a personis ejusdem familiæ de Mutis, demonstrare qualitatem familiarem, & gentilitiam Jurispatronatus, jam fassa erat *præterita decisio sub* §. *Ab extra*, & concesserat *Rota dec.* 159. *n.* 8. *cor. Priolo*, *et in Florentina Canonicatus* 8. *Maii* 1705. §. *Maxime cor. R. P. D. meo Lancetta*.

Specificum tandem, & individuum coronamentum erat sententia lata de anno 1636. per R. P. D. Torniellum, tunc Vicesgerentẽ super verificatione, quod Cappellania foret de Jurepatronatus Laicorum, videlicet *Familiæ illorum de Mutis ex fundatione*, *et dotatione*, pronunciante igitur eodem Vicesgerente per sententiam *constare prædictam Cappellaniam fore*, *et esse familiæ illorum de Mutis*, *et ideo ad Laicos nobiles*, *videlicet Familiæ illorum de Mutis spectare*; *et pertinere* = nul-
29 la profectò palpabilior exigi poterat mathematica demonstratio, ut præter relatos *in præcedenti Decisione diei* 28. *Junii* 1709., agnoverat etiam *Rota in Comen. Cappellaniæ* 31. *Martii* 1702. §. *Et ex his quoque cor. Emo de la Tremoille*.

Absque eo quod subsistere unquam posset responsio data *in prædicta Decisione*, ubi supra, vel quod muneris, & officii R. P. D. Tornielli foret simpliciter recognoscere, an Cappellania esset serva, vel libera, idest de Jurepatronatus Laicorum, necne, non autem, an existeret *familiæ*, *et illorum de Mutis*, vel quod in actis ejusdem sententiæ, & secundum quæ erat interpretanda, appareret productum testamentum Elisabetthæ, & admissio Faustinæ, argumenta penitus hereditariæ, & destructiva qualitatis gentilitiæ; Siquidem in ordine ad primam responsionem fortior erat replicatio, quod litteræ Apostolicæ statim, ac injungebant eidem R. P. D. Torniello, quod constare sibi faceret, an Cappellania esset de Jurepatronatus Laicorũ *videlicet familiæ illorum de Mutis ex fundatione*, *et dotatione*, vel æque principaliter, vel saltem annexive commissa illi fuerat verificatio Jurispatronatus Laicorum, & altera *familiæ*, *et illorum de Mutis*; suffecisset enim ad finem, sive effectum prætensum Clausula assueta *Constito de Jurepatr.*, & tamen in omnem casum si exuberanter transcẽdisset

R.P.D.

R.P.D. Vicesgerens in assertiva superaddita *familia illorum de Mutis*, adhuc quomodocumque senrenriatum super necessario, vel secundario connexis venit attendendum, quemadmodum liquet *per Textum in l. ad rem mobilem l. ad legatum ff. de procurator. l. ad illud ff. de acquir. heredit. Caroc. in cap. eum quid n.4. parte 2. in principio ff. de regul. jur. in 6. Cravett. cons. 79. num.4. Surd. cons. 467. n.11. Rota in Collicen. Prioratus 22. Jun. 1671. §. Non obstat cor. bo. me. Albergat. & dec. 469. n.47. par. 19. to. 2. rec.*

In ordine autem ad secundam responsionem si Testamentum Elisabetthæ exhibitum sonabat in qualitatē hereditariam fundationis, illud satis fuisset pro verificatione Clausulæ *Constito de Jurepatronatus*, absque ulteriori progressu ad status, sed de reliquo non exinde destruebatur observantia præscriptiva immurationis in qualitatem gentiliriam, quæ resultabat ex aliis statibus, actis, ad quæ paritformiter habita fuerat relatio, jam enim status admissionis Faustinæ ex supra ponderaris nullatenus afficiebat, unde cum assertiva contenta in litteris Apostolicis ulterius se protenderet, & adversus præfatā sententiam illam approbantem non fuerit recla-

31 matum ab illis de Familia, profecto dicitur ab eisdem de Familia approbata, & apta ligare omnes successiones, prout *in dicta Faventina Beneficii* 11. *Decembris* 1702. *§. habetur cor. Emo Caprara, & in Fossanen. Jurispatron.* 12. *Martii* 1703. *§. Et magis cor. eod., & in præfata Firmana Jurispatron.* 21. *Aprilis* 1704. *§. Sexta demum cor. bo. mem. Muto, & in Cremonen. Beneficii* 14. *Maji* 1706. *§. Tanto facilius cum seqq. cor. R.P.D. meo Kaunitz.*

Ita proclamabant Scribentes pro D. Abbate Bussio, sed hæc omnia adamussim licet hodie in præsenri decisione ad totum, ut ira dicamus, venenum, seu amaritudinem evomendam lucidius explicata in substantia objecerant in præterita discussione hujus Causæ *sub præfata die* 28. *Junii* 1709., itaut superfluum quodammodo exstitisset easdem objectiones, sive oppugnationes, quasi ex integro reassumere, sed quia non omnes arbores primo ictu decidunt, seu succeduntur, satius fuit eas iterum in aperto ponere, ut aperrius quoque emergeret justitia resolutionis, quam *Domini* confirmarunt, & magis, ut diximus, palma inclita resurgeret; jam igitur ex sensu eorumdem scribentium dubitari nequibat, quod nedum Juspatronatus foret a principio hereditarium, quodque tamquam tale continuaverit, & ingressum habuerit in heredes Elisabetthæ, quodque demum in hoc ingressu duæ quotæ hereditatis, & respective vocum ad præsentandum transfusæ fuerint in Joannem Franciscum, & altera in Carolum Jacobi filium, ut ex arbore in vestibulo præterirae Decisionis fortasse non inconsulto delineata, atque præmissa, quoque tandem in consequentiā integra vox Caroli descenderit in præsentantes D. Abbatem de Comitibus, dum etiam quando millies per hypothesim vox ejusdem Caroli de hereditaria post modum effecta fuisset gentilitia, itaut hodie in hac qualitare perseverasset, adhuc R.P.D. Carolus de Muris, Theresia descendens immediate a Jacobo de Mutis filio Ducis Michaelis Angeli, & Faustina filia immediata ejusdem Ducis Michaelis Angeli in linea agnationis repræsentantes vocem, idest tertiam quoram Jacobi, eam totaliter transtulerunt in ipsum D. Abbatem de Comitibus, & multo magis quando omnes, etiam descendentes a supradicto Duce Michaele Angelo mediante femina per defectum masculorum subalternantiū linearum partiri fuissent subalternantes porriones inter se, & effectus foret eorūdem Descendentium respectu patronatus proportionabiliter hereditarius, ut fit quando, vel in totum, vel in parte deficiunt agnati, & remanent indifferentes he-

32 redes, juxta celebre *Consilium Ancharani* 81. *Laudat. in dec. penes Vivian. p.1. lib.4. cap.2. n.14. confir. cor. Seraphin. dec. 264. nu.3. dec. 378. n.1. Buratt. dec. 183. n.21. Millin. dec. 330. n.1. in Lucana Beneficii 22. Febr. 1709. §. Quo vero coram R.P.D. meo Falconerio.*

Posita hac tertia parte, seu voce Caroli inevitabilirer semper descensa in D. Abbatem de Comitibus, quod & Scribentes in contrarium numquam denegaverant, priusquā forsan inutiliter progrediendum esset ad evulsionem objectorum, de quibus supra, inquirere sat erat de aliis duabus tertiis ab Elisabettha delapsis in Joannem Franciscum, & certe penes ipsum Joannem Franciscū quoad vixit perseverarunt in earum qualitate hereditaria, quoniam idem Joannes Franciscus effectus heres Elisabetthæ pro duabus pariter ex tribus partibus simpliciter præsentavit *præter to Summ. D. Abbatis Bussii N.7.*, eoque sic defuncto, Nicolaus, & Tyberius filii ejusdem Joannis Francisci in secunda vacatione pariter asserentes unacum fratribus esse Patronos præfatæ Cappellæ, nulla pariter superadjecta qualirare agnationis, vel sanguinis, ad similem devenerunt præsentationem *dicto Summario Num. 9.* Ideoq; usque dum penes Filios Joannis Francisci

33 continuavit originaria qualiras hereditaria, cum-

cumque iidem filii fuiffent quatuor, videlicet Jacobus, Tyberius, Valerianus, & Nicolaus, obeunte Jacobo, & Tyberio fine filiis duo fuperftites remanfere filii ipfius Joannis Francifci, Valerianus nempe, & Nicolaus, quamobrem hucufque primævæ duæ tertiæ Joannis Francifci transfufæ funt fub hereditaria qualitate in eumdem Valerianum, & Nicolaum, & uterque fuam unciam fuit affequutus, prout in tales uncias partiebatur eadem hereditas, ut citra contradictorem affirmat *Rota dec.308.n.2.par.2. dec.374.n.5. & feqq.par.11.dec.248.nu.17. par.16., & in præterita decifione hujus Caufæ §. Citra hæfitationem cor. Me*.

33

Firmata igitur hac uncia in Nicolao, qui prima vice tamquam heres, ut fupra præfentaverat, ab inde inceperunt ftatus in oppofitum perpenfi, fed dato millies, quod Nicolaus ipfe, & Hieronymus filius intellexiffent immutare hanc qualitatem hereditariam in gentilitiam, & quod Fauftina, quæ erat filia Hieronymi præfentaffet uti agnata, nonne ipfa defecta, hæc vox fine uncia ad eam deventa per defectum mafculorum lineæ ipfius Nicolai, effecta fuit hereditaria in illius filios, & defcendentes, juxta præcitatum *Confilium Ancharani*, nifi enim hæc tranfmutatio facta fuiffet per modum abftractivum, & fingularem, ita ut Patroni omnes pepigiffent, feu conveniffent, quod impofterum indiftincte omnes folum de familia, fine quota, fine ordine ullo graduali, fed per viam Collegii præfentarent, quo cafu numerantur, & attenduntur fola capita, quæ pro tempore vivunt de familia, & pro tempore præfentant, ficuti hos terminos diftinguendo conftat penes *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæft. 11. nu. 23. Vivian. de Jurepatr. lib. 4. cap. 2. num. 28. & feqq. Card. de Luc. eod. tract. difc. 54. nu. 5. & 6. Rota in Mediolanen. Præpofituræ 3. Martii 1704. cum ceteris in altera decifione hujus Caufæ in §. Et ob id, & §. Citra hæfitationem cor. Me*.

34

Utique innegabiliter remanfit Jufpatronatus in eadem linea Nicolai pro fua voce, feu tertia ad omne pejus fub noviter impreffa qualitate gentilitia feorfim, ac feparate ab altera uncia, five linea Valeriani, fine ulla ad invicem reciprocatione refultante ullo modo ex verbis, five ex eifdem ftatibus, aut ex fubjecta materia Jurifpatronatus, in qua paffim conceditur, quod in una linea pro voce eam tangente Patronatus fit, vel perfeveret gentilitium, & in altera deficientibus, prout hic in Fauftina mafculis, illifque de fanguine, evadat hereditarium, tefte *Modern. Roman. in difcept. Ecclef. 33. fub n. 2. par. 1. Card. de Luca de Jurepatron. difc. 35. num. 10. & difc. 60. num. 28., & feqq. Rot. poft Vivian. dec. 120. num. 24. cum feq. dec. 798. num. 25. & feqq. cor. Merlino*.

35

Applicando igitur ad rem, cum nullibi in tot ftatibus fuerit practicatus modus præfentandi collegiative, quia de anno 1547. præfentarunt Jacobus, qui tunc erat unus ex filiis Joannis Francifci, & nifi objiffet abfque filiis habuiffet fuam partem quotæ, & Horatius, & Cæfar, qui erant in eodem gradu filiationis Valeriani præmortui, & ut apparet abftinuerint, Carolus, qui habebat ut fupra alteram unciam, ejufque defcendentes præfentarunt, cumque ob id minime præfentaverint filii cum Patribus, de quibus in Arbore, ecce quod nec in hoc ftatu magis ambiguo præfentatio facta fuit per rigorofum modum Collegiativum, prout nufquam in pofterum, cum de anno 1564. præfentatio facta fuerit pro duabus ex tribus partibus, & non in capita, & de anno 1590. pariter cum fciffura partium unciarum, & fignanter pro tertia, feu quavis parte per Fauftinam, proindeque quis non dixerit, quod ad fummum Jufpatronatus ufque ad annum 1590. vel perfeveraverit hereditarium, vel ad fummum ad fenfum Partis effectum gentilitium lineale, fed femper divifum per voces, unde quis poft mortem Fauftinæ potuit ejus vocem ab ea avellere, & impedire, quod ejus Vox, feu tertia delapfa non fuerit in ejus filios, & defcendentes ad *Confilium Ancharani*, & audeat affirmare, quod a contrario potius transportata fuerit ad vocem Valeriani fine ejufdem Fauftinæ præcifa difpofitione, aut confenfu, fi vera eft memorata propofitio, ut eft veriffima, quod in una voce, feu linea divifa potuit reftare gentilitium, & in altera fieri per deficientiam mafculorum hereditarium, ut præter fupra allegatos profequitur *Rota in Aretina Cappellaniæ prima Junii 1584. cor. Bubalo decif. 446. nu. 10. cor. Royas, & dec. 667. n. 14. par. 18. tom. 2.*

36

Ex hoc folo motivo cum D. Abbas de Comitibus præclare ftiparetur (data etiam immutatione qualitatis hereditariæ in gentilitiã) duabus tertiis, una videlicet ex Perfona R. P. D. Caroli filii Ducis Michaelis Angeli filii Carolis Nepotis Jacobi, & Pronepotis alterius Caroli, ut in Arbore prædicta, & altera ex perfona Defcendentium a Fauftina, inter quos numeratur ipfe R. P. D. Carolus, unacum ceteris præfentantibus D. Abbatẽ, res omnino plana reddebatur ad hoc, ut idem D. Abbas affequi debuiffet fuarum litterarum pro præfentato exfequutionem, ad

hunc

hunc enim effectum superabundat sola medietas ob derogationem contentam alterius medietatis in eisdem litteris, unde multo magis concretis in eumdem Dominum Abbatem duabus Tertiis, etiam præcisive ab eisdem litteris Apostolicis obtinere potuis-
37 set quoque institutionem in concursu D. Abbatis Bussii, unam tantummodo vocem Valeriani numerantis, ad *Textum in cap. Super litteris de rescript., & c. Si Capitulum ubi gloss. verb. exequ. de Præben. in 6. Rot. dec. 298. et dec. 322. utrobique num. 4. cor. Emerix Junior. dec. 141. nu. 2. p. 19. Rec., et in Mediolan. Jurispatr. super exsequutione Litterarum Apostolicarum 21. Februarii 1707. §. Arbitrium enim cor. R.P.D. meo Scotto*.

Ceterum *Domini* etiam pro futuris statibus inherentes *præterita Decisioni* denuo censuerunt Juspatronatus, de quo agebatur, fuisse, ut erat evidens, in sui primordiali ingressu hereditarium, & tamquam tale semper perseverasse, nullibi subsistente prætensa immutatione; Exordiendo nempe ab anno 1547. iidem *Domini* hodie superaddebant, quod tantum aberat, quod Patroni somniaverint immutare qualitatem Cappellaniæ infixam, ut nec duo præsentantes, nempe Cæsar, & Horatius in actu separato præsentationis se enunciaverint familiæ de Mutis, & expressio quod ad Dominos familiæ de Mutis pertineret Juspatronatus non legebatur facta ex ore ullius præsentantis, sed in solo proœmio ex cerebro, & ore Notarii, ut facere solent sub initio omnium Instrumentorum = *Cum sit, & fuerit &c.* neque quod plus erat, aderat ulla particula restrictiva *tantum*, vel *solum*, seu *dumtaxat*, immo legebatur inibi apposita clausula *omni meliori modo*, quæ non stat ad aliquid præcise
38 designandum, sed æquiparatur clausulæ *si non valet quod ago &c.*, & numquam restringitur ad expressa, & facit actum sustineri etiam alio modo, quam expresso *Cephal. cons. 423. n. 92. & cons. 437. n. 82. cum seqq. Hond. cons. 44. n. 28. tom. 2. Fusar. de substit. quæst. 245. nu. 64. Barbos. de clausul. usufrequent. claus. 95. n. 3.*

Status vero anni 1555. non egrediebatur simplicem enũciativam per verba pure demonstrativa illorum, qui tunc erant Patroni cum non dissimili enunciativa Ordinarii, ut citra repetitionem in tot §§. *de quibus supra a §. Scilicet, atque ex his usque ad §. Quarto loco* poterant recognovisse Scribentes pro D. Abbate Bussio in *præterita Decisione sub §. Magis magisque idcirco*.

Subsequentibus pariter statibus annorũ 1563., & 1564. non solum fuerat in *antecedenti Decisione sub prædicto §. Magis magisque cum sequ.* præventive, & superlative responsum, & ostensum quanta vis fieri poterat in consimilibus enũciativis, sed hodie pariter agnitum fuit, quod primus status anni 1563. in suo æquivoco pharmacũ recipiebat ab altero, nempe ab illo 1564. in quo vacante Beneficio per Matrimonium cõtractum ab Alexandro paulo ante, seu de dicto anno 1563. præsentato, iterum iidem Patroni præsentarunt, nempe Jacobus Mutus pro una tertia, & Hieronymus pro alia tertia; ideoque quantum repugnet gentilitiæ qualitati præsentatio facta per quotas, & per partes nemo est,
39 qui non sciat, & habetur ex *eadem antecedenti Decisione sub §. Citra hæsitationem*, & inibi allegatis addi possunt *Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 11. nu. 23. Card. de Luca de Jurepatr. disc. 61. n. 11. Rota dec. 46. n. 7. coram Priol. dec. 515. n. 2. p. 14. Rec.*

Frustratorius autem penitus reddebatur apparatus qui ut supra fiebat super illa dictione *VIDELICET*, quasi quod importaret majorem restrictionem, & excluderet alios quoscumque, qui de eadem Domo non erant, sub hoc etenim discursu latebat æquivocum manifestum, quia cum dictum per antea extitisset = *Cappellania &c. quæ de Jurepatron. laicorum nobilium existit* = necesse indubitanter erat addere *videlicet dilectorum filiorum familiæ de Mutis*, ne nimis vaga foret explicatio, quinam essent isti nobiles laici, qui tamquam successores, & heredes Elisabethæ, & Joannis Francisci erant in possessione præsentandi, & de facto eadem dictio *videlicet* in dubio magis stat demonstrative,
40 quam restrictive, ut annotarunt *Aymon. cons. 227. n. 4. & 8. et cons. 245. n. 9. et cons. 273. pariter sub n. 9. Anton. Monac. dec. Lucen. 13. n. 3. Barbos. tract. var. in diction. usufrequent. dict. 423. n. 3.*

Argumentum, quod in oppositum struebatur super numquam sequuta admissione feminarum ad præsentandum in suis casibus posset fortasse aliquam vim injicere, sed cum ab ipsa arbore palam comprobata, quod semper a die fundationis, seu principio hujus patronatus gradatim, de Patre in filium, de Patruo in Nepotem prodierint præsentationes absque interruptione ad gradus magis remotos, non admissio feminarum, confirmabat potius qualitatem hereditariam, quam gentilitiam, cum enim, ut diximus, Juspatronatus hereditarium reguletur a successione hereditaria, nequibant haberi in consideratione feminæ, quæ ab ipsa successione he-
14 reditaria excludebantur, vel a Fratribus, vel a Patruis, ut ad rem observant *Fenson.*

ad Statut. Urb.dd. cap.145., & 146.per tot. modern. Asculan. ad idem Statut. annot.3. fere per tot., & praeipue nu.217. Rota dec. 1291. cor. Seraphin. dec.383.n.20.p.9.

Et ob id nonne evento casu, quod nullæ exstarent personæ masculinæ comprehensæ in capite inclusivo Statuti exclusivi feminarum, Faustina successit in statu anni 1590. & admissa fuit ad præsentationem; respondere etenim, quod eadem Faustina foret temporaliter agnata, de plano in primis enervabat motivum non sequutæ umquam admissionis feminarum, & de cetero litteraliter contradicebat titulo, quem ipsa allegaverat in sua præsentatione nimirum ibi = *Faustina Muta filia, & unica heres quondam Hieronymi, ad quam, ut asseruit pro alia tertia, seu hereditaria parte Jus præsentandi pertinet* = absque eo quod neque etiam posset interponi difficultas, utrum verbum heres sonare posset in heredem sanguinis, cum tamquā heres in domo, in qua tot superexstabant Agnati, & de cetero quomodo compatiebatur, quod ad eam tamquam unicam heredem spectaret tertia pars, si enim venisset, ut Agnata faciebant unum caput, non unam partem, ut jam diximus evenire quando Jus-

42 patronatus est abstractive, & rigorose agnatitium *Lotter. de re benef. lib. 2. dicta qu. 11. n.23. Rota dec.46. n.11. & seqq. cor. Buratto dec.106.n.8. cor. Celso dec. 159. num.1. & seqq. cor. Priolo dec.220. nu.12.p.11. Rec. in Bonon. Benefic.28. Jun.1690. §. Secundo quia coram bon. mem. Ursino, et in Mediol. Priorat. super qualitate Agnatitia 18. Junii 1703. §. Collimante coram Rev. P. Dño meo Scotto.*

Collabente ob id ad evidentiam illa responsione, quæ dabatur pro evitanda importunitate verbi *quota*, & verbi *partis*, quasi quod minime repugnet hujusmodi expressio, cum veniat intelligenda respectu quotæ, & partis ab initio ingressæ in unamquāque lineam absque necessitate præseferendi qualitatem hereditariam, exemplo feudi superius adducti; In ordine quippe ad Juspatronatus potest quidem dari ingressus unius, vel pluriū

43 vocum, sed non unius, vel plurium quotarum in unam lineam, dicunturque Patroni illius lineæ constituere inter se pro majori numero illam vocem, sed nusquam illam quotam ratione portionis hereditariæ, & non numeri personarum ad eorum lineam, seu Columnellum spectantem, uti videre est penes *Lotter. de re benef. dicta qu. 11. lib. 2. Vivian. de jurepatr. lib.4. c.9. nu.18. et seqq. Card. de Luca eodem tract. disc. 61. num.13. Rota post dictum Vivian. dec.134.n.7., decis. 82. n.1. et seqq. p.7. Rec.*

Quid ergo dicendum quando insimul in unum conspirabant, & mentio quotæ, & titulus heredis, adeout si præter hucusque firmata verbum *quota* fraternizare posset cum *voce* quod est in hisce terminis absurdum, & ad quem umquam mortua Faustina transire valuisset, hæc sive vox, sive quota apud eam præexistens, & ad exercitium deductam, & certe non ad alios, quam ad suos heredes, seu Filios, & descendentes, unde adamussim verificabatur, quod supra fuit affirmatum *sub §. Jus enim accrescendi*, quod opus esset, ut quota Faustinæ quomodolibet transferri posset ad lineam Valeriani, quod illa sic disposuisset, sive consensisset, alias hujusmodi translatio non habet locum, nec in feudo, nec in Jurepatronatus, quando ab initio fuit facta distinctio per partes divisas, & separatas, hæcque est ratio quare

44 fiat hereditarium in una linea, & in altera possit remanere gentilitium, juxta ponderata per Rotā in decisionibus supra laudatis *in §. Applicando igitur ad rem, cum quibus concordat Cardin. de Luca de Jurepatr. disc. 35. num. 5. et disc. 60. num. 29. Rota decis. 798. coram Merlino.*

Hisque præmissis, apertissime corruebat quoque observantia præscriptiva status de hereditario in gentilitium, figurata superius ab anno 1529. ad annū 1599. jam enim vidimus quid nā ad eamdē observantiā præscriptivam efformandam desumere potuimus ab annis 1647. 1555. 1563., & 1564. qui ad eamdē observantiam efficiendam erant necessarii, cum vel manifestam patiebantur retorsionem, vel ipsam observantiam efficiebant innegabiliter turbidam, & nusquam habilem nedum ad præscribendum, sed neque ad interpretandum, nisi liberet quærere ignotum per ignotius, & maxime ad finem

45 arctandi intellectum pro firmanda immutatione nusquam præsumibili ob resistentiam regulæ latius exornatæ *in præterita decis. §. Fortiora reddebantur*, quam subsequuntur etiam *Lotter. de re benef. lib.2. qu.11. num.3. Rot. dec.127. n.4. tom.3. cor. Ubald. dec.374. n.11. dec.679. n.6. par.18. Rec. & in Comen. Cappellania 31. Martii 1702. §. Confirmatur coram Eminentissimo della Tremoille impress. post modern. Roman. discept. Eccles. 53. pag. 110. tom. 2.*

Evulsisque propterea sex prioribus fundamentis, in præceps manifeste ibant quoque septimum, & octavum, quæ pro coronamento superius attulimus, circa etenim enunciativas Summorum Pontificum jam satisfecimus in antecedenti decisione §. *Ab extra autem*, itaut quemadmodū liquet ex confrontatione

ne superflua reddatur omnis replicatio; Et quoad sententiam prolatam ab R. P. D. Torniello Vicesgerente poterant scribentes abstinere a repetitione eorum, quæ fuerant *in præcedenti decisione ex* §. *Comperto itaque*, jam ad satietatem elisa, & confutata; sed ad hoc *Domini* superadjungebant, quod cum iidem scribentes superius fassi fuerint statum *1636*. super quo prodiit eadem sententia fuisse concordatum,& proinde inhabilem ad parturiendum aliquem effectum, quomodo ergo si status ipse non erat attendibilis, erat attendibilis sententia, quæ firmata amicabili concordia deserviebat dumtaxat ad finem pro indemnitate Datariæ dignoscendi, ut diximus, an beneficium esset liberum, vel servum, nec enim intererat Pontificem, vel eumdem R. P. D. Vicesgerentem canonizare qualitatem Jurispatronatus; sed simpliciter utrum de eodem Jurepatronatus Laicali constaret, prout Domini de Mutis existentes in quasi possessione præsentandi exposuerant Pontifici,& de facto,ut diximus *in præterita dec.* R. P. D. Torniellus habendo relationem præcisam ad status omnes, qui successerant post Testamentum Elisabetthæ apposuit omnes usque dum occursos, quive promiscue præseferebant, & admissionem feminarum tamquam heredum, cæterosque penitus importantes qualitatem hereditariam; Nec enim sat erat ad effectum, ut constaret de Jurepatronatus Laicorum se referre ad testamentum Elisabetthæ, sed oportebat materialiter recognoscere actus successivos usque ad tempus exsequutionis concedendæ per materialem demonstrationem, quod existebat Jus præsentandi actua-
46 liter apud Dominos de Mutis, tempus enim gratiæ inquirendũ est, & non vetus ad ejusdem gratiæ exsequutionem *Alex. conf. 42. n. 8. lib. 6. cap. 1. a n. 6., & seqq. Garz. de benef. par. 7. cap. 1. n. 28. Rot. dec. 67. n. 6. cor. Peutinger, & in Volaterrana Beneficii 7. Decembris* 1708. §. *Minus hac, &* §. *Sed præcise cor. R. P. D. meo Crispo*.

Postremo subsistere visum est, licet ex abundanti, fundamentum super antecedenti imediato statu stabilitum, quod difficile erat inficiari qualitatem hereditariam, dum sub eadem qualitate hereditaria præsentaverat ipse D. Andreas de anno scilicet 1678. a quo causam sortiebatur ipsemet D. Abbas Bussius, parum officiente, quod ille tunc foret pupillus, quare similis confessio apta non foret ei nocere, quoniam & secum, seu pro eo præsentavit Mater Tu-
47 trix, cujus confessio, quando est adminiculata,& Istrumentalis afficit etiam pupillum *Gloss. in cap. dudum l. 2. in verb. de veritate ad med. de elect. Bald. in auth. hoc jus porrectũ n. 8. C. de Sacros. Eccles. Grat. discept. 716. n. 25. Rota dec. 443. nu. 2. cor. Seraph. decis. 506 n. 3. & seqq. cor. Gregor. decis. 452. n. 1. par. 4. dec. 39. n. 1. & 2. par. 7. Rec.*

In præsenti autem non solum concurrebant adminicula, sed & probationes, ut supra liquidissimæ justificantes qualitatem hereditariam, & in ipsomet anno 1678. præsentavit quoque altera Faustina filia Michaelis Angeli, quæve proculdubio in hoc actu simultaneo præbebat de per se sufficiens adminiculum, quod D. Andreas præsentaret tamquam heres, si & eadem Faustina præsentare non valebat, nisi tamquam heres, ut latius ostensum fuit superius occasione alterius Faustinæ. Utraque &c.

Romana, seu Albanen. Ferraccii super Damnis.

Lunæ 17. Martii 1710.

ARGUMENTUM.

Simulatio quid sit, & quæ contra Simulantem detur actio. Requisita Lucri cessantis, & Damni emergentis quando concurrere dicantur ad effectum condemnandi damnificantem ad refectionem damnorum passorũ, & quando non. Sub nomine damnorum quid veniat, late deciditur.

SUMMARIUM.

1. *Simulationem quomodo deputarint, seu definierint Majores nostri.*
2. *Simulatio si tertio detrimentum infert, datur actio contra simulantem pro restitutione fructuum, quos res simulate acquisita naturaliter reddidisset.*
3. *Quinimmo refici debent patienti, seu passo omnia damna, & præjudicia.*
4. *In interesse lucri cessantis habenda est consideratio consequentiæ deperdendi lucrum causa distractionis.*
5. *Quod procedit etiam in Conductore impedito frui re conducta.*
6. *Et in beneficiato impedito capiendi Possessionem sui Beneficii.*
7. *In spoliis violentis, & attentatis condemnatur spolians, sive attentans non solum ad eos fructus naturales, qui fuerunt percepti, sed etiam qui percipi poterant.*
8. *In venditionibus Apothecarum, & Auviamentorum proceditur cum Sanctione* l. Curabit *habendo præ oculis illum fructum, seu Lucrum, quod similes Apothecæ, & auviamenta progignere consuevere.*
9. *Damna sunt ea omnia, quæ important Patrimonii diminutionem.*
10. *Ideoque damnificato reficienda.*

11. *Lucrum cessans, & damnum emergens late patet, & comprehendit totum id, quod in substantia importat Patrimonii diminutionem, vel illius non augmentum, alias certum, & securum.*
12. *Ut quis compelli possit ad restaurum interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, debet demonstrari per univocas probationes, quod ex ejus culpa, vel illius facto damnum illud positive irrepserit.*
13. *Qui causam damni dat damnum reficere tenetur*, & num. seq.
15. *Ad effectum evitandi damnorum refectionem sat est ostendere, defectum alia ratione, aliaque de causa evenire potuisse.*
16. *Culpa damnificantis excluditur, si causa cessationis, seu defectus promanavit a tertio, sive ab extrinseco accidente.*
17. *Ratiocinatori deponenti de re ad suum officium attinente, plena fides praestanda est.*
18. *Testis contra inducentem plene probat.*
19. *Causa damni debet esse proxima non remota ad hoc, ut valeat damnificans obstringi ad illorum refectionem.*

DECIS. CDLXXXIX.

Simulationem Majores nostri reputarunt, sive definivere per modum corporis sine spiritu, per modum umbræ sine effectu, &
1 præ ceteris *Bald. in l. ei, qui C. de distract. pignor.*, & *l. pr. C. Plus valere, quod agitur, nec non in consilio* 54. *num.* 24. 26. 27. *lib.* 1. *Cuman. cons.* 155. *num.* 2., sed quoties eadem umbra, idem corpus, licet inane de facto, infert Tertio detrimentum, illum effectum, quem non parit favore simulantis, sæpe retorta sagitta contra sagittarium, propignit contra ipsum simulantem, contrahente postmodum eo obligationem non solum restituendi illas accessiones, illos fructus, quos
2 res simulate acquisita naturaliter reddidisset, ut notant *Cepoll. de simulat. contract. quæst.* 2., *Mandel de alb. cons.* 97. *num.* 4.; ceterique collecti per *Donadeum de renunc. cap.* 23. *num.* 88., sed & restituendi quoque eam alteram speciem fructuum a culpa provenientium, quive potius damna, & præ-
3 judicia compellantur, semperque refici debent a culposo cuicumque ex causa aliena detrimentum patienti, seu passo, *cap. final. extr. de Injur.*, & *dam. dat. l. nam*, & *servius* 22. *in princip.*, ibique *Gloss. verb. Judicium*, & *DD. ff. de negoc. gest. cum reliquis relat. per Soccin. sen. cons.* 94. *nu.* 43. *vol.* 5. *Ciriac. controv.* 184. *nu.* 1. *Card. de Luc. de dot. disc.* 198. *num.* 10. *Rot. cor. Dunoz. jun. dec.* 478. *num.* 9.

Hisce juridicis, & insimul æquitativis præsidiis innixi Fratres de Mariis, alii Consocii, & respective Creditores Ferreriæ Campi Leonis, postquam in Tribunali A. C. sententiam favorabilem reportaverant super nullitate, seu simulatione venditionis apparenter expletæ ad favorem Lazzari Damiani per Joannem Petrum Casanovam, cum successiva ulteriori manutentione, & condemnatione ad damna, & interesse, eamdemque pristinam Sententiam, quamvis generice confirmari obtinuerant, ascendente postremo loco Causa *ad Sac. Auditorium* pluries, atque pluries videlicet, tam *cor. Rmo D. meo Molines Decano*, ut *in decisionibus editis sub die* 6. *Junii ann.* 1707., quam *cor. R. P. D. meo Polignac.* ut pariter *in decisione, quæ emanaverat die* 4. *Maji* 1708. & novissime demum *cor. Me* 8. *Martii* 1709., cum subsequuta ad partes eorumdem damnorũ, & Interesse opportuna reservatione cognitionis, *ut in decisione diei* 2. *Augusti ejusdem anni* 1709. *pariter cor. Me*.

Congrue igitur, ut par erat, curarunt in hodierna Audientia per *Me* proponi in sequelam prædictam inspectionem per *Tribunal* reservatam sub dubio indefinito, & exuberanter complexivo omnium, & quorumcumque damnorum, quæ sibi reficienda fore, fuerant prædicti Fratres eblanditi, nimirum *an*, & *a quo*, & *in qua summa deberentur damna*, & *Interesse*. Verum parum fauste, quia præcisive a nova reservatione maturioris discussionis, quoad quantitatem Ferraccii, & ejusdem decrementi, nec non in ordine ad expensas reportationis, pro quibus injuncta *per Dominos* fuit coadjuvatio probationum, exiit de cetero rescriptum prorsus negativum, *damna non deberi*.

Differendo namque sub unaquaque discreta Classe species istorum damnorum, quæ ad duo necessario genera generaliora reducebantur, videlicet lucri cessantis, vel damni emergentis, quatenus pertinebat ad primum genus prima pariter fronte observabatur illud lucrum, quod cessasse prætendebant memorati Socii, & Creditores ex perperam distracto hujusmodi ferro, ob hanc namque subsequutam, & jam pro nulla, & simulata, ac quasi attentata distractionem canonizatã, coacti fuerunt Opifices apothecã deserere, & consequenter deperdere illud lucrum, quod a laboreriis inde faciendis fuissent
4 consequuti, quemadmodum de hisce consequentiis habendam esse considerationem in hoc interesse lucri cessantis, per plura exempla edocent, *Leotard. de usur. quæst.* 71. *a num.* 5. *et seqq.* & *quæst.* 74. *num.* 24., & melius *num.* 51., *Rocc. disput.* 121. *num. fin.* & di-

& disput. 122. *a num.* 1. *et seqq.*, ubi de In-
5 teresse Conductoris impediti, uti frui re conducta, *idemque tradit Card. de Luc. de empt. disc.* 14. *num.* 3., & in proposito impedientis Canonicum, seu Beneficiatum assequi possessionem, quod teneatur ad omnes
6 fructus, qui percipi potuissent etiam quoad distributiones quotidianas, exemplificat idẽ *Card. de Luc. de empt. dicto disc.* 14. *num.* 3. *et* 4. *et tradit Rot. dec.* 242. *num.* 10., *et* 11. *et dec.* 260. *num.* 20. *par.* 12. *rec.*, *et in Ferrarien. Canonicatus* 22. *Junii* 1707. §. *Minus relevat cor. R. P. D. meo Scotto* (sicuti quoque videmus occasione spolii, violenti tamen, necnon attentatorum) sequi conde-
7 mnationem, non solum ad eos fructus naturales, qui revera fuerint percepti, sed, & qui percipi potuerunt, *Teste Menoch. de recuper. remed. ult. num.* 36. *Lancell. de attent. par.* 3. *cap.* 31. *nu.* 22. *et seqq. Card. de Luc. de Judic. disc.* 20. *num.* 2. *Rota cor. Buratt. dec.* 668. *n.* 7., *et dec.* 777. *n.* 8. *ibique adden. litt. B.*, *et cor. Zarat. dec.* 51. *nu.* 2. *et cor. Cels. dec.* 80. *n.* 9. *et in rec. dec.* 221. *n.* 25. *vers. Prout minus p.* 16.; *et in Bonon. Concurs.* 16. *Junii* 1690. §. *Eoque magis cor. Ervault.*

Subalternanter ad eamdem primam speciem, seu genus lucri cessantis quasi per modum anuli catenati afferebatur, & conclamabatur subinde orta deficientia alterius Apothecæ illius Fabri Ferrarii, qui venam in superiori Fornace expurgatam ad hos, vel alios usus ferro destinatos arte sua convertit, & flectit, cumque opus pro manutentione omnium ad utrumque opus necessariorum detinerentur, seu solita fuerint detineri promptuaria, vulgo *dispense* cibariorum, pro quibus non leve lucrum obtingebat habentibus interesse in persistentia, & duratione ejusdem Ferreriæ, sicut evenit in Cauponis, ceterisque Revendentibus, & in hunc modum lucrantibus tam in Urbe, quam ubique, hinc profecto & hoc lucrum cessans erat resarciẽdum ex eisdem ferme rationibus, *& auctoritatibus*, de quibus supra, unde pariter videmus, quod etiam in voluntariis Apothecarum, & Avviamentorum distractionibus tanti æstimantur hujusmodi lucra verisimilia, ut in earũ venditione procedatur cum Sanctione *l. Curabit C. de act. empt.* habendo præ oculis illum fructum, seu lucrum, quod similes Apothecæ, & avviaméta progignere consuevere, secundũ animadversa, & admis-
8 sa *per scribentes in d. l. Curabit, & optime præ ceteris firmant Riminald. Jun. cons.* 177. *n.* 16. *& seqq.*, *Ubald. de duob. Fratribus par.* 11. *princip. n.* 73., *Card. de Luc. de usur. disc.* 15. *n.* 3., *et disc.* 42. *n.* 2. *Episcopus Rocc. disput.* 159. *num.* 8. *et* 9. *Rot. dec.* 189. *nu.* 3. *post secundum volum. consil. Farin.*, *et decis.* 193. *n.* 7., *et* 11. *cor. Ubald.*, *et decis.* 330. *n.* 8., *et dec.* 232. *n.* 2., *et seqq. par.* 13. *et dec.* 91. *n.* 16. *par.* 19. *tom.* 1. *rec.*

Magis amarum videbatur Sociis, & Creditoribus prædictis secundũ genus damni emergentis, sub quo adscribebantur affictus, seu pensiones ejusdem Ferreriæ, debiti, & non soluti per tres annos continuos Domino Principi Pamphilio, nec non valde considerabiles expensæ, quas oportuit erogare effective in reductionem ad pristinum statum ædificiorum, stiliorum, aliorumque Instrumentorum, inter quæ præcipue aderant receptacula, ductus, seu Canalia aquarum, quæ pariformiter erant ad opus necessaria, &
9 per otium cessantis Officinæ consenuerant: Hæc etenim omnia tamquam importantia diminutionem patrimonii, procul dubio damna erant, ut inquit *Paul. in l. Quod si Minor* 25. §. *Restit. autem ff. de minor.*, *cui concordaliter Text. in l.* 2. *et* 3. *ff. de damn. infect. cum ceteris allegat. per Marant. respons.* 21. *num.* 11. *par.* 5. *et Rot. post Zacch. de o-*
10 *bligat. Camer. dec.* 151. *n.* 16. & ideo damnificato reficienda, ut prosequitur *Marant. d. respons.* 21. *d. num.* 11. *par.* 5., *et prius in respons.* 82. *nu.* 30. *par.* 4. *cum aliis concordan. in proposito relatis per Rot. in dec.* 29. *nu.* 14., *et dec.* 221. *n.* 19. *par.* 16. *rec.*

Accedebat præmissis ad sensum præfatorum Sociorum, & respective Creditorum illa alia tertia admixta species, quæ magis damno ob eamdem Caussam emergenti, quam proprie lucro referri merebatur, istaque primo loco erant illa lignamina, quæ parata fuerant, sive manebant ad usum conficiendi carbonem, & coempta extiterant a Domino Duce Casertæ, & Nunez, sed propter eamdem cessationem Ferreriæ, & impedimentum, seu præceptum Ministri ipsius Petri Casanovæ deperdi necesse fuit; secundo erat jactura duorum Equorum, quos si non abegerat, abduxerat saltem idem Minister: Prout tertio loco in idem recensebatur similis jactura sexdecim Bubalarum ultra nonnulla ferri deficientia centena pro assueto stipendio Officialium Depositariæ: Cum enim D. Senator Lumellinus ex alia parte Creditor, & Ipse audita capitali distractione, & venditione Ferri, de quo supra, describi pro sua indemnitate curasset quidquid in eadem Ferreria reperiebatur, & respective nonnulla subjecisset effectivæ exsequutioni, inde promanavit utraque amissio: Et quarto tandem conquerebantur, quod fenum spatio trium annorum colligi consuetum, *sicut fenum*

num tectorum, quod statim aruit, perperam & inutiliter corruptum evaserit, cessante Ferreria, & ob id deficientibus in sequelam animantibus illo solitis enutriri, ac propterea sive sub una, sive sub altera specie hæc omnia continerentur, semper inevitabile concernebant interesse eorumdem Actorum, quodque interesse, vel damnum tamquam late patens omnia quæcumque comprehendit, quod in substantia importat quoquomo-
11 do, vel patrimonii diminutionem, vel illius non augmentum alias certum, & securum, per ea, quæ generaliter, & singillariter in suis Casibus frustra transcribendis explicant *Bald. cons. 182. num. 1. et seqq. lib. 1. Leotard. de usur. quæst. 72. num. 44. et seqq. Mans. cons. 261. §. Nam in primis post medium tom. 3., et cons. 418. et 419. lib. 5.* ubi signanter de furto commisso a Ministro electo, *in meo tractatu de commerc. et camb. disc. 29. num. 23., Gratian. discept. 387. num. 16. Mastril. dec. 111. num. 13., Rub. ad. decis. 29. n. 111. par. 8., et dec. 431. n. 17. par. 13. rec.*

Verum tota hæc machina lamentationum super lucri carentia, vel damni passione unico impetu corruere visa est, mediante illa fatali responsione, etiam in Cathedraticis disputationibus usurpari solita, nimirum *de subjecto non supponente*: Quoniam lucide demonstrabatur pro parte Joannis Petri in facto, quod Ferreria longe post factam supradictam alienationem, licet simulationis, & nullitatis vitio increpatam, nimirum usque per totum annum subsequentem assueta confecerat laboreria, perinde, ac si nulla fuisset secuta Ferri distractio. Quod si deinceps contigit laboreria, vel Ferreriam cessasse, ac defecisse, infortunium hoc adscribi nequibat culpæ Joannis Petri, sed ad Summum Senatori Lomellino: Ipse etenim Joannes Petrus præcedenti, quam exercebat, remansit privatus administratione usque de mense Martii 1706. & nihilominus adhuc durante, ut solet quoque evenire in Corpore physico, calore ejusdem præteritæ administrationis, perseveravit motus Ferreriæ ferme per duos menses, quin etiam secuta ad Instantiã prædicti Senatoris Lomellini postmodum descriptione Ferri existentis adhuc pariter in Officina, utique reperta fuit quantitas plusquam sufficiens ad continuationem ejusdem motus Operum, & laboreriorum, quando tamen principium est indubitatũ in Jure, quod ad effectum, ut quis compellatur ad restau-
12 rum interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, debet indispensabiliter demonstrari per univocas, & concludentissimas probationes, quod ex ejus culpa, vel illius facto damnum illud positive irrepserit, uti respondit *Imperator in l. prima Cod. si adversus vendit. pignor.*, & probant *Cyriac. controv. 62. num. 25., & 26., Card. de Luca de locat. disc. 16. n. 11. Actolin. resol. 63. num. 16. Thomat. dec. Maceraten. 93. nu. 3. & seqq., Surd. dec. 259. n. 3. Rota cor. Otthobon. dec. 111. num. 13. & cor. Bich. dec. 185. nu. 14. & seqq., & in Asculana Aquaductus super reservatis*, quoad damna, impressa post *Gob. tract. var. dec. 46. num. 1. & 3.*, & in illius confirmatoria *16. Junii 1698. §. Subsistere cor. bo. me. Muto.*

Diffiteri non poterant Scribentes pro Sociis, & Creditoribus hanc veritatem, & ideo contendebant ostendere, quod cessatio Operum, & Laboreriorum provenisse quidem potuerit a Senatore Lomellino, sed hoc oblique, & consequutive ad factum, seu culpam Joannis Petri, quia nimirum longe degente in Patria, Senator Lomellinus audito rumore prædictæ simulatæ venditionis Ferri curaverit fieri supradictam descriptionem, & exsequutionem, quamobrem, & hoc ipsum factum redundabat de directo in Personam, & culpam prædicti Joannis Petri, qui celebrando fictam, & Juri, ac veritati invisam venditionem Ferri fuerat origo totius scandali, istarumque præjudicialium consequentiarũ; unde semper idem Joannes Petrus, tamquam causa causæ plecti subinde deberet etiam
13 tamquam causa causati, juxta monitũ *Summi Pontificis Alexandri III. in cap. De cetera de Omicid. & Pauli I.C. in l. Qui occidit §. penult. ff. ad l. Aquiliam, & in l. Prætor 4. §. Si cum Servum ff. de vi bonor. raptor. cum aliis adductis per Cyriac. contr. 184. nu. 2, Rot. in allegata decis. 478. nu. 8. & 23. cor. Dunoz. Jun. & dec. 156. n. 1. cor. Carill. & dec. 29. n. 16. & 17, & decis. 221. num. 20. par. 16. Rec.*

Ceterum hujusmodi replicatio minime enervabat superius allatam responsionem; Quidquid enim dici potuisse in abstracto super applicatione, vel incongruentia prædictæ regulæ de causa causati ad rem nostram, sive præsentem hypothesim, prout discepta vere præter superius relatos *Bartol. Alex. Soccin. Jun., Jason., aliique Scribentes in l. 2. §. Item si in facto ff. de verb. obligat. Surd. consil. 12. signanter n. 40. & 41., Joannes de Anania cons. 55. in fin. Jo. de Amic. cons. 12. nu. 12. Cyriac. controv. 133. nu. 12. & 13. Gratian. discept. 57. n. 3. Alex. de just. lib. 2. cap. 7. dub. 7. nu. 25. Rota cor. Carill. decis. 168. n. 1.* Vis per antea attributæ responsionis consistebat in eo, quod post prædictã alienationem, post dimissam quoque admi-
nistra-

nistrationem continuaverit Ferreriæ opificium, ut prius, & quod etiam facta eadem descriptione ad Senatoris instantiam tantū ferrum fuerit adinventum, ut sat esset ad continuationem laboris, sicuti liquebat ex Instrumento ejusdem descriptionis, *Summario num.* , & proinde cum vice ostendendi Joannem Petrum exstitisse causam mediatam, vel immediatam prætensarum damni-
15 ficationum, semper appareret defectum nenecessario provenisse alia ratione, alia de causa, hoc exuberat pro evitanda qualibet immaginabili refectione damnorum, & interesse, ex plene cumulatis per *Surd. dicto cons.* 12. *n.* 20. *Thomat. in allegat. decis.* 93. *n.* 6. *Rot. cor. Bich. dec.* 185. *n.* 16. *&* *n.* 18., *& in dicta Asculana Aquaductus post Gob. tract. var. dec.* 46. *nu.* 2. & in terminis damnorum aliunde, quam ex actu attentato provenientium bene *Lancell. de attentat. par.* 3. *cap.* 131. *n.* 192., *eadem Rot. cor. Bich. dec.* 25. *n.* 7. *&* 8. *& in rec. dicta dec.* 131. *n.* 7. 8. *&* 9. *par.* 13.

Et sane quamtumvis hæc alia extrinseca causa cessationis ad effectum infligendæ condemnationis in non causante, parum, aut nihil videretur inquirenda, ponderarunt tamen *Domini*, quod ipsimet Defensores Sociorum, atque Creditorum fatebantur in Insula Elbæ hoc medio tempore remansisse interclusam Fodinam, seu Venam Ferri inibi existentem, & a qua idem Ferrum, seu Ferraccium postea traductum, & coemptum deserviebat lucro, & opificio Ferreriæ, unde ad quid incusare Joannem Petrum, ceteroquin ex præmissis absolvendum, si causa cessationis, & defectus promanavit a Tertio, sive ab ex-
16 trinseco accidente, in quibus terminis quæcumque semper exsulat culpa prætensi damnificantis, ex bene ponderatis per *Scribentes in l. Si merces §. Conductor. l. Hac distinctio §. ultimo ff. locat. Ludovis. dec.* 61. *n.* 5. *Rota cor. Celso dec.* 178. *n.* 5. *& dec.* 45. *itidem n.* 10. *vers. Tertia par.* 16. *& dec.* 57. *n.* 22. *&* 25. *par.* 18. *Rec.*

Stabilito autem hujusinodi fundamento, supervacaneum videbatur dispungere tot alias partitas, & querimonias supra subinclusas in secunda, vel tertia præmissa Classe, seu genere damnorum, & interesse, obtruncato siquidem capite prætensæ culpæ seu causæ prætensæ damnificationis, cuncta hæc subalternantia, & dependentia membra prætensionum mole sua decidebant. Ceterum ad binas alias reflexiones pro corroboratione præmissorum per superabundantem accurationem *Domini* descendebant. Altera erat quod non solum memoratæ consequutiones, seu partitæ nullam connexionem detinebant cum ipsa simulatione venditionis, etsi de reliquo canonizata per *Tribunal.* Ast tantum aberat, quod ob eamdem prætensam culpossam, sive a culpa Joannis Petri resultantem cessationem provenire valuerit tantum lucrum cessans, tantum damnum emergens, ut potius illa utilia, quæ magnificabantur in annuis scut. 4000. quando opificium manebat in suo esse, & in sua integritate, & quodammodo flore, verti solerent in præjudiciū & detrimentum, cum magistra experientia patefaceret, quod ipsum capitale immissum quot annis decrescebat, seu deteriorabatur in admodum considerabili semper quantitate, prout palam colligebatur ex depositione ipsius Raciocinatoris, vulgo *Computista* ejusdem Ferreriæ exhibita in *Summario respon-*
17 *sionis Petri N. unico*, & cui Ratiocinatori veluti de re ad sui munus attinente præstandā esse fidem, plena habentur volumina, & signanter per *Text. in cap. Post cessiōn. de prob. tradider. Card. de Luc. de regal. disc.* 19. *n.* 5. *de benef. disc.* 9. *nu.* 8. *Rota cor. Buratto dec.* 706. *num.* , *& cor. Coccin dec.* 88. *n.* 2. *& decis.* 243. *n.* 8. *par.* 6. *Recent.*, & in præcisis terminis Ratiocinatoris *Gratian. disceptation.* 228. *n.* 8. *&* 9. *cum ceteris relatis per Rot. in dec.* 57. *n.* 1. *par.* 18. *Rec.*

Et altera, quæ magis ad oculum manibus palpare faciebat vanitatem proclamatæ querimoniæ erat, quod etiam post annum a die sequutæ venditionis exstitit in rei veritate confecta illa quantitas ferri, quæ elaborari seu confici præcedenter consueverat, in tribus namque annis solita erat Ferreria elaborare *un millione, e ducento milliara*, iidem vero Testes a sociis, & creditoribus inducti positive deponebant, quod post exaratam venditionem solo dumtaxat spatio sex mensium Ferreria elaboravit quatuor centum milliaria, proindeque proportionabiliter repartiendo, seu duplicando summam, & tempus cum laboreriis, utique nulla a primo ad ultimū major exoptari poterat Justificatio exclusionis prætensæ damnificationis, quā ea, quæ promanabat a Testibus per ipsos So-
18 cios, & Creditores inductis, ex passim congestis per relatos a *Spad. consil.* 369. *nu.* 23. *tom.* 2. *Censal. decis.* 25. *n.* 9. *Adden ad Gregor. dec.* 215. *nu.* 9. *Rot. cor. Zarat. dec.* 11. *n.* 16. *& cor. Emerix Jun. dec.* 113. *n.* 5. *& dec.* 223. *n.* 1.

Jactis itaque hisce solidis fundamentis, merito neglexerunt *Domini* peculiariter animadvertere ad memoratam lamentationem jacturæ duorum Equorum, & sexdecim Bubalarum, quia præterquam, vel minime, ut opus erat

erat per juridica Testimonia, ex comprobantur, vel tamquam provenientes ab aliis nempe *Quaquer*, & respective ab exsequutione facta ad instantiam Senatoris Lomellini etiam nimis inopportune, & post annum non erant postmodù Joanni Petro præsertim in hoc Judicio adscribendæ tales amissiones, vel certe superabundabat, quod hæ minutæ quæstiones de paupere Regno, vel pro nunc confunderentur cũ contrariis prætensionibus ex parte Joannis Petri promotis ratione fidejussionis initæ ad favorem Banci Sancti Spiritus, & expensarum hodiernæ litis, vel quod in omnem casum proxime non descenderent a vera, & potissima immediata radice habitæ usque dum controversiæ super nullitate venditionis ferri, cum causa damni sequuti debeat esse proxima, & non remota, & per longam ambagem difficile

19 reperienda, ad hoc ut valeant Judices, & Tribunalia prætensum Damnificantem ad ullam refectionem tuto percutere, & obstringere ut admonent *Abb. in c. Quia diversitatem n. 13. vers. Sed vera de conceß. præb., Felin. in c. Cum inter sub n. 20. vers. Ad quod vide speculator de injur., damn. dat. §. Sequitur versic. Sed pone* quem refert, & sequitur *Angel. cons. 137. sub n. 1. vers. Supra facio, Eugen. cons. 64. n. 25. & seqq., Farinac. cons. 144. n. 13. in fin. volum. 2. Card. de Luc. de locat. dicto disc. 16. nu. 11. Rot. cor. Dunoz. Jun. dec. 478. n. 8. & 9. & cor. Bich. dec. 195. n. 25. repetita in Recent. dec. 309. n. 28. p. 9.*

Reservarunt bene *Domini*, ut ab initio adnotavimus, diligentiori examini, & perquisitioni rimare, quæ vera fuisset quantitas ferri ab ora maritima occasione, seu prætextu venditionis asportata, utrum scilicet restringeretur ad milliaria *seicento* sicuti sonabat publicum Instrumentum ejusdem venditionis, vel ascenderet ad milliaria *seicento cinquanta*, quemadmodum per Testes ad perpetuam solummodo exhibitos prætendebantur attigisse, & rursus, quas, & quot subire coacti fuerint expensas memorati Socii, & Creditores pro ejusdem ferri reportatione; Paleam nempe hanc non recte adhuc demonstratam, & excussam a tritico veræ colluctationis separantes, suo loco, & tempore melius discernendam remisere.

Utraque &c.

Romana Fideicommissi.

Luna 24. Martii 1710.

ARGUMENTUM.

Feminæ quando a Testatore reintegratæ censeantur ad totam, & integram hereditatem post defectum masculorum, late deciditur.

Reliqua leges in sequenti Summario, ubi vides quam vim habeat Codicillus confectus a Testatore post conditum Testamentum.

SUMMARIUM.

1. *Ægidiana habet locum, quoties Sententia est justa, & lis est inter mere Laicos.*
2. *Conditione purificata, eo tunc dispositio habetur pro pura, & bona devolvuntur ad successorem.*
3. *Femina unius lineæ excluditur a Masculis ejusdem lineæ, stante reciproca ordinata favore descendentium.*
4. *In materia fideicommissaria fieri nequit extensio de casu ad casum, seu de tempore ad tempus.*
5. *Forma excludendi feminas quæ sit.*
6. *Absolutio a vinculo fideicomissi referri semper debet ad illum casum, vel tempus, in quo aderat privatio, sive vinculum. Singula singulis congrue sunt referenda.*
7. *Relatio facta cum verbo* ut supra *applicatur illi Capitulo, sive illi parti Testamenti, in qua de ea qualitate, & materia facta legitur dispositio.*
8. *Mentio Codicilli in ultimis voluntatibus numquam superflua reddi debet, nec tolli debet.*
9. *Codicillus uti pars testamenti numquam tendit ad illius destructionem, & quantum fieri potest censeri non debet a Testamento recessum, nisi adsit expressa littera in contrarium, vel impossibilitas Ordinationum.*
10. *Masculi censentur semper magis a Testatore prædilecti, quam Feminæ.*
11. *Fideicommissum quoad substantiam separari non debet ab altero, si non accedat distincta vocatio diversarum Personarum.*
12. *Loquutio generalis, & universalis omnia complectitur.*
13. *De jure communi sublata est quæcumque sexus differentia, itaut ordinatio restricta ad commodum masculorum, feminas imposterum pari modo comprehendat.*
14. *Restitutio generalis bonorum demandata comprehendit omnia bona, quibus fuerat quisquam privatus.*
15. *Statutum reintegrans feminas ad successionem illas in totum reintegrat, & admittit.*
16. Totum *qui dicit, omnia sub isto toto contenta comprehendit.*
17. *Dictio* qualibet *italice* qualsivoglia *habet vim distributivam, & amplexivam cujuscumque Partis, Personæ, vel dispositionis.*
18. *Taciti, & expressi eadem est virtus.*
19. *Copula* & *est illius naturæ, ut copulata conjungat cum suis qualitatibus.*
20. *Clausula* omni meliori modo *stat ad roboran-*

randum actum validius, non vero ad illius diminutionem, sive derogationem.

21. *Cautela superabundans numquam nocere debet illam apponenti.*

22. *Ratiocinia, & discursus sunt superflui quando verba sunt clara.*

23. *Feminæ si frui volunt paterna successione ab intestato conferre debent earum dotes, et* num. seq.

DECIS. CDXC.

SIcuti inopino chasmate, vel temporis edacitate quassata, & contrita senescunt, immutantur, ac etiam corruunt materialia ædificia juxta illud Poetæ,

Mojono le Città, mojono i Regni.

ita nedum defuncto, sed etiam vivente Petro, qui plures in Urbe Domos ædificaverat, illius spiritalis voluntas ambulatoria super ipsas Domos nutare incæpit, & immutari; ordinando namque quoddam Fideicommissum in eisdem Domibus in suo Testamento, postmodum Codicillando, & recodicillando, adeo alteravit disposita in exclusionem, & inclusionem feminarum a se descendentium, ut dubitandi locum reliquerit, An Elisabeth, & Magdalena Sorores, & respective Marcellus postremæ filius fuerint comprehensi in tota portione obventa Christophoro eorum Stipiti, vel solum in parte cadente sub uno, vel altero Fideicommisso, prout infra per eumdem Petrum demandato; quamobrem delato dissidio post ipsius Testatoris obitum exorto ad Tribunal *A. C.* inibi *emeritus R. P. D. Cerrus Locumtenens* favorabile præfatis feminis pronunciavit Judicium, quod successive conscendens ad *Sac. Auditorium* mediante illa familiari suspensiva clausula, *Consilio*, *quod sit locus Ægidiana*; *Domini* non dubitarunt esse justissimum, unde rescripsere *Affirmative*.

Siquidem cum de cetero nulla intermisceretur Persona, Res, vel locus Ecclesiasticus, quod fineret dubitandum, utrum eadem constitutio Ægidiana ætimologiam sortita a Celebri *Ægidio* Card. Albernazio, & de reliquo negans appellationem a Sententiis prolatis in Judicio immissivo, complecteretur etiam res, bona, & Personas Ecclesiasticas, cessante etenim aliquorum horum omnium concursu, & versante disceptatione inter mere Laicos, ut in nostro casu Axis disputationis reducebatur ad simplicem Justitiam prædicti Judicati, qua hodie funditus degustata atque reperta, merito dictum fuit *locum*

1 *esse Ægidianæ*, quemadmodum millies in his terminis consuevit *Sac. Rota* quotidie respondere, ut signanter patet ex *Ferrarien.*, *seu Aneonitana Fideicomm. 3. Junii 1701. §. Exordiendo cor. me, et in Bononien. Fideicom. de Roffenie 17. Martii 1702. §. Constitit enim et in Forolivien. Fideicomm. de Torellis 28. Junii 1702. §. Recognoverunt cor. R. P. D. Muto, et in Romana, seu Cesenaten. Fideicom. 16. Maji 1704. §. Ex Simone Petro cor. R. P. D. meo Lancetta, et in Firmana Salviani die 22. Junii 1707., et 16. Decemb. ejusd. anni cor. Rmo D. Molines Decano.*

Unica difficultas si qua aderat, restringebatur, ut diximus, super eo, quod Petrus in suo Testamento varie de supradictis suis domibus disposuerat; nam in prima confectione Testamentaria ad finem consulendi suis Neptibus, & Proneptibus injunxerat pensionum, seu fructuum quarumdam Domorum multiplicum ad earumdem feminarum favorem distribuendum occasione matrimonii Temporalis, vel Spiritualis, sed cessante hujusmodi multiplico per defectum ulteriorum feminarum jusserat, *che nella proprietà, e frutti moltiplicati, come sopra, succedano i maschj miei figliuoli, Nepoti, e Pronepoti, legittimi, e naturali, e di legittimo matrimonio generati*, ac propterea perspecta hujusmodi ordinatione directa ad solos masculos, cum jam hactenus præcessisset congruum Judicatum super cessatione præfati multiplici consequens erat, quod non amplius ad feminas, sed ad eosdem masculos, inter quos signanter aderat Carolus, hæ domus multiplico Dotium præcedenter obnoxiæ devo-

2 luerunt, ut est de natura cujuslibet Fideicōmissi, & conditionis in eo appositæ jam purificatæ, juxta *Textum in l. penultim. ff. de impub., et aliis substit.*, & tradita per *Bellon. jun. conf. 19. num. 3. Peregrin. de fideic. art. 43. num. 17. Rot. in dec. 602. cor. Dunoz. jun. et dec. 569. num. 1. cor. Emerix jun.*

Quo autem ad alias Domos, quas sejunctim a prædicto multiplico legaverat, seu perlegaverat Georgio, & Christophoro Camillo ejus filiis, clarior erat, usque dum retento eodem Testamento, intentio Testatoris, dum inter eosdem filios Legatarios, seu prælegatarios, eorumque etiam filios masculos ordinaverat mutuam, & reciprocam substitutionem, arctatam tamen semper ad sobolem masculinam = *escluse sempre le femmine*, ideoque cum fato cessisset Christophorus relictis tantummodo post se Elisabeth, & Magdalena filiabus, planum apparebat, quod pars per viam istius prælegati obventa in Christophorum spectare deberet ad Carolum Consanguineum tamquam masculum comprehensum in hac mutua, & vicissitudinaria substitutione, secundum ea, quæ in simili propo-

3 sito reciprocæ masculinæ sive mjunctæ inter solos masculos uno ore dixerunt deducti per *Fusar. de substit. tract. de reciproc. substitut. quæst.* 259. *num.* 5. & alii relat. per *Rot. in dec.* 285. *num.* 8. *et seqq. par.* 3. *et dec.* 417. *num.* 10. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.*, & alibi passim.

Verum ut ab initio præmisimus, Testatoris voluntas nimium ambulans super hæc tecta, seu Domos, postmodum, & signanter in novissimo Codicillo ab hac intentione prolapsa fuit, dum finaliter Testator apposuit sequentia verba = *Item dichiara, vuole, ordina, e comanda, che la disposizione, istituzione, e sostituzione fatta nel suo Testamento, e Codicillo* (scilicet intermedio) *delle Case, ed altre facoltà sue lasciate ai suddetti Giorgio, e Cristoforo suoi figli, e loro figli maschj si estenda ancora nelle loro figliuole femmine, quale adesso col presente suo Codicillo le sostituisce, e nomina, e vuole, che succedino, conforme si è detto de' figli maschj ne' suddetti Testamento, e Codicillo, come se fossero in quelli state chiamate, e non altrimenti, non ostante qualsivoglia esclusione, o disposizione in contrario fatte tanto in detto Testamento, quanto in altri Codicilli* : Sed hisce verbis, non obstantibus (adhuc dicebat Carolus) quod hæc posterior licet amplissima reintegratio feminarum non erat capax ad inducendum, seu revestiendum illum habitum, a quo eædem feminæ fuerant spoliatæ, nisi in Casu per eum signato, & expresso, remotio etenim obstaculi semper restringitur ad illud obstaculum, quod fuerat appositum, & non ad aliud diversum, quod non fuerat appositum prohibente lege, & mente disponentis,
4 quod in hac materia extensio fiat sive de re ad rem, sive de casu ad casum, sive de tempore ad tempus ex collectis per *Menoch. de præsumpt. libr.* 3. *præsumpt.* 103. *n.* 35., *Urceol. de transact. quæst.* 26. *n.* 20., *de Marin. ad Reverter. dec.* 148. *nu.* 1. *Card. de Luca de Regal. disc.* 148. *n.* 4., *Royas dec.* 414. *n.* 5. *et in rec. dec.* 321. *n.* 9., *et* 10. *par.* 15. *rec.*

Cum igitur exclusio feminarum per modum regulæ *esclusè sempre le femine*, & de qua for-
5 ma excludendi *Card. de Luc. de fideicommiss. in disc.* 46. *n.* 7. dumtaxat appareret adjecta particulari legato, seu prælegato relicto Georgio, & Christophoro Camillo, ut superius quoque distinximus in §. *Quo autem*, subsequens idcirco reintegratio rectius, immo solum verificabatur, & respective arctabatur ad hanc postremam, & non ad aliam Superiorem partem multiplici; Nam præter ea, quæ mox in genere præmisimus, speciale etiã est, quod quælibet reintegratio, vel absolutio a vinculo, sive remotio impedimenti semper referri debet ad illum casum, rem, vel tempus, in quo aderat privatio, vinculum,
6 vel impedimentum, ita dictãte non solum regula *singula singulis &c.* sed etiam discursu & exemplis de quibus *Castren. cons.* 18. *n.* 3. *libr.* 2., *Cravett. cons.* 98. *n.* 11., *Rot. cor. Coccin. dec.* 2140. *n.* 8., *et cor. Bich. dec.* 603. *n.* 4., *et dec.* 128. *n.* 14., *et dec.* 386. *num.* 6. *par.* 16. *rec.*, *et dec.* 478. *n.* 8. *et* 9., *et dec.* 595. *n.* 10. *par.* 19. *rec.*, *et in Reginen. fideicommissi* 27. *Junii* 1698. §. *Et profecto cor. Me.*

Potissime igitur quia, ut diximus in hujusmodi secunda parte prælegati aderat exclusio expressa feminarum, & in priori multiplici vix subintellecta, & virtualis per inclusioné masculorum, & feminarum omissionem, juxta aliam regulã *inclusio unius &c.* addito quod ulterius utraque dispositio legebatur facta in diverso, & separato Capitulo, quapropter passim habemus, quod etiam versantes in relationibus subsequentibus indefinitis *ex gr. ut supra*, relatio semper applicatur illi Capitulo, illi parti Testamenti, seu dispo-
7 sitionis, in qua de ea qualitate, de ea materia adinvenitur facta dispositio, ex connotatis per *Cravett. cons.* 548. *n.* 21. *Surd. cons.* 431. *nu.* 64. *Cephal. cons.* 599. *nu.* 20. *lib.* 4. *Menoch. cons.* 220. *n.* 78., *& cons.* 399. *nu.* 48., *& seqq. Rimin. Jun. cons.* 389. *nu.* 63., *Spad. cons.* 112. *n.* 8. *lib.* 3., *Altograd. cons.* 48. *n.* 28. *lib.* 1., *Rocc. disp. select. cap.* 42. *n.* 40., *Rota in rec. dec.* 238. *n.* 4. *par.* 3., *& in Perusina Fideicom.* 21. *Martii* 1710 §. *Neque diversimode cor. R. P. D. meo Crispo.*

Certius vero, quoniam reintegratio cantabat solum in ordine ad contenta in dispositione & institutione facta *nel suo Testamento, e Codicillo*; Cumque tam in Testamento, quam in Codicillo meminerit de secunda parte dumtaxat, scilicet de legatis, & prælegatis, non vero de prima parte loquente de multiplici, cur relatio facienda erat ad Testamentum in omnibus suis partibus, quando modus conjunctivus, seu copulativus loquendi ostendebat, Testatorem intellexisse tantummodo de secunda parte, super qua conjungebantur, & copulabantur disposita
8 etiam in Codicillo intermedio, alias mentio facta de Codicillo penitus inutilis superflua, & elusoria remansisset, quæ tamen in ultimis voluntatibus toleranda regulariter non est Teste *Bald. in l. libert. num.* 34. *in fin. vers. Quid ergo si filia C. de oper. libert.*, *Alexand. cons.* 102. *n.* 7. *lib.* 6., *Riminald. Jun. cons.* 31. *n.* 83., *Menoch. cons.* 289. *n.* 16., *&* 17. *Surd. cons.* 516. *n.* 4., *Gratian. discept.* 568. *n.* 29., *Merlin.*, *Pignatell. controv. foren. centur. prima cap.* 5. *n.* 1., *Rota dec.* 598. *n.* 2. *par.* 3. *rec.*,

3. rec., & coram Buratt. dec. 310. n. 8., et in Faventina Successionis 7. Junii 1680. §. Nec obstare cor. clar. mem. Card. Vicecomite & in Asculana Successionis 15. Martii 1683. §. Prout nec pariter cor. Emerix Jun., & in Cæsenaten. prætensæ success. 3. Martii 1698. §. Neque poterat in fine cor. Me.

Ulterius omnia hæc, quæ nitebantur regulis observandis in subjecta materia, & satis eruebantur ex littera dispositionis, & modo disponendi, fulciebantur quoque aliis elementis, & principiis nostræ facultatis, altero nempe quod Codicillus, qualis erat ille novissimus, in quo demandata fuerat reintegratio feminarum, profecto uti pars Testamenti nusquam tendit ad illius tamquam sui capitis destructionem, itaut quantum minus

9 fieri potest censeatur per Codicillum a Testamento recessum, nisi ubi solum adest expressa littera in contrarium, vel incompatibilitas ordinationum, ex affirmatis unanimiter per Bertazzol. consf. Civil. 58. n. 44. Actolin. resol. 41. n. 13., Andreol. contr. 39. nu. 5., Ridolphin alleg. 114. n. 13., Surd. dec. 93. n. 14., Rot. dec. 271. n. 1. cor. Ludovis., et dec. 123. n. 12. par. 15. rec., et in Bononien. seu Imolen. Bonorum super bono jure 12. Junii 1623. §. Voluntas vero, et 11. Januarii 1694. §. Vero cor. bo. mem. Ursino, et in Romana, seu Cæsenaten. fideic. super reservatis 24. Aprilis 1705. §. Verum Domini in fine, et §. Sequenti coram me.

Et altero, quod cum in substantia Feminæ per viam coæquationis fuerint reintegratæ per Testatorem ad consuccedendum cum masculis, recte eadem coæquatio, eadem consuccessio aptabatur circa prædictam secundam partem legatorum, & prælegatorum, in qua eædem feminæ in nihilo succedebant, in nihilo considerabantur, immo positive contemnebantur, ut ibi = escluse sempre le femine, sed non ita congruenter applicabatur priori parti Multiplici, in qua nec a principio, nec absolute, sed solum masculi invitabantur, quoties per cessationem feminarum nubendarum Multiplici ordinatio expirasset, interim vero de facto absorbentibus iisdem feminis totum multiplicum; dato proinde contrario intellectu, magnum, & improbabile sequutum fuisset absurdum, quod feminæ prius ex multiplico sortientes plusquam masculi, & postea cum illis consuccedentes plus utique evidenter remansissent dilectæ Testatori, quam iidem masculi, quod aberat ab omni discursu, a moribus nostræ

10 Italiæ, & a tot sanctionibus Statutariis feminarum exclusivis, aliisque rationibus recollectis per Hodiern. in l. hac edictali quæst. 12. n. 37., et 38. Gabriel. conf. 15. nu. 38., Onded. conf. 1. n. 37. Gratian. discept. foren. c. 621. n. 14., et cap. 813. n. 6. Mans. consult. 264. n. 2., Rota cor. Emerix dec. 597. n. 3.

Ceterum quamvis cuncta hæc saperent, & ostenderent ingenium scribentium pro Carolo, maturo tamen Judicis oculo prospecta efficere non potuerunt, quo minus feminæ indistinctim, uti censuerat quoque prior Sententia R. D. P. Cerri, habitæ non fuerint in omnibus pro reintegratis, & simultanee volitis ad normam juris comunis in celebri l. maximum vitium C. de lib. præterit. per novissimum Judicium Testatoris; Idque suadebat in primis, quod in rei veritate minus vero supposito nitebantur iidem scribentes sibi figurantes Testamentum continere duplex Fideicommissum, alterum conditionale, alterum purum, quando in substantia geminæ ordinationes fideicommissariæ per Testatorem injunctæ continebant vel unum, vel duo fideicommissa plus, vel minus seu diversimode conditionata, sed semper ambo conditionata. In prima namque parte conditio pendebat ab existentia, vel cessatione feminarum dotandarum, & dein in illarum defectu succedebat fideicommissum omnino purum, & absolutum favore masculorum; In secunda autem substitutio reciproca, & reliquæ substitutiones favore pariter masculorum pendebant ab assueta conditione si sine filiis, ideo taxative fieri non poterat prætensa omnimoda separatio unius fideicommissi ab altero, cum in utroque iidem masculi substituti emicarent, variata solum conditione temporis, & casus idque solum poterat differentiam aliquam progignere, quoad ipsum diversum genus, sive effectum conditionis, non vero quo ad substantiam ipsius Fideicommissi; Non accedente etenim distincta vocatione diversarum Personarum, tunc neque

11 particularis prohibitio alienationis nonnullorum bonorum, nec quidquam aliud efficit, quod unum fideicommissum in ordine ad substantiam (quidquid sit ad alios effectus) separetur ab altero, ex collectis per Capbal. consil. 634. n. 12., et seqq., Peregr. de fideic. art. 5. n. 44. Rota cor. Priolo dec. 136. n. 9. et 10., et decis. 98. n. 6. ad 24., et dec. 243. n. 12., et seqq. par. 17. rec.

Evidentissime autem in casu nostro, quia Testator post ordinatum sive casu sive tempus purificationis utriusque fideicommissi in gratiam masculorum, finaliter tam unam, quam alteram dispositionem, quæ semper ut præmisimus gradiebatur circa domos, conclusit indefinite, & indistincte per periodum comprehen-

prehensivam cujuslibet antecedentis dispositionis ob illa verba adjecta in postremo Capitulo separato, & independenti = *Sicchè il fideicommisso nelle dette case doverà essere nelli predetti miei figliuoli, Nepoti, e Pronepoti, quali figliuoli, Nepoti, e Pronepoti gravo col peso del presente mio fideicommisso colle medeme sostitutioni, modi, e condizioni, anche in tutti quelli altri beni, e frutti moltiplicati, che potessero pervenirgli, o gli pervenissero se non vi fussero figliole femine, ne speranza di esse come si è detto di sopra*. Unde ecce quod sicuti per epilogum masculos semper succedere voluerat sive in uno, & eodem, sive in duplici, & utroque fideicommisso, ita dum postea in novissimo Codicillo voluit feminas esse substitutas, & nominatas insimul cum masculis: *e che succedino conforme si è detto delli figli maschi nelli sudetti Testamento, e Codicillo*, profecto hæc indistincta, & indeterminata rehabilitatio feminarum ad consuccedendum cum masculis sano modo nequibat restringi ad unum tantum casum, tempus, aut fideicommissum,
12 cum sit natura generalis, & universalis loquutionis omnia complecti, ad tradita per *Mans. consult.* 197. *nu.* 28., *Surd. dec.* 319. *n.* 9., *Rota cor. Emer. Jun. dec.* 1213. *n.* 26. *& seqq.*, *& dec.* 713. *n.* 4. *par.* 1. *divers.*, *& in rec. dec.* 98. *n.* 14., *& seqq. par.* 17., *& dec.* 643. *n.* 9., *&* 10. *par.* 19., *& in Romana seu Cæsenaten. fideicomm.* 16. *Maij* 1704. §. *Et sane cor. R. P. D. meo Lanetta*, & habemus exemplum prædicti Juris communis ope præfatæ legis *maximum vitium C. de lib. præterit.*, quod sublata differentia sexus citra distinctionem unius, vel alterius successionis sive particularis, sive universalis, sive in toto, sive in parte feminas coæquavit cum masculis, itaut qualibet ordinatio per antea per legem demandata, & restricta ad
13 commodum masculorum, imposterum feminas pari modo comprehenderet, ut notant *Rot. in dec.* 177. *n.* 1., *&* 5. *par.* 5. *rec.*, *& in Rom., seu Firmana successionis* 18. *Februarii* 1695. §. *Clarum quippe cor. Rmo meo Decano*, & colligitur ex traditis per *Card. de Luc. de fideicomm. disc.* 77. *num.* 2., *Torr. de pact. fut. success. lib.* 2. *cap.* 26. *n.* 152., *Rot. cor. Cerr. dec.* 78. *n.* 1., cum aliis cumulatis *in Balneoregien. Immissionis* 22. *Martii* 1706. §. *Nil officiente cor. Me*.

Atque hinc parum amplius refragabantur regulæ superius in obtento magnificatæ, quod remotio, restitutio, absolutio, & reintegratio intelligenda veniat ubi aderant illa vincula, illa impedimenta, illæ privationes citra extensionem rei ad rem, casus ad casum, temporis ad tempus, dum enim Testator attenta prænominata epilogatione utriusque dispositionis, sive fideicommissi complexive feminas excluserat, privaverat, & impediverat ad succedendum cum masculis in utroque fideicommisso, ita in omnibus deinceps per novissimum Codicillum parificando, & coæquando feminas cum masculis absque ulla vel minima necessitate faciendæ extensionis, aptabantur propositiones, & regulæ adductæ in ipsa objectione, prout dicimus de absolutione generali, quæ comprehendit omnia delicta, de restitutione generali bonorum, quæ comprehendit omnia bona, a quibus fuerat
14 quisquam privatus cum similibus discursibus, & exemplis, ex collectis per *Rolan. cons.* 45. *n.* 27. *lib.* 4, *Peregrin. de Jure Fisci lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 22., *& seqq.*, *Farinacc. in praxi quæst.* 6. *sub n.* 28., *Odd. de restitut. in integr. quæst.* 99. *artic.* 4. *nu.* 26., *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 46. *n.* 10., *Rocca disp. Jur. cap.* 71. *n.* 2., *Card. de Luc. de regal. disc.* 160. *n.* 35., *Franch. dec.* 213. *n.* 40., *Rot. dec.* 118. *lib.* 3. *cor. Puteo dec.* 255. *n.* 1. *cor. Cavaler. dec.* 289. *n.* 14. *cor. Pamphil. dec.* 125. *n.* 1. *& seqq. cor. Merlin.*, *& dec.* 449. *n.* 2. *par.* 5. *rec.*, & in specie videmus in proposito statutorum reintegran-
15 tium feminas ad successionem, *Card. de Luca de fideicomm. disc.* 37. *n.* 6., *Rota cor. Buratt. dec.* 930. *nu.* 8., *& dec.* 363. *n.* 5. *cor. Royas*, *& decis.* 63., 64., *&* 66. *apud Gilian. ad Statutum Perusiæ*, *& in Perusina reintegrationis* 20. *Junii* 1701. §. *Ratio autem cum seqq. coram R. P. D. Pio*, & in his terminis *decis.* 243. *numer.* 8. *part.* 17. *recen.*

Eoque etiam quatenus opus esset palpabilius, quia finaliter Testator reintegrando easdem Feminas post verba superius registrata superaddidit illa alia magis ampla, & plusquam amplissima, ut ibi = *non ostante qualsivoglia esclusione, o disposizione fatta tanto in detto Testamento, quanto in d. Codicillo*. Cum enim ea partialis, seu peculiaris, aut etiam contradistincta (ad sensum præfatorum scribentiũ pro Carolo) exclusio feminarum dubio procul contineretur sub unico, & eodem Testamento, utique eadem generalitas reintegrationis, & derogationis effectivæ cum individua mentione ipsiusmet Testamenti non poterat citra violentiam coarctari ad unam tantummodo partem, & dispositionem ejusdem Testamenti, qui enim dicit totum, omnia sub isto loco contenta comprehendit, & maxime perspecta ad præsens ulteriori dictione *qual-*

sivo-

sivoglia latine *qualibet*, quæ habet vim distributivam, & singillariter amplexivam cujuscumque partis, Personæ, vel dispositionis, sicuti ad terminos primæ conclusionis
16 tradunt per *Text. in l. Julianus*, *& in l. Testatorem ff. de legat.* 3., *Rolan. conf.* 87. *n.* 8. *vol.* 2. *cum pluribus cumulat. per Barbos. tract. var. disc.* 241. *nu.* 1., *& per tot*, *& in Calagurritana Decimar. de Aguilar.* 13. *Januarii* 1698. §. *Tantumque abest in fin. cor. Rmo Molines Decano*, & in specie secundæ
17 connotarunt *Scribentes in l. cum quid ff. si certum petatur Dec. consil.*619.*n.*2., *Menoch. consil.*33.*n.* 21., *Rota in Ferrar. restitutionis Ghetti super Negotio principali* 23. *Martii* 1695. §. *Alia neque cor. bo. mem. Muto*.

Atque his nimium ad oculum demonstratis, irritus esse quodammodo *Dominis* labor videbatur præbere responsum ad alia superiora in oppositum excitata ratiocinia, quod nempe magis per viam regulæ essent exsclusæ feminæ in secundo fideicommisso, sive in secunda parte fideicommissi, quam in prima, quasi quod ad illam, & non ad hanc facienda potius veniret relatio novissimæ rehabilitationis, & reintegrationis; Sed nihilominus etiam præcisius recidendo eadem objecta, nonne eo ipso, quod Testator dixerat quod substitutio sive dispositio facta favore masculorum extenderetur ad feminas, quodque haberi deberent pro substitutis, & nominatis, ubi & quoties essent nominati masculi, nihil intererat quod memora exsclusio feminarum pro regula = *esclufe sempre le femine*, non legeretur in prima parte dispositionis Testamenti, tum quia parum in themate de quo agebatur congruebat feminas pro regula exscludere ab illa serie dispositionis, quæ temporaliter saltem, & in quantum durare debebat multiplicū, facta a contrario erat pro feminis, & non pro masculis, tum etiam quia in quo differebat exsclusio feminarum a non vocatione feminarum, immo a præcisa restrictione ad masculos; Si vera est,
18 ut est verissima regula, quod taciti, & expressi eadem est virtus, ut inquit *Jurisconsultus in l. cum quis si certum petatur* cum aliis passim evulgatis.

Et ob id consequutive nullatenus quoque refragabatur, quod cum Testator feminas reintegrasset ad consuccedendum cum masculis in dispositione, & substitutione facta *nel suo Testamento, e Codicillo delle Case &c* In Codicillo vero intermedio alloquutus, duntaxat fuerit de secunda parte, seu dispositione Testamenti, non autem de prima, hinc successive reintegratio foret necessario intelligenda, quo ad eamdem secundam partem, seu dispositionem, quæ continebatur favore masculorum tam in Testamento, quā in prædicto Codicillo intermedio, non autem respectu primæ partis, de qua nihil dixerat Testator favore masculorum in memorato Codicillo intermedio, alias oporteret sejungere Testamentum a Codicillo, & invertere dictionem copulativam, *Et* in dictio-
19 nem *aut*, contra naturalem importantiam discursus, & ejusdem dictionis *Et*, ex passim animadversis *Casanat. conf. pr. n.* 9. *&* 12., *Spad. conf.* 284. *n* 11. *lib.* 3., *Rosa consultat.* 60. *num.* 4., *Rota in rec. dec.* 414. *num.* 64. *&* 65. *par.* 12. *& dec.* 349. *nu.* 14. *par.* 19. *& in Romana fideicomm. de Moronis* 10. *Maji* 1697. §. *Quibus omnibus cor. bo. me. Pio*, *& in Romana Hereditatis de Ruspolis* 12. *Junii* 1704. §. *Hæc quæ fortius cor. Rmo Molines Decano*.

Quoniam præterquamquod feminarum reintegratio postmodum certitudinaliter voli.a, & amplissime demandata sufficere videbatur, immo etiam præponderare ad prosternendū hoc, ceteroquin non admodum præpotens argumentum, cum potius prævalere deberet eadem amplitudo reintegrationis, in cujus augmentum, & non diminutionem, & scissionem conjiciebatur appositum ultra Testamentum etiam Codicillum, dum adeo effrenate demandaverat Testator hujusmodi reintegrationem fieri ubicumque masculi forent nominati, & substituti, ut ne difficultas oriretur ratione Codicillorum, maluerit ex abundanti, vel inutiliter etiam nominare Codicillos, si forte illorum vigore feminæ censeri possent exclusæ, uti denotabat subsequens derogatoria, quæ capax fuisset derogandi etiam actibus, ut dicamus, in rerum natura non existentibus, ut ibi = *Non ostante qualsivoglia esclusione, o disposizione in contrario tanto in detto Testamento, quanto in detti Codicilli*, maxime superaddita finali clausula omni meliori modo ibi = *Essendo così la volontà, e mente di esso Mastro Pietro, non solo in questo, ma in ogni altro miglior modo*, quæ stat ad roborandum actum validius,
20 & non ad illius diminutionem, & derogationem, ut ait *Marta de clausul. clausul.* 38. *num. pr.*, *Barbosa clausul.* 95., *Rota in rec. dec.* 669. *nu.* 7. *par.* 18., *& dec.* 371. *n.* 22. *par.* 19., *& in Romana, seu Januen. Trebellianicæ* 10. *Martii* 1694. §. *Hinc cum in præsenti cor. bo. me. Matthæjo*, *& in Bononien.*, *seu Imolen. Bonorum super portione Sororis Mariæ Cælestis* 27. *Januarii* 1698. §. *Neque validitas in fine cor. Rmo dell' Olmo*.

Nihilo tamen minus etiam subtilius replicando, quod admodum necesse apparebat pro perfe-

perfecta, & integrabili rehabilitatione feminarum mentionem facere de primo, & intermedio Codicillo; cum enim idem Codicillus foret, ut diximus, membrum, ſeu pars ejuſdem Teſtamenti, utique dum in ipſo præcedenti Codicillo immutaverat diſpoſita, & apparenter auxerat reſpective ad uxorem, illarumque Matrem, & quæ reliquerat favore Maſculorum in ſecunda parte Teſtamenti, rationabiliter proinde dubitari poterat an hæc alteratio, ſeu pars alterata ſubjaceret fideicommiſſo ordinato in præfata ſecunda parte Teſtamenti intra lineam ſui ſphæram eorumdem maſculorum, & in hoc caſu licet veritas ſeſe haberet in contrarium (ex præmiſſa ratione, quod Teſtamentum, & Codicilli efformant unam camdemque diſpoſitionem) quia adhuc fortaſſe dubitabilitet in ea portione, ſive immutatione portionis, & prælegati contenta in Codicillo intermedio feminæ potuiſſent remanere excluſæ, recte idcirco ad omnem amaritudinis, & dubietatis umbram fugandam memi-
21 nit in reintegratione non ſolum de Teſtamento, ſed etiam de Codicillis, cum cautela ſuperabundans non noceat, ut fert commune dicterium, ſeu axioma, de quo *Text. in l. Teſtament. Cod. de teſtament.*, *Gabriel. conſ. 97. nu. 7. lib. pr.*, *Rota in rec. dec. 173. num. 2. cum ſeqq. par. 7.*, *& in Calaguritana fructuum 27. Februarii 1696. §. Pro ſubſequenti cor. bo. me. Muto*, *& in Hortana Silvarum 9. Junii 1698. §. Donatio autem cor. eodem*.

Deveniendo autem ad alterum, & ultimum ratiocinium adductum ſuperius in §. *Et altero*, profecto fruſtratoria videbantur quæque, ſermones, ratiocinia, & diſcurſus, quando toties ponderata amplitudo verborum in littera plenariam, & indefinitam feminarum
22 reintegrationem patefaciebat, juxta monitum Juris Conſulti in *l. ille, aut ille §. Cum in verbis ff. de l. 2.* Aſt nihilominus minime etiam ſubſiſtebat ſuppoſitum, quod dato contrario intellectu, feminæ extitiſſent dilectæ pluſquam maſculi: Quidquid enim dicendum foret quoque id admittendo per ſæpiſſima exempla feminarum eorum Patribus prædilectarum pluſquã forent ipſi maſculi, adhuc conſideratio hæc tuebat in ſui ſuppoſitione, & objecto, præciſive enim a coæquatione noviſſime ordinata, quid plus habebant feminæ? Nam ſi frui debebant multiplico, quo frui nequibant maſculi feminis preexiſtentibus id contingebat in eorumdẽ maſculorum beneficium, & majus levamen, cum multiplicum relinqueretur feminis ſimpliciter pro dote, & maſculi ceteris potiebantur bonis, ipſique maſculi evidentet remanebant proportionabiliter exonerati, & beneficati, quia alias de proprio, vel de Aſſe Paterno ſuppeditare debebant dotes, ſi
23 frui volebant, vel ex Teſtamento, vel ab inteſtato ſucceſſione Paterna, ut notat *Bartol. in l. ſicut §. Penult. ff. quibus modis pignus vel hypoth. ſolv.*, *& in l. ſi Marit. §. Si volunt. num. 9. & ibi Paulus n. 4. ff. ſolut. Matrim.*, *& in l. poſt dotem. num. 23. ff. eodem Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 109.*, *Mantic. de tacit.*, *& ambig. lib. 12. tit. 18. num. 7. & ſeqq.* cum aliis fuſe cumulatis per *Boſſ. de dot. cap. 6. §. 1. num. 5.*, *de Luca de dote diſc. 142. num. 38.*, *& Rot. cor. Duran. dec. 26. num. 11. & cor. Merlin. in dec. 249. num. 2. & dec. 25. par. 11. rec.*

Quin etiam poſtmodum purificata ſubſtitutione ad favorem feminarum ſimultanee cum maſculis, non idcirco a parte ante feminæ fuiſſent pinguius tractatæ, tum quia minori quota uſque ad adventum, ſeu purificationem utriuſque diſpoſitionis gaviſæ interim fuiſſent, quam maſculi, tum etiam quia in ſuis caſibus, & ubi alias intraſſet ratio omnimodæ coæquationis, uti contingit ab inteſtato, vel in ordine ad participationem le-
24 gitimæ, feminæ in prædictis caſibus de jure caſtigantur remedio collationis habitæ dotis per *Text. in l. pr. §. Jubet Prætor, ibiq. Bartol. ſub §. Liber iſte*, *& Goffred. de collat. bonor. Card. de Luca de hered. diſc. 31. n. 7. & de legitim. & detract. diſc. 24. num. 22. §. Ultimo*, *Rot. cor. Merlin. dec. 249. nu. 7. & dec. 57.*, *& dec. 136. par. 11. rec.*, *ac in dec. 91. num. 10. cor. Emerix jun.*, *& paſſim in aliis*.

Et ita quamvis ex abundanti ad plura in majorem firmitatem captæ reſolutionis, quam quod neceſſitas expoſtulaſſet, reflectentibus *Dominis*, deciſum fuit utraque &c.

Senogallien. Bonorum ſuper Fructibus.

Luna 24. Martii 1710.

ARGUMENTUM.

Patet ex Summario.

SUMMARIUM.

1. *Natura per gradus operatur, & ad ſcientias, virtuteſque pervenitur.*
2. *Exceſſu concurrente in exſecutione mandati fructus per modum ſpolii ſi non violenti, ſaltem judicialis veniunt alteri Parti deorbatæ refundendi uſque ad diem reſtitutionis.*
3. *In materia liquidationis fructuum leviores etiam admittuntur demonſtrationes præſertim Parte non opponente.*

4. *Æſti-*

4. *Æstimatio fructuum, seu victualium variatur in dies, & ab uno anno inferri nequit ad alios.*
5. *Fructus a Sac. Rota taxantur ad rationem quatuor pro quolibet centenario, & anno.*
6. *Opinionem minus probabilem in judicando sequi non licet relicta probabiliori.*
7. *Notula jurata tradita per Salvianistam immissum, & cohærens cum taxa legali, est multum attendenda.*

DECIS. CDXCI.

NOnnisi pergradus natura ipsa operatur, & ad scientias quoque, virtutesque per-
1 venitur, dicebat *Boetius*; Unde priusquam Carsidonius conquestus ab initio de excessiva exsequutione mandati de immittendo expleta per Alexandrum super Prædio *della Metola* restitutionem Bonorum, & fructuum per eandem exsequutionem sibi ablatorum reportaret, opus habuit ante omnia demonstrare sub die 13. *Januarii* 1709. constare de excessu, ut in *præcedenti mea decisione edita sub eadem die*, deindeque *sub die prima Julii sub eodem anno per alteram* pariter *meam Decisionem* distinctius deveniri ad demonstrandum in qua parte, seu quota bonorum per organum Periti ad hunc finem præelecti detegeretur hujusmodi excessus; Restabat igitur ut in ordine ad eamdem quotam finaliter videretur ad quam summam liquidandi forent fructus, & *Domini* responderunt *hodie=Juxta taxam legalem.*

Non enim quæstio erat circa substantiam, sive obligationem restituendi fructus in genere, neque ulla pariter aderat hæsitatio circa tempus, cum de anno 1706. patratus fuerit
2 hujusmodi excessus, quo concurrente usque ad diem restitutionis, fructus per modum spolii non violenti, saltem judicialis veniunt alteri Parti deorbatæ refundendi, juxta vulgata principia, de quibus *in cap. cum super, & ibi Glos. in verb. restituendum de caus. poss. & proprietat. sed & si lege 28. §. De eo eum seqq. ff. de petit. hereditat. l. certum 22. C. de rei vendicat. Roman. cons. 454. num. 26. Rot. dec. 31. num. 1. & 2. penes Posth. de subhastat., & dec. 22. n. 3. par. 11. rec.*

Quo verò ad quantitatem, & ad quam rationem, adducebantur quidem ex parte Carsidonii per ejus Causæ Patronū in *pleno Summario* plura documenta satis attingentia, sive per notulas exhibitas, sive per Testes, sive demum ex quadam judiciali descriptione facta per Tribunal A. C. sub anno 1706. occasione commissi, ut diximus spolii, tam ipsam quantitatem, quam forsan appretium, quod ascendebat ad scut. 85. 76. cum in hac materia liquidandorum fructuum intret facile Regula *singula quæ non prosunt, unita juvant*, & non omnino rigidæ exigantur pro-
3 bationes, sed leviores quoque, præsertim Parte nihil opponente, demonstrationes admittantur, ad perpetuo notata per *Glos. in l. cum sumus verb. adjutor. Cod. de Agricol. & censit. lib. 10. Bald. cons. 323. n. 5. lib. 2. Rot. decis. 17. num. 3. & 4. cor. Emerix Jun. dec. 139. num. 3. par. 4. & dec. 223. n. 5. & 6. par. 11. rec.*

Ast securiori pede *Domini* ambulantes, & signanter quia respectu appretii, seu valoris
4 æstimatio fructuum, seu victualium variatur in dies, itaut ab uno anno inferri nequiret ad alios, quemadmodum monent *Bald. in l. 1. sub num. 22. versic. adde, quod fructus Cod. de fructibus, & lic. expens. Rot. dec. 76. num. 7. coram Ludovis. & dec. 61. n. 10. & 11. cor. Cerro.*

Et quia etiam modica differentia a prædicta summa scutor. 85. 76. ab illa, quæ præsumptive resultaret a legali præfinitione in dubio, & non docto de contrario decernente, quod habita relatione ad valorem fundi, a quo percipi debuissent fructus, iidem taxentur ad vigesimam partem valoris ejusdem fundi, moderata postmodum per *Tribunal* tantisper eadem vigesima scilicet a
5 quinque ad quatuor pro centenario, ut ex rationabilibus causis declaratum fuit de anno 1679. penes *bo. me. Paulucc. in Fanen. Fructuum 8. Maii* 1679. *§. Attamen*, & prosequuta est *Rot. dec. 887. n. 5. cor. Emerix Jun. & in Romana Societatis Officii 3. Junii* 1709. *§. Frequens coram Me*, & alibi passim.

Hinc ponderantes *Domini*, quod controversa rata Bonorum per Carsidonium, interim post illorum recuperationem fuerat distracta pro scut. 550. ideoque proportionabiliter reddidisset ex præfata præsumptione legis annua scuta 22. parum, ut præmisimus discrepantia a calculo ipsius Carsidonii *Mihi* injunxerunt, ut ad normam ejusdem juridicæ præsumptionis mandatum relaxarem, tum quia tutior via semper est eligenda præcipue in judicando, tum etiam quia non liceat sequi
6 opinionem minus probabilem relicta probabiliori, sancivit ex Cathedra *fa. me Innocentius XI.* in propositionibus damnatis *sub die 4. Martii* 1679. & consentiunt *Layr. in clausleg. lib. 1. quæst. 4. cap. 11. n. 22. Sanchez de matrim. lib. 2. disput. 41. n. 16. Merend. in tract. sive disput. de Consil. per tot. Brancacc. in tract. de jur. Doctr. lib. 2. cap. 6. nu. 15. & seqq. del Ben. tractat. Moral. tractat. 2. de conscient. opinant. dubitat. 1. sub n. 11.*

Addito, quod cominus Alexander conqueri poterat de excessivitate taxationis, quoniam plus importabant justificationes exhibitæ ab

eodem

eodem Carsidonio, ut in præcisis, seu simi-
7 libus terminis jungendo notulam juratam extraditam per Salvianistam immissum cum præsumptione ejusdem taxæ legalis dixit, & practicavit *Rot. in Romana, seu Sabinen. Pecuniaria* 15. *Martii* 1709. §. *Inquirendum ergo solum in fin. cor. R. P. D. meo Kaunitz*, & in individuo alterius exsequutionis excessivæ *eadem Rot. cor. Emerix Jun. dec.* 17. *num.* 5.

Et ita Carsidonio tantum informante &c.

Hostunen. Beneficii.

Ven. 29. *Martii* 1710.

ARGUMENTUM.

Regulæ Cancellariæ non procedunt in Beneficiis de Jurepatronatus Laicorum. Regulæ 35. de annali, & 36. de triennali Possessione loquentes an, & quando, & in quibus casibus procedant late differitur.

SUMMARIUM.

1. *Regula 36. Cancellariæ locum habet tam in Judicio petitorio, quam possessorio.*
2. *Amplectitur Beneficia Jurispatronatus.*
3. *Bona, vel mala fides in possessore Beneficii resultans ex reductione tituli ad non titulum quando procedat, & opponi possit.*
4. *Ad effectum, ut possessio triennalis prosit possidenti sufficit titulus etiam coloratus.*
5. *Prædicta regula 36. non in odium Impetratoris sicuti reg. 36. loquens de annali, sed in gratiam tuendæ pacificæ possessionis per tam longum tempus edita fuit.*
6. *In quibus autem casibus dicta Regula excludat Triennales possessores.*
7. *Præsidium vero prædictæ Regulæ semper reputatur leve, & nimis raro admittitur.*
8. *Eaque non procedit in Beneficiis de Jurepatronatus Laicorum, &* num. 10.
9. *Ad præsentationem explendam Laicis Patronis conceduntur dumtaxat quatuor menses, Ecclesiasticis vero sex.*
10. *Sub prædictis regulis Cancellariæ non comprehenduntur Beneficia de Jurepatronatus Laicorum, sed tantum Ecclesiasticorum, &* num. seq.
12. *Quinimmo existentibus pluribus Patronis scilicet Ecclesiasticis, et Secularibus sufficit mixtura Secularium, ut præfata regula sit prorsus inefficax.*
13. *Regula de annali quo casu non procedat.*
14. *Possessio triennalis non prodest ei, qui a vero Patrono non fuit præsentatus, quia iste ignoravit vacationem Beneficii.*

DECIS. CDXCII.

TOties, licet inutiliter, usque per tres Instantias exspectatus, tandem, occasione faciendi verbum super expeditione Causæ, comparuit Franciscus, postulans audiri, sed *Domini* agnoscentes, quod contra medullam, & substantiam *præcedentium Decisionum*, & signanter *ultimæ* 27. *Jan.* 1710. *cor. Me*, nec quodammodo audebat quicquam opponere, excepta reassumptione fragilis motivi, innixi *regulæ 36. Cancellariæ* super possessione triennali, & ultra, in qua ipse manserat, controversi Beneficii; idcirco quamvis fortasse exuberarent ea, quæ ad eversionem hujusmodi objecti connotata fuerunt tam *in Decisione R. P. D. mei Crispi*, quam in altera *cor. Me* utrobique §. *finali*; Adhuc *mihi* injunxerunt, *ut Ego*, ne varietas ejus defensionis negocium unquam posset obnubilare, per præambulam hanc *Decisionem*, quam *brevem* appellant, denegatæ Audientiæ panderem fundamenta.

Et ad hunc effectum, ut opposita, juxta se posita, magis elucescerent, satius duximus in medium proferre ea, quæ super prædicta *regula 36. Cancellariæ* noviter ab Informanti-
1 bus deducebantur; præsupposito enim, quod præfata regula locum sibi vindicaret tam in Judicio petitorio, quam possessorio, quemadmodum uno ore profitentur *Engel. in Jus Canonic. par. 2. lib. 3. tit. 5. de Præbend., et Dignitat. sub num. 39. Rebuff. in tract. de pacific. possess. num. 35. vers. ex his infertur. Rota dec. 5. num. 5. penes Cassador. sub tit. de restit. Spoliat. dec. 597. nu. 10. cor. Cels. dec. 71. nu. 1. et seqq. cor. Bich. dec. 32. per tot. cor. Emerix jun., et dec. 423. num. 17. par. 19. Rec.*

Dicebatur, quod quidquid generaliter, & abstractive suppositum exstitisset in utraque *præcedenti decisione*, quod regulæ Cancellariæ nullum robur habent ex benignitate Sūmorum Pontificum in Beneficiis de Jurepatronatus Laicorum, ne Seculares Fundatores a Fundationibus beneficiorum deterreantur, id tamen foret intelligendum, & practicandum in ceteris regulis Cancellariæ, non autem in præsenti obloquente de triennali Possessore, in cujus terminis, urgente ratione, & æquitate, quod Possessores pacifice per tantum temporis interjectū securi remanerent, eadem profecto æquitas, & ratio congrueret, non solum privato bono Patronorum, etiam Laicalium, sed & publicæ tranquillitati, & quieti, & proinde præcise in prædicta regula sancitur, ipsam procedere debere *ex quovis titulo Apostolica, vel Ordinaria Collatione, aut Electione, et Electionis hujusmodi confirmatione, seu PRÆSENTATIONE, et INSTITUTIONE illorum, ad quos Beneficiū hujusmodi, collatio, provisio,*
2 *electio, et præsentatio, sive quævis alia dispositio*

stio pertinet = unde ad quid controvertere, an hæc definitio regulæ amplecteretur Beneficia de Jurepatronatus, dum hoc litteraliter in regula declarabatur per illa verba = *seu Præsentatione, aut Institutione* = ad mentem *Textus in l. Ille, aut Ille §. Cum in verbis ff. de legat.* 3., & punctualiter advertserunt *Gomez ad regul. de Triennal. qu. 9. vers. Quaero non habeat, et pag. 354. n. 50. versic. At quid dicendum, Rebuff. in tract. de pacific. possess. 16. num. 54., et in praxi Beneficiar. ad regul. 35. Cancell. de impetrand. Benefic. gloss. 3. in princ. fol. mihi 229.*

Posito itaque, quod hujusmodi regula comprehenderet quoque Beneficia Jurispatronatus, subnectebatur, quod amplius curandum non erat de bona, vel mala fide Possessoris, & de Titulo, qui postea reducatur ad non Titulum per successivam habitam disputationem, & agnitionem fortioris juris alterius Colligitantis, quia ad Summum id usurpare locum sibi quibat, quoties hujusmodi redu-
3 ctio Tituli ad non Titulum promanat, & ex omnimoda, & statim detecta innegabiliter invaliditate Tituli, ut erant casus *Decis. 1173. cor. Emerix, et dec. 232. par. 18.* alias vera non esset propositio, quod exuberet Titulus coloratus possidendi, in quam
4 constantissime euncti conveniunt, uti videre est penes *Engel. in Jus Canonic. dict. lib. 3. tit. 5. de Prabend., et Dignitat. sub nu. 39. Sarnen. in regul. de triennal. qu. 26. et qu. 33. Rebuff. in prax. Beneficiar. tract. de pacific. possessorib. num. 27. et seqq., et num. 38. Antonell. de tempor. legal. cap. 53. sub. num. 2. Card. de Luc. de Benefic. disc. 91. n. 13., et seqq. Rota dec. 475. num. 4. cor. Coccin., et dec. 387. num. 3. par. 4. tom. 1., et dec. 599. num. 36. et seqq. par. 4. tom. 3. et dec. 232. num 8. par. 18. Rec.*

Eoque certius, quia quidquid ulterius de applicatione supradictæ propositionis disceptari valeret, frustraneum hactenus erat desuper figere pedes, dum ipsa *regula 36.*, quæ multum differt ab antecedenti *regula 35. de*
5 *Annali*, ex quo non in odium Imperatoris, sicut annalis, sed in gratiam tuendæ pacificæ possessionis per tam longum tempus edita fuit, Teste *Fagnan. in cap. de multo n. 54. de Praben. Paris. de resignat. Benefic. lib. 3. qu. 5. n. 8. et seqq. Rebuff. loc. citat. nu. 31.*

Utique elata nimis erant verba ejusdem *regulæ 36.*, quæ absque tot superfluis indagationibus restrictive, & dumtaxat excludebat a fruitione ejus Beneficii, Triennales Possessores in duobus tantummodo casibus, videlicet, ubi vel adesset in ipso Possessore Symoniacus ingressus, ut ibi = *absque Symoniaco ingressu* = vel ageretur *de Beneficiis* (sunt pariter verba ejusdem regulæ) *Dispo-*
6 *sitioni Apostolicæ, & reservationi generali in Corpore juris clausæ reservatis*, unde eum neuter verificaretur in Titulo, & possessione Francisci profecto omnis alius casus continebatur in regula, & non in arctata ad duos casus exceptione, sicuti concludunt etiam ex tenore prædictorum verborum absolute *Cocckier. ad regul. Cancell. in Comment. ad regul. 33. alias 35. de triennal. Possessor. pag. 363 num. 85. Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 53. num. 15., Gomez. ad regul. de triennal. Possessor. quæst. 27. Sperell. dec. 175. num. 92.*

Sed his parum, immo in nihilo, obstantibus demandata fuit *mihi* expeditio, seu pronunciatio sententiæ non tantū, quia semper leve re-
7 putatum fuit præsidium prædictæ regulæ triennalis, adeout *Card. de Luca* pro sua veterana praxi testatum reliquerit, quod numquam, vel nimis raro ob tot restrictiones, aut declarationes operativam viderit hanc regulam, uti videre est *in tract. de Benef. disc. 77. sub num. 5., & disc. 91. in princ.*

Verum etiam quia animadversum denuo fuit, prædictam *regulam 36.* amplecti quidem Jurapatronatus, sed non Laicorum; Cum e-
8 nim Juspatronatus pertinere valeat æquo modo ad Personas, & Collegia Ecclesiastica, certe talia Jurapatronatus, licet in aliquibus effulgeant magis privilegiata, quam Secularia, ut est, signanter in tempore ad explendam præsentationem, dum Laicis Pa-
9 tronis conceduntur dumtaxat quatuor menses, & Ecclesiasticis sex, juxta *Text. expressos in cap. quoniam cap. cum propter, & cap. eam se de Jurepatr. cap. unico §. Verum eod. tit. in 6. ubi Abbas, ceterique Canonistæ, Lap. alleg. 75. nu. 3., et 6., Card. de Luca de Jurepatron. disc. 64. nu. 3.* cum aliis late reassumptis concordan. per *Rotam in Romana Cappellania 25. Novembris 1705. §. Sentiebant enim coram Me.*

Nihilominus quantum attinet ad reservationes Apostolicas, & regulas Cancellariæ, magis præstant Jurapatronatus Laicalia, quia de facto Beneficia de Jurepatronatus Laicorum non cadunt sub prædictis regulis, ex jam
10 deductis in *præd. mea Decisione diei 7. Januarii proxime præteriti §. Atque ex his*, & a contrario comprehenduntur indubitanter Beneficia de Jurepatronatus Ecclesiasticorum *Gonzal. ad regul. 8. hodie 9. Cancell. gloss. 78. n. 7., Card. de Luca de Benef. disc. 6. n. 11., & de Jurepatr. disc. 7. n. 7. Rota dec. 547. n. 2. cor. Cavaler. dec. 34. n. 24. cor. Priol. et dec. 48. num. 2 part. 5. rec.*

Hinc minime opitulabantur verba regulæ superius

perius transcripta = *Præsentatione, et Institutione* = Siquidem, & illa, & Doctores supra relati eisdem verbis fulciti solummodo applicari merebantur ad Jurapatronatus Ecclesiastica, non autem dilatari poterant ad Laicalia, dum etiam non abscedendo a regulis Cancellariæ, palam est, verbum istud *Præsentationis* adhiberi in regula 9. Cancellariæ mensium reservatoria, ut ibi = *ad collationem, provisionem, præsentationem etc.*, & rursus = *ad liberam ipsorum dumtaxat etc.*
11 *cum eis dispositionem, seu præsentationem, vel electionem* = & tamen nemo non scit, quod Jurapatronatus Laicorum existunt immunia a prædicta *regula 9. Cancellariæ* ex passim congestis per *Lambertin. de Jurepatr. lib. 2. part. 1. quæst. principal. 9. artic. 22., Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glos. 18. n. 2., Rota dec. 304. n. 3. par. 2. div. dec. 204. num. 13 part. 19. rec., et in Parmen. Beneficii 28. Jan. 1701. §. Reservatio autem in fin. coram R. P. D. meo Scotto* = quinimmo existentibus pluribus Patronis, scilicet Ecclesiasticis, & Secularibus, sufficit mixtura Laicorum, & Secula-
12 rium, ut præfata regula sit prorsus inefficax, ad tradita per *Felin. in tract. quando Litter. Apost. voc. patron. n. 6. ampliat. 6., Federic. de Senæ cons. 66., Covarr. practic. quæst. cap. 36. n. 5., Gonzalez. loc. cit. n. 14. Barbos. de offic., et potest. Episc. alleg. 57. sub num. 26. vers. qua quidem resolutio, dec. 547. num. 5. coram Cavaler.*

Et habemus quoque exemplum *in regula de annali*, quæ licet differat, ut supra a triennali; attamen ratio non comprehensionis Patronatuum Laicalium militat pari modo respectu triennalis, ex quo hujusmodi regulæ tuitivæ possessorum non comprehendunt nisi provisiones Beneficiorum, quæ gratiose conferuntur, vel a Summo Pontifice, vel ab Ordinariis, non etenim ulla fit injuria gratuitis Collatariis si Papa Beneficiorum Dominus vult præservare, vel tueri jura Possessorum, & sic auferre, quod dederat ipse, vel Ordinarius gratiose ab eodem Papa habens jus conferendi; Sed quoties in provisione de justitia per Præsentationem factam a Patronis, qui Beneficium dotarunt, vel fun-
13 darunt, & quorum jus noluit Papa unquam tollere, sese in eisdem regulis Cancellariæ protestans de contrario, per *regul. de jur. tertii quæsit. non tollend.* profecto, quod regula de annali non intret in hoc casu, habetur penes *Sarnen. in regul. de annal. quæst. 27. Antonell. de tempor. legal. cap. 34. num. 22.*

Itaque sufficeissent, sed, ultra genericam prærogativam Patronatuum Laicorum casus hic peculiari constipabatur ratione, quia cum tota vis Principalis resolutionis, dijudicandi scilicet potiora esse jura Bartholomæi resideret in eo, quod Ordinarius jure devoluto etiam post lapsum quinquennii devenire non potuisset ad Collationem hujus Beneficii, ex quo non doceretur de scientia vacationis Beneficii in Patrono, imo de plusquam probabili, & ferme positiva ignorantia constaret ex plene demonstratis in *utraque decisione*, frustratoria fuisset nedum victoria Bartholomæi, sed & sudor *nostrorum Doctorum*, si postquam firmaverunt, lapsum quadrimestre præscriptum, ut diximus, laicis Patronis, non incipere nisi a die habitæ scientiæ prænominatæ vacationis, & ideo ex nullo defluxo tempore locum habere devolutionem, & præcipue hic post quinquennium, si postea vindicato jure Patroni, ejus-
14 que Præsentationis, incideret deinceps in scopulum triennalis, & verteret victoriam in jacturam, ut optime per totidem ferme verba individualiter concludit *Lotther. lib. 2. qu. 14. n. 63.* ibi = *Et hoc sane casu quandocumque Patronus id resciverit, et præsentaverit, instituendus erit Præsentatus, neque intrusus poterit juvari regula de Annali, et Triennali* =, & ante eum *Gomez. ad regul. de Annal. qu. 21. et qu. 27. versic. secundus est casus, et ad regul. de triennal. qu. 9.* Advertendo, quod Intrusus non compellatur ibi ad hunc effectum, nisi ille qui, spreto Patrono, agnoscit in collatorem Papam, vel Ordinarium, quemadmodum paulo ante patet sub *eodem nu. 62. per Lotther. loco cit.*

Maluissem breviorem edere *Decisionem*, sed æquivoca, & objecta ad offuscandum paucis verbis expediuntur; illorum vero disbrigatio ad omnes funiculos enodandos plutibus indiget, ceterum Teste Martiali.

Non sunt longa, quibus nihil est, quod demere possis.

Hæc decis. est confirmatoria præcedentis *in ordine la 496.*

Romana Census.

Lunæ 31. Martii 1710.

ARGUMENTUM

Liberatio ab una obligatione an, & quo casu trahi possit ad liberationem alterius obligationis. Obligatio quando ab altera distincta, ac separata dicatur.

SUMMARIUM.

1. *Aliena res vendi, alienari, et hypothecari potest Domino consentiente.*
2. *Obligatio fidejussoria solet esse pedissequa, et personalis.*
3. *Quot sunt vincula, tot requiruntur absolutiones, et liberationes*, & n. seqq.

4. Obli-

4 *Obligatio tunc indiget distincta, ac separata liberatione, quando una obligatio non est consequutiva alterius, seu cum altera non connectitur.*

5 *Obligatio tunc dicitur distincta quando habet independentiam cum alia re, et intercessit distinctio quoque actus, et scripturæ.*

6 *Fidejussor diu immoratus in obligatione valet expetere, et assequi etiam in contractu census liberationem ab eo pro quo fidejussit.*

7 *Liberatus ab uno Creditore non dicitur liberatus ab altero.*

8 *Mulier citra consensum, et solemnitates præjudicari nequit in pecunia dotali investita.*

9 *Liberatio specifica, et singularis obligationis principalis, an trahi possit etiam ad Fidejussorem.*

10 *Princeps de pluribus sibi narratis, seu petitis unum concedendo, cetera denegasse reputatur.*

11 *Procurator nequit excedere fines mandati, sed valet bene citra eosdem fines se continere, et pinguius, seu favorabilius implere suum officium.*

12 *Associatio tribuitur ad fructus fundi censiti pro satisfactione fructuum census.*

13 *Argumentum a discretiva desumptum validissimum in Jure reputatur.*

14 *Vincula realia, vel impediunt venditiones, vel pretium rerum minuunt.*

15 *Fidejussores uti possunt beneficio excussionis contra Principales debitores.*

16 *Verba quantum fieri potest nusquam censentur stare penitus otiosa.*

DECIS. CDXCIII.

IN addiscendis primis Jurisprudentiæ elementis audivi a senibus Præceptoribus Cathedraticis, quod Compilatores nostrarum legum post titulũ *ff. de fidejussor.* continuando *Rubricam* posuerunt illum *de solution.*, & idipsum plerumque expertus sum in praxi verissimum, & frequens, prout, *et hodie* accidit in præsenti controversia, in qua cum Dominus Don Gaspar Princeps de Alteriis imponere, seu vendere volente Josepho quemdam Censum in sorte scut. 2040. ad favorem Domini Marchionis, ejusque Conjugis de Bonioannis, eodemque destituto stabilibus, seu fundo ad normam Constitutionis *vere sa.me.Pii V., la prima apud Cenc. ante suum Tractat. de Censibus*, omnimode requisito, munifice prosequutus eumdem Josephum ei non tantum suppeditavit, seu accomodavit hujusmodi fundum, id est tantam ratam, seu quotam Tenutam *della Solforatella*, quæ eidem impositioni correspondere, sed & personaliter uti fidejussor accessit pro restitutione sortis principalis, ac solutione fructuum suis loco, et tempore decurrendorum = Quapropter licet eamdem Tenutam, sive fundum, ut infra ab impressa subjugatione deinceps exemerit, ac recuperaverit, & prætenderet etiam idem Dominus Princeps a se excussisse obligationem fidejussoriam, visum tamen fuit ipsum non satis eam exuisse tam *in Tribunali A. C.*, quam *Dominis in hodierna Audientia*, respondentibus *pro exequutione mandati*, quod prælaudatus *A. C.* contra ipsum D. Principem relaxaverat.

Quo etenim ad substantiam, seu medullam negocii, quæ radicabatur in contractu Impositionis præfati Census nulla fuit habita quæstio, cum Census creatus appareret per omnino limpidum, & publicum Instrumentum omnibus propemodum requisitis ab eadem Constitutione Piana præscriptis communitum; quantumvis quippe eadem Bulla non tangeret hujusmodi casum præcisum, in quo Venditor Census in se non habebat, quid venderet, seu censui submitteret, nisi adinvenisset liberalitatem Domini Principis illi accommodantis fundum subjugabilem, & fructus vendibiles, adhuc tamen inspecto tenore verborum Constitutionis, ut ibi = *Censum &c. creari nullo modo posse, nisi super re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, & de sui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit* = multoque magis introspecta intentione Sanctissimi Pontificis parum ambigere scribentes, & Tribunalia super validitate in his terminis ejusdem contractus, cum sufficiat, si quælibet res immobilis etiam pertineat ad alterius dominium, dummodo ejusdem veri Domini positivus accedat assensus; tunc enim dicitur satisfactum Bullæ, quæ tota tendit ad eradicandam usuram, & corruptelam Censuum mere personalium, quæ prius absque ullo periculo mutuantis sub hoc nudo, & palliato vocabulo Census extorquebantur a suffocatis debitoribus, quare si aliquis fundum suppeditat pro alio, ecce periculum peremptionis fundi in toto, vel in parte, ecce fructus correspondentes, quæ unacum sorte non repetibili præbent animam contractui, cum de reliquo jura permittant, quod etiam aliena res vendi, legari, donari, hypothecari valeat Domino consentiente, quemadmodum vendi, donari, legari, hypothecari potest res propria, ut

1 patet non minus apud Theologos, quam Juristas, & Canonistas, præcise ad intellectum Bullæ Pianæ, de qua *Molin. de Contractibus par. 2. disput. 394. num. 9.*, *Azor. Instit. moral. par. 3. lib. 10. cap. 7. quæst. 7.*, *Novar.*

var. de usur. num. 131. *vers. Quintum, Cene. de Censib. quæst.* 14. *num.* 8. *Card. de Luca de feud. disc.* 81. *sub n.* 12. *Bonacin. de Censib. par.* 2. *num.* 69. *Rota dec.* 13. *sub num.* 1. *et dec.* 337. *sub initio post. dict. Cene. de Censib., et in Romana Pecuniar. super contributo* 24. *Januarii currentis anni cor. Me*:

Firmata igitur substantia Contractus, & competentia crediti, remanebant enodandæ oppositiones dicti Principis prætendentis, ut diximus, quod eo modo, quo sese exemerat a nexu fundi accomodati, mediante subrogatione alterius fundi, facta per Josephum de consensu Domini Marchionis de Bonioannis, redimerit etiam personam a concomitanter suscepta obligatione fidejussoria,
2 quæve etiam suapte natura solet esse pedissequa, & personalis, ad tradita per *Valenzuel. cons.* 9. *num.* 28. *Hering. de fidejussor. cap.* 20. §. 10. *num.* 45. *Adden. ad Pamphil. dec.* 694. *num.* 12. *Rota dec.* 159. *n.* 4. *&* 5. *cor. Priol. cum aliis concordan.* abunde relatis *in tract. de commerc. disc.* 21. *num.* 8., *& in dec.* 600. *num.* 13., *& dec.* 616. *n.* 1. *par.* 19. *tom.* 2. *Recent.*

Verum ubi Liberatio per dictum Principem, & respective per Josephum reportata non excederet confinia fundi censiti, nusquam extendi potuisset ad alteram fidejussoriam, quoties namque plures sunt, & separatæ obligationes, seu vincula si unum dumtaxat removetur, seu dissolvitur intrat Carmen
3 Virginianum = *Uno avulso non deficit alter* = quot enim sunt vincula, tot requiruntur absolutiones, & liberationes in omni materia, ut generaliter connotarunt *Marant. controv. par.* 4. *Respons.* 77. *nu.* 12., *Giballin. disquis. Canonic. de Sac. Jurisd. inferend. censur. disquis.* 9. *quæst.* 2. *num.* 12. *cum seqq.* & dixit *Rot. dec.* 238. *nu.* 23. *cor. Duran. & dec.* 69. *vers. Quia quoad post Fenz.*, & in specie *Rot. dec.* 168. *num.* 7. *post Cene. de Censibus*.

Distinctæ, & separatæ autem dicuntur illæ obligationes, distincta pariter, vel saltem indefinita, & omnium comprehensiva absolutione, & liberatione indigentes, quando una obligatio non est consequutiva alterius, seu non venit in connexione alterius, ut ad præsens, poterat enim Dominus Princeps subministrare fundum, & non personaliter
4 fidejubere, & e contra, ut in proposito similis independentiæ connotarunt relati in *Tract. de Commerc. & Mercat. disc.* 79. *num.* 14., *& per Rotam dec.* 213. *num.* 33. *&* 34. *par.* 19., *& dec.* 418. *num.* 2., *&* 3. *eadem par.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Applicando itaque ad rem non solum aderat præmissa, & æque principalis susceptarum obligationum discretio, & separatio etiam scripturæ, in prima siquidem D. Princeps specialem constituendo Procuratorem eo mediante consentiit præstationi fundi ad finem præcisum creandi Censum ad favorē dd. Conjugum de Bonjoannis, ut in *Summ. eorumdem dd. Conjugum Num.* 1., & in secunda postquam Joseph acceptaverat hujusmodi accomodationem, & effective devenerat ad impositionem Census super mutua Tenuta, idem d. Princeps per organum ejusdem Procuratoris accessit pro securitate ejusdem contractus juxta verba superius ab initio registrata, proindeque dum ultra litteralem distinctionem, & totalem independentiam obligationum, intercessit distinctio quo-
5 que actus, & scripturæ, eo libentius distincta, & independens resultabat obligatio, ad tradita per *Card. de Luc. de Testam. disc.* 70. *nu.* 14. cum aliis abunde cumulatis per *Rotam dec.* 154. *fere per tot*, & signanter *n.* 12. *& num.* 19. *&* 20. *par.* 8., *& dec.* 6. *nu.* 26. *&* 27. *par.* 11. *Recent.*

Et de facto neque Scribentes pro D. Principe hanc cubitalem inficiabantur duplicitatem discretarum obligationum, sed totum conatum reponebant in prætensa comprehensiva, seu copulativa liberatione, & dissolutione utriusque; ast littera prætensæ dissolutionis nimis occidebat, quamvis enim D. Princeps institisset contra Josephum tam pro liberatione fundi a vinculo Census, quam ab ipsa personali obligatione fidejussoria, & coram Thesaurario Generali favorabile contra eūdem Josephum in utroque Capite reportasset decretum, ut æquitas, & Justitia exigebat, eum fidejussor diu immoratus in obli-
6 gatione valeat expetere, & assequi etiam in contractu Census liberationem ab eo, pro quo fidejussit, Teste *Gratian. discept.* 49. *n.* 16. *Cene. de Censib. quæst.* 76. *num.* 7. *&* 9., *& seqq.* cum ibidem adductis *Rot.* post ipsum *dec.* 447. *num.* 1. *&* 3., & latius *decis.* 465. *fere per tot.*, *& cor. Pamphil. dec.* 46. *num.* 3., ibique *Adden. n.* 7. *dec.* 401. *n.* 29. *cor. Buratt.*, aliisque congestis per *modern. Forolivien. dissert.* 18. *num.* 28. *&* 29., *& dissertat.* 19. *fere per tot.*

Nihilominus ista petitio, istud decretum a Thesaurario Generali per Dominum Principem reportatum feriebat dumtaxat Josephum debitorem, non autem DD. Conjuges Creditores, qui nec etiam fuerant citati, & consequenter unice inspiciendum erat, quid de per se voluntarie egerint iidem DD. Conjuges, non autem quid in intentione forsan teneret D. Princeps, & certe D. Marchionissa Conjux, ad cujus favorem simultanee

fue-

fuerat impositus Census de propriis pecuniis dotalibus nihil egit, ideoque quando etiam idem Marchio ejus consors plenarie D. Principem liberasset, non exinde remaneret affecta D. Marchionissa, tum ex regula, quod uni per alium iniqua conditio inferri non potest, & liberatus ab uno Creditore non dicitur liberatus ab altero, tum etiam quia tractabatur de pecunia dotali sic investita, in qua non poterat saltem citra consensum, & citra solemnitates mulier præju-
7 dicari, ut in ordine ad præcedentem conclusionem videre est penes *Ancharan. consil. 130. in princip. Honded. cons. 103. num. 30. lib. 2. Roblez. de Repræsentat. lib. 2. cap. 16. n. 102. Marant. controv. Jur. tom. 1. resp. 37. num. 13., et per Rotam dec. 1. ex n. 2. post*
8 *Urceol. de Transact.*, & respectu sequentis *Textus sunt expressi in l. Julia ff. de fund. dotal., et in l. de die, ac in l. Attilicinus, ff. de pact. dotal.*, & in similibus, seu debilioribus terminis *Rota in Romana Redditionis Rationis 14. Decembris 1708. §. Adaugeri, vers. Sed de positivo cor. Me*.

Idque forte pro statuenda hodierna resolutione sufficisset, sed neque quicquam egit D. Marchio respective ad fidejussionem, lustrato etenim toto Instrumento prænominatæ liberationis, nulla nec per umbram facta apparebat mentio de fidejussione, sed per decem fere vices solum nominata legebatur liberatio fundi censiti, ac propterea nequibat eadem liberatio specifica, & singularis fundi trahi ad fidejussionem, ut præter
9 supra in pluribus propositionibus semper reincidentibus in idem allegatos, firmant relati per *Rotam dec. 351. fere per tot. par. 26.* & in specie *Cenc. de Cens. qu. 41. n. 29., et qu. 77. n. 13. Rot. post ipsum dec. 105. n. 5.*

Quin adversus prædictam litteram occisivam Instrumenti insurgere posset ulla vivificatio spiritus, & intellectus ope conjecturarum, quæ afferebantur per Scribentes pro eodem D. Principe, nam quod in mandato Marchionis præambulo ad liberandum fundum facta nosceretur mentio quoque obligationum, & fidejussorum cum similibus minime percutiebat hunc nodum, quia in quantum ad facultatem Procuratori concessam stipulandi liberationē, ea restringebatur expresse ad liberationem fundi censiti accomodati *Summar. Conjugum Num. 3.*, & expressio fidejussionum, & obligationum stabat in ore Notarii, qui habens relationem ad Instrumentū impositionis Census enunciavit quoque per modum simplicis narrativæ, seu enunciativæ a parte post, quod ulterius in eodem Instrumento aderant diversæ obligationes, fidejussiones, & pacta absque eo, quod ullatenus ob id concederetur explicita, vel implicita potestas eidem Procuratori dissolvendi easdem quoque obligationes, fidejussiones, & pacta, quæ nec continebantur in minuta, ut mox diximus, ipsius liberationis, quam Procurator constitutus stipulare debebat ibi = *Constituit suum Procuratorem D. Paulum Claramontem etc. ad ipsius Constituentis nomine etc. stipulan. minutam Instrumenti liberationis fundi censiti Illustrissimi, et Excellentissimi Domini Principis D. Gasparis de Alteriis accomodati D. Josepho Chiorro in impositione Census etc.* proindeque potius retorsionem patiebatur hæc conjectura, cum narratis pluribus, quæ continebantur in Instrumento, D. Marchio potestatem stipulandi restrinxerit ad unum scilicet fun-
10 dum, ut diximus in proposito rescripti Principis, qui de pluribus sibi narratis, seu petitis unum concedendo, cetera reputatur denegasse, ad tradita per *Surd. conf. 5. nu. 62. Mans. consultat. 501. num. 11., et 12. Rot. dec. 69. §. Quia in rescriptis post Fenzon. ad Stat. Urb.*

Et in omnem eventum etiam per hypothesim admisso, quod Procurator haberet utramque potestatem liberandi videlicet D. Principem a reali Nexu fundi, & a personali obligatione fidejussoria exuberabat explicatio, quod postea idem Procurator ea usus non fuerat, ut palam liquebat in præcitato Instrumento liberationis; Procurator quippe nequit transcendere fines mandati, sed valet bene citra eosdem fines se continere, &
11 pinguius, seu favorabilius implere suum Officium pro Constituente, ex passim allatis per *Rot., et signanter in celebri Romana, seu Limana Cambiorum cor. Emerix jun. dec. la 1332., et cor. bo. me. Ursino 4. Julii 1699., et cor. me dec. 68. inter hactenus impress., et cor. Emo de la Tremoille 10. Decembr. 1796. et 5. Martii 1703. cor. bo. me. Muto*.

Minusve attendi merebatur, quod etiamsi in Instrumento liberationis nihil expresse dictum fuerit de liberatione a fidejussione attamen inesset tacita quædam æquipollentia Verborum, dum in fine concludebatur eadem liberatio, ut ibi = *sive pro fructibus ejusdem census tam decursis, quam decurrendis nullum damnum, seu præjudicium aliquod patiatur* = & consequenter si D. Princeps nullum damnum, nullum præjudicium sentire debebat etiam *pro fructibus ejusdem Census*, quomodo ad sensum DD. Conjugum sentire debebat damnum, & fructuum, & sortis; Animadversum quippe pro objecti divulsione fuit, totam legem esse perspiciendam, ut

ajunt

ajunt ad effectum judicandi, nam ante immediate dicebatur = *Causa, et occasione supradicti fundi censiti* = & immediate subsequebātur verba prædicta = *sive pro fructibus* = quia nempe eximebatur fundus censitus plenarie, & plenariissime, ut nequiret imposterum D. Princeps *Causa, et occasione fundi censiti* divexari pro fructibus Census decursis, & decurrendis, absque eo quod includeretur, seu diceretur etiam ex *Causa fidejussionis*; cum etenim ageretur de fundo censito, utique molestari valuisset, & debuisset pro fructibus Census desuper impositi, me-
12 diante illa associatione, quæ pro satisfactione fructuum Census tribuitur ad fructus fundi censiti ad praxim, de qua *Rot. dec. 559. et dec. 1159. fere per tot. cor. Emer. jun., et in Bonon. associat. ad Palatium cor. bo. me. Ursino penes Modern. Asculan. ad Statut. Urb. dec. 72. tom. 3., et in Romana Associationis 9. Decembris 1707. §. Et sane cor. R. P. D. meo Lancetta, et in Romana Census 26. Maji 1708. in princ. cor. R. P. D. meo Aldrovando*.

Quare nil mirum, si non abs re omissa fuit mentio sortis, quia accomodatio fundi non se extendit uti fidejussio etiam ad sortem, & Capitale, pro quo e converso D. Princeps subivit expressam obligationem ut supra, proindeque magis, atque magis palpabatur ab hoc discretivo modo loquendi liberatio a solo fundo, & non a fidejussione, quemadmodum quotidie huic argumen-
13 tationi provenienti ab efficacia discretivæ, ratiocinantur per *Text. in l. si secus plurimum §. fin. ff. de legat. 1. late cumulati in Romana fideicomm. 15. Aprilis 1701. ex §. Hoc enim opus cor. Me.*

Improbabilitas allata, quod D. Princeps consequendo liberationem solius fundi, nihil fuisset assequutus, dum perseverante fidejussione remansisset æquo modo alligatus super aliis effectibus in genere ad satisfactionem sortis, & fructuum, parum utique urgere visa est, non solum quia parvæ solent esse efficaciæ similes ratiocinationes, quæ eliciuntur nisi sint stipatæ a validioribus demonstrationibus, *ab improbabili, a superfluo, ab inverisimili, ab absurdo* ad finem evadendi claram obligationem, ut videre est *apud Barbos. in loco suorum argument.* Sed etiam quia a contrario parum non est viro onerato duobus catenis ab una liberari, & in effectu fundus subjugatus evadendo liber poterat ad commodum D. Principis vendi, & in Commercium venire, at non ita si fuisset gravatus censu, cum hujusmodi Vincula realia,
14 vel impediant venditiones, vel minuant de pretio *ex plenissime collectis in dec. 63. n. 11. cum seqq. cor. Pamphil., & in Romana deliberationis Census 12. Aprilis 1709. §. & secunda cor. me, & in Romana redditionis 17. Junii 1709. §. Ex opposito pariter cor. Me.*

Circumstantia deniq; quod DD. Conjuges abstinuerint a molestando D. Principe per non modicum temporis intervallum, nil prorsus ponebat in esse, ea enim in Jure nostro consuevit attendi reliquis concurrentibus ad effectum quandoque facilius præsumendi solutionem, sed nusquam ad præsumendam delectionem Vinculorum, & obligationum, & de reliquo probabilius poterat (uti replicabant DD. Conjuges) hujusmodi dilatio referri ad quamdam potius speciem Urbanitatis, & reverentiæ erga D. Principem, ipsum non molestando, quousque vireret spes consequendi satisfactionem ab Josepho Principali Debitore ad mentem adamussim Juris, quod præcisive ab adinventis cautelis stipulandi obligationes fidejussorias cum clausulis *uti principalis principaliter, & insolidum*,
15 suppeditabat commiserandis fidejussoribus beneficia excussionis in ordine ad Principales prius experiendæ cum reliquis beneficiis, de quibus *in Auth. præsente C. de fidejus., & in l. fin. C. de constit. pecun. l. ut fidejussor, & leg. fidejussoribus ff. de fidejussor. §. Si plures instit. eodem, & in Perusina Cambii 21. Junii 1709. §. Apposuimus illam particulam cor. Me.*

Certiora reddebantur præmissa, quia quatenus oporteret immorari super probabilitatibus, similibusque discursibus, una sola demonstratio, quæ ex eodem Instrumento liberationis deducta ex Littera verborum elucebat, præponderabat cunctis in oppositum, dum enim in eodem Instrumento adjecta fuerat protestatio, quod liberatio fundi fiebat = *Sine tamen præjudicio antrioritatis, potioritatis, & hypothecæ, ac aliorum jurium d. D. Marchioni de Bonjoannis quomodolibet vigore d. primævi Instrumenti Census provenien. illoque firmo, & illæso permanente, citraque innovationem aliquam, seu novam Census conventionem &c.* = ad quid inservire poterant verba tam inculcata hujusce protestationis, dum liberato D. Principe a subjugatione fundi, liberato ab obligatione personali, nihil restabat præservandum, nisi hæc eadem protestatio significaret,
16 noluisse DD. Conjuges eximere D. Principem a fidejussione, verba enim nusquam, quantum fieri potest, censentur stare penitus otiosa, *Bald. in rubric. C. de contrahend. empt. quæst. 9. num. 9. Dec. consil. 48. num. 2. Ciroc. disceptat. 666. num. 16., & 17. Rot. decis. 202. num. 56. part. 7., & decis. 85. n. 9. part. 19. rec.*

Et ita utraque &c. Auxi-

Auximana Censuum.

Lunæ 5. Maji 1710.

ARGUMENTUM.

Fideicommissum duplici conditione conceptū si sine filiis, necnon ab intestato quis decedat, si una ex conditionibus istis deficiat, fideicommissum expirat. Onus probandi decessum sine filiis spectat ad allegantem, & ad heredem substitutum. Prohibitio alienationis volita in uno tantum casu, & in una linea extendi non debet ad alium casum, & ad aliam lineam.

SUMMARIUM.

1. *In bonis fideicommissariis nequaquam licet Gravatis servitutem ullius census imponere.*
2. *Exsequutio mandati pro credito certo, & indubitabili nequit impediri per exceptiones turbidas, & insubsistentes.*
3. *Pro erroris exclusione adeo fortis militat præsumptio, ut etiam per possibile in contrarium excludatur*, & num. 12.
4. *Ex duobus conditionibus scriptis si sine filiis, necnon ab intestato, si una deficiat, fideicommissum expirat.*
5. *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*
6. *Fideicommissum conceptum sub conditione* si sine filiis, *istis superstitibus expirat.*
7. *Decessum sine filiis semper Jura præsumunt.*
8. *Contrarium tamen est verius; & alleganti hunc decessum incumbit onus illum concludenter probandi.*
9. *Et hoc onus incumbit substituto.*
10. *Substitutus sub conditione, si gravatus sine liberis decesserit quando possit, et, an teneatur probare gravatum sine liberis decessisse, seu potius an Actor teneatur filios post reliquisse.*
11. *Exceptio fideicommissi quibus casibus rejicienda sit in Judiciis possessoriis, & exsequutivis.*
12. *Error geminata confessionis remanet exclusus per possibile, immo verisimile in contrarium.*
13. *Substitutio non egrediens aliquem gradum, attingere, & includere nequit alium pariter gradum.*
14. *A fideicommisso contraventionali an argui quoque possit ad fideicommissum non solum restitutorium, sed perpetuum, & absolutum.*
15. *Prohibitio alienationis restricta ad unum casum, & ad primos vocatos, extendi nequit ad substitutos.*
16. *Nec efformare valet preter d. casum aliquod reale, & absolutum fideicommissum.*
17. *Verbum* Successorum, *cessante alio peculiari adjuncto, non solum admittit masculos, ac feminas, sed quoscumque alios indifferentes heredes.*
18. *Verbum* in perpetuum *non excludit personalitatem, & cum ea quoque temporalitatem ordinationis.*
19. *Prohibitio alienationis a Testatore injuncta, ut bona remaneant in familia, restringi tantum debet ad illos de familia.*
20. *Ab uno fideicommisso ad alterum, & ab una dispositione ad alteram non infertur.*

DECIS. CDXCIV.

Murum, & antemurale plurium exceptionum usque ad quinarium numerum opposuere Cajetanus, & Fratres de Cima contra Joannem Emptorem quinque adamussim Censuum a Thoma ejusdem Cajetani Patre, & respective Impositore, sed eisdem exceptionibus fundamentaliter eversis non minus in Tribunali A.C., quam coram R.P.D. meo Crispo, *ut ex illius decisione 17. Junii 1709.*, nova propugnacula adstruere tentavit Cajetanus, verum inutiliter, quia rescribente mihi Signatura Justitiæ = *Alteri, qui ad legitimam* =, ac desuper hodie opportuno dubio proposito, unanimiter Domini dixerunt = *Procedendum esse* ad primævi mandati, & successive exsequatur, *plusquam legitimam exsequutionem*.

Præmissa etenim duo novissima propugnacula, desertis veteribus munimentis, unice solidabantur in prætensa base duorum fideicommissorum, quæ super bonis censui subjugatis ordinata fuisse, contendebatur, altero a Masio sub anno 1536., & altero a Camillo de anno 1591., sed sicuti subsistente hac prætensione, undique tamen clara, prænominati Census corruissent, cum in bonis fideicommissariis nequaquam liceat Gravatis servitutem ullius Census imponere, ita sat fuit Joanni aggressori ad præsens ostendere, hujusmodi fideicommissa vel non exstare, vel admodum esse obvoluta, & intricata, ad effectum, ne mandati jam relaxati, & successive communiti per secundum decretum nostri Auditorii ratione crediti indubi-
1 tabilis, valeret unquam exsequutio impediri, prout ad terminos primæ propositionis habetur apud *Grat. discept. for. to. 1. discept. 25. num. 25. versic. idem est in rebus*, & pluribus aliis congestis, *Cenc. de cens. quæst. 19. nu. 5.*, *Rot. dec. 17. num. 2. par. 1. coram Verall. dec. 46. n. 1. post dictum Cenc., & dec. 892., ac dec. 953. cor. Emer. Jun. utrobique num. 1.*, & ad ter-
2 minos secundæ firmavit *Rot. in dec. 95. nu. 14. cor. Cerr., & in Avenion. Primogenituræ, seu*

Con-

Concursus 23. Januarii 1705. §. Præsertim coram bo. me. Muto, & passim in aliis.

Robustius vero, quia tantum aberat, ut de hac claritate fideicommissorum super bonis controversis corusçaret, ut potius haberetur in promptu confessio Reorum, sive ejus Auctorum, emissa in Inventario, quod forent simpliciter hereditaria Caroli, & de facto dein uti talia fuerunt apprehensa per Cajetanum, ejusque Fratres, *Summario Actorum num. 11., & 12.*; Unde eo vehementius arctabantur ipsi fratres, digito monstrare errorem, & hunc geminatum emissæ con-
3 fessionis, quando pro exclusione cujuslibet erroris adeo fortis militat præsumptio, ut etiam per possibile in contrarium excludatur ad *Text. in leg. cum de indebit. 25. ff. de prob.* cum suis notoriis concordantibus relatis per *Rot. dec. 64. n. 2. cor. Otthobon. dec. 194. num. 11. par. 18. rec.*

Non solum itaque possibile visum fuit Dominis, quod de neutro constaret fideicommisso; Verum, iisdem attente rimatis, existimarunt potius, ea amplius minime in omnẽ casum perdurare; dispungendo etenim fideicommissum anterius, quod asserebatur injunctum a Masio, illud scatebat mille ad hunc effectum amaritudinibus; & primo quia nequaquam erat purum, sed sub gemina purificanda conditione devolvendum ad Durastantem ejus fratrem, de cujus linea erant Cajetanus, & fratres, quarum una erat, quod Baptista Masii filius a principio institutus, & respective gravatus decessisset sine filiis, altera, quod simul obiisset ab intestato, ut ibi = *Et casu quo Ser. Baptista decederet bona morte Divina sine filiis, vel intestatus, tunc, & eo casu &c.* Proindeque cum nullibi docerent memorati fratres, præfatum Baptistam fato cessisse sine filiis, necnon ab intestato, palam erat, quod, alterutra conditione defecta, fideicommissum, si
4 quod aderat, expiraverat, ut in specie harummet conditionum, ubi etiam extitissent alternative demandatæ seu scriptæ, uno ore connotarunt *Roman. in cons. 131. n. 1. Honded. cons. 78. n. 23. & seqq. lib. 1. Altograd. cons. 97. n. 28. lib. 1.* cum aliis per *Card. de Luc. de fideic. disc. 88. num. 4.*

In casum autem de priori conditione decessus absque liberis docere satagebant mediante genealogia supposita, & enarrata *in dec. 770. coram Dunoz. Jun. & dec. 17. coram Arguell.*, & a qua scribentes pro Actoribus distinctam Arborem sine transcriptione, seu mentione filiorum Baptistæ in hodierna Audientia efformabant, *Summ. num. 9.* siquidem cum in *utraque Decisione* disceptatio versaretur dumtaxat super Jure sepulcrali, & quæstio tunc foret, an alter Joannes Baptista cum fratribus foret de descendentibus Masii Sen., quibus deferebatur hujusmodi Jus sepulcrale, utique Sac. Rota de eo tempore censuit, liquere de prædicta descendentia, sub qua hactenus includi possent in præsenti Cajetanus, & alii tamquam provenientes a præfato Masio Sen ex persona Durastantis illius nepotis, sed nullatenus id inferebat ad assertam probationem elicitam dumtaxat ex simplici omissione transcriptionis, seu mentionis ut supra, quod Baptista filius Masii Jun. & prætensi fideicommittentis, quive erat de diversa linea, ut in prædicta arbore occubuerit sine filiis, tum quia ex Testamento Camilli alterius fideicommittentis, & de quo inferius, palam constabat, alias personas de familia fuisse in eadem Arbore prætermissas; Tum etiam quia tritum nimis est adagium: non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, ad sæpissime monita, & si-
5 gnanter *in dec. 1171. n. 1. cor. Seraphin.* cum aliis innumeris congestis in illa *Placentina Decimarum 16. Maji 1710. §. Adbuc cor. Me*;
6 Posito enim, quod liberis superstitibus Baptista obiisset, ecce quod in sui nativitate fideicommissum extinguebatur, ad celebrem *Gloss. in l. Lucius la 2. ff. de hered. institu. Rot. dec. 437. num. 2., et dec. 1226. n. 10. coram Emer. Jun.*

Absque eo quod suffragari valeret Cajetano
7 prætenso substituto generica fortasse præsumptio, quod Jura subcenseant ex se ipsis decessum hujusmodi sine filiis, quemadmodum voluere deducti per *Rot. in dec. 131. n. 2. cor. Cels. dec. 377. n. 7. par. 11. rec. et dec. 1263. n. 5. cor. Emer. Iun.* Quoniam etsi non desint alii, oppositum de directo opinantes, sub ea ratione, quod cum citra scrupulum regula sit indubitata, quod qui dicit, conditio-
8 nem evenisse, id debeat probare, & maxime prætendens sese esse vocatum ad aliquod fideicommissum, tenetur justificare, casum fuisse sortitum suæ vocationis, alias ad illius exclusionem exuberat illico respondere vulgare principium = *substitutio de te non loquitur* = ut generaliter tradunt *Peregrin. de fideicom. art. 43. nu. 46. Mans. consult.*
9 *22. nu. 62. de Luc. de fideicom. disc. 193. nu. 18.*, & in terminis hujusmet conditionis *si sine filiis* = onus hoc incumbere substituto, crediderunt *Honded. cons. 78. n. 8. ad 13. de Luc. de fideicom. disc. 88. n. 4. et 5. et Peregrin. d. art. 43. num. 47.*

Nihilominus animadverso, quod ut præmisimus iterata intercesserat confessio Reorum, nimirum quod disceptata Bona forent libera,

ra, & hereditaria Caroli, atque ex hoc titulo per eos apprehensa, & consequenter successive possessa, frui proinde nequaquam
10 ullo modo valebant illa distinctione secundum aliquos conciliative dissentientium, ut supra scribentium, scilicet inter substitutum existentem in possessione, vel Actorem, & existentem extra eamdem possessionem, de qua *Peregrin.de fideic.art.43.a n.54., & Fusar.de substit.quaest.436.n.51.*

Siquidem quando deficiebat ex praedictis manifeste possessio primordialiter assumpta, atque deinceps retenta sub hoc titulo fideicommissi,& quando ad infringendam utramque confessionem non sufficit quilibet error, si is quomodolibet excludatur per merum possibile, & quando demum ultimus status cantabat pro libertate Bonorum, utique haec omnia superabundare ad hoc, ut interim in hisce Judiciis, vel possessoriis, vel exsecuti-
11 vis consimilis exceptio fideicommissi veniat rejicienda, praeter generales conclusiones, de quibus supra sub §.*Praemissa in fine*, ultima solum circumstantia contenta in specie concludit *Rot.in dec.496.n.15.cor.Bich., & ante eam in dec.387.n.3., & dec.559.n.7. par.1.rec.*

Potissime, quia ulterius desiderabatur quoque justificatio adventus secundae conditionis, videlicet quod Baptista decesserit ab intestato, allegare etenim pro congrua demonstratione, quod Bona antecedenter detenta per Baptistam pervenerint in Camillum Nepotem Durastantis, utique parum perstringebat, nisi simultanee ostenderetur titulus clarae successionis ab intestato, cum data etiam veritate suppositi nimirum hujus descensus hujusmodi Bonorum a Camillo in Baptistam, adhuc eadem Bona valebant etiam descendere in Camillum ex opposito ad amussim titulo Testamentario, vel etiam in omnem casum per alienationem inter Vivos cum mille aliis modis, qui dantur in Jure in ordine ad translationem dominiorum de una in alteram personam, unde, etsi forte
12 aderat istud possibile, immo verisimile in contrarium, ecce quod profecto error geminatae confessionis remanebat exclusus per ea,quae prosequendo dicunt *Grat.discept. foren.417. num.32.Menoch.de praesum.lib.6. praesum.22. de Angel.de confess.lib.3.quaest.20.nu.3., et 7.* ibique ceteri concordantes.

Ceterum neque hic sistebat amaritudo, quia per hypothesim admissa purificatione praedicti fideicommissi Masii,non ideo gloriari poterant Cajetanus,& fratres sese fore de comprehensis in praedicta Vocatione,cum substitutio per Masium ordinata in personam Durastantis protenderet tantummodo ad duplicem gradum,nempe ejus filiorum, & nepotū ibi = *& eo casu dictus Testator substituit supradictum Durastantem ejus fratrem, & filios masculos legitimos, & naturales ipsius Durastantis, & filios filiorum masculos d. Durastantis* = sicque substitutio haec non egrediens Proavum Cajetani, quomodo attin-
13 gere, & includere valebat eumdem Cajetanum trinepotem, sicut in terminis consimilis restrictionis seu numerationis graduum Vocatorum unanimiter affirmant *Decius in cons. 636. Peregrin. de fideic. art. 14. nu. 47. Rot. dec. 883. n. 3. cor. Seraph., & dec. 195. n. 6. par. 5. tom. 1. rec. cum ceteris relatis in Romana fideicommissi de Goris 9. Maji 1701. §. Verba cor. me, in Romana seu Reatina fideicommissi de Vincentinis 6. Februarii 1702. §. ejusdem cor. R. P. D. meo Scotto, & in Camerin.fideicommissi 16. Aprilis 1706. §. Indeque fit,confirmata 20. Jun. 1707. §. Iterum namque cor. Reverendiss. Omanna Episc. Giennen.*

Quin regulariter odibilem hanc servitutem fideicommissi subextendere posset ea, quae sequebatur, prohibitio alienationis; Quia quidquid dicendum foret, ubi in ratione ejusdem prohibitionis considerata fuisset propria per Testatorem agnatio, vel per verba independentia, & capitulum separatum reale fideicommissum prohibitivū fuisset ordinatum, unde ab hujusmodi fideicommisso contraventionali argui quoque posset ad fideicommissum non solum restiturorium, sed
14 etiam absolutum, & perpetuum juxta casus de quibus ad finem praetergrediendi personas seu gradus enumeratos, quandoque pōderarunt *Peregrin. cons. 45. per tot., & cons. 49. n. 4. lib. 3. Surd. cons. 445. nu. 35., et seqq. Petr. de fideic. quaest. 5. n. 96., & seqq. Massim. de confiscat. bonor. quaest. 29. n. 27. cum concordan. relatis per Rocc. disput. Jur. cap 10. n. 3. 4., et seqq., et in cap. 23. nu. 21. Rot. cor. Rembold. dec. 499. n. 1., et dec. 10. n. 7. par. 1. rec., et in Senogallien. fideicommissi 5. Februarii 1700. §. Primo cor. bo. mem. Muto.*

Profecto cum praesens prohibitio restricta, ut diximus, ad actus inter vivos, nulla per umbram expressa vel tacita cōsideratione agnationis fulciretur, immo nec ulla penitus causa appareret vestita, vel reddebatur praeter
15 ipsam substitutionem in fine factam in hoc casu favore Ecclesiae Lauretanae prorsus inefficax ad parturiendum ullum alterum effectum, & maxime ulterioris extensionis ad *Text. in l. filius famil. ff. de legat. primo Peregr. dicto cons. 45. n. 1., et 2. lib. 3. Palma alleg. 149. n. 3., et 4. decis. 297. n. 23., et 24. cor.*

24. *cor. Bich., et bene firmatum fuit in Camerinen. fideicomm. 16. Aprilis 1706. §. Verba enim,et seqq. cor. Reverendis. Omanna Episcopo Giennen.*

Alias in omnem eventum tamquam accessoria antecedenti Vocationi, & personaliter adjecta certis Institutis, & respective substitu-
16 tis, nequibat efformare aliquod fideicommissum contradistinctum, & ut requirebatur reale, & absolutum, & progressivum in infinitum, quemadmodum citra Contradictorem habetur penes *Dec. cons. 635. n. 7., et 8. Gabriel. cons. 124. n. 12., et cons. 138. n. 25. vers. id quod clare lib. 2. Fusar. cons. 169. n. 24. Rot. cor. Bich. dec. 297. n. 20., et cor. Merlin. dec. 669. n. 17. et 18. ac in Lucana fideicomm. 22. Martii 1697. §. Probata cor. R. P. D. meo Priolo, et in dicta Camerinen. fideicommissi 20. Junii 1707. §. Ad excludendam enim cor. Reverendis. Omanna, et in Romana seu Sabinen. fideicommissi 3. Februarii 1708. §. Ejusdemque, et §. seqq. cor. Me.*

Nullum scrupulum injiciente illa dictione *in perpetuum*, quæ videbatur adjuncta præfatæ dispositioni in casu alienationis; Ultra enim quod cohærentia præfatæ dictionis *in perpetuum* admodum reddebatur ambigua, an nempe adjaceret verbo *successores*, vel verbo non possint, ut ibi = *Cum conditione, et pacto, quod prædicti heredes tam Instituti, quam substituti, & eorum successores in perpetuum ullo modo, vel quæsito colore non possint &c.* Et ultra pariter quod dato contrario intellectu, quod nempe adhæreret verbo *successores*, jam ex hoc ipso exclusum remansisset votum conservandæ Agnationis, cum *successorum* vocabulum, cessante alio peculiari
17 adjuncto, non solum admittat masculos ac feminas, sed quoscumque alios indifferentes heredes, teste *Fusar. de substit. quæst. 339. nu. 12. de Luc. de fideicomm. disc. 36. nu. 2. Rocc. disp. 66. nu. 35. Rot. cor. Dunoz. Jun. dec. 748. n. 4., & dec. 72. n. 2. par. 7. rec.*

Verum neque ob id fideicommissum induisset ullam realitatem sicuti expostulabatur ex præmissis, sed recte verificari valebat intra cancellos præcedentis dispositionis undique personalis, & restrictæ, scilicet verbum *Institutis* in Baptista primo herede, verbum *substitutis* in Durastante, & ultimum *successores* in filiis, & filiis filiorum ejusdem Durastantis, quando de reliquo non est novum in Jure, quod istud verbum *in perpetuum* minime excludat personalitatem, & cum ea quoque temporalitatem ordinationis, ut exemplifi-
18 cando ponderant *Bald. in l. adversus in fin. C. de usuris Surd. cons. 123. n. 14., & cons. 448. n. 26. Fusar. de substit. quæst. 679. nu. 7., & 17. Merlin. Pignatell. centur. 1. contr. 72. n. 8., & 9. Rot. dec. 94. n. 4., & 5. par. 16., & dec. 528. n. fin. par. 18. rec., & in dict. Camerinen. fideicomm. §. Prout etiam in fine cor. R. P. D. meo Omanna.*

Ejusdemque insufficientiæ, & præcipue ad destructionem quidditatis præsentis Judicii undique privilegiati, & exsecutivi, nec non ad eversionem simul utriusque confessionis iterato factæ, effulsit quoque alterum posterius fideicommissum a Camillo demandatū; Is enim solummodo institutis pluribus extransverso Nepotibus inter eos ordinaverat dumtaxat meram reciprocam sine ulla ulteriori digressione seu progressione; Ideoque licet successive superaddiderit prohibitionem alienationis, & in hoc casu fideicommissum pœnale favore non Alienantium, expressa illa ratione = *per conservazione della sua Casa, e Progenie* = hæc eadem ratio roborabat quidem, & vestiebat hujusmodi pœnale fideicommissum, sed intelligenda, attendandaque veniebat inter illos *di sua Casa,*
19 *e Progenie*, quos expresse, nominatim, seu distinctim vocaverat, substituerat, & reciprocaverat, non autem subextendi merebatur, aut poterat ad alias, ut bene in hisce terminis ratiocinantur, & monent præter superius relatos sub §. *Alias in omnem, Cancer. var. resol. par. 1. cap. 1. num. 265., & 266. Torr. de major. Ital. cap. 9. n. 84. lib. 1., & quæst. 17. n. 46.*, & in specie prohibitionis cum clausula *ut bona semper remaneant in Domo* late *Cæsareg. post tract. de success. ad statut. Gen. resol. 11. n. 9. usque ad 14. Rot. in Roman. fideicomm. de Goris 9. Maji 1701. §. Idque non obstante cor. Me, & in dicta Camerinen. fideicomm. 16. Aprilis 1706. §. Desiderium cor. Reverend. Omanna.*

De illo altero prælegato, seu fideicommisso, & multiplico particulari, præcedenter sub eodem Testamento per memoratum Camillū injuncto in summa scut. 2000., nulla per Dominos habita fuit nec re vera haberi poterat ponderatio, cum minime pro parte Reorum doceretur, totum hujusmodi prælegatum exstitisse purificatum favore Caroli, seu quod ad eumdem Carolum istud multiplicum pervenisset, itaut quoties de effectibus hujusmodi multiplici hactenus ageretur, valuissent aliquo modo Rei se confovere, & destruere creditum, & instantiam Actorum nec non bina mandata per eos reportata; de cetero autem citra examen verborum ejusdem multiplici, seu prælegati, & fideicommissi particularis, nemo non scit, quod ab
20 uno fideicommisso ad alterum fideicommissum, & ab una dispositione ad alteram dispositione-

spositionem non infertur, ex collectis per *Rot. in dec. 266. nu. 1. par. 2. divers., & in his terminis in dec. 142. nu. 28., et 29. par. 10., et decis. 334. num. 22. par. 12. rec.*, & alibi passim.

Et ita geminis etiam hodie subversis propugnaculis, quæ noviter excitaverant fratres de Cima, resolutio prodiit ut supra affirmativa, utraque &c.

Auximana Censuum super Transactione.

Luna 5. Maji 1710.

ARGUMENTUM.

Ad effectum sustinendi transactionem sat est, ut sit aliquid tunc inde datum, ac remissum. Dicitur autem datum, aut remissum quando fuit a lite recessum, & quando fuere condonatæ expensæ litis, quæ magnum semper lucrum reputantur. Causa pietatis, ob quã transactio fuit inita, sat est non modo ad transigendum, verum etiam ad ineundum quemlibet contractum, & in specie in minoribus, & mulieribus.

SUMMARIUM.

1. *Transactio nullo dato, vel recepto, vel promisso, corruit*; Declara n. 3.
2. *Falsa existente causa transigendi, pari vitio transactio collabescit.*
3. *Minus solvit qui tardius solvit.*
4. *Tempus dicitur esse partem summæ.*
5. *Recessus a lite magnum semper lucrum reputatur.*
6. *Sicuti etiam lucrum reputatur remissio expensarum litis.*
7. *Subbastatio, & deliberatio secum regulariter trahit non modicam diminutionem veri valoris.*
8. *Simplex honor personalis prævalet cuicumque commodo bursali.*
9. *Causa pietatis sola sufficit non modo ad transigendum, sed etiam ad ineundum quemlibet contractum, & in specie in minoribus, & mulieribus.*
10. *Legitima, cessante* cautela Soccini, *detrahi potest a quocumque fideicommisso.*
11. *Et super ea tamquam super re libera satisfieri valent creditores legitimarii.*
12. *Disponere quilibet præsumitur de bonis suis.*
13. *Clausula, & intentio gerendi actum* prout de Jure *nusquam egreditur Cancellos ejusdem Juris.*
14. *Pactum quando vitiet contractum, vel potius in se vitietur.*

DECIS. CDXCV.

Transactionem, quam citra, sive supra obligationem hereditariam proprio, ac particulari nomine inierat Benutinus cum Thomasia, & Francisca, de accedendo videlicet, quemadmodum de facto accessit uti principalis, & insolidum, impositioni duorum cum dimidio de quinque Censibus, quos vendiderat Thomas ejus Pater Joanni Genitori præfatarum Mulierum, irrumpere postmodum contendens, convolare procuravit ad auxilium Cæsarum Diocletiani, & Maximiliani, & respective Leonis, & Anre-
1 mii, rescribentibus primis *in l. Transactio Cod. de transact.* transactionem nullo dato, vel recepto, seu promisso corruere, & secundis in *l. si ex falsis Cod. eodem tit.* quod falsa existente causa transigendi, pari vitio hæc
2 Transactio & inficiatur, & collabescat; verum nec prius A. C. nec hodie Sacrum *Tribunal* aures præbere potuit prætensæ applicationi prædictarum legum, & proinde mandatum, quod relaxaverat idem A. C. *Rota* exsequendum ab initio censuit pro fructibus *cor. R. P. D. meo Crispo sub die 17. Junii 1709.*, & hodie in altera Instantia *cor. Me* idipsum stabilivit, respondendo = *procedendum fore ad legitimam exsequutionem mandati relaxati contra personam, & bona propria Benutini.*

Et quidem inapplicabile reddebatur primum Imperatoris rescriptum cum memoratæ Mulieres, ceteroquin ex imbecillitate sexus incapaces decipiendi Benutinum masculum, & majorem, jam ex persona Joannis earum Patris, ipso signanter Benutino citato, reportaverant ab A. C. mandatum exsequutivum pro ♅ 144. prout totidem, singulariter importabant fructus primi Census, necnon alterum generale mandatum pro expensis, illiusque vigore deventum quoque fuerat in Curia Episcopali Auximana ad Judicialem æstimationem bonorum hereditariorum Thomæ principalis Impositoris, ad effectum separandi legitimam eidem in bonis Caroli sui Patris competentem, jamque etiam decursum fuerat biennium, & ultra impinguativum eorumdem fructuum; & demum poterat consimilis percussio exspectari pro aliis quatuor Censibus, quibus saltem tamquam heres pro sua medietate obnoxius erat Benutinus, ideoque cum vice exsolvendi simplicem importantiam primi mandati, patiendi imminentem æstimationem, & successivam probabiliter subhastationem, obtinuerit a feminis prænominatis liberam dilationem usque ad tempus futuri obitus Octavii ejus Patrui, quis dixerit intrare prædictam legem *Transactio Cod. de transact.* Ea etenim dilatio attributa ad solvendum, magnum in Jure consideratur beneficium, quod

quod fuit citra augmentum suæ hereditariæ obligationis, gratuito receptum a Benutino, & respective remissum a Thomasia, & Francisca Creditricibus, cum, ut inquit *Textus*
3 minus solvat, qui tardius solvit §. *Plus au-*
4 *tem, instit. de act.* tempusque sit pars summæ ex *l.* 1. §. *Idem ff. de edendo*, juncto *Text. in l. si prædio in diem in fin. ff. de in diem adject. Rot. cor. Coccin. dec.* 1084. *num.* 7. *cor. Priol. dec.* 53. *num.* 16. *& cor. Emerix jun. decis.* 934. *num.* 8.

Ulterius nonne fuerunt per easdem feminas remissæ non solum præteritæ judiciales expensæ, sed etiam imminentes, & futuræ, dum, ut præmisimus, præcesserat Instantia in Curia Episcopali æstimationis faciendæ,& forsan subhastationis? Unde si magnum lucrum
5 reputatur a Scribentibus ipse nudus recessus a lite, sicuti conclamavere *cum Jurisconf. in l. in summa* 65. ibi = *Nam si lis fuerit, hoc ipsum, quod a lite disceditur, causam videtur esse* = *ff. de condit. indebit. Abb. in cap.* 1. *num.* 2. *in fine de transact. Alex. consil.* 222. *nu.* 12. *lib.* 2. *Card. de Luc. de alien. disc.* 50. *num.* 12. *Rot. cor. Royas dec.* 437. *num.* 5. *& cor. Merlin. dec.* 767. *n.* 10. *& cor. Cavaler. dec.* 407. *num.* 5. *necnon. in dec.* 78. *num.* 6. ubi quod satis lucrari dicitur, qui a litibus eximitur, post *Torr. de pact. fut. success.*

Quanto magis illud peraugebatur, dum præter dilationem remissæ fuerunt tot expensæ, tot inquietudines, & postremo fortasse periculum deliberationis, quod præter graves expensas, secum regulariter trahit non modicam diminutionem veri valoris, per ea,
6 quæ in proposito remissarum expensarum habentur apud *Card. de Luca de alien. dict. disc.* 50. *num.* 12. *Rot. cor. Royas dec.* 477. *num.* 5. *& cor. Ottbob. dec.* 25. *n.* 9., *& post Urceol. de transact. dec.* 82. *num. final.* & cir-
7 ca detrimenta subhastationum prosequuntur *de Luca de alien. disc.* 50. *n.* 12. *& Rota cor. Royas dec.* 477. *nu.* 6. *& dec.* 107. *n.* 2. *par.* 15. *rec.*

Fortius vero retorquendo alterum ass. defectū causæ, dum transigendo Benutinus, magnum necessitudinis humanæ, & divinæ officium implevit, quemadmodum proprio ore confessus fuit in ipsa Transactione ibi = *particolarmente perchè l' Anima del suo Sig. Padre non patisca* = Quanti vero sit æstimandum, & maxime in filio prædictum officium; pariter naturalis pietas cujuscumque religiosi animi edocet, & ostendit, quando in longe fortioribus majores nostri dixerunt, simpli-
8 cem honorem temporalem cuicumque commodo bursali prævalere, ut monet *Bertaz. conf. Crim.* 42. *num.* 6. *Riminald. jun. conf.* 5. *num.* 99. *& conf.* 234. *num.* 61. late *Marett. discept. for. cap.* 2. *ex num.* 6. *ad* 13. *iisdemque in simili proposito relat. Rot. in dec. mea impressa la* 54. *num.* 18. & prius in *dec.* 274. *num.* 6. *par.* 8. cum aliis recollectis per *Adden. ad dec.* 1. *num.* 38. *par.* 9. *tom.* 1. *rec.*

Atque hinc descendendo pariter ad applicationem secundi Imperatoris rescripti respectu causæ, quam Benutinus deficere sibi blandiebatur; equidem prætermissa proxima enunciata causa pietatis; quæ sola forsan sufficeisset non solum ad transigendum, sed ad ineundum quoque quemlibet contr actū,
9 & in specie in minoribus, & mulieribus, juxta tradita in proximis terminis per *Tondut. quæst. resol. legal. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 108. *nu.* 18. *Grat. discept. for. cap.* 878. *n.* 21. *&* 22. bene *de Angel. de confess. lib.* 2. *qu.* 23. *n.* 23. *Rota cor. Coccin. dec.* 2242. *num.* 20. *& dec.* 245. *num.* 24. *& seqq. par.* 7. *& dec.* 25. *n.* 27. *&* 28. *par.* 9. *rec.*

Tantum aberat, quod a veritate aberraret, deberi legitimam Thomæ debitori in bonis Caroli ejus Patris, non obstante injunctione fideicommissi per eumdem Carolum præscripta, cum legitima cessante vulgata cautela Soccini, sit semper detrahibilis a quocumque nexu fideicommissario, & super eadem legitima, tamquam super re libera
10 valeant satisfieri Creditores ejusdem legitimarii, ex deductis in prima propositione per *Castald. consult.* 162. *num.* 11. *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 8. *num.* 11. *Rocc. disp.* 14. *num.* 27., *&* 28. *Grat. dec. March.* 118. *num.* 9. *Rota cor. Seraphin. dec.* 416. *nu.* 15. *&* 16. *& cor. Cerro decis.* 345. *num.* 4. & in
11 secunda *Peregrin. de fideic. art.* 3. *ex n.* 128. *cum seqq. ac de Jur. Fisc. lib.* 6. *tit.* 7. *n.* 39. *Salgad. Labyr. credit. par.* 2. *cap.* 16. *a n.* 13. *& seqq.*

Quin potius eadem legitima remanebat impinguata, etiam quatenus oporteret, a bonis provenientibus, quæve justificarentur promanare vel a Masio Juniore, vel a Camillo prætensis antiquioribus Fideicommittentibus; siquidem, ut liquebat ex altera contemporanea mea Decisione edita sub hac die inter easdem Partes, quidquid dici potuisset etiam super defectu non probatæ forsan identitatis, asserta fideicommissa longe ante expiraverant, & idcirco tamquam bona perspecta penitus libera Caroli ultimi Fideicommittentis, citra dubium ponenda erant in calculo Assis hereditarii ejusdem Caroli, ut est notissimum, nec de facto Carolus novum ordinasset fideicommissum, si bona sua cooperirentur ab Antiquis, cum quilibet disponere præsumatur de bonis suis,

12 suis, teste *Bartol. in l. eum in Testamento ff. de aur. & argent. legat.* & in his terminis late *Peregr. de fideicomm. art. 2. nu. 44. Rota cor. Gregor. dec. 225. nu. 2. & ad exuberantiam in illa Maceraten. Legatorum, & Fideicomm. 23. Junii 1710. cor. me ferme per tot.*

Super pacto solvendi fructus, & extinguendi sortem censuum, quibus accesserat in Transactione Benutinus, Domini parum fuerunt immorati; quoniam vel hoc pactum obstativum censuræ Constitutionis B. Pii V. fuerat sufficienter temperatum ab iisdem Transigētibus, in fine concludentibus = *Altrimenti detto Sig. Benutino debba esser astretto, e forzato all' adempimento con tutti i rimedj, che di ragione competeranno* = cum clausula, & intentio actum gerendi, *prout de Jure*, nusquam egrediatur cancellos ejusdem Juris,

13 ad quos animus, eademque intentio arctabatur, ex connotatis per *Soccin. sen. consil. 170. sub num. 4. vers. Quo præsupposito lib. 2. Rot. dec. 94. num. 17. par. 11.*

Vel in omnem eventum hujusmodi pactū tamquam non appositum in creatione ejusdem Census, unde ansam præberet differendi, an idem pactum vitiaret contractum, vel potius in se vitiaretur, sed tantummodo in actu separato fidejussionis per Tertium, non autem ipsummet Venditorem, seu Impositorem istius Census, profecto a fortiori ruebat simpliciter, absque eo quod proinde corrueret ipsa promissio, ipsa Transactio, &

14 fidejussio, indubitanter obligatoria quoad fructus, ut verius esse in terminis quoque primi mox enunciati casus, comprobavit *Spad. cons. 105. num. 8. lib. 2. & cons. 154. num. 1. et seqq. lib. 3.* cum ceteris abunde relatis in *Lysten. Salviani cor. Roadinini impress. ad ornat. Card. de Luca de usur. dec. 12. num. 14. et in altera præcedenti hujus causæ decisione die 7. Junii 1709. cor. R. P. D. meo Crispo*, quam laudavit, & sequuta est eadem *Rota in illa Baren. Censuum, et Legati 20. Junii 1710. §. Prout quoque circa finem cor. R. P. D. meo Priolo.*

Et ex his remissive, quatenus opus esset, super ceteris, quæ tamen hodie nullatenus refricabantur ad mox laudatam *Decisionem R. P. D. mei Crispi*, affirmativa prodiit, ut præmisimus, resolutio.

Utraque &c.

Reatina Immissionis.

Ven. 9. Maji 1710.

ARGUMENTUM.

Inter adoptionem, & arrogationem quæ intercedat differentia erudite non minus quam docte tractatur in præsenti Decisione. Princeps supremus an privative habeat facultatem suum consensum, & Auctoritatem præstandi arrogationibus, sive adoptionibus, vel potius satis sit cujuscumque Judicis Auctoritas, & an iste consensus, sive Auctoritas Principis debeat intervenire in ipso actu arrogationis, vel adoptionis, vel sufficiat, ut post subsequatur. Rejciuntur plures Imperatorum constitutiones, quæ in Corpore Juris Civilis non reperiuntur impressæ. Arrogator an possit inter vivos apponere pacta, & conditiones, quæ transferant in arrogatum hereditatem.

SUMMARIUM.

1. *Universarum fere Gentium consuetudo est ipsa natura.*
2. *Nobilior est fetus animi quam corporis.*
3. *Adoptatio filiorum est de Jure permissa, & volita.*
4. *Adoptivis Jura nostra impartiti fuerunt ad instar filiorum vere naturalium prærogativam legitimæ Successionis in hereditate Patris adoptantis.*
5. *Simplex adoptio fieri debet coram Magistratu, seu Judice ordinario illius loci, in quo celebratur eadem adoptio.*
6. *Arrogatus nequit a priori libertate transire in potestatem, & arrogationem alterius absque expresso supremi Principis diplomate.*
   Assertur distinctio inter adoptionem, & arrogationem.
7. *Et hæc arrogatio fieri potest a Supremo Principe etiam Feudatario Superioris tamen ordinis.*
8. *Arrogator debet relinquere saltem quartam arrogato, alias iste habet Jus contratabulandi testamentum, sicuti alii filii legitimi, & naturales.*
9. *Arrogatus excludit per transversum conjunctos eidem Patri arroganti.*
10. *Adoptatus quale Jus nanciscatur in bonis adoptantis, & an retineat, vel deperdat Jura sibi ceteroquin competentia in successione, & hereditate Patris naturalis.*
11. *Arrogatio quomodo antiquitus fieri solebat.*
12. *Quilibet Princeps ab alio non dependens sortitur Jura veri Imperii, tantumque potest in suo Principatu, vel Regno, quantum Imperator in Imperio.*
13. *Potestas arrogandi spectat ad omnes Principes, qui sint in gradu supremo, & in figura* di Sovrano. Limita n. 15. Declara limitationem n. 18. & seqq.
14. *Sac. Canones non dedignantur recipere Leges, & Jura Cæsarea, quoties non repugnent.*
15. *Judicibus an sit concessa facultas auctorizandi*

zandi arrogationes. Declara num. 18. & seqq.

16. *Et an satis sit quod approbatio, vel confirmatio Principis subsequatur*.

17. *Judicis auctoritas ubi requiritur pro forma, debet ea intervenire in ipso actu, nec sufficit illam intercedere vel ante, vel post*.

19. *Constitutio* Friderici Secundi, *quæ incipit* Sancimus de Jure protomiseos, *utpote non inserta, neque registrata in corpore Juris Civilis non attenditur*.

20. l. Penultima Cod. de Ædific. privat. *non est habenda in consideratione tamquam proprio marte inserta* a Contio.

21. *Idem procedit de alia* l. Quoniam Cod. de Sacrosf. Eccles.

22. *Justinianus in novi Codicis recompilatione plures Leges omisit antiquiorum Codicum, & præsertim Theodosiani*.

23. *Alienationes rerum Ecclesiasticarum licet sint interim nullæ utpote factæ absque Beneplacito Apostolico, potest tamen etiam post superaccedere Beneplacitum prædictum*.

24. *Census creati contra præscripta in Constitutione B. Pii V. sunt nulli, sed si postea superveniat sanatio, vel approbatio Principis tenent etiam post sententias*, & n. seqq.

26. *Princeps in adoptione, vel arrogatione potest ad sui libitum quascumque clausulas apponere*.

27. *Arrogator apponere nequit pactum, vel promissionem, quod filius arrogatus succedere deberet loco filii, & nancisci Jura successionis tam ex testamento, quam ab intestato, & de ratione* num. seq.

28. *Successio per pactum inter vivos deferri nequit, & a Legibus reprobatur*.

29. *Prædictæ tamen Leges hujusmodi pacta successionum respicientes, atque damnantes non tollunt promissiones, seu stipulationes certæ quantitatis*.

30. *Text. in* l. quidam cum filium ff. de Verb. oblig. *interpretatur*.

DECIS. CDXCVI.

Passim Naturæ partus, & opificia studet Ars æmulari, ideoque, quemadmodum nil alacrius ad magis importantem humani generis conservationem intendens eadem Natura per continuam Individuorum procreationem ipsum genus mortalitate periturum, novitate, & nativitate restaurare non desinit, ita universarum fere Gentium consue-
1 tudo, quæ est altera natura, ut tradunt communiter Scribentes *ad Tit. Digestor. Cod. & Institut. de Jur. natural. Gent. & Civil. aliique frequenter*, introduxit, ut per fictionem, & artem quoque ad substentationem cadentium familiarum soboles quodammodo generari valeret. Quinimmo nobiliorem esse fœtum animi, quam corporis plerique repu-
2 tarunt, & præ ceteris insigne testimonium præbuit Imperator *Galba*, qui in sua celebri apud *Tacitum* oratione *ad Pisonem*, quem adoptabat, alloquutus, inquit, *generari, & nasci etiam a Principibus fortuitum, nec ultra æstimatum adoptandi judicium integrum, & si velis eligere, consensu monstratur*.

Neque huic consuetudini, de qua sacrum quoque vestigium extat in *Esodo lib. 2. vers. decimo*, ubi emicat, filiam Pharaonis *Moysem* ab unis aquæ præreptum deinceps in filium cooptasse, & sæpius apud Græcos meminit *Macrobius lib. 1. Saturnalium* fomentum, & robur Sacrosanctæ Leges, & jura nostra de-
3 negarunt, volens & ipsa Lex filios familias efficere, sicuti gignit Natura, teste *Modestino in l. 1. in princip. ff. de adopt.* Quamobrem, ut integraliter compleret hanc subrogationem, sive fictionem, non est de-
4 dignata, ad instar filiorum vere naturalium, hisce quoque adoptivis prærogativam legitimæ successionis impertiri in hereditate Patris adoptantis, prout habemus in pluribus nostri Juris sanctionibus, & signanter *in l. 1. & 2. ff. de adopt. l. muliere 5. ac l. impuberem, et l. penultim. Cod. eod. tit. et in lib. instit. Imperial. tit. 11. lib. 1. cum concordan. adduct. per Merlin. de legit. lib. 1. quæst. 2. tit. 2. ex num. 2. Michalor. de Fratr. cap. 20. num. 26. Graff. de success. par. 2. §. Successio ab intestato quæst. 21. Torr. de pact. futur. success. lib. 2. cap. 44. num. 16.* aliique omnes de materia tractantes.

Ast uti canebat Vates, ea vere reputatur artis industria, & sagax naturæ æmulario, quæ rectam, & legitimam perficit imitationem per illa Carmina:

E quel, che il bell', e il vago accresce all' oprè
L' arte, che 'l tutto fa, nulla si scopre.

Hinc minus nitide, & juridice ad hunc actum adoptionis deveniens Christophorus in personam Caroli, frustraque idcirco expromittens per pactum quodammodo speciale, quod reponebat *eumdem Carolum in locum Primogeniti filii, tamquam fuisset natus ex se, et Magdalena ejus uxore, ipsumque in legitimam de jure naturæ debitam, atque in suis Bonis ex Testamento, vel ab intestato successurum*, effecit, quod concurrentibus hodie ad intestatam ipsius Christophori successionem Carolo cum Josepho, & Francisco, ceteroquin præcisive ab adoptione indubitanter proximioribus, emanavit in *Sac. Auditorio* resolutio penitus obstativa eidem Carolo,

præ-

prætendentibus quippe memoratis proximioribus transiisse in rem judicatam sententiam R. P. D. *A. C. Cerri*, per quam pronunciatum exstiterat *Instrumentum adoptionis nullam exsequutionem mereri*, *nullumque Jus competere Carolo super hereditate Christophori*, & e converso præfato Carolo satagente, quod ei succurrendum foret per opportunã restitutionem in integrum, prodiit oraculum = *non constare de causis hujus restitutionis, et ob id dandam non esse Carolo expetitam immissionem*.

Et sane nequibat aliter definiri, quia Christophorus adoptaverat quidem Carolum ex parte sua in forma undequaque amplissima, sed confundens terminos modi designati, & ordinati per legem, practicavit illum, qui præfinitus, vel permissus erat solummodo intra sphæram filiorum familias, & intra cancellos veræ, & propriæ, ac simplicis adoptionis, eadem siquidem lex tunc indulget
5 fieri hujusmodi simplicem adoptionem posse, ut facta erat illa Christophori, coram Magistratu, seu Judice ordinario illius loci, in quo celebratur ead; adoptio *ad Text. express. in l. 2. ff. de adopt.*, *& in §. Adoptio institut. eod. tit. lib. cum concord. adduct. per Giovagnon. respons. 13. sub n. 62. lib. 2., Parlador. quotid. quæst. differ. 97. nu. 1., & 2. Hunn. tractat. var. par. 1. tit. 10. cap. 11. num. 15. Sanchez. de Matrim. lib. 7. disputat. 63. n. 2. post med. Boss. de patr. potest. cap. 1. num. 56. Robl. de repræsentat. lib. 2. cap. 8. nu. 2.* sed non sic erat in hodierna peculiari specie, quæ quamvis veniat sub eodem genere generalissimo adoptionis, adhuc alio præcipuo & distincto nomine nuncupatur, & dicitur *arrogatio*, quæve amplius in prædicta sua specie non comprehendit filios familias sub aliena potestate viventes, sed arctatur ad
6 homines sui Juris, ut erat Carolus, sed hi nequeunt a priori libertate, qua fruebantur, transire in potestatem, & arrogationem alterius absque expresso Supremi Principis Diplomate, robore, & assensu, ita clare disponente *Text. in l. arrogationes 6. C. de adopt. ibique glos. & Repeten. Alciat. in Parodox. lib. 3. cap. 4. n... Faber. in Jurisprudent. Papin. tit. 10. princip. 1. illat. 9. Ursell. commun. conclus. verb. adoptio conclus. 58. n. 27. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 82. nu. 6. Borell. de præstant. Reg. Catholic. cap. 16. & n. 103. Vespignan. in ejus vot. 10. nu. 4. impres. post dec. Rembold.*

Et in his quidem postremis terminis, quoties scilicet Carolus fuisset arrogatus cum inter-
7 ventu, atque auctoritate Supremi Principis, & ut subcenset *Card. de Luc. de hered. in supplem. disc. 33. nu. 11.* etiam Feudatarii (Superioris tamen ordinis) ut innuit quoque *Rota in illa Romana exsequutionis Apocæ 17. Maji 1697. cor. R. P. D. dell' Olmo Episcopo Conchen. impress. post. Card. Albic. de inconstan. in Judic. dec. 61. sub n. 23. §. Haud refragante*, ubi ulterius explicat, id procedere active, & non passive, profecto nullo modo ambigi potuisset, quin idem Carolus succedere plenarie valuisset in hereditate Christophori, quibuscumque collateralibus exclusis ab intestato, & si forte Pater arrogator exarasset Testamentum, adhuc reman-
8 sisset obstrictus illi saltem relinquere quartam, alias prædictus Carolus tamquam arrogatus habuisset jus querelandi, seu contratabulandi, quemadmodum hac prærogativa potiuntur alii filii legitimi, & naturales, ad plene tradita *per Gabr. cons. 113. lib. 1. Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2. quæst. 2. fere per tot. Mangil. de imput. quæst. 9. n. 17. Peregr. de fideicomm. art. 36. num. 42.* cum aliis abunde congestis in prælaudato *voto 10. n. 5., & seqq. post dec. Rembold.* & plene ceteris adductis postea confirmavit *Rota* in eadem Causa, in qua prodierat prædictum Votum, nempe in *Romana hereditatis*, *seu successionis de Pomis alias dec. 647. n. 1. cum pluribus seqq. par. 19. rec.*

Immo tanta est de jure virtus, & efficacia veræ arrogationis, ut non tantum ubi actum fuisset, prout hic, de successione, & hereditate Patris arrogantis, certo certius ex proxime animadversis quivisset Carolus excludere Josephum, & Franciscum per transversum dumtaxat conjunctos eidem Christophoro Patri arroganti, sed quia ad terminos *Text. in l. secunda §. Hereditas ff. de suis, & legitim. hered. qui adoptatur, iisdem fit agnatus, quibus Pater ipsius fuerit, & legitimam eorum hereditatem habebit, vel ipsi ejus, Corrad. in repetit. legis, qui in adoptionem n. 3. ff. de adopt. alias tom. 1. fol. 256.*, utique etiam mediante sola proximioritate in ordine ad defunctum potuisset arcere remotiores etiam a successione transversali, seu Collaterali sui arrogatoris, juxta late differtam, & ab omnibus objectis vindicatam resolutionem, captam pro arrogato in Tribunali *Rev. Fabricæ*, de qua locuplex exstat præfatum votum post *Rembold. il 10.* necnon *Rotalis* superventa *decisio*, de quibus supra *la 647. par. 19.* licet scribens in eadem Causa aliquam difficultatem super hoc sentire videatur *Card. de Luc. de success. in supplem. disc. 53. per tot.*

Verũ cum in hoc perperã prolapsi fuerint Christophorus, & Carolus solo consensu, & appro-ba-

probatione Judicis Ordinarii Civitatis Reatis utentes in auctorizanda hujusmodi adoptione, quando, ut præmisimus, adoptio, quatenus est simplex adoptio, restringitur ad simplices filios familias a Patre legitimo, & naturali transeuntes in potestatem alterius Patris civilis, sive adoptantis, unde disquirunt Scribentes, quale jus succedendi nanciscatur adoptatus in bonis adoptantis, & an retineat, vel deperdat Ju-
10 ra sibi ceteroquin competentia in successione, & hereditate Patris naturalis, secundum variatas in proposito leges, & ordinationes, de quibus videre est apud *Duaren. lib. 2. disput. cap. 14. Ciriac. lib. 35. Paul. ad edict. in l. qui de in adoptionem 25. ff. adopt. Faber. de error. pragm. tom. 3. decad. 55. error. 1. Valasc. de partit. cap. 12. nu. 44. Robl. de repræsentat. lib. 2. cap. 8. ex nu. 10. cum seqq. Mart. de success. legal. quæst. 19.* & plene, atque erudite ceteris relat. concordan. *Antunez de donat. reg. lib. 3. c. 18. ex n. 10. ad seqq.*

Utique dum e converso Carolus erat sui Juris, nequibat transferri in potestatem adoptantis, sive arrogantis, nisi Supremo Principe volente, propriæque auctoritatis, & firmitatis robur adiiciente eidē arrogationi, idque, vel quia facere, ut ita dicamus, de libero servum, sive de soluto ab omni potestate in mancipatum alterius potestati non est privati Juris, & Judicis, sed solius Publici, quod tantummodo uti fons vivus repræsentat Supremus Princeps valens Jura sua concedere, vel ad sui libitum alterare, & destruere in suo Imperio, seu Principatu, vel etiam ex quo per arrogationem hominis sui Juris deperditur illud saltem in habitu caput propagationis alterius Familiæ, quibus quātomagis est refertum Imperium, seu Respublica, tanto potentior, & illustrior efficitur, & idcirco cum agatur de interesse Reipublicæ, & Imperii, necessarius est ejusdem Reipublicæ, & imperii consensus, & approbatio, vel denique, quia per arrogationem pariter, ut mox tetigimus, fit quædam Consociatio, seu Consortium, & Conjunctio, nedum inter adoptantem, & adoptatum, sed inter universam Familiam, & Agnationem arrogatoris, & arrogati cum reciprocatione Juris succedendi hinc inde, certissimi Juris est, quod sine expresso Principis Beneplacito ad quem spectat facere hosce insitus Familiarū & Successionum, expleri nequit vera, & operativa arrogatio, itaut tempore, quo toti fere Mundo nobis cognito dominabatur Romana Respublica, ad differentiam adoptationis solemniter celebraretur eadem arrogatio per viam *Rogationis*, seu *Rogationum* coram universo Populo, in quo stabat omnis plenitudo potestatis, & deinde decidente Republica, seu translata in Dominationem
11 Cæsarum, & Imperatorum, hi tamquam succedentes in antiqua Republica nacti privative fuerunt hanc prærogativam, & jurisdictionem, sicuti post *Aulum Gellium*, qui formam ponit hujusmodi *Rogationum*, & a quibus descendit ætimologia arrogationum *lib. 5. noctium atticarum*, late ostendit *Borrell. de Præstant. Reg. Cathol. cap. 16. ex n. 103. Faber. in Jurisprudent. Papin. scient. Princip. 1. illat. 9. per tot., Brisson. lib. 8. Formul. pag. 723. cum seqq.*, & late *Card. de Luc. de Success. ab intestat. disc. 53. in supplem. par. 3. ex num. 9.*

Cumque post scissum Romanum Imperium juxta deinceps verificatam *Danielis* Prophetiam plura Regna, seu Provinciæ transierint in potestatem plurium Principum, seu Regum, prout quoque adamussim antecedenter evenerat in illo Græcorum post obitum *Alexandri Magni* inter pueros, seu Duces suos divisam relinquen. illam vastissimam Dominationem, per quam, ut in Divina legitur historia, *obtinuerat omnium munitiones, & interfecerat Reges Terræ, & acceperat spolia multitudinis Gentium, itaut siluerit Terra in conspectu ejus*, quilibet abinde Princeps ab
12 alio non dependens sortiatur Jura veri Imperii, tantumve possit in suo Principatu, vel Regno, quantum potest Imperator in Imperio, secundum perbelle enucleata, & firmata per *Marth. de Jurisd. par. 1. c. 32., & cap. 33. per tot. Mell. observat. forens. 85. n. 11., Frass. de Reg. Patron. in dicto cap. 85. n. 50., & seqq. & in meo tract. de commerc., & mercat. disc. 33. num. 28.*

Jure merito hanc Imperatoriam potestatem, & privativam arrogandi sibi tribuerunt fere quotquot sunt Principes nostræ Communicationis, qui sint in gradu supremo, seu in
13 vera figura *di Sovrano*, quemadmodum *de Serenissima Republica Venetiarum* testatur *Peregrin. in cons. 5. num. 2. lib. 4., & de Regno Lusitaniæ, seu Portugalliæ*, testatur *Antunez. de Donat. Reg. lib. 3. cap. 18. num. 106., Cabed. decis. 70. num. 4. par. 2.*, & de aliis Principatibus colligitur ex casibus relatis per *Spad. cons. 53. ex num. 9. lib. 1., Negusant. resp. 66. sub init., Giovagnon. resp. 13. num. 71. lib. 2., Capr. cons. 118. per tot.*, & respectu *Summi Pontificis* insimul suffulti perfecta, & suprema jurisdictione temporali in toto Statu Ecclesiastico patet ex supra allegatis exemplis, & disputationibus habitis tam in illa *Romana Hereditatis*, quam in altera *Romana Exsecutionis Apocæ*, & millies in dies.

Absque

Absque eo, quod adversus, & hujusmodi historiam, & tot rationes, & exempla, auctoritatesve tam claras exaudiri valuerit conatus scribentium pro Carolo, probare in-
14 tendentium, quod ab antiquis Legibus Romanorum, & Juribus in consequentiam nostris, ex quo Sac. Canones quoties non repugnent, minime dedignantur recipere easdem Leges, & Jura Cæsarea, ut inquit Pontifex *Innocent. Tertius in cap. Secundum de nov. oper. nunciat.*, & connotarunt relati per *Card. de Luc. de Judic. disc. 35. num. 43., & de Successib intestat. disc. 17., & disc. 47. num. 5., & 6., & de testam. disc. 34. num. 7.* recessum fuerit per assertam *Novellam Constitutionem Leonis Imperatoris alias la 27.*, in qua concedi videtur Judicibus facultas auctorizan-
15 di quoque arrogationes, ut ibi = *Porro, & illud etiam Imperatoria nostra Majestas benigne Subditis largitur, ut non modo ab Imperatore, quemadmodum vetustiores Leges præcepere, sed etiam a quocumque, cui cujuscumque loci rectio injuncta erit, qui adoptare valet, id faciendo, facultatem accipere possit*, quemadmodum sequendo, & obsequendo eidem Constitutioni, seu Novellæ Leoninæ opinati etiam sunt *Gaspar. Manz. in Comment. ad Institut. Imperial. lib. 1. §. 1. tit. 11. num. 20. de adopt., Bocer. disput. Class. par. 1. disput. 11. thes. 1. num. 35., & 36., Wesembec. in Pandect. Jur. Civil. lib. 1. ff. tit. 7. de adopt. n. 5., & seqq., Gaill. pract. observ. 125. n. 6., & 8. Rinch. de Union. Prol. cap. 6. nu. 6., Michalor. de Fratr. par. 3. cap. 20. num. 6., Merlin. de Legit. lib. 1. tit. 2. quæst. 2. num. 1.*

Superaddendo ulterius eidem Constitutioni, seu Novellæ nonnullos quoque discursus, & ratiocinia super congruentia, & validitate hujus immutationis, & concessionis, & signanter quod, tantum abesset, Supremi Principis auctoritatem requiri pro substantian-
16 di forma arrogationis, quod etiam expost ex sensu unanimi Doctorum eadem approbatio, & confirmatio Principis valeret subsequi per ea, quæ habentur penes scribentes, & *Gloss. in l. Adoptio 38. ff. de adoption.*, & tamen ubi vis auctoritativa requiritur
17 pro forma, debet ea intervenire in ipso actu, neque sufficit illam intercedere ante, vel post, ut tradunt *Felin. in cap. Dilecta nu. 6.*, aliique *in Leodien. Canonicatus 25. Jun. 1700 §. Parum relevante, cor. bo. me. Jacometto.*

Quoniam in ordine ad eamdem Novellã quidquid subcenseant superius allati Doctores, vel confundentes terminos adoptionis, & arrogationis, vel abloquentes, & attestantes dumtaxat de consuetudine nonnullarum Civitatum, seu Locorum Germaniæ, potius quam de vi *Novellæ* Imperatoriæ, *Leonis* rectius eam non esse in usu, nec intra Corpus
18 Civile ullatenus registratam, & ob id nullatenus authenticam, & obligatoriam præcise adverterunt *Girdelin. de Jure novissim. lib. 1. cap. 2. num. 3. fol. 3.*, cæterisque relat. per *Harprecht. in Comment. ad Instit. tit. de adopt. §. Sed, & illud nu. 5., & §. Feminæ 10. num. 6.*, & nusquam præsertim in Italia fuisse practicatam, & præsertim in Italu Pontificio, præseferunt exempla rerum judicatarum in *Rota*, & *extra Rotam* in Curia nostra, ita ut sufficeret pro qualibet difficultate amputanda dicterium = *Dum fueris Romæ &c.* cum tot de cetero Doctoribus Italiæ nostræ citra difficultatem ita distinguen., videlicet inter adoptionem, & arrogationem, quibus addi potest *Crott. cons. 284. num. 15. lib. 3., Corn. cons. 34. nu. 1., & cons. 200. per tot. lib. 1., Gabriel. cons. 23. pariter lib. 1., Ruin. cons. 165. num. 3. lib. 5., Alderis. de hered. tit. 3. num. 16., Michalor. de Fratr. par. 3. cap. 20. per tot., Bellon. de Jur. accrescen. cap. 10. quæst. 4. num. 50., Antonell. de Tempor. Legal. lib. 2. cap. 9. num. 4., Sixtin. de Regul. lib. 1. cap. 2. num. 10., Anton. de Donat. Reg. lib. 3. cap. 18. nu. 99., Gall. de except. tit. 3. par. 1. except. 2. num. 20., & seqq., Cabed. dec. 70. par. 2.*

Neque novum, quod similes quantumvis Cæsareæ Constitutiones postmodum non insertæ, atque registratæ in Corpore Civili
19 nequaquam attenduntur, nullamve sortiuntur efficaciam, dum præ reliquis notoria est Constitutio *Friderici Secundi*, quæ incipit = *Sancimus de Jure protomiseos*, ut bene demonstrat *Card. de Luc. de servit. disc. 68.*, quin etiam neque para insertio, quandoque
20 fat est, nam *lex penultima*, *Cod. de ædific. privat.*, quæ tribuitur *Zenoni* Imperatori, habita non fuit in consideratione tamquam potius proprio marte inserta a quodam *Contio* in reimpressione *Cæsarei Codicis* juxta plene disserta *in decis. 365. n. 5., & seqq. coram*
21 *Card. Celso*, & de alia *l. Quoniam*, *Cod. de Sacrosanct. Eccles.* valde disputatum fuit in illa *Majoricen. Successionis 16. Junii 1710. §. Siquidem coram R. P. D. meo Aldrovando*, & postea quoque interim pendente extensione hujus Decisionis, resolutum fuit *in Eadem sub die 23. Februarii 1711. cor. Eodem*, & quidem *Justinianus* Imperator per industriam trium insignium Virorum, *Tribuniani, Dorothei, & Theophili* recompilando Leges, quas servari præceperat plura decerpsit, plura omisit, quæ prorsus remanserunt
22 inefficacia, ut de quibusdam etiam Legibus in antecedenti *Cod. Theodosiano* insertis ob-

observat *Card. de Luc. de Judic. disc. 35. n. 15., & n. 59. de alienat. disc. 2. num. 6. de Fideicommiss. disc. 213. sub nu. 16., & de Feud. disc. 1. num. 16., & disc. 11. num. 13., & in conflict. leg., & Rat. abservat. 21., & observat. 24., Mastrill. dec. 132. num. 33., & 34.*, & nisi fuissent auctoritate Summi Pontificis *Bonifacii VIII.* registratæ *Clementinæ, & Extravagantes*, quæ leguntur post *sextum Decretalium*, forsan non cessaret etiam quæstio super eisdem.

Quo vero ad præmissam in oppositum rationem de auctoritate Principis etiam ex post supervenire valente, profecto ultra, quod nimis ad oculum robustiores in conflictu erant, ceteris etiam omissis, rationes in oppositum inexpugnabiliter superius insinuatæ, nihilominus admodum debilis erat illa, quod ubi fuisset Principis auctoritas, & assensus omnino necessarius, ille intervenire debuisset in ipso actu, vel quod idem actus in tantum claudicet, in quantum ille, cujus favore sancita exstitit nullitas, reclamet, alioquin remaneat in implicito statu validitatis, siquidem incpti nimium deregebantur termini allati, an approbatio Principis sit de forma, vel non de forma, quia iidem termini cadunt circa solemnitates præscriptas a Statuto, in quo Princeps Supremus facit tantummodo figuram approbatoriam ejusdem Statuti, & Municipalis, seu Civicæ ordinationis in genere, non vero hujus, vel alterius contractus a Judicibus, & Magistratibus inferioribus auctorizandi, nam observatio formæ a Principe auctorizante jam præscriptæ demandatur postea prædictis inferioribus Magistratibus, & Judicibus sine alia immediata mixtura, & interpositione Supremi Principis, sed quando directe ad faciendum actum, & ut esset ad roborandum ipsum Statutum in genere, expostulatur immediatum Supremi Principis fastigium, quia idem Princeps nullam sibi formã præscribit, & habet absolutum cujuslibet formæ, cujuslibet legis Imperium potest quandocumque actum ceteroquin invalidum roborare, & communire, unde ex hac

23 ratione ex. gr. alienationes rerum Ecclesiasticarum interim indubitanter sunt nullæ, sed quocumque tempore etiam post, potest super accedere Pontificium Beneplacitũ, *ut in illa Romana Emphyteusis 7. Jun. 1706. cor. R. P. D. meo Kaunitz., & 3. Maji 1707. coram Rmo Omanna Episcopo Giennen., & in Gerunden. Anniversariorũ de Giuxols 14. Martii 1710. §. Quinimmo cor. Me*, & passim in aliis.

Prout pariter videmus in creationibus Censuum, qui sint efformati contra præscripta in Constitutione *B. Pii V.* utique & iidem

24 sunt nulli, sed si postea quandocumque superveniat sanatio, sive placitum, vel approbatio Principis, constito tamen de veritate præexistentiæ Crediti, & non alias, tenent etiam post sententias, absque quod dicatur Censum interim stare in implicito statu validitatis, quemadmodum continuo habemus exempla, & ob id in proposito nostræ arrogationis dixit *Rota*, quod Spiritus principalis interventus, & confirmatio operabatur ex nunc etiam datis extremis habilibus, scilicet, quod adhuc vivat Pater volens arrogare, & Filius arrogandus, ut expresse habetur *in illa Romana exsequutionis Apocæ 17. Maji 1697. §. Pro responsione impress. ut supra penes Card. Albit. de inconstant. in Judic. dec. 61. ex num. 28.* Judex namque obstrictus custodire formam, necessario irritat Census ex. gr. sine interventu pecuniæ celebratos, ast Princeps Supremus non ob-

25 stante inobservantia cujuslibet formæ, & cujuslibet, ut diximus, sententiæ de medio recte ceteroquin prolatæ per Judicem præexistente, ut diximus, credito, devenit, & devenire potest ad sui libitum ad validationem contractus, sicuti notorium est, & traditur per *Card. de Luc. de Censib. disc. 3.* cum aliis abunde cumulat. *in illa Cornetana Census 20. Jun. 1701., & in Perusina Census 4. Maji 1708. coram Me.*

Consequutive ad præmissa adeo necessaria pro substentatione arrogationis, licet queat, perdurantibus iisdem terminis habilibus, quandocumque intercedere, redditur, & est Principis roboratio, ut de facto, quod non potest facere Judex in termino simplicis, & ad nostrum effectum contradistinctæ, & contradistinguendæ adoptionis, ex quo tenetur illam simpliciter, vel admittere, vel reprobare, valeat a contrario Princeps Supremus apponere quascumque clausulas ad sui placitum moderatorias hujus, vel alterius effectus, alioquin ab arrogatione resultantis ex. gr. clausulam *vocatis vocandis*, clau-

26 sulam *sine præjudicio venientium ab intestato*, cum similibus, de quarum clausularum intelligentia non modica habita fuit amaritudo in prædicta *Romana Hereditatis de Pomis* tam coram Congregatione *Rev. Fabricæ*, quam coram *bo. me. Albergato 16. Februarii 1680. & 8. Februarii 1683.* sicuti videre est in præcitato Voto *Vespignan. il 10. post dec. Rembold. ex num. 13. cum seqq. usque ad 21.* & in prælaudata *dec. 647. ex n. 17. & n. 22. 24. & 28. par. 19. tom. 2. Rec.*

Amputata, seu sublata cervice prætensæ arrogationis, parum faciebat pactum, sive intermix-

mixta sub eadem arrogatione promissio, quod Carolus stare deberet loco filii, & nancisci jura successionis Christophori tam ex Testamento, quam ab intestato, quoniam citra inutilem repetitionem, & idem pactum, & eadem adamussim promissio continebatur in illa celebriori arrogatione, de qua manet
27 allegata *decisio in illa Romana exsequutionis Apocæ cor. Rmo Episcopo Conchen. dell' Olmo* nuper impressa per *Card. Albic. de inconstantia in Judic. la 61. ex num. 32. §. Ita corruente usque ad finem*, ibique ulterius Arrogator in eadem arrogatione inierat donationem universalem, sed hæc pariter judicata fuit prorsus inefficax, & insubsistens, respectu enim memorati pacti, & promissionis processum inibi fuit cum fatali dilemmate, quod vel idem pactum, eadem promissio famulabatur, seu accessoria erat arrogationi, tuncque abscisso capite decidebant etiam membra ab illo dependentia, & desumentia spiritum, & irrorationem vitæ, vel posito etiam per pravum intellectum, quod hæc pactio, & promissio maneret seorsim, & de per se, illa incidebat in alium pejorem scopulum *Legis*, nimirum *l. hereditatem C. de Codicillis, et l. pactum quod dotale, et l.*
28 *finalis ubi gloss. verbo pacisci C. de pact.*, per quæ jura execratur, seu irritatur quæcumque succesio Vivorum, quæ ligari, & deferri prætendatur per pactum inter vivos exosum semper, & abhorritum.

Atque hinc adversus hujusmodi tam solidum dilemma poterat ab iisdem Scribentibus pro Carolo prætermitti nimium aberrans a casu *Text. in l. quidam ff. de verb. oblig.*, ibidem namque duæ proponuntur stipulationes, altera meræ adoptionis, sive susceptionis in filium per effectivam adoptionem, & altera figuratur in terminis, in quibus aliquis filium alienum suscipiendo, promisisset se certam pecuniæ quantitatem filio præstiturum, & optime *Paulus* super utraque hypothesi respondet hasce valere stipulationes; verum jam diximus, non posse huic casui adaptari illum simplicis adoptionis, quæ secum non trahit, ut arrogatio commixtionem, & reciprocationem, & verum insitum agnationum, & Familiarum, unde deinceps certare compelluntur ut supra Scribentes, quomodo succurrendum sit isti adoptato; quoties adoptans illum exhereditaverit, vel emancipaverit, & in ordine ad alteram stipulationem certæ quantitatis, facti pariter species minime applicabatur, tum quia non tractabatur de nuda susceptione in filium, & promissione consequutiva, sed de expressa, vel de reliquo necessaria arrogatione, & ob

id quoties subinclusa sub ea, prout apparebat, exstitisset hæc stipulatio, illa tamquam accessoria, infracto, seu delapso principali, a quo pendebat, penitus corruisset, de cetero autem valde diversum est stipulari certam tantummodo quantitatem, vel e converso prout hic, certam successionem, vel
29 illius quotam; prædictæ namque leges hujusmodi pacta successionum respicientes, atque damnantes, non tollunt promissiones, seu stipulationes certæ quantitatis, ex prænotatis per *Andreol. controvers. 27. num. 11., & controvers. 312. n. 7., Fusar. de substit. quæst. 308. n. 6?., Cenc. de cens. quæst. 10. n. 22., Roderic. de ann. reddit. lib. primo quæst. 5. num. 5. vers. nec attenditur, Reverter. dec. 5. n. 7. ibique adden. De Marin. n. 2., & dec. 318. nu. 2. ibique pariter adden. n. 1., Rota dec. 154. n. 3. lib. 6. part. 9. rec.* cum aliis abunde congestis per *Torr. de Pact. futur. success. lib. .... cap. 4. n. 8., & cap. 6. pariter ex num. 8. ad seqq.*

Et de facto sic punctualiter quoque interpre-
30 tatur hujusmodi *Textum in leg. quidam cum filium, Alexander conf. 141. num. 1. vers. non enim potuit jus filiationis, et n. 2.*, nempe quod nequaquam eadem lex quidquam operatur, *ut ab intestato hereditas deferatur ei* (sunt verba præcisa) *qui erat tractandus ut filius, cum non possit jus filiationis induci ex sola conventione, non interveniente arrogatione, sive adoptione*, quod & confirmat *Jason. conf. 141. n. 27., et 28. lib. 4.* ubi solum loquens de arrogatione vera, eaque exarata auctoritate Cæsarea, admittit, quod si fuerit ulterius apposita pœna in Instrumento ejusdem arrogationis, quæ tamen hic neque per umbram intercessit, queat eadem pœna peculiaris, sed non successio adjecta in stipulatione exigi, alias ita paciscens teneatur ad interesse.

Et ita utraque.

Romana fideicommissi.

Veneris 8. Maji 1710.

ARGUMENTUM

Patet ex Summario.

SUMMARIUM.

1. *Restitutio in integrum conceditur quoties sententiæ non modo sunt nullæ, sed etiam injustæ.*
2. *Detractiones accidentales, vel præsumuntur consumptæ, vel non sunt detrahendæ, si heres ob non confectum Inventarium, & non redditam rationem actiones suas cum illis Testatoris confuderit.*
3. *Detractio legitima etsi non omittatur ob non confectum Inventarium, & ob non redditam rationem, concurrentibus tamen alie-*

nationibus vel consumpta censetur, vel satisfacta.

4. *Dotis vocabulum an reputetur sapere universalitatem, seu Jus universale.*

5. *Si vero naturam dotis exuat, & vertitur in aliam dispositionem puta fideicommissum, dotis titulus remanet penitus demonstrativus summa, in qua debet contineri fideicommissum, sed fideicommissum evadit particulare in illa summa, quæ prius erat dotalis.*

6. *Detractiones facienda non sunt a fideicommisso particulari.*

7. *Redditio rationis evidentius fieri nequit, quam ubi administrator discussis hincinde partitis, remanet Creditor, & non Debitor.*

8. *Cautiones, assecurationes, & vincula Judicis arbitrio relinquuntur.*

9. *Licet habeant Juris repugnantiam.*

DECIS. CDXCVII.

FEstina lente monebat *Sapiens*, cum enim fortasse minus propere curasset Paulus Franciscus Retia jacere, sive apponere impedimenta Annæ Theresiæ Matri pro assecuratione, seu vinculatione, & respective reintegratione integræ suæ dotis in sc.8000. ad eum, ut sperabat post Genitricis obitum obventuræ ex capite fideicommissi, in Capitulis Matrimonialibus ordinati, & juxta tunc eatenatas oppugnationes, victoriam quidem promeruisset plenariam, usque per tres conformes, ex late comprobatis *in præcedenti Decisione diei* 11. *Aprilis* 1707. *cor. me*. Ea tamen evanuit tamquam ephimera, quoniam ab antiquo sopore excitata Theresia, adeundo *Tribunal A. C.* pro infractione primordialis Annuli ex præmissis Catenis, eoque disrupto ex noviter penitus allatis, eisque validissimis demonstrationibus, necesse fuit, ut veritas, teneri nescia, qua lata Porta rueret, & tota triumphi machina collabesceret, & ideo quod *Domini a Decisis resilirent*.

Lamentabatur sane, sed tunc temporis inutiliter, Theresia in anteacta scilicet propositione, quod præsupposito etiam fideicommisso ad favorem Pauli Francisci filii post ejus decessum purificando, & etiam admisso extraordinario remedio appositionis vinculi super præfata sua obnoxia dote ob suspicionem dispersionis, nihilominus, vel nulla in substantia superesse poterant Bona fideicommissaria, quæ ad eumdem Paulum Franciscum spectare unquam valerent, vel saltem adeo modica apparerent, ut nec reintegranda, nec vinculanda ullatenus viderentur ad præsens, & per consequens contraria Judicata, quæ per antea emanaverant, nequiverant effonnare ullam rem judicatam, *in Priori Decisione* canonizatam, sed potius aperire debebant locum restitutioni in integrum, sicuti fieri debet, quoties sententiæ effonnatrices rei judicatæ, præcisive etiam a nullitate reperiantur in semetipsis injustæ, vel in parte, vel in toto, bonum quippe ex integra causa, & res judicata, seu senten-

1 tia, vel confirmari, vel infirmari, vel saltem reduci, & reformari, operæ pretium habent, ad tradita per *Text. in l.* 4. *§. Condemnatum ff. de re judic., Innocent. in cap. ex litteris sub num.* 7. *post medium, vers. Quia in primo casu de restit. in integr. Rota cor. Buratt. decis.* 92. *num.* 5. *dec.* 164. *num.* 1. *cor. Cavaler. dec.* 776. *num.* 2. *cor. Dunoz. jun. dec.* 103. *num.* 2. *dec.* 633. *num.* 1. *cor. Emerix jun., et in Romana Redditionis Rationis* 14. *Decemb.* 1708. *§. Supposita cor. me*.

Dicebat namque ipsa Theresia, se esse ereditricem super Bonis quomodolibet fideicommissariis Patris, superantibus detractionibus, tam legalibus, quam accidentalibus eamdem dotem, in qua consistebat totum fideicommissum, & consequenter cuncta Bona fideicommissaria. Verum in nihilo omnia hæc potuerant per Dominos attendi in præfata antecedenti Causæ propositione, ex quo cum eadem eeteroquin possiditrix paternæ hereditatis, nullibi usque ad illum diem reddidisset prævio opporruno Inventario opportunam rationem, & in hoc *idem* A.C. usque ab initio in prima sententia Theresiam condemnasset, evanidæ proinde reddebantur memoratæ exceptiones, & præsidia, deficiente quippe Inventario, & non reddita ratione, semper heres efficitur, sive remanet heres simplex, ideoque neutram speciem præmissarum detractionum quibat subducere a prænominato fideicommisso in Capitulis Matrimonialibus injuncto, quia circa primam speciem detractionum accidentalium, hæ in his terminis, vel præsumuntur consumptæ, vel minime detrahibi-

2 biles per illam actionum confusionem, quæ citra Inventarium, & redditionem rationis resultat inter heredem, & Testatorem, *Rota in Prænestina Affictus* 15. *Februarii* 1694. *§. Secunda vero cor. Emo Caprara, in Bononien. Fideicom. de Burzanis* 16. *Januar.* 1697. *§. Denique non obstat cor. Rmo Molines Decano, et in Romana Prælaturæ de Vecchiarellis* 9. *Decembr. ejusd. anni §. Eoque magis cor. me, et in Reatina Fideicomm. de Severis* 11. *Aprilis* 1707. *§. Hisce autem cor. Rmo Omanna Episcopo Giennen.*, & circa legales, nempe legitimam (de qua solum poterat agi cum

tra-

tractaretur de fideicommisso inito in contractu) licet illa non amittatur per omissionem Inventarii, & forte ob non redditam rationem, adhuc concurrentibus præcipue, ut hic, illismet alienationibus, quæ tribue-
3 rant ansam assecurationi, & reintegrationi, Theresia censebatur consumpsisse quamlibet legitimam, sive de ea exstitisse satisfactam, sicuti prosequuntur relati per *Rot. dec. 79. num. 12. par. 19.* cum aliis allegatis in altera *Decisione in hac Causa emanata die 11. Aprilis 1707. §. Nullibi cor. me.*

Quin etiam licet apud Neotericos disceptari cōtingat, utrum Dos sua adjacentia, seu vocabulo cōplexivo reputetur sapere univer-
4 salitatem, sive Jus universale, ut liquet penes *Bald. in l. final. num. 5. C. de sentent., quæ sine certa quantit., Petr. Barbos. in 3. par. Rubric. ff. de solut. matrim. num. 10. tom. 1. Card. de Luc. de dot. disc. 162. sub num. 11. de success. disc. 214. sub num. 24. versic. Solumque; Mantic. de tacit, et ambig. lib. 12. tit. 6. per tot.* nihilominus inquantum exuit naturam Dotis, & vertitur in aliam dispositionem, prout hic *ex. gr.* in fideicommissum, titulus Dotis remanet penitus demonstrativus summæ, in qua contineri debet fideicommissum, sed idem fideicommissum evadit particulare in illa summa, quæ prius erat
5 dotalis, & quæ per obitum ejusdem Conjugis gravatæ definit esse talis, ut unanimiter advertunt per *Text. in l. final. §. Filiæ ff. de legat. 2., Bald. cons. 464. n. 2. vol. 2. Card. Tusc. practic. conclus. tom. 3. litt. F. conclus. 234. n. 2. Peregrin. de fideic. art. 5. nu. 42.*

Si igitur præfata Dos induerat naturam Fideicommissi particularis, certe non ostenso per Theresiam, quod intraret casus subsidii per confectionem Inventarii, redditamque rationem, prætendere non valebat sub præcitatis prætextibus propriorum creditorum, & signanter legitimæ ullam defalcationem
6 super eodem fideicommisso particulari, ad hoc enim præcise prodiit Jus *Authenticorum*, & quotidie legitur firmatum per *Rot. decis. 124. num. 1. cor. Cels. dec. 113. n. 4. par. 2. divers., et dec. 185. num. 14. par. 6. rec. et in Bononien. Immissionis 18. Junii 1708. §. Ex his itaque cor. R. P. D. meo Falconerio.*

Verum enim vero tota *hodie* Scæna fuit, ut diximus immutata, ad unussim quando negligente Paulo Francisco Causam hanc super re judicata expedire, sive expeditioni demandare, Theresia comparuit in Theatro armata nova sententia *Tribunalii A. C.* canonizatoria præfatæ redditionis rationis paternæ hereditatis usque ad efficiendam illam creditricem in sc. 1974. undique perspicuis, & in suspenso relictis aliis sc. 6919.,
7 nulla quippe evidentior, & clarior redditio rationis facta dici potest, quam ubi Administrator, discussis hinc inde partitis remanet Creditor, & non Debitor, ut tradunt *Bal. in rubr. C. de fid. Instr. n. 62., Rimin. jun. cons. 338. n. 31., Soccin. cons. 149. n. 3. lib. 1., Rot. cor. Amat. Dunoz. dec. 934. nu. 1., dec. 207. n. 5. par. 15. dec. 591. nu. 1. par. 19. tom. 2. rec.*

Sublata itaque figura, seu persona heredis in Theresia, nihil, vel parum ad finem præsentis Judicii, in quo de simplici assecuratione, non vero de restitutione fideicommissi agebatur, restabat, quod vel spectare, vel prodesse posset Paulo Francisco, dos etenim, ut diximus, quæ prætendebatur subjecta fideicommisso, constabat in sc. 8000., e quorum conspectu posito triente pro legitima in sc. 2042. posito credito resultante ex redditione rationis scilicet sc. 1974. posita demum quantitate Dotis, quam non potuit Theresia recuperare ab eodem Paulo Francisco filio in scut. 1300., ecce quod absorpta palam remanebant de sc. 8000., in quibus diximus tam dotem, quam fideicommissum consistere, scuta 5384:, quibus adaugendo prætensionem indecisam sc. 6919., magis suspectus reddebatur Paulus Franciscus de dilapidatione, quam Mater, cui non solvit, non obstante relaxatione mandati, præfata sc. 1300. unde a primo ad ultimum visum non fuit posse amplius ambulari ob hanc facti metamorphosim cum hisce remediis extraordinariis, cautionum, assecurationum, vel vinculorum, quæ Judicis quidem religioni relinquuntur, & arbitrio, sed cetero-
8 quin habent Juris repugnantiam, ut ad terminos primæ propositionis videre est apud *Scribentes in §. penult. Authen. de fidejuss.. Bartol. in l. Prætoriæ la 3. num. 2. ff. de pret. stip., Menoch. de arbitr. Judic. lib. 2. cent. 2. cas. 193. nu. 2., & seqq. Rota in Bononien. Furni 20. Junii 1686. §. Nec hujusmodi cor. Matthejo impress. apud modern. Forolivien. post dissert. 22. dec. 3. nu. 4.* & in ordine ad
9 secundos habetur penes *Aret. in l. 2. in princip. nu. 13. ff. soluto Matrimonio Alex. in l. stipulationum la 2. nu. 12. de verbor. oblig., Menoch. loco supra citato cas. 140. n. 1., Modern. Paulutius dissert. 50. art. 2. n. 333.*

Et ita Theresia informante, & Filio pluries lacessito, & expectato, & ob id inutiliter ulteriorem dilationem expetente &c.

Faven-

Faventina Jurispatronatus.

Lunæ 12. Maji 1710.

ARGUMENTUM.

Masculi descendentes a Femina an includantur sub nomine Descendentium per lineam, sive ex linea masculina, & bene in proposito expenditur *Cons.85.Fulgos.*, & declaratur quando illud intret, & quando non. Præterea datur etiam vera intelligentia dictioni illæ *Quibuscumque* in Testamento appositæ, & adjectæ Descendentibus. Qualitas majoris natu sive naturalis, sive accidentalis restringi debet intra limites volitæ descendentiæ a Testatore, in qua discretive quilibet major natu si adfuisset, exstitisset ad succedendum invitatus.

SUMMARIUM.

1. *Juspatronatus quoad vocationem ad Jus activum, sive passivum regulatur cum terminis finitionis fideicommissorum.*
2. *In institutione ad Beneficium Patronale is semper præferendus est, qui reperitur de linea ultimi possessoris.*


Masculi descendentes a Femina derivante ab ultimo masculo possessore, etiam ubi volita sit qualitas masculinitatis sunt semper præferendi in successionibus.

3. *Quod procedit ubi vocabula* successivæ vocationis *existant indifferentia, & comprehendant tam masculum, quam feminam, quia femina de linea admissa vincit etiam masculum de alia linea non admissa*, & num. seq.
4. *Proximitas inter Proximiores concurrentes metienda est a perseverantia successionis in aliqua linea admissa a Persona ultimi defuncti, seu Possessoris.*
5. *Non comprehensis in successione volita a Testatore opponi potest adagium, substitutio de te non loquitur.*
6. *Pro capessenda certiori interpretatione voluntatis disponentis ad proœmium semper recurritur, si qua adsit in ulteriori dispositiva hæsitatio.*
7. *Masculi descendentes a Femina an includantur sub nomine simpliciter descendentium per lineam, seu ex linea masculina.*
8. *Masculi si sint a principio vocati uti masculi, & deinceps descendentes per rectam lineam masculinam ab eisdem filiis masculis, tunc descendentes debent esse progeniti per sexum virilem, & semper masculi.*
9. *Declarationi Mandatarii, sive Procuratoris multum est deferendum in enodanda mente, & intentione constituentis.*
10. *Approbatio Ordinarii in erectione Jurispatronatus an, & quando præponderet voluntati præcedenter expressæ per Fundatorem.*
11. *Verbum* Quibuscumque *comprehendit heredes etiam extraneos.*
12. *Descendentes masculi etsi per feminam, comprehenduntur sub verbo* Quibuscumque, declara num. seq.
13. *Oratio media nedum participat de extremis, sed ab eis semper recipit interpretationem.*
14. *Vocatio alicujus, ejusque filiorum, ac descendentium juxta* theoricam Cumani *intelligitur per vulgarem, itaut admisso primo, progressus expirare soleat.*
15. *Fundatori etiam citra reservationem Jurispatronatus a se factam, tacite semper conceditur Jus præsentandi pro se, ejusque heredibus in infinitum.*
16. *Dictio* Quibuscumque *sæpe operatur ut dispositio, quæ de per se posset habere terminos præfixos, excedat terminos, & extendatur in infinitum.*
17. *Testator si voluit, succedere debere masculos* per rectam lineam masculinam, *tunc non intras* cons. Fulgos. 85., *nec veniunt masculi descendentes ex femina.*

Intermediatio feminæ interrumpit, & corrumpit lineam masculinam.

18. *Testator si, defectis masculis, succedere voluit lineam femininam, non est præsumendũ voluisse deserere descendentes a Feminis Proximioribus ultimo Possessori*: Limit. n. seq.
19. *Testator si post extinctam lineam masculinam, vocaverit femininam, anteponere voluisse præsumitur descendentiam suarum filiarum, quas masculis exstantibus, excluserat.*
20. *Judex facere non debet testamenta, sed illa exequi.*
21. *Dictiones* ejus prædictis, dictarum ejus *adjectæ in testamento tamquam personalissima intelligi debent de filiabus immediatis vocati.*
22. *Masculi descendentes a filiabus propriis, & immediatis disponentis quando admitti debeant ad successionem.*
23. *Substitutioni præcedenti, non extincto, seu non evacuato priori genere vocatorum, subsequens non admittitur.*
24. *Qualitas majoris natu volita a Testatore intelligenda est in eadem descendentia a dicto Testatore designata, in qua si major natu adfuisset, successisset*, & num. seq.
26. *Institutio, sive Beneficii adjudicatio ei danda est, qui se a vero, & legitimo Patrono exhibet præsentatum.*
27. *In institutione ad Beneficium Jurispatronatus is semper in aliorum concursu præferendus est, qui est de Familia Fundatoris.*

CARO-



D E C I S. CDXCVIII.

ORnaverat jam pridem Carolus Bonaccursius Sacellum, sive Cappellam in Cathedrali Ecclesia Faventina sub Invocatione *Nativitatis S. Joannis Baptistæ*, *& quia*, *ubi Thesaurus*, *ibi Cor*, successive idcirco eamdem quoque locupletavit, constituta opportuna dote ad substentationem, & commodum unius Rectoris; Cumque proinde Jus præsentandi præfatum Rectorem reservasset (variis de cetero impositis conditionibus, & legibus) *pro se ipso*, *& ejus filiis per rectam lineam masculinam descendentibus quibuscumque*, *& eis non exstantibus*, *descendentibus ejus filiarum*, *& novissimo loco Magistratui*, *sive Antianis Civitatis Faventiæ*, contigit, quod extincta linea masculorum ex masculis, & subinde vacato Beneficio per obitum Vincentii ultimi Rectoris, exorta est contentio ab initio Trifaria, posteaque ad geminos redacta Oppositores, Philippum videlicet a Guidone præsentatum, & Georgium Franciscum a Josepho, quemadmodum superius liquet ex Arbore anteposita, & in bina colluctatione, sive pugna commissa tam coram Ordinario, quam hodie in *nostro Tribunali*, vicit *Philippus*, *cui Beneficium adjudicandum esse Domini dixerunt*.

Nec juvit Georgium, quod certamine hodie solum vigente inter promanantes a feminis, ipse descenderet per unicum medium femininum directe ab iisdem masculis per masculos recto tramite descendentibus, videlicet a Diana filia Sigismundi, & sorore Caroli de Bonaccursiis ultimi masculi, quapropter cum in hoc examine vocationis ad Jus activum, sive passivum Patronatus pro-
1 cedatur cum finitimis terminis fideicommissorum

forum ob ejusdem rationis identitatem, interpretandi scilicet mentem disponentis, ex adductis per *Card. de Luc. de Jurepatron. disc. 33. num. 9., & disc. 50. num. 5., Palm. Nepot. alleg. 101. num. 23., Marant. respons. 6. il 2. num. 14. lib. 5., Rot. cor. Buratt. dec. 21. nu. 6., & in recent. dec. 68. n. 7. par. 12., & in Auximana Iurispatronatus 27. Junii 1701. §. Quoniam, cor. Me.*

Hinc regula indubitanter assisteret ipsi Georgio, non vero Philippo præsentato, ut præmisimus, a Guidone, pluribus intersecantibus mediis feminis descendente a Maria filia Testatoris; Quoniam in concursu semper venit præferendus is, qui reperitur in linea, seu de linea ultimi Possessoris, seu quasi; non enim decet, & æquum est transire ad aliam lineam, nisi cessata penitus, & expirata eadem linea priori loco admissa, quoties in eadem linea admissa reperiuntur Personæ in eodem genere, vel qualitate capaces, prout loquendo de masculis descendentibus a femina derivante ab ultimo ma-
2 sculo Possessore, etiam ubi volita sit qualitas masculinitatis, uno ore affirmarunt *Ramon. consl. 100. num. 409., Fusar. consl. 80. nu. 5., Tiraquell. de Primogen. quæst. 40. nu. 229., Palm. alleg. 226. num. 59., et 91., Censal. decis. Lucen. 90. num. 12., De Luc. de fideicommiss. disc. 203. num. 11., alter de Luc. de Lin. legal. art. 20. num. 15., Rot. in Romana Casalis Aguzani 21. Junii 1701. §. Fortius, et in Avenionen., seu Carpentoractlen. Fideicommissi de Tertullis 2. Decembris 1705. cor. R.mo D. meo Decano*; adeout quoque, ubi vocabula *successiva vo-*
3 *cationis*, existant indifferentia ad comprehendendum tam masculum, quam feminam, femina de linea admissa vincat etiam masculum de alia linea non admissa, ex traditis per *Bald. in consil. num. 2. lib. 5., Tiraquell. de Primog. quæst. 10. n. 21., Gregor. Lopez leg. 3. tit. 13. par. 6., Gloss. in verb. Mulieres, vers. an autem femina, Roxas de incompatibil. par. 3. cap. 4. num. 31., Addeu. ad Molines de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 5. nu. 72. & seqq., Rot. in dec. 72. cor. Royas dec. 96. n. 20. coram Cerr. & dec. 65. n. 2. par. 8. rec.*

Conspirante in idem alia pariter indubia regula, quod cum Testator præsumatur se dispositioni Juris conformasse, & consequenter semper ad succedendum sive in Jure bursali, sive in Jure honorifico Proximiorem invitasse, ac voluisse, proximitas hæc inter concurrentes metienda veniat ob eamdem de-
4 centiam perseverantiæ successionis in linea admissa a Persona ultimi defuncti, seu Possessoris, ex adduct. per *Soccin. Jun. consl. 126. n. 27. lib. 1., Natt. consl. 22. n. 1. lib. 1., Roland. consl. 110. n. 4. lib. 1., Cephal. consl. 659. n. 48., Menoch. consl. 442. n. 10., Surd. consl. 403. n. 16. lib. 3., Peregr. consl. 50. lib. 5. De Luc. de lin. legal. art. 12. n. 2., Rocc. disput. select. cap. 3. nu. 1. Rota cor. Merlin. dec. 520. n. 11. & seqq., & dec. 681. per tot. par. 2., & decis. 526. n. 4. & seqq. par. 19. tom. 2. Rec., & in Asten. Prioratus super pertinentia 20. Januarii 1708. §. Accedit, & §. Minime, cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Siquidem *Domini* relinquentes in suo robore & casibus omnes hasce regulas, & discursus, ceteroquin veros, contrarium in præsenti hypothesi reputarunt esse certius, & justius, non abscedendo etenim ab iisdem regulis fideicommissariis recte, & congrue de reliquo adaptabilibus reservationi, & examini Jurium Patronatuū, animadverterunt, quod, attenta forma disponendi expressa per fundatorem, in nulla parte comprehensa erat femina descendens a filiis masculis priori loco volitis, & admissis, multoque idcirco minus Progeniti, & derivantes ab ea unde Georgius tamquam minime comprehensus in al-
5 terutra saltem ex eisdem partibus volitæ successionis, & respective reservationis Patronatus, subjiciebatur illi fatali percussioni, sive exclusioni, propter quam quotidie dicitur in ultimis voluntatibus, & fideicommissis *substitutio, fideicommiss. vocatio de te non loquitur*, de qua *Altograd. in consl. 48. nu. 1. lib. 1. Cyriac. contr. 281. n. 4., Rot. dec. 378. n. 2. par. 10., & dec. 238. n. 3. par. 15. Rec. & in Bononien. Fideicommissi de Volta 27. Aprilis 1695. §. Attenta præsertim, cor. R. P. D. meo Scotto*, & in præcisis terminis eadem *Rota in Amerina Fideicomm. 26. Junii 1697. §. Et porro in fin., & 21. Februarii 1698. §. Ex qua sane cor. Muto.*

Duas quippe lineas, sive attento mandato exarato in personam Sigismundi filii ad finem reportandi ab Ordinario, seu Capitulo approbationem suæ fundationis, ac reservationis Jurispatronatus, sive perspecta explicatione ejusdem mandati postmodum facta per mandatarium, videbatur Fundator præelegisse, sive invitasse pro exercitio Juris activi in præsentando, alteram nempe Agnatitiam, & alteram Cognatitiam; & circa primam satis fuisset pro qualibet amaritudine tollenda oculum apponere ad verba emissa in prædicto mandato Procuræ sub ipso principio, sive proemio declarativo illius intentionis, ut ibi = *animo, & intentione & habendi Juspatronatus, ejusdem videlicet Cappellæ pro se, & ejus filiis Masculis, & Descendentibus per rectam lineam Masculinam ex eo, & ex ejus filiis masculis perventuris,*

cum

6 cum enim ad prooemium semper recurratur, si qua in ulteriori dispositiva exstaret hæsitatio pro capessenda certiori interpretatione voluntatis disponentis, juxta monitum *Text. in l. final., ibique Bartol. num. 3. ff. de hered. instit., Oldrad. cons. 105. n. 1. Ancharan. cons. 180. num. 4., Tiraquell. in tract. cess. Caus. limit. 1. num. 65.* cum ceteris per *Rot. in dec. 543. n. 11. cor. Buratt. dec. 260. num. 9. cor. Cels., & dec. 213. num. 34. par. 19. rec., necnon in dec. 1305. num. 11. cor. Emerix jun.*

Utique nulla femina, aut descendentes ex ea poterant censeri in hujusmodi prima dispositione comprehensi; quicquid enim sit quoties vocantur simpliciter Descendentes per
7 lineam, seu de linea, vel ex linea Masculina, utrum in eo casu sub eadem linea Masculina includantur Masculi Descendentes ex Feminis, ad tradita per *Giovagnon in cons. 7. num. 41. lib. 1.; Peregrin. cons. 11. n. 15. post princip. vers. pro solutione lib. 2., Alex. cons. 96. num. 29. lib. 2. Andreol. controv. 251. n. 7.* cum aliis late per *Ridolphin. alleg. 111. a num. 2. per tot., Castill.* ceteris relat. *controv. lib. 3. cap. 29. vers. Immo in his terminis, Rot. cor. Merlin. dec. 66. nu. 2.* cum aliis per *Rot. in dec. 26. num. 2. 3., & seqq. par. 18. tom. 1. rec.*

Quotiescumque tamen noscuntur, prout hic, superius vocati a principio Masculi, & deinceps Descendentes per rectam lineam Masculinam ab iisdem filiis Masculis, certe supposito hoc initio inchoativo vocationis Ma-
8 sculi, iidem Descendentes postea per lineam Masculinam invitati, debent esse progeniti per sexum virilem, sive esse Masculi semper Descendentes ex Masculis, teste *Peregrin. de Fideicomm. art. 26. n. 4. & 20., Rodulphin. d. alleg. 111. nu. 6. Rot. dec. 493. nu. 6. & seqq. cor. Bich., & in rec. dec. 278. num. 16. par. 18., & in Romana Fideicomm. de Massiolis 22. Martii 1694. §. Nec pro exclusione cor. R. P. D. Priolo, et in Romana Fideicomm. Nicolai de Massiolis 20. Januarii 1702. §. Neque cor. R. P. D. Scotto, et in Oppiden. Beneficii 7. Maji 1703. §. Tantum abest cor. bo. me. Muto.*

In thesi autem nostra nusquam Fundator successive per umbram discordavit, aut abscessit ab hac parte proemiali, dum paulo post repetiit = *cum reservatione &c. tam sibi, quam ceteris ejus filiis, & Descendentibus Masculis* = & hoc ipsum replicavit Sigismundus filius, & respective Patris ut supra Mandatarius in Instantia facta coram Ordinario, pariter quippe lucidissime dixit = *& quod Jus dicti Patronatus, & præsentationis hujusmodi reservetur, & reservari debeat ipsi Sigismundo dicto nomine, & dicto ejus Patri suisque filiis, & Descendentibus Masculis per ejus rectam lineam Masculinam* = ac propterea tanto magis exsclusæ ab hac prima linea seu parte censeri debent Feminæ, illarumque Descendentes, dum voluntati clarissimæ mandantis per se ipsum sufficientissime
9 explicatæ superaccedebat etiam evidentior declaratio Mandatarii, cui multum defertur in enodanda mente, & intentione constituentis, quemadmodum connotarunt *Bald. in l. unica §. Ne autem n. 9. C. de Caduc. tollen., Dec. cons. 77. sub n. 7. in fin.* ibi = *Prima est, & vers. secunda conclusio, Mans. consult. 11. n. 10., Rot. dec. 534. n. 12. par. 4. tom. 3., & decis. 154. num. 4. par. 8., & decis. 58. n. 14. par. 16.*, & in præcisis terminis innuit eadem *Rota in dec. 345. n. 7., et 8. par. 13. recent.*

Maxime dum ad ejusdem Instantiæ normam factæ per organum specifici Procuratoris, immediate supervenit approbatio Ordinarii, sive Capituli, quæ adeo meretur in hac materia attendi, ut etiam, quatenus oporteret,
10 ipsa approbatio præponderaret, & præpolleret voluntati præcedenter expressæ per eumdem Fundatorem, ad firmata in puncto per *Rip. resp. tom. 2. tit. de Jurepatr. respons. 6. a nu. 1. ad 8., Rot. cor. Mantic. dec. 86. n. 5., & 6., et in Mediolanen. Jurispatronatus 21. Februarii 1707. §. Ex hac cor. R. P. D. meo Scotto, & in Asten. Prioratus super pertinentia 7. Decembris 1708. §. adhuc, & §. vis igitur confirmata 20. Martii 1709. §. quamvis enim cor. R. P. D. meo Aldrovando.*

Quin prædictis expressionibus tam claris etiam præcisive a supradicta approbatione, obsistere posse videretur ullo modo intermedia formula loquendi usurpata per Fundatorem ob additionem verbi, & particulæ *quibuscumque* ibi = *& ipsi constituenti concedi pro ipso, & ejus filiis per rectam lineam Masculinam Descendentibus quibuscumque*, quasi quod quemadmodum vigore hujusce ver-
11 bi, seu dictionis continentur, ubi subjecta materia patiatur, etiam heredes extranei, ita multo evidentius comprehendi valeant Descendentes Masculi, etsi per Feminam, secundum celebre *cons. Fulgos. 83. &c.*, ut respectu primæ propositionis scilicet verbi
12 *quibuscumque* habetur apud *Aret. in l. Gallus §. etiam si a Parente n. 56. circa med. ff. de lib., & posthum. Dec. in cap. in præsentia n. 150. de probat., Mandell. cons. 382. nu. 10., & 11., Surd. cons. 475. post n. 26., & 30., Riminald. Sen. cons. 437. n. 8., & 9., Capyc. Latr. consult. 75. nu. 222., Rot. post Torr.*

Torr. de pact. dec. 55. *ante n.* 18., *& cor. Dunozzet. Junior. dec.* 748. *n.* 24., *&* 25., *& cor. Otthobon. dec.* 265. *n.* 26., *& seqq.*, & in ordine ad secundam *Soccin. Jun. cons.* 2. *n.* 19. *lib.* 2., *& Surd. cons.* 183. *n.* 14., *Peregr. de fideicomm. art.* 26. *n.* 10., *Rot. in dec.* 183. *n.* 4. *cor. Priol.*, *& dec.* 807. *n.* 3. *& seqq. cor. Cer. & dec.* 15. *n.* 1., *& seqq. par.* 2. *divers.*, *& dec.* 21. *n.* 6. *par.* 14. *rec.*, *& in Romana fideic.* 8. *Martii* 1697. §. *data autem*, *&* 28. *Junii ejusdem anni cor. bon. mem. Ursino*, *& passim in aliis*.

Quoniam ultra illam replicationem, quod etiã quando hujusmodi pars intermedia ingerere posset, mediante præfato verbo *quibuscumque*, aliquam ambaginem, satis ea tolleretur a suis extremis, nequaquam, ut præmisimus, & ostendimus, vestitis prædicta dictione, seu verbo, *quibuscumque*; cum ora-
13 tio media nedum participet de extremis, sed ab eis recipere semper debeat interpretationem, ut affirmant *argum. Text. in l. talis scriptura in fin. ff. de legat.* 1., *& in l. qui filiabus*, *& l. si servus si plurim.* §. *final. ff. eodem tit. de legat.* 1., *Berov. cons.* 169. *n.* 14. *vol.* 1., ceteri recoll. per *Rot. in dec.* 1715. *n.* 26., *et dec.* 1731. *n.* 27., *et* 28. *cor. Coccin.*, *et dec.* 30. *nu.* 23. *cor. me*, *et in dec.* 111. *n.* 42., *et* 43. *par.* 5. *tom.* 1. *rec.*

Adhuc citra necessitatem ullius interpretativi medicamenti *Domini* adverterunt, quod cũ Fundator nullos gradus in hisce descendentibus masculis a masculis designasset, aut expressisset, adeout præcisive ab inportantia subsequentium verborũ adjectorum in parte conditionali, *et eis non exstantibus*, quæ videbantur posse de reliquo importare vocationẽ progressivam respectu Personarum nominatarum ante eamdem expressionem, certe de per se vocatio primorum filiorum, eorumque descendentiũ tam arida valuisset forsan ambulando cum prænominatis terminis fideicommissariis, castigari restrictione celebris doctrinæ *Cumani in l. Cum ita* §. *In Fideicommisso nu.* 4. *ff. de legat.* 2., per quam vocatio alicujus, ejusque filiorum, & descendentium intelligitur per vulgarem, itaut
14 admisso primo ex eisdem descendentibus, soleat quilibet progressus, & substitutio expirare, ad plene cumulata per *Menoch. in cons.* 640. *n.* 1., *& seqq.*, *Peregr. cons.* 44. *n.* 12. *lib.* 1., *Petra de fideicommis. quæst.* 5. *n.* 177. *Fusar. de Substitut. quæst.* 479. *n.* 53., *Cardinalis de Luca de Fideicommis. disc.* 91. *nu.* 3. *et disc.* 228. *n.* 2., *et Rot. dec.* 207. *n.* 1. ibique late *Adden. n.* 9. *cor. Gregor.*, *et dec.* 54. *n.* 1. *et seqq. cor. Arguell.*, *et dec.* 366. *n.* 9. *par.* 4. *tom.* 2., *et dec.* 190. *nu.* 8. *par.* 11. *Recent.*

Cumque id præmaxime repugnaret intentioni Fundatoris, cui adeo favet Ecclesia, ut citra expressam reservationem Jurispatronatus factam a Fundatore, ei semper tacite
15 concedat Jus præsentandi pro se, ejusque heredibus in infinitum per *Text. in cap. Vobis de Jurepatron.*, *Concil. Trid. sess.* 25. *cap.* 9. *de Reform.*, *Card. de Luca eod. tit. disc.* 55. *num.* 2., *et* 3., *et disc.* 69. *n.* 11. *et* 12., *Adden. ad Buratt. dec. pr. num.* 14., *Rota decis.* 517. *num.* 2. *par. pr. Rec.*, hinc recte idem Fundator probabiliter ad tollendam præmissam amaritudinem *Cumani*, vel contrarii possibilis intellectus, adjecit illam dictionem *quibuscumque*, amplexivam cujusdam infinitatis, ut satis sonare videbantur ipsa verba *pro ipso*, *et ejus filiis per rectam lineam masculinam descendentibus quibuscumque*; sicuti namque idem verbum *quibuscumque*, profecto nequibat retinere suam ordinariam universalitatem, ac generalitatem comprehendendi quodcumque genus Personarum, ac heredum etiam extraneorum, stante palmari arctatione ad descendentiam ex masculis, ita ad finem, ut utiliter operaretur, ad summum æquipollebat verbo in *perpetuum*, vel *in infinitum* idest masculis per rectã lineã descendentibus in infinitũ; & de facto, quod dictio *quibuscumque* sæpe sæpius solummodo
16 efficiat, quod dispositio, quæ de per se posset habere terminos præfixos, excedat terminos, & extendatur in infinitum, punctualiter post *Puteum dec.* 115. *nu. pr. alias* 110. *in lib. pr. in correctis*, recollexit *Barbos. in suis Tractat. variis*, sive *in Tractat. de Dictionibus dict.* 317. *num.* 10.

Evidentius autem (licet ex abundanti) ponderando, quod cum semper Fundator adhibuerit illam phrasim *per rectam lineam masculinam*, utique penetrata importantia illius verbi *rectam*, non poterant unquam intrare termini *prædicti Consilii Fulgosi* per Georgium prætensi, videlicet quod venire quoque possent masculi descendentes ex feminis, illis siquidem admissis, linea non esset amplius *recta*, vel si esset recta, non esset *recta masculina*, cum intermediatio feminæ
17 compareretur guttæ nigræ, quæ interrumpit, & corrumpit lineam albam masculinitatis, seu masculorum, ex bene connotatis per *Menoch. in cons.* 326. *num.* 83. *Fusar. quæst.* 346. *num.* 7., *Card. de Luca de Fideicomm. disc.* 27. *num.* 7., *Rota dec.* 630 *nu.* 3. *et* 4., *et dec.* 31. *num.* 17. *par.* 19., *et in Romana Fideicom. de Maffiolis* 20. *Januarii* 1702. §. *Neque*, *cor. R. P. D. meo Scotto*, *et in Perusina Fideicom.* 11. *Decemb.* 1702. §. *Et licet*, *cor. eod. R. P. D. meo Scotto*, *et in Romana Juris-*

Jurispatr. 3. Julii 1705. §. Accedebat 4. cor. R.mo P. D. meo Molines Decano.

Et ex his ad oculum jam demonstratis gradiendo ad secundam lineam cognatitiam, descendentium videlicet ex filiabus Fundatoris, nequaquam pariter Georgius contineri valebat sub illa, dum ipse, *ut ex Arbore*, descendebat quidem a Diana filia Sigismundi filii Cæsaris, sed non erat descendens a filiabus Fundatoris, ut erat Guido, qui Philippum præsentaverat, & respective descendebat a Maria immediata Caroli Fundatoris filia. Quamvis etenim fortasse asperum aliquibus videri posset, quod dum Fundator, evacuata linea masculorum ex masculis, deflectebat ad lineam femininam, seu, ut diximus, cognatitiam, desereret postea descendentes a feminis proximioribus ultimo Possessori, seu Patrono, & in quo-
18 rum lineam erat jam ingressa, & progressa
successio, sive hujusmodi Jus activum præsentandi ad luculenter supra firmata *in §. Nec iuvit cum sequenti*, quibus addi possunt *Giurb. de Success. legal. §. 2. gloss. 8. nu. 28. Rox. de Incompatibil. par. pr. cap. 6. §. 18. n. 85., Mart. de Success. legal. par. 4. quæst. 21. art. 16. num. 16., Rocc. disput. Jur. cap. 3. num. 12. cum seqq., Rota cor. Merlin. decis. 868. n. 33., & dec. 65. n. 2. & 6. par. 8. rec.*

Nihilominus passim hoc videmus practicari per Testatores, & disponentes, & forte non omnino irrationabiliter: Cum enim disponentes proprias filias ab initio contemnentes, totam dilectionem profundant in masculos, eorumque descendentiam masculinam, profecto eadem linea masculina extincta, volentes honorare latus cognatitiū, sive descensivum a feminis, æquius, & magis naturale iisdem disponentibus apparet anteponere descendentiam illarummet propriarum filiarum, quas ab initio, etsi coæqualiter cum masculis, ad normam Juris communis vocatas neglexerant favore suorum
19 filiorum, & descendentium masculorum,
uti signanter evenisse vidimus in præcipuo casu, de quo *in Romana Fideicomm. de Alvaris* disserto per *Angel. Rodulphin.* celebrē in Curia sui Ævi Advocatum *alleg.* 111. & plenissime nuper decisum fuit *in ead. Romana Fideicomm. de Alvaris* 12. *Januarii præteriti cor. R. P. D. meo Aldrovando*, quin etiam a fortiori pariter vidimus Ascendentes quandoque in novissima tandem voluntate proprias filias reintegrasse ad succedendum cum masculis, ut non minus de recenti habetur *in illa Romana Fideicomm.* 24. *Martii* 1710. *coram Me*.

Ast quidquid dicendum, seu cogitandum foret de hisce discursibus, nos Testamenta non
20 facimus, sed exsequimur, ut dicebat *Imperator in §. Disponat, Auth. de nuptiis*, unde
applicando ad rem cum constantissime Fundator in universis Partibus sui mandati Procuræ, de quo *Summario Philippi Num. 1.*, illiusque filius mandatarius, & Patris Procurator, *dicto Summario Num. 2.* eisdem filiis, & descendentibus non extantibus reservare sategit secundario Jus præsentandi *pro Descendentibus, & ejus filiabus, masculis tamen ex eis legitime descendentibus*, & rursus, & eis (scilicet masculis) non existentibus *prædictis descendentibus dictarum ejus filiarum*, & denique descendentibus *ex ejusdem Caroli Patris filiabus masculis*, quis dicat, aut poterit abscedere a volita reversione extinctis masculis ex masculis, ad descendentes masculos ex proprio corpore filiarum propriarum ejusdem Fundatoris, cum præmissæ dictiones *ejus, prædictis, dictarum, ejusdem Caroli*, tamquam personalissimæ, & ad oculum demonstrativæ, necessario intel-
21 ligi debeant de filiabus immediatis, ut late
perpendendo vim earumdem dictionum, tradunt *Menoch. cons. 328. num. 20., Redenasc. cons. 17. num. 29. Castill. controv. Jur. lib. 5. cap. 92. num. 18. & seqq. Peregr. de fideicomm. art. 26. num. 19., Tondut. resol. civil. cap. 99. num. 15. lib. 1., Saminiat. controv. 201. num. 60. & seqq., Urceol. decis. Florent. 4. num. 34. & seqq., Rot. cor. Cerr. dec. 906. num. 5. & seqq., & cor. Bich. dec. 256. num. 17. & seqq. & dec. 480. num. 25. & in rec. dec. 667. nu. 6. par. 2. & dec. 118. num. 11. par. 17., et dec. 19. num. 5. ad ornatum Card. de Luca de fideicomm., et in Romana Fideicomm. 10. Januarii 1690. §. Hujusmodi vero cor. R. P. D. Priolo, et in Perusina Fideicomm. 11. Decembr. 1702. §. Et licet cor. R. P. D. meo Scotto.*

Omnibusque generalibus omissis, & præsertim quando, prout hic, aderat effective Maria, a qua Guido descendebat, quæ erat filia non solum immediata, sed præcognita Fundatori de tempore initæ fundationis, quod tunc posthabitis descendentibus a feminis
22 provenientibus a masculis primario voca-
tis, admitti debeant masculi descendentes a filiabus propriis, & immediatis disponentis, vel alterius personæ præcise, & personaliter designatæ, ultra præfatum exemplum allatum *in Romana Fideicomm. de Alvaris*, videre est in plena *dec. 359. per totam*, & signanter *num. 10. et 11. cor. Emer. Jun.*, & consonant ante eum pariter *dec. 981. coram Dunoz. Jun., et dec. 244. et 271. cor. sa. me. Alexandro VIII.*

Stante igitur littera tam clara, exaudiri minime merebantur considerationes ab informantibus pro Georgio deductæ, vel quod data hujusmodi intelligentia, sequi potuisset absurdum, quod Antiani Civitatis tertio loco vocati ad istud Jus præsentandi valuissent succedere, vel quod non bene verificaretur antelatio concessa inter descendentes illi, qui foret major natu, & antiquior; nam circa somniatum absurdum, illud penitus fugabatur, quia donec exstarent descendentes a filiabus propriis Fun-
23 datoris, ad quas fuerat, ut præmisimus, restricta intermedia vocatio, in nihilo sese valebant ingerere prænominati Antiani; non extincta etenim præcedenti substitutione, seu non evacuato priori genere vocatorum, nusquam subsequens admittitur, ut inquit *Gloss. in l. cum ita, §. In fideicommisso verb. nominati sunt, ff. de legat. 2. l. final., Cod. de verb. signific., Bald. consf. 407. n. 13. lib. 1., Surd. consf. 238. num. 4. et seqq. Guttier. Canon. quæst. lib. 2. cap. 1. nu. 64. Gratian. discept. 815. num. 8. et seqq., Rot. cor. Carill. dec. 266. num. 1. et 2. et dec. 151. n. 2. in fin. par. 3. rec., et in Hortana Beneficii 3. Julii 1700. §. Talisque cor. R.P.D. meo Priolo, et in Romana Jurispatron. 3. Julii 1705. §. Ex lectura cor. Rmo P.D. meo Molines Decano.*

Quo vero ad antelationem majoris natu, hæc neque per imaginationem offuscabat præmissam restrictionem resultantem ex mente Fundatoris ad descendentes ex filiabus immediatis ejusdem Fundatoris, qualitas namque hæc, sive naturalis, sive accidentalis majoris natu refrænabatur intra Cancellos
24 ejusdem volitæ descendentiæ, in qua discretive quilibet major natu, si adfuisset, exstitisset ad præsentandum invitatus, ut in fortiori pariter concurrebat in toties allegata *Romana Fideicommissi de Alvaris coram R.P. D. meo Aldrovando*, eademque qualitas majoratus, sive eadem circumstantia majoricitatis adamussim prudenter ordinari, sive exquiri solet in exercendis hisce Juribus, pietatem, & judiciosam circumspectionem redolentibus, seu redolere debentibus, ut
25 distinguendo etiam inter Regulares Primogenituras, & majoratus saltuarios, præcise observavit *Card. de Luc. de fideic. disc. 1. n. 14., et disc. 2. n. 2., et disc. 5. n. 3.* & ante eum habetur in celebri *consf. Soccin. inter illa Curtii 4 ., cum concordan. relatis per Peregrin. consf. 47. lid. 2. Altograd. consf. 79. nu. 56., et seqq., Torr. de major., et Primogenit. d. cap. 40. n. 62.,* & alibi passim.

Absoluta indubitabili præponderantia fundamentorum, quæ assistebant Guidoni, recte, ut ab initio innuimus, fuit Cappellania adjudicata Philippo, ei namque dumtaxat de-
26 bet fieri adjudicatio, sive concedi institutio, qui sese a vero, & legitimo Patrono exhibet præsentatum, ex congestis per *Marant. respons. 89. n. 1., et 32. part. 3., Vivian. de jurepatr. lib. 12. cap. 8. num. 1., Rot. coram Cels. decis. 85. n. 1., et dec. 280. num. 1. par. 17. rec., et in Abellina Jurispatronatus 18. Junii 1696. §. Siquidem, et in Camerinen. Beneficiatus 2. Julii 1708. §. Ea ratione cor. Rmo P.D. meo Molines Decano, et in Majoricen. Beneficii 10. Maji 1709. §. 1. coram R.P.D. meo Falconerio.*

Nulla de cetero cadente quæstione circa Juspatronatus passivum, stante quod Fundator præscripserat = *casu, quo contingat præsentari, et nominari unum extra familiam descendentium ipsius Domini Constituentis tam masculini, quam feminini generis, ut supra tunc eligatur etc.* = Quoniam citra discursum, & hæsitationem idem Philippus, tamquam frater Guidonis, erat de familia descendentium Fundatoris, & consequenter etiam quando alias ageretur de concursu, nihilominus ex
27 hoc capite etiam tamquam Compatronus, qualis non erat Georgius per præmissa exclusus ab hac vocatione omnino præferendus, sive vigore ejusdem passivi Patronatus sive etiam de honestate, juxta perpensa per *Geminian. in cap. Cum Ecclesia de Præben. in 6., Roman. consf. 399. num. 5. Rocc. de Curt. de Jurepatr. verb. Honorificum quæst. 4. num. 256. & seqq. Card. de Luc. eod. tit. disc. 18. num. 5., & disc. 16. num. 5., Rota in Foroliven Loci Consilii 5. Maji 1704. §. Quod autem, & in Corduben. Cappellania 29. Aprilis 1705. §. Ejusdem irrelevantiæ cor. Rmo D. meo Molines Decano.*

Et ita utraque &c.

Placentina Decimarum.

Veneris 16. Maji 1710.

ARGUMENTUM.

Exactio Decimarum ante divisionem Parochiarum spectabat ad Episcopum tamquam Parochum universalem totius Diœcesis, divisis vero pro meliori, ac propriori regimine, & pabulo animarum sub *Dionysio I.* iisdem Parochiis, eadem Juris assistentia pro decimarum exactione militans pro Episcopo cessavit, & militavit e contra pro Parochis. Ista tamen divisio non fuit generalis, & qui illam allegat debet plene, & concludenter probare. Papa ad hoc ut derogatum censeatur Conciliis Œcumenicis, habere debet scientiam certam, & indubitatam illorum,

lorum, & requiritur mentio individua, & derogatio specialis, nec sufficit generalis. Jus decimandi per viam Feudi perpetui independenter a facto, sive commoditate exigendi Decimas, an concedi possit a Summo Pontifice Laicis absque clara illius dispensatione, atque indubitabili voluntate.

SUMMARIUM.

1. *Jus exigendi Decimas spirituales spectat ipsi Parocho immediato ratione laboris, seu administrationis Sacramentorum*, & n.6.
2. *Et ante divisionem Parochiarum spectabat ad Episcopum tamquam Parochum universalem totius Diœcesis.*
3. *Monachi Congregationis Olivetanæ vigore suorum Privilegiorum, & Constitutionum Apostolicarum sunt exempti a præstatione Decimarum.*
4. *Levita a Levitis, & Clerici a Clericis non debent Decimas exigere.*
5. *Nec Episcopus a Parocho, neque Summus Pontifex ab ipso Episcopo.*
7. *Divisio Parochiarum pro majori, ac proprio regimine, & pabulo Animarum initium sumpsit a Dionysio I. Summo Pontifice.*
8. *Diversimode aliquibus censentibus circa divisionem propriarum Diœcesum, sive Episcopatuum.*
9. *Hæc tamen divisio non fuit generalis, cum in Hispaniis præsertim contrarium servetur, ubi Episcopus reputatur Parochus universalis, & ceteri qui improprie Parochi nuncupantur sunt ejusdem Episcopi Administri.*
10. *Probandi onus incumbit ei, qui in aliquo se fundat.*
11. *Præsertim si pro reo stet regula certa.*
12. *Et prætendenti limitationem opus est de ea docere.*
13. *Factum, & assertio Papæ communita ab antiquissima observantia plene probat.*
14. *Testium depositiones ad perpetuam examinatorum nihil probant.*
15. *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*
16. *Fides Testium nimis æquivoca, & vaga non sunt ullo modo attendenda.*
17. *Sanctuarium Dei jure hereditario possideri non debet a Laicis.*
18. *Laici Decimas spirituales exigere tentantes excommunicationis vinculo puniri debent.*
19. *Et quid contra illos, qui spiritualium Decimarum exactionem Laicis concedunt.*
20. *Ad hoc ut a Pontifice derogatum dicatur Concilio Lateranensi requiritur mentio individua, & derogatio specialis.*
21. *Ad differentiam novissimi Concilii Tridentini, cui Papam derogasse intelligitur, quoties contra ibidem determinata disponit.*
22. *Clausula* non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis *importat derogationem illarum Constitutionum, quæ promanarunt a solo Papa, non autem per Papam junctim cum Oecumenico Concilio.*
23. *Clausula* Quorum tenores *non supplet quando non legitur facta mentio de eo, cui derogare specialiter necesse est.*
24. *Papa si præsumatur scientiam habuisse antecedentium Conciliorum generalium, eo ipso quod volens, & sciens aliquid fecerit contra illorum Constitutiones, dispensasse videtur.*
25. *Hæc tamen scientia Papæ debet esse certa, et penitus indubitata.*
26. *Rejicitur opinio* Solarzan. de Jur. Indiarum lib.3.cap.1.num.626.
27. *Concilia Oecumenica cum habeant clausulas derogatorias ad futuras ordinationes, si Papa contra illa aliquid statuat, præsumitur in eo defectus voluntatis, ex quo Summus Pontifex regulariter profitetur nolle derogare Conciliis generalibus, nisi id dicat expresse.*
27. *Adeout potius præsumatur, quod Gratia contraria Conciliis generalibus per Papam attributa fuerit extorta, vel per importunitatem petentis avulsa.*
28. *Jus decimandi per viam Feudi perpetui independenter a facto sive commoditate exigendi Decimas concedi nequit a Summo Pontifice absque clara illius dispensatione, & indubitabili voluntate Laicis*, & n.33.
29. *Jus exigendi oblationes spectat ad solos Sacerdotes exclusive ad Laicos.*
30. *Hoc tamen aliquando concessit S. Sedes Regibus, Principibus, vel Magnatibus ob eorum egregia merita, & servitia præstita eidem S.Sedi.*
31. *Laicis prohibitum non est percipere Decimas etiam ad propriam commoditatem jure tamen alieno, & veri Decimatoris Ecclesiæ scilicet, vel Episcopi.*
32. *Exactiones Decimarum bene possunt Laici in affictum recipere*, & n.61.
33. *Illasque in feudum perpetuum detinere tolerantur*, Limit.n.35.
34. *Laici sunt incapaces percipiendi Decimas spirituales, unde illorum perceptio nec per momentum stare potest apud Laicos.*
35. *Affictum Decimarum intantum probibitum est in feudum perpetuum dari posse ab Episcopo, quia hoc esset vera alienatio fructuum Ecclesiasticorum, quæ est omni Jure prohibita.*
36. *Locationes, & affictus ultra triennium fieri ne-*

nequeunt, ab Ecclesiis, Episcopis, ceterisque Personis Ecclesiasticis bonorum Ecclesiasticorum.

37. *Limita si Pontificis, seu S. Sedis accedat consensus, quia tunc tenet quæcumque perpetua locatio, alienationem etiam perpetuam sapiens.*

38. *Quod procedit etiam in locationibus Decimarum, quæ ab ipso Summo Pontifice, vel cum approbatione S. Sedis Laicis in perpetuum fiunt.*

39. *Et an tali casu sufficiat confirmatio Apostolica in forma communi.*

40. *Laici sunt capaces exigendi fructus, qui Decimæ compellantur, non vero Juris Decimandi.*

41. *Discretiva locutio in Summo Pontifice est multum attendenda ad eruendam ejus voluntatem.*

42. *Emphyteusis, quæ cum feudo fraternizat facit quod jus directum penes proprietarium, & commoditas percipiendi fructus penes Emphyteutam existat.*

43. *Exactio ejus nomine facienda est, cui spectat solutio.*

44. *Papa quando approbat contractus locationis, seu emphyteusis perpetuos solet semper inspicere Ecclesiæ utilitatem, mediante formula, quæ dicitur* si in evidentem.

45. *Centenaria facit præsumere meliorem titulum de Mundo.*

46. *Et ad hunc effectum sufficit etiam quadragenaria cum titulo.*

47. *Concilium Constantiense declaravit nullas, & irritas concessiones durante schismate factas, ex quo tunc illis temporibus quilibet pro Papa se gerebat, & gratias, concessionesque inordinate profundebat.*

48. *Id tamen verum non est, vel est admodum dubium, cum idem Concilium Constantiense pro bono pacis, & ad instantiam Principum successive roboraverit gesta durante schismate.*

49. *Concessiones correspectivæ, & onerosæ nusquam cadunt sub quibuslibet revocationibus.*

50. *Revocationes tamquam odiosæ nusquam extenduntur ad Decimas, seu fructus.*

51. *Decimæ, & fructus venire nequeunt appellatione immobilium, & stabilium.*

52. *Centenaria in alienationibus rerum Ecclesiasticarum ex Constit. fa. m. Urbani VIII. præsumere facit Beneplacitum Apostolicū.*

53. *Etiamsi illa non foret perfecte completa.*

54. *Facta antecedentium nisi sint iniqua, & injusta servari debent, stabilesque remanere Gratiæ Principum.*

55. *Innocent. III.* in Cap. Nuper de Decimis *commonitionem, quam fecerat Abbatibus Ordinis Cisterciensis, & respective prohibitionem ne se eximerent a Decimis præter illis propriorum bonorum, & Hortorum, abrogando quæcumque privilegia extendit ad omnes Regulares.*

56. *Et hæc privilegia quoad bona, quæ Monaci propriis manibus, & sumptibus colebant extendenda non sunt ad illa bona, quæ propriis manibus, & sūptibus non colebant.*

57. *Et qualitas hæc, quod propriis manibus, & sumptibus colerentur bona, ostendenda est ex parte Monasterii, alias juvari nequit hujusmodi exemptione.*

58. *Decimæ quoties per S. Sedem concessæ sunt alicui ex titulo speciali postmodum per quodcumq; privilegiū superveniens sublatæ nunquam censentur a Concessionario.*

59. *Formula præscripta in Beneplacito Apostolico* si in evidentem *si fuerit neglecta, aut contempta, Beneplacitum corruit.*

60. *Producens titulum invalidum præsumitur meliorem non habere.*

61. *Derogatio Cap. Prohibemus an requiratur ad effectum concessionis Apostolicæ factæ de Decimis Personis Laicis.*

62. *Beneplacitum non præsumitur per productionem tituli invalidi, quando observantia est regularis, & ordinaria* annor. 30. & 40.

63. *Revalidatio tituli præcedentis recte obtenta præsumitur post centenariam, neque opus est post d. tempus illam amplius allegare.*

64. *Ecclesia Parochialis si habet proprium, & verum Parochum in titulum, & omnino divisum, tunc ipsa habet intentionem fundatam in activa exactione Decimarum adversus Episcopum.*

65. *Si vero proprius Parochus universalis existat Episcopus, adhuc pro bonis dotalibus ejusdem Parochiæ donatis, vel relictis intuitu Curæ Animarum adstringi nequit illius Rector ad solutionem Decimarum.*

66. *Quidquid sit de aliis bonis pertinentibus ad eamdem Ecclesiam Parochialem non intuitu Curæ, sed pro Anniversariis, & dote aliarum Cappellaniarum inibi existentium.*

67. *Bona relicta pro explenda Cura Animarum esse debent immunia a quacumque decimatione.*

68. *Erectio fieri nequit sine dote Ecclesiarum, Beneficiorum, & maxime Parochialium.*

69. *Alias esset, ut per Beneficialistas dici solet* Parochialis de Pertica.

70. *Decima debentur etiam in bonis dotalibus Parochiæ, donec sciatur an, & quæ sint ista bona dotalia Parochiæ, & hoc onus non pertinet ad eum, qui reperitur in quasi possessione illas perficiendi.*

71. Bo-

71. *Bona dotalia relicta intuitu Curæ animarum licet non sint decimabilia, an id percutiat ipsum Episcopum, seu Superiorem.*

72. *Bona existentia extra Parochiam non gaudent exemptione Decimarum.*

73. *Bona pro dote assignata Ecclesiæ Parochiali jam Decimis obnoxia transeunt cum sua onere in eamdem Ecclesiam.*

DECIS. CDXCIX.

Vel quia Jus exigendi Decimas Spirituales regulariter attinet ratione immedia-
1 ti laboris, seu administrationis Sacramentorum ipsi Parocho immediato ad *Textum in Cap. Cum contingat de Decim.*, prout ante divisionem Parochiarum spectabat ad Episcopum tamquam Parochum universalem
2 totius Diœcesis, ut *in cap. final. ibique Gloss. de Paroch.*, vel ex quo in concessione, de qua agebatur facta per Summum Pontificem *Bonifacium IX.* DD. de Anguiscziolis, nullibi derogatum appareret *Concilio Lateranensi in celebri Cap. Probibemus eod. Tit. de Decim.*, vel ex quo idemet *Bonifacius IX.*, & ipsum *Constantiense Concilium* successive revocaverint hujusmodi concessiones in difficillimis illis temporibus per antea profusas, ut in *Constitutione ejusdem Bonifacii*, quæ incipit *Intenta salutis operibus*, & in prædicto Concilio Constantiensi *Sess. 43. de Exemption. penes Labeum tom. 4. fol. 254.*, vel etiam quia Mo-
3 nachi Congregationis Olivetanæ erant exēpti ab hac præstatione Decimarum vigore Privilegiorum, ac *Constitutionum Summorum Pontificum Eugenii IV., Pii IV., & Julii II.*, vel pariter inspecto Sac. Tribunalis Judicio alias contra DD. de Anguiscziolis pronunciato *cor. Durano dec. 205. & decis. 238.* Vel demum quia Levitæ a Levitis, &
4 Clerici a Clericis non debent Decimas exigere, prout definivit *Paschalis II. in Cap. Novum genus 2., præfato tit. de Decim.*, & maxime Episcopus a Parocho, a quo Episcopo jura metiebantur DD. de Anguiscziolis, sicut nec ab ipso Episcopo proportionabiliter
5 Summus Pontifex, quemadmodum punctualiter ad hos terminos descendendo demonstrat, & firmat *Pater Passarinus ad eumdem tit. de Decim. lib. 3. Decretal. quæst. 7. artic. 8. n. 168. & 169.*

Expergefactus Abbas Sancti Sepulcri, cui, cujusque Monasterio unita fuerat ab *Alexandro VI.* Parochialis Ecclesia SS. Cosmi, & Damiani, inhibendum curavit D. Marchioni de Anguiscziolis, ne super Bonis in calce ejusdem Inhibitionis descriptis, & ad præfatam Ecclesiam Parochialem attinentibus auderet in vim concessionis, quam asserebat, a præfato *Bonifacio IX.* reportasse, quicquam titulo Decimarum exigere, ideoque introducta desuper controversia coram Ordinario contigit, hujusmodi Inhibitionem revocari, & consequenter Dominum Marchionem ab Abbatis petitione absolvi, & liberari; Ascendente autem negotio ad Curiam Romanā, in oppositum sensum abivit A. C. unde alternante Victoria superius Sacri Auditorii Judicium fuit appellatum, in quo *Me proponente prima vice*, scilicet *sub die 31. Januarii proxime præteriti* ob suffragiorum discrepantiam Prælium stetit in ancipiti, donec tandem *bodie*, Pugna restaurata, *Domini Mavis existimarunt Decimas deberi*.

In ordine siquidem ad primum Propugnaculū assistentiæ in substantia Juris, non fuit apud DD. considerabilis hæsitatio, quo minus memorata distinctio veriori, & receptiori Sententiæ inniteretur, nempe quod ad concordiam reducendo præfatas *Sac. Canonum* sanctiones registratas in *Cap. Cum contingat*, & in *cap. fin. de Decim.*, ubi indistinctæ, & indivisæ essent Parochiæ, Jus assistere active decimationi Episcopi, ubi vero forent distinctæ Parochiæ, cessaret eadem assistentia Juris pro Episcopo, & militaret e contra pro Parocho, ferens enim pondus diei, & æstus & immediate ministrans pabulum Sacramentorum certis Parochianis, ab eis de jure debet recipere mercedem quodāmodo cor-
6 respectivam labori in exactione Decimarum, per ea quæ plene dispungunt, & ostendunt per *Text. in cap. Quoniam, cap. Cum contingat, & ad Apostolic. de Decim. Tib. decis. resp. 6. vol. 2. nu. 18. Barbos. de Jure Eccles. in univers. cap. 26. §. 2. num. 3., Card. de Luca de Decim. disc. 18. nu. 6. 7. Rot. dec. 344. et 412. cor. Royas dec. 802. num. 10. cor. Seraphin dec. 207. num. 12. dec. 279. num. 1., et dec. 1470. num. 1. cor. Coccino, dec. 773. et dec. 1277. utrobiq; num. 1. cor. Emer. jun. et dec. 661. sub n. 5. et 6. par. 18. Rec.*

Verum applicando activa passivis, nequaquam per Abbatem ostensum fuit, quod in Diœcesi Placentina, Parochiæ essent distinctæ, prout tamquam fundamentum propriæ intentionis, vel exceptionis compellebatur justificare, non solū quia licet sedente in Divi Petri Cathedra *Dionysio* I. initium sumpserit divisio Parochiarū, veluti quarumdam subal-
7 ternantium Diœcesum discretio pro melioti, ac propriori regimine, & pabulo Animarum unanimiter ita affirmantibus per *Text. in Can. Ecclesias singulas 13. quæst. et in cap. Pastorali de bis quæ fiunt a Prælat. Abb., ceterique Canonistæ in Rubric. de Paroch., Filesac. de origin. Parochiarum cap. 4. in princip.*

Pas-

Passerin. de Statu [illegible] art. 7. nu. 20. Barbos. de Off. et Potest. Parochi par. 1. cap. 1. n. 17. et seqq., Rot. dec. 380. num. 5. par. 5. tom. 1. Rec. diversimode dumtaxat censentibus plerisque, seu nonnullis in divisio-
8 ne propriarum Diœcesum, seu Episcopatuum, ad late disserta in *Nullius, seu Fulden. Jurisdict. super Bono Jure prima Junii* 1708. *§. Siquidem facile alias* 16. *cor. Me*.

Nihilominus hæc ceteroquin saluberrima divisio non fuit ex rationabilibus fortasse causis, vel impedimentis ubique practicata, & passim præ ceteris in Hispaniis contrarium servatur, ubi reputatur, & est Episcopus Parochus universalis, ceterique, qui impro-
9 prie Parochi vocantur, potius in rei veritate sunt ejusdem Episcopi administri, ex notatis per *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancell. Gloss.* 6. *nu.* 68. *et* 77. *cum seqq. Rot. dec.* 74. *n.* 5. 9. *et per tot. cor. Zarat. dec.* 309. *n.* 5. *par.* 2. *divers. dec.* 397. *num.* 4. *par.* 19. *Rec., et loquendo de Diœcesi Ferrarien. Pigant. ad Statut. Ferrar. in annot. ad Bullam Bonifacian. num.* 135. *cum aliis in Ferrarien. Decimarum super jure universali decimandi prima Julii* 1697. *§ Pro remotione cor. R.mo dell' Olmo Episcopo Conchen.*

Ac propterea quidquid esset, utrum hanc divisionem initam fuisse in Diœcesi Placentina
10 oneri incumberet Abbatis, qui sese in eadem divisione fundabat, ut inquit *Bald. in l. fin. §. Necessitate, Cod. de bon., quæ liber., Mascard. de probat. vol.* 1. *concl.* 5. *sub n.* 4. potissime cum ex parte Episcopi staret regu-
11 la certior, quod ita esset ab initio per *dictum Text. in cap. final. de Paroch.* unde regulariter prætendenti limitationem, opus
12 erat de ea edocere, ad tradita quoad primam conclusionem per *Gratian. discept. for. cap.* 101. *num.* 6. *et per Card. de Luca de Decim. disc.* 18. *num.* 12. *de Regal. disc.* 60. *n.* 7. *et de feud. disc.* 6. *nu.* 5. *Rota dec.* 251. *n.* 4. *et dec.* 274. *num.* 4. *cor. Mantica*, & quoad secundam per *Felin. in cap. Quoniam frequenter colum.* 3., *ut lit. non contestat., Dec. cons.* 142. *n.* 4., *Mascard. de probat. conclus.* 1268. *num.* 2., *Rota dec.* 436. *num.* 13. *cor. Priolo in Firmana Fideicomm.* 4. *Maji* 1705. *§. Justitia siquidem coram Me, cum aliis in proposito relatis in Ferrarien. Decimarum super Jure universali decimandi* 8. *Junii* 1696. *§. Qua proinde cor. bo. me. Ursino*, licet in rei veritate tale onus comprobandi non divisionem *Doctores* ipsaque *Sacra Rota* humeris Episcoporum videantur imposuisse, ut patet penes *Derof. consult. jur. tom.* 1. *consult.* 9. *n.* 3. *Rot. dec.* 270. *per tot. par.* 3. *dec.* 100. *n.* 24. *par.* 10. *et dec.* 2. *nu.* 27. *par.* 18. *Rec.*

Nihilominus cessare visa est amaritudo, dum inspecto tenore Brevis, seu Bullæ *Bonifacii IX.* de qua proxime liquebat Mensam Episcopalem Placentinam hasce decimas exigere de anno 1400. quodque eo temporis fratres, aliique de Anguisciolis istasmet Decimas plurium, ac plurium Villarum tenebant in Arrendamentum, & Affictum, casque postmodum Bonifacius ipsis attribuit, & commutavit in feudum perpetuum cum subsequuta observantia 300. & plurium annorum, ut ipsamet superius enunciata inhibitio Abbatis præseferebat, & consequenter ambigi nequibat quin per necessarium antecedens minime adesset hæc Parochiarum di-
13 stinctio, proindeque quod Episcopus juris assistentiam ad terminos Juris antiqui teneret, factum enim, & assertio Papæ communita a tam vetusta, & antiquissima observantia sufficienter hinc exuberabat, ex collectis per *Gabriel. de probation. conclus.* 2. *num.* 2. *et* 3. *Card. de Luca de Feud. disc.* 5. *num.* 19. *et de Præeminent. disc.* 24. *num* 8. *Rot. dec.* 833. *num.* 1. *cor. Cavaler. dec.* 125. *num.* 2. *et* 3. *cor. Ottbobon. dec.* 244. *n.* 7. *et par.* 16. *dec.* 192. *num.* 13. *et dec.* 469. *n.* 12. *et seqq. par.* 18. *Rec.*

Parum in oppositum refragantibus attestationibus exhibitis per Abbatem, super eo, quod nonnulli Parochi ejusdem Placentinæ Diœcesis, & signanter Parochus Ecclesiæ Sancti Gennani loci Potentiani, & Parochus Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Centora Decimas exigere consueverint, & non Episcopus *hodierno Summario Abbatis Num.* 2. *et* 3. quoniam, ultra quod hujusmodi Attestatio-
14 nes erant omnino informes, & ut dicitur ad perpetuam exaratæ nimirum sine trutina interrogatoriorum, ideoque non merebantur attendi, ex congestis per *DD. in cap.* 2. *de Testib. Surd. cons.* 129. *num.* 33. *Rota dec.* 82. *num.* 14. *et* 15. *par.* 7., *et dec.* 69. *num.* 29. *cum seqq. par.* 18. *rec. in Asculana Dotis, et Legitimæ* 13. *Junii* 1698. *§. Neque contrarium cor. R. P. D. Lancetta, et in Reatina Juris Piscandi* 13. *Januarii proxime præteriti §. Hunc itaque cor. Me*.

Adhuc non videbantur carere aliquali suspicione ob identitatem interesse, & in omnem eventum minime percutiebant illas Villas, illa loca, de quibus cantabat concessio Bonifaciana, optime siquidem compatiebatur, quod hi Parochi in Bulla non comprehensi Decimas exigerent, & non Episcopus, quia forte fuerant illis in principio assignatæ pro Dote ab Episcopo eædem Decimæ absque eo, quod exinde inferri absolute valeret, vel quod omnes Parochiæ essent distinctæ in

Diœcesi Placentina, vel quod hujusmodi Decimas exigerent Parochi nostræ Ecclesiæ SS. Cosmi, & Damiani, & non Episcopus, seu D. Marchio illius loco, & de facto Testes in *eodem hodierno Summario Abbatis re-*
15 *censiti in primo numero*, ubi de controversia Parochiali peragitur, hoc non dicebant, ac propterea nimis facile subintrabat Logicum, & Juridicum Adagium *non probat hoc esse &c.* de quo *Text. in l. Neque natales 10. & ibidem gloss. verb. eum nihil. C. de probation. l. Non hoc 4. & ibid. Gloss. verb. quærendum C. unde legitim., Marant. controvers. Jur. par. 4. respons. 53. n. 21., Pauluc. dissertat. legal. tom. 1. dissertat. 22. art. 2. nu. 49. Card. de Luca de servitut. disc. 6. nu. 5. Rot. dec. 1171. n. 1. cor. Seraph.*

Ceteræ autem fides pariter simplicissimæ *in eodem Summario superaddito manuscripto n. 8.*, claudicabant eodem, seu majori defectu, dum præter mox allegatas responsiones concludebant quidem, quod Ecclesiæ ibidem nominatæ Decimas Episcopo passive non solvunt, sed nullatenus affirmabant, quod earum Rectores active illas exigant, & non alius probabiliter pro Episcopo, seu in lo-
16 cum, & vicem Episcopi, unde tamquam nimis equivocæ, & vagæ in nulla poterant haberi consideratione, *Angel. in l. ambigua n. 1. ff. de legib., Jason. in l. 1. n. 13. in fin., & n. 20. ff. de iust., & Jur., Soccin. in l. 1. n. 9. ff. si cert. petat. Farinacc. de opposition. contra dicta Test., Rot. dec. 26. nu. 25. cor. san. mem. Alexandro VIII. dec. 181. n. 13. par. 19. recent., et in Romana Cappellaniæ Sancti Nicolai 28. Junii 1709. §. Quapropter cor. Me.*

Hinc transeundo ad secundum Abbatis fundamentum, non negabant pariter *Domini*, quod abstractive prohibitum esset Dominis de Anguisciolis Decimas hasce spirituales in perpetuum exigere, quamtumvis ab Ecclesiastico Decimatore sibi concessas, cum Sanctuarium Dei jure hereditario possideri non
17 debeat a Laicis, itaut *Alexander III.* Ambianensi Episcopo rescribens *in cap. Ad hæc 15. de Decim.* eidem præceperit, ut similes Laicos exigere Decimas tentantes vinculo
18 Excommunicationis adstringeret, quin etiã eumdemmet concessorem harum Spiritualium Decimarum persequendo statuit *in cap.*
19 *Quamvis 18. eodem tit. de Decim.*, a statu suo sicut arborem succidi, & *donec* (sunt verba præcisa) *emendet dolore suæ jaceat ruinæ prostratus* = cum concordantibus plene congestis *per DD. in cap. Prohibemus de Decim. Abb. in cap. Quamvis n. 1. & 2. & in cap. ad hæc n. 3. eodem tit. Felin. in cap. Causam quæ nu. 3. de præscript., Piringh. in Jus Canonic. lib. 3. tit. 30. sect. 7. §. 2. n. 137. d. Tom. 2. quæst. 87. art. 30. Covarruv. nostræ resol. lib. 1. cap. 17. n. 5., & 6. Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 1. n. 8.*

Quodque circa hoc in nihilo suffragari posset Privilegium Apostolicum, quia cum hæc sane severa prohibitio fuerit renovata, & confirmata *in Concilio Lateranensi* sub eodem *Alexandro III. in Canone* reassumpto per celebre *cap. Prohibemus dicto Titulo de Decimis* minime censebatur, quod Summus Pontifex *Bonifacius IX.* derogare voluerit eidem an-
20 tecedenti Concilio Lateranensi, ad quem effectum requiritur mentio individua, & derogatio specialis, ut citra contradictionem prosequuntur *Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 19. n. 1., & per tot., Pacion. de Locat. & conduct. cap. 10. nu. 92. versic. Cum expressa, Corrad. in prax. dispen. lib. 9. cap. 7. n. 2. §. Præterea Rot. dec. 92. n. 1. post Tamburin. de Jur. Abbat. dec. 238. n. 30. & 31. cor. Duran. dec. 1591. la 2. n. 5. cor. Coccin. dec. 997. n. 4. cor. Penia dec. 710. n. 12 cor. Merlino, dec. 350. n. 28., & 29. par. 5., & dec. 46. nu. 6. par. 17. recent.*, ad differentiam novissimi Concili Tridentini, cui Papam derogasse intelligitur, quoties contra
21 ibidem determinata disponat ex ratione, de qua *idem Marescott. var. resol. lib. 1. cap 19. n. 11., & 12., Gratian. discept. for. 940. n. 15., & 16., Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Gloss. 6. nu. 120. Card. de Luca in annot. ad Sac. Concil. Trident. disc. 8. n. 2. Adden. ad Buratt. dec. 463. n. 15., Rot. dec. 601. n. 3. cor. Cavaler.*

Non sufficienti propterea generali derogatione, concipi solita sub illa clausula, *non obstan. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis*, etiam cum clausula *Quorum tenores*,
22 similis namque derogatio intelligitur removere obstacula illarum Constitutionum, & Ordinationum Apostolicarum, quæ promanarunt a solo Papa, non autem per Papam junctim cum Œcumenico Concilio, nec clausula *Quorum tenores* supplet quando non le-
23 gitur facta mentio de eo, cui derogare specialiter necesse est, *Dec. cons. 142. num. 7. vers. Non obstat. dum Papa, Gob. de Clausul. concl. 5. n. 17., Marescott. var. resol. dicto lib. 1. cap. 19. sub n. 8., Ric. in praxi resol. 68. n. 1., Rot. dec. 53. n. 8. & 9. cor. Priol., 128. n. 5. par. 2. dec. 40. n. 7., & seqq. par. 4. recen., in Toletana Decimarum coram Justo impress. penes Marchesan. de Commiss. pag. 596. sub. nu. 3., & in Cæsaraugustana Decimarum cor. Pamphil. impress. apud Tamburin. de Jur. Abbat. dec. 92. n. 3.*

Quin prodesse valeret, quod cum præsumatur

Bonifacium habuisse scientiam anteceden-
24 tium Conciliorum generalium, eo ipso, quod volens, & sciens controversas Decimas Laicis concesserat, saltem dispensare intellexerit, uti videtur sensisse *Solarzan. de Jure Indiarum lib. 3. cap. 1. n. 626., Redoan. de rebus Ecclesiæ non alienan. in addit. post quæst. 63. fol. 281. vol. 2. juxta impress. venet.* Siquidem placebat *Dominis* responsio, ubi voluntas Papæ non sit clara ferme, & penitus indubitata *ex. gr.* Si spurium omni-
25 no sciens promoveret ad Episcopatum contra prohibitionem tot Conciliorum generalium, tunc enim utique intelligeretur dispensasse, ut ajunt *Felin. in cap. Nonnulli nu. 12. versic. Confirmatur de Rescript., Paris. consil. 44. n. 15. & seqq. lib. 4., Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 10. nu. 14., Sperell. dec. 117. n. 4., Rot. dec. 329. n. 7. & seqq. cor. Cavalcr.*

Ceterum propositio *Solarzani* ita absoluta pu-
26 gnaret cum communi *Scribentium, & Canonistarum* Schola, affirmantium, quod cum Œcumenica Concilia habeant clausulas derogatorias ad futuras ordinationes, præsumitur in Papa si non defectus potestatis, quæ est certa, alter saltem voluntatis, ex quo Summus Pontifex regulariter profitetur nolle derogare Conciliis generalibus, nisi
27 dicat expresse, adeout potius præsumatur, quod Gratia contraria Conciliis generalibus per Papam attributa, fuerit per multitudinem negociorum extorta, vel per importunitatem petentis avulsa, ut circa primam Conclusionem docent *Abbas in cap. Nonnulli nu. 9., et duobus seqq. de rescript., Fagnan. in cap. ex parte nu. 18. de Capell. Monach., et in dicto cap. Nonnulli num. 34. de rescriptis ibidemque Felin. nu. 2.*, & in terminis Concilii Lateranen. *Marescott. variar. resol. lib. 1. cap. 19. num. 5., et seqq. Rot. decis. 122. num. 1., et seqq. par. 1. diversor.*, & in ordine ad secundam tradunt *ad Text. expressum ex parte ubi Gloss. verb. occupationem de Cappell. Monach. Abbas ibidem sub num. 2., et in cap. Nonnulli sub num. 10. vers. Nam citat. tit. de rescript.*, & ibidem late *Fagnan. num. 32., et seqq.*, & in puncto præciso monuit, & notavit *practicus Corrad. in sua prax. dispensation. Apostolic. lib. 9. cap. 7. sub num. 2. juncto nu. 9.*, cum aliis plene enucleatis, & relatis per *Rubeum in annot. ad decis. 90. part. 9. recen. a n. 248. ad n. 267.*

Ast difficultas stabat in applicatione utrum in præsenti Summus Pontifex *Bonifacius IX.* intellexisset transferre in Dominos de Anguisciolis per viam feudi perpetui ipsum jus
28 decimandi, vel potius merum factum, meramque commoditatem exigendi Decimas jure alieno, seu veri Decimatoris, scilicet prout hic, Episcopi, in primo namque casu, quoties ageretur de concessione veri Juris decimandi independenter, tunc indubitanter Domini de Anguisciolis exstitissent sine clara dispensatione, ac ferme indubitabili voluntate Pontificis, vel expressa derogatione, ut supra, incapaces acquirendi hujusmodi jus decimandi, sicuti videmus, quod *per cap. 27. Levitici* minime etiam permittebatur comedere panes propositionis nisi Aaroni, & filiis ejus, & idipsum procedit,
29 quoad oblationes, quarum jus exigendi ad solos spectat Sacerdotes, exclusive ad Laicos, ut uno ore profitentur plene deducti *per Barbos. in c. Quamvis de Decim. Gonzal. in cap. Probibemus sub num. 3. & 6. eod. tit. de Decimis, Gomez var. resol. tom. 2. cap. 14. n. 15. Azor. Instit. Moral. par. 1. lib. 7. c. 25. quæst. 11. Gratian. discept. forens. 239. sub n. 19. Card. de Luca de Decim. disc. 6. n. 13. Rot. dec. 118. num. 14. cor. Celso, dec. 245. nu.... & seqq. cor. Cerr., & dec. 424. n. 8. par. 14. rec.*, & optime distinguendo *Pacion. de locat. cap. 10. num. 85. & seqq.*

Nisi tamen ex justis, & rationabilibus causis Catholicæ Fidei præsidium, & bonum præseferentibus, & ob egregia merita, & servitia, S. Sedes, quæ sola potest concedere hujusmodi Indultum, tribuat a semetipsa non per viam confirmationis, sed directe hoc Jus Supremis Regibus, Principibus, vel Ma-
30 gnatibus, ut ex causa propugnationis a Mauris, & Saracenis, vel eorum expulsionis, cum Regibus, & Magnatibus Hispaniarum laudabiliter exstitit practicatum, juxta plenam classem exemplorum, quæ recensent *Gonzal. in dicto cap. Probibemus sub n. 4. de Decimis Nogueroll. allegat. 39. n. 10. Castill. de tertiis decimarum Regibus Hispan. solvendis lib. 6. cap. 2. per tot. Petrus Belluga de Decimis rub. 13. cap. 1., Gutierez lib. 1. quæst. 14. num. 2., Fernand. Vazq. Menoch. controv. illustr. lib. 2. cap. 89. fol. 110., Solorzan. de Jur. Indiar. lib. 3. cap. 1. per tot., Ansald. de Jurisdict. par. 2. tit. 4. cap. 5. a nu. 8. Frass. de reg. patronat. Indiar. tom. 1. cap. 1. sub num. 12., Bobadilla in sua Polit. lib. 2. cap. 18. num. 146. fol. 916., Borell. de præstant. Reg. Catholic. cap. 59. n. 4. et seqq. Joseph. Desess. tom. 2. dec. 162. num. 1. Puteus dec. 332. lib. 3. fol. 723., & dec. 9. n. 5. & 7. par. 19. rec.*

In secundo autem casu puræ exactionis fructuum, & commoditatis Decimarum prohibi-
31 tio proprie non cadit, ex quo Laici sint incapaces materialis, & nudæ perceptionis

Deci-

Decimarum etiam ad propriam commoditatem jure tamen alieno, & veri, legitimique decimatoris scilicet Ecclesiæ, vel Episcopi, aliàs neque in affictum possent exactiones
32 Decimarum recipere, quod tamen Sacri Canones explicite permittunt, ut generaliter habetur penes *Barbos. in l. Titia 25. sub num. 43. vers. Quia quando, & sub nu. 46. vers. Et ideo ff. de solut. matrim. Giovagnon. consf. 27. num. 30. lib. 2., Creman. consil. 84. num. 3., Lanea alleg. 120. num. 4., Card. de Luca de Decim. disc. 6. num. 30. vers. Et in his, late Lagunez de fructib. par. 2. cap. 7. n. 23. & seqq. Rota in antiq. dec. 2. num. 3. de Decim. dec. 58. num. 8. cor. Celso decis. 347. pariter num. 8. cor. Bich. dec. 503. n. 9. cor. Merlin. dec. 424. num. 9. par. 14. rec., et in Ferrarien. Decimar. 15. Junii 1703. §. Non relevante cor. Rmo P. D. meo Molines Decano*, & punctualiter quoque distinguendo tradunt per *Text. express. in c. vestra 2. de locat. Caroc de loc. Tit. de Decim. n. 6. et seq. Pacion. de locat. et conduct. cap. 10. num. 86., et 87.*

Ratio itaque versabatur circa tempus concessum Laicis exigendi per viam facti istas decimas, nam licet *Text. in cap. probibemus* nil dicat de tempore concessionis ad vitam, vel in perpetuum, ut advertit etiam *Gonzalez ibid. sub num. 7.* attamen ut explicatur per *Bonifacium VIII. in c. 2. de Decimis sub §. Sane quamvis in 6.* forte tolerabatur per antea,
33 quod Laici detinerent has exactiones in feudum perpetuum, ut ibi sane *quamvis forte a Religiosis exemptis, et aliis fiant infeudationes, de Decimis detentis a Laicis, et iidem Laici, quod illas ab ipsis Religioni in feudum teneant, recognoscant &c.* unde mirantur nonnulli, quare non fuerint per *eumdem Text. in cap. Probibemus* injuncta restitutio pro tempore præterito, sed sola translatio, sicuti refert *Gonzal. in eod. cap. probibemus num. 2. et 7.*, fuit prohibita imposterum per idem *cap. probibemus*.

Quoties etenim vis starct in incapacitate, nec per momentum stare posset apud Laicum
34 perceptio Decimarum Spiritualium, Teste eodem *Pacion. de locat., et conduct. cap. 10. sub num. 86.*, sed in tantum prohibitum fuit, in feudum perpetuum dari posse ab Episco-
35 po affictum Decimarum, quia foret perpetua alienatio fructuum Ecclesiasticorum, quæ prohibita quoque fuit usque de tempore *Symmachi Primi* de *anno* scilicet 483. unde videmus bonorum Ecclesiasticorum Locationes, & affictus novem annos excedentes fieri antiquitus non potuisse, & modernioribus quoque temporibus esse interdictum ob notissimam Constitutionem *Pauli Secundi in Extravag. ambitiosæ de reb. Eccles. non alienandis*, nec ultra Triennium fieri posse ab Ecclesiis, ab Episcopis, ceterisque
36 personis Ecclesiasticis, monet *Molin. de contract. disp. 466. num. 10. vers. ante tempora, aliique plene relati per Pacion. de locat., & conduct. cap. 14. per tot.*, & punctualiter loquendo de Decimis videre est *post Gloss. in c. Quamvis vers. si concesserit de Decim. penes Barbos. in l. usufruct. nu. 16. et 17. ff. solut. matrim., Gratian. discept. for. 234. nu. 21., Pax Jordan. lucubrat. canonic. tom. 2. lib. 10. tit. 13. num. 68.* ubi innixi rationi alienationis prohibitæ *Extravag. ambitiosæ de reb. Eccles. non alienand. Pacion. de locat. cap. 10. num. 92., Rota dec. 7. num. 1. cor. Moedan. tit. de locat. et conduct., et dec. 17. eod. tit.*

Non sic quoties Pontificis, seu Sanctæ Sedis accedat assensus in hisce longioribus, & perpetuis locationibus, quia tunc etsi Pontifex habeat respectum ad utilitatem, & necessitatem Ecclesiæ, nihilominus sequuta S. Sedis approbatione tenet quæcumque perpetua
37 locatio, perpetuam quomodolibet sapiens alienationem, secundum ea, quæ quotidie habentur animadversa per *DD.*, & signanter apud *Pacion. de Locat. et conduct. dicto c. 14. §. 10. in princ.*, & in individuo locationis Decimarum, quæ ab ipso Summo Pontifice,
38 vel cum approbatione S. Sedis Laicis in perpetuum fiat, distinguendo notant *Seiffell. de feud. tit. quæ res in feud. poss. caus. 2. vers. Et ex præmissis, Guttier. pract. quæst. lib. 1. quæst. 15. num. 2., et seqq., Rodoan. de reb. Eccles. non alienan. quæst. 63. a n. 20. usque ad fin., et in addit. ibid. fol. 280. vers. Secundo respondetur, Oliv. de for. Eccl. par. 1. quæst. 8. n. 101. et seqq., Suar. de relig. lib. 1. c. 26. num. 1.*, & descendendo ad præcisum exa-
39 men, quod, sola talti casu sufficiat confirmatio Apostolica in forma communi absque ulteriori derogatione *sæpius relat. cap. Probibemus de Decimis*, concludit laudatus *Pacion. de locat. et conduct. dicto cap. 10. sub n. 42.*

Hisque prænotatis, sive ad has distinctiones redactis, aptatisque terminis propositionum, quæ hincinde per scribêtes congerebantur, & primo aspectu invicem pugnare videbantur, plane ad casum descendendo quidnam egerat Bonifacius, quod saperet translationem Juris spiritualis in Laicos, & certe nil aliud, nisi quod exponentibus fratribus, aliisque Dominis de Anguisciolis, quod detinentibus ipsis in affictum ab Episcopali Mensa Placentina quibusdam Decimis ibidem enumeratis, iisdemque supplicantibus hujusmodi Decimas in feudum perpetuum, unacum Jure aquæ ipsis concedi, Bonifacius auto-

auctoritate Apoſtolica annuit ſupplicationi, eaſdemque Decimas, & Jura aquæ Oratoribus concedens, canonem, ſeu affictum auxit ad favorem ejuſdem Epiſcopi, ſeu Menſæ Placentinæ, *Summario Marchionis n.* 1. quare plura in aperto erant demonſtrantia, quod ad ſolum finem obtinendi Beneplacitum ratione ſolius prophanæ, & perpetuæ commoditatis, & non alicujus Spiritualitatis, expoſtulata fuerat conceſſio Papalis; primum erat, quod adhibitum fuit vocabulum *Decimarum*, quod facilius intelligebatur de pura commoditate exigendi fructus, ſeu partem eorum fructuum, qui nomine Decima-
40 rum compellantur, ac de quibus capaces ſunt Laici ex ſupra deductis, nequaquam autem ſermo fuit habitus de jure decimandi, de quo ſunt incapaces, ut bene diſtinguendo ad præciſum finem capacitatis Laicorum, & in ſuo caſu advertens dixit *Hoſtien. in ſumma de Decim. num. 13. verſ. non debet, Barboſ. in cap. cauſam quæſt. 7. de præſcription., alter Barboſ. in l. Titia 35. n. 41. verſ. Eſt, et Secundo ff. ſolut. matrim. D. Thom. 2. 2. quæſt. art. 4. ad tertium Giovagnòn. conſ. 27. n. 30. verſ. tum quia, Covarr. var. reſol. lib. 1. cap. 17. ſub num. 5. Gratian. diſcept. for. cap. 238. num. 27. Leandr. quæſt. moral. tom. 3. tract. 8. diſp. 7. quæſt. 49. verſ. ſed tamquam, Ventrigl. in prax. rer. notabil, annot. 27. §. 2. num. 27., Redoan. de reb. Eccl. non alienan. in addit. ad quæſt. 63. fol. mihi 277. §. Tertio conſiderandum cum ſeqq. Leotard. de uſur. tit. 2. quæſt. 1. num. 10. in fin. Laguncz de fruct. par. 2. cap. 7. n. 23. et 27., Rota dec. 95. num. 6. et ſeqq. poſt Salgad. Laberint. Credit. dec. 235. num. 6. et 7., et dec. 172. num. 6. cor. Cerro dec. 347. n. 8. et ſeq. coram Bic., dec. 545. num. 2. par. 4. tom. 2. dec. 354. num. 5. et ſeq. par. 14. et dec. 172. n. 6. par. 16. rec.*

Secundum depromebatur ab efficacia manifeſtæ diſcretivæ, dum dictum non fuit *Decimas, & Aquas*, ſed *Decimas, & Jura Aquæ*, ideoque quando Pontifex voluit transfundere jus, & non merum fructum, ſeu factum de quo Laici (ſecluſa perpetuitate ſanabili
41 per Beneplacitum) ſunt capaces, ſcivit explicare, unde quando non dixit *Jus decimandi*, ſicut expreſſit *Jura aquæ*, ſed ſimpliciter *Decimas*, diverſum profecto ſenſum, & intentionem habuit, ut in ſimili propoſito diſcretivæ locutionis connotarunt *Mantica de conject. lib. 6. tom. 15. num. 6., Peregr. de fideic. art. 13. nu. 88. Rota cor. Seraph. dec. 1486. num. 17. cor. Coccin. dec. 2342. nu. 2. et in Bononien. fideicom. de Burzanis 6. Julii 1708. §. Non obſtat cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Tertium Fundamentum ſuppeditabat natura actus, de quo agebatur, quoniam tractabatur de affictu temporali tranſlatum ad affictum, ſeu feudum perpetuum, ſicque ſi per antea in affictu non continebatur Jus percipiendi Decimas, ſed merum factum exactionis decimarum nomine Eccleſiæ, ſeu Menſæ Placentinæ locatricis, & cui correſpectivum Cenſum perſolvebant, ita nec potuit variare naturam ſubſequuta perpetuatio abſque ulla alia alteratione quam temporis ob ſolam immutationem vocabuli *Affictus* in illud *Feudi*, cum in ſubjecta materia feudum non caderet, ſed potius Affictus, ſeu ſpecies etiam impropria Emphyteuſis, quæ cum feudo fraternizat, & ſemper oſtendit, quod jus directum, ſive verum jus percipiendi ſta-
42 ret penes Menſam, & ſola commoditas percipiendi fructus, ac improprium dominium burſale cum poſſeſſione exigendi eoſdem fructus penes conceſſionarium, ut cum *Bero conſ. 21. num. 1. vol. 1.* optime in his terminis *Rota dec. 91. num. 25. cor. Carill.*, & diſtinguendo inter hujuſmodi feuda propria, & impropria oſtendit *Zaſ. in Epitom. Feud. par. 12. conſ. 23. num. 3. lib. 2.*, cumque appareret ex Breve, ſolutionem eſſe faciendam
43 Menſæ Placentinæ, ita liquebat ejuſdem Menſæ nomine correſpectivam faciendam eſſe exactionem, quod ſufficit, *ex connotat. per Gratian. diſcept. for. 238. n. 28. Roman. conſ. 47. ſub num. 13., & Oliv. de for. Eccl. par. 3. quæſt. 38. num. 22. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 19. par. 1. ſub nu. 83. & dec. 354. num. 7., & dec. 291. ſub n. 20. par. 10. rec.*

Quarto loco palam conſpirabat, quod fuerit perſeveratum in merum Affictum perpetuum, & quod non ex capite ullius ſpiritualitatis, quæ profecto non inerat a principio in ſimplici affictu decimarum, ſed tantummodo ex capite ſolius perpetuitatis exigendi, petita, & obtenta fuerit conceſſio Pontificia, ſine qua exſtitiſſet nulla ultra triennium conceſſio, ſeu locatio Epiſcopi, conſpirabat inquam illa utique fortis conſideratio, quod canon fuit perauctus, & ſic Papa ipſe in hac ſuperadditione perpetuitatis ſolummodo requiſivit certitudinem illius utilita-
44 tis Eccleſiæ, quam ejus Exſequutoribus ſolet demandare inſpiciendam, quando adamuſſim approbat contractus locationis, ſeu emphyteuſis perpetuos, mediante familiari formula, quæ dicitur *ſi in evidentem*, de qua loquuntur *Boſſ. de alien. bon. Eccl. num. 233. & ſeqq. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſt. lib. 9. cap. 5. per tot. Novar. in ſumma Bullar. p. 2. commentar. dec. 275. num. 21. par. 10. Rec.*

Mer-

Merlin. dec. 708. & 887. nu. 17. et par. 10. Ret. dec. 275. num. 21.

Postremo tandem quando cetera deessent, nonne discursus iste fiebat solum ad finem inquirendi, utrum opus fuisset expresse derogare præcitato *cap. probibemus de decim.* nominatim? & certe si adhuc peccatum fuisset per tristem hypothesim in Breve Bonifaciano in omittenda hac individua, & nominali expressione, nonne subsequuta fuit observantia huic concessioni per annos 300., & quare in omnem eventum non erat præsumibilis superventio alterius Gratiæ validatoriæ istius negligentiæ, & omissionis, & ut
45 dicimus, *Perinde valere*, cum sola centenaria ad hunc effectum allegandi titulum quemcumque superabundet, ex animadversis in proposito per *Rocc. disp. jur. c. 59. n. 5. et cap. 60. num. 12. Rot. dec. 218. num. 20., et 21. p. 18. rec. in Cusentina Abbatiæ 4. Maji 1694. §. Adhuc cor. bo. me Benincasa, in Firmana Jurispatr. 21. Aprilis 1704. §. Et ad hunc effectum cor. bo. me. Muto, et in Florentina Canonic. 8. Maji 1705. §. Etenim coram R. P. D. Lancetta*, & in nostris fortioribus terminis lapsus quoque annorum tercentum *Dec. cons. 69. num. 2. cor. Celso, dec. 32. n. 6. in rec. par. 19. dec. 10. num. 5. et decis. 159. num. 2. et 3. in Toletana Jurisdict. 21. Aprilis 1690. §. Absque eo quod cor. Rmo D. meo Decano, et in Posnonien. Decimar. 22. Aprilis 1701. §. Ipsis siquidem cor. Rmo dell'Olmo Ep. Couchen.* cum aliis in individuo præsumen-
46 dæ derogationis *cap. nuper de decimis* per solam quadragenariam possessionem innixam titulo Pontificiæ concessionis, late relatis *in Fulden. Jurisd. super bono jure 1. Junii 1708. sub §. Nil penitus alias 154. cor. me.*

Atque ex his quemadmodum non juvit Abbatem prætensa insubsistentia Brevis *Bonifacii IX.* minus juvit ejusdem Pontificis explicita revocatio omnium, & quarumcumque gratiarum ante *annum* 1403. concessarum, seu litterarum Gratiæ, & Justitiæ per se editarum, comprehensiva proinde ratione temporis controversi Brevis; sicut etiam fecit Constantiense Concilium, irritas, & invalidas declarando omnes concessiones durante Schismate factas, ex quo tunc in asperrimis illis temporibus quilibet pro Papa se gerens subditorum benevolentiam, ac obedientiam
47 affectans tamquam sui Papatus fundamentum, Gratias, & concessiones etiam inordinate profundebat, ut legitur inter Concilia collecta a *Bimio tom. 7. par. 2. pag. 1621. et 1131. alias 1159.* late *Card. de Luc. de feud. disc. 5. num. 5. et seqq.* ubi *sub num. 7.* etiam testatur vidisse authenticam Bullam *Bonifacii IX.* quæ hodie deducebatur ad partes extracta a Regesto Apostolico *lib. 153. Bullar. fol. 74.*, & habetur in Bulla *Martini V.* olim nostri *Ordinis Auditoris*, & gloriose prælecti in Summum Pontificem in præsentia Sigismundi Imperatoris ab universo Concilio Costantiensi, cujus verba refert idem *Card. de Luca num. 8. et seqq.* & de Bulla Bonifacii revocatoria pariter meminit *Rota dec. 587. n. 2.* ubi alia *cor. Buratt.* allegat.

Siquidem omissa indagine, super qua *Doctores*, *& Scribentes* non parum sese videntur involvere, & fortasse promereretur accuratiorem temporum indagationem, ad effectum concordationis Scripturarum, an scilicet postmodum idem Concilium Constantiense pro bono pacis, & ad instantiam Principum
48 successive roboraverit gesta durante Schismate, prout etiam approbasse dicitur *Martinus V.* ex iis, quæ habentur penes *Bellarm. tom. 2. lib. 1. de Concil. cap. 7. fol. mihi 113, Card. de Luc. de feud. disc. 5. n. 11. Rot. dec. 295. n. 11. cor. Coccin. dec. 335. n. 4. cor. Royas dec. 267. n. 6. cor. Bich. dec. . . par. 10. Recent.*, & in individuo consimilis concessionis decimarum per Bonifacium factæ *Francesc. Ugolino* refert *Grot. cons. 399. n. 43.*

Versabamur tamen extra casum applicationis, in primis, quia in substantia nec Bonifacius, nec Concilium Constantiense (præscindendo a revocationibus longe distantium materiarum, nempe unionum Beneficiorum, ac exemptionum) quatenus attinebat ad alias res, ullo modo aliud revocavit, nisi veras dissipationes, ac alienationes, seu concessiones bonorum immobilium, Castrorum, cum similibus Ecclesiæ Romanæ, aliarumque Ecclesiarum, non autem has meras potius confirmationes, seu concessiones onerosas, & correspectivas, affictuum, seu feudorum improprie sub annuo correspectivo canone, quæve idcirco sonabant mavis in simplex Beneplacitum, ut diximus, *si in evidentem*, ut satis liquebat, & apparebat ex eisdem verbis Concilii relatis apud jam laudatos, & ex appositis in Bulla Bonifaciana ibi = *Item revocamus omnes, & singulas concessiones, & donationes per nos factas sub quacumque forma, vel expressione verborum quibuscumque Laicalibus personis de quibuscumque bonis immobilibus, seu stabilibus quarumcumque Ecclesiarum, aut Monasteriorum vel Mensarum Episcopalium, seu Abbatialium, & aliorum quorumlibet piorum locorum etiamsi essent Castra, Terræ, Villa &c.* nusquam enim sub
49 quibuslibet revocationibus cadunt concessiones correspectivæ, & onerosæ ad tradita per *Decian. cons. 35. nu. 61. vol. 2. Roland. cons.*

cons. 13. *n.* 28. *lib.* 3. *Gabriel. conf.* 195. *n.* 2. *lib.* 1. *Roman. conf.* 252. *nu.* 3. *Rocc. disput. Jur. select. cap.* 78. *n.* 15. *Dord. consult.* 62. *de Marin. allegat.* 23. *n.* 16. *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 36. *Card. de Luc. de regal. disc.* 16. *n.* 16. *Rot. dec.* 409. *in fin. cor. Seraph. dec.* 229. *n.* 19. *cor. sa. me. Alex. VIII. dec.* 210. *n.* 21. *cor. Bich.* & in proposito decimarũ *dec.* 48.
50 *n.* 38. *&* 39. *p.* 8. *rec.* & nusquam revocationes tamquam odiosæ extenduntur ad decimas, seu fructus, ex vulgatis, & in proposito allatis per *Jo: Andr. in cap. Apostolicæ nu.* 1. *ibique Butr. n.* 3. *& Geminian. n.* 5. *de præben. in* 6. *Paris. de resignat. lib.* 11. *quæst.* 11. *nu.* 32. *& seqq. dec.* 606. *n.* 17. *par.* 19. *Recent.* maxime cum eædem revocationes loquerentur
51 de immobilibus, & stabilibus, quorum appellatione venire nequeunt decimæ, & fructus *Zabarell. conf.* 26. *n.* 1. *Rota dec.* 1233. *n.* 10. *cor. Emer. Jun.*

Certius quia quatenus attinebat ad Bonifaciũ ipse minime simpliciter revocaverat litteras a se concessas Gratiæ, & Justitiæ, sed aperte in ejus constitutione sancivit quod eædẽ litteræ præservatæ remanerent, dummodo intra annum in Apostolica Cancellaria exhiberentur, similesque litteræ expedirentur; unde quis divinaverit, quod post decursum, & observantiam trium seculorum non fuerit facta ista exhibitio, & renovatio, quando exigente *san. mem Urbano VIII.* in ejus celebri Constitutione de præjudicialibus Ecclesiæ non suffragari observantiam in alienationibus rerum Ecclesiasticarum, pro præsumen-
52 do Beneplacito, præservavit tamen simplicem centenariam, sicuti patet ex prædicta Constitutione *edita sub anno* 1641. *Bullar. nov. tom.* 4. *in ordine la* 47. cum qua conveniunt relati per *Card. de Luc. de alienat. disc.* 1. *n.* 97. *& disc.* 3. *n.* 6. *Rot. dec.* 12. *nu.* 33. *par.* 3. *Recent. dec.* 268. *n.* 22. *& decis.* 328 *nu.* 4. *par.* 12. *dec.* 155. *nu.* 20. *par.* 16. *& dec.* 33. *num.* 10. *par.* 18. cum aliis adductis concordan. *in dec.* 28. *nu.* 7. *inter impressas ad ornatum Card. de Luc. super mat. de donat.* etiamsi illa non foret perfecte completa, ut
53 passim in proposito ejusdem centenariæ habetur penes *Paris. conf.* 32. *n.* 6. *lib.* 3. *Lotter. de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 7. *n.* 63. *Pacion. de locat, & conduct. cap.* 14. *§.* 11. *num.* 7. *Card. de Luc. de Jurepatronat. disc.* 57. *nu.* 31. *Rot. dec.* 45. *n.* 4. *& dec.* 60. *n.* 6. *& decis.* 164. *nu.* 11. *cor. Merlin. dec.* 142. *nu.* 9. *& ibi adden. & dec.* 875. *nu.* 4. *cor. Buratt. & dec.* 509. *num.* 1. *par.* 5. *rec. & in Fulden. Jurisdiction. super. bono Jure* 1. *Junii* 1708. *§. de hoc igitur alias* 120. *cor. Me.*

Clarissime vero, quia jam liquebat ab exemplis, eumdem *Martinum V.* mediatum, seu legitimum Bonifacii Successorem aliam Bonifacii concessionem feudalem approbasse, juxta ejus litteras relatas per *Crot. conf.* 399. *n.* 43., proindeque quis revelavit, an idem Martinus, vel alius successive cum omnibus expressionibus de jure exprimendis hanc ejusdem Bonifacii concessionem seu potius Beneplacitum non communiverit, & hoc est, quod operatur, ut toties diximus, ter centenaria observantia, præsertim exemplo, prout hic in hac ipsa subjecta materia ulte-
54 rius mostrante viam, & docente nisi sint iniqua, & injusta, antecedentium facta servare, & Gratias Principum stabiles remanere, ut connotarunt *DD. in cap. suggestum de Decim., Oldrad. conf.* 268. *n.* 1. *vers. non solum Bald. conf.* 300. *num.* 1. *vol.* 5. *Abb. conf.* 30. *col.* 16. *vers. idem dico lib.* 2., *Gabriel. conclus. Jur. de Jur. concl.* 5., *&* 6. *Bellug. in Specul. Princip. Rubric.* 11. *§. His igitur n.* 5., *& Rubric.* 17. *n.* 12.

Evulsis hujusmodi objectis, nimium generale, ac fragile inventum fuit motivum illorum Indultorum, seu Privilegiorum, quæ merito ceteroquin obtinuit plurimorum Sanctorum ferax congregatio Olivetana, ut erat illud *Alexandri III. Clementis III., ut in Summario DD. de Anguisciolis Num.* 4, *et* 5., *nec non Eugenii IV., Pii IV.*, & alterum fortasse pinguius *Julii II. Summario Abbatis seu Monasterii Num.* 5., 6., *et* 7. Multiplex enim extitit, & arrisit attributa responsio, altera nempe quod respectu Indultorum *Alexandri III. et Clementis III.* supervacaneum erat immorari, cum postea scilicet *vel de Anno* 1215. *vel de Anno* 1212. *Innocentius III.* unacum *Concilio Gen. Lateranen.* in *c. Super* 34. *de Decim.* commonitionem, quam fecerat Abbatibus Ordinis Cisterciensis, & respective prohibitionem, ne se eximerent ab hujusmodi
55 Decimis, præterquam ab illis eorum Bonorum, seu Hortorum, quæ propriis manibus colerent, abrogando quæcumque Privilegia, extenderit ad omnes Regulares, ut patet ex littera, & meminit *Fagnan. in dict. cap. nuper n.* 17., *ibidemque Barbos, Gonzal.*, *ceterique Canonistæ, & refert quoque Rota dec.* 507. *n.* 11. *par.* 19. *Recent.*, *& in Ferrarien. Decimarum* 26. *Januarii* 1703. *§. Prout etiã cor. Rmo P. D. meo Molines Decano.*

Quo vero ad indulta *Eugenii IV, & Pii IV.*, nec non intermedii *Julii II.*, ea quidem erant posteriora Concilio Lateranensi, sed prætermissa consideratione, quod satis per ea non videbatur eidem *Concilio Generali*, *& cap. nuper* derogatum, ut oportebat, adhuc in substantia restringebantur ad idem, nempe

ad

ad tenorem eorumdem Privilegiorum, quæ *Innocentius III.* in præfato *cap. nuper* reliquerat in suo robore quoad bona, quæ propriis manibus, vel sumptibus colebant, unde non
56 erant trahenda ad præsentes Decimas bonorum, quæ propriis manibus, seu sumptibus Monachi non colebant, ut millies in similibus Privilegiis, sive illorum occasione respondit *Rota*, & signanter *dec. 469. n. 15. cor. Cer.*, *& in Ferrarien. Decimarum 26. Januarii §. Secundo quia*, *& 15. Junii 1703. §. Praeterea cor. Rmo P. D. meo Molines Decano & tradunt relati per Barbos. de Jur. Eccles. in Univers. lib. 3. cap. 26. de Decim. §. 3. n. 39. Ventrigl. in prax. par. 2. Annot. 27. §. 2. nu. 4.*, *Text. in cap. licet 21. de Decimis cap. Dilecti filii de Decim.*; *Dec. cons. 113.*, *Ancharan. in eodem cap. n. 3. Abbas nu. 2.*, *Zabarell. in Clem. unica col. 2. vers. 22. quaro eodem tit.*, *Cancer. var. resolut. par. 1. cap. 23. nu. 4. Barbos. de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 3.*, *& seqq.*, *Rot. cor. Seraph. decis. 827. n. 2.*, *& 3. cor. Celso dec. 118. n. 9.*, *& 10*, vel saltem qualitas hæc, quod propriis manibus, vel sumptibus colerentur controversa bona, ostendenda erat ex parte Mo-
57 nasterii, alias ex defectu qualitatis per Pontificem requisitæ, non poterant Monachi hujusmodi exemptione juvari, ut subdit eadem *Sacra Rota dec. 163. nu. 3. cor. Mantic. dec. 19. n. 15. cor. Duran. dec. 235. n. 8. cor. Cerr.*, *& in Ferrarien. Decimar. 26. Januarii 1705. §. Non docet quidem*, *& §. final. cor. Rmo Omanna Episc. Giennen.*

Et altera, quod in omnem eventum potuissent hujusmodi Indulta suffragari Monachis in aliis fortasse Causis, & Casibus, sed nullo modo in Casu hodierno, in quo *Bonifacius IX.* specialiter concesserat licet materialem, & onerosam commoditatem exigendi Decimas in Feudum perpetuum Personis Laicis, & quidem cum tanta specialitate, ut opus fuerit ex supra disceptatis inquirere utrum applicaretur Censura *Text. in c. prohibemus eod. titul. de Decim.*; quotiescumque enim Decimæ per Sanctam Sedem concessæ
58 sunt alicui ex titulo speciali, postmodum per quodcumque Privilegium superveniens, numquam censentur sublatæ a concessionario, ut optime alias post *Castill. quotidianar. controv. lib. 3. de tertiis Decimar. cap. 36. n. 8. tom. 7.*, *Noguerol. allegat. 39. nu. 29.*, *Suarez. allegat. 28. nu. 10.*, *Pignatell. consultat. tom. 8. consultat. 8. n. 11.*, *& seqq.*, *Rebuff. de decim. quaest. 13. n. 32.* respondit *Rota dec. 1293. per tot. cor. Seraph. dec. 676. n. 1. cor. Manzaned. dec. 48. nu. 8.*, *& seqq. part. 1.*, *& decis. 9. n. 21.*, *& seqq. par. 19. Recent.*, *& in Legionen. Decimar. super Manutentione 24. Aprilis 1705. §. Prout neque*, *& 3. Julii ejusdem Anni §. Privilegia coram Rmo Omanna Episcopo Giennen.*

Ejusdemque debilitatis (servando ordinem, de quo in principio) agnitum fuit fundamentum quod jaciebatur super Judicio, sive exemplo Tribunalis in altera Causa *Placentina Decimarum* adamussim cum aliis DD. de Anguisciolis, jam enim Casus eo temporis perpensus nimium distabat a præsenti, declarata etenim fuit nulla quædam alienatio Decimarum facta ab Archipresbytero Sancti Germani de Potentiano DD. de Anguisciolis, quia cum fuerit desuper a Sancta Sede impetratum per eumdem Archi-
59 presbyterum, ex quo agebatur de vera alienatione, Beneplacitum in consueta formula Commissaria *si in evidentem*, in pluribus Capitibus neglecta, atque contempta fuerat forma præscripta Judici Exsequutori, ideoque nil mirum si Beneplacitum, & Gratia ad sensum *Sacra Rota* ivit in præceps *per Textum in cap. cum dilecta §. Dum insuper caeterosque concordantes*, uti plene videre est *in dec. desuper edita cor. Duran. la 205.* secunda vice confirmata *dec. 238. per totas*.

Absque eo, quod prodesse valeret, quod si non in similitudine hypothesis applicabantur hujusmodi Decisiones, saltem remanerent efficaces in ratione, sive in Articulo, dum *in prima Decisione* idest *la 205.* exclusum fuit præsumptum Beneplacitum, quia agebatur de Decimis, quarum Laici sunt incapaces, easque præscribere non possunt, præsertim post Concilium Lateranense *in cap. probibemus*, addito, quod inibi quoque firmabatur non potuisse præsumi alterum Beneplacitum, cum DD. de Anguisciolis uti
60 producentes titulum invalidum præsumerentur meliorem non habere, ut constat *ex nu. 12.*, *& seqq.*, *usque ad 17.*, in decisione vero confirmatoria *la 238.*, superaddebatur, quod quamvis successive *fan. mem. Sixtus V.* revalidasse videretur præcedentem nullitatem primæ exsequutionis, attamen & eadem revalidatio pejori defectu subreptionis claudicaret, & ob id undique foret nulla, tamquam & ipsa non derogans *Concilio Lateranensi* in toties allegato *cap. Probibemus de Decimis*, aliisque mavis scatens expressionibus, & suppositis, ut patet per totam lecturam, & signanter *sub num. 30.*, *& 31.*

Siquidem etiam in ordine ad rationes, extraneæ reddebantur a præsenti hypothesi eædem Decisiones, necnon Propositiones inibi firmatæ: nam quod Laici existant incapaces Decimarum Spiritualium, quod requiratur ad ef-

ad effectum conceſſionis etiam Apoſtolicæ
61 derogatio *cap. prohibemus*, quis neget? excepto quoad hanc ultimam propoſitionem, quoties indubitanter conſtaret de certa voluntate Pontificis; Verum in præſenti diximus, & demonſtravimus, non fuiſſe factam ullam alienationem Juris decimandi per *Bonifacium IX.* in DD. de Anguiſciolis, quod ſolum abſtractive prohibetur, & requirit nominalem derogationem *cap. prohibemus*, ſed tantummodo fuiſſe in caſu noſtro, vel conceſſum, vel approbatum affictum exactionis Decimarum nomine Eccleſiæ, & cum Eccleſia prius contractum, & deinceps in Breve tantummodo perpetuatum, idque exuberare, ut præter ſuperius relatos in §. *In ſecundo ad §. Hiſque prænotatis, & §. Tertium fundamentum* proſequuntur *Abbas in cap. Ad hæc verſic. Et intelligo hoc de Decim.*, *Bald. conſ. 274. n. 1. lib. 5.*, *Azor. inſtitution. moral. lib. 7 cap. 34. quæſt. 7. tom. 7.*, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 239. n. 23.*, *Maroz. de Relig. lib. 1. cap. 25. nu. 26.*, *Rota dec. 291. n. 9. par. 10. rec.*

Et ea, quæ dicebantur de exhibitione, ſeu productione Tituli impediente præſumptionem melioris alterius Beneplaciti non erant apta nocere, ſeu adverſari iis, quæ ſuperius extiterunt allata, nempe quod etiam ex abundanti ſi fuiſſet requiſita nominalis derogatio toties laudato *Capitulo prohibemus*, obſervantia 300. *Annorum*, & ultra pluſquam ſufficeſſet, centenaria etenim, & tercentenaria, prout hic, illiuſque fortiſſima validitas, & potentia, numquam cenſetur ſublata per contrarias Leges, unde aliud eſt, non poſſe
62 præſumi Beneplacitum per productionem Tituli invalidi, quando obſervantia foret regularis, & ordinaria *Annorum 30., & 40.* ut erat in eadem altera *Placentina cor. Durano*, in qua non defluxerat, niſi Vita unius Rectoris, & de Jure erat ante *ſan. mem. Urbanum VIII.*, ad firmata per *Gloſſ. in cap. pervenit de emption., & vendition.*, *Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 13. n. 9.*, *De Luca de alienat. diſc. 1. n. 84.*, *Urceol. de tranſact. quæſt. 24. n. 47.*, *Rota dec. 75. n. 2., & poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. dec. 139. n. 3. par. 4., & dec. 256. n. 1., & ſeqq. par. 8. rec.*

Aliud vero triplicem centenariam non ſuffragari, potiſſime ad leviorem effectum ſimplicis revalidationis ejuſdem tituli præcedentis, & non conceſſionis novi tituli, retorquendo propterea ad hunc effectum caſum, & Deciſiones *coram Durano*, dum quemadmodum inibi Brevi prima vice conceſſo per *Julium III.* ſuperaceeſſit revalidatio *Sixti V.*, ita pari modo bene potuit in noſtra facti ſpecie ſuperveniſſe revalidationem, & derogationem *cap. prohibemus* ſub hoc tamen diſcrimine, quod illa *Sixti V.* tamquam exhibita in calore contradictionis tunc pendentis *coram Duran.* potuit recognoſci invalida, & ſubreptitia, iſta vero noſtra præſumibilis revalidatio recte potuit validiſſime obtineri per DD. de Anguiſciolis abſque ne-
63 ceſſitate illam afferendi poſt decurſum triplicis centenariæ, quam nec, ut ita dicamus, auſit enervare, & infringere *Urbanus VIII.*, ceteroquin alias præſumptiones ordinarias 30. *annorum*, majoriſque temporis intervertens ad tradita per *DD. in Auth., ut de cetero commutat. Eccleſ. rer. §. Sed & ſi fiat, ibi Gloſs. verb. præſcription.*, *Rocc. diſput. Jur. ſelectar. par. prima cap. 59. num. 8.*, *Rota deciſ. 268. n. 22. par. 12. recent.* cum concordantibus in propoſito relatis in *dec. 218. n. 7., & ſeqq., & n. 18. par. 6. recent.*

Reſtabat ultimum Propugnaculum, quod ſaltem Bona Parochialia SS. Coſmi, & Damiani unita Monaſterio Sancti Sepulcri ſubjacere non deberent hiſce decimationibus, quia vel Eccleſia Parochialis habet propriũ,
64 & verum Parochum in titulum, & omnino diviſum, & tunc ipſa potius habet, ut tetigimus, intentionem fundatam in activa exactione Decimarum adverſus Epiſcopum, quam habebat Epiſcopus in paſſiva obligatione ipſius Parochialis, teſte *Pirbing. in jus canonic. ſect. 4. n. 80.*, *Vanefpen. in Jus Eccleſiaſtic. in univerſ. par. 2. tit. 33. de Decim. cap. 3. n. 9.*, *Deroſ. conſultat. 9. n. 1. cum pluribus ſeqq.*, *Barboſ. de offic. Paroch. cap. 28. §. 2. n. 7. 8., & 9.*, *Ventrigl. in prax. tom. 2. annot. 27. §. primo n. 15.*, *Rot. dec. 2201. n. 5., et o. cor. Penia dec. 327. n. 2. par. 5. dec. 100. nu. 24. part. 10., et dec. 2. n. 25. cum ſeqq. par. 18. rec., et in Cremen. Decimarum 14. Decembris 1705. §. Siquidem cor. Emo D. meo Card. Caprara.*

Vel procedendo cum ſuppoſito, quod verus
65 Parochus univerſalis exiſtat Epiſcopus, adhuc ſaltem pro bonis dotalibus ejuſdem Parochiæ donatis, vel relictis intuitu Curæ Animarum, adſtringi non poteſt illius Rector ad ſolutionem Decimarum, ut ad intellectum *præfati cap. novum genus de Decimis* videntur explicare *Gloſſ. ibi verbo debent, ibidemque Gonzalez num. 2. verſic. quoad Eccleſiaſtica vero Prædia, ceterique Canoniſtæ*, bene *Pafferin. in tert. libr. ſext. Decretal. titul. de Decimis quæſt. unic. artic. 8. n. 109.*, *Pirbing. in Jus canonic. tom. 3. lib. 3. tit. 30. pariter de Decim. ſect. 3. §. 2. ſub n. 40.*, *Fagundez in quinque Eccleſ. præcept. Præcept. 5. cap. 7. n. 9.*, *Bonac. in eodem tractat. diſputat. ultima quæſt. 5. punct. 3. propoſit. 2. num. 8.*, quidquid ſit de aliis bonis pertinentibus ad eamdem Eccle-

66 siam Parochialem, non tamen intuitu Curæ, sed pro Anniversariis, & dote aliarum Cappellarum, seu Beneficiorum inibi existentium, quemadmodum limitarunt, *Guttier. Canonicar.quæst. lib.2. cap.21. n.57.*, *Suarez de Religione lib.primo tract.2. de Divin. Cult. cap.17.n.16.*, *Barbos.de Jure Ecclesiast.lib.3. cap.26.§.3.n.11.vers. Altera*, & *in Vot. decisiv.41.n.15.*, *Card. de Luca de Decim. disc.2. n.6.*, *Rota dec.16.n.29.par.12.rec.*

Ac propterea posito etiam, quod Episcopus foret verus Parochus saltem habitualis ratione universalitatis, & non sequutæ formalis divisionis etiam hujusce Ecclesiæ SS.Cosmæ, & Damiani, prout etiam subalterna administratio Curæ habitualiter inesset Monasterio, attamen hæc species Vicariæ perpetuæ insita Monasterio cum actuali deputatione illam exercentis, secumferebat pondus Curæ, & ex destinatione priorum dotantium eamdem Ecclesiam, vel ei donantium, vel
67 relinquentium hæc, & illa bona pro explenda eadem Cura ex identitate rationis, censeri debebant immunia, nec poterant per ullam decimationem imminui, ut progrediendo etiam ad congruam monet, & admittit *Card.de Luc.de Decim. dicto disc.2.n.10. in fine*.

Atque revera hujusmodi finale fundamentum placebat uni ex *Dominis*, cui vim minime inferebat, quod præfata Ecclesia SS. Cosmæ, & Damiani non haberet, ut asserebatur, bona propria dotalia, præcipue cum ad id comprobandum ex parte Dominorum de Anguisciolis daretur justificatio usque de *anno* 1493., quia in omnem casum amaritudo hæc concernebat liquidationem horum, vel illorum bonorum, sed quod ab initio saltem Ecclesia Parochialis forer dotata aliquibus
68 bonis sufficientibus ambigi non poterat, cum sine dote Ecclesiarum, Beneficiorum, & maxime Parochialium fieri nequat erectio, ad normam *Textus in cap. nemo 9. de Consecrat.distinct.prima cap.piæ mentis 26.quæst.7. §.si quis autem auth.de Ecclesiar.tit.collat.9.*, *Gonzalez in cap.cum sicut 8. de Consecrat.Eccles.n.5.*, *Lottber.de re benefic.lib.1.quæst.31. n.primo, & seqq.*, *Vivian.de Jurepatr.lib.2. cap.9.per tot.*, *Amostaz.de Caus.Piis lib.5.*
69 *cap.3.sub n.10.* alias esset, ut per Beneficialistas dici solet *Parochialis de Pertica*, & notat *Card.de Luca de Benefic. discurs.4.nu.6.*, *Rot.dec.329.num.8.coram Merlin.*

Ceterum *Domini* citra talem distinctionem abjerunt in generalem resolutionem affirmativam, *Decimas deberi*, eum donec sciatur præcise an, & quæ sint ista bona dotalia Parochiæ, sive Ecclesiæ SS. Cosmæ, & Damiani, solitum videbatur observandum quoad canonizationem omnium Decimarum, de quibus DD. de Anguisciolis in quasi possessione exigendi reperiebantur per intervallum, ut diximus, trium seculorum, ea etenim quasi possessio non contradicta, & juncta indefinitæ concessioni Pontificiæ pro lo-
70 eis designatis profecto relevabar possidentes ab onere quicquam probandi super hoc puncto, illudque transferebat in partem adversam *leg. sive possidetis Cod. de probation.*, *Guttierez practic.quæst.lib.3.quæst.14.nu.81., & 82.*, *Lottber.de re beneficiar.tom.primo lib. 1. quæst.38. num.71.*, *Posth. de manutent. observat.prima num.8., & 12.*, *Rot. dec. 382. num.2.coram Cavaler.dec.698. num.1.par.2. recen.*

Præsertim cum Dubium hodiernum esset generale, ideoque non videretur hæc quæstio cadere sub hodierna inspectione, & forte in omnem eventum audiendus erat Episcopus directum habens Dominium Decimarum, ac etiam differendum, an admissa quoque propositione, quod bona dotalia, vel relicta
71 intuitu Curæ Animarum non forent decimabilia, utrum tamen id percuteret ipsum Episcopum, seu Superiorem, ut innuit *Hostien. in dicto cap.novum genus sub num.1.*, & an si quæ aderant bona dotalia forent illa posita in loco Grazzani, contra quod stare videbatur Catastrum, ut in *primo Summario Mar-*
72 *chionis num.7.*, & sic tamquam extra Parochiam non gaudentia forsan hac exemptione, ut non controvertunt *Gloss. in cap. Quoniam de Decimis in fin.*, *Barbos. in Collectan. ad cap.novum genus sub num.2.versic.ex quibus colligitur*, *Covaruv.variar. resol.cap.17. num.8.versic.secundo*, *Rebuff. tract. var. tit. de Decim.quæst.5.num.19.*, *Reginald.in prax. for.pœnitentiar. lib.19.num.88.*, *Bellect. disquisit. Clerical.par.1.tit. de Cleric.debit.§.12. num.36.*, *Ventrigl.in prax.tom.2.annot.27.de Decim. §.2. num. 23.*, *Antonell. de jurib., & onerib.Cleric.cap.62. nu.17.*, & denique non minus videbatur suo loco, & tempore exa-
73 minandum an per antea hæc bona pro hujusmodi dote assignata essent jam Decimis obnoxia, quo casu illa transire cum suo onere censuit *Gloss. in cap. verb. ullo servitio de Decim. Guttier.Canonicar.quæst.lib.2. cap.21. sub num. 54. Bald. Novell. de dot. par. 1. in princip.num.8.*

Quamobrem hic, & nunc ad dubium, quod generaliter proponebatur, utrum Decimæ deberentur, absolute *Domini* responderant *affirmative*, utraque &c.

Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis super bono Jure.

Luna 2. Junii 1710.

ARGUMENTUM

Habes supra in Decisis. 499. quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1. *Ponens S. Rota Auditor antequam veniat ad expeditionem causæ, & sententiæ prolationem, debet iterum audire Partes per memoriale, & secundum illius relevantiam expeditionem, vel prolationem sententiæ retardare, vel concedere debet.*
2. *Semper se abstinet a votando, nisi particulariter id implicite, vel explicite in commissione præcipiatur.*
3. *Solus Papa potest tribuere Jurisdictionem Ecclesiasticam, & Spiritualem, quæ ab ipso veluti quodam fonte promanat.*
4. *Loca Jurisdictione carentia non sunt acephala, sed remanent sub ordinaria Jurisdictione Papæ non tamquam Superioris omnium Superiorum, sed uti Episcopi Ecclesiæ Universalis.*
5. *Exemptio passiva in quo differat a Jurisdictione activa.*
6. *Papa quando dicatur impartiri voluisse non solum passivam exemptionem, sed activam etiam Jurisdictionem* & n. 10.
7. *Episcopus in aliena Diœcesi nequit Pontificalia exercere sine consensu Diœcesani.*
8. *Privilegium si tollat Jus alteri quæsitum duriorem semper recipit intellectum.*
9. *Jurisdictio dativa, seu activa, & quasi Episcopalis olim concessa fuerat pluribus Abbatibus, & in specie Cluniacensi, & Cassinensi cum Territorio separato.*
11. *Exactio Decimarum pœnalium optime demonstrat, & inducit Ordinariam Jurisdictionem activam.*
12. *Item id arguit facultas a S. Sede concessa dispensandi Matrimonia, natalia illegitima, ætatem, & his similia.*
13. *Præsertim si talis facultas concessa legatur Abbatibus non uti Sacerdotibus, sed uti Pastoribus pro propriis subditis.*
14. *Et an hæc facultas superflua dicatur & inutilis ad effectum agnoscendi, quod Abbatibus spectet Jurisdictio activa, & ordinaria, cum ea potuerit competere illis existentibus in vero statu nullius, & habentibus Territorium separatum a Diœcesi Episcopi, & n. seqq.*
16. *Sacramentum confirmationis nemo ministrare potest nisi sit positive Episcopus vel speciale habeat privilegium a Sancta Sede.*
17. *Observantia ubi non intret tamquam præscriptiva, admodum tamen facit tamquam interpretativa.*
18. *Judices, & Tribunalia decet docilitatem in disceptatione causarum.*
19. *Exemptio concessa Ecclesiæ parochiali non comprehendit Parochianos*, & n. seqq.
20. *Nec Rector, nec Parochiani cadunt sub simplici exemptione, nedum sub Jurisdictione quasi Episcopali, & activa.*
21. *Episcopus invitatus in Diœcesi non sua non potest exercere Pontificalia sine consensu Diœcesani.*
22. *Monasterium SS. Cosmæ, & Damiani Terræ Tagliacozzi habet privilegium invitandi, sive Episcopum Marsicen., sive Abbatem Montis Casini ad exercenda Pontificalia in eorum Ecclesiis.*
23. *Abbas Montis Casini an habeat Jurisdictionem dativam, & quasi Episcopalem.*
24. *Exercitium Pontificalium est quid distinctum a solemni Missarum celebratione.*
25. *Episcopus in alterius Diœcesi potest sine proprii Episcopi licentia celebrare Missam de Pontificali, & de ratione.*
26. *Papa Zaccharia bina privilegia Abbati Casinensi concessit omnimodæ Jurisdictionis activæ, & quasi Episcopalis, non vero Abbati Fuldensi.*
27. *Jus Decimandi non inducit Territorium separatum, vel Jus in eodem Territorio, quasi Episcopale, sed importat tantum Jus exigendi Decimas.*
28. *Quæ requirantur ad effectum inferendi qualitatem quasi Episcopalem.*
29. *Et arguendi Territorium separatum.*
30. *Indultum Urbani VIII. quæ concedat Privilegia Abbatibus Congregationis S. Justinæ.*
31. *Prærogativa ministrandi Chrisma non inducit Territorium separatum.*
32. *Nulla sententia, Constitutio, aut decretum potest in parte approbari, & in parte reprobari, sive quod idem est acceptari sententia, & qualitas illi adjuncta respui.*
33. *Inferior, ut censeatur habere Jurisdictionem quasi Episcopalem, et verum Territorium separatum, requiritur vel titulus exspressus, vel consuetudo, seu præscriptio immemorabilis.*
34. *Et si dicta non adsint, sat est quadragenaria cum titulo saltem colorato.*
35. *Et an ista quadragenaria cum titulo valeat ad præscribendam universalitatem causarum, licet sufficiat ad præscribendum actum particularem.* n. seqq. usq; ad 39.
40. *Quadragenaria ut operetur debet esse continua non interrupta etiã per actus extrajudiciales,*

ciales, sed undique completa cum bona fide, & animo præscribendi.

41. *Per Privilegium totum acquiri potest.*

42. *Secus per præscriptionem, per quam non possunt acquiri nisi actus particulares, nusquam vero totalitas, quæ cum possideri non possit, nequit etiam præscribi.*

43. *Abbas tam vigore Concessionis Apostolicæ, quam immemorabilis, vel quadragenariæ cum titulo potest acquirere Territorim separatum quoad certas Ecclesias exsistentes in aliena Diœcesi,*

44. *Quadragenaria cum titulo nusquam vere æquipollet immemorabili.*

45. *Funiculus triplex difficile rumpitur.*

DECIS. D.

Accidit sæpe sæpius, docente continua experientia, quod proposito quolibet negotio pro capessenda aliqua resolutione sive in Senatibus, sive in generalibus Comitiis, sive demum in quibuscumque Congressibus, Magistratibus, & Parlamentis, utique certa, saltem pro majori parte exeat determinatio, sed quia Voto non vivitur uno, & alius, ut dicebat *Divus Paulus*, per particularem sibi traditum spiritum, sive donum movetur *sic*, *alius autem sic.*, nil mirum, si etiam in hac celebri controversia novo Examini subjecta *Decisione diei prima Junii* 1708. sub assueto Dubio = *An standum foret, vel recedendum a Decisis=Domini in hodierna Audientia* pro majori parte perstiterunt *in Decisis*, licet diversis innixi mediis., idem tamen signum, eumdemque finem percutientibus.

Cumque *in præterita Decisione*, ut magis abundarem, seu abundantius *Me* haberem, nihil dissimulandum censuerim, prout exigere videbatur gravitas materiæ, & forsan novitas articulorum, & undecim ferme Seculorum, actuumque per tam longam intercapedinem subsequutorum historia, ideoque opus reputaverim omnia sub oculis exponere; longior quam ingenium expostulasset, prodjit extensio, sed ad præsens illud suboriri contingit beneficium, ut ferme nihil fuerit in suffragiis *Dominorum* noviter expositum, quod non esset *in eadem Decisione* discussum, proindeque veteri prolixitati occurrendo correspectiva brevitate satisfaciã, pandendo rationes, & placita *Dominorum* in ea parte, in qua præcise resederunt, addendoque ulterius, si in aliquo se lucidius explicarunt, ut est finis præcipuus, ob quem per Constitutiones Apostolicas, Sacro præcipitur Auditorio, ut Ponens ante Sententiæ prolationem pandat Decisiones, protrahendo expeditionem Causæ, donec, auditis iterum Partibus per Memoriale, ut si quid habeant amplius apponibile exponant, degustetur a Dominis, & secundum relevantiam præmissa expeditio, seu prolatio Sen-
1 tentiæ retardetur, vel concedatur, quemadmodum alias dictum fuit, & animadversum, & signanter post *Card. de Luca de Relation. Roman. Cur. disc.* 32. *num.* 54. *in Pisauren. Succeßionis, seu Redditionis Rationis* 9. *Martii* 1705. §. *Verum cor. Me.*

De *novem* igitur *Dominis* in hac Audientia Suffragantibus (Ponens enim, sive Extensor Decisionis semper abstinet a votando, nisi particulariter id implicite, vel explicite præ-
2 cipiatur in Commissione per Sanctissimum directa, implicite quidem, si fuerit commissa de Voto Rotæ Reverendissimo nostri Ordinis Decano, quo casu, & ipse Votum præbet, vel explicite, quoties nimirum exstiterit commissa directe Causa alteri Auditori, cum speciali obligatione, seu Jussu suffragandi) *Duo* inquam amplexati sunt, cuncta tria motiva, quæ usque ab initio cumulative, ac etiam disjunctive promovebantur, sive adducebantur ex parte Abbatis, Nativæ scilicet Jurisdictionis, nec non Dativæ, ac denique Præscriptivæ pro tota sua Ditione Fuldensi, exclusive ad Episcopum, juxta luculenter exposita, & approbata *in prima Decisione edita* in hac Causa *sub die* 28. *Januarii* 1700. *cor. Emo de la Tremoille.*

Solum proinde circa Nativam Jurisdictionem sese expresserunt, quod minime intelligebant, quod Abbatia Fuldensis, ut certo putabant, erecta ante fundationem Episcopatus, statim in suo Ortu, sive Origine non inveniendo Superiorem Episcopum, nacta fuisset Jurisdictionem aliquam activam, cum ea de per se naturaliter non nascatur, sed opus existat, quod detur, & concedatur a Supremo Pontifice visibili Capite totius Ecclesiæ, cujus est proprium, & unicum tribuere Jurisdictionem Ecclesiasticam, & Spiritualem
3 cui maluerit, Territoria separare, reunire, atque constituere, ab eo siquidem tamquam Fonte omnis spiritualis, vel Ecclesiastica Jurisdictio citra dubium promanat, ut bene advertunt *Alexand. in l.* 1. *num. final. ff. de Jurisdict. omn. Judic., Vargas de Jurisdict. Episc., & Pontific. maxim. Auctor. Axiom.* 2. *cum seqq. Barbos. de Offic., & Potest. par.* 1. *tit.* 1. *cap.* 1. *num.* 30., *Pax Jordan. Elucub. Canonic. tom.* 1. *prælud.* 3. *nu.* 13. *Rota dec.* 639. *num.* 33. *par.* 18. *rec., cum aliis in Leodien. Jurisdictionis* 25. *Aprilis* 1705. §. *Rursus itaque, coram Me.* Et in hoc non impugnabant ea, quæ latius ad hujusmodi veri-

tatem demonstrandam connotata fuere *in præfata Decisione diei 1. Junii 1708. a §. Quo vero &c. alias 20. cum pluribus seqq. cor. Me.*

Verum subnectebant, quod posito, nullum tunc adfuisse Episcopum in Territorio Fuldæ, nec in limitrophis, itaut Abbatia orta fuerit ingenua, & in omnimoda libertate, utique supponendum erat, quod aliquis in illis locis ad Sacrosanctæ Fidei Catholicæ cultum nuperrime redactis deberet exercere Jurisdictionem, ne essent acephala, quare cum Summus Pontifex Zaccharias concesserit S. Bonifacio Fundatori, quod *in futurum nullius alterius Ecclesiæ potestati submitti possit*, & clarius infra = *Cujuslibet ergo Ecclesiæ Sacerdotem, vel Episcopum in Fuldense Monasterium aliquam auctoritatem, vel potestatem exercere posse præter Sedem Apostolicam prohibemus*, = & denique Privilegium hoc super extenderit, ibi = *Locis quoque, & rebus &c. quæ futuris temporibus in Jus ipsius Monasterii divina pietas voluerit augere &c.* utique salva superioritate Papæ, immediata Jurisdictio etiam activa staret penes S. Bonifacium, & non posset apprehendi per alium contra tam expressam prohibitionem Pontificis, quemadmodum in substantia licet per diversa verba fuerat quoque observatum *in præterita Decisione ex §. Atque ex his &c. alias 12., & §. Evidentius &c. alias 17.*

Ceterum alii *septem* sive in eumdem sensum Causæ resolutionis in genere, sive contra eamdem resolutionem suffragantes minime adhæserunt huic fundamento Jurisdictionis Nativæ ex eisdem motivis jam adductis *in anteacta Decisione ex §. Motivum etc. alias 19. cum aliis seqq.*; Nec carentia tunc temporis aliorum Episcoporum quatenus substitisset ob illam controversiam, quæ acriter exarserat inter has Partes quisnam præcederet in fundatione, Episcopatus nempe Herbipolensis, vel hæc Abbatia, ut liquet *ex Decisione, quæ revidebatur ex §. Quamobrem re. integrata etc. alias 6. cum seqq.*, tollebat amaritudinem, quod non ob id locus remanebat acephalus etiam pro ipso momento, quo fundata erat Abbatia, & continuando sensum, de quo proxime non foret erectus Episcopatus Herbipolensis, quia remanebat sub Ordinaria Jurisdictione Papæ, non tamquam uti Superioris omnium Superiorum

4 (qua profecto superioritate sibi a Christo Domino attributa sese numquam expoliare potest) sed uti Episcopi Ecclesiæ Universalis, ex doctrina *Card. Turrecremata in Canon. nulla ratione distinct. 93.*, quam repetere visum est necessarium, ibi = *Etsi etiam in Nullius Episcopi speciali designata Parochia habitant, quales forte aliqui sunt in Egypto*, dicitur, *quod in Parochia D. Papæ habitant, qui totus Mundus intelligitur* = cum aliis *in Decis., quæ revidebat. §. Quin propterea &c. alias 23.*

Si igitur Locus, seu Loca illius adjacentiæ, seu Territorii, quæ forte etiam a Flumine usque tunc intersecante dicebantur Fuldensia, erant ante fundationem Monasterii Parochia Papæ, *quia nulli Episcopo specialiter fuerant destinata*, opus fuisset, quod *Zaccharias* Papa expresse destinasset illa Loca S. Bonifacio tamquam Episcopo, & non tamquam simplici Abbati Regulari, vel ei concederet Jurisdictionem quasi Episcopalem, & sic in hunc modum illa Loca dismembraret a sua immediata Parochia, & certe etiam loquendo de simplici exemptione, per quam non submitteretur Monasterium, nec Loca alicui alteri Episcopo, Papa non auferret, idcirco prout de facto *Zaccharias* non substulit sibi hanc Parochiam, immo expresse sibi reservavit, ibi = *præter Sedem Apostolicam* = Et de reliquo restare videbantur firmæ, & in suo robore propositiones, quod Jurisdictio Episcopalis, vel quasi debet expresse concedi, & per verba clara affirmativa, & non simpliciter negativa, nempe prout hic = *Nullius alterius Ecclesiæ potestati submittatur* = *prohibemus Sacerdotem, vel Episcopum alterius Ecclesiæ Jurisdictionem habere* = cum similibus; In hoc enim differt exemptio, quæ

5 nuncupatur a Jurisdictione, quæ nuncupatur activa, nam exemptus nulli submittitur, nisi Sedi Apostolicæ, habens e converso Jurisdictionem activam submittit alios, & debet submittere signanter Clerum, & Populum, alias nec Episcopus, nec quasi Episcopus efficitur, & appellari potest, & de quibus sane propositionibus conspersa erat passim *præcedens Decisio*, & signanter singulariter explicativa erat *doctrina Joannis Andreæ*, cujus verba retulimus *in prædicta Decisione sub §. Atque in rei veritate &c. alias 24. cum seqq.*

Alter ex Dominis meis, cui duo proxime numerati in sequelam adhærebant tamquam, ut diximus, cuncta tria fundamenta, sive junctim, sive seorsim amplectentes nullibi e converso figens pedem in præcitato fundamento Nativæ Jurisdictionis, vel in postremo, quod diximus præscriptivæ, seu rectius Jurisdictionis præscriptæ per spatium quadragenarium cum titulo colorato, *in decisis* persistebat ex solo fundamento dativæ Jurisdictionis, seu quod idem est, censebat, ad fundandam Jurisdictionem quasi Episcopalem Abbatis Fuldensis sat esse inhærere Privilegiis Apostolicis de per se solis sufficientibus; Primario enim movebatur a Privile-

gio

gio Zachariæ in fundatione concesso, ex quo ibidem Pontifex non solum reciperet sub Jurisdictione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ locum ipsum, sive Monasterium, sed insuper sanciret, quod Abbas *in locis quoque, & rebus, quæ possidebat, & quæ futuris temporibus in Jus ipsius Monasterii Divina Pietas voluerit augere, absque ullius personæ contradictione firmitate perpetua perfrueretur* = Cumque tunc, vel eadem loca, vel saltem in futurum acquirenda plena forent hominibus secularibus, certe, & ipsa videbantur comprehensa, seu recepta sub Jurisdictione S. Sedis cum prohibitione cujuslibet Episcopi, ne super illis auctoritatem, aut potestatem valeret exercere; Unde nimium evidens consequens oriebatur, Papam impartiri voluisse non solum passivam exemptionem quoad Monasterium, & Monachos, sed etiam illam impartiri voluisse cum Jurisdictione, quoad loca, & homines in illis degentes, veluti quippe exempti a Jurisdictione cujuslibet Episcopi jam non po-
6 tuissent, nec poterant nisi submitti Jurisdictioni Abbatis, potissime dum præter hanc simplicem præsumptionem dubitari in facto etiam nequibat, quod Abbatia Fuldensis foret certis finibus, suoque Territorio circumvallata, & in eo ultra Monachos adessent Clerus, & Populus Secularis, ut resultabat ex Chartula, seu documento Sancti Bonifacii ejusdem Abbatiæ Fundatoris relato *Summario distributo cor. Emo de la Tremoille num. 4.*, juxta ea adamussim, quæ cum allatis in *Firmana Jurisdictionis* 15. *Aprilis* 1701., & 17. *Martii* 1702. *coram Reverendiss. D. meo Molines Decano*, lucidissime conclusa, & ostensa fuerant in *praeced. mea dec. a §. Sed prætergrediendo &c. alias §. 32. cum seq.*

Robustius vero quia si ulterius Papa Zaccharias secundum superius præmissa verba in *§. Si igitur locus etc.* prohibuit etiam, nullum Episcopum inibi posse ullam exercere auctoritatem, vel potestatem, *nisi ab Abbate foret invitatus*, profecto reddebatur evidens, quod Abbatia Fuldensis non erat subjecta Jurisdictioni alicujus Episcopi, alias hujusmod invitatus nequivisset ad solam in-
7 vitationem, seu requisitionem Abbatis exercere in aliena Diœcesi Pontificalia sine consensu Diœcesani, ad tradita in his terminis per *Rotam cor. Bichio dec. 459. num. 4. 11., & seqq. cum aliis luculenter allegatis in præterita mea decisione sub prædicto §. Sed prætergrediendo etc. alias* 32. ubi loquitur de hoc puncto specialiter.

Accedentibus ad majorem comprobationem geminis circumstantiis; altera, quod præcedenter, ut etiam supra tactum fuit, non aderat erectus Episcopatus Herbipolensis, sed bene aderat Archiepiscopatus Moguntinus, ideoque cum non posset conqueri ille, qui in rerum natura non existebat de sibi avulsa, & dismembrata Jurisdictione, & Moguntinus, qui aderat, acquieverit, numquamve promoverit ullam quæstionem super exercitio suæ Jurisdictionis in Ditione Fuldensi, non solum jure merito valeret Abbas respondere Herbipolensi = *quoad te liberas Ædes habeo* = sed etiam nullo modo merebatur tenor hujus Privilegii tam rigide inter-
8 pretari, cum non auferret ullum Jus alteri quæsitum, quo casu durior semper recipitur intellectus *l. 2. ubi Baldus Cod. de bon. libert. Menoch. cons. 466. num. 15. Gobb. consultat. 98. num. 36. Rota dec. 26. num. 50. post Antonell. de Jur., & onerib. Clericor. dec. 931. num. 2. cor. Card. Seraph. dec. 260. num. 1. cor. Emer. Jun. dec. 244. num. 35. cor. Bich. dec. 287. num. 23. dec. 530. num. 3. par. 18 & dec. 132. num. 13. par. 19. rec.*

Et altera introspecta antiquitate, seu simplicitate, aut ruditate illorum temporum; quæ tunc in concedendis hujusmodi Jurisdictionibus ampliorem formulam non agnoverat, & de facto similem privilegium fuit concessum postea Abbati Cluniacensi, de quo *Tomasin. de re benefic. par. 1. lib. 3. cap. 37.*, &
9 uno, eodemque tempore ab eodem Zaccharia Abbati Cassinensi, & tamen respectu hujus posttemi privilegii concessi Abbati Cassinensi illud semper extitit reputatum sufficiens pro hac Dativa, seu activa Jurisdictione in persona præfati Abbatis Cassinensis, ut videre est in *dec. 274. n. 2. p. 17. dec. 407. num. 21. & 22. par. 19. rec. in Capuana, seu Montis Cassinensis Parochialium* 10. *Martii* 1679. *§. Nec hodie §. Nam Zaccharias cum seqq. cor. Bourlemont confirmata 6. Aprilis* 1693. *§. primum cor. bo. me. Ursino*.

Privilegio Zachariæ, aliisque potius in ampliorem formam editis Privilegiis, uti liquebat ex *antecedenti decisione ex §. Privilegio &c. alias 34. cum seqq.* adjiciebat idem *R. P. D. meus* Concordiam celebratam sub anno 826. inter Episcopum Herbipolensem, & Abbatem, exorta quippe controversia super locis decimabilibus an scilicet hæc, & illa sita essent in Territorio Fuldensi, vel Herbipolensi, supervenit Concordia, in qua ab Episcopo non fuit impugnatum, Abbatem habere Territorium separatum, sed illo admisso etiam quoad Populum, & Clerum Secularem, limites per antea controversi amicabiliter stabiliti fuerunt, argumentum pro-
10 fecto demonstrativum, quod Abbas ultra exem-

exemptionem passivam ex Apostolicis Privilegiis obtinuisset etiam Jurisdictionem activam, & pariformiter ostensum fuerat *in anteacta decisione sub §. Quid plus &c. 44., & 45.* immo in *eadem praecedenti mea decisione sub §. Similiter id ipsum alias 46.* sub quo etiam adaugebatur altera Concordia anni 1069., in qua conventum fuerat, pertinere debere ad Abbatē Decimas pœnales ex delictis in ditione Fuldensi commitendis, quod utique præclara erat demonstratio, nedum
11 potentissimum indicium Ordinariæ Jurisdictionis Activæ, ad firmata per *Gonzalez in cap. cum homines il 7. num. 4. vers. circa divisionem de Decimis* laudatum in *decisione, quæ revidebatur sub d. §. Similiter id ipsum &c. alias 46.*

In idipsū conspirare, prosequebatur, facultates a Sancta Sede concessas Abbatibus dispensandi quoad matrimonia, nec non circa naralia illegitima, circa ætatem cum similibus,
12 quæ sane nimis indigitabant, Summos Pontifices agnovisse semper Abbates tamquam Prælatos habentes Territorium separatum cum Clero nempe, & Populo sibi Subdito, præcipue quia non apparebant directæ eisdem Abbatibus veluti simplicibus Sacerdo-
13 tibus a Sancta Sede delegaris, sed uti Pastoribus pro propriis Subditis ad instar Episcopi suffultis, quemadmodum fuerat quoque observatum in *præterita decisione §. Atque hinc &c. 43.*

Absque eo quod possent elidi hujusmodi facultates, & supposita Pontificum, quod scilicet Abbates haberent suum Populum, & Clerum, ex eo quod alias exstitissent superfluæ, cum omnia hæc citra aliam delegationem competerent existentibus in vero Sta-
14 tu Nullius, sive habentibus Territorium penitus separatum a Diœcesi Episcopi, ut fuerat responsum in *eadem praeced. dec. §. Pariterque transeundo cum seqq. alias 82. & 83.*

Siquidem replicatio in *supradicta decisione* insinuata fortasse locum sibi usurpasset, quoties facultates ex gratia attributæ concedendi dimissorias, respicerent personas ceteroquin capaces ascendendi ad omnes Sacros Ordines, pro quibus omnibus assumendis, & signanter ratione Sacerdotii requiritur ætas viginti quatuor annorum, sed cum fuerint traditæ dimissoriæ in vim præmissarum facultarum personis constitutis in vigesimo tertio duntaxat ætatis anno, hinc etiamsi
15 Abbas non solum habuisset Territorium separatum, sed quoque exstitisset verus Episcopus tali dispensatione, seu facultate absque ulla superfluitate præcise indiguisset per *Tex. apertum in cap. vel non est compos. de tempor. ordin. Thesaur. quæst. forens. Eccles. par. 2. cap. 3. num. 15. Vivian. in prax. Jurisp. lib. 6. cap. 4. num. 38. Corrad. in prax. disp. lib. 4. tit. 1. num. 2. & tit. 2. num. 43.*

Nec quidquā obesse, subjungebat, supplicationem per Abbatem Fuldensem factam *sa. mc. Urbano VIII.* pro reportanda communicatione Privilegiorū Congregationis Sanctæ Justinæ, ad effectum ministrandi Sacramentum Confirmationis, quo perfruuntur Abbates ejusdem Congregationis etiam sine Territorio separato, prout Abbas Sanctæ Mariæ Florentiæ; siquidem id nullatenus inferebat, quod ob id non polleret vero Territorio separato, cum etiam præditus Jurisdictione quasi Episcopali, ac existens in perfecto statu Nullius nequeat hujusmodi Sacramentum ministrare, nisi sit positive Episcopus, vel
16 speciale habeat Privilegium a Sancta Sede, ut ante sanctionem *Sac. Conc. Trid. sess. 25. de Sacram. Ordin. cap. 4.* firmarunt *Text. in cap. aqua de Consecrat. Eccl. & Altar. Can. perlectis distinct. 25.*, & habetur apud *Ugolin. de Episcop. par. 2. cap. 28. num. 1. cum R. P. D. Petra in commentar. ad Constitut. Apost. tom. 3. fol. mihi 560. num. 6.* cum ceteris relatis concordantib. in *Marsicen., seu Nullius Jurisdict. super bono Jure 7. Junii 1700. §. Et in cod. Brevi cor. bo. mem. Muto.*

Denique concludebat, quod hæc omnia mirabiliter comprobabantur ex *Brevi sa. me. Clementis VIII.*, in quo fuit præsuppositio hujusmodi Jurisdictio quasi Episcopalis in Abbate, unde in linea saltem interpretativa privilegiorum negari non poterat, quod plurimum polleret, quantumvis etenim quadragenaria saltem cum titulo colorato illi videretur insufficiens ad præscribendū, quando tamen illa desumatur pro interpretatione privilegiorum, ceteroquin præseferentiū dativam Jurisdictionem, summopere proculdubio erat reputanda, ut est de natura
17 observantiæ, quæ ubi non intret tamquam præscriptiva, admodum facit tamquam interpretativa, seu regina Interpretationum, *Pignatell. consult. 85. num. 9., Rosa de residen. Episc. cap. 4. sect. 6. num. 502. Card. de Luca de Jurisdict. disc. 16. num. 17., Rota dec. 459. num. 19. cor. Bich. dec. 273. n. 18. p. 11., Marsicen., seu Montis Cassinen. Jurisdict. 1686. §. Quæ omnia cor. claræ mem. Card. Mathejo, in Marsicen., seu Nullius Jurisdict. super bono Jure 7. Junii 1700. §. Posita autem cor. bo. me. Muto, & in altera praecedenti hujus Causæ decisione 28. Junii 1700. §. Et quatenus cor. Emo D. meo de la Tremoille.*

Huic itaque fundamento stabilito in sola Jurisdictio-

dictione dativa adhæserant, ut diximus jam præcedenter gemina suffragia, quæ cuncta tria motiva, seu capita Jurisdictionis militantia pro Abbate complectebantur, sed & oretenus & dein in scriptis superaccessit etiam alius juxta illam docilitatem, quam de-
18 cet in disceptatione Causarum rectos Judices, & Tribunalia, quæ solo Justitiæ intuitu moventur ad instar precum Salomonis = *Da mihi cor docile* = de quibus in *Romana Cambii 26. Junii 1697. in princip., & in Pisauren. Successionis, seu Redditionis Rationis 9. Martii 1705. §. Verum de hac in utraq; cor. Me*.

Reliqui vero *Domini* etiam de cetero in resolutione concordantes, nullatenus procedendum esse censuerunt solum, & de per se cum hac simplici dativa Jurisdictione, nisi quatenus privilegia proxime considerata unitive cum ceteris ponderationibus, & argumẽtis deservirent pro titulo colorato ad præscribendum per observantiam, & quasi possessionem quadragenariam, & ad motiva in oppositum considerata respondebant in primis, quod tam de Jurisdictione, seu exẽptione Nativa, quam de dativa videbatur actum sufficienter in *Decisionibus* primæ instantiæ, sed quod postea occasione expeditionis pro ferenda sententia exstensa fuit *Decisio*, quæ nuncupatur *brevis*, & in ea non remansit approbata Jurisdictio dativa, ast solum Jurisdictio præscripta, proindeque non videbatur eis recedendum a fundamento prædictæ sententiæ jam capto, ut in *dicta decis. brevi edita sub die 20. Novembris anni 1705. cor. R̃mo D. meo Molines Decano*, maxime cum etiam *Decisio*, quæ revidebatur *cor. Me* hoc ipsum fundamentum tantummodo amplexaretur.

Præterea redeuntes ad examen hujus Jurisdictionis dativæ, ex quo Defensores Abbatis redibant ad illud, & reassumebant cuncta tria fundamenta, ipsi quoque repugnantes *Domini* se remittebant ad vetera suffragia, in quibus singulorum privilegiorum tenorẽ, & importantiam discusserant, & signanter respectu originarii privilegii concessi per Summum Pontificem Zacchariam sub *anno* 751. repetebant, illud non sonare nisi in mere passivam exemptionem ex eisdem propemodum rationibus, quæ adversus ea, quæ fuerant adducta super concessione dativæ in decisione, quæ revidebatur sub *§ Prætergrediendo &c. alias 32. & seqq.* replicatum apparebat in eadem *decisione §. Atque hinc jactis &c. alias §. 5., & seqq.* adducendo signanter interpretationem *Bonifacii VIII.* quam facere curavit super hujusmodi privilegiis in *cap. Si Papa in §. Et est idem de privileg. in 6.* cujus verba *in præcitatis §§. transcripsimus*.

Et præcisius ad argumentũ, quod cum dictum fuerit de locis Sedi Apostolicæ subjectis, proculdubio evidens foret, quod ibi commorarentur homines, itaut prohibita potestate, ne ullus Sacerdos, vel Episcopus ditionem habere posset, ut auctoritatem, vel potestatem exerceret, per necessarium, vel consequens, vel antecedens concludere oporteret, quod illi homines, illæ personæ essent subjectæ Jurisdictioni Abbatis in Spiritualibus, occursum apparebat cum ea jam data responsione, quod sicuti Monasterium ipsum erat decoratum hoc exspresso privilegio, & tenore verborum; non inde excederet gradum exemptionis, ita multo minus poterant excedere eumdem gradum exemptionis loca generice, & vage nominata; & semper inferiora Monasterio, & rursus addebant, quod etiam si loca essent referta, & plena
19 Hominibus, non tamen subjecti remanebant Abbati, immo nec comprehensi in ipsa exemptione ad litteram *Textus in cap. Per exemptionem de privileg. in 6.* nam cum Rector Ecclesiæ, & Parochiani impleant, immo constituant magis proprie Parochiam, attamen nec Rector, nec Parochiani cadunt sub
20 simplici exemptione, nedum sub Jurisdictione quasi Episcopali, & activa, ut in *dicto cap. Per exemptionem*, ibi = *Non autem Ecclesiæ ejusdem Presbyter, qui Parochianorum Curam habet quoad ea, quæ ad Curam pertinent, nec ipsi etiam Parochiani intelligantur exempti* = Unde multo magis id ipsum erat concludendum, dum privilegium Zaccharíæ non loquebatur de hominibus, sed de solo Monasterio, & Religiosis Viris, quodque plus erat nominando loca, nullum Sacerdotem exclusit, nullum Episcopum, prout fecerat loquendo de Monasterio, sed dumtaxat loquebatur de fruitione temporali, *et ne ullus hominũ* (absque alia repetitione Episcoporum, vel Sacerdotum) *de rebus, aut fundis, facultatibus, aut Decimis audeat subtrahere*; & postremo subnectebant ceteras omnes responsiones attributas alteri posteriori privilegio *Stephani Tertii* litteraliter, & non conjecturaliter, & præsumptive exprimenti *Homines in sæpe dicta decis. §. Nullamq; pariformiter &c. alias 57. cum plurib. seqq.*

Quo vero ad illam alteram animadversionem, quod in Fuldensi Monasterio nullus Sacerdos, vel Episcopus ullam exercere posset auctoritatem, & potestatem, *et nisi fuisset ab Abbate Monasterii invitatus, nec Missarum solemnia celebrare &c.* quasi quod ubi exstitisset concessa sola exemptio per Zacchariam

21 chariam ad nil inserviret hæc facultas invitandi, quia adhuc non potuisset Episcopus invitatus in ipsa Ecclesia exercere Pontificalia sine consensu Diœcesani ex *dec. Bichii 459. n. 4. 11. & seqq. cum aliis allegatis in dec. sub* §. 32.

Replicabant, hujusmodi discursum nullo modo tendere posse ad inferendam aliquam Jurisdictionem activam, sed semper hujusmodi argumentum coarctari intra Cancellos puræ
22 exemptionis, ut liquebat ex ipsa *decis. Bichii* 459., quæ in duas inspectiones examinando casum in illa *Montis Casinen. Jurisdictionis*, scilicet, an Monasterium Monialium Sanctorum Cosmæ, & Damiani Terræ Tagliacozzi esset exemptum ab Episcopo Marsicen., & subjectum Abbati Montis Casini, quoad primum caput exemptionis reponit hoc privilegium invitandi in propria Ecclesia, quem maluerint ad exercenda Pontificalia, prout liquebat ex *nu. 3. & signanter*
23 *n. 11. usque ad* 17. convolando postmodum ad secundnm caput Jurisdictionis dativæ, seu quasi Episcopalis Abbatis Montis Casini, illam firmavit ex aliis discretis argumentis, atque fundamentis *a prædicto n. 17. usque in finem*.

Fortius reflectendo, quod minime concedebatur Abbati Fulden. per Zachariam, quod posset in ipsomet Monasterio invitare alium Episcopum ad exercenda Pontificalia, sed solum negative postquam prohibuerat exercitium potestatis restrictive ad Monasteriū cuicumque Sacerdoti, vel Episcopo, ampliando descendit ad celebrationem Missarum, ut nullus sive Sacerdos, sive Episcopus posset in eodem Monasterio Missam celebrare, sive Missarum solemnia facere ibi = *Itaut nisi ab Abbate Monasterii fuerit invitatus, nec Missarum solemnia ibidem quispiam præsumat celebrare* = Ideoque in primis advertendum erat, quod promiscue ad Sacerdotem, & Episcopum, de quibus supra loquutus fuerat, ibique repetierat per verbum *quispiam* disponebat, & non de solis Episcopis, secundo, quod idem Zaccharias castigate se exprimens nedum non dixerat, quod Sacerdos, vel Episcopus invitatus posset in Monasterio Pontificalia exercere, immo nec
24 dixerat, quod posset celebrare Missam solemniter, sed tantummodo valeret *Missarum solemnia celebrare*, quod admodum differebat a *Missas celebrare solemniter*; Quando tamen etiamsi loquutus fuisset de solis Episcopis, & dixisset, quod possent *solemniter, seu pontificaliter celebrare*, distinguendo nihilominus ab exercitio Pontificalium, posse
25 Episcopum in alterius Diœcesi sine proprii Episcopi licentia celebrare Missam de Pontificali post *Henriquez, & alios* firmat *Barbos. de Offic, & Potest. Episc. par. 2. alleg. 30. n. 16.* sub ea ratione, quod celebratio Missæ in Pontificalibus non exsistit de actibus pertinentibus ad Jurisdictionem contentiosam, & de facto *dec. 459. cor. Bich. nu. 11.* supponebat Moniales in illo casu posse invitare Episcopum, quem mallent in earum Ecclesia pro exercitio Pontificalium, & non pro solemni Missarum celebratione.

Neque ullum robur adjicere visæ sunt iisdem Dominis Privilegio Zaccharias geminæ circumstantiæ superius allatæ; non quidem illa, quod cum de tempore fundationis Monasterii, seu concessionis ejusdem Privilegii non exstaret Episcopus Herbipolensis, sed bene Archiepiscopus Moguntinus, illeque non fuerit de hujusmodi Privilegio conquestus, quare conqueri valebat Episcopus Herbipolensis, a cujus Jurisdictione per antea non existenti nihil auferebatur; Siquidem concessa quoque hujusmodi historia ceteroquin disputata in *anteacta Decisione*, §. *Quamobrem alias 6. cum plurib. seqq.* utique in *eadem Decisione cum allegatis inibi Summariis* ostensum fuerat, Archiepiscopū Moguntinum quantumvis non in omni parte tangeret Abbatiam Fuldensem protendente altera ad Episcopatum Herbipolensem, tamen adeo conquestum fuisse, ut Concordias iniverit, licet eadem Concordia forsan contentus, vel usque dum non reclamaverit forsan ex rationibus, de quibus in *præterita Decisione*, §. *At ne quid intactum alias* 164.

Minusve arridebat altera circumstantia, quod attenta antiquitate, & ruditate illorum temporum, in quibus incognita erant vocabula Territorii separati, & nuncupationes *Nullius*, pinguiorem proinde mererentur interpretationem verba Privilegii Zacchariæ exemplo Abbatis Cluniacensis, de quo *Thomassin.*, & Abbatis Montis Casini, de quo sæpius *nostra Rota*; Siquidem prædicti Domini sese habuerunt remissive ad retorsionem argumenti, quam lato calamo effecerant in eorum veteribus suffragiis, quæ superabunde relata fuerunt in *præterita Decisione a* §. *Hac itaque alias 49. cum plurib. seqq.* Et nihilominus *aliquis* ex eisdem repugnantibus *Dominis* dicebat sese non posse judicare, nisi secundum statum præsentem, prout practicaverat semper Tribunal præbendo intelligentiam tot, & tantis Privilegiis antiquissimis, secundum propositiones postea a Doctoribus, & Tribunalibus firmatas; *Aliquis* vero sumebat exinde Vires in contrarium, quia circa *Thomassinum* hic Auctor audiendus

dus erat, ubi proprie loquens de Abbate Fuldensi, & de Privilegio Zacchariæ inquit profecto hoc privilegium exstitisse magis amplum quam per antea auditum fuerit, sed tandem confitetur illud non sonare, nisi in exemptionem, juxta verba registrata in *præfata Decisione §. Et de facto alias* 60.

Quo autem ad exemplum Montis Casini non solum hæc ter emerita Religio divi Benedicti in ordine ad Montem Casinum, qui fuit caput, & principium Ordinis, postea vel in particulares Congregationes, vel in separata Monasteria diffusi, tot Privilegiis fuit refecta, ut duo Volumina Typis impressa fuerint completa, & impleta iisdem Privilegiis etiam sub nomine *Bullarii Casinen.* sed ulterius advertebatur, quod non discedendo ab Abbate Montis Casini, & ab ipsomet Papa Zaccharia (& id probabiliter non vidit *Thomassinus*, ubi adeo magnificavit Privilegium Zacchariæ concessum Sancto Bonifacio) is Pontifex tradidit præ ceteris Abbati Mon-
26 tis Casini, illiusque Successoribus duo Privilegia *primum* sub *anno* per decennium antecedenti nempe 741. quod est impressum in *dicto Bullario Casinensi tom.* 1. *Constitut.* 3. *& secundum sub anno* 742. quod est impressum in *eodem Bullario Casinen. tom.* 2. *Constitution.* 7. & ambo adeo difformia erant a siccitate Privilegii concessi per *Zacchariam* Monasterio Fuldensi, ut evidens a contrario demonstrarent, concessisse Jurisdictionem penitus activam Abbati Casinensi, & non Fuldensi, dum signanter respectu Casinensis post receptionem sub immediata auctoritate Sanctæ Sedis, post expressionem particularium, & plurimorum Castrorum, & locorum post prohibitionem ne alius auderet eorum Curtes, & possessiones perturbare, aut decimas tollere, exemit Abbatem Montis Casini a quacumque Synodo, e converso ei facultatem tribuendo illam congregandi, nec non retinendi sine licentia Episcoporum localium Fontem Baptismalem in quibuslibet eorum Ecclesiis, facultatem baptizandi, facultatem judicandi, & quod præcisius est, ordines conferendi Clericis etiam Secularibus, cum similibus, unde palpabatur, quod etiam per decennium ante, dum tempora erant semper rudiora, attamen quando Sancta Sedes intendebat tribuere, & dare Jurisdictionem activam sciebat hoc exprimere cum parum differentibus formulis ab hodiernis, quod & quatuor ab hinc Seculis demonstravit *Bonifacius VIII.* perquirendo formulas Privilegiorum concessorum a cunctis suis Prædecessoribus in *dicto cap. si Papa de Privileg. in* 6.

Sublato (uti opinabantur iidem *Domini* repugnantes) Privilegio Zacchariæ cum omnibus aliis successive concessis Abbati per alios Summos Pontifices ad exuberantiam, etsi conceptis in ampliori forma in *præterita Decisione* perpensis, & enucleatis, nempe *Stephani*, *Joannis*, *Silvestri*, *Sergii*, aliorumque ut apparebat *ex §. Privilegio*, alias 34. usque *ad §. Quod si*, alias 38. minus refragari existimarunt Concordiam celebratam de *anno* 826. inter Episcopum Herbipolensem, & Abbatem Fuldensem, expresse negantes, quod Episcopus non impugnasset, Abbatem habere Territorium separatum, sed solum quæstio caderet super fines utriusque Territorii decimabilis favore Abbatis, vel Episcopi, quia Concordia hoc non dicebat, & quatenus spectabat ad exactionem Decimarum, & recognitionem Locorum decimabilium, id non concludebat aliud, nisi quod
27 Abbati competeret Jus exigendi Decimas, prout re vera litteraliter competebat ex Indultis *Silvestri*, *& Clementis II.* absque eo quod teneret consequentia, quod exemptus, vel quispiam alius habens Jus decimandi ex Privilegio expresso, ullo modo habeat idcirco Territorium separatum, vel Jus in eodem Territorio, quasi Episcopale, quemadmodum luculentius demonstratum fuerat in *ead. Decisione ex §. Deinde ne quid*, alias 86. *&* 87. & late dissertum nuper fuerat in *Placentina Decimar.* 16. *Maji proxime præteriti cor. Me*.

Ita pariter deveniendo ad tractatus Sanctæ Sedis, & facultates concessas Abbatibus per Summos Pontifices non uti simplicibus Sacerdotibus, sed tamquam Prælatis habentibus sub se Clerum, & Populum nullo modo per eosdem Dominos tale admittebatur assumptum, quia quatenus eædem facultates concernebant ea, quæ erant ordinis jam in Sententia, quæ revidebatur scilicet *R.mo Molines*, fuerant expresse reservata ulteriori examini, unde erat supponere, quod in quæstione remanebat, cetera vero, quæ erant Jurisdictionis, vel nulla pro eis explendis requisita fuisset facultas per Sanctam Sedem, de novo concedenda, si vero Abbates Fuldæ habuissent Territorium separatū, & Jurisdictionem quasi Episcopalem, vel demum si transcendebant sphæram, nedum quasi Episcopalem, sed etiam Episcopalem, uti notabatur in præfato suffragio, argumentum nimis probabat, quia non per hoc inferri poterat ad inferendam qualitatem, quasi Episcopalem, quoties de ea aliunde
28 non constat, sicuti inferri non posset ad Episcopalem, nisi aliunde constaret de qualita-

te vere Episcopali per has specificas, & extraordinarias delegationes, cum hæ omnes facultates pendeant a placito, & providentia Summorum Pontificum, & possint attribui simplicibus Sacerdotibus, quod si phrasis adhibita per Sanctam Sedem ostendebat, & transgrediebatur terminos simplicis Sacerdotis, certe transgredi debebat, cum Abbas Fuldensis esset plusquam Sacerdos, & grandibus prærogativis insignitus, iisdemque ubere calamo demonstratis in *antecedenti Decisione ex §. minusve alias 75. cum seqq.* sed numquam per hoc suffultus Territorio separato, de quo erat quæstio, quod-
29 ve Territorium de reliquo nec necessario, nec sufficienter præseferebant præfatæ formulæ, vel phrases, ut recognosci poterat ex *Summario ejusdem Abbatis ex num 25. cum plurib. seqq.*, & responsum fuerat in *præcedenti Decisione, §. Pariterq; transeundo alias* 82. & 83.

Nec pariter evacuari satis videbatur implicita confessio emissa per Abbatem de non perfruendo Territorio separato, & plenaria Jurisdictione quasi Episcopali in Breve, seu Causa Brevis reportati *a fa.me. Urbano VIII.* quia quamvis subsisteret ponderatio, quod ministratio Sacramenti Confirmationis non
30 veniebat in sequelam Territorii separati, non tamen æque subsistebat enervatio ejusdem Confessionis, cum vis argumentationis staret in eo, quod Abbas procuraverat per Indultum *ejusdem Urbani* communicationem Privilegiorum Congregationis Sanctæ Justinæ in genere, de tempore autem proximo, dumtaxat supplicare sategit pro consequēda prærogativa ministrandi Chrisma cum supposito forsan, quod enunciata Privilegia Congregationis S. Justinæ illud continerent, unde peritio hujusce communicationis in genere ab initio facta absque ulla determinatione ad casum Chrismatis, de quo inferius, non parum denotabat, quod ipse Abbas tunc minime sibi suaderet potiri illa vere Territoriali, vel quasi Episcopali potestate, quam hodie prætendebat cum universa Privilegia ejusdem Congregationis quomodolibet revoluta non attingant ullo modo ea, quæ simpliciter, & suapte natura continentur in habente Territorium separatum, uti videmus in tot Abbatibus Italiæ, qui sub eodem Privilegio continentur, & tale Territorium non habent, nec prætendunt, & hoc est, quod dicebatur in *præterita Decisione sub §. Quinimmo alias* 85.

Et quando etiam præsumendum foret, quod ea fuerit intentio Abbatis in requirenda prædicta communicatione consequendi talem prærogativam ministrandi Chrisma, adhuc
31 ea respiciebat solummodo suos Regulares, ideoque non concludit istam separationem Territorii exemplo Abbatis Sanctæ Mariæ Florentiæ, ut optime advertit laudatus in *ead. Decisione R. P. D. Petra ad dictam Constitution. 2. Benedicti XI. sub num. 9.* & præcise *vers. Immo videtur tom. 3.* quod utique erat valde differens a supplicatione porrecta per modernum Abbatem in *Sacra Congreg. Rituum*, ubi cum dixisset indefinite, an posset suis subditis vigore ejusdem Brevis Sacramentum Confirmationis conferre, Sacra Congregatio dubitando quinam essent sui subditi (de Regularibus enim non fuisset quæstio) distulit resolutionem, pendente hujusmodi disputatione in *Sacro Auditorio*, ut refert *R. P. D. Petra in suis doctis lucubrationibus, seu Commentariis ad Constit. Apost. tom. 3. fol. 162. num. 10. in fin.*

Restabat Breve *Clement. VIII.* sed illud adversantes Domini ad summum solummodo afferebant pro efformando titulo colorato ad finem quadragenariæ præscriptionis, non vero ad demonstrandam, constituendamque Dativam Jurisdictionem, quemadmodum pariter videre erat in desuper plene ostensis in *ipsa præcedenti Decisione §. Descendendo vero*, alias 155.

Deveniendo autem ad præscriptivam, *quatuor* immo *quinque* suffragia videbantur in eam inclinasse, seu condescendere, sed in primis ille, qui oretenus auditis fundamentis, & rationibus mox allati suffragii, subsequendo idem suffragium, quod fuerat directo contrarium, ut infra præscriptæ, sive præscriptivæ Jurisdictionis censebatur forsan aliquo modo ab hoc fundamento resiliisse, sed etiam eo absolute enumerato, alterum quintum non poterat liquido adscribi, hic etenim accipiens pro titulo colorato omnia, quæ fuerant subsequuta de tempore *Clem. VIII. et Pauli V.* non intendebat ab illis ullo modo præscindere, omnia enim, quæ non fuerunt concessa, immo expresse negata, ut ibi = *sine tamen alicujus præjudicio, et exceptis iis, quæ sunt Ordinis, et quæ consecrationem requirunt, necnon aliis quibuscumque, quæ inferioribus Ordinariis quasi Episcopalem Jurisdictionem habentibus Concilii decretis sunt adempta, Summario Abbatis Num.6.* Quomodo enim dicebar, debebant reservari disputationi particulari, & non unitive definiri contra Abbatem, si ita declaraverant, & definiverant Pontifices, signanter *Paulus V.* quorum Brevia titulum coloratum efficiebant veluti suppositæ Jurisdictionis quasi Episcopalis in Abbate, nulla enim lex,

lex, nulla Constitutio, nullum Decretum, nulla Sententia potest in parte approbari,
32 & in parte reprobari, sive quod idem est acceptare concessionem, aut Indultum, vel itidem Sententiam, & respuere qualitatem adjunctam, sive injunctam *l. eum quæritur ff. de administr. Tutor. l. nam absurdum 7. ff. de bon. liber. l. si ita stipulatus 39. in fin. ff. de oper. liber. Surd. cons. 52. nu. 4. et cons. 107. num. 1. Tiraquell. de retract. convent. in fin. n. 8. Salgad. in Labyrint. credit. par. 2. c. 6. num 20. eum ibidem concordantibus.*

Reliqui autem, qui de præterito adhæserunt, & in *bodierna Audientia* adhærebant quadragenariæ præscriptioni, ceteris omissis, & de quibus latissime in *praecedenti Deeisione ex §. Constabilito* alias 119. usque ad *§. Frustranea proinde* alias 129. perstringendo concludebant, nullam signanter præcisam auctoritatem haberi, per quam effective dicatur quadragenariam præscriptionem cum titulo colorato, seu disputabili non suffragari, licet etenim plures Doctores affirment, quod ad effectum, ut inferior censeatur habere Jurisdictionem quasi Episcopalem, & verum Territorium separatum, exquiratur, vel titu-
33 lus expressus, seu clarum privilegium Apostolicum, vel penitus concurrat consuetudo, seu præscriptio immemorabilis, non tamen ob id affirmant quoque, quod præscriptio quadragenaria non sufficiat veluti quid æquipollens, seu mixtum inter utramque speciem expressi, scilicet Privilegii Apostolici, & immemorabilis, cum ea claritas, quæ non adest in privilegio, firmetur ex tam longęva præscriptione, & immemorabili, que non concurrit ratione temporis, & secum ferat præsumptum privilegium, æquivalenter suppleatur a quadragenaria, quæ si non habet indefinitatem temporis immemorabilis ceteroquin destitutam privilegio, habet tamen privilegium aliquod coloratum, quod supponimus, non requiri in ipsa immemorabili, quando a contrario plurimæ aderant auctoritates affirmantes, sufficere quadragenariam eum titulo saltem colorato ad acqui-
34 rendam hanc quasi Jurisdictionem Episcopalem, unde tamquam non habentes contradictorem, habendæ veniebant pro casu legis, ut passim dieunt nostri Doctores, & hæ Doctrinæ, sive auctoritates præ ceteris sunt *Abb. in cap. super eo de Paroch. sub n. 6. Tamburin. de Jur. Abb. tom. 1. disp. 15. quæst. 9. num. 17. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 24. num. 209. Barbos. de Episc. par. 3. alleg. 127. num. 3. in fin., Tondut. quæst. benefic. tom. 1. resol. 60. num. 10. Card. de Luca de Jurisdict. disc. 12. num. 19. Rosa de resident. Episc. sect. 6. num. 454. et seqq. Franc. de Eccles. Cathedr. cap. 30. num. 213. Bellett. disquis. Cleric. tit. de Jurisdict. Abb. S. Michaelis de Clusa §. unic. num. 17. Thomas. de re benef. tom. 1. lib. 3. cap. 40. num. 11. Rota dec. 448. num. 12. et dec. 870. num. 2. in fin. cor. Coccino dec. 988. num. 2. et 5. decis. 1001. num. 20. cor. Dunozzet. Jun. dec. 295. num. 13. in fin. cor. Priolo, in Capuana, seu Montis Casinen. Parochial. 10. Martii 1679. §. Aut ex tam cor. Bourlemont., Bononien. Juris conferendi 23. Aprilis 1697. §. Quia tamen, et 9. Junii 1698. §. Et ita cor. bo. me. Ursino, et in Casinen. seu Nullius Jurisdict. super bono Jure 7. Junii 1700. §. Quinimmo cor. bo. me. Muto.* Et hæ omnes adamussim, & nominatim allegatæ fuerunt, vel remissive ad *Decisionem diei 27. Aprilis 1705. cor. R̃mo P. D. meo Molines Decano*, vel in *mea præcedenti*, uti explicite videre est in *§. Et ideo* alias 111. *per tot.* & magis præcise *circa finem*.

Contra hæc tamen insurrexit non solum *idem unus ex Dominis*, cujus suffragium fere per exstensum fuit allatum in *præterita Decisione §. Ast quidquid* alias 134. usque ad *§. Itaque* alias 165. sed etiam *ille*, qui ut supra votum præbuerat favorabile Abbati super Jurisdictione Dativa, & demum accessit tertius, qui erat in sensu, ut differetur resolutio, &
35 examinarentur actus particulares, putans numquam per inferius tempus immemorabilis, & forsan centenariæ posse præscribi hanc universalitatem causarum ad veram Juris normam per celebrem, & capitalem *Text. in cap. auditis de præscript. cum ceteris adductis in præcedenti Decisione sub §. Addito* alias 148. & prius § 137.

Pro responsione vero ad præmissam rationem, quod quadragenaria cum titulo colorato posset æquipollere alterutri viæ, seu medio demonstrato per *Doctores* clari nimirum privilegii Apostolici, vel consuetudinis immemorabilis, seu centenariæ ponderabat ille, qui sustinens Dativam Jurisdictionem, impugnabat præscriptivam eamdem rationem nulli subsistere; Nam si ipsamet immemorabilis, & non simplex quadragenaria, prout hic, per inferiorem Prælatum adducatur, & appareat, quod innixa sit, vel derivet a
36 privilegio non claro, sive insufficienti, illa non remanet amplius operativa, ut uno ore fatentur in individuo, & in subjecta materia Territorii separati adducti in illa *Januen. Abbatiæ cor. bo. mem. Pirovano* repetita in *decis. 218. par. 6. rec.* cum ceteris frustra transcribendis relatis, & congestis *in præcedenti Decisione §. Ideoque alias 157.*

Quo-

Quomodo plus vitium, majoremque efficaciam valet obtinere eadē minor præſcriptio quadraginta annorum, & tam longe diſtans ab immemorabili, quæ reſpuit quemcumque titulum, quodcumque initium etiam annorum mille, quando (ut ajebat) inquam eadem immemorabilis quotieſcumque poſtea privilegium adinvenitur ſimpliciter coloratum, & non omnino ſufficiens ad tribuendam Juriſdictionem Dativam, & quaſi Epi-
37 ſcopalem ad nihil deſervit, ut ducto ſolito argumento a fortiori notant Scribentes in *Auth. multo magis C. de Sacroſanct. Eccleſ. Peregr. conſ. 103. n. 17. vol. 1. Marc. Anton. var. reſol. lib. 1. reſol. final. caſ. 62. Novarien. Parochialis, ſeu Vicariæ S. Martini 2. Julii 1706. §. Minus, & in Aſculana Succeſſionis 9. Maji 1707. §. Ceterum cor. Me.*

Adjungebat *alter*, quod hæc conjunctio, ſeu mixtura non poterat congruere niſi in præſcriptione alicujus actus particularis, exēpli gratia Juris decimandi in alieno Territorio, quia tunc *Bonifacius VIII. in cap. 2. de præſcript. in 6.* recte definiverat, quod ad ta-
38 lem effectum vel adeſſet de medio immemorabilis, vel titulus cum minori præſcriptione, ſicut etiam concludebat *Rot. deciſ. 21. n. 1. & 2. par. 14.* Sed de cetero ita generaliter, & ad præſcribendam univerſalitatem tantum aberat, quod quadragenaria cum titulo poſſet ſuffragari, & æquipollere, ut ſolemniter *Rota* ſemper proteſtata fuerit de contraria opinione conſtanter tenta *in Sacro*
39 *Auditorio* etiam in terminis ipſius centenariæ conjunctæ cum titulo, ut videri poterat *cor. Coccino dec. 872. nu. 3. & 4.* per verba litteraliter recenſita in *antecedenti deciſ. §. Aliique Doctores alias 157.* ibi = *quod centenaria cum titulo habeat vim immemorabilis &c. Rota non tenet iſtam opinionem, ſed vult quod de memoria, et de initio in contrarium non conſtet, juxta Gloſſam etc.*

Verum præter hæc, & præciſive pro nunc ab adductis auctoritatibus ſpecifice loquentibus in concreto dicebat *idem alter*, quod in primis neque realiter in caſu noſtro decurſum dici poterat tempus quadragenarium, non jam materialiter ſumendo tale tempus, quia tunc certum erat, quod ſive ſumendo initium ab *anno 1602.* in quo fuit per Imperatorem Auguſtum ex delegatione, ſive inſinuatione Pontificia pronunciatum ſuper ſpolio favore Abbatis ſive ab *anno 1614.* in quo fuit exarata, ſeu potius tractata ultima Concordia inter Epiſcopum, & Abbatem uſque ad *annum 1662.* in quo prodiit ultima Concordia, quam poſtea *Sacrum Auditorium* irritam declaravit in *Deciſionibus impreſſis coram Emerix Jun. la 1028. e la 1267,* tempus quadragenarium, & ultra præter lapſum apparebat.

Sed formaliter, & juridice indagando idem tempus nullatenus inveniebat, quod hæc præſcriptio potuerit decurrere, cum examinatis actibus, & concordiis *del 1613. 1614. e del 1618.*, ceteriſque rite annotatis *in præterita Deciſ.* utique credebat ſe demonſtraſſe, nuſquam verificari ex parte Abbatis allegatam præſcriptionem quadraginta annorum,
40 quia cum illa, ut in ſuis caſibus prodeſſet, debuiſſet eſſe continua non interrupta etiā per extrajudiciales, ſed undique completa cum bona fide, & animo præſcribendi ex innumeris allegatis *in Deciſ. §. Quod autem* alias 157. profecto iñegabile erat, quod ipſæmet concordiæ non in ratione puri tractatus præſeferebant confeſſionem Abbatis, quod numquam medio tempore, quo perficienda erat præſcriptio, poſſeſſio fuerit pacifica, & non contradicta, unde ex littera earumdem concordiarum, undique mirabatur, nullam audire dari reſponſionem in facto ad ea, quæ dixerat, & legebantur *in Deciſione a §. Amaritudinem* alias *156. uſque ad §. 165.*

Deſcendendo autem ad auctoritates, jam ipſe opinabatur oſtendiſſe, quod quantum attinebat ad Sacros Canones, & multiplices Textus nullus aderat, qui concederet talem præſcriptionem, niſi ad plus ad effectum novem tantummodo actuum præſcriptilium, vel in certis locis particularibus, non vero reſpectu totalis totiuſque Territorii, ut iiſdē *Textib.* ſingillatim perpenſis liquebat *ex Deciſione a §. Verum a contrario* alias 135., & ad quam idcirco remiſſive ſe habebat *uſque ad §. 142.*

Circa autem alias Doctrinas, & Deciſiones ſingillatim eiſdem credebat reſpondiſſe tamquam non novis, vel quod loquebantur in abſtracto videlicet, quod quicquid acquiri poteſt per privilegium acquiri valeat per præſcriptionem, quod tamen in re noſtra eſt
41 falſum, quia per privilegium poteſt acquiri totum, ſed per præſcriptionē non poſſunt acquiri, niſi actus particulares, nuſquam vero
42 totalitas, quæ cum poſſideri non poſſit, nequit etiam præſcribi, vel quod in conſequentiam dicebant omnia Jura Epiſcopalia poſſe præſcribi, ſed non totum Territorium, quod multū differebat, vel quod tractabant de cauſis Matrimonialibus, & Criminalibus, quod erat expreſſe contra ſenſum *Sacri Concilii* illiuſque *Congregationis*, vel quod agebant de certis Cappellis, ſeu Locis, ſed non de toto Territorio, uti patuiſſet confrontantibus, vel denique res erat cum Abbatibus S.

Bene-

Benedicti pro locis dependentibus ab Abbate Montis Casini, & generaliter habentibus favore Ordinis talia privilegia, quæ videbantur clara, ut supra vidimus in solo privilegio Zachariæ quoad Ordinem, seu Monasterium Montis Casini, unde nil mirum si superaccedente immemorabili, vel quadragenaria cum titulo, qualis erat concursus tot privilegiorum Ordinis Sancti Benedicti in Italia, apertius explanabatur, quod
43 in se continebant talia privilegia Italiæ, seu Montis Casini; de certa siquidem Ecclesia loquebatur restrictive *Rota cor. Caccino dec.* 870. *num.* 1. *et* 2. De privilegiis Sancti Benedicti Italiæ *Dunozett. dec.* 988. *n.* 1. *et* 2. Supponens privilegia ferme clarissima, & adducens tempus pro demonstrando, quod eadem privilegia erant usu recepta, & præcisius *illa Capuana*, *seu Montis Casinen. Parochialium* 10. *Martii* 1679. §. *Et tot igitur*, *et* §. *Nec inde eum seqq. cor. bo. me. Bourlemont*, *et in Marsicen.*, *seu Nullius Jurisdict. super bono Jure* 7. *Junii* 1700. §. *Juridicum*, *cor. bo. me Muto*.

In oppositum vero stare videbantur Auctoritates, & Decisiones alias allegatæ *in Decisione, quæ revidebatur sub* §. *Addito quod* alias 148.; Quantumvis enim cubitaliter non dicerent, quod præscriptio quadragenaria cum titulo colorato non sufficiebat, vel non æquipollebat immemorabili, seu privilegio, profecto id ipsum virtualiter, sive eminenter statuebant, dum enim in *dec.* 335. *nu.* 18. *par.* 13. dicebatur ibi non posse Magnum Priorem prætendere Territorium separatum, nisi vel exhiberet privilegium Apostolicum, cum solus Papa posset separare, & concedere Diœceses, vel plene justificaret immemorabilem, quæ *sola* ad hunc effectum poterit inducere præsumptionem Apostolici Privilegii, ergo si erat *sola*, nequibat admittere in sociam quadragenariam ad præsumendum beneplacitum sufficiens, & hoc etiam significare videntur ceteræ innumeræ Decisiones, & Doctrinæ quando dicunt, unum de duobus requiri ad acquirendam Jurisdictionem quasi Episcopalem, vel privilegium, vel immemorabilem, quia jam quadragenaria cum titulo numquam vere æquipollere im-
44 memorabili omnes ferme consentiunt, dum nec ipsa centenaria cum titulo æquipollet ipsi immemorabili, ut in sæpe laudata *dec.* 872. *vers. Licet alleget*, *coram Coccin.*, aliique relati in *præcedenti Decisione a* §. *Differentiam* alias 145. *usque ad* §. *Et de facto* alias 149., ubi respondetur contrariis.

Atque ex his fideliter, ut *mei* muneris erat tamquam Relatoris, seu Ponentis enarratis, lucide enituit quanta cum sedulitate fuerit quilibet articulus utrinque discussus, sed quia ut dicebam quoque in altera decisione = *Funiculus triplex difficile rumpitur*, ut ex
45 dicto *Salomonis* monuit *Textus in cap.* 1. §. *Quoniam Funiculus de tregu.*, *& pac.*, ex quo idcirco Abbas Fuldæ tribus munimentis innitebatur, nempe Jurisdictioni Nativæ, Dativæ, & Præscriptivæ, & unumquodque præseferebat maximã probabilitatem & robur, potuit placere unum uni, & alterum alteri, dummodo in eumdem finem conspirarent, maxime cum in substantia ex tota facti structura, & historia actus exerciti, & ad effectum demandati semper steterint pro Abbate, & potius reclamationes, & molestiæ ex parte Episcopi; *sex* proinde ex *novem Dominis* finaliter convenerunt in rescribendo = *Persistendum fore in Decisis*. Utraque &c.

Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis super Manutentione.

Lunæ 2. *Junii* 1710.

ARGUMENTO

Non indiget.

SUMMARIUM.

1. *Manutentio quando pendet a Judicio plenario, seu petitorio tribuitur triumphanti in eodem Judicio.*
2. *Quod procedit etiam quando possessorium potius staret pro succumbente in eodem possessorio plenario.*

DECIS. DI.

Quando manutentio pendet ab Judicio plenario, seu petitorio, necesse est, quod
1 ea tribuatur triumphanti in eodem Judicio plenario, seu petitorio, ut dicunt *Doctores in cap. Cum contingat*, *& in cap. Cum in tua de Decim.*, *Rota decis.* 449. *num.* 1. *coram san. mem. Gregor. XV. in Fulginaten. Bonorum super Manutentione* 20. *Aprilis* 1708. §. *Adhuc coram Me*, *& in Trojana delationis Crucis super Manutentione* 25. *Junii ejusdem anni* 1708. §. *primo coram R.P.D. meo Lancetta*, & in durioribus quotidie practicatur, scilicet
2 quando etiam Possessorium potius staret pro parte succumbente in eodem Possessorio plenario, *ut in Romana Hereditatis de Ruspulis* 13. *Junii* 1704. §. *Perstringendo* alias 59. *cor. R̃mo P. D. Molines Decano*, *& in dicta Fulginaten. Bonorum* §. *Differri*, *& in Civitatis Plebis Jurium Parochialium super Manutentione* 6. *Junii* 1708. §. *Discedendo*, *coram Me*.

Ac propterea ad rem applicando cum major pars *Dominorum* respondendum censuerit pro confirmatione resolutionis præteritæ appro-

probantis Sententiam latam super bono Jure ad favorem Abbatis id ipsum statuendum erat in manutentione penitus accessoria. Utraque &c.

Tyburtina Gabellæ.

Veneris 6. Junii 1710.

ARGUMENTUM.

Centenaria, & immemorabilis satis est ad effectũ obtinendi manutentionem, & firmandi bonũ Jus super facultate exigendi Gabellas, seu Vectigalia, & Pedagia, & quæ requisita, quique auditus concurrere debeat in Testibus ad effectum probandi hanc immemorabilem.

SUMMARIUM.

1. *Ad effectum obtinendi manutentionem super Jure non independenter sed relative ad suos Prædecessores sibi tributo, probari debet, eosdem Antecessores hujuscemodi Jure fuisse potitos, & in quasi possessione actualiter exstitisse.*
2. *Facultas imponendi Tributa, seu Vectigalia, & pedagia privative spectat ad Reges, & Principes vere Supremos.*
3. *Et proinde inferioribus concedi nequit manutentio ex solo facto quasi possessionis.*
4. *Centenaria sufficit ad obtinendam manutentionem, & firmandum, quatenus opus sit, bonum Jus.*
5. *Quod operatur etiam immemorabilis.*
6. *Gabella si fuisset per Principem Supremum imminuta, hoc non obstante potest Baro inferior petere, & obtinere Jus exigendi in Superiori quantitate.*
7. *Verba suppositiva, & prolata ab eo, qui disponere poterat transeunt in verba dispositiva, & approbativa.*
8. *Privilegium exhibitum sicut excludit immemorabilem, ita quoties illud supponit possessionem antecedentem, eamdem immemorabilem magis confirmat.*
9. *Ad probandam immemorabilem quæ requisita concurrere debeant, & qui auditus in Testibus requiratur.*
10. *In gabella causa passagii minor rigor exigi debet ratione correspectivitatis.*
11. *Possessio quando noscitur contradicta, & judicialiter firmata, cessat omnis controversia.*
12. *Quasi possidenti exuberat habere pro se titulum, seu causam universalem, & quasi possessionem contra aliquos, etsi non constaret de quasi possessione quoad omnes.*
13. *Gabella si ex negligentia Exactorum non fuerit exacta, successor, vel alius exactor illam exigere non prohibetur.*
14. *Testes formiter non examinati attendi non merentur.*
15. *Testes de immemorabili deponentes quæ debeant probare.*

DECIS. DII.

TErram etiam titulo Principatus insignitam, ac *Vicovarium* nuncupatam post ærumnas vetustissimæ Domus Ursinæ per organum Congregationis Baronum coemit D. Comes Paulus Bolognettus; cumque in Instrumento desuper exarato inter cetera Jura annexa eidem Principatui, seu Dominio fuerint præcise ad ejus favorem translata vectigalia, Gabellæ, Datia, Exactiones, quæ præcedentibus Dynastis, seu pro tempore Dominis ejusdem Terræ competierant, jure merito sategit idem D. Comes perseverare in suorum Prædecessorum quasi possessione exigendi Gabellam a transeuntibus per hujusmodi Terram; verum licet ferme a quibuscumque aliis istud præfinitum pedagiũ pro singulis rebus Gabellabilibus citra difficultatem pacifice exegerit, & renuentes quoque judicialiter coegerit, novissime huic solutioni subjacere detrectarunt D. Julius Ursinus, ejusque Vassalli, sive Homines Castri Arcis Juvenis, quamobrem adhibito per ipsum Comitem assueto remedio implorandi Judicis auxilium, ab A. C. reportavit ex una desuper favorabile mandatum de manutenendo, & ex altera sententiam absolutoriam ab exceptione prætensæ exemptionis, seu libertatis, quod, & ab hoc Judicato provocantibus succumbentibus, postcaque comparere negligentibus *Sacrum* hodie *Auditorium* approbavit.

Quantumvis etenim ad ejusdem Comitis intentum stabiliendum minime sat esset superius allata translatio facta per medium Congregationis Baronum, Supremum Principem ceteroquin repræsentantis, ex quo tale Jus exigendi vectigalia, & Gabellas non apparebat per eam absolute, & independenter attributum D. Comiti, sed relative duntaxat ad ejus Prædecessores istius Terræ Possessores, & Dominos, unde teneretur ipse docere, eosdem Antecessores hujuscemodi jure fuisse potitos, & in ejus quasi possessione a-
1 ctualiter stetisse, prout passim in consimilibus emptionibus, & successionibus singularibus advertit *Gratian. discept. for. cap. 310. num. 1. & seqq. Menoch. de retin. remed. 3. num. 259. Cenc. de Cens. p. 2. cap. 2. quæst. 5. num. 89. Postb. de manut. observ. 55. num. 5. & 6. Rota post eumdem dec. 223. n. 2. & 3.*

Et licet etiam in subjecta materia Tributorum, seu vectigalium, & Pedagiorum Jus resistat infe-

Inferioribus Dynastis, immo, & ipsa natura omninodæ libertatis amica, & quæ non patitur *Che le vie, che comuni a tutti sono*, ut dicebat Torquatus, per Publicanorum vexationes perturbentur, cum solum hæ facultates Regibus, & Principibus vere supre-
2 mis, cum quibus exortæ sunt, privative competant, & attineant ex *Genes. cap. 47., & lib. 3. Reg. c. 5.* quemadmodum uno ore conveniunt Theologi, & Juristæ, ex plene collectis ad *Text. l. vectigalia 10. ubi Bald. & alii ff. de publ. & vectig. per Abbat. in c. 1. de Constit. Altogr. cons. 4. num. 9. vol. 2. Rosental. de feud. cap. 5. concl. 85. n. 1. litt. A. Solarz. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 5. c. unic. num. 34. Antunez de donat. regiis par. 3. c. 1. num. 4. Card. de Luc. de regal. disc. 85. n. 3. Rota dec. 388. num. 2. cor. Reverter. & dec. 34. num. 3. par. 1. rec.*, & proinde eisdem
3 Inferioribus concedi abstractive nequeat expetita manutentio ex solo facto quasi possessionis *Didac. pract. cap. 17. num. 6. vers. præsertim, Peregr. de Jure Fisc. lib. 7. tit. 3. n. 20. Card. de Luc. de regal. disc. 110. n. 10. Rovit. ad pragm. pr. de Jurisd. in via conturb. num. 33. Postb. de manutent. observ. 44. n. 25. Capyc. dec. 77. num. 7., & Rota decis. 312. num. 13. cor. Buratt.*

Nihilominus utraque dissipata fuit amaritudo ex iisdemmet documentis, quæ pro Domino Comite allata exstitere, demonstravit siquidem, quod tam ipse, quam Domini, & possessores, qui perantea huic Terræ principabantur, semper manserũt in continuata quasi possessione hujusce Juris exigendi, non solum per duplicatam, & ultra centenariam, sed etiam à tempore immemorabili, cumque ex vulgatis ipsa simplex centenaria, & multo magis immemorabilis concurrens pro Baronibus, & Dominis inferioribus concedat facultatem allegandi quodcumque privilegium, &, ut dicunt Nostrates, quemcumque meliorem titulum de mundo, remanet in Jure extra controversiam, quod unaquæque illarum sufficiat ad obtinendam
4 manutentionem, & firmandum, quatenus opus esset, bonum Jus, sicuti in proposito centenariæ habetur penes *Card. de Luca de regal. disc. 47. num. 8., & 9., & de Jurepatr. disc. 65. num. 4. Rota dec. 318. num. 16. & seq. cor. Priol. dec. 290. num. 20. par. 19. rec., & in Reatina Jurispiscandi 13. Januarii 1710. §. Quo vero coram Me*, & respectu immemo-
5 rabilis videre est apud *Aretin. in leg. Placet col. prima, Cod. de Sacros. Eccles. Bald. cons. 468. num. 4. vol. 3. Bertazzol. cons. 281. nu. 4.*, & late examinata, & exornata materia *Modern. Spoletin. in suis annot. ad Constit. Ducat. Urbin. decr. 55. num. 2. tom. 1. Bertacch. de gabell. par. 1. quæst. 3.*

Idque adeo verum, ut quamvis hujusmodi Jus antecedenter pertinuisset ad ipsum Principem supremum, vel similis gabella vigeret in ceteris locis immediate subjectis ipsi Principi supremo, ut ajunt Regnicolæ de Demanio, atque in eisdem ceteris locis per eum-
6 dem Principem supremum fuisset eadem gabella imminuta, hoc non obstante subsisteret Jus exigendi in superiori quantitate penes Baronem, seu Dynastam inferiorem, ut ampliando inquit *Giballin. lib. 2. cap. 2. de Gabell. & vectig. art. 2. num. 6. vers. Ait quinto cum Sanchez.*

Fortius autem, quia D. Comiti ultra immemorabilem, & centenariam adstipulabatur quoque urgentissima suppositio, seu antiquissima enunciativa Sum. Pontif. *Eugenii IV.* in Breve directo Fräcisco de Ursinis Almæ tunc Urbis Præfecto, in eo siquidem Breve concedens Eugenius eidem Francisco potestatem exigendi simile passagium a transeuntibus in uno Castrorum *Scanariglia, Nerulæ, Ponticelli &c.* similitudinarie supponit, & quodammodo firmat talem exactionem fieri in Castro Vicovarii, ut ibi = *Moderatum passagium perpetuo colligi, & exigi facere possis, prout a dilecto filio Nobili Viro Comite Tagliacozzii colligitur in Castro Vicovarii*, ex hoc siquidem Breve nedum dubitari non poterat de hujusmodi supposito, quod erat fundamentum, sive exemplum gratiæ Pontificiæ,
7 sed tamquam verba indubitanter suppositiva, & prolata ab eo, qui disponere poterat, transibant in verba dispositiva, & approbativa, quemadmodum per *Tex. in c. si Papa §. Si autem, & ibi Gloss. in figurat. casus vers. Ideo si Papa de Privil. in 6. Fagnan. in c. cum contingat n. 41. de for. compet.* connotarunt *Cancer. var. resol. l. c. 3. de privileg. et rescript. n. 7., et 13. Rot. dec. 138. num. 9. cor. Emerix Jun. dec. 33. par. 19. rec., et in Nullius, seu Fulden. Jurisdict. super bono Jure 28. Junii 1700. §. Ut quatenus coram Emo Domeo della Tremoille.*

Addito quod eo ipso, quod in Breve Eugenii nullum exprimebatur initium, juxta quod passagium exigebatur in Terra Vicovarii, ecce quod nimium corroborata etiam a parte ante apparebat immemorabilis juxta receptam distinctionem, quod sicuti privile-
8 gium exhibitum immemorabilem regulariter excludit, ita quoties idem privilegium supponit possessionem antecedentem absque alio principio magis, atque magis communita remanet eadem immemorabilis *Rota dec. 250. num. 9. par. 4. tom. 2. dec. 168. nu. 37. par. 10. rec., et in Fanen. Canonicatuum 4. Maji 1700.*

1700. §. *Neque contessio cor. Emo D. Cardinali Caprara*.

Quin ambigi posset, quod post Breve prælaudati Eugenii fortasse non continuassent Domini, & Possessores Vicovarii exigere istud passagium, cum non solum de hac exactione Testimonium redderent publicæ Tabellæ præfinientes taxam pro singulis rebus gabellabilibus, *ut in Summ. Comitis num. 2.*, sed & de anno 1661. de hujusmodi Gabellæ existentia, & affictu usque ad summam præcisam scut. 450. deponebant Testes formiter examinati *d. Summ. num. 3., et 5.*, ubi etiam testificantur de visu, & de auditu a majoribus, & de ipsorum auditu ab aliis majoribus juxta vera requisita probationis immemorabilis, citra proinde illam quæstionem utrum sufficiat ad probandam immemorabilem, quod dicant se se audivisse a Majoribus, vel debeant ulterius asserere, quod &
9 audiverint a Majoribus illos se se audivisse ab aliis Majoribus, ut fuit disputarum ad examen *Gloss., et Hostiens. in cap. primo verb. memoria de præscript. in 6.* cum innumeris propemodum auctoritatibus hinc inde relatis *in illa Trojana delationis Crucis super bono Jure 21. Martii 1708. §. Non attento, et 21. Junii ejusdem anni §. Quo vero coram R. P. D. meo Lancetta, et 10. Decembris ejusdem anni §. Sublato ex bis cum pluribus seqq. cor. R. P. D. meo Aldrovando*.

Ac denique res transire videbatur in eviden-
10 tiam, quia licet minor rigor exigi videatur in hac materia Gabellarum causa passagii ex ratione correspectivitatis considerata a *Giballin. supralaudato in cap. 2. sub num. 3. in fin., et Card. de Luca de regal. disc. 131. n. 11.* adhuc superaccedebat sæpe sæpius secuta judicialis canonizatio hujus Gabellæ; quoties enim adfuerunt refractarii nolentes illam solvere, toties coacti exstiterunt per Decreta Judicum, & superiorum, quorum tenores multipliciter, & diversis temporibus registrabantur in *Summ. D. Com. sub num. 7. 8., et 9.*; Quando enim quasi possessio
11 noscitur contradicta, & judicialiter firmata, cessare solet omnis controversia, per ea quæ passim traduntur per *Menoch. de retin. remed. 3. n. 823., et seqq., Boecat. de interdict. uti possid. c. 17. n. 11., Pacific. de Salvian. interdict. inspect. 3. cap. 4. n. 8., Post. de manut. obser. 55. n. 47., Rot. dec. 933. in princ. cor. Buratt.*

Stabilitis hujusmodi fundamentis, obesse Domini non putarunt ea, quæ sibimet D. Comes ex ore D. Julii non comparentis objiciebat, videlicet, quod in specie minime probaretur solitum exigendi talem Gabellam a Domino, & Hominibus Castri Juvenis, placuit enim gemina responsio huic objectioni attributa, altera nimirum, quod comprobato ex deductis hucusque in universum jure exigendi nuda hæc negativa solutionis in Barone, & Hominibus Castri Juvenis nullius erat efficaciæ, quoniam nisi clarissime doceretur a contrario de titulata exemptione, seu particulari privilegio, & titulo exemptivo, parum relevabat hæc si quæ accidit non solutio, exuberat enim quasi possidenti habere pro se titulum, seu cau-
12 sam universalem, & quasi possessionem contra aliquos, quantumvis non constaret de quasi possessione quoad omnes, ad notissimã doctrinam *Bald. in l. prima num. 24. Cod. de emancipat. lib. 19., Posth. de manutent. observ. 73. num. 174. cum sequen., Adden. ad Gregor. dec. 157. num. 6. cum seqq., & cor. Rembold. dec. 123. num primo, in Mediolanen. Præpositura 18. Maji 1695. §. Tunc demum post Card. de Luca lib. 12. ad materiam Beneficiorum dec. 2.*, & in individuo Pedagii *de Rof. consult. 9. num. 12. cum pluribus seqq.*

Et altera, quod si forte, vel ex indulgentia Dominorum Vicovarii pro tempore, qui erant de Domo Ursina, vel ex oscitantia, & negligentia Exactorum non fuit rigide exacta Gabella, alius Successor, alius Exactor, attenta natura actus facultativi, illam exi-
13 gere non prohibetur, ut respondit *Paulus I. C. in l. locatio 9. §. Earum rerum ff. de public. ibi = Quod si præstari consuetum ex indulgentia Publicanus omiserat, alius exercere non prohibetur*, & quoad indulgentiam, seu actum facultativum monuit *Rota in Nullius, seu Provinciæ Hispalen. Juris deputandi Vicarium 21. Februarii 1707. §. Qua de re cor. Rmo D. Molines*.

Minusque refragare authumarunt Testes, qui in contrarium soliti erant afferri, non tantum, quia minime apparebant formiter examinari, sed etiam, quia nullatenus deponebant de scientia, & patientia Dominorum ejusdem Terræ Vicovarii, neque quod plus erat, cum requisito negationis solvendi junctim cum subsequuta acquiescentia volentis exigere, in quibus circumstantiis, vel Te-
14 stes non merentur attendi, ut de Testibus formiter non examinatis palam est ex congestis *in illa Asculana Dotis 25. Junii 1700. §. Et demum cor. Reverendissimo Omanna Episcopo Giennen., & in Civitatis Plebis Jurium Parochialium 6. Junii 1708. §. Agnovisse coram Me*, vel non relevant, nisi doceatur de scientia Dominorum, ut prosequuntur *Mascard. conclus. 4214. nu. 20., & seq. dec. 1392. num. 5. coram Coccin. dec. 110. num. primo cor. Cels., & in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis*

super

super bono Jure 28. Junii 1700. §. Immemorabilis cor. Emo D. meo Card. de la Tremoille, vel
16 ubi denegationi solvendi non supervenerit acquiescentia eorum, quorum interest, ad tradita per Doctores *in l. cum notissimi Cod. de praescript. 30. annorum*, *Rota dec. 53. n. 26. cor. Zarat. dec. 512. num. 4. in fin., & num. 13. dec. 544. num. 10. coram Cerr., & dec. 1817. num. 9. cor. Cocein. dec. 463. num. 2. par. 1. decis. 265. num. 36. par. 5. dec. 23. num. 4. part. 6. rec.*

De Genealogia, & de quodam compromisso inter nonnullos de progenie Ursina sermonem habere superfluum *Domini* censuerunt, cum nihil concluderent, sive ad Causae decisionem conferrent.

Et ita D. Comite tantum informante.

Auximana, seu Camerinen. Fideicommissorum.

Lunae 16. Junii 1710.

ARGUMENTUM.

Repraesentatio ultra tertium gradum inter Collaterales non extenditur. Nepotes includi non possunt sub nomine filiorum ad finem consuccedendi cum filiis primi gradus, quando iidem Nepotes ab intestato non consuccessissent cum eisdem filiis primi gradus. Clausula *in stirpes, & non in capita* quando valeat comprehendere Nepotes sub nomine filiorum, vel quando inducat repraesentationem, vel quando inefficax ad utrumque effectum reputetur, vel demum quomodo sit intelligenda.

SUMMARIUM.

1. *Immissio ei deneganda non est, qui est heres in testamento scriptus.*
2. *Testator si filios filiarum invitaverit, sub horum nomine soli filii, non vero Nepotes venire poterunt.*
3. *Praesertim si dispositio effectum jam sortita fuerit, assentientibus ipsis Nepotibus in Personis filiorum, tunc enim ad Nepotes secundi gradus extensio non est facienda.*
4. *Successiones fideicommissariae ex praesumpta Testatoris mente censeri debent uniformes successioni intestatae.*
5. *Repraesentatio ultra tertium gradum inter Collaterales non extenditur.*
6. *Nepotes includi non possunt sub nomine filiorum ad finem consuccedendi cum filiis primi gradus, quando iidem Nepotes ab intestato non consuccessissent eum eisdem filiis primi gradus.*
7. *In successione ascendentali ad differentiam Collateralium omnes etiā disparis gradus descendentes occupant gradum eorum Patris, & fiunt aequales.*
8. *Proximitas gravati, & non gravantis, quando sit attendenda.*
9. *Clausula* in stirpes, & non in capita *quando valeat comprehendere Nepotes sub nomine filiorum;*
10. *Vel quando inducat repraesentationem.*
11. *Et quando inefficax ad utrumque effectum, seu finem reputetur.*
12. *Inaequalitas portionum in successionibus est semper odibilis.*
13. *Et ad quemnam effectum clausula istis in stirpes a Testatore apposita in successionibus intelligi debeat.*

DECIS. DIII.

Triplicis naturae, sive a triplici fonte promanantia erant Bona, quae possidebat mortis suae tempore Octavius Cima, aliqua nimirum propria, & undequaque libera, alia supposita fideicommissariae ordinationi Caroli Patris, & demum alia obnoxia alteri fideicommisso Barzii illius Avi Materni, cumque postremo terminatis, seu neglectis differentiis super manutentione, & attentatis ab initio subortis inter heredes memorati Octavii ex una, & Benutinum, & Cajetanum ex altera Nepotes ejusdem Octavii, assumpta fuerit disputatio plenaria super pertinentia supradictorum omnium respective Bonorum, *Sac. Tribunal* citra dubium existimavit, Bona libera, & Bona Barzii ad praenominatos heredes attinere, scilicet usque *sub die prima Julii 1709. coram R.P. D. meo Crispo* ex rationibus luculenter extensis *in decisione per eum edita sub praedicta die*: Et deinceps in hac parte devoluta provocatione ad *me* tamquam ultimum Correspondalem, placuit aliis *Dominis mihi* respondentibus id ipsum *hodie* affirmare per Rescriptum = *Sententiam Rotalem esse confirmandam*.

Et equidem circa Bona libera, nulla subesse poterat amaritudo, cum enim Octavius, postpositis nepotibus, heredes scripserit geminos Canonicos Pelleonum, & Razzantem, utique his denegari non poterat immissio super eo, quod erat in libero Patrimonio Testatoris de tempore ejus obitus, ut resecatis ambagibus antiquae vigesimae, injunctae per *Adrianum Imperatorem*, quoties nullum vi-
1 tium visibile appareat in Testamento, sancte postea praescripsit *Justinianus in celebri l. fin. C. de Edict. D. Adrian. tollen.* & tradunt *relati in addit. ad dec. 22. num. 19. inter hactenus impress. cor. Me, Rot. dec. 149. nu. 5. par. 17. rec.* & alibi passim.

Respectu vero Bonorum Barzii Avi, ut diximus, Octavii Testatoris, & ultimi Possessoris, difficultas versabatur in eo, quod cum

idem Barzius institutis, & in casu obitus reciproce substitutis filiis primi gradus, postremo dispositionem suam clauserit per hæc verba = *E morendo tutti, che Dio non voglia, similmente senza figli, o figlie legitimi, e naturali, come sopra, voglio, che succedano le dette mie figlie femmine, che saranno maritate, escluse sempre le Monache, e che sopraviveranno, e se non i loro figli, o figlie, quali parimente sostituisco, come sopra, volgarmente, pupillarmente, e per fideicommisso in stirpe, e non in capite, e morendo tutte dette mie figlie senza figliuoli legitimi, e naturali, come sopra, in qualsivoglia tempo, voglio, che succeda nella detta mia Eredità, e Beni Ereditarii la Ven. Compagnia del Nome di Gesù Cristo*, & purificato primo casu omnium Institutorum obitu sine filiis, & proinde ingressa successione in feminas sub ea vulgari, *e se non i loro figliuoli, o figlie* fatum præbuerit, quod tali ingressu eveniente, Cæcilia unica a Testatore in seculo relicta, præmature prædefuncta erat ultimo masculo, superstitibus ex ea dumtaxat ipso Octavio Testatore, & filio primi gradus Cæciliæ, & Benutino, & Cajetano nepotibus ex Thoma altero filio ejusdem Cæciliæ, prout in Arbore *in antecedenti decisione R. P. D. mei Crispi* delineata; quapropter satagentes hi ad tunc apertam successionem Barzii, saltem in stirpes concurrere cum præfato Octavio Patruo, varias ad hunc effectum conjecturas adduxere pro eorum simultanea comprehensione, sed eas piget, & inutile foret in præsenti retexere, dum eæ omnes a suis fundamentis apparebant exuberanter evulsæ *in eadem præterita Decisione cor. R. P. D. meo Crispo*, ad quam subinde merito etiam *Domini* sese habuerunt remissive.

Solumque aliqua *iidem Domini* decerpsere quæ juncta novis ponderationibus, Casum admissionis solius Octavii ponere videbantur in claris, non tantum quippe Nepotibus obsistebat regula firmissima *in eadem præterita Decisione stabilita*, quod cum Barzius per viam illius vulgaris, quæ contigit, ad succedendum invitaverit filios filiarum, sub horum regulariter nomine solus Octavius, qui

2 erat filius, & non Benutinus, & Cajetanus Nepotes inferioris gradus venire poterant, ad præclaram censuram *Text. in l. Gallus §. Idem eredendum ff. de liber., & posthum. l. quod si Nepotes ff. de Testam. tutel. l. filium ff. de his, qui sunt sui vel alien. jur. §. Ultim. instit. qui testam. tutor. dar. poss. cum concordan. relat. in Volaterrana Beneficii 7. Junii 1709. §. Quin forte in fine cor. Me.*

Verum etiam de novo fuit ponderatum, quod dum iidem Nepotes post mortem Constantii ultimi filii Testatoris permiserunt unice admitti Octavium Patruũ ad hanc successionem fideicommissariam absque ulla excitatione prætensionis hujus concursus, seu simultaneæ vocationis, sicque ob id nedum perspicua ex eorum facto, seu non facto oriebatur observantia palmaris, & undique interpretativa hactenus refricatæ quæstionis certo certius etiam in dubio resolvendæ ad favorem ejusdẽ Octavii Patrui, sed quoque locus aperiebatur alteri communiter receptæ propositioni, quod ubi dispositio,

3 prout hic, effectum assentientibus ipsis nepotibus jam sortita fuit in personis filiorum, tunc ad Nepotes secundi gradus extensio facienda nequaquam est, ut egregie *post Bartol. in l. liberorum §. 18. ff. de verb. signific. tradiderunt Gratian. discept. 765. n. 1. Peregrin. de fideicom. art. 22. num. 58. Mantic. de conject. lib. 8. tit. 8. num. 6. Fusar. de substit. quæst. 321. num. 31.*

Rursus consideratum exstitit, quod ex alio eapite nequaquam Nepotes valebant in concursum ad præsens venire cum Patruo, quia cum successiones fideicommissariæ, ex præsumpta Testatorum mente censeri debeant

4 uniformes successioni intestatæ ex rationibus adductis per *Peregrin. de fideicom. artic. 21. sub num. 5.* profecto cum ultimo defunctus, & ultimus Possessor, cui succedendum erat, exstitisset præfatus Constantius secundum Cognationem Patruus Octavii, & Propatruus, seu Patruus major Benutini, & Cajetani, nullo modo poterant iidem Pronepotes ab intestato concurrere cum Patruo, repræsentatio etenim, qua opus fuis-

5 set ad faciendum concursum in gradibus inæqualibus ultra tertium gradum inter collaterales non extenditur, quemadmodum deciditur per *Text. in §. Si igitur defunctus il seconda vers. nulli alii Auth. de hered. ab intest. venien. Mart. de success. par. 1. quæst. 23. art. 1. num. 9. Peregrin. de fideic. art. 21. n. 7. & seqq. Rot. dec. 52. n. 1. cor. Zarat., & dec. 1449. num. 8. cor. Coccin., & in rec. dec. 305. num. 8. par. 14. dec. 124. num. 9. par. 15. & dec. 26. ex num. 3. par. 18. rec.*

Si itaque Benutinus, & Cajetanus non successissent prænominato Constantio ab intestato, concors subintrabat ulterius sententia scribentium, qui subcensent, Nepotes includi non posse sub nomine filiorum ad finem

6 consuccedendi cum filiis primi gradus, quãdo iidem Nepotes non consuccessissent ab intestato cum eisdem filiis primi gradus, quemadmodum uno ore profitentur *Curt. Jun. cons. 57. num. 5. Soccin. Jun. cons. 149. num.*

n. 4., & seqq. lib. 2. Rustic. de fideicom. lib. 6. cap. 14. n. 24. cum plurib. seqq., Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 94. n. 18. Simon de Pretis de interpret. ultim. vol. fol. 326. n. 40. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 8. nu. 7. cum aliis apud Fusar. de substit. quæst. 321. n. 30.

Neque ex eo, quod Barzius fideicommittens, & de cujus Bonis juxta prædictam distinctionem ad præsens agebatur, esset ascendens tam eorumdem Pronepotum, quam ipsius Octavii Patrui, poterat replicari, quod ad terminos intestatæ successionis consuccedere potuissent etiam iidem Pronepotes, cum ad differentiam Collateralium in successione ascendentali omnes etiam disparis gradus descendentes occupent gradum eorum Pa-
7 tris, & mediante prædicta occupatione, seu repræsentatione fiant æquales ad contrariam regulam, de qua idem Text. in l. si igitur auth. de hered. ab intest. venien. l. cum ita 33. §. In fideicomm. ff. de legat. 2. Rocc. disput. Jur. select. cap. 9. n. 1. Rot. dec. 5. n. 20. par. 6. rec. & in Balneoregien. fideicomm. 6. Februarii 1708. §. Quemadmodum cor. R. P. D. meo Scotto. Et in proposito nostræ quæstionis relati per Peregr. dicto art. 21. sub n. 6. de fideicomm.

Quoniam licet qualitas ascendentalis, & jura illam subsequentia non permittant, quod ea æque non diffundatur in infinitum, amor enim ad similitudinem Aquæ quo plus descendit, plus elevatur, adhuc replicatio recte processisset, quoties actum fuisset de succedendo immediate eidem Barzio, illeque fuisset ultimo defunctus, cui foret succedendum, sed cum successio Barzii jam fuisset per plura media delata, occupata, & translata in Constantium ultimo decedentem, certe pro mensuratione graduum in successione fi-
8 deicommissaria, ex hodie imperturbabili opinione attendenda erat proximitas Gravati, & non Gravantis, de qua præcise ad rem Peregrin. de fideicomm. art. 21. sub n. 8. Rot. dec. 21., & dec. 35. utrobique n. 1., & per tot. cor. san. mem. Alexandro VIII. aliisque reassumptis concordan. in dec. 437. n. 1., & seqq., & dec. 445. pariter nu. 1., & seqq. par 19. tom. 2. rec. & in Tyburtina fideicommiss. 2. Martii 1705. §. Hisce ponderationibus cor. Me, & in Balneoregien. fideicomm. 6. Februarii 1708. §. Quemadmodum cor. R. P. D. meo Scotto.

Atque ex his dupliciter magis stabilito fundamento antecedentis resolutionis, eoque etiã valide communito cum altero, de quo proxime, nullum eorumdem sive junctim, sive seorsim concuti posse visum est ab adjectione illius clausulæ facta per Barzium in ejus Testamento præsenti substitutioni filiorum suarum filiarum, nempe in stirpes, & non in capita; Etsi enim abstractive clausula hæc, quoties alium commode nequeat suscipere intellectum, apud non nullos afferri soleat, vel ad finem comprehensionis Nepotum sub nomine filiorum, vel ad effectum in-
9 ducendi repræsentationem, sicuti in prioribus terminis videre est penes Soccin. Jun. cons. 149. nu. 2. lib. 2. Gratian. discept. forens. 687 n. 8., & 10. Ridolphin. allegat. 24. ex n. 8., & per Fusar. de substit. quæst. 320. n. 39., & n. 43. Peregr. de fideicomm. art. 18. n. 18. Palm. dec. 263. nu. 72. Rot. dec. 345. n. 28. par. 16. rec., & in Romana seu Reatina fideicomm. de Vincentinis 2. Aprilis 1696. §. Quinta cor. Emo D. meo Caprara & in po-
10 sterioribus patet ex Rocc. disp. jur. select. dicto cap. 9. n. 8. Peregr. de fideicomm. art. 21. n. 18. Rota dec. 837. n. 9. coram Dunoz. Jun., & in dec. 102. nu. 17. par. 4. tom. 2. dec. 203. n. 11. par. 13., & dec. 437. pariter n. 11. par. 19. tom. 2. rec., & in Bonon. fideicommissi de Griffonibus 4. Julii 1704. §. accedit insuper cor. Rmo Omanna Episcopo Giennen.

Nihilominus hujusmodi clausula inefficax ad utrumque effectum, seu finem reputatur, quotiescumque magis de plano, magisque commode potest alium sensum recipere, quin extorquenda veniat ad destructionem earum
11 regularum, quæ a jure nostro, atque per majores nostros firmatæ, & receptæ noscuntur, ut cum Mart. de success. legal. par. 1. quæst. 3. art. 2. nu. 46. in fine advertebatur etiam in antecedenti Decisione R. P. D. mei Crispi sub §. Domini tamen.

Thesim autem ad hypothesim applicando, evidens ex simplici lectura Testamenti reddebatur, quod nullatenus fuerat per Barzium Testatorem apposita supradicta clausula in stirpes, vel ad exorbitantem extensionem appellativi filiorum ad Nepotes, vel ad inducendam repræsentationem in Collaterali-
12 bus ultra tertium gradum, sed ad effugiendam dumtaxat inæqualitatem portionum, semper odibilẽ in successionibus, cum enim, uti vidimus, Barzius post obitum Institutorum sine filiis in plurali numero substituisset filias feminas, quas & habuerat in effectu, & per viam vulgaris in numero pariter plurali invitasset, scilicet in Casu inexistentiæ earumdem filiarum = li loro figlioli o figlie = nonne poterant, vel saltem ita supposuit Barzius, quod possent, defectis eisdem propriis filiabus ante purificationem fideicommissi, superesse ex unaquaque ex eisdem filiabus

liabus filiæ, & liberi hinc inde numero plures, vel pauciores; ne igitur eveniret, quod ex una filia superessent quinque, vel sex filii, ex alia duo, vel tres, omnesque prætenderent succedere in capita eum magna inæqualitate linearum, præfatam ideirco clausulam inseruit, quæ istud absurdum auferret, sed non propterea id voluisse censendum in casu, quo ut ad præsens tractaretur de pluribus ab una eademque filia sua per dispares gradus descendentibus, ex collectis *per Bonden. collect. legal. 41. n. 103. Rocc. select. jur. disp. cap. 9. ex n. 28. ad 31., Rot. dec. 287. nu. 9. par. 4. tom. 2. dec. 305. n. 10. in fin. par. 14. rec., & in Romana seu Reatina fideicomm. de Vincentinis 14. Junii 1697. §. Levioris ponderis cor. bo. mem. Muto confirmat. 14. Februarii 1702. cor. R. P. D. meo Scotto.*

Et ita non obstante perperam petita dilatione per Benutinum, & Cajetanum sub frivolo pretextu, quod penderet altera sententia pronuncianda super Bonis a Carolo provenientibus, quæve nihil commune habebant cum Bonis provenientibus a Barzio, ideoque pendentibus a separato penitus fideicommisso Caroli, resolutum fuit Canonicis Palleono, & Razzante informantibus.

Forolivien. Juris Offerendi.

Mercurii 18. Junii 1710.

ARGUMENTUM.

Magistralis, & docta est decisio præsens prodita super Jure Offerendi, in qua tractatur articulus, an Creditor intermedius emens sub hasta in figura tertii Oblatoris rem communiter hypothecatam, & pecuniam deponens ad effectum, ut illa solvatur Creditoribus anterioribus, liberetur a Jure offerendi promoto a Creditore posteriori. Item habetur an liceat Debitori, sequuta datione in solutum, seu adjudicatione ad commodum Creditoris, comparere intra biennium, & rem adjudicatam recuperare si malit debitum persolvere, & an Statutum hoc auferre possit; Et demum quanto tempore præscribatur Jus istud offerendi.

SUMMARIUM.

1. *Juris offerendi materiam quinam tractent.*
2. *Creditor intermedius immunis remanet a quolibet Jure offerendi si sub hasta emat in figura tertii Oblatoris rem communiter hypothecatam, & pecuniam solvat anterioribus Creditoribus*, & n. 8.
3. *Affertur ratio.*
4. *Quæ procedunt etiamsi præfatus Creditor rem Communis debitoris pluribus hypothecatam extrajudicialiter emisset.*
5. *Si vero Creditor intermedius emendo rem communis debitoris non exuat figuram debitoris tunc obnoxius remanet Juri offerendi per posteriorem creditorem intentato.*
6. *Affertur itidem ratio hujus secundæ conclusionis.*
7. *Factum Judicis in his terminis reputatur factum Partis.*
8. *Cuilibet Creditori sub hasta publica ementi rem communis Debitoris, licet acquirere jus, & dominium irrevocabile.*
9. *Facultas vendendi pignus in qua stat figura Creditoris non tollit altam reduplicabilem figuram tertii Acquisitoris, & Emptoris.*
10. *Dimittens Creditores anteriores succedit in eorum Juribus anterioribus.*
11. *Creditor anterior, quando dicatur obtulisse tamquam tertius, vel tamquam Creditor*, & n. seq.
13. *Jus offerendi in tantum habet locum in quantum præsumitur quod Creditor licitaverit in confirmationem sui crediti, vel hypotheca.*
14. *Creditor offerens tamquam tertius remanet immunis a Jure offerendi Creditoris posterioris.*
15. *Ad effectum constituendi aliquem Creditorem necessarium non est, quod ei pecunia, vel res in numero, pondere, & mensura consistens debeatur, sed sat est quod ei aliquid præstandum veniat*, & n. 24.
16. *Ad subhastationem deveniri nequit absque credito instantis.*
17. *Censum extinguere licet Accollatarius promiserit, non tamen potest cogi a Creditore ad illum extinguendum.*
18. *Adjudicatio semper supponit, & requirit creditum undique liquidum pro quo illa fit.*
19. *Adjudicatio congruit, & permittitur tantum favore Creditoris, ubi deficiant Oblatores, & licitatores.*
20. *De jure adjudicatio non sustinetur nisi fiat justo pretio.*
21. *Testibus Juris assistentia suffultis, & deponentibus de re ad eorum officium spectante plena fides adhibenda est.*
22. *Adjudicatio quando dicatur obtenta tamquam Creditor, & non tamquam tertius*, & num. seq.
23. *Tertius quilibet oblator, ac deliberatarius reportare semper solet cessionem ab iisdem Creditoribus anterioribus, quos propriis pecuniis dimittit.*
24. *In facienda excomputatione non exigitur excomputatio Crediti pecuniarii, sed exuberat excomputatio, quæ fiat illius Juris, quod stat loco Crediti.*
25. *Accollatio per alium, nempe per venditores antea*

antea suscepta ad differentiam veræ delegationis non extinguit debitum.

26. Cessio si sit facta emptoribus solventibus debitum antea proprium resolvitur in quietantiam, & nudam liberationem.

27. Fidejussor si procurat, ut ex pignore Debitoris principalis satisfiat tertius Creditor, cujus respectu est correus, non tamen evitat Jus offerendi quoad alterum posteriorem Creditorem ejusdem Debitoris principalis.

28. Debitori an liceat sequuta datione in solutum, seu adjudicatione ad commodum Creditoris, comparere intra biennium, & rem adjudicatam recuperare si malit debitum solvere.

29. Et an Statutum hoc auferre possit.

30. Creditor licet per Jus offerendi titulo Emptionis bona sibi hypothecata acquirat in ordine ad Debitorem irrevocabiliter, recte nihilominus ei offertur.

31. Creditor impugnare nequit per viam Juris offerendi eam deliberationem, quam illius pretium recipiendo approbavit.

32. Quinimmo in hoc casu dicitur remisisse quamlibet hypothecam, quæ valuisset ei super bonis deliberatis competere.

33. Et sublata, seu remissa hypotheca cessat Jus offerendi.

34. In præjudicialibus requiritur mandatum omnino speciale, & expressum, nec sufficit generale, seu præsumptum.

35. Jus offerendi datur pro credito ex diverso Jure proveniente, & ex diversa hypotheca, licet aliud creditum sit extinctum.

36. Jus offerendi est mere subsidiarium nec regulariter admittitur quoties Creditor posterior potest aliunde de suo credito licet posteriore satisfieri; Limita n. 39.

37. Seni septuagenario indulgetur a Principe per viam Commissionis indultum de præservando personam ab exsequutione.

38. Decoctio paternæ hereditatis arguitur ex repudiatione facta a filiis.

39. Jus offerendi datur Creditori etiamsi habeat bona ex quibus possit satisfieri, quando eadem bona sunt intricata.

40. Beneficium Auth. Res quæ non retardatur quoties adsunt bona libera, sed ea dignoscuntur difficilia, & intricata.

41. Hypotheca præscribitur spatio annorum decem inter præsentes, & viginti inter absentes.

42. Et ad quemnam effectum operetur ista præscriptio.

43. In Jure offerendi requiritur præscriptio triginta saltem annorum.

DECIS. DIV.

Quemadmodum Jura nostra, Doctores, & Tribunalia securum reddunt, & iuimu-
1 nem a quolibet Jure Offerendi, de quo loquuntur *leg. cum prior 3. cum posterior 6. ff. de distract. pignor. ceterique concordantes allegati in mea Farfen. Juris Offerendi 6. Decembris 1702. in principio*, Creditorem intermedium adversus posteriorem hujusmodi remedium intentantem, quoties idem Creditor intermedius judicialiter emit sub Hasta in vera figura tertii Oblatoris rem communiter quoque hypothecatam, nimirum quando anterioribus Creditoribus perurgentibus publicæ subhastationi, & publicis oblatio-
2 nibus exponatur ipsa res communis Debitoris, propriasque pecunias ad hunc effectum exbursatas idem intermedius Creditor, & insimul Licitator numerat iisdem Creditoribus anterioribus, ut tradunt *Fulgos. in leg. 2. ff. de distract. pignor. Surd. consil. 256. num. 6. lib. 2. Scoppa ad Merlin. Pignattell. controvers. 68. sub num. 6. Salgad. Labyrint. Creditor. par. 1. cap. 10. num. 16., & 77. Felician. de Censib. tom. 2. lib. 3. cap. 2. num. 13. versicul. tertio quia, Posth. de subhast. inspect. 66. sub num. 27. Card. de Luca de Credit. disc. 165. num. 4., & de empt., & vendit. disc. 31. fere per tot. de Franch. dec. 69. num. 3., & 4. Rota dec. 67. num. 3. penes Posth. de subhast. dec. 445. n. 86. coram Duran.; in Cornetana Juris Offerendi 18. Novembris 1701. §. 1. vers. Et in longe durioribus, & §. Prædictaque coram bon. mem. Muto, & in Farfen. Juris Offerendi 6. Decembris 1702. §. Ast longe coram Me.*

Et sane ratione, quod non ex eo, quod idem Creditor intermedius est Creditor, debet idcirco esse pejoris conditionis, quam foret tertius Licitator, & Oblator, qui dimittens Creditores anteriores in continenti subin-
3 greditur in illorum Juribus, & ope innegabilis retentionis se se tuetur a vexationibus Creditorum posteriorum, qui nihil habent in illa re vendita, seu subhastata, qui persequantur, cum eadem res jam reperiatur absorpta, seu cooperta ab hypothecis anterioribus transfusis in illum tertium Emptorem, sicuti prosequuntur *mox adducta auctoritates*, & signanter *Merlin. controv. forens. centur. 2. cap. 68. num. 3., & 4. Card. de Luca de emption., & vendit. dicto disc. 31. sub num. 6. Alter. de Luc. ad Franch. dec. 69. sub num. 3., & 4. Rot. d. dec. 445. nu. 86. in fin. cor. Duran.*

Idemque esset ubicumque versaremur in emptione extrajudiciali, quia si præfatus Creditor intermedius rem comunis Debitoris; pluribus hypothecatam compareret recta

via

via ab ipso Debitore, sub ea tamen lege, & pacto solvendi integrum pretium Creditoribus anterioribus, idque de facto fuerit sequutum, non minus quam quilibet Extraneus Emptor extrajudicialis pati non posset ullas molestationes a Creditoribus posterio-
4 ribus quoad hoc Jus Offerendi, sicuti si fuisset vere tertius pati non posset ullum Salvianum, quod ab eodem fonte hypothecæ procedit, sed Galea pariformis retentionis indutus liber restaret, ex plene firmat. *in tract. de Commerc., & Mercatur. disc. 57. fere per tot.*, & præter supra laudatos prosequuntur *Olea de Cession. Jur. in addition. ad titul. 4. quæst. 3. sub n. 18. Rot. decis. 290. sub n. 5. post. Pacif. de Salvian. dec. 290. sub n. 5. cum aliis in mox relata Farfen. Juris Offerendi 7. Decembris 1702. §. Punctus itaque alias 14. cor. Me.*

Ita e converso quotiescumque Creditor intermedius emendo rem communis Debitoris penitus non exuit figuram, & Vestes Creditoris remanet indubitanter obnoxius Juri Offerendi, per posteriorem Creditorem intentanto, & emptio pignoris sequuta recensetur facta potius ad confirmationem veteris
5 hypothecæ, & non animo acquirendi Dominium, vel saltem lex sic interpretatur, & non permittit, rem transire in liberum, perpetuumque Dominium ejusdem intermedii Creditoris, uti videre est penes *DD. in l. 1. §. Cum autem C. si antiqui Credit. Ann. consil. 37. volum. 1. de Marin quotidianar., resol. lib. 2. cap. 219. n. 1., & seqq. Rodriquez. de concurs. Creditor. par. 2. art. 1. a n. 22. Negusant. de pignor. membr. 3. par. 1. n. 1. 2., & 7. Schettin. de Jur. Offerend. par. 1. cap. 3. sect. 2. num. 4. Calvin. de æquit. cap. 35. Crusius de Jur. Offer. cap. 3. per tot. Mastrill. decis. 78. num. 10. Thesaur. dec. 157. n. 1. de Franch. dec. 453 per tot. Rot. dec. 197. num. 2., & decis. 198. num. 3. post Constant. ad Statut. Urb. Tom. 3. dec. 447. num. 6., & 7. cor. Duran.*

Ratio, cui hæc secunda Pars distinctionis innititur, plena nimium est æquitatis; amara siquidem res esset, quod Creditor posterior omnimode exclusus per factum intermedii Creditoris, omni restauro, omni spe recuperandi unum obulum viduaretur, quando e converso nulla considerari potest Injuria, quæ Creditori intermedio, & insimul Emptori infligatur, dum admisso hoc Jure Offerendi totum pretium, vel explicite anterioribus numeratum, vel sibimet implicite
6 exbursatum recuperat, ut recte considerant *Cravett. consil. 298. Morott. de Jur. Offerend. num. 12. Caroce. de oblation. par. 2. quæst. 11. n. 6. Mastrill. dec. 201. n. 1., & seqq. cum aliis adductis concordan. in Farfen. Juris Offerendi 6. Decembris 1702. §. Et ratio alias 5. coram Me.*

Et quod dicimus abstractive de Emptione, quæ in hunc modū fiat per Creditorem intermedium, locum sibi vindicat, sive agatur de emptione Judiciali, scilicet sub hasta, vel de emptione extrajudiciali sine Judice celebrata eum communi Debitore, cum Judicis auctoritas, & Interventus nihil circa hoc operetur, nisi forte, ut supra, judicialiter subhastando processerit Jure, seu ad instantiam
7 Creditorum anteriorum, factum quippe Judicis in his terminis reputatur, & est factum ipsius Partis. *Riminald. Jun. consil. 3. n. 13. Felician. de censib. tom. 2. lib. 3. cap. 2. sub n. 13. versic. qua regula. Caroce. de Oblat. par. 2. quæst. 11. nu. 26., & 63. Rot. decis. 108. n. 15. penes Posth. de subhast., & dec. 43. n. 9. & seqq. cor. Bich. dec. 197 n. 3., & seqq. post Constantin. ad Statut. Urbis tom. 3. cum aliis plene relatis in dicta Farfen. Juris Offerendi 6. Decembris 1702. §. Eleonora igitur cor. Me.*

Stabilitis itaque hisce Propositionibus in subselliis Judicantium assidue receptis, Causa, quæ *hodie* versabatur inter Guglielmū, aliosque Fratres de Gaddis ex una, & inter Ludovicum, & Antonium de Merlinis ex altera ad nudam applicationem alterutrius Partis ejusdem distinctionis reducebatur; Cum etenim Scipio aliique fratres de Gaddis, a quibus Causam habebant moderni Possessores, Guglielmus scilicet, aliique fratres pariter de Gaddis institissent usque de *anno* 1678. pro assequendo Judiciali mandato contra illos de Brigantibus, ex quo eorum Majores sub anno 1654. coemerant nonnulla bona sita in Territorio Foripompilii, & vice solvendi pretium se se obligaverant extinguere tot Census, quibus præmebantur ipsi de Gaddis Venditores in summa scutorum 3757. 84., illudque obtinuissent pro summa scut. 1547. in qua Brigantes non impleverant promissa, & vigore deinceps ejusdem obtenti mandati, quod nuncupatur ad factū, reportassent, in publica subhastatione nonnulla Bona eis in defectum aliorum Oblatorum judicialiter adjudicari, & similiter postea coemissent, seu recepissent ab eisdem Debitoribus nonnulla alia Bona, insurrexere præfatus Ludovicus, & Antonius de Merlinis freti remedio prænominati Juris Offerendi, unde ad normam præmissarum theoricarum, & respective distinctionum, perpenso negocio, censuit in præcedenti in stantia *R. P. D. A. C. Cerrus* Actoribus com-

petere

petere hujusmodi Jus Offerendi, per assuetam vero provocationem de lara Appellatione *ad Sacrum Tribunal* uniformis *in hodierna Audientia*, non obstante acri oppositione illorum de Gaddis, emanavit resolutio.

Contendebant equidem succumbentes ad eorum favorem omnino applicari primum membrum præmissæ distinctionis penitus exsclusivæ cujuslibet Juris offerendi, cum ipsi nequaquam, nec sibi adjudicari, nec emere intellexissent enunciata Bona sita in foro Pompilii, & ad communem Debitorem spectantia in ulla figura, seu Persona Creditoris, sed uti prorsus tertiis & extraneis Oblatoribus, & sic non animo confirmandi propriam hypothecam, sed realiter adipiscendi pro se Dominium irrevocabile, quemadmodum licet cuilibet Creditori in publica sub-
8 hastatione Comparenti ex rationibus adamussim supra animadversis, & respective auctoritatibus allatis in §. 1. *cum seqq.* quibus addebant *Arias de Mesa Varlar. resol. cap. 9., & 10. Carocc. de Oblat. 2. quæst. 11. n. 21. Morott. de Jur. Offer. nu. 16. Thes. dec. 157. n. 8. Rot. dec. 657. n. 5., & seqq par. 4. Rec.*

Absque eo, quod in aliquo (ut ipsi existimabant) refragaretur, quod ad instantiam eorumdem succumbentium deventum appareret ad halce distractiones, & signanter ad Judicialē subhastationem, vigore cujus postmodum sequuta fuerat ad ipsorum commodum deliberatio, sive adjudicatio; Id enim ad summum nequibat referri, nisi ad illam facultatem vendendi pignus communis Debitoris, quam in continenti acquirit prior Creditor a die suæ constitutæ hypothecæ, unde sive ob tacitam legis præsumptionem, sive ob naturam contractus non remanet idcirco impedita translatio Dominii in sic ementem, qui durioris conditionis esse in hoc casu non debet, quam quilibet Licitator extraneus, exercitium etenim, seu facultas
9 vendendi pignus, in qua stat figura Creditoris, non tollit aliam reduplicabilem figuram tertii acquisitoris, & Emptoris, ad tradita in proposito *per Arias de Mesa var. resol. lib. 1. cap. 9. nu. 5., & cap. 10. n. 16. Menoch. lib. 3. præsumpt. 121. fere per tot. Card. de Luca de Credit. disc. 32. nu. 19., & seqq. & num. 29. Alter de Luca de pluralit. Homin. legal. cap. 52. a n. 1. ad seqq.*

Patefiebat (ad eorum sensum) magis hæc, veritas gesta ab iisdem, quia tunc amaritudo inesse potuisset aliqua, quoties ipsi offerendo pretium, illud in effectu non exbursassent, sed pro totidem oblata summa proprium creditum excomputassent; Ast in præsenti Thesi nullam prorsus fecere excomputationem, quinimmo eam nullatenus facere valebant, cum nullum pecuniarium creditum haberent contra Brigantes, & de reliquo actualiter, & effective pretium per eos oblatum numeraverint in satisfactionem, & dimissionem Creditorum anteriorum, & consequenter ex hoc tantummodo capite in eorumdem Creditorum Jura dimissa succedentes absorbue-
10 rant, & exstinxerant qualibet hypothecam, quam præcedenter prætendere, sive exercere potuissent posteriores Creditores, juxta rationem adamussim, quam adducunt, *Morott. de Jur. Offerend. n. 16. Schettin. eodem tract. par. 1. cap. 3. sect. 3. n. 6., & 8. Merlin. Pignatell. controv. for. centur. 2. cap. 68. n. 4. cum aliis congestis in sæpius relata Farfen. Juris Offerendi 6. Decembris 1702. §. Cadente solum cor. Me.* Quando generaliter etiam ad omnia æquivoca tollenda utrum nempe Creditor anterior obtulerit tamquā Tertius, vel potius uti Creditor, nullum meliorem judicem, seu majus Judicium præberi posse, quam reflexionem an idem Credi-
11 tor pretium actualiter numeraverit, vel absque alia numerica solutione proprium Creditum tantummodo excomputaverit, punctualiter monet, & observat *Posth. de subhast. inspect. 32. sub n. 31. Vincent. de Franch. decis. 69. sub. n. 4.*

Fortius vero (sicuti prosequebantur) conspirante in idipsum, sive in abolitionem hypothecæ aliorum Creditorum posteriorum, & liberam respective translationem dominii in Oblatorem, seu Creditorem Adjudicatariū littera præcisa Statuti Fori Pompilii, quæ etiam in contrariis terminis sequutæ scilicet excomputationis, seu receptionis insolutum *del suo credito* præbet Officiali ad has deliberationes deputato, quive appellatur, *Massarolo*, potestatem in hoc ipsissimo casu *di adbicare il possesso, e dominio, Summ. eorumdem Reorum Num. 5.*, nec non alia non minus præclara littera Instrumenti deliberationis, utpote concepta cum clausulis indubi-
12 tanter translativis dominii irrevocabilis, ut ibi = *ad disponendum, habendum, & possidendum irrevocabiliter* = ad ea, quæ positive pro submovenda qualibet difficultate in hac materia Juris Offerendi, notant, & affirmant *Alex. in l. Si finita §. Julianus sub nu. 122. ff. de damn. infect., Merlin., Pignatell. contr. forens. centur. 1. cap. 93. sub n. 5., & 6. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 136. nu. 1. in fine Mantic. de tacit, & ambig. convent. lib. 11. tit. 28. n. 31.*

Et sane retorquendo sensum, quomodo dici poterat, quod ipsi enunciata bona fuerint adepti animo confirmandi eorum hypothecam, uti

uti est regularis præsumptio, & sanctio Juris, ubi Creditor anterior emit, vel recipit insolutum bona communis Debitoris, si iidē fratres ultra litteram Statuti, ultra præfatas clausulas instrumentariæ deliberationis, ultra exbursationem effectivam pretii, nullam prorsus occasionem habebant confirmandi eorum hypothecam, si a parte rei nullum creditum pecuniarum consequi valebant a Debitore, eodemque credito pecuniario deficiente, nequibant subinde nisi tamquam exstranei comparere in ipsa subhastatione cum pecuniis, ut dicitur, *alla mano*, ideoque cum substantialiter in tantum Jus Offerendi habeat locum, in quantum præsu-
13 mitur Creditor licitasse in confirmationem sui crediti, sive hypothecæ, quis dicat, quod e converso hæc simplex præsumptio non debeat cedere veritati palam manifestatæ ex præmissis, uti punctualiter ratiocinatur, & ostendit *Card. de Luc. de Empt.*, *& Vendit. disc. 31. n. 7.*, *& disc. 165. n. 4.*, alias impossibile foret practicare Propositionem, & applicare primum membrum distinctionis, quod Creditor offerens tamquam Tertius remanet
14 imunis ab Jure Offerendi Creditoris posterioris, prout de cetero est indubitatum, ut præter jam allegatos videre est *penes Doctores in l. 1. C. de dol.*, *& in l. Si mandato §. Paulus ff. Mandat.*, *Marcian. consf. 40. n. 4. Vincent. de Ann. alleg. 56. Merlin. contr. forens. Centur. 2. cap. 68. n. 3. & 4.*

Verum quamtumvis hæc ob particulares præsentis hypothesis circumstantias viderentur apparenter urgere, *Domini* tamen, ut præmissi, minime ambegere, quin potius versaremur in secundo membro distinctionis, ideoque locus foret Juri offerendi, dandaque in sequelam esset Immissio fratribus de Merlinis; nam ad telescopium, seu trutinam tam Juris, quam Facti revocata observatione, & perquisitione, evanuerunt præfata (ut ita dicamus) phænomena, & argumenta, illico quippe enituit de duobus; *Primo*, quod fratres de Gaddis erant indubitanter Creditores; *Secundo*, quod etsi non devenerint ad effectivam excomputationem alicujus Crediti pecuniarii in pretium adjudicationis, & respective emptionis bonorum, de quibus agebatur, sed proprias exsolverint pecunias, adhuc in tantum exstiterunt Emptores, & effecti fuerunt Adjudicatarii, in quantum induerunt veram, propriam, sufficientemque figuram Creditoris, excomputando totum id, quod in subjecta materia poterant excomputare; Quatenus enim pertinebat ad primum assumptum illud eruebatur ab ipsa radice petitæ subhastationis, ex qua etenim Causa præfati fratres de Gaddis molestaverant, seu molestare poterant Brigantes, quodque plus est, mandatum judiciale adversus eos obtinere, & certe non ex alia, quam quia prælaudati Brigantes in se accollaverant, & promiserant factum extinguendi Census passivos eorumdem fratrum de Gaddis; Cumque in hujusmodi implemento defecerint, ecce actio, ecce creditum, quod iidem de Gaddis habebant contra Brigantes, non enim ad constituendum, nuncupandumve aliquem Creditorem, necessarium est, quod ei pecunia, vel res in numero pondere, aut mensura consistens debeatur, sed satis est, quod aliquid ei præstandum veniat seu debeatur, *ex. gr.*, prout hic, implemen-
15 tum alicujus pacti, quod pariat actionem ex contractu, sicuti in hac certissima Propositione ad litteram concordarunt duo majora lumina nostrarum legum *Vulpianus*, *& Cajus ille in l. Creditores 10.*, & alter in subsequenti *l. Creditorum appel. 11. ff. de verbor. significat.*, ibidemque *glossa*, *& Doctores*, *Bartol. in l. 1. ff si certum petat.*, *Rebuff. de verbor. significat dicta l. 10.*, *& l. 11.*, *Alberic. Dictionar. Jur. Civil.*, *& Canon. verb. Creditor vers. Creditoris appellatione continetur*, *Salgad. Labyr. Credit. par. 1. cap. 11. sub num. 127.*

Et quidem cum notorii Juris existat, quod deveniri nequear ad ullam subhastationem sine credito Instantis, ut liquet per *Text. in*
16 *Auth. hoc in porrectum*, *verf. quod si nolit Creditor C. de Sacrosf. Eccl.*, *Mangil de Subhast. quæst. 1. n. 3. Posth. eod. tract. inspect. 1. num. 36.*, & quonam modo si fratres de Gaddis creditum nullum habuissent adversus Brigantes, valuissent, ut mox tetigimus, expetere, ipseque respective Judex potuisset ad eorum favorem, & instantiam relaxare mandatum de subhastando, præsertim in casu nostro, cum Creditores censuales, qui fuerant accollati per eorum fratres, & quibus soluta fuit pecunia, seu pretium non possent ullatenus instare, ex quo eorum creditum Census erat penitus inexperibile, & irrepetibile, unde ea actio, illud creditum, quod erat inexercibile per Creditores Censuum non valentes ex natura, & quidditate contractus censualis repetere pecunias traditas ad Censum, optime erar exercibilis in-
17 ter Tertios, qui citra scrupulum possent cogere, & respective cogi ad extinguendum Census, prout ad formam conventionis inter eos initæ interest alteri ex contrahentibus, juxta distinctionem, de qua *Gratian. discept. for. cap. 49. num. 15. & 16. Feltcian. de Censib. tom. 1. lib. 1. cap. 7. num. 17. Cene.*

eod

eod. tract. quaest. 60. num. 54. & quaest. 106. num. 15. vers. Sed posset, *Card. de Luca eod. tit. de Censib. disc. 12. sub. num. 2. Rot. decis. 118. num. 5. par. 10. Rec.*, *& dec. 316. n. 4. par. 18. Rec.*

Comperto itaque, quod fratres de Gaddis ad effectum Juris essent Creditores, si non pecuniarii, Creditores tamen facti, & interesse eis promissi, perquirendum restabat utrum cum pallio hujusce crediti emissent controversa bona sive extrajudicialiter a Debitore, sive judicialiter per Ministerium Judicis deliberantis, & adjudicantis, & dubio procul id *Dominis* visum est innegabile, etiam inspecta forma adhibita emendi sive extrajudicialiter, sive judicialiter; Judicia-
18 liter namque, quia semper Adjudicatio supponit, & requirit creditum etiam undiquoliquidum, pro quo illa fit, ut perbelle explicat post *Aleiat. in l. Aliud est 131. §. Inter multum verb. Adjudicatio n. 8. ff. de verb. signific.*, *Fenzon. ad Statut. Urb. lib. 1. cap. 194. nu. 14. & 15.*, & tradunt *Fulgos. cons. 34. num. 10.*, *Mangil. de Subhast. quaest. 51. num. 9. & 10.*, *Rota dec. 171. num. 6. coram Cavaler.*, & quod iste terminus adjudicationis nec congruat, nec permittatur nisi
19 favore Creditoris, ubicumque deficiant Oblatores, & Licitatores prosequitur *Salicet. in l. pr. C. Si in caus. Judic.*, *& in l. 2. eod. tit.*, *Gratian. discept. for. cap. 7. nu. 19. & 20.*, *Marant. de Ordin. Judiciar. quaest. 6. art. ultim. num. 19.*, *Ursell. verb. Adjudicatio concl. 52. num. 26. Posth. de Subhastat. inspect. 35. num. 20. Rota dec. 984. nu. 1. cor. Seraph. & dec. 37. n. 11. cumseqq. cor. Duran.*

Evidentissime autem, quia fratres de Gaddis adjudicationem reportarunt in vim municipalis sanctionis Statuti Foripompilii *per il quarto meno*, quapropter cum idem Statutum aperte solum in hac permittenda diminutione disponat favore Creditoris, ut ibi = *E se incantando quelli per il quarto meno di quello saranno stimati, non si troverà più offerente, si debbano deliberare dopo tutti gl' incanti al medesimo Creditore per il quarto manco della stima* = profecto non poterant gaudere hoc Statutario beneficio, nisi comparuissent, & emissent, uti Creditores
20 alias adjudicatio fuisset nulla, cum ea de Jure non sustineatur, nisi fiat pro justo pretio, ad firmata per *Gloss. in l. a Divo Pio §. Si pignora, ibid. Jason. num. 8. in fin. ff. de re judic.*, *Gratian. discept. for. cap. 545. nu. 5. lib. 3. Schettin. de Jur. offerend. par. 1. c. 1. sect. 2. sub num. 63.*, *Paschal. de Virib. patr. potest. par. 2. cap. 10. sub n. 93.*, *Posth. inspect. 43. n. 41.*, *Rot. post eumdem dec. 1. per tot.*

Et certe nisi tamquam Creditores considerati exstitissent, nequaquam potuisset Judex, seu Massarolus hanc exarare adjudicationem, quemadmodum praeter praemissam Juris censuram proxime adductam, perspicue ulterius deponebant quoque Testes recensiti *in Sum. illorum de Merlinis N. 10.* Sanciebat etenim Statutum, quod facta aestimatione bonorum deliberandorum, & ad illius limites non invento Oblatore, iterum proclametur venditio cum diminutione Quarti, hanc tamen differentiam adhibendo, ut dicunt praefati Testes, quod extranei aliquid plus supra Quartum offerre, teneantur, alioquin nullo quidquã pluris offerente, privilegium hujusmodi solus Creditor sortiatur, quibus sane Testibus, & tamquam suffultis memorata assistentia Juris, & veluti deponentibus de
21 re spectante ad exercitium, vel Officium, quod diutius exercuerunt, fidem esse omnino adhibendam, uno ore profitentur *Card. de Luca de regal. disc. 14. num. 5. Rota dec. 370. num. 3. cor. Cavaler. dec. 70. num. 20. par. 8. dec. 152. num. 6. par. 12. decis. 432. num. 6. par. 13. dec. 101. num. 9. p. 17. rec. & in Melevitana Expensarum 14. Januarii 1700. §. Auctoritatibus in fine cor. Emo de la Tremoille.*

Quid plus? dum percurrendo non minus acta deliberationis, de quibus *in praedicto Summario num. 11.*, sed etiam Instrumentum ipsum adjudicationis, per plures vices legebatur nuncupatio ipsorum fratrum deliberare facientium *tamquam Creditorum*, eamdemque adjudicationem obtinentium pari modo tamquam Creditorum, proindeque non remanebat haesitandum, si ipsi in hac adjudicatione vestierint habitum, & figuram Creditoris, & non tertii, dum vigore ejus-
22 dem Instrumenti nacti sunt adjudicationem, & possessionem, & quod magis est in praesenti Judicio eadem produxerunt, ex passim collectis penes *Felin. in cap. imputari num. 7. de fid. Instrum. Adden. ad Ludovis. dec. 238. num. 15. Rot. dec. 127. num. 1. & seqq. cor. Otthobon. dec. 249. num. 6. par. 1.*, *& decis. 333. num. 11. par. 15. rec.*, *in Romana Pecuniaria 3. Junii 1701. §. Nam*, *& in Romana Census 6. Decemb. 1702. §. Perperam cor. R. P. D. meo Priolo*, *& in Romana Casalis Terrae Leporis 22. Aprilis 1709. cor. R. P. D. meo Kaunitz*, & praecisius ad rem adjudicationis eadem *Sacra Rota dec. 14. n. 6. & 7. apud Posth. de subhast.*

Atque hinc superfluum reddebatur alias congerere reflexiones, ceteroquin demonstrativas etiam secundi assumpti, nempe quod revera Fratres de Gaddis adjudicationem repor-

reportaverint tamquam Creditores, & non uti tertii, & extranei, licet eædem demonstrationes satis perlucide non deessent, nimirum, & quod sibi reservaverant jura pro aliis creditis, ita per necessarium antecedens supponentes, quod cetera credita per hujusmodi deliberationem, & adjudicationem fuissent satisfacta, & rursus bonificari sibi fecerant expensas non solum mandati, & exsequutionis, sed etiam præcedentium citationum, & Actorum, quid minus per viam excomputationis proportionabiliter solvendo Creditoribus anterioribus, & demum animadvertebatur, quod nullam reportare
23 curarunt cessionem ab iisdem Creditoribus anterioribus, quos propriis pecuniis dimittebant, uti de cetero tertius quilibet Oblator, ac Deliberatarius semper practicare solet, Teste ad hoc propositum *Posth. de subhast. inspect. 32. nu. 31. & fere per tot. Card. de Luc. de credit. disc. 32. num. final.*

Sed minime revera supervacanea efficiebantur hæc eadem novissima argumenta, atque demonstrationes pro conterendo saltem illo adversante ratiocinio, quod videbatur Achilles contrariæ oppugnationis in eo præcipue consistentis, quod Fratres de Gaddis, ideo dici non merebantur effecti Adjudicatarii tamquam Creditores, quia pretium effectivum numeraverant, & viceversa non processerant cum assueta excomputatione eorum crediti; siquidem quemadmodum diximus, quod ad efformandum aliquem Creditorem, seu creditum nullatenus requiritur, quod intercesserit pecunia effectiva, sed satis est, quod quis foveat aliquam actio-
24 nem ex contractu, ita in facienda excomputatione non exigitur alia excomputatio crediti pecuniarii, sed exuberat excomputatio, quæ fiat illius juris, quod stat vice crediti, secundum memorata litteralia responsa *Vulpiani, & Caji in dicta l. Creditores 10. & l. Creditorum appellatione 11. ff. de verb. signif.*

Unde nil mirum, quod proportionabiliter pecuniæ solutæ Creditoribus anterioribus fuerint excomputatæ cum reservatione dumtaxat aliorum Creditorum, quæ non remanserant satisfacta per hanc solutionem factam ab Emptoribus, nil mirum si solum explicite in pretium bonorum excomputarunt pecunias concernentes creditum expensarum, quod utique non licuisset alteri extraneo Oblatori, qui nullas subire solet expensas actorum, seu citationum, nil mirum denique si iidem Emptores non curarunt de ulla cessione in locum Creditorum dimissorum, quia quamvis respectu Venditorum, qui in se accollaverant extinctionem Censuum, quos Emptores dimittebant propriis pecuniis, iidem Emptores forent Creditores ipsorum Venditorum, & de facto nullum pretium numerarunt, nec ipsis Venditoribus, nec eorum aliis Creditoribus, implicite solum solvendo debitum pretii cum excomputatione facti promissi, seu contrapositione crediti ab ipsa promissione resultantis, profecto nihilominus in ordine ad eosdem Creditores anteriores dimissos, Emptores utique remansi erant illorum Debitores, statim ac ex hac causa controversa bona accollatariorum obtinuerant, ideoque satisfacientes proprium debitum per numerationem pretii in eorumdem Creditorum Censualium manibus nullam ab eis expetere, vel reportare valebant cessionem, cum sicuti accollatio per alium, nempe per Venditores antea suscepta ad differentiam vere delegationis non extinguebat debitum, ita Emptoribus solventibus debitum antea proprium, & per acquisitionem bonorum controversorum ab Accollatariis in se ipsis reassumptum, si
25 cessio facta fuisset, ea resoluta statim foret in quietantiam, & nudam liberationem ad ea, quæ respectu primæ Propositionis habentur penes *Bartol. in l. singularia num. 19. ff. si cert. petat. Gabr. conf. 155. num. 29. lib. 1. Surd. dec. 23. num. 6. & 7. Rot. decis. 238. num. 2. post. Cenc. de Cens. dec. 70. sub n. 9. post controv. discept. Gratian.*; Et circa se-
26 cundam liquet apud eumdem *Bartol. in l. Modestinus num. 4., & ibid. Castrens. n. 5. de solution., Rocc. disp. Jur. select. cap. 131. num. 31. Card. de Luc. de credit. disc. 48. n. 3. Rot. dec. 116. nu. 2. & 3. cor. Cels. dec. 330. num. 1. par. 17. rec., & in Romana Casalis 20. Martii 1709. §. Paulus inquam cor. Me.*

Si igitur loco excomputationis alicujus crediti pecuniarii in pretium bonorum Emptores excomputarunt actionem, non videbatur ultra quærendum, sed ad exuberantiam non deerat quoque exemplum practicum, & familiare, & ceteroquin identicum scilicet fidejussoris, qui habens actionem se liberandi a fidejussione, quoties procurat, ut ex pignore debitoris principalis satisfiat tertius Creditor, cujus respectu erat Condebitor, & Correus, non evitat fidejussor jus offerendi quoad alterum posteriorem Creditorem ejusdem Debitoris principalis, quantumvis idem fidejussor titulo emptionis coemisset idem pignus, & pretium vertisset in dimissionem eorum Creditorum, re-
27 spectu quorum remanserat, ut diximus Correus, & Condebitor ad litteram *duplicati responsi* peracutissimi videlicet virum ingenii *Papinianum*, & respective *Marcianum in l. fide-*

l. fidejussor conventus 2., *& in l. cum secundus* 5. §. *Si secundus Creditor ff. de distract. pignor. ibique Bartol.*, aliique DD., *Arias de Mesa variar. resol. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 2. *De Marin. quotidian. resol. lib.* 1. *cap.* 219. *n.* 6. *Scopp. in observ. ad dec. Gratiani observ.* 66. *num.* 13. *Morott. de jur. offerendi num.* 17. *Negusan. de pignor. memb.* 3. *par.* 5. *num.* 5., *Schettin. in eod. tract. par.* 1. *cap.* 3. *sect.* 4. *n.* 14. *de Franch. dec.* 69. *n.* 6. *cum plur. seqq.*

Quin idcirco amplius fratres de Gaddis adjuvare possent verba Statuti concedentis potestatem Judici, seu Massarolo abdicandi possessionem, & dominium in favorem Adjudicatarii, necnon clausulæ, seu pariter verba Instrumenti ejusdem adjudicationis *ad disponendum, habendum, & possidendum irrevocabiliter*, hæc etenim utrobique exposita verba feriebant aliam quæstionem, & alium consequenter effectum in ordine dumtaxat ad ipsummet debitorem, cujus bona adjudicabantur, adeout respectu ejusdem Debitoris translatum utique censeretur dominium irrevocabiliter adamussim ad formam Statuti, & ad normam consequtivi Instrumenti, non obstante quod de reliquo
28 disquirant *Doctores* utrum Debitori liceat sequuta datione in solutum, seu adjudicatione ad commodum Creditoris comparere intra biennium, & rem adjudicatam recuperare si malit debitum solvere juxta *Imperatorium Justiniani rescriptum in l. final. Cod. de jur. domin. interpretand.*, cujus censura freti quamplures in favorem Debitoris tenent illum posse Dominium in Creditorem legitime translatum sub prædicta conditione recuperare, & inter hos *Bartol. in l. si finita §. Julianus in fin. ff. de damn. infect. Carpan. ad Statut. Mediolani cap.* 143. *gloss. recipere in solutum num.* 28. *& seqq. Riminald. Jun. cons.* 3. *n.* 9. *& seqq. Thesaur. dec.* 157. *n.* 1., aliique plures relati *per Schettin. de jur. offerend. par.* 1. *cap.* 1. *sect.* 2. *a num.* 19. *cum plurib. seqq.*

Hanc itaque recuperationem dominii translati in Creditorem auferre intellexit Statutum, & idem, ut præmisimus, consequtivum
29 Instrumentum adjudicationis, prout exstare, & providere alia Statuta hoc ipsum dispponentia adversus prædictam determinationem *Text. in l. final. C. de jur. domin. impetr.* notavit ibidem *glossa verb. recuperare Bart. in l.* 2. §. *Si absens sub num.* 4. *vers. ex hoc habes ff. si ex noxal. caus.*, *Fabr. in C. lib.* 8. *tit.* 20. *definit.* 1. 4. 18. *&* 23. *Fenzon. ad Statut. Urb. lib.* 1. *cap.* 194. *num.* 67. *Thesaur. Jun. quæst. forens.* 58. *num.* 3. *lib.* 1. *Marott. de jur. offer. num.* 39. *Brunor. a Sole quæst. legal.* 33. *num.* 9. *Negusant. de pignor.* 5. *par. membr.* 3. *par.* 1. *n.* 8. *Carocc. de oblat. p.* 2. *quæst.* 12. *num.* 5. *Carleval. de Judic. tom.* 2. *tit.* 3. *disput.* 24. *num.* 6.

De cetero circa jus offerendi exercibile, necne per secundum Creditorem, & de quo non loquitur Statutum, non loquitur Instrumentum deliberationis, diversimode res se habet, quia quamvis contractus emptionis de sui regulari natura transferat dominium ir-
30 revocabiliter, hoc tamen sibi vindicat præcipue idem jus offerendi, ut ejus intuitu quantumvis Creditor titulo emptionis bona sibi hypothecata acquirat in ordine ad Debitorem irrevocabiliter, præsertim soluta pecunia aliis anterioribus Creditoribus, recte nihilominus ei offertur, ut per hæc verba loquitur *Marcianus supra laudatus in dicta lege cum posterior* ibi = *Cum posterior Creditor a priore pignus emit non tam acquirendi dominii, quam servandi pignoris sui causa intelligitur peculium dedisse, & ideo offerri ei debitor potest*, & hoc ipsum (quod propterea locum sibi vindicabit in alia extrajudiciali emptione bonorum facta ab eisdem fratribus de Gaddis ab ipsis Debitoribus citra necessitatem superfluæ repetitionis) cavetur per *Text. expressum in l. cum prior tertia ff. de distract. pign.* ibi = *Si tamen Debitor non interveniente Creditore pignus vendiderit, ejusque pretium priori Creditori solverit, Emptori poterit offerri*.

Quamobrem non abs re fortasse prævidentes fratres de Gaddis exitum parum felicem quoad exclusionem ex hoc capite Juris offerendi, adjecere quasi in adjutrices, seu auxiliares copias trina alia munimenta, sed unumquodque non minus effulsit leve, & insubsistens; Primum siquidem male radicabatur in eo, quod subsequutæ adjudicationi, seu deliberationi ad eorum favorem sequutæ consensum præbuerint illi de Merlinis per receptionem scut. 305. 43. in satisfactionem eorum crediti ex pecuniis depo-
31 sitatis ab eisdem Gaddis Emptoribus, proindeque perperam per viam Juris offerendi impugnare poterant eam deliberationem, quam, illius pretium recipiendo, approbaverant, immo satis superque dici merebantur
32 tur in hoc casu remisisse quamlibet hypothecam, quæ valuisset eis super bonis deliberatis competere, secundum recte tradita per *Card. de Luc. de credit. disc.* 35. *num.* 9. *Rot. dec.* 301., *& dec.* 347. *utrobique per tot. cor. Buratt.*, *& in Cornetana Juris offerendi* 13. *Martii* 1702. §. *Non obstantibus coram bo. me.*
33 *Muto*; Sublata namque, seu remissa hypotheca, consequens erat ut cessaret Jus offerendi,

rendi, cum illud ab eadem hypotheca tamquam a sui matre, & productrice proveniat *Rot. dec.126.num.5., & 6. coram Mantic.*, *& dec.483.n.17., et 18.par.19.rec.*

Duplici siquidem responsione hujusmodi munimentum ad oculum evellebatur, altera scilicet, quod supra enarrata receptio pretii, sive scut. 305. 43. nullatenus expleta fuit a Simeone Patre, & Auctore modernorum Instantium, sed tantummodo per Hieronymum ejusdem Simeonis fratrem, & patruum respective eorumdem Instantium, unde etiam quando tale factum per somnium potuisset præpedire ob assuetam tacitam remissionem Jus offerendi eidem Hieronymo, minime nequaquam valebat obesse Simeoni, illiusque filiis, tacitum quippe mandatum, seu præsumptum, quod prætendebatur intervenisse in persona Hieronymi exigentis supradictas pecunias titulo dotium primæ Uxoris Simeonis, nullatenus sufficere posse videbatur ad finem inferendi tam considerabile præjudicium ipsi Simeoni, & filiis, renunciandi videlicet Juri offerendi, cum nemo non sciat, quod in præjudicialibus desideratur mandatum omnino speciale, & ex-
34 pressum, numquam vero sufficit generale, seu præsumptum, ex plene cumulatis per *Michalor.de fratrib.par.2. cap.48.num.1. Felic.de societat.cap.30.num.2. Caroce.dec.118. num.11.Thesaur.decis.Pedemontan.136. n.3. Rot.dec.516.n.11.par.19. rec., et in Tyburtina Fabricæ 3.Decembris 1706. §.Sublatis itaque coram R.P.D.meo Lancetta.*

Altera responsio erat, quod tunc per receptionem pretii depositi per Emptorem subingredi potest difficultas, & disceptatio super remissione hypothecæ præambule requisitæ ad exercendum Jus offerendi, quoties in posteriori Creditore retrahere, seu offerre satagente, nullum aliud creditum restaret, quam exactum per eamdem receptionem; In his namque terminis extincto credito per retrosimilem satisfactionem non remanet in quo pedes figat idem Jus offerendi, sed quoties, prout hic, filii Simeonis expostulabant admitti ad Jus offerendi ex diverso
35 credito, eoque proveniente ex Jure pariter diverso, dici nequibat extincta hæc diversa hypotheca, quæ seorsim, & de per se valebat producere, & causare Jus ipsum offerendi, sicuti solide distinguit *Card.de Luc. de credit. disc.35, num. 10., et seqq.*, & faciunt notata per *Ciroceb.discept.29. num.53. Rot.dec.658.nu.3. coram Cavaler., et in Ariminen.Castrorum 3. Junii 1701. §.finali cor. Rmo P.D. meo Molines Decano.*

Ejusdemque irrelevantiæ, & levitatis repertum fuit in statera *Dominorum* secundum munimentum elicitum ex eo, quod fratres de Merlinis poterant de eorum creditis abunde satisfieri in aliis effectibus sibi obligatis, unde ad quid inquietare legitimum Emptorem, eidemque eripere illud dominium, quod in publica subhastatione, & sic non sine certamine adeptus est pro solo beneficio habendi rem fortasse nullius, vel exigui valoris supra justam æstimationem, quæ sane sunt rationes, propter quas Jus offeren-
36 di, quod est pure æquitativum ex contraria, & præponderantiori æquitate non admittitur veluti mere subsidiarium, quoties Creditor posterior potest aliunde de suo credito licet posteriore satisfieri, ut late ad partes examinato articulo definitum fuit in *Cornetana Juris offerendi 29. Martii 1699. coram Emo de la Tremoille §. Nec turbat, impress. penes Constantin.ad Statut. Urb. tom.3. dec. 198. num.32., et in Farfen. Juris offerendi 6.Decembris 1704.§.Assumendo itaque cum seqq.coram Me.*

Ex facto namque corruere visa est omnis hæsitatio, cum fratres de Merlinis *in eorum Summario num.5., et 6.* palam ostenderint, quod communis Debitor, nempe Bernardinus Briganes adeo erat obæratus, ut ad evitandas Creditorum molestias illi oportuerit sub Ecclesiastico asylo latitare, donec perveniens
37 ad ætatem 70. *annorum* imploravit, & obtinuit præsidium illius miserationis, & Indulti, quod a Principe per viam Commissionis indulgetur de præservando personam ab exsequutione, & de qua sane commissione, & præsidio obloquuntur *Ridolphin. in prax. par.1.cap.14. num.346. vers. Et propterea Principes, Modern. a Bosche Institut. Crimin. lib.4.tit.7.de pœn. augen.etc.a nu.34. ad seqq. Rot.dec.51.apud Albit.de Inconstant.in Judic. per tot.*

Cumque exinde satis remaneret justificata decoctio, & ulterius accesserit, quod per obitum Bernardini, illius filii ejus hereditatem
38 expresse repudiaverint, palam fiebat, quod frustratoria exstitisset alia discussio, prout in proposito septuagenariæ habetur *in decis. 2316.num.7., et seqq.coram Coccin.decis.76. num.6., et dec.85.num.18. par.15, rec., et in Bononien. Litterarum Cambii coram bo. mem. Ursino inter recollectas ad ornatum Card. de Luc.tit.de usur. dec.18.n.141.*, & generaliter attenta repudiatione filiorum paternæ hereditatis cum similibus, observarunt relati per *Rotam in Romana Evictionis 27. Jun. 1706. §.final.cor. Rmo P.D.meo Lancetta, & 1. Julii 1707. §. Nullius postremo coram Rmo P. D. meo Molines Decano.*

Ne-

Neque proinde aures præberi poterant contrariis indicationibus, quæ per fratres de Gaddis afferebantur ad evincendum, posse illos de Merlinis aliunde satisfieri, ex datis in *eorum Summario num.6., & 7.*, quia probationes ibidem allatæ coruscabant satis turbidæ, nimiumque intricatæ in confrontationem illarum justificationum, de quibus supra, quæve de facto coegerunt filios ad
39 prædictam explicitam repudiationem paternæ hereditatis, unde saltem posita hac turbiditate, & intricatione, non applicabantur ea, quæ fuerant ponderata in illa *Farfen. Juris offerendi* 22. *Februarii* 1704. *coram Me*, quin potius procedendo cum paritate alterius æquitativi, & subsidiarii remedii videlicet *Auth. res quæ Cod. commun. de legat.* sicuti eadem paritas admissa fuit *in præcitata Farfen. 6. Decembris* 1702. §. *Superato* alias 21., & 22. *Febr.* 1704. §. *Assumendo itaque coram Me* profecto consequebatur, quod Jus offerendi nec poterat sub hoc prætextu præpediri, sicuti non retardatur beneficium
40 prænominatæ *Auth. res quæ* quoties prætendantur adesse bona libera, sed ea dignoscantur difficilia, & intricata, ex plene congestis per *Card. de Luc. de dot. disc.* 145. *n.* 55. *in Romana fideicommissi de Goggis* 4. *Februarii* 1699. §. *Etenim, & in Reatina fideicommissi* 7. *Martii* 1704. §. *Nec dicatur coram Reverendiss. P. D. meo Molines Decano.*

Postremo tandem tamquam nullius roboris prostratum remansit tertium, & finale munimentum, quod in raro verificabili fundabatur præscriptione; licet quippe a die scientiæ adjudicationis defluxi apparerent anni supra 20., & regulariter hypotheca faciens, ut
41 diximus, Jus offerendi tanto tempore præscribatur, spatio nempe 10. *annorum* inter præsentes, & 20. inter absentes, ut latius dissertum fuit *in Romana Salviani* 2. *Martii* 1709. §. *Quamtumvis, et per tot. cor. Me* cum ceteris notissimis.

Attamen hujusmodi præscriptio ad diversos admitti quandoque solet effectus, & frequentius ad illum obsistendi remedio per aliquem Creditorem intentato utilis Salviani interdicti, in quo cum tertius Dominus, & Possessor causam immediatam non habeat a communi Debitore, facilius ad ejus tuta-
42 men indulgeri potest præscriptioni, secus autem quoties, prout hic, idem tertius Possessor immediatam causam sortitur a communi Debitore, juxta connotata per *Rot. post Zacch. de oblig. Camer. dec.* 142. *nu.* 23. in hoc siquidem novissimo casu qualis erat noster, Tribunalia aliam præscriptionem non agno-
43 scunt sufficientem, & efficacem, quam illam *annorum* 30., prout in specie Juris offerendi unanimiter affirmarunt *Sabell. resolut.* 21. *n.* 34. *de Marin. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 157. *n.* 3. *Negusant. de pignor. par.* 5. *membr.* 3. *quæst.* 1. *num.* 52. *Scbettin. de Jur. offerend. quæst.* 1. *cap.* 3. *sect.* 1. *n.* 66., *et sect.* 4. *nu.* 16. *et* 50. *Mastrill. dec.* 78. *nu.* 2. *Thesaur. dec.* 157. *n.* 3. *Franeb. dec.* 69. *nu.* 12. *Rot. dec.* 43. *n.* 14. *cor. Bieb. in Narnien. Juris offer. post Card. Albic. de Inconstant. in Judic. dec.* 6. *n.* 13., *et in Cornetana Juris offerendi* 18. *Novembris* 1701. §. *Potissime in fine, et* 13. *Martii* 1702. §. *Posito autem cor. b. m. Muto.*

Firmata igitur ex præmissis resolutione, quod Merlinis competeret Jus offerendi, assumendam *Domini* nullatenus censuerunt inquisitionem melioramentorum, quæ facta asserebantur per succumbentes ad finem vel retinendi proportionabiliter bona, vel illorum valorem recuperandi, satius putantes, quod jura, si quæ desuper haberent, eisdem succumbentibus *in præsenti Decisione* præservarentur. Utraque &c.

Maceraten. Legatorum, & Fideicommissi.

Mercurii 18. *Junii* 1710.

ARGUMENTUM.

Etsi liceat cuique testari etiam de re aliena, seu alteri debita, maxime quando relinquatur tantumdem, tamen necessario debet concurrere clara, & expressa Testantis voluntas, ad hoc ut dicatur, eumdem disponere voluisse ultra id, quod naturaliter, & revera poterat, tum ex regula, quod voluntas metiri debeat a potestate, tum ex ea præsumptione juxta quam numquam censetur, Testatorem gravare alium voluisse sive heredem, sive Legatarium in bonis propriis. Possessio proprii intelligitur de illis bonis, quæ titulo seu dominio irresolubili stant penes Testatorem de tempore ejus obitus.

SUMMARIUM.

1. *Doctissimorum Virorum supremæ voluntates quandoque laborant ipsissimet equivocationibus, & obscuritatibus, quibus ceteræ involvuntur.*
2. *Quilibet testari potest etiam de re aliena, & alteri debita, maxime quando relinquit tantumdem*; Declara n. 8.
3. *Legatum a Jure æquatur fideicommissis particularibus.*
4. *Et definitur donatio defuncti in Testamento relicta ab herede præstanda.*
5. *Heres gravatus legitime detinet bona fideicommissaria usque ad ejus obitum, istaque detentio est semper referenda vel ad titulum Dominii, vel ususfructus.*

6. He-

6. *Heres universalis magis semper in dubio censetur dilectus quam legatarius.*
7. *Nulla potentior, quando non sit erratum manifeste, in Jure exoptari queit comprobatio, quam confessio ipsius partis, & respective ad gravamen confessio ipsius gravati.*
8. *Voluntas clara desideratur ad effectum supponendi intentionem in Testatore disponendi ultra id, quod naturaliter, & revera poterat.*
9. *Voluntas metitur a potestate, & e contra.*
10. *Testator numquam censetur gravari voluisse sive heredem, sive legatarium in bonis propriis.*
11. *Aliena censentur bona, quæ post mortem Testatoris in vim fideicommissi ab alio constituti, alteri debent obvenire, atque restitui*, & n. 26.
12. *Hereditatis nomen verificatur tantummodo post obitum Testatoris.*
13. *Pronomen* mici *indicat tantum bona propria, & implicat cum intellectu, quod Testator maluerit sub sua dispositione complecti bona aliena, seu alteri debita.*
14. *Dictio, seu verbum* altri *involvit similitudinem, & repetitionem similium.*
15. *Testator si pluries professus sit, se disposuisse de sua hereditate, non est credibile voluisse etiam disponere de hereditate aliena, quā a sua in testamento segregavit.*
16. *Numquam præsumitur disposuisse de re aliena si in testamento de ea nullam fecit mentionem.*
17. *Heres tenetur ad solutionem debitorum a defuncto relictorum.*
18. *Voluntas testatoris disponendi de re heredis excluditur ex ejus qualitate sociata cum aliqua expressione emissa in testamento.*
19. *Testator non præsumitur eos gravasse, quos non honoravit, juxta regulam quem non honoro non gravo.*
20. *De viro prudentissimo, & in Jure versatissimo repugnat suspicari, quod ubi magis oportebat sensum suum pandere, illum judicum interpretationi remittere voluerit.*
21. *De natura subrogationis est, ut facta semper censeatur sub eisdem qualitatibus, & conditionibus.*
22. *Regulam non infringunt verba æquivoca, & illius limitationem non concludentia, quæ protulit Testator.*
23. *Statutum Civitatis Maceratæ* in rubr. de Mulier. dotat. *reintegrat ad Patris successionem sorores, defunctis Masculis.*
24. *Quod disponit etiam Statutum Civitatis Perusii.*
25. *Omnia quæ sunt in Patrimonio fideicommittentis sunt ab herede gravato restituenda.*
26. *Possessio proprie intelligitur in ordine ad illa bona, quæ titulo, seu dominio irresolubili stant penes Testatorem.*
27. *Bona quando incontinenti, & directe dicantur translata in substitutos.*
28. *Confessio propria ad hoc ut noceat confitenti debet esse clara, & certa, non vero dubia, & æquivoca.*
29. *Homines plus fidunt, vel credunt de rebus suis, quam quod deinceps veritas ostendat.*

DECIS. DV.

Ut quia nimium elata, vel admodum miserabilis humanæ fragilitatis conditio, discordias cum Adæ peccato a principio exortas naturaliter quodammodo gignit, aut alit, oculis idcirco nostris inspicimus, auribus nostris audimus, contentiones etiam quotidie excitari super ipsomet utroque Divino, & Sacro Testamento, quāvis ab infallibili Sapientia condito; Unde nil mirum, quia nostræ fortasse etiam fatum imbecillitatis est, si sæpe sæpius videmus, supremas doctissimorum Virorum voluntates laborare ipsismet æquivocationibus, & quodammodo obscuritatibus, quibus ne-
1 que ceterorum quandoque languent, & involvuntur eloquia, ut perbelle alias quoque ponderavit *Rota dec.* 1092. *num.* 24. *coram Emerix Jun., dec.* 547. *nu. pr. & dec.* 637. *in princ. par.* 19. *tom.* 2. *Rec.*

Licet itaque claræ memoriæ Gabriel Philippuccius post expletum eximie munus Advocationis in Romana Curia, postmodum Subdatarius, dein Sanctissimi Auditor, & post delibatum pariter Officium Votantis Signaturæ Justitiæ, omnium plausu ad Purpuram evectus, ostenso illo admodum raro humilitatis exemplo recusatæ amplissimæ hujus Dignitatis, tandem, quemadmodum protestabatur in principio, ut consuleret potius Posterorum quieti, quam quod disponendi insitam plerumque libidinem expleret, exarando Tabulas Testamentarias, non levis jurgii ansam aperuit inter eosdem Posteros, seu Consanguineos, quos, vel heredes, vel Legatarios inscripserat; præ ceteris enim ex causa eorumdem Legatorum, quæ reliquerat Zenobiæ ejus Sorori, insimulque Dominis de Vico ex illa Nepotibus, Dominus Flaminius Philippuccius Agnatus, & ob id fortasse generaliter heres institutus, cæpit prætendere, Testatorem prohibuisse, ne iidem de Vico assequi valerent Bona fideicommissaria, quæ per prius Joseph Testatoris germanus, obeunte Gabriele, reliquerat, quamobrem delato hujus rei Judicio ad

ad Tribunal *A. C.*, prodijt Sententia favorabilis Zenobiæ, seu Dominis de Vico illius filiis, eaque feliciter arrisit in hodierna Audientia Sacro Auditorio, nam sciscitando *Dominos*, utrum deberentur legata, unacum fideicommisso Josephi ad finem immissionis, vel associationis, nequaquam illi ambigerunt respondere *in omnibus Affirmative*.

Difficultatem, si quæ aderat, ingerebant verba, quæ, post prædicta Legata facta Zenobiæ, ejusque filiis, subdiderat Testator, nempe = *E con questo Legato, e sostituzioni suddette, come anche respettivamente con l' altro precedente Legato dell'usufrutto, dichiaro, e voglio, che tanto essa Signora Zenobia, quanto i suddetti miei Nipoti restino, e siene pienamente contenti, e soddisfatti anche a titolo di qualunque loro credito, ragione, o altra pretensione, che mai in alcun tempo abbiano potuto, o possano avere in avvenire sopra la mia Eredità, tanto per ragioni proprie di detta Signora Zenobia, e respettivamẽte per la suddetta Eredità, e Testamento del detto quondam Signor Giuseppe mio Fratello &c., e generalmente per qualunque altra pretensione, titolo, causa &c.*, & rursus = *di modo che i suddetti Signori Zenobia, e miei Nipoti &c. non possano in alcun modo molestare la detta mia Eredità, e l'infrascritto mio Erede, al quale voglio, che passi interamente il resto de' Beni tanto stabili, che mobili, dopo terminato l' usufrutto da me con qualsivoglia titolo posseduti &c.*

Ex his etenim verbis, constare per Flaminium, supponebatur de clara voluntate Testantis gravandi Zenobiam, ejusque filios, ne peterent Bona fideicommissaria, ceteroquin directe per mortem ipsius Gabrielis eisdem devoluta, qua posita, nulla cadere poterat amaritudo, seu quæstio potestatis; notorii quippe Juris est, quemlibet testari posse etiam de re aliena, seu alteri debita disponere, maxime, quando, ut in præsenti, relinquitur tantumdem, juxta litteralia responsa *Papiniani in l. Unum ex familia 69. §. Si rem, in l. Imperator 72. §. Si centum, & in l. Cum Pater 79. §. Titio ff. de legat. 2., Bellon. cons. 9. n. 8. Cyriac. controv. 283. n. pr. & 2. Actolin. resolut. leg. 41. num. 31. Mantica de Conject. lib. 9. tit. 1. n. 21. & tit. 6. num. 8. Rota cor. Dunozz. Jun. dec. 47. n. 1. cor. Emerix Jun. dec. 122. num. 10. & dec. 703. num. 4., & in Melevitana Jurispatr. 13. Januarii 1703. §. Porro cor. Rmo Dño Giennen., & in Reatina Fideicom. de Severis 13. Febr. ejusd. anni §. Et hinc cor. Eod.*

Et sane trutinando prædicta verba, de asserta voluntate liquere proclamabant Scribentes pro Flaminio, tum quia cum Testator præter generalem, & indefinitam prohibitionem injunctam Zenobiæ, & filiis inferendi molestias ex quocumque Credito, Jure, & prætensione adversus propriam ejus hereditatem, specifice expressit, etiam ex causa hereditatis, seu Testamenti Josephi, quid plus? Fideicommissariam quippe substitutionem, non alio Jure, occasione, vel causa poterant Zenobia, seu Fratres de Vico prætendere, nisi ex Testamento Josephi, cum ipsa definitio Legati a jure æquati fideicommissis particularibus per *Text in l. pr. ff. de leg. primo*; nil aliud sit, quam donatio defuncti in Testamento relicta, ab herede præstanda, ut inquit *Imperator lib. 2. Instit. tit. 22. de legat. l. Legatum est, ff. de l. 2., Giballin. de Univers. Negoc. tom. 2. lib. 5. cap. 12. art. 1. num. 1. fol. mihi 485.*

Tum, & vehementius, quia Testator subjunxit inculcando semper prohibitionem molestiarum, quod præter præmissa Legata, finito usufructu, residuum Bonorum, sive stabilium, sive mobilium, quæ tunc a Testatore ex quocumque titulo possidebantur, ad prænominatum Flaminium libere transiret; Certum quippe erat, quod Bona, quæ prætendebantur deferenda, seu delata per mortem Gabrielis prænominatæ Zenobiæ, illiusque liberis de rempore conditi Testamenri possidebantur a Testatore, cum is tamquam heres gravatus Josephi usque ad extremum spiritum legitime illa detinuisset, & effective detineret, sive eadem detentio, & possessio ad titulum dominii revocabilis referenda esset, vel ad alterum usufructus, sicuti perscrutando quidditatem heredis gravati examinant, vel disceptantur, *Corneus cons. 267. post. n. 1. lib. 1., Menoch. de Adipisc. remed. 4. n. 368. ad 371., Pereg. de Fideicomm. art. 46. sub n. 14. Mans. consult. 331. n. 34. sub §. Verum, & n. 47. in fine tom. 4., Rot. dec. 145. nu. 7. cor. Peuting., dec. 75. n. 10., decis. 131. n. 5. in fine par. 2., & dec. 209. n. 19. par. 19. tom. 1. Rec.*

Neque ultra verba adeo cubitalia (subjungebant, quatenus oportuisset) deerant aliæ probationes, vel saltem demonstrationes, eamdem voluntatem seorsim quoque præseferentes, quoniam cum tractaretur de tenui hereditate, prout dixerat, & professus literaliter erat in sua dispositione R. P. D. Gabriel, utique mediante Calculo ex parte Flaminii efformato, sat evincebatur, quod separatis, ultra Legata, etiam Bonis fideicommissariis a Josepho provenientibus, nimium curta suppellex remansisset eidē Flaminio, quem ceteroquin Testator voluerat impin-

impinguare = *in accrescimento dell' Eredità*, usque de parva pensione unius cubiculi per alium detenti: abstractive siquidem etiam, ubi quæstio non est de interpretatione Legati ad finem eliciendi, quid sub eo compre-
6 hendatur, semper magis in dubio censetur dilectus heres universalis, quam Legatarius, ad tradita per *Text. in l. Si filium §. Sed, & si portio ff. de legat. præst.*, *Jacob. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 107. num. 29.*, *Palm. alleg. 332. sub nu. 29. tom. 4.*, *Card. de Luc. de Fideicomm. disc. 134. n. 7.*, *Afflict. dec. 44. sub nu. 21., 25., & 28.*, *Rota dec. 480. n. 19. cor. Pamphil., dec. 36. n. 17., & seqq., dec. 139. n. 5. cor. Cerro, & dec. 453. n. 4. par. 1. Rec.*

Indubitanter vero, cum controversam hodie veritatem, an Testator voluerit disponere de Bonis fideicommissariis Josephi, sive interdicere Zenobiæ, & filiis quascumque molestias, promanare valentes ex prædicto fideicommisso Josephi, ingenue confessus fuit idem R. P. D. De Vico in Epistola transmissa Flaminio, dum dixit = *Essendo il Legato dell' usufrutto lasciatoci correspettivo a ciò, che ci ha diminuito della porzione del Signor*
7 *Zio Giuseppe*, nulla quippe potentior, quando non sit erratum manifeste, in Jure exoptari queit comprobatio, quam confessio ipsius Partis, & respective ad gravamen, confessio ipsius Gravati, *Teste Bartol. in l. Minime ff. de legib.*, *Giurba dec. 116. n. 7.*, *Rot. dec. 165. n. 20. cor. Otthobon., dec. 241. nu. 23. cor. Royas, doc. 341. n. 8. cor. Celso, dec. 595. n. 41. par. 19. tom. 2. rec., & in Bononien., seu Imolen. Bonorum super portione Sororis Mariæ Cælestis 28. Aprilis 1698. §. Quin relevet, cor. Rmo Conchen.*

Verum hisce omnibus parum refragantibus, *Domini* UNANIMITER reputarunt, cuncta præmissa fundaméta, sive ratiocinationes, & discursus, idonea non esse ad patefaciendam
8 eam voluntatem, quæ omnino desideratur ad jugulandam, & prosternendam illam præsumptionem Juris, quæ semper exclusiva est, supponendi intentionem in Testatore disponendi ultra id, quod naturaliter, & revera poterat, non solum ex generali, & correspe-
9 ctivo principio, quod a potestate metitur voluntas, & e contra, ut dicunt *Surd. conf. 301. num. 17. lib. 3.*, *Menoch. de præsumpt. præsumpt. 142. n. 17. lib. 4.*, *Rot. dec. 507. n. 7. & 8. cor. Pamphil. dec. 192. n. 12. cor. Priol. dec. 616. nu. 16. par. 18. tom. 2. Rec.*, & *in Romana Dotis de Salviatis 26. Novembris 1708. §. Quomodo, cor. Me*, sed etiam quia positive ex hoc capite numquam censeri Testatorem, gravare alium voluisse, sive here-
10 dem, sive Legatarium in Bonis propriis, affirmarunt collecti per *Donat. Ant. de Marin. resolut. Jur. lib. 1. cap. 240. nn. 11.*, *Actolini resolut. 41. num. 13.* *Andreol. contr. 39. n. 5.*, *Rodulphin. allegat. 114. nu. 13.* *Rot. dec. 271. nu. 1. cor. Ludovis., dec. 123. n. 12. par. 15. Rec., & in Romana, seu Cesenaten. Fideicomm. super Reservatis 24. Aprilis 1705. §. Verum Domini cor. Me.*

Fortius autem, quando, ut in nostra Thesi, & hypothesi, prædictam præsumptionem legis roborabant rotæ ex circumstantiæ subalternantes, quæ forsan possent exoptari, & primo adstipulabatur modus loquendi per Testatorem adhibitus in ordinanda institutione sui heredis; Eo etenim ipso, quod dixerat = *In tutti gl' altri miei Beni stabili, mobili, semoventi, crediti, ragioni, ed azioni esistenti in qualunque luogo, e nell' universa mia Eredità instituisco ec.* per hæc sane usurpata, & respective geminata = *Miei Beni, mia Eredità* = tatis indicaverat, noluisse heredem instituere in Bonis alienis, sive in hereditate aliena, prout aliena citra dubium
11 censentur, quæ post mortem Testatoris in vim fideicommissi ab alio constituti, alteri debent obvenire, atque restitui, ex recte consideratis apud *Peregrin. conf. 37. num. 19., & 22. lib. 2.*, *Bero conf. 41. num. 42. lib. 1.*, *Cyriac. contr. 283. num. 9.*, *Marescott. var. resol. cap. 30. sub num. 27.*, *Urceol. consult. for. cap. 45. num. 28., & seq.*, *Rodulphin. alleg. 113. num. 34.*, *Rota dec. 93. num. 7. coram Durano dec. 538. num. 5. coram Pamphil. dec. 378. n. 5., & 6. cor. Priol. dec. 87. num. 7. par. 5. tom. 1. decis. 127. num. 12. par. 15. dec. 738. num. 5. part. 18. tom. 2. rec., & in Bononien., seu Imolen. Bonorum 12. Junii 1693. §. Voluntas cor. bon. mem. Ursino.*

Quamvis etenim hujusmodi bona successive restituenda, interea detineantur, seu possideantur per Testatorem de tempore conditi Testamenti, dici tamen nequeunt sua in ordine ad illud tempus, in quod confertur ipsum Testamentum, & verificari potest, &
12 debet nomen *hereditatis*, scilicet tantummodo *post*, per obitum Testatoris, & quod idcirco pronomen = *Miei* = implicet cum intellectu, & cogitatu, quod Testator maluerit sub sua dispositione complecti Bona alie-
13 na, seu alteri debita, observarunt, respectu primæ conclusionis peregregium, & literale responsum, *Scevolæ in leg. Qui habebat 99. ff. de leg. 3.*, *Cephal. conf. 516. num. 35.*, *Roland. conf. 71. sub num. 78. lib. 2.*, *Peregrin. conf. 37. sub num. 13. §. Ad contrarium lib. 1.*, *Urceol. consult. for. cap. 45. num. 39. in fin.*, *Rota dec. 378. num. 8. & 9. coram Priolo*, & respectu

tu præfati Pronominis = *Miei* = professus est etiam Paulus in *leg. servi electione*, ibi = *Sed meum nominaverit*, *ff. de leg. 1.*, *ubi Gloss. in verbo constat*, in puncto *Covar. in cap. Filius num. 3. in fin. versic. Nisi Testator*, *Peregrin. cons. 37. num. 19.*, *& 22. lib. 2.*, *Spada consil. 250. num. 13. lib. 3.*, *Donat. Anton. de Marin. resol. Jur. cap. 240.*, *Ciriac. contr. 283. num. 9.*, *Rota dec. 87. n. 7. par. 5. tom. 1.*, *& decis. 127. n. 12. par. 15. recent.*

Addito in idem illo altero verbo = *Tutti gl' altri* = cum enim hujusmodi dictio, seu verbum = *Altri* = involvat similitudinem, & re-
14 petitionem similium, quemadmodum proinde circa reliqua legata, & ordinationes Testator disposuit dumtaxat de bonis propriis, ita censetur, in Bonis pariter propriis heredem instituisse, ad *Text. in leg. Non solum 9.*, *ubi Gloss. verbo Creditores*, *ff. de Procurat. cap. deinde*, *ubi Gloss. par. 26. dist.*, *Barbos. in leg. Qua dotis num. 11. ff. solut. Matr.*, *Ruin. consil. 179. num. 2. vol. 2.*

Quinimmo non discedendo a modo loquendi adhibito per Testatorem, percurrendoque totam seriem Testamenti, septies, & ultra, verbum *Eredità*, apposuerat ad designanda sua ipsius Bona, quodque plus est in verbis supra in objecto relatis, atque transcriptis optime distinxit ejus Bona propria, suamque hereditatem, ab hereditate, & Bonis alienis, positive etiam, quando contraposuit hereditatem Josephi a sua hereditate, ut ibi = *O possano avere in avvenire sovra la mia eredità tanto per le ragioni proprie ec.*, *e respettivamente per la suddetta eredità ec. di detto Sig. Gioseppe mio fratello*. Quamobrem, si toties professus est, se disposuisse de sua
15 hereditate, quomodo credibile est, quod voluerit disponere de hereditate Josephi, quam adeo aperte segregavit a sua, ex animadversis per Scribentes in dicta *leg. Servi electione*, *ff. de legat. primo*, ubi præcitata *Gloss. in verbo constat*, in puncto *Covar. in cap. filius num. 3. in fin. versic. Nisi Testator dixisset lego rem*, cum ceteris supra laudatis in §. *Quamvis etenim*, *Rota dec. 93. num. 7. cor. Duran.*, *& dec. 127. n. 12. par. 15. rec.*

Ceterum, relicta etiam littera verborum, quæ quandoque redolet grammaticalitatem, & Judaismum, & perscrutando spiritum Testatoris secundo loco adhæsive ad præmissa, ad arguendum magis animum R.P.D. Gabrielis alienum a transgressione confinium propriæ hereditatis, seu propriorum Bonorum, considerandoque suam hereditatem distinctam ab illa Josephi, ponderabant *Domini*, quod R.P.D. Gabriel relinquendo per viam legati geminas respective medietates Prædiorum = *di Taverna*, *e delle Case nove* = de quibus erat ipse Condominus unacum Josepho prædefuncto, vice disponendi de aliis medietatibus non suis, sed Josephi, confessus est, eas pertinere ad Dominium, & hereditatem Josephi, ut ibi = *Spettando l'altra metà di dette due Possessioni all'eredità del Signor Gioseppe mio fratello* = ideoque, si in hoc casu tendens ad firmandam, seu faciendam reunionem hujusmodi Prædiorum, noluit tangere, per modum saltem cujusdam superioritatis, etiam denominative, ex quo erat alienum, multo minus cogitabile est, in ceteris Bonis, certe spectantibus ad hereditatem memorati Josephi, voluisse eam per-
16 tingere, quando nil dixit, nil reunivit, nec meminit de Josepho, ducto solito argumento, quod nuncupatur a fortiori per *Auth. Multo magis*, *Cod. de Sacros. Eccl.*, & bene ad rem, sive in proximis terminis *Rodulphin. alleg. 113 sub nu. 37. vers. Immo in præsenti*, *Rot. dec. 378. num. 10. cor. Priol.*, *& in Romana, seu Casenaten. fideicommissi super reservatis 24. Aprilis 1705. §. Verum Domini, coram Me.*

Tertio id ipsum suadebat, quod Testator sub periodo legati cujusdam Domus sitæ in Civitate Maceratæ relicti fratribus De Vico, ad finem prosequendi ædificium, expressè superaddidit, & condonavit fratribus De Vico omne debitum, quod secum contraxisset Joseph, ut ibi = *E di più condono alli medemi tutto il valore del debito di detto quondam Sig. Gioseppe mio fratello in qualsivoglia tempo da me sodisfatto del proprio* = cum successiva resolutione ejusdem condonationis in casu molestiarum, quas prohibuerat iisdem fratribus, ibi = *In tal caso voglio, che decadino da suddetti legati ec. e resti libera l'azione al mio Erede per le cessioni delle ragioni riportate da me da' Creditori del detto Signor Gioseppe* = quomodo enim poterant memorati
17 fratres perfrui hujusmodi condonatione, nisi cum supposito, quod Testator illis relinquebat intactam hereditatem Josephi, quam solum repræsentantes, & non alias, arctari valebant ad solutionem Æris alieni, pro eo dissoluti, ad regulam *Textus in leg. pro hereditariis*, *& in leg. Creditores*, *Cod. de hered. act.*, *& in leg. Quoties*, *Cod. de her. Inst.*, *Rota dec. 299. num. 29. par. 9. tom. 2.*, *et dec. 446. num. 12. par. 19. tom. 2. rec.*

Vires præmissis considerationibus addebat quarto loco qualitas Testatoris, probitate eximii, & Jurisperitia, atque prudentia celebris: Perspecta etenim eadem qualitate, repugnabat opinari, eum voluisse disponere de rebus non suis, maxime, dum aperte se de-

declaraverat = *Avendo Io voluto soprabondare di molto verso di loro* = Quidquid enim foret de præfato calculo exarato per Flaminium, quem acriter Fratres de Vico confligebant, & super quo, sufficienter de reliquo degustato, *Domini* minime existimarunt, esse necessarium immorari, certe saltem eliciebatur abesse a cogitatu, quod disponendo de Bonis ad eosdem Fratres ex propria Persona deventuris, loco evidenter superabundandi; poneret saltem in quæstione, utrum eis reliquerit tantumdem; Ah hujusmodi enim qualitate Testantis, sociata etiam cum præmissa expressione, non parum

18 apud Judices conjicitur, qualis fuerit ejus voluntas, ut monet *Menoch.cons.*408.*nu.*30. *cum seqq.*, *& num.* 49. *eum seqq. Card. de Luc.de fideicom.disc.*58.*num.*5.*disc.*92.*nu.*6., *& disc.*94.*num.*9.*Gobb.consult.dec.*150.*n.*32. *&* 33., *Rot. in Romana Domus, seu Palatii* 31.*Januarii* 1710.§.*Nihil adversante coram R.P.D.meo Crispo*.

Perspecta pariter Doctrina Testatoris, quinto loco animadvertebant *Domini*, quod quando idem Testator voluit disponere de rebus sui heredis, recte scivit, ut par erat, explicare, nam putans, quod Prædium = *della Cimarella* = ad Flaminium ejus heredem, alterius titulo fideicommissi pertineret, litteraliter demandavit fieri ab eodem Flaminio ejus suppositionem, ibi = *Voglio, che sottoponga alla presente mia disposizione, e fidecommisso la possessione della Cimarella, benche fosse soggetta ad altro fideecommisso, la quale s'intenda sottoposta, mediante l'accettazione della mia eredità*; Ideoque si se declaravit in subjectione suæ dispositioni facta de re heredis; Quare non se debebat, magis declarare in subjectione facienda (si hoc maluisset) de re suorum Legatariorum, quos minus honoraverat, juxta proportionabilem

19 regulam; Quem non honoro, non onero, de qua *Text.in leg.Ab eo C. de Fideic. Rot.in Bononien.Fideicom.de Burgonzonis* 6.*Jun.*1689. §.*Nec ex eo cor. bon. me. Caccia impress.penes Modern.Forolivien.Paulut. dec.*1 *post dissert.* 24.*n.*11 *fol.mihi* 313., & consequenter, cur, ubi magis oportebat sensum pandere, cre-

20 dendum est, potius illum committere voluisse semper incertæ Judicum interpretationi, quod utique de prudentissimo, & in Jure versatissimo Viro repugnat suspicari, ut ad propositum connotavit *Rot. dec.*475. *n.*5. *coram Rembold.*, *& in Romana Primogenitura de Salviatis super Jocalibus, & Tabulis pictis* 22.*Martii* 1706. §.18.*cor. Rmo D. meo Molines Decano*.

Sexto tandem loco accedebat, quod si R.P.D. Gabriel unquam cogitasset ex causa legati ususfructus, seu dispositionum ordinatarum in suo Testamento ad favorem fratrum de Vico, mutuo eos obligare ad nil petendum de hereditate Josephi, sic quodammodo, ut ita dicamus, commutando beneficium cum maleficio, certe æquitas, & quædam species Justitiæ suppeditabant, quod pari etiam modo suam texeret dispositionem: Joseph enim simultanee substituerat, sive ad successionem invitaverat Zenobiam, ejusque filios, noster vero Testator, nonnisi post obitum Zenobiæ Matris, substituerat eosdem de Vico, signanter quoad utramque medietatem possessionis in Contrata *di Taverna*, & Possessionis in Contrata *le Case nove*, ac proinde, quemadmodum non est verisimile, ipsum cogitasse in hac præpostera vocatione nocere potius Nepotibus, & maxime R. P.D.de Vico, quem videbat præditum munere Prælaturæ, magisque idcirco indigentem Præsidio facultatum, ita non erat recipienda hæc implicita commutatio, seu sub-

21 rogatio, de cujus natura est, ut fiat, seu censeatur facta sub eisdem qualitatibus, & conditionibus argumento *Text. in leg.Nemo plus ff.de reg.jul.Jur.*, *& in leg.si eum §. Qui injuriarum ff.si Quis caution. Rota dec.* 544. *nu.*28.*cor. Ludovis. dec.*58. *nu.*3., *&* 4. *cor. Peuting.*, & conferunt deducta in *Bononien. Legati prim.* 1 *Julii* 1709. §.*Fortius cor.Me*.

Atque ex his communita fortiter regula de non supponendo, quod Testator voluerit disponere de re aliena, seu Alteri, quantumvis heredi, seu Legatario, perventura, ac debita, quodque etiam, quoties precisive ab eadem Regula in statera conjecturarum, vel demonstrationum appensæ contrariæ, minus habere viderentur, facile fuit, eadem regula Assistrice, totque verbis, ut supra roborata, diluere ea, quæ superius pro parte Flaminii adducebantur, & quæ consistebant ab intra in verbis Testatoris vetantis fratribus de Vico quascumque molestationes, etiam ex causa hereditatis, & Testamenti Josephi: Et ab extra in Epistola R. P. D. de Vico, & in calculo Patrimonii ejusdem Testatoris pro parte Flaminii distributo; Quatenus enim attinebat ad intra, certe verba Testantis erant plusquam conciliabilia ad aliud, quam quod per necesse, ut opus erat, importarent subjugationem Bonorum toties memorati Josephi ordinationi ejusdem Testantis, ea autem, quæ per necesse non concludunt, & non ostendunt po-

22 sitivam regulæ adversantis limitationem, semper remanent in linea æquivocationis, & nequeunt enervare ipsam regulam, signan-

gnanter vestitam, ut supra, per ea, quæ ad ornatum primæ propositionis admonuit *Felin. in cap. Quoniam frequenter col. 3., ut lit. non contest. &c. Dec. cons. 142. num. 4. Rot. decis. 436. num. 13. cor. Priol., & in Firmana Fideicommissi 4. Maii 1705. §. Justitia siquidem coram Me*; & ad effectum secundæ *Paris. cons. 41. num. 22. lib. 1. Castald. consult. 240. num. 2. Ubert. de citat. cap. 3. num. 51. versic. Tamen, Rota dec. 123. num. 5. cor. Pamphil., & dec. 277. nu. 15., & 16. par. 10. recen.*, & magis præcise ad easum nostrum *Natt. cons. 474. num. 22. Donat. Anton. de Marin. resol. Jur. cap. 240. num. 9. Rodulphin. allegat. 113. num. 33., et 35. Fusar. de subst. quæst. 684. n. 5. Surd. dec. 93. sub num. 18., et sub num. 26. Rota dec. 398. nu. 2., et 3. coram Priolo dec. 538. num. 4. cor. Pamphil. dec. 89. nu. 10. par. 5. decis. 127. nu. 14. par. 15. rec.*

Applicando autem ad rem, jam circa generalitatem prohibitionis per illa verba = *a titolo di qu... nque credito, ragioni, o altra pretensione, che mai in alcun tempo abbiano potuto o possano avere in avvenire sovra la mia eredità* = sese nimium clare explicavit Testator, nam subjunxit — *tanto per ragioni proprie di detta Zenobia, e respettivamente per la suddetta Eredità, o Testamento* —; Respectu quippe ad Zenobiam Sororem Te-
23 stantis, nonne illa, juste forsan, prætendere poterat reintegrationem, defuncto R. P. D. Gabriele, ad communis Patris successionem vigore *Statuti Maceraten. in rubr. de Mulier. dotat.*, de qua meminit *Card. de Luca de Statut. success. fol. 275. Spada cons. 312. num. 12.*
24 *tom. 3.*, & habetur de simili Statuto reintegrativo Civitatis Perusii in illa *Romana Fideicommissi 24. Martii 1710. §. Atque hinc coram Me.*

Respectu vero Testamenti, & hereditatis Josephi, non ne præ ceteris fratres de Vico, qui fuerant ab eodem Josepho in tota sua hereditate directe substituti requirere valebant ab hereditate R. P. D. Gabrielis quidquid adscribendum erat hereditati Josephi, & ex illius testamento debebatur, per obitum R. P. D. Gabrielis restitui fratribus prænominatis ab hereditate ejusdem R. P. D. Gabrielis, cum enim ipse nullum confecisset Inventarium, poterant excitari illæ rationabiles prætensiones, & lites, quas optimus Testator inter suos consanguineos concupivit abscindere, ex gr. inquiri poterat, & disceptari, stante supradicto defectu Inventarii in aditione hereditatis Josephi facta per R. P. D. Gabrielem, de pecuniis, de frumentis, censibus, ceterisque, quæ Joseph in suo Patrimonio, seu hereditate relique-
25 rat, & quæ citra scrupulum comprehendebantur sub fideicommisso ipsius Josephi, & erant ab hereditate R. P. D. Gabrielis restituenda, ex passim affirmatis per *Surd. consil. 112. num. 80., & seq. Peregrin. cons. 37. n. 12. lib. 1., Cyriac. controv. 283. num. 36., & controv. 284. num. 13. Rodulphin. alleg. 113. n. 25. Palm. Nep. alleg. 183. num. 12.; & alleg. 335. num. 6. Ureeol. consult. 45. nu. 29. Rota dec. 378. nu. 17. c. or. Priol., & dec. 89. n. 11. par. 5. rec.*

Et quoad reliqua verba, fortasse magis apparenter specifica, seu perstringentia — *Pass. all' infrascritto mio Erede ec. il resto de' Beni tanto stabili, che mobili, dopo terminato l'usufrutto suddetto da me con qualsivoglia titolo posseduti* — statim correlativa, seu consequutiva ad præmissa, cadebat replicatio, quia nempe Testator verebatur, forte ex causis proxime allatis, directe, vel indirecte molestari, seu tangi cuncta, vel quæcumque Bona, quæ quovis titulo ab ipso possiderentur; Verum certe exinde minime suboriebatur consequentia, ergo Bona fideicommissaria Josephi ab ipso Testatore possessa non erunt tangenda, seu molestanda, quia Bona cadentia sub alieno fideicommisso, & obnoxia re-
26 stitutioni, nusquam dicuntur a Testatore proprie possideri; Possessio etenim proprie intelligitur in ordine ad illa Bona, quæ titulo, seu dominio irresolubili stant penes Testatorem, quemadmodum superius fuit comprobatum, & optime desinivit *Scævola in dict. leg. Qui habebat cum seq. §. . . .*, ubi non obstante, quod quis disposuisset de bonis quibuscumque, seu legasset — *Prædia omnia quæcumque in Siria possideo, cum omnibus in eis existentibus, & pecoribus, & servis, & fructibus, et usu consumptibilibus, et apparata omnia* —, nihilominus respondit *Jurisconsultus*, non videri relicta, aut comprehensa, quæ in proprium Patrimonium non fuerant redacta, cum ceteris jam allegatis superius sub *§. Quamvis etenim*, & proinde hic frustra repetendis.

Indubitantius, quia Testator per memoratam formulam disponendi = *de' Beni in qualsivoglia titolo posseduti* = non adjunxit = *del tempo della mia morte* = Unde exoriri posset dubitatio, utrum sufficiat, bona controversa possideri per Testatorem, licet sequuto ejus obitu, forent restituenda, tamquam aliena, ex quo adhuc posset verificari, quod de tempore mortis ab eo possiderentur titulo saltem resolubili: Cessante igitur relatione ad tempus mortis, Bona, quæ ab eo tunc detinebantur, supervento obitu, & tempo-
27 re, in quod conferebatur operatio suæ Testamentariæ dispositionis jam vigore Testa-

menti Joſephi repetiebātur tranſlata in Fratres de Vico, incontinenti, ſeu directe ſubſtitutos, ut bene in terminis ratiocinantur *Peregr. conſ. 37. ſub num. 13. §. Ad contraria lib 1. Cephal. conſ. 516. num. 35. Roland. conſ. 71. num. 78. lib. 2. Urceol. conſult. for. cap. 45. num. 39. in fin.*

Progrediendo tandem ad eā, quæ opponebantur ab extra, parum refragabantur, vel aſſerta confeſſio emiſſa in Epiſtola per R.P.D. De Vico, vel prætenſa tenuitas Patrimonii R.P.D. Gabrielis ad normam calculi in contrarium extraditi per Flaminium, nam circa calculum pro parte Flaminii a contrario diſtributum, ſuperfluum *Domini*, ut ſupra exiſtimarunt deſuper immorari ex ſignificata, & adducta inibi ratione, & quoad magnificatam confeſſionem, tantum aberat, quod ea valeret obeſſe confitenti, ad quem effe-
28 ctum debuiſſet eſſe pluſquam clara, certa, indubitabilis, & non penitus ambigua, æquivoca, & in omnem eventum ad aliud referibilis, per ea, quæ unanimiter dicunt *Angel. de confeſſ. lib. 3. quæſt. 11. n. 1., Amat. dec. Marcb. 82. nu. 3. & ſeqq. Rota dec. 170. num. 6. par. 2. dec. 434. num. 5. par. 5., dec. 453. nu. 8, dec. 469. n. 56. par. 19. tom. 2. recent., & in Leodien. Canonicatus 2. Julii 1710. §. Vebementius cor. Me.*

Ut potius eadem confeſſio pateretur retorſionem evidentem, reflectendo ſimpliciter ad huc uſque inſinuata; quoniam egregie poterat R. P. D. De Vico conqueri, ſeu reputari, quod ipſi, ejuſque Genitrici, & Fratri Teſtator per ſuam prætenſam correſpectivam ordinationem = *gli aveſſe diminuito della porzione del Signor Zio Giuſeppe* = Librando etenim in Lance oppoſita, quæ regiſtraverat idem R.P.D. De Vico in ſuo calculo, de reintegratione ſucceſſionis debita Matri ſuæ, de ſcutis mille prohibitis Antonio Fratri, quantumvis creditum deſuper foveret indubitatum ex cauſa promiſſionis, initæ ratione matrimonii contrahendi cum Comitiſſa Ubaldina, ac demum de redditione rationis facienda per heredem R.P.D. Gabrielis in ordine, ut præmiſimus, ad adminiſtrationem hereditatis Joſephi, vel ſatis eliciebatur, quod ſupradicta aſſerta confeſſio flecteret potius in rationabilem Querimoniam gravaminis paſſi, etiam, quando R. P. D. De Vico ſuppoſuiſſet, prout recte ſupponere poterat, quod R. P. D. Gabriel nihil tetigiſſet de fideicommiſſo Joſephi, vel ad omne pejus ex tenore ejuſdem Epiſtolæ poterat hujuſmodi intellectus, etſi fortaſſe re vera non juſtus, promanare, cum Ho-
29 mines proni magis ſint ad conqueſtionem, ut plus fidant, vel credant de rebus ſuis, quam quod deinceps veritas oſtendat, & fulciatur, quemadmodum recte inquit *Imperator lib. 1. Inſt. §. In fraudem tit. Quibus ex cauſis manumitter. non licet, Text. in l. In fraudem 1. ff. Qui, & a Quibus manum. lib. non fiunt*, & obſervarunt *Oynotim. lib. 4. Inſtitution. de Actionibus §. Si quis in fraudem tit. 6. n. 52. Marant. controv. Jur. reſponſ. 46. n. 1. par. 5.* cum aliis ibidem relatis.

Et ita &c.

Maceraten. Legatorum, & fideicommiſſi ſuper Prædio della Cimarella, & Domuncula Cum Apotheca.

Lunæ 23. Junii 1710.

ARGUMENTUM.


Late diſſeritur quando heredes fideicommiſſarii per diviſionem inter eos initam remittere voluerint fideicommiſſum ad eorum favorem ordinatum, & quæ clauſulæ, ſive quæ verba requirantur ad hujuſmodi remiſſionem inducendam. Confeſſio heredis ſuper re tangente ad hereditatem, & fideicommiſſum, multum attenditur, illamque ſervate tenentur omnes ab eo cauſam habentes.

SUMMARIUM.

1. *Emptio eſt juridicus modus nanciſcendi rerum dominium.*
2. *Reciproce ſubſtituto ſpectant omnes portiones aliorum præmortuorum.*
3. *Diſponere quiſque poteſt intra ſphæram propriæ ſubſtantiæ, nullatenus affectæ antiquiori gravamini, et fideicommiſſo.*
4. *Fideicommiſſum quando cenſeatur remiſſum per diviſionem initam inter heredes vocatos*, & nu. 5. & 6. & aliis ſeqq.
7. *Præceptum a Teſtatore filiis injunctum de non dividendo an ſuſtineatur.*
8 *Licentia, vel Judicis decretum extendi nequit ad non petita, et conſequenter non conceſſa.*
9. *Argumentum a fortiori paſſim depromitur, et eſt valde efficax.*
10. *Ad arguendam contrariam voluntatem, et intentionem multum operatur vis, et efficacia diſcretivæ.*
11. *Confeſſio heredis, quando res verſatur in ambiguo, explicat quamlibet difficultatem circa fideicommiſſum exortam.*
12. *Maxime contra cauſam habentem ab ipſo confitente.*
13. *Inter genera confeſſionum extrajudicialium ab herede factarum, major fortaſſe non datur, quam illa, quæ fit in publica et ſolemni confectione inventarii.*

14. Sta-

14. *Statutum Florentiæ, & Senarum tollunt beneficium Inventarii.*
15. *Confessio, & maxime voluntaria semper ligat confitentes, etsi eliciatur ab actu nullo, vel revocato, semperque attenditur donec de errore non doceatur.*
16. *In divisione bonorum liberorum si prædium ad unum obventum repertum fuerit fideicommissarium, restaurari debet ab eo qui excambium in bonis liberis reportavit, quique de evictione se se obligavit*; & num. seqq.
18. *Trebellianicæ detractio probibita est a Statuto Maceratæ.*
19. *Et a Statuto pariter Januæ.*
20. *Filius gravatus nequit detrabere suam legitimam nisi reddita prius redditione rationis.*
21. *De pecuniis communibus heredum præsumitur satisfactum debitum hereditarium, contrario non apparente.*
22. *Sententia respiciens causam Status efficit Jus quoad omnes.*
23. *Nullus administrator, non reddita prius ratione, dici valet Creditor, vel debitor.*
24. *Detractiones turbidæ, et illiquidæ remanent inefficaces ad immissionem interea retardandam.*



DECIS. DVI.

Post partam sibi victoriam in antecedenti *Sac. nostri Tribunalis* Audientia, in qua prodjit resolutio *deberi insimul legata R.P.D. Gabrielis cum fideicommisso Josephi*, ut erat opportunum, curarunt R.P.D. de Vico, illiusque Frater dividere spolia, inter quæ signanter erat ad sensum eorum prætensionis saltem medietas Prædii nuncupat. *della Cimarella*, necnon quædam Domuncula cum Apotheca sita in Civitate Maceratæ, sed id non ita de plano consequebatur, verum ab altiori pendebat indagine, ad quam scilicet hereditatem Majorum, unum, & alterum stabile pertineret; prædicti namque Fratres contendebant, Prædium, ac Domunculam cum Apotheca remansisse in hereditate Dominici, & satagebat ex opposito Flaminius, utrumque effectum fore adscribendum hereditati Pauli, a quo vel ex persona propria, vel ex illa R.P.D. Gabrielis, qui eum scripserat heredem, citra dubitationem descendissent in ipsum Flaminium; quamobrē super hac inspectione Domini mei hodie consulti, prævio maturo, & congruo examine, responderunt = *Prædium della Cimarella spectare ad hereditatem Francisci, & deinde Dominici, & quoad Domunculam cum Apotheca*, conflictata resolutione, exiit rescriptum = *Iterum proponatur*.

Pro

Pro lucidiori intelligentia cardinis illarum difficultatum, quæ in progressu differentur, necesse visum est *Exstensori*, arborem familiarem, seu prædictorum Majorum, a quibus utrinque descendebant Collitigantes, in fronte præmittere, & radicare, qua antepofita, (prosequebantur memorati Fratres), quod procul dubio Prædium prædictum attinebat ad hereditatem Francisci communis subalternantis stipitis, dum proprio ære
1 Franciscus illud comparaverat, qui utique est efficacior, magisque juridicus modus nanciscendi hujusmodi rerum dominii, per *Textum in §. Venditæ vero res Instit. de rer. divis. et acq. ipsar. domin.* cum concordantibus cumulatis apud *Contrium discept. 22. n. 1. Bonden. collect. st. legal. 5. num. 113. lib. 2. Episcop. Rocca select. Jur. disput. 123. num. 3.* cum ceteris antiquioribus per eos cumulatis, atque congestis.

Jacto hujusmodi fundamento, duæ, (ut subdebant) consequentiæ promanabant, altera, quod, cum idem Franciscus subjugando idem Prædium fideicommisso reciproco, in quo de tribus filiis ab eo institutis, substituerat supravivente, profecto Dominicus Pater Josephi eorumdem Fratrum Auctoris, qui una cum Baptista, alteri filio Paulo præmorienti supervixerat, certo certius vigo-
2 re prænominatæ substitutionis jure proprio successerat usque tunc cum Baptista in medietate præfati Prædii, ut est de natura hujus vicissitudinariæ, & mutuæ substitutionis, ad tradita per *Textum in leg. ultim §. Filium ff. de legat. 2. leg. Lucius 78. §. Cajo ff. ad Trebell. Bart.*, & reliqui repetentes *in leg. Lucius 45. ff. de vulgar.*, *Rot. in dec. 176. n. 4. par. 16. dec. 355. num. 3. par. 17.* cum aliis *in Cortonen., seu Perusina fideicommissi super immissione 17. Novembris 1702. §. Iterum cor. Me.*

Et altera, quod citradubium super hac eadem medietate dilapsa in Dominicum, nequivit Paulus novum imponere onus, & fideicommissum, cui niti conabatur Flaminius; Jura nostra favorem quidem indulgent dispo-
3 nendi etiam post obitum, sed tamen dumtaxat intra sphæram propriæ substantiæ, nullatenus affectæ antiquiori gravamini, & fideicommisso, ex connotatis cum *Bartol.*, *Cephal.*, *Cravett.*, *& reliquis* per *Urceol. consult. foren. cap. 45. num. 22.*, *& Surd. dec. 292. num. 18.*, *Rot. dec. 748. num. 5. par. 1. diversor. dec. 93. num. 4. cor. Duran. dec. 153. num. 7. post Merlin. de legitim.*, *& decis. 538. ex num. 1. coram Pamphil.*

Quin adversaretur, quod per subsequutam divisionem præcedenter, nempe sub anno 1623. inter omnes prædictos Fratres, præfatum fideicommissum a Francisco ordina-
4 tum, exstitisset remissum, prout stantibus clausulis, quæ videbantur appositæ in eadem divisione *sub litt. M.* satis videbatur resultare, fierique posse non dubitatur, ex lato calamo deductis per *Episcopum Rocc. in disceptat. 21. num. 8. cum seqq.*, & respective decisis in illa *Ravennaten. fideicommissi de Abiosiis 7. Aprilis labentis anni cor. R. P. D. meo Crispo*, quæ est confirmatoria duarum præcedentium coram *R. P. D. meo Lancetta die 1. Julii 1707.*

Siquidem, ultra quod, nec per umbram apparebat ulla mentio facta de memorato fideicommisso paterno, ideoque ex hoc solo fundamento nequaquam poterat supponi ulla, vel minima remissio, ad ea, quæ super requisitis ad hoc necessariis, plene habentur examinata penes *Urceol. de transact. quæst. 47. num. 14. et seqq. Rota decis. 426. num. 17. cor. Durano dec. 7. num. 21. cor. Bich., dec. 156. num. 13. cor. Otthob. decis. 607. num. 5., et 6. par. 19. tom. 2. rec., et in Balneoregien. fideicommissi 5. Decembris 1691. §. Minus urget coram Eminentiss. D. meo Card. Caprara, et in Bononien. fideicommissi 1. Martii 1697. §. Sed etiam cor. Reverendiss. D. meo Molines Decano, et in Placentina Bonorum 25. Junii 1708. §. Contra hanc in fin. coram R. P. D. meo Lancetta.*

Adhuc nihilominus res transire videbatur ad evidentiam, quia tantum aberat, ut ullibi Dividentes cogitarint quidquam de fideicommisso remittendo, necne, ut potius, quoniam Baptista, tam de jure, quam comparative ad Fratres, minor, detrectabat in communione permanere, sola ratio, & causa hujusce detrectationis, quæ fuit coram Judice, & Curatore ad hunc effectum deputato per eum expressa, & designata, versata appareret in illa abstractive verissima regula, quod, ut explicite dicitur in prædicta divisione, ut *plurimum communio parit discordiam*, *& quod communiter possidetur*, *communiter negligitur*; Quapropter, si hujusmodi dumtaxat Causa fuit significata Judici interponere debenti propriam auctoritatem, & de facto idem Judex, seu Potestas
7 illam super eadem dumtaxat Causa in effectu interposuit, quomodo idem decretum, & auctoritas Judicis, & Curatoris poterat extorqueri ad Causam diversam remittendi fideicommissum, nec implicite, nec explicite enunciatum, contra ea, quæ dicunt *Peregrin. consil. 93. num. 6. vers. in proposito autem cum duob. seqq. lib. 1. Cancer. var. resolut. to. 3. cap. 15. num. 277. cum seqq. Rota decis. 308. num. 11. par. 11. rec.* cum aliis adductis con-

cor-

cordan. *in dec.41.num.14., & dec.42. nu.8. post Modern. Asculan.in collect.ad Stat. Urb. tom.3.*

Eoque violentius, ex quo ipse Baptista, immo & Fratres universi per paternam providentiam repetiebantur obstricti ad perseverandum in communione usque ad injungendam penam pecuniariam Transgressori, ideoque, quidquid sit, an istud præceptum de non dividendo vere sustineatur secundum ea, quæ fuse tetigi in illa *Senen.Divisionis*, quæ habetur impressa penes *Card. de Luca de testam.in supplem. par.3. disc.93.*, & reassumta legitur *in tract. de commerc. & merc. disc.* 54. allegato in una *Romana Societatis* 11. *Martii* 1696. *cor. bon. me. Emerix jun. inter ejus impressas dec.*1331.*num.*3.*tom.*3.

Attamen clarissimum erat, quod Dividentes ad hunc effectum opinati sunt indigere licentia Potestatis Maceraten., & respective Baptista tamquam minor ulteriori præsentia Curatoris, unde alio de cetero non expresso in ordine ad fideicommissum, cum idem Potestas arcte sese restrinxerit in concedenda hujusmodi licentia intra cancellos nudæ petitionis, ut ibi — *Auditis prædictis eisdem Minoribus, petitam licentiam concessit*, quis
8 dixerit, eamdem licentiam, auctoritatem, vel decretum subextendi posse ad non petita, & consequenter non concessa? obsistente regula in oppositum, de qua *Menoch.cons.* 180.*num.*1., *Rota dec.*47.*num.*4., & 5.*cor. Cavaler.dec.*270.*num.*10. *cor. Priol.decis.*18. *num.*21.*par.*9.*dec.*276.*nu.*8.*par.*11. *dec.*356. *num.*8., & 9.*par.*16. & *dec.*52.*nu.*5.*par.*18. *recen.*, & in individuo *Cyriac. controv.* 323. *ex num.*35. *Torr. var. jur. quæst.tom.*1. *tit.*2. *quæst.* 35.*num.* 9., & *in Bononien. Bonorum Emphyteuticorum* 25. *Junii* 1703. §. *Minus obstare in fin. cor.R.P.D. meo Priolo.*

Minusque officere posse videbatur altera divisio exarata de anno 1628. inter Dominicum, & Paulum, qui in præcedenti divisione, segregato Baptista, remanserant quoad eorum portiones in nova, vel in noviter confirmata communione portionum, quæ eis obtigerant, & inter quas signanter numerabatur Prædium *della Cimarella*; Quamquam enim hujusmodi Prædium *della Cimarella* tunc fuerit assignatum Paulo, non tamen idcirco quidquam per somnium dictum, aut gestum fuit quoad remissionem fideicommissi, quinimmo omissa quacumque etiam simplici mentione ejusdem fideicommissi, enarrarunt tantummodo paternam, de qua supra, ordinationem de non dividendo, & quia enunciata pœna bursalis erat Renuenti dividere relicta, solus idem Paulus, & Dominicus sese insuper ad invicem quietarunt, & per consequens, si tam serie pactum iniere super remissione hujus pœnæ, quare nec unum verbum super importantissima remissione fideicommissi? locum sibi nimie vindi-
9 cante, vel argumento, quod passim depromitur a fortiori, vel altero, quod ad arguendam contrariam voluntatem, & intentionem usurpatur a vi, & efficacia discretivæ, ut de primo *Textus est in Auth. multo magis Cod.de Sacros. Eccl.* cum concordantibus cumulatis *in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis super bono Jure* 1. *Junii* 1708. §.98. & 150., & *in Romana liberationis a molestiis*
10 17. *Junii* 1709. §. *Tertia coram Me*; & de secundo habetur *in Placentina Decimarum* 16. *Maii labentis anni* §. *Secundum*, & *in Romana Census* 31. *ejusdem mensis*, & *anni* §. *Quare nil mirum coram Me*, & in specie *in dec.*001.*num.*32.*part.*19.*tom.*2.*rec.*

Hucusque igitur, licet penes Paulum vigore secundæ divisionis maneret Prædium *della Cimarella*, illud tamen manebat cum sua causa, suoque vinculo fideicommissi, ut, præter Juridicas allegabiles propositiones, literaliter cantabat aditio hereditatis successive facta per eumdem Baptistam, qui fuerat institutus cum Dominico Fratre coheres in Testamento Pauli, ut ibi — & *quia d.hereditas est obnoxia fideicommisso paterno* = *Summario Flaminii n.*5., hæc quippe confessio tam explicita, & aperta auferebat omnem ansam dubitandi de ulla præcedenti remissione ejusdem fideicommissi, & secum trahebat in sequelam id, quod supra, pro base, & fundamento Fratrum de Vico affirmavimus §. *Et altera*, nimirum, non potuisse somniari, quod Paulus in eo, quod erat obnoxium paterno fideicommisso, alterum gravamen, vel fideicommissum super imponere intendisset,
11 cum confessio heredis, etiam quando versaremur in ambiguo, (prout non sumus) explicaret, & solveret quamlibet difficultatem, quemadmodum monent *Spada in cons.* 336. *nu.*11.*lib.*2. *Rota in dec.*89. *n.* 14.*cor. Buratto*, & *in rec. dec.* 435. *n.* 11. & 12.*par.* 19. *tom.* 2., & melius *in dec.* 957. *nu.* 8. & 9. & *dec.* 1102. *n.* 9. *et* 10. *cor. Emerix Jun.* maxime contra causam habentem ab ipso Baptista confitente, ut subdunt *Bald. cons.* 364. *n.* 2. *lib.* 2. *Rota dec.* 849. *nu.* 2. *par.* 2. *dec.*336. *nu.*21. *et* 22.*par.* 5.*rec*, *et in Novarien. Beneficiorum* 27. *Junii* 1703. §. *In facto prope fin. cor. R. P. D. meo Scotto*, *et in Romana Capellaniæ sancti Nicolai* 28. *Junii* 1709. §. *Tantum vero cor. Me.*

Fortius autem, quia successive sub eodem anno 1644. sequutæ aditionis, idem Baptista con-

conficiendo tunc volitum Inventarium bonorum ipsius Pauli, ut *in Summario Zenobiæ, et Fratrum de Vico n. 4. litt. B.*, præcise descripsit Prædium istud *della Cimarella* tamquam hereditarium *del medemo Francesco suo Padre*, sicque complicata, seu geminata utraque confessione in genere, & in specie, immo in individuo, nequibat amplius hæsitari de prædicta veritate, scilicet, idem Prædium penes Paulum, ejusque hereditatem perseverasse in statu fideicommissario, inter genera namque confessionum extrajudicia-
13 liū, major fortasse non datur, quam illa, quæ fit in publica, & solemni instrumentali confectione Inventarii, ex plene collectis *in Romana localium 26. Martii 1708. §. Præterea, & 14. Decembris ejusdem anni §. Et nihilominus, et 13. Martii 1709. §. Non obstantibus cor. R. P. D. meo de Polignac., & 4. Aprilis labentis anni §. Pertinentia autem cor. Reverendiss. D. meo Molines Decano*.

Parum faciente, quod Baptista postmodum eidem inventario, una cum Dominico in successiva divisione anni 1645. super Pauli Bonis expleta, renunciaverit; Etenim non per hoc restabat infracta, vel ullo modo enervata duplex, ut supra confessio Baptistæ, solum quippe poterat hujusmodi concors renunciatio referri ad magnam honestatem, ita, sive in hunc modum recusandi sese tueri, & obtegere clypeo hujus beneficii adversus
14 Creditores ejusdem Pauli, ut insequendo eamdē honestatem, plura de facto vigent in idipsum positiva Statuta, & signanter *Florentiæ*, & *Senarum* de quibus *Paul. de Castr. ejusdem Statut. Florent. Compilator in l. si fideicomm. nu. 1. ff. de Jud. Angel. cons. 386. n. 51. de Marin. resol. lib. 2. cap. 96. in fin. Fanuc. de Invent. par. 6. num. 137. & seqq. Card. de Luca de hered. & heredit. disc. 17. n. 10. cum ibidem adductis, & in una Romana, seu Florentina restitutionis in integrum, in recent. par. 9. dec. 82.* cum aliis abunde relat. concordant. in *Romana, seu Florentina Census 18. Junii 1708. §. Potissime cor. Me.*

Ast de reliquo respectu præmissarum confessionum nihil operabatur hæc renunciatio, confessio quippe, & maxime voluntaria, quæ tendit de sui natura simpliciter ad manifestationem veritatis, semper ligat Confitentes, semperque attenditur, non docto de aliquo contrario, sive errore, quamtum-
15 vis eliceretur ab actu nullo, vel revocato, sicuti circa actum nullum videre est penes *Gratian. discept. for. cap. 890. n. 5. & 6. Rota dec. 381. n. 25. cor. Bichio*, & quoad actū revocatum *eadem Rot. decis. 492. n. 1. cor. Emerix Jun.*, ibiq; concord.

Ceterum quia omnia hæc solum opitulari valuissent fratribus de Vico, attenta persona Dominici, qui supervixit Paulo, ut supra, pro medietate dumtaxat ejusdem Prædii, unde ea iterum subdivisa in R. P. D. Gabrielem Auctorem Flaminii, & Josephum, & a quo causam sortiebantur iidem fratres, res fuisset ad quartam partē simpliciter redacta, recte insurgebant prælaudati fratres, connotando, quod in vim novissimæ divisionis sequutæ de anno 1645. integrum Prædium adscribendum erat hereditati Dominici, ad hoc, ut in sequelam postea divisum in duplici medietate perfecta, una spectaret ad fratres, & altera ad Flaminium; In facto siquidem erat incontrovertibile, quod ad tenorem præfatæ divisionis registratæ *in Summario fratrum n. 4.* totum Prædium *della Cimarella* assignatum exstitit portioni Dominici, dato in aliis rebus excambio Baptistæ, cumque sub eadem divisione cubitaliter apposita fuerit amplissima promissio evictionis, excepto tantummodo unico casu, quod evictio sequeretur ex culpa effectiva illius, qui passus exstitisset evictionem, prout *dicto nu. 4. litt. C. & D.* hinc delecto toto Prædio fideicommissario, illa medietas, quæ supra portionem Dominici vindicabatur ab ipso fideicommisso, refici, restaurari, & recuperari debebat ab hereditate Baptistæ,
16 qui memoratum excambium in Bonis undique liberis reportaverat, ut in hoc ipso proposito divisionis coæqualiter faciendæ, & promissæ in ea amplissimæ evictionis unanimiter affirmarūt *Altograd. cons. 15. n. 27. lib. 1. Ciroc. discept. 66. n. 8. Amat. resol. 77. n. 34. Gratian. discept. 234. n. 22. Actolin. resol. 54. n. 9. Rota dec. 152. nu. 5. par. 2. divers. dec. 38. n. 13. post Salgad. in labyr. cred., et dec. 275. n. 15. cum seqq. par. 15. rec.* Quoties enim fategisset Flaminius integram medietatem ad Josephum devolutam in aliquo
17 minuere ex persona Pauli, ecce, quod ex persona Baptistæ manifestam pati debebat retorsionem super Bonis liberis correlative receptis, per regulam originatam ex mente *Textus in l. vindicantem ff. de rei vindic.*, de qua *Surd. dec. 99. n. 10. Rot. dec. 609. n. 6. par. 4. dec. 86. n. 26. et dec. 131. n. 4. par. 18. rec. et dec. 607. n. 20. par. 19. to. 2. rec. et in Roman. Salviani 2. Martii 1709. §. Devéniendo autem cor. Me.*

Agnoscentes Flaminii Defensores robur hujusmodi rationum ferme invincibilium, & quibus *Domini* facile adhæserunt, conabantur evertere in sua quidditate, & respective materialitate, ex alio capite tale fideicommissum, quapropter ex prædicto alio capite

te effecto libero apud Paulū ipso Prædio, recte postmodum valuerit illud novæ, & diversæ fideicommissariæ ordinationi subjugare, motivum autem prætendendi liberū prænominatum Prædium pendebat a pluribus detractionibus, quas Paulo competiisse adversus paternam Francisci hereditatem autumnabat Flaminius, sed incassum, quia citra detractiones legales, sive quotitativas, sufficienti partium enumeratione liquebat, quod nulla earū poterat prætendi; Trebellianica quippe pro-
18 hibita legebatur a Statuto Maceratæ, de quo *Rot. dec.222. n.12. par.1. rec. et dec.335. n.*
19 *2. cor. Emer. Jun.* & in simili de *Statuto Januæ* habetur *in cap.16. lib.5. Stat. ejusd. Civitatis fol. mihi 265.*, de quo plenissime *in Romana, seu Savonen. successionis 13. Martii 1705. §. Nihilominus cum §§. seq. cor. Mo*, impress. penes *Modern. Paulut. dissert. legal. post dissert. 40. dec. unic. n. 26. 29. 30. et 34.*

Legitima vero cessabat in facto, quoniam, ultra quod eamdem prætensionem excitare potuisset Dominicus patiformiter filius Francisci, adhuc quomodo Paulus desumere ab hoc Prædio poterat ullam legitimam, quando cetera superexcedentia Bona Francisci ex eadem persona Pauli obtinuerat, in majori namque summa semper includitur minor & retinens alia Bona, ex quibus sibi abunde satisfecit, vel satisfieri potuit, prout hic erant plurima localia, mobilia, segetes, nomina debitorum, & census, nequit, non red-
20 dita prius congrua redditione rationis, legitimam aliunde sibi eripere, ad communiter animadversa per *Rot. in dec. 546. n. 25. cor. Dunoz. Jun. & dec. 1217. num. 8. cor. Emerix Jun., & in rec. dec. 137. n. 5. par. 15.* cum aliis abunde cumulatis *in Romana fideicomm. de Panthera 6. Maji 1709. ex §. Præsumpta autem solutio cor. R. P. D. meo Scotto.*

Et circa alias detractiones accidentales, sive quantitativas, quantumvis revera apparerent dissoluta nonnulla debita spectantia in radice ad Franciscum, & præcise etiam pretium residuale ejusdem Prædii *della Cimarella*; Nihilominus, quia, præter nominatas res, & jura ad hunc præcisum effectum relicta pro indiviso, aderat signanter quoad Prædium conventio, quod illud exsolvi deberet de pecuniis communibus, sicuti de hisce omnibus constabat ex prima divisione anni 1623. *Summ. fratrum n.1. litt. P.Q.R. & S.*, hinc, non apparente contrario, præsumptio
21 stabat, quod de pecuniis cōmunibus extitisent vicissim satisfacta, ut in proposito firmatum fuit *in Forolivien. fideicomm. de Torrellis super Reservatis 27. Aprilis 1703. §. Quo vero, & seqq., & 20. Januarii 1706. §. Quoad pretium cum seqq. cor. bon. mem. Muto cum concord. utrobique.*

Frustraque, ad impugnationem hujusmodi detractionum, adjiciebatur alterum creditum ipsius Pauli pro tertia parte hereditatis Alexandri Pattui, & respective fratris memorati Francisci; ponderabant quippe *Domini*, quod hodie quæstio erat super Prædio *della Cimarella*, quod citra dubitationem fuerat acquisitum a Francisco, ut *in dicto Summario n. 2. litt. R.*, ideoque non poterat cadere ulla suspicio, quod in eodem Prædio restaret vel ulla gleba hereditatis, seu bonorum Alexandri. Si vero subalternanter excitabatur prætensio redditionis rationis ob administrationem prædictæ hereditatis, & bonorum Alexandri initam a Francisco, corruebat quælibet amaritudo, ad finem de quo agebatur, nam pariter ultra quod Salustius qui actu eamdem gesserat administrationē, reportaverat adversus omnes filios Francisci, eumdemque Baptistam sententiam absolutoriam ab hac redditione rationis *Summ. responsionis fratrum nu.3.* quæ tamquam re-
22 spiciens causam status efficiebat jus quoad omnes, ex notissimo *Textu in l. ingenuum ff. de stat. hom. Conciol. alleg. 86. nu. 26.*, *Andreol. contr. 134. n. 28. Rota Januen. dec. 2. nu. 42. Rota nostra cor. Seraphin. dec. 1422. num. 8. cor. Ubaldo dec. 2. n. 2. cor. Durano dec. 8. n. 5., & dec. 99. n. 7. cor. Ubago, & in rec. dec. 400. sub num. 13. vers. plurimum denique par. 17., & in Romana fideicomm. de Ruspolis 10. Junii 1786. §. penult. cor. bo. mem. Rondinino.*

Attamen prætensum creditum, quod quomodolibet valuisset ex hac ratione prætendi, nequaquam disquiri valebat in præsenti Judicio immissionis, sed omnino *Dominis* videbatur, instruendum fore desuper particulare judicium; Interim quippe quis ignorat,
23 quod sive tractetur active, sive passive, nullus Administrator non reddita hac ratione dici valet Creditor, vel Debitor, ex plene collectis per *Salgad. in labyr. Cred. par. 3. cap. 7. nu. 19.* late *Paulus Rubeus in præfat. ad par. 9. tom. 1. rec. ex nu. 71. cum plurib. seqq. Escobar. de ratioc. cap. 21. ex n. 12. usque ad 22. Fontanell. dec. 234. nu. 10. Rot. dec. 205. nu. 4. & 6. cor. Otthob., & dec. 5. n. 3. cor. Cerro, & dec. 157. n. 37. & seqq. ac dec. 228. n. 3. & 4. par. 11. rec.*

Inspectoque privilegio, sive natura mox enunciati Judicii Immissionis, exinde promanare visum est favore fratrum alterum, etsi familiare, ineluctabile tamen pariter fundamentum, quod in omnem casum, quando ex prædictis minime per hypothesim appa-

rerent absumptæ, & exstinctæ tot allegatæ detractiones, in omnem eventum redditæ fuissent adeo turbidæ, & illiquidæ, ut prorsus remanerent inefficaces ad eamdem Immissionem interea retardandam, ut millies dixit *Rota*, & præcipue *in dec.* 558. *nu.* 32. *cor. Dunoz. Jun. dec.* 1124. *n. fin. cor. Emerix Jun., dec.* 121. *nu.* 6. *par.* 11., *dec.* 213. *n.* 32. *par.* 12. *rec. in Maceraten. fideicomm.* 6. *Maji* 1709. §. *Nihilominus*, *& in Nullius seu Terræ Pontiani Immissionis* 26. *Junii ejusdem anni* §. *fin. cor. Me.*, *& in Romana fideicomm.* 6. *Maji ejusdem anni* §. *Et alteram pariter cor. Me.*

Relicta itaque in suspenso ob suffragiorum scissuram altera parte Dubii concernente *Domunculam cum Apotheca*, resolutum interea fuit pro pertinentia Prædii ad hereditatem Francisci, & postea Dominici.

Utraque &c.

Matheranen. Prælationis.

Luna 23. *Junii* 1710.

ARGUMENTUM.

Vigore notissimæ Bullæ S. M. Pii V. conceditur Creditori anteriori super fundo censito Jus prælationis, sive retractus, sicuti etiam tale Jus competit illis, qui super eodem Fundo censum active crearunt; Ista vero prælatio, sive Jus retractus expostulari debet intra mensem a die factæ denunciationis a debitore, quæ denunciatio debet esse judicialis, non vero extrajudicialis, nec suppleri potest per generalem citationem, cum Bulla Piana, ad effectum servandi illius formam, non contentetur implemento per æquipollens.

SUMMARIUM.

1. *Vacationem, & qualitatem Beneficii controvertere non potest, qui venit ex eodem titulo, & qualitate vacationis.*
2. *Bulla Piana indulget prælationem super fundo censito Creditoribus anterioribus, & illis, qui super eodem fundo censum active crearunt.*
3. *An vero eadem Bulla, respectu hujus peculiaris privilegii locum habeat in Statibus, seu ditionibus aliorum Principum.*
4. *Ista vero prælatio expostulanda est a Creditore intra mensem, alias cadit a commodo hujus privilegii.*
5. *Hoc autem tempus incipit currere a die facta denunciationis per debitorem, quæ debet esse Judicialis, nec sufficit scientia, vel interpellatio extrajudicialis.*
6. *Quæ judicialis denunciatio impleta non remanet per generalem citationem, dum ex ea retractus non remanet impeditus.*
7. *Et an de æquitate sufficiat expressio relativa ad instrumentum impositionis census*, & num. seq.
8. *Pro servanda forma Bullæ Pianæ censu solemnitates præscribentis non sufficit illarum implementum per æquipollens.*
10. *Citatio facta ad unum finem non operatur præsertim in præjudicialibus finem omnino diversum.*
11. *In creatione census tenet pactum, seu renunciatio Juris retrahendi fundum censitum, etiam non obstante Bulla Piana.*
12. *Procurator deputatus ad mere exigendum nequit sortem census repetere, sive recuperare. Quod procedit ex peculiaribus Constitutionibus Ordinis S. Augustini, respectu ad ejus Procuratores.*
13. *Renunciationes, sive animi declarationes, quæ præjudicium constituenti afferre possent, fieri nequeunt absque speciali mandato per generalem Procuratorem.*
14. *Quinimmo actus, qui posset Domino quomodolibet præjudicare in remissione alicujus Juris, nequit obesse sine speciali mandato.*
15. *Tacito plus Juris tribui nequit, quam expresso.*
16. *Restitutio sortis census apta non est ad evellendum Jus creditori jam imbibitum retrahendi rem venditam, & sibi hypothecatam.*
17. *In retractibus censuum locum sibi vindicat inter retrahere volentes regula, qui prior est tempore, potior est jure.*
18. *Si quis solvendo satisfacit propriæ obligationi, translatio jurium acquisita remanet inefficax, & cessio dicitur pure extinctiva.*
19. *Cessio Juris retrahendi proveniens a Credito census tamquam non inhærens Personæ transfundi potest in alterum.*
20. *Et iste gaudet prærogativis, & juribus cedentis per eum repræsentati.*
21. *Jura, quæ quis promovet in Judicio cedere potest vel Collitiganti, vel alteri, dummodo materia alias non resistat.*
22. *Cessio translativa in exstinctivam resolvitur, quando vel solvit proprius Debitor, vel Emptor ex pacto convento cum debitore de pretio rei emptæ.*
23. *Quisque creditor potest creditum cedere prout sibi libuerit alteri Personæ, nec Creditor inducendo Personam Tertii prohibetur propriis pecuniis censum acquirere ad finem se confovendi in suo dominio.*

DECIS. DVII.

Ea quæstio, quæ adesse non poterat super generali competentia retractus pro resol-

solvenda, vel confirmanda venditione Prædii censiti; per Paulicellos expleta ad favorem Monialium Sanctissimæ Annunciatæ, cum utrinque contendentes Aquam haurirent ex eodem fonte, nempe Crediri Censualis, quo ad tenorem notissimæ Bullæ Pianæ hypotheeatum, & affectum tenebant idem Prædium distractum, & nuncupatum *delle Camastre*, sicuti diximus in contentionibus beneficialibus, controvertere non posse va-
1 cationem, & qualitatem Beneficii, quisquis descendens in arenam, venit ex eodem titulo, & qualitate vacationis ad tradita per *Rot.dec.234.num.2.cor.Duran.dec.137.n.11. cor.Gregor.dec.77.num.1. §.Vacatio dec.175. num.2.cor.Emerix Jun.decis.135. num.1.decis.140.num.12.coram Ottbobon., & dec.508. num.3.par.19.tom.2.rec.*

Acriter tamen, atque tripliciter exarsit super antelatione inter ipsos præferendos, scilicet inter Patres Ordinis Sancti Augustini, & Venerabilem Cappellam Sanctissimi Crucifixi; necnon præfatas Moniales Sanctissimæ Annunciatæ, donec de trino oppugnatore, duobus effectis, & eorum altero Sociato armis per antea sibi quoque contrariis, victoria præcedenter rutilans pro Patribus Sancti Augustini tam coram Ordinario, quam in Tribunali A. C., hodie dedexit in Moniales, quæ jura interim prænominatæ Cappellæ conquisiverant, prodeunte oraculo Sacri Auditorii — *Prælationem competere Monialibus.*

Quatenus namque prælium committebatur ab initio inter Moniales, & Conventum Sancti Augustini, firmiora apparebant Præsidia ejusdem Conventus, qui optime stabiliebat fundamenta suæ prætensionis, demonstrans quippe, quod per triennium ante sequutam distractionem prædicti Prædii, Censum active creaverat super hoc ipso Prædio, adversus Venditores invincibiliter assequi debebat
2 efflagitatam prælationem, cum ea ad litteram indulgeatur in prænominata Constitutione vere san. mem. Beati Pii V. similibus, & proinde anterioribus Creditoribus; cumque versaremur in negocio temporaliter etiam quoad bona submisso Dominationi Sanctæ Sedis, cessabat penitus hæsitatio, an eadem Bulla ceteroquin in substantia, & for-
3 ma creandi Census ubilibet observanda, locum respectu hujus peculiaris Privilegii sibi usurparet in Statibus, seu Ditionibus aliorum Principum, ut post *Spadam cons.59.n.1., & per tot.lib.3.*, animadversum quoque fuit *in altera Æsina Retractus* 10. *Januar.*1701. *§. Jam enim coram Me, & in Farsen. Juris offerendi 6. Decembris* 1702.*§.Etsi tam facile, alias 17.coram Me, utrobique concordan. ad satietatem.*

Quin exaudiri in opposito possent Moniales plura adstruentes ad eversionem prænominati fundamenti. Inutiliter quippe erga prædictum Conventum obiiciebatur, quod cum illius PP. indubitatam notitiam, quodque magis est, judicialem habuissent præfatæ venditionis, stante positiva Citatione eorumdem Patrum, veluti Creditorum illorum
4 de Paulicellis, hinc dum infra mensem nullam expostulavere Prælationem, cecidissent ab hujusmodi Privilegio, quod intra Cancellos præfati temporis per Bullam arctabatur, sicuti expresse legebatur in eadem Constitutione, ibi — *Volumus Dominum Census aliis omnibus præferri, eique denunciari conditiones, quibus vendenda sit, & per mensem expectari* —, & adnotarunt quoque late cumulati per *Corradin.de Jur.Prælat.quæst.32 num.22., Rota dec.268.num.2.coram sa. me. Alexandro VIII. dec.46. num.18. ad ornatum Card. de Luc. de Cens., et Æsina Retractus 10. Januarii 1701. coram Me, et 12. Junii 1702.cor.bo.me.Muto, utrobique §.primo.*

Valida siquidem nimium erat Responsio, quod dum præfata Constitutio Piana insimul ad effectum menstrualis decursus litteraliter præcipiebat Domino Census denũciari con-
5 ditiones, quibus vendenda sit res Censui subjugata, non solum hujusmodi denunciatio facienda erat judicialiter pro forma, quin sufficeret aliunde comprobata scientia, vel inita interpellatio extrajudicialis, ex collectis per *Cenc.de cens.quæst.64.nu.19., et 20., Episcopus Rocca disput. Jur.select. cap. 16. num.8., Thomat. dec. 40. num. 13., Rota decis.466.num.2., et 3.cor. Peutinger. dec.16. num.3.coram Celso dec.425. num.7.coram fe. mem. Gregor. decis.158. num. 8. post Cenc. de Cens.* cum aliis adductis concordan. *in Æsina Retractus 10. Januarii 1701. §. Adhuc etiam coram Me, et in Firmana Prælationis 13. Junii currentis Anni §.Et tamen coram R. P. D. Kaunitz.*

Verum quod magis erat, prælaudata citatio Conventus diversum feriebat respectum, convocandi scilicet Creditores pro habendo dumtaxat concursu, allequendaque debita graduatione in receptione pretii Creditoribus ex pacto solvendi. Nullibi autem percutiebat implementum præfatæ formæ concernentis hujusmodi privilegiativum retractum, & injungentis patefieri conditiones, ad hoc ut acquisitor, & Dominus Census in re vendita superimpositi deliberare valeret, an sibi expediret exercere idem Privilegium, sive retractum, ideoque cum

eædem conditiones nequaquam fuerint intimatæ Patribus Sancti Augustini, sed simpliciter dictum nimis in genere appareret – *con promessa d'evizione, ed altro, che si contiene in Istromento di vendita, al quale* –, profecto ex antedicta generaliori citatione, nec forma remanserat impleta, nec retractus præpeditus, ut uno ore profitentur *Cenc. de Censibus quæst.64. nu.9., et seqq., Rota post eum dicta dec.157. num.3. vers. ultra quod, et decis.158. num.6., et seqq. dec.466. num.4. cor. Peutinger. dec.268. num.4., et 5. cor. sa. mem. Alexandro Octavo dec.52. num.2. cor. Duran. dec.425. num.6. ibique adden. num.12. coram sa. me. Gregor., et dec.246. n.2. cor. Royas.*

Atque ex his idcirco nullatenus opitulabatur Monialibus, quod per prædicta verba relativa – *al quale* – juncta productione effectiva Instrumenti celebratæ venditionis in Actis Curiæ Archiepiscopalis, non foret facienda altera denunciatio magis præcisa, & individualis earumdem conditionum, cum de æquitate saltem expressio hæc relativa sufficere videatur, ut putavere cum *Scaccia de appellatione quæst.4. num.32., et de Commerc., et Camb. §.primo quæst.1. sub n. 152., R.P.D. Zaul. ad Stat. Favent. lib.6. rubr.10. num.34., R.P.D. Corradin. de Prælat. quæst.4. nu.4., R.P.D. Petrâ ad Constit. Apostolic. tom. primo ad Constitution. Eugenii Tertii sect. 2. sub num.35.*

Ultra etenim, quod non desunt forte plures in hac propositione sentientes oppositum, nimirum, quod eadem verba relativa minime sufficiant, nisi saltem transcribantur singula pacta, & conditiones, vel inseratur in citatione Instrumentum ipsum venditionis, uti videre est penes *Cenc. de Cens. quæst. 64. num.29., et 30., et apud Ipsummet Scacc. de Judic. lib.2. cap.3. num.36.*

Nihilominus propriùs respondendo, ista omnia velamen aliquod fortasse perinducere potuissent, quando præcitata relatio, ut præmisimus, facta extitisset præcise ad effectum servandi formam Bullæ, quæ tamen absolute mandat denunciari conditiones, & non vage citare, & producere prævia simplici relatione tale Instrumentum venditionis; tantum vero aberat, ut eadem citatio hunc peculiarem finem concerneret, ut loco tangendi quidquam de prælatione, vel saltem pura notificatione venditionis feriret dumtaxat pactum initum extinguendi debita Venditoris, idemque in sequelam ad merum Concursum, pretiumque recipiendum, unde si non sufficit pro observanda forma Bullæ implementum per æquipollens, adhuc quis dicat, quod citatio facta ad unum finem operetur præsertim in præjudicialibus finem omnino diversum, ad tradita in terminis primæ propositionis per *Gratian. discept. forens. cap.741. nu.4., Cenc. de Cens. quæst.64. num.20., Rot. dec.268. num.3. coram sa. mem. Alexandro VIII., dec.162. num.4. coram Celso, & dec.449. num.2., & seqq., & dec.451. per tot. coram Peutinger.*, & circa secundam per *Valensuel. cons.6. num.124., Rot. dec.166. num.6., & 7. par.14. dec.479. num.5., & decis.487. num.32. par.19. to.2. recent.* cum aliis relatis concordan. *in Romana Fideicommissi 11. Aprilis 1707. §. Nihilominus coram Me.*

Inanis pariter erat prætensio, quod dein Comparentes iidem PP. Sancti Augustini, sibique restitui sortem Census expostulantes, viderentur juri suo, sive ipsi retractui renunciasse, quod fieri profecto potest, dum quoque in ipsa creatione Census tenet pactum, seu renunciatio juris retrahendi fundum censitum, etiam non obstante Bulla Piana; quemadmodum optime demonstrat Reverendissimus Corradinus doctus, & emeritus Sanctissimi Domini Nostri Auditor: *de jure prælat. quæst.32. num.9., Scacc. de Commerc. et Camb. §.1. quæst.1. nu.245. in 3. difficult. vers. Concludo quod est validum Duard. de Cens. §.4. quæst.22. per tot.*

Objectum namque palam ruere palpabatur, sive in facto, sive in jure; in facto etenim ponderando, quod hanc petitionem repetitionis Capitalis expleverat simplex Procurator ejusdem Conventus, quando peculiare erat per Ordinationes, seu Constitutiones inclitæ hujus Religionis Divi Augustini, non posse ordinarios Procuratores ad mere exigendum deputatos fortè Censuum repetere, seu recuperare, sicuti liquebat ex *Summario Conventus Nu.9.*, & connotaverat *Rota cor. Seraph. dec. 831. num. 3., & seqq. cum aliis abunde cumulatis per Cenc. de Cens. quæst. 109. ex num.47. & num.49. & quæst. 105. sub num. 3.*

In jure vero, quia cum ex inopportuna forsan repetitione sortis posset exoriri ingens præjudicium Constituenti, & signanter, ut hìc, subinduci renunciatio Juris retrahendi, nemo non scit, quod absque speciali mandato per Generalem Procuratorem consimiles renunciationes, sive consimiles animi declarationes fieri nequeunt, ex passim affirmatis, & præsertim *Duard. de Cens. §. 4. quæst. 14. num. 1. Modern. Asculan. D. Constantin. ad Statut. Urb. tom.1. annot.24. art. 7. num. 469. Rot. dec. 141. n. 4. cor. Dunoz. Sen. repetit. post Cenc. de Cens. dec. 307., & dec. 163. vers. final. cor. Celso*: Et generale est, quod sine specifica procuratione, seu man-

14 mandato nequit obesse actus qui posset quomodolibet Domino præjudicare in remissione alicujus juris, ut affirmant *Gratian. discept. 224. n. 42., Massin. de confiscat. Bonorum quæst. 35. nu. 72. Rot. dec. 44. n. 9. par. 10. & dec. 16. num. 15. par. 15. dec. 9. num. 28. par. 19. Rec. & in Camerinen. Manutentionis seu Censuum 23. Junii 1698. §. Prout eo minus cor. Rmo D. meo Molines Decano, & in Tarraconen. Insignium 11. Decembris 1702. §. Minus cor. bo. m. Muto.*

Ac propterea si neque expresse capax erat Procurator præjudicandi Conventui in ordine ad remissionem, seu renunciationem hujusmodi retractus, quomodo valebat tale detrimentum progignere ea tacita renuncia-
15 tio, quæ quomodolibet inferri posset ex prænominata petitione sortis, ne plus juris tribuatur tacito, quam sibi vindicare quitet expressum, resistente regula, de qua *Text. in cap. scienti de reg. jur. in 6., Barbos. tract. var. axiom. 89. num. 2. cum aliis adduct. concord. per Rot. dec. 558. ex num. 6. par. 3. rec. & dec. 952. num. 14. cor. Emerix Jun.*

Certius, & extra aleam dubitationis, quoniam cum hæc petitio sortis evenerit longe post celebrationem instrumentalem venditionis, & consequenter etiam post acquisitionem jam factam a PP. Sancti Augustini juris retrahendi rem venditam ab ipso momento translati Dominii per debitorem in emptorem extraneum, utique hæc super-
16 venta petitio, immo hæc restitutio sortis idonea non erat ad avellendum jus Conventui jam imbibitum, & radicatum, teste præ ceteris *Rot. in Romana Prælationis cor. clar. m. Card. Cavallerino inter impress. ad ornat. Card. de Luc. ad materiam de usuris dec. 46. a num. 9. usque ad 23.*

Pariformiter parum officiebat, quod Moniales emptrices reportassent translationem jurium a Monte Misericordiæ, Creditore alterius Census, proindeque cum idem Census foret anterior, illo pertinente ad Conventum
17 Sancti Augustini, consequens profecto erat, quod Monialibus vestientibus jura Montis tribuenda foret antelatio, cum in hisce retractibus locum sibi vindicet inter retrahere volentes regula, qui prior &c. teste *R. P. D. Corradin. de Jur. Prælat. quæst. 32. n. 46. Rot. dec. 17. n. 3. 10. & seq. p. 4. tom. 2. rec.*

Siquidem de facili prosternebatur hujusmodi discursus, reflectendo, quod Moniales jam pepigerant ex pretio rei emptæ dimittere Montem Creditorem venditorum, ideoque cum solvendo ipsi Monti satisfacerent pro-
18 priæ obligationi, utique translatio jurium acquisita per easdem Moniales reddebatur inefficax, & cessio deflectebat in pure extinctivam, ut late discusso articulo, *Rota decis. 758. num. 6. & 7. par. 18. & dec. 120. n. 7. & 8. par. 19. Rec.*, & in prælaudata *Romana Prælationis cor. Card. Cavallerino inter impress.*, ut dixi ad *Card. de Luc. ad materiam de Usur. dec. 46. num. 13. §. Secundus Casus est.*

Hæc itaque erant, quæ Causam usque dum posuissent in tuto pro PP. S. Augustini, si contentio fuisset inter eos dumtaxat, & moniales, prædictis tantummodo rationibus, sive armis suffultas; verum cum ut diximus, triangularis pugna super hujusmodi retractu præcedenter agitata, verteretur etiam cum Cappella Sanctissimi Crucifixi: Hinc quoties eadem Cappella jura cujusdam Census anterioris (loco prosequendi per antea inceptum Judicium prælationis) maluit transferre in moniales emptrices, hinc sicuti eadem Cappella, tamquam anterior ex supradictis fuisset utrique Colliganti præferenda, ita ex ejusdem Cappellæ juribus, & persona, jure merito præferri debere visæ sunt moniales illius Cessionariæ; Cessio enim juris retrahendi proveniens a credito positivo Census, tamquam non inhærens personæ, transfundi potest in alterum, & is
19 gaudere prærogativis, & juribus cedentis per eum repræsentati, ut de priori propositione obloquuntur *Spad. cons. 213. num. 6. & 7. lib. 3. Cenc. de Cens. quæst. 66. n. 122. & seqq., Olea de Cess. jur. tit. 3. quæst. 2. per tot. Rot. dec. 121. num. 2., & seqq. par. 17. dec. 286. ex nu. 2. ad seqq. par. 18. dec. 143. num. 4., & dec. 210. num. 2. par. 19. cum aliis in Æsina Retractus 10. Januarii 1701.*
20 *§. Et certe cor. me*, de posteriori, regula est notissima, teste *Cenc. de Cens. quæst. 109. nu. 21., & in meo tract. de Commerc., & Merc. disc. 40. num. 27. Rot. dec. 127. n. 10. p. 15. rec., & in Perusina Cambii 21. Junii 1709. §. Quin ullo modo cor. me.*

Absque eo, quod officere, seu retorqueri valerent ea, quæ supra proxime tetigimus in oppositum circa consimilem cessionē, quam moniales reportaverant a monte misericordiæ, ut ea tamquam facta debito pretii rei emptæ ex pacto inito cum debitore, & respective venditore redderetur inutilis, atque resolveretur in cessionem mere extinctivam; Geminæ enim palpabantur differentiæ, seu rationes inter unam Cessionem, & alteram, & utraque profligabat objectum; Prima erat, quod Mons misericordiæ nusquam pandiderat, aut declaraverat animum retrahendi, nusquamve eumdem animum deduxerat in Judicio, prout fecerat Cap-

pel-

pella, ac propterea quemadmodum quoties Cappella prosequendo Judicium obtinuisset intentum retrahendi, sic potuere illius jura, in contradictorio deducta vestire mo-
21 niales; quando enim materia alias non resistit, nemo est qui prohibeat cedi, vel Collitiganti, vel alteri jura, quæ quis promoveat in Judicio, ad tradita *per Surd. consil. 567. num. 8. Cyriac. controv. for. 599. n. 38. & seqq. Tiraquell. de Retract. Consanguin. §. 26. Gloss. 3. num. 2. Theodor. de Retract. Convent. quæst. 2. ex num. 53., cum aliis abunde cumulatis per Oleam de Cess. jur. tit. 3. quæst. 1. num. 2. & 3.*

Secunda differentia clare insurgebat, quoniam Cappella explicite recusavit tamquam mere creditrix pretium recipere, quod jam deposuerant Patres Sancti Augustini, illisque concedere ullam subintrantiam, *Summario eorumdem Num.* 17., & quamvis potius ostendissent inclinationem consequendi pecunias, quas deposuerant eædem Moniales *in Summario Conventus Num* 18., attamen mutando Consilium statuerunt gratificando forsan monialibus independenter a quolibet pretio venditionis, & a pecuniis ex hac Causa depositatis, seorsim ab iisdem monialibus recipere pretium cessionis, seu Census, & transferre in ipsas, veluti tertias jura proprii ejus Census anterioris, & ut supra in judicium deducta; Lex autem, quæ flectit cessionem translativam in extinctivam,
22 ubi vel solvit proprius debitor, vel emptor ex pacto convento cum debitore de pretio rei emptæ, & consequenter indirecte ex persona debitoris, minime vetat, quod quisque Creditor queat creditum cedere, prout sibi libuerit, alteri personæ, eam considerando in figura Tertii, nec Creditor inducendo personam Tertii prohibetur propriis pecuniis Censum acquirere, ad finem
23 se confovendi in suo dominio, vel possessione, ut contradistincte notant *Modern. Asstulan. ad Statut. Urb. annotat. 24. artic. 7. a num. 477. ad 488. tom. 1., Rota decis. 17. num. 4. & seqq. par. 4. tom. 2. rec., aliisque relatis concord. in Romana Prælationis coram clar. mem. Card. Cavaller. impress. ad ornat. Card. de Luca de Censib. dec. 46. nu. 40., & dec. 48. num. 12.*, & egregie in simili adamussim Cessione, quæ debebat fieri de prætio, diversimode postea facta suffragetur Cessionario, ad effectum translativum *Rot. dec. 367. ex num. 1. ad 7. post Cene. de Censibus.*

Ille igitur Triumfus, qui pro parte Conventus Sancti Augustini stetisset, perdurante certamine cum solis monialibus evanuit, & in jacturam est versus sub præcedente, & unito præsidio, auxilioque alterius Collitigantis, cum revera verificetur Adagium *Nec Hercules contra duos.*

Utraque &c.

Nullius, seu Terræ Pontiani super Excessu.

Lunæ 23. Junii 1710.

ARGUMENTUM.

Exsequutionem qui fieri obtinuit a Judice, vel a mandato Rotali an, & quando teneatur facere probationes super identitate bonorum, illorumque provenientia.

SUMMARIUM.

1. *Immissus ad possessionem bonorum antequam illa occupet debet præventive justificare identitatem separatam cujuscumque speciei eorumdem bonorum, & illorum provenientiam.*
2. *Et ob hanc rationem sæpius in Rota disceptatur dubium* — an, & super quibus bonis facienda sit exsequutio —; Declara num. 5. cum seq.
3. *Prius quam detur immissio, & quis deveniat ad exsequutionē reportare debet sententiam super canonizatione suæ vocationis.*
4. *Exsecutio jam facta ad distinctionem faciendā præsumitur rite expleta, maxime si sit exarata ad formam Judicati, nisi contrarium apertissime probetur.*
5. *Rota quando rescribit* videatur de identitate, vel de detractionibus *nequit Actor ante disceptatā identitatem bonorum, vel competentium detractionum citra vitium attentati consumere ullam exsecutionem.*
6. *Sententia pronunciata in genere, si postea ad normam præcedentis rescripti fuerit confirmata ad hæc, vel illa bona, facit conformitatem, & numerum duarum.*
7. *Sententiæ, sive mandato Rotali absolute tribuenti immissionem, sive possessionem, vel fieri exsecutionem in bonis N. non est necesse, quod præcedat ulla liquidatio, & de ratione.*
8. *Exsecutio facta propria auctoritate, & non requisito, vel expectato Judicis mandato, est nulla.*

Declarantur Text. in L. 1. Cod. de exsecut. rei Judic., & Leg. unicæ Cod. de prohibit. sequestr. pecun.

9. *Res judicata, quæ habenda est pro ipsa veritate, non est tangenda, donec non petatur restitutio in integrum.*

DECIS. DVIII.

Libidinem quodammodo litigandi non exuentes heredes Margaritæ post adeo de

de cetero diuturnas, & antiquas contestationes habitas per eorum Auctores super bonis, de quibus agebatur, uti præ ceteris apparebat ex compluribus editis *decisionibus cor. Me*, *& signanter sub die 4. Maji 1699.*, *& 16. Novembris ejusdem Anni*, *& 3. Februarii 1700.*, *& 18. pariter Februar. 1701.*, *& nuper 26. Junii 1709.* denuo occasione expletæ tamdem exsequutionis per Canonicum Joannem Baptistam Sanctolinum in vim obtentæ rei Judicatæ, suscitarunt quoque querimoniam excessus in eadē exsequutione, tamquam, ut asserebant, consummata supra id, quod eadem res Judicata toleraret, sive importaret, sed *DD.* agnoscentes excessivam potius coruscare hujusmodi querimoniam, quam ipsam exsequutionem, dixerunt *non constare de excessu*.

Versabatur igitur conquestio in gemino supposito, seu prætextu, altero nimirum, quod Canonicus, etiam si fuisset immissus, tam per Sententiam A. C., quam per illius confirmatoriam, a *Me* successive prolatam, ad bona non minus Caroli, & Angeli, quam Roberti, adhuc ante exercitium prædictæ rei Judicatæ, & actualem occupationem Bonorum, tenebatur discernere Bona a Bonis, & præventive justificare identitatem separatam cujuscumque speciei eorumdem Bono-

1 rum, vel ab una, vel ab altera supranominata persona provenientium, ne alias incideret in amaram increpationem Cæsarum *Severi*, & *Antonini* videlicet, quod *nimis propere sese gessisset*, *ut in leg. prima Cod. de exsequut. rei judic. cum aliis per Rotam coram Buratto in dec. 105. num. 2.*, *& in Romana Fideicommissi super excessu exsequutionis 10. Junii 1709. §. Demum exsequutio coram R. P. D. meo Caffarello Alma Urbis Gubernatore*, & loquendo de Bonis ejusdem Roberti, dictum quoque fuerat in prædicta *Nullius*, *seu Terræ Pontiani Successionis super attentatis 4. Maji 1699. §. Et secundo coram Me.*

Idque adeo verum, ut sæpe sæpius videamus in *Sacro Auditorio* disceptatum mediante præambula disputatione, & Dubio super identitate Bonorum *An*, *& super quibus Bonis*

2 *facienda sit exsequutio*, quemadmodum liquet in subjecta materia, præsertim exstitisse practicatum in *Faventina Fideicommissi*, *seu Primogenituræ 19. Aprilis 1708. cor. R. P. D. meo Caffarello*, de qua meminit *supra allata decisio*, *Romana Fideicommissi super excessu exsequutionis 10. Junii 1699. coram eodem*, ubi alia quoque referuntur exempla, & præ ceteris constat etiam fuisse servatum in illa *Romana*, *seu Bergomen. Primogenituræ de Cerasola super reservatis 5. Dec. 1707. cor. Me.*

Et altero tanto magis, quoniam in rei veritate (ad sensum tamen Informantium pro præfatis heredibus) Canonicus non ostendebat,

3 se fuisse vocatum ad prædicta Bona Roberti, idcoque evidentius expectare obstringebatur Judicium Rotale super canonizatione suæ vocationis circa eadem Bona, prius quam ad præcipitem exsequutionem deveniret, ut prosequitur *Glossa Magna in dicta leg. prima Cod. de exsequutione rei Judicatæ Alex. cons. 263. num. 6. lib. 3.*, & concordat *Text. in leg. unica Cod. de prohibit. sequestrat. pecun. Rota coram Buratto dicta dec. 105. num 1.*, *& 2.*, & millies in aliis.

Verum hisce ululatibus, sive clamoribus, & conquestionibus parum facientibus, *negative*, ut diximus, *Domini* responderunt, quoniam respectu primi capitis, non solum illud vacillare videbatur in facto, nam antequam emanasset prior Sententia in Tribunali A. C., opportuna apparebat facta liquidatio Bonorum, *ut in Summario responsionis Canonici num. 1.*, *& 2.*, sed adhuc de Jure hæc inest differentia inter exsecutionem faciendam, vel factam, ut quando non est fa-

4 cienda, sed positive est facta, præcipue prout hic, ad formam gemini Judicati, præsumatur undequaque rite fuisse expleta, nisi contrarium apertissime, & concludentissime comprobetur ad *Text. in leg. 2. ff. de probat. Posth. de subhastat. inspect. 50. nu. 16. Rota decis. 120. num. 11. par. 15. recent.*, *& dec. 182. num. 21. coram Priolo*, *& dec. 1082. num. 1. de qua eadem Rota in illa famigerata Romana*, *seu Portuen. Tenutarum super excessu quoad Palum 26. Martii 1708. §. Potissime cor. Me.*

Et ob id auctoritates, & praxis in oppositum allatæ diversos omnino terminos percutiebant, nempe, vel quando *Sacra Rota* degustata difficultate super identitate bonorum, vel alia de causa, resolvit quidem favore petentis articulum immissionis in genere, sed positive per assuetum rescriptum, *videatur de identitate*, *de detractionibus* cum similibus, injungit dubium desuper proponi, & disputari, quod longe diversum est a sententia, & mandato Rotali, ut ad præsens, ordinante, absolute tribui immissionem,

5 sive possessionem, vel fieri exsequutionem in bonis *N.* Primo etenim casu utique non potest Actor ante disceptatam identitatem Bonorum, vel competentiam detractionum cum similibus citra vitium attentati consumere ullam exsequutionem, & hic adamussim est casus, de quo *in dicta Faventina Fideicommissi*, *seu Primogenituræ*, *& in Romana Fideicommissi super excessu exsequutionis coram R. P. D. meo Caffarello Almæ Urbis*

Gu-

Gubernatore, *& in prædicta Bergomen. Primogenitura de Cerasola coram Me*, necnon in *illa Romana Prælatura de Vecchiarellis 9. Decembris 1697. pariter inter meas impres-*
6 *sas dec.21.*, ubi sub *num. 1.*, *& 2.* firmatur quoque, quod sententia pronunciata in genere, si postea ad normam præcedentis rescripti fuerit confirmata ad hæc, vel illa specifica bona, facit conformitatem, & numerum duarum.

In secundo vero, non est necesse, quod præcedat ulla liquidatio, cum cura, & onus incumbat Victori bene examinandi, quid dicatur, necne sub sententia, seu mandato, alias delata declamatione exsequutionem passi ad *Sacrum Tribunal*, eadem executio remanet irrita cum refectione etiam expen-
7 sarum, & fructuum, & hosce terminos feriebat allegata *Romana Fideicommissi super excessu exsecutionis coram R.P.D. meo Caffarello*, ubi palpatum, & comprobatum fuerat, commissum exstitisse insanabilem excessum, necnon illa *Nullius*, *seu Terræ Pontiani successionis super attentatis 4. Maji 1699. §. Et secundo eum seq. coram Me*, Tunc enim *Rota* adhuc non cognoverat, an bona Roberti caderent sub dispositione Caroli, & idcirco possessionem, inconsulto *Sacro Auditorio*, captam declaravit attentatam, & præter has consonant examinata, & in diem *dispuncta in illa Senogallien. Bonorum 16. Januarii 1709. coram Me*, & in prædicta celebri *Romana*, *seu Portuen. Tenutarum super excessu quoad Palum pariter coram Me*.

Ceteræ vero doctrinæ, & Jura superius complicata, & præsertim præscripta in *leg.1. Cod.*
8 *de exsequution. rei judic.*, *& in leg. unica Cod. de prohibit. sequestr. pecun.*, penitus aberrabant a nostra hypothesi, cum peragant de circumstantiis, in quibus propria auctoritate, non requisito, vel exspectato Judicis mandato, quod transitum fecerit in rem judicatam, quis facit exsequutionem, & certe tunc incurritur increpatio *Imperatorum in dicta leg.1. Cod. de re Judic.*, de qua superius, ibi = *Nimis propere Judex pignora Marcellæ capi*, *ac distrahi jussit ante rem judicatam*.

Et adeo repugnat, ut nemo sibi Jus dicat in proprio negocio, ut per integrum *caput*, examinando quoque particularem Constitutionem Principatus Cathalauniæ id ipsum prohibentem, desuper compilaverit *Jacobus Cancerius var. resol. par. 2. cap. 10. per totum*, & hoc est, quod solum dicebat *Rota coram Buratto dec. 105. num. 2.*, *& per tot.*

Descendendo modò ad secundum querimoniæ membrum, de plano animadverterunt *Domini* ipsius insubsistentiam, & evanidum laborem judicarunt dispungere, an a suis fundamentis reassumpto negocio Canonicus vocatus esset etiam ad Bona Roberti, id enim non tangebat substantiam exsequutionis, sed ad summum injustitiam immissionis etiam ad bona Roberti attributam ab A. C., & reattributam, seu confirmatam per præfatam alteram sententiam, per *Me* prolatam de voto DD. Coadjutorum meorum ad limites *decisionis* præcedenter editæ in hac ipsa causa *Nullius*, *seu Terræ Pontiani 26. Junii 1699. per totam*. Sed quando etiam per imaginationem præfatæ binæ sententiæ objurgari possent de aliqua injustitia, id non erat præsentis inspectionis, quæ tantummodo concernebat prætensum excessum in exsequutione patratum sub indubitato, ceteroquin supposito rei judicatæ, sed ad summum concernere valebat judicium devo-
9 lutivum, vel jam a Principe reservatum, vel per viam restitutionis in integrum seorsim promovendum; Interim enim minime licet tangere eamdem rem judicatam, quæ habenda est pro ipsa veritate, ut millies dixit *Rota*, & signanter *in dec.461. num.4.*, *& dec.915. num.2. cor. Emerix Jun. & dec.465. num.5. par.19. tom.2. recent.*, ut alibi passim.

Et ita utraque &c.

Firmana successionis super hereditate Joannis Baptistæ.

Veneris 27. Junii 1710.

ARGUMENTUM.

Clerici, aliæque Ecclesiasticæ Personæ licet non subjaceant dispositioni Statuti Laicalis, ea tamen, si sit favorabilis, præsertim in condendis tastamentis absque solemnitatibus uti possunt. De validitate Testamenti dubitari nequit, si Heres illud pluries in actibus seriis approbaverit, atque emologaverit; Et an dictus Heres possit testamentum nullum, & irritum approbando revalidare.

SUMMARIUM.

1. *Nemo aspernari debet Jus sibi dici*, *quod ipse aliis dixit*.
2. *Statutum Civitatis Firmi disponit*, *quod Testamentum scriptum de manu Testatoris licet omni Juris solemnitate destitutum*, *valeat*.
3. *Argumentum a fortiori deductum est potentissimum*.
4. *Statuto Laicali licet non ligentur Clerici*, *eo tamen in favorabilibus optime uti possunt iidem Clerici*, *& Sacerdotes*, *quoties utilius*, *& favorabilius eis expediat*.
5. *Limitatur quando Statutum ipsum neget hoc beneficium Ecclesiasticis*, *utpote non sub-*

subditis, si nolint in reliquis subjacere eidem Statuto.

6. *Testator si voluit certam solemnitatem adhiberi in suo testamento, donec illam adhibuit existimatur potius magis stetisse in praeparatione testandi, quam in vera confectione Testamenti.*

7. *Testatores solent testamenta licet solemniter confecta domi retinere, ne illa pandantur.*

8. *Retentio Scripturae ad alterius favorem tendentis facta per conficientem quoties sit in forma probanti probat contra ipsum conficientem, & retinentem.*

9. *Quae forma adhiberi debeat in Testamento, quod nuncupatur in scriptis.*

10. *Melior interpretatio Testamenti non datur quam ipsa declaratio, & glossatio Testatoris.*

11. *De validitate testamenti non est ambigendum, si illud pluries fuerit recognitum ab herede, atque emologatum.*

12. *Heres approbare nequit testamentum nullum, si ejus nullitas proveniat vel ex capite turpitudinis, vel ex defectu voluntatis.*

13. *Secus si nullitas praetendatur ex capite omissarum solemnitatum, & an in his casibus requiratur scientia ejusdem Heredis*, & num. seq.

15. *Non entis nullae sunt qualitates scibiles, vel non scibiles.*

16. *Statutum Firmi defert Matri superstiti in concursu alterius filii super bonis filii praemortui medietatem trientis, & sic duas uncias.*

17. *Statuta localia valent legitimam non solum diminuere, sed ex rationabilibus causis, praecipue agnationis in totum auferre.*

18. *Frustra quis petit, quod incontinenti restituere debet.*

19. *Debitum bis solvi non debet.*

DECIS. DIX.

1 QUis enim aspernabitur idem *Jus sibi dici*, quod ipse aliis dixit, *vel dici effecit* = merito proclamabat *Vulpianus in l. 1. ff. quod quisqu. Jur.* & tamen *quid non mortalia pectora cogit auri Sacra fames* = illa eadem Angela, quae in altera Causa *Firmana Successionis super hereditate Dominici* mordicus tuebatur, validum esse postremum Testamentum ejusdem Dominici ad ejus commodum, vel honorem exaratum, licet omni Juris solemnitate destitutum, & tantummodo scriptum de manu Testatoris ad limites ordi-
2 nationis Statutariae Civitatis Firmi, *ut in decisionibus editis cor. R. P. D. meo Crispo, & Me*, hodie criminabatur de invalido simile adamussim Testamentum proprio Charactere confectum ab Joanne Baptista Fratre Dominici, in quo is post mortem ipsius Dominici sine filiis liberos communium Sororum Caeciliae, & Magdalenae substituebat, sed inutiliter, quoniam ad terminos *supradictae rubricae = quod quisque Juris &c.* non minus *in Tribunali A.C.* quam penes *R.P.D. meum Crispum, & in hodierna Audientia apud me* succubuit eadem Angela in utroque respectivo Judicio possessorio, & petitorio.

Nec admodum difficile fuit in hanc concordem *Tribunalis A.C. & Sacri Auditorii* sententiam hactenus denuo convenire, quia non solum Testamentum Joannis Baptistae repertum in arca Athalantae ejus, & Dominici Matris, pollebat eisdem praerogativis, quibus statutum contentabatur, & quibus fulciebatur alterum Testamentum ejusdem Dominici, verum constipabatur quatenus opus fuisset firmioribus, magisque intrinsecis probationibus, nullae quippe rasurae, seu cassationes, prout in altera Dominici in praesenti schedula Joannis Baptistae discernebantur, & Testes, qui manum, & characterem recognoverant absque necessitate recurrendi ad virtualem, & implicitam formam recognoscendi, de qua in testamento per Dominicum favore Angelae confecto, diserte assignabant causam eorum recognitionis, ex quo nimirum, ut ipsi ajunt, *pluries viderunt illum scribere, & receperunt scripturas dicti q. Jo: Baptistae* = Ideoque ultra parem *Vulpiani* proclamatam aequalitá-
3 tem in Judiciis servandam, oculis Judicantium observabatur illud ex se potens argumentum, quod deducitur a fortiori, secundum *Authen. multo magis, Cod. de Sacrosanct. Eccles. de qua in Asculana Successionis 9. Maji 1707. §. ceterum, & in Melevitana Decretorum 21. Martii ejusdem anni §. & sane coram me.*

Neque revera merebatur rursus sub alia imagine refricari, quod ipse Joannes Baptista tamquam Sacerdotali dignitate insignitus, & ob id plus quam simpliciter persona Ecclesiastica, non subjaceret dispositioni statuti laicalis, jam enim bene, quatenus attinebat ad objectum in abstracto, illud fugaverat *praecedens dec. edita sub die 6. Maji 1709. §. Omisso etiam coram R. P. D. meo Crispo*, optime ostendens, quod eum hujusmodi forma testandi sine solemnitatibus Juris positivi existat favorabilis, & privilegiativa, quave propterea etiam decoratur, & utitur eadem causa pia, pari modo poterat illa uti
4 Clericus, & Sacerdos, prout de reliquo censetur voluisse quoties utilius, & favora-

bilius sic expedit eidem Clerico, ut præter
laudatos *in allegata decis. R. P. D. mei Cri-
spi*, confirmant *Text. in cap. constituimus*,
*ubi Abbas num. 4. ceterique Canonistæ dein
integr. restitution. Surd. cons. 2. num. 35. ad
finem, Graff. de effect. Cleric. effect. 2. n. 500.
R. P. D. Corrad. de prælat. quæst. 12. num. 18.
Mart. de Jurisd. cens. 1. cas. 30. per tot. Rot.
dec. 26. nu. 9. post Card. de Luc ad materiam
fideicomm., Adden ad Pamphil. dec. 98. n. 7.
dec. 377. num. 32. & seqq. par. 17. rec. & in
Neapolitana Census 15. Martii 1709. §. Et
licet Clericis cor. R. P. D. meo Aldrovando.*
Quidquid sit, quando statutum ipsum neget
5 hoc beneficium Ecclesiasticis, utpote non
subditis, si noluit in reliquis subjacere eidē
statuto, *Mascard. de gener. statut. Interpret.
conclus. 1. num. 43. vers. & hoc indubitatum
juncto nu. 194. & 250. Rot. dec. 35. §. Quod
pariter post Torr. de success. in majorat. & in
annot. ad meas decisiones decis. 67. num. 22.*

Quo igitur ad alterum objectum, ut diximus
sub imagine primi subinclusum, nempe,
Joannem Baptistam nequaquam voluisse
uti per modum etiam privilegii hac forma
testandi statutaria, præsumendum foret sta-
tim, ac testamentum retinuit in capsa, &
professus fuit sese velle in scriptis Testa-
ri, in primis *Dominis* videbatur, quod hu-
jusmodi discursus tenderet potius ad imper-
fectionem voluntatis, quam ad defectum
solemnitatum, dum quando Testator certi-
tudinarie voluit certam solemnitatem adhi-
6 beri, donec illam adhibuit, & servavit, exi-
stimatur potius stetisse in via, quam in ter-
mino, scilicet in præparatione magis testan-
di, quam in vera confectione Testamenti,
per ea, quæ dicunt *Oldrad. cons. 119. Amat.
resol. 8. num. 18. & seqq. Paschal. de patr.
potest. par. 2. cap. 8. nu. 61. Barr. de success.
lib. 1. tit. 4. Rubeus de testam. cap. 7. n. 224.
Card. de Luc. de testam. disc. 6. n. 17. dec. 14.
num. 13. Rot. dec. 186. num. 4., & 5. post.
Torres de pact. futur. success. dec. 576. p. 2.
dec. 327. num. 12. par. 12., & dec. 16. n. 5.
cum seqq. par. 13. rec.* & recurrit altera *decis.
super hereditate Dominici §. respectu secundæ.*

Ast nullo modo sive ad arguendam contrariam
voluntatem nolendi uti statuto, vel ad ar-
guendam ejusdem voluntatis imperfectio-
nem præmissæ considerationes suffragaban-
tur; circa etenim retentionem chartæ testa-
mentariæ in arca, non solum illa elidebatur
ex reflexione, quod in rei veritate non fue-
rat retenta per Testatorem in arca propria,
sed in illa ejus Matris Atalantæ, quæ de fa-
cto supervixit ad hoc forsan videlicet, ut
ipsa post ejus mortem illam manifestaret al-
teri filio heredi scripto in eadem charta, si-
cuti statim docuit exsperientia, cum Domi-
nicus eamdem chartam paulo post fecerit
per publicum Notarium levari, sed quod
plus erat hæc solet esse familiaris praxis
quamplurium Testatorum, qui testamenta,
ceteroquin etiam solemniter condita, &
7 maxime ad normam Bartholi per illam nun-
cupationem, quæ nuncupatur implicita,
domi retinent, ne pandantur, ut præ cete-
ris videre est penes *Card. de Luc. de testam.
disc. 6. & disc. 26.* utrobique *num. 1.*, & in
fortioribus terminis, quod retentio scriptu-
ræ ad alterius favorem tendentis facta per
conficientem, quoties in se ipsa appareat in
8 forma probanti, probet contra ipsum confi-
cientem, & retinentem, *hodie* in pulchro ca-
su resolutum fuit, scilicet *in illa Romana Do-
mus ad cursum cor. R. P. D. meo Kaunitz.*

Respectu vero ejus obloquutionis, quæ aderat
in eodem Testamento, nimirum quod vole-
bat in scriptis testari, littera ipsa ejusdem
loquutionis jugulabat hanc oppositionem,
nam non mutilatim, seu membratim, sed
integre relata ita dicebat = *perciò ho voluto
fare siccome ho fatto questo mio præsente Te-
stamento in scriptis, scritto dico, e sottoscrit-
to di mia propria mano* = Ac propterea, quis
non videt quod quasi Testator dubitasset, ne
aliquis incidere posset in hanc ipsam æqui-
vocationem, nempe quod ipse Testator for-
san cogitasset adhibere illam formam sole-
mnem in scriptis, de qua est *Text. in l. Ju-
bemus, & tot. tit. ff. & C. de Testam. l. here-
des palam ff. qui testam. facere poss., et tot. tit.
Instit. de testam. ordinand.* se se glossavit, &
declaravit, quia pro in scriptis determinate
loquendo *ho fatto questo mio Testamento* in
continenti explicavit id intelligere in scri-
ptis, quod scriptum scilicet erat *di sua ma-
no*, & non per viam vocalis nuncupationis,
& per viā palmaris consignationis ibi = *scritto
dico, e sottoscritto di mia propria mano* = melior
autem interpretatio *per Doct., & Tribun.* nus-
10 quam desideratur, quam ipsa declaratio, &
glossatio ipsius Testatoris *Barth. in l. Centu-
rio n. 27. ff. de vulg. Surd. cons. 426. n. 44.
Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 6. tit.
11. n. 15. Peregr. de fideicomm. art. 43. n. 2.
Rot. dec. 7. n. 23. cor. Bich. in Romana here-
ditatis 3. Decembris 1706. §. Cessabatque, &
in Cavalicen. Donationis 21. Novemb. 1707.
§. Potissime applicando cor. me.*

Ceterum ruebat omnis argumentatio, quia
per discursum figurata quoque, & gratis
præsupposita qualibet invaliditate hujus
Testamenti, nonne Dominicus Testato-
ris Frater, & heres illam chartam, illud

Te-

Testamentum approbavit, tum quia constitutus coram publico Notario asseruit reperiisse in capsa Atalantæ Testamentum Joannis Baptistæ sui fratris conditum (ut ipse quoque illud appellavit) *in scriptis*, quodque volebat illud publicare sub ea ratione, quam immediate subjunxit = *Cum aequum sit ultimas Defunctorum voluntates patefacere* = tum adimplendo celebrationes Missarum, aliaque onera pia ipsi tamquam heredi demandata per germanum Testatorem; Tum in alio actu publico separato totam hanc historiam repetendo, & adjiciendo, quod Testamentum fratris erat (ad majorem explicationem supradictorum verborum in scriptis) *sua manu scriptum, munitumque a pede sigillo solito eorum Domus, & familiæ* — tum, & denique conficiendo tamquam heres ejusdem Joannis Baptistæ fratris Inventarium etiam non ad finem gaudendi ejus privilegio, sed quia intendebat *omnia*, ut ipse ait, *in claris ponere*, *& nihil occultare*; & sic quomodo amplius ambigi valebat de validitate Testamenti toties recogniti, impleti, & emolo-
11 gati per heredem, etiam ex dispositis in secundo Testamento confecto ad favorem Angelæ, ut egregie quoque connotatum fuerat *in praecedenti dec. diei 6. Maji* 1709. *a §. verum cum Fratres usque ad §. promanante cor. R. P. D. meo Crispo*; & in longe fortioribus responderunt *Menoch. cons. 401. n. 36. & cons. 504. n. 16. Peregrin. cons. 15. n. 10. Modern. Favent. Gabriel. Calderon. resol. forens. 49. n. 36. & seqq. fol. mihi 379.*

Hinc nimis debilis effulsit adducta hodie replicatio, quod approbatio Testamenti nulli facta per heredem, parum relevet, nisi doceatur, ipsum habuisse scientiam ejusdem nullitatis, quia id ad summum contra præmissas auctoritates locum sibi posset usurpare, quoties Testamenti nullitas proveniret ex aliis
12 capitibus, nempe ratione turpitudinis, vel ex defectu voluntatis, ut late examinat *Torr. de pact. futur. success. tit. 3. cap. 12. n. 25. cum innumeris seqq.* Sed quando nullitas prætenditur ex capite omissarum solemnitatum, tantum abest, quod hæc scientia specifice demonstranda sit, ut potius in utroque foro disputari contingat, an quis obligatus existat in conscientia tale Testamen-
13 tum in sua voluntate perfectum approbare & exsequi, ut prosequendo habetur apud eumdem *Torr. de pact. lib. 3. d. cap. 12. nu. 210. & seqq.* & ante eum *Dec., & Cagnol. in l. quod a quoquam num. 4. ff. de reg. Jur. Gutier. in l. nemo potest ff. de legat. 1. num. 458. Magdalen. de nu. Testium in testam. requis. par. 2. cap. 3. nu. 5. & 6. Rot. dec. 80. n. 13. par. 10. dec. 98. num. 16. par. 11. rec.*

Quin etiam quando talis scientia requireretur in Testamento ex defectu solemnitatum ad summum procederet quoties de tacita approbatione tractaretur, nempe per solutionem Legatorum cum similibus, non autem in tam expressa, triplicata, & seria acceptatione, ut palam colligitur ab ipsa supposi-
14 tione Doctorum, qui in contrarium fluctuare videbantur, & signanter *Roec. respons. legal. 66. n. 24. & seqq. Afflict. dec. 117. n. 6. & 220. nu. 20. Surd. dec. 70. nu. 12. Rota in memorata praecedenti dec. hujus causa diei 6. Maji 1709. §. Quæ tanto magis cor. R. P. D. meo Crispo*; & demum pro coronide quænam scientia nullitatis in concreto poterat exoptari, dum objectum cadebat in sui supposito, cum ex supra demonstratis, & in fortioribus favore ejusdem Angelæ *in altera dec. super hereditate Dominici* hujusmodi formula testandi citra dubium, valeret, & quando per possibile contra prædicta, eadem formula non teneret, vel ambigi posset, an fuerit rite servata in hisce fraternis Testamentis, certe si hic, & nunc per tria usque judicata reperta, seu detecta non fuit excogitata nullitas, quomodo poterat inveniri, & sciri per Dominicum de tempore per eum reperti, & acceptati Testamenti, ut ad sen-
15 sum patebat, non entis enim nullæ sunt qualitates scibiles, vel non scibiles *ad Textum vulgatum in l. ejus, qui in Provincia vers. quoniam ff. si cert. petat. l. Pomponius §. fin. ff. de acquir. possess. Surd. dec. 316. nu. 6. Rot. dec. 228. n. 1. apud Farinacc. par. 2. rec. & in Bonon. fideicomm. de Manzolis 22. Junii 1699. §. Quoniam cor. me.*

Firmata igitur denuo validitate dispositionis Joannis Baptistæ, fragiliores apparuere reliquæ oppugnationes, quæ fiebant ab informantibus pro Angela, & quatenus attinebant ad prætensionem ♈ 300. quæ Angela conquerebatur sibi deberi ex persona Dominici ejus Viri, & eidem Dominico ex persona Atalantæ matris super bonis Joannis Baptistæ, satis videbatur satisfactum citra inutilem repetitionem *in antecedenti dec. 6. Maji 1709. cor. R. P. D. meo Crispo ex §. promanante usque ad finem.*

Binis autem aliis detractionibus, quæ de novo afferebantur occurrentes ex mero facto *Domini* rejecerunt illam legitimæ, quæ alioquin de Jure competierat Atalantæ in bonis Jo: Baptistæ filii prædefuncti, & successive ex illius Jure Dominico heredi ejusdem Atalantæ; Quoniam jam hæc legitima non erat commensuranda in triente ad præscriptum *Auth. de Trient. & semiss.* dum statutum Ci-

16 vitalis Firmi Matri superstiti in concursu alterius filii, & respective fratris non deferat eidem Matri super bonis alterius præmortui, nisi medietatem ejusdem trientis, & sic duas uncias totius assis hereditarii, & hoc statutum servandum esse nemo non scit, cum per localia statuta indubitanter valeat legitima
17 non solum diminui, sed ex rationabilibus causis præcipue agnationis in totum auferri, teste *Bald. in l. duodec. Tabular. ante nu. 2. versic. & ideo C. de legit. hered. Abb. conf. 75. col. final. ubi de communi Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 8. circa fin. vers. quid ergo Merlin de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 1. n. 7. & n. 16. & seqq.*

Quapropter cum Dominicus de duabus unciis Matri præservatis a statuto, & obvenire debentibus sibi ipsi, expresse disposuerit favore illorum de Carnilibus in eodem Testamento, in quo Angelam heredem usu-
18 fructuariam instituerat, non erat ulterius inquirendum, immo eadem Angela arctabatur hasce duas uncias velut heres præstare quatenus oportuisset per viam Legati, unde frustra petebat, quod erat incontinenti restitutura. *Rot. dec. 329. nu. 9. par. 17. rec. & in Senogallien. Immissionis 6. Junii 1701. §. quoque in similibus cor. me impress. penes Modern. Forolivien. Paulut. post discurs. 13. dec. 5. n. 10. fol. 132.*

Non sic rejecerunt alteram detractionem consistentem in expensis occasione funerum, & Missarum celebratarum erogatis per Dominicum, & ut dictum quoque fuerat in *altera brevi dec. sub die 5. Julii 1709. cor. eodem R. P. D. Crispo* sed ab eisdem expensis Angelæ heredi ipsius Dominici reficiendis resecarunt sc. 17. pro totidem habitis a Dominico in valore quorumdam mobilium hereditariorum Joannis Baptistæ ab eo ad hunc effectum distractorum, non enim permitti poterat in hac parte, idem debitum bis solvi, ut ait *Rota in Romana, seu Portugallien. pecuniaria quoad partitâ scut. 8838. 64. 28. Januarii 1709. §. cum enim cor. R. P. D. meo Molines Decano.*

Et ita utraque &c.

Eadem super manutentione.

ARGUMENTUM

Ex Summario habetur

SUMMARIUM.

1. *Possessorium quando absorbetur a petitorio claro, tunc non conceditur manutentio usquequo etiam de bono Jure non videatur.*
2. *Et hoc casu manutentio exspectare debet eûdem finem cum petitorio.*

DECIS. DX.

Quamvis rigor, seu scrupulus Judiciorum de stricta Juris censura forsan exegisset, quod super hac hereditate Joannis Baptistæ illa vere momentanea possessio, seu manutentio tribueretur Angelæ tamquam anteriori posseditrici, nihilominus, quia etiã respectu hereditatis Dominici recognita evidentia boni Juris, denegata fuit eidem Angelæ manutentio super prædio *della Maccara* quod Dominicus vir, ejusque Auctor legaverat illis de Carnilibus, ita ex motivo ejusdem dilucidati boni Juris deneganda pariter erat Angelæ, & concedenda Carnilibus super bonis Joannis Baptistæ debitis eisdẽ de Carnilibus, non tantum quia per suprema Tribunalia ad evitandos inutiles circui-
1 tus ita practicatur ex vi efficaciori petitorii absorbentis quodcumque possessorium, ut ceteris relatis, habetur *penes Posth. de manut. observ. 42. nu. 148. & seqq. Rota dec. 182. n. 13. et 14. par. 18. recent. et in Neapolitana pensionis 17. Februarii 1698. cor. me inter hactenus impress. dec. 30. n. 7. et 14. et in Mediolanen. Benefic. 1. Aprilis 1707. ex §. Quod si adhuc, et §. Nibilominus cum seqq. cor. me*, verum etiam quia quando prout hic fuit propositum, & disputatum dubium super bono Jure etiam ad effectum manutentionis nullum fit præjudicium alteri parti si vincenti in petitorio detur etiam manutentio, cum in his terminis eadem manutentio in substantia deperdat suam naturam abstractive inappellabilem, & tamquam famu-
2 la per unam eamdem appellationẽ exspectare cogatur eumdem decursum, & finem cum petitorio *Bald. in l. unica n. 15. vers. quare quid si Possessor. C. quod si de mom. poss., et cons. 210. nu. 5. lib. 5. Ruginell. de Appellat. §. 2. cap. 3. sub num. 708. Scacc. eod. tract. quæst. 17. limit. 6. membr. 9. a n. 1. ad seqq. Card. de Luc. de Judic. disc. 44. nu. 7. Rot. dec. 149. n. 15. cor. Priolo, et in Fulginaten. Bonorum super manutent. 20. Aprilis 1708. §. Cadente cor. me.* Utraque &c.

Barchinonen. Beneficii.

Mercurii 2. Julii 1710.

ARGUMENTUM.

Habes ex Summario.

1. *Super receptione duorum, multove magis plurium ad eamdem Ecclesiam, seu Beneficium non est intentio Mandatoris.*
2. *Gratiæ Pontificiæ licet exsequendæ mittantur Exsecutoribus, si in eis contradictio inveniatur, ipsi Exsequutores efficiuntur mixti ad effectum recognoscendi quis videa-*

deatur rectius idem Beneficiũ impetrasse.

3. *Melior modus justificandi realitatem, & existentiam Jurispatronatus est ille, qui provenit a fundatione, & dotatione.*

4. *Et melior comprobatio obtinendi collationem est illa, qua descendit ab ordinatione Fundatoris.*

5. *Sententia lata super statu, & qualitate Persona in Beneficiis Jus facit quoad omnia Beneficia eidem qualificationi subjecta.*

6. *Descendentia apprime justificatur per gradus undique distinctos.*

7. *Litteris non expeditis, nullum super provisione proferri potest Judicium.*

8. *Dataria quandoque super signandis supplicationibus solet consulere Sac. Rotam.*

9 *Subrogatio gratiosa non intrat quando lis est calumniosa.*

10. *Gratia conditionalis, conditione resoluta, seu non verificata, evanescit.*

DECIS. DXI.

Super receptione duorum, multove magis plurium ad eamdem Ecclesiam, seu Bene-
1 ficium *non est intentio Mandatoris*, protestabatur *Gregorius IX.* rescribens *Noviensi Episcopo in cap. Mandatum Apostolicum §. Super receptione de rescript.*, unde mirandum non est, quod sæpe sæpius contingat super uno, eodemque Beneficio plures per Sanctissimum signari Supplicationes, & respective Litteras Apostolicas expediri ob diversitatem suppositionum, quæ a diversis passim fiunt Postulatoribus, seu Supplicantibus, quo casu sicuti impossibile redderetur in tanta negociorum mole, quibus quodammodo premitur S. Sedes, eruere cito veritatem varie expressam ab eisdem Supplicantibus, & hujusmodi veritate non bene detecta, æquum non esset, illum, vel alterum Oratorem rejicere, idcirco illa pluribus conferre solet idem Beneficium, remissa cognitione præfatæ veritatis indagationi, & judicio Exsecutorum, quibus eædem Litteræ Apostolicæ diriguntur, & per hoc accidit etiam, quod licet quandoque videantur Gratiæ
2 Pontificiæ traditæ exsequẽdæ meris Exsecutoribus, adinventa postmodum contradictione, ipsi Exsecutores efficiantur mixti per eventualem necessitatem recognoscendi quis videatur rectius idem impetrasse Beneficium, ut advertunt quoque *Salgad. de retention. Bullar par. 2. cap. 13. num. 57. & seqq. Amayden. de styl. Datar. lib. 1. cap. 5. quæst. 3. sub num. 50. de Ros. de Exsecut. Litt. Apost. par. 1. cap. 5. num. 4. Rota dec. 42. n. 9. par. 9. rec.*

Necesse igitur fuit *hodie per me* ob concursum trium propositionum, seu collationis S. Sedis, quæ *mihi* fuerant directæ, *Dubium* proponere = *An, & qua littera essent exsequenda* super collatione simplicis perpetui Beneficii Ecclesiastici fundata in Parochiali Ecclesia Villæ Calidarum de Monte Bovino sub invocatione S. Luciæ secundæ ad Altare ejusdem Sanctæ. Quoniam vacante hujusmodi Beneficio certo personarum generi debito, nẽpe illis *de Manso de Oromir* in mense Apostolicæ Sedi reservato supplices pro eo obtinendo preces porrexit Jacobus Castellet, veluti prætendens, se se a prædicto *Manso de Oromir* descendentiam agnoscere, id ipsum exposuit Andræas Cladello, & tandem sperans utrumque excludere comparuit Joseph Crest, qui duplici prætensioni, & titulo nitebatur, altero in vim omnimodæ libertatis ejusdem Beneficii, & altero vigore gratiosæ subrogationis in Jura Bartholomæi Costa prædefuncti, & secum Collitigantis, tanquam a S. Sede provisi sub eadem narrativa, seu suppositione Beneficii qualificati, & debiti, ut diximus illis *de Manso de Oromir*; Verum cum solus in arenam comparuerit primus, nempe Jacobus Castellet, aliis duobus provocatis quidem, sed in theatrum venire negligentibus, *Rota* dispunctis illius rationibus, & fundamentis, credidit præsertim in contumacia ceterorum illius favore rescribendum esse, & quemadmodũ in aliis materiis rescriptum cantasset *pro Informante*, ita in obsequium summi Collatoris Auditoriũ respondit = *Litter. Apost. esse Jacobi exsequendas.*

Pro capessenda etenim recta resolutione tria videbantur differenda, primo, an istud Beneficium Sanctæ Luciæ Secundæ foret in se liberum, vel potius de jurepatronatus; Secundo an Jacobus polleret qualitate præscripta in fundatione ejusdem Jurispatronatus, & demum tertio, an aliquis ex supradictis aliis Collitigantibus mereretur in eadem qualitate, seu concursu qualitatis anteferri. Et circa primum facile fuit pedem resolutionis firmare, cum inter tria Beneficia pie diversis temporibus erecta a Petro, & Nicolao fratribus, liqueret, erectum quoque fuisse *de anno* 1411. hodiernum Beneficium S. Luciæ per publicum Instrumentum fundationis, & dotationis exaratæ per Exsecutores testamentarios Nicolai sub passiva, & relativa vocatione illorum, qui præcedenter fuerant invitati ad alterum Beneficium S. Jacobi, scilicet eorum, qui traherent originem a *Manso Oromir*; me-
3 lior namque modus justificandi realitatem, & existentiam Jurispatronatus est ille, qui provenit a fundatione, & dotatione, & me-
4 lior comprobatio obtinendi collationem est illa,

illa, quæ descendit ab ordinatione Fundatoris, itaut tali qualitate, & prærogativa suffultus non indigeat alio ministerio, & præ-
3 sentatione ad consequendum tale Beneficium, per ea, quæ in terminis primæ propositionis patent ex *Joann. Andr. in cap. 1. num. 8. de Jurepatron. Rota dec. 209. in princip. §. Existentia par. 17., & dec. 336. nu. 11.*
4 *par. 18. recen.*, & in specie secundæ comprobarunt *Rocc. de Jurepatron. verb. Beneficium quæst. 16. nu. 43. Lambertin. eodem tract. lib. 2. par. 3. quæst. 4. art. 5. num. 1., & seqq. Card. de Luca eodem tract. discurs. 61. num. 2. Rota decis. 179. num. 12. cor. Bich. dec. 867. num. 1. cor. Emerix. Jun. dec. 121. num. 1., & sequentibus par. 11., & dec. 636. num. 1. par. 19. recen., & in Barchinonen. Beneficii 15. Martii 1706. §. Descendentes autem coram Me.*

In ordine autem ad secundam dissertationem pari modo effulsit Jacobus undique communitus probatione suæ descendentiæ a prædicto *Manso*, & uti in Italia diceremus *Cippo de Oromir*, cum precise tamquam talis extiterit admissus ad fruitionem alterius Beneficii S. Jacobi per sententiam judicia-
5 lem, quæve transivit in rem judicatam, unde tanquam sententia lata super statu personæ, porrigebatur, jusque faciebat, quod omnia Beneficia eidem qualificationi subjecta, ut in hoc ipso proposito, ceteris prætermissis, habetur penes *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 11. num. 118. Rota in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. Circa defectum, et in Tuden. Parochialis de Rivarteme 25. Junii 1708. §. Atque ex his in utraque cor. Me*, & loquens de hac positiva sententia, dixit *eadem Rota in Barchinonen. Beneficii 10. Maji 1697. §. Iustificatio litterarum cor. Emo D. meo Caprara.*

Superlative vero, quia præter eamdem rem judicatam, quæ ex notoriis comparatur ad constituendum summum gradum probationis, confessioni Partis, & Instrumento pu-
6 blico superaccedebant demonstrationes veræ descendentiæ per gradus undique distinctos, quo sane nullus modus efficacior reperitur ad perfectam descendentiæ justificationem. *DD. in cap. per tuas de probat. Dec. cons. 272. num. 1. Rota dec. 96. num. 9. par. 13. dec. 806. num. 3. par. 18. rec. in Tudertina fideicomm. 2. Maji 1689. §. Quamvis cor. Emo D. Card. Caprara, et in Amerina fideicomm. de Geraldis super agnatione 23. Januarii 1708. §. Verum hujusmodi cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Restaret tertium assumptum, an scilicet adesset ex collitigantibus, seu competitoribus fortasse aliquis, qui majora jura foveret, & majoribus prærogativis coruscaret, sed circa Andream, Is adhuc litteras non expediverat, nihilque pro parte sua deduxerat, quod posset obicem opponere, & generale
7 est, quod litteris non expeditis, nullum proferri possit judicium, per regulam expressam Cancellariæ *la 27. et 31.* de qua *De Ros. de exsecut. litter. Apost. par. 1. cap. 2. nu. 1., et seqq. Rota dec. 922. num. 4. cor. Cerr., et decis. 860. num. 1. cor. Emerix Junior.*

Et hinc est, quod sæpe *Sac. Tribunal* præcipiat ut ponantur Litteræ Apostolicæ in actis; Nã etiam quando supplicatio fuerit signata, sed non fuerint desuper litteræ expeditæ, atque productæ, facile, & ipsi Officiales Datariæ fraudantur consecutione suorum emolumentorum, cum ille, qui habet supplicationem
8 signatam, degustato sensu Rotæ sibi contrario, abstineat ab ulteriore expeditione, & ipsa Rota elusorie laboret, excepto casu, quo per Datariam pro tempore S. Rota non consulatur præventive super assueto dubio; *An, et quæ supplicatio sit signanda*? ut alias practicatum agnoscitur, & signanter in illa *Rhegien. Jurispatronatus 16. Januarii 1708. sub §. Non acquiescens Vespolatus cor. Reverendiss. D. meo Molines Decano*, & alibi quotidie.

Quo autem ad Joseph Crest, jam ultra defectum non factæ per eum quoque expeditionis, ex priori fundamento militante pro Jacobo, corruebant primæ litteræ reportatæ tamquam de libero, dum clara in contrarium apparebat existentia Jurispatronatus, & respectu aliarum litterarum subrogationis gratiosæ nedum suspicari fas erat, an ipsæ
9 mererentur exsequutionem, cum collabente ad evidentiam supposito libertatis, lis forte remansisset calumniosa, quo casu non intrat, nec juvat ulla subrogatio, teste *Mandos. ad Regul. de subrogan. 29. quæst. 11 num. 6., et seqq. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæst. 20. a nu. 92. cum seqq. de Ros. de execut. litterar. Apost. par. 1. cap. 16. num. 169. Rota dec. 148. num. 1., & seq. coram Cels. dec. 1363. num. 3. cor. Emer. Jun. dec. 167. num. 18. par. 4. tom. 2., et dec. 281. num. 7. par. 19. rec.*

In omnem vero eventum supponebat Jacobus; quod supplicatio ad favorem Josephi signata contineret clausulam illam præservativam & insimul resolutivam = *Dummodo nemo adsit qualificatus, qui habilis sit, et ad Beneficium aspiret* = Cumque propterea palam adesset, ut vidimus, idem Jacobus, qualificatus, habilis, & ad Beneficium aspirans, certe ipso obsistente, congruebat, & verificabatur familiare adagium = *Inclusio unius etc.* & nemo non scit, quod Gratia conditionalis conditione resoluta, seu non verificata evanescit, ex congestis per *Mandos. super Regul.*

32. Can-

32. *Cancell.quaest.31.sub nu.16. Rota dec.17. num.10.coram Ludovis.dec.26.num.12.par.8. dec.187.num.11., et 12.par.11. et dec.223. num.18.par.19.rec.*

Et ita, cum de valore per Jacobum narrato, Clericatu, aliisque notoriis requisitis cæteroquin dubium non esset, resolutum fuit &c.

Leodien. Canonicatus.

Mercurii 2. Julii 1710.

ARGUMENTUM.

Matrimonium si fuerit confessatum in Judicio, & extra, an parere possit incapacitatem suscipiendi Sacros Ordines, & assequendi Beneficia Ecclesiastica, & pro affirmativa resolvitur, itaut ille, qui tali casu Beneficium aliquod assequi ausus fuerit incurrat in irregularitatem, aliasque pœnas a Jure Canonico comminatas. Matrimonium, quas solemnitates requirat juxta dispositionem S. *Conc. Trid. Sess.24. cap.1.*, & in quibus partibus dicta Conciliaris dispositio fuerit acceptata, in quibus vero repudiata.

SUMMARIUM.

1. *De Gratia si Neutri, qui agant, ac tractent.*
2. *Impetrator quilibet tenetur docere de base, & fundamento suæ obtentæ collationis.*
3. *Si quis fuerit assecutus exsequutionem suæ gratiæ reportatæ pro assecutione Beneficii est omni Jure absolvendus, donec non probetur in contrarium, eamdem gratiam sub falso supposito fuisse concessam.*
4. *Confessio emissa in Judicio Criminali sine transportatione processus, & actorum criminalium nequit in Judicio Civili confitentem afficere.*
5. *Quinimmo illa emissa a criminaliter inquisito, & mediante mancipatione, præsumitur metu exstorta, & non valet prodesse alteri in Judicio Civili, sed ad summum in eodem Judicio Criminali opitulari Fisco interroganti.*
6. *Et si sit dubia, & quodammodo falsa nullo modo obesse potest confitenti.*
7. *Confessionem impugnare nequit, qui ea utitur.*
8. *Fides præstanda non est illi confessioni violenter exstortæ a Judice super subsistentia Matrimonii, si matrimonium declaratum postea fuit nullum, & irritum.*
9. *Matrimonium non probatur ex susceptione Prolis, ex diutina cohabitatione cum præstatione alimentorum, vel ex procurato Mulieris ingressu in Monasterium, cum hæc simulari potuerint ad evitandum scandalum.*
10. *In iis partibus, in quibus receptum per antea fuit Concilium Tridentinum, matrimonium contra formam dicti Concilii celebratum est irritum, & habetur pro non facto.*
11. *Concilium Tridentinum receptum fuit in finibus, & Provinciis Holandiæ, quando orthodoxam fidem amplectebatur.*
12. *Historiarum antiquarum Auctoribus plena fides præstanda est.*
13. *Matrimonium debet contrahi in eo loco, in quo Sponsi moram trahunt.*
14. *Matrimonium si sit aliunde contractum, quã coram proprio Parocho, censetur in illius fraudem factum, & penitus collabescit.*
15. *Ad impingendum defectum impeditivum irregularitatis proveniens ex concubinatu, neque notorietas, neque publicitas sat est, sed exquiritur sententia desuper declaratoria saltem suspensionis.*
16. *Ad incurrendam irregularitatem requiritur dolus, temeritas, atque contemptus.*
17. *Nec in eam incurritur ex motivo bonæ fidei.*
18. *Irregularitas ex quibus arceatur.*
19. *Ex motivo infamiæ sui ipsius, & scandali ceterorum quandoque quis excusatur ab irregularitate.*
20. *Ad credendam matrimonii nullitatem sufficit simplex opinio unius Doctoris.*
21. *In Clerico, vel Sacerdoti arguitur bona fides, si postquam ab Ordinario fuit suspensus, fuit absolutus ab ipsa suspensione.*
22. *Dispensatio ab Irregularitate præsumitur post lapsum 33. annorum.*
23. *Vel saltem inducitur favore illius, qui irregularis præsumitur, manutentio in Beneficio.*
24. *Nemo potest duobus Dominis servire.*
25. *Clericus Matrimonium contrahens Beneficiis acceptis ipso Jure privatur, necnon inhabilis redditur ad alia impetranda.*
26. *Secus in Græcis, qui Matrimonium in Ecclesiasticis, & Sacerdotibus tolerarunt.*
27. *Matrimonium aliunde etiam probari potest, quam a libro Parochi, licet violito per Sac. Concilium Tridentinum.*
28. *Confessio facta in criminalibus angustiis, sive processibus si sit adminiculata passim afficit confitentem.*
29. *Sententiam approbans, nequit ab ea postmodum resilire.*
30. *Agnitio, & confessio duplicata in duplicato Judicio, omnem penitus difficultatem dirimit.*
31. *Confessio cum qualitate, ubi resistit Juris præsumptio, probat rejecta qualitate ad effectum manutentionis.*
32. *Limita nisi qualitas superadjecta per ita confitentem justificetur.*

33. Fraus

33. *Fraus numquam præsumitur nisi vehementes in contrarium concurrant demonstrationes, & conjecturæ.*

34. *Transmigratio de uno loco ad alium ad effectum contrahendi matrimonium non est illicita, nisi probetur facta in fraudem.*

35. *Dispositio* Sac. Conc. Trid. Sess. 24. cap. 1. de matrim. *non habet locum in Terris sub dominio Hæreticorum sitis.*

36. *Idem prorsus est, Concilium ab initio non fuisse receptum, vel ex post inique repulsũ.*

37. *Missionarii in Terris de dominio Hæreticorum habent potestatem administrandi Sacramenta, aliaque peragendi, exceptis iis, quæ pertinent ad Episcopum.*

38. *De Jure communi Matrimonium solo consensu perficitur.*

39. *Obtinens gratiam, si Neutri fateri videtur, nullum Jus sibi competere in vim præcedentis impetrationis.*

40. *Ad Sacros Ordines, vel ad Beneficium promoveri nequit, qui Matrimonium contraxit, retinetque Uxorem.*

41. *Simplex diffamatio, & Sententia judicialis super matrimonio repellere, & arcere valent quemlibet ab assecutione Beneficii.*

42. *Dispensatio circa Matrimonium non datur. Præsumi non valet, quod concedi non solet.*

DECIS. DXII.

Ut pluribus munimentis insisteret, reportare sategit Godefridus a Sancta Sede duplicatas, & insimul disparatas litteras collativas Canonicatus, eo tempore vacantis per obitum novissimi, & legitimi Possessoris in Collegiali Ecclesia Sancti Dyonisii; Primæ siquidem litteræ nitebantur supposito, quod Gulielmus Gentyl, qui sibi de eodem Canonicatu provideri per antea obtinuerat, a Serenissimo Episcopo vigore notissimi ejus Indulti fuisset ex Causa præcedentis Matrimonii incapax effectus assecutionis ejusdem Canonicatus: Secundæ vero per speciem Subsidii radicabantur in illa Concessione, seu Cumulatione Pontificiæ largitionis, quæ solet in Curia explicari sub no-
1 mine Gratiæ *si neutri*, de qua uberius *Amayden. de styl. Datar. lib. 1. cap. 23. per tot.*, & passim ceteri Beneficialistæ, & revera juvit Godefridum hujusmodi providentia; nam proposito per me Multiplici complexivo dubio = *An, & quæ littera Apostolicæ forent exsequendæ, majus ineluctabilis enituit fundamentum secundæ provisionis* = respondentibus Dominis = *litteras Apostolicas Gratiæ si neutri esse exsequendas.*

Incassum de reliquo adlaborante Joanne, qui in Jura Gulielmi, auctorizante eadem Sancta Sede successerat, obnubilare memoratum suppositum antecedentis Matrimonii, ex quo hujusmodi Contractus minime sufficienter ex parte Godefridi justificaretur, quando tamen de eo edocere tamquam de suæ Collationis obtentæ base, & fundamento arctabatur, secundum ea, quæ adversus
2 similes Impetratores, qui in Curia nuncupantur certo modo, seu Piscatores, dixit perpetuo *Rota*, & signanter *cor. Royas decis. 315. num. 14. dec. 114. nu. 15. cor. Duran. dec. 1215. num. 1. cor. Emerix Jun. & in rec. dec. 438. par. 1. tom. 1. dec. 315. n. 1. par. 8. dec. 412. num. 15. par. 18.*, & in alia *Leodien. Canonicatus* 10. *Junii* 1709. *§. Primo cor. R. P. D. meo Aldrovando.*

Eoque validius, quia cum Joannes veluti Apostolice subrogatus in Jura Gulielmi, ceteroquin canonice provisi a suo Ordinario in vim incontrovertibilis Indulti Pontificii cum subsequuta observantia ulterius assecutus foret exsequutionem ejus Gratiæ, uti-
3 que statim ac Godefridus de præmisso supposito dilucidas probationes non afferebat, veniebat idem Joannes absque alia discussione absolvendus, Teste præ ceteris eadem *Rota in Gerunden. Beneficii* 28. *Aprilis* 1690. *in fine cor. b. m. mem. Benincasa*, *in Alerien. Parochialis* 23. *Februarii* 1693. *§. Incontrovertibilis coram Rmo D. meo Molines*, *& in Colonien. Canonicatus prima Gratiæ* 2. *Junii* 1698. *cor. bo. me. Muto.*

Et sane (subjungebat Joannes) rimando, sive ad torcular perstringendo probationes, quæ per Godefridum afferebantur, earum nulla idonea dici poterat ad aliquem veræ probationis gradum constituendum, debilis quippe erat illa, quæ elici contendebatur ex confessionibus emissis per Gulielmum, nimirum, quod in Aula, seu Curia Cameracen. jam existens in fortiis ejusdem Curiæ asseruerit, se da anno 1672., seu 1673. desponsasse quamdam Laurentiam in Holandia, postque duorum mensium intercapedinem eamdem Mulierem inibi deseruerit ægrotã; quoniam cum hujusmodi assertio, seu prætensa confessio Matrimonii impeditiva, ut inferius, legitimæ consecutionis Canonicatus, prodierit in Judicio prævia carceratione inchoato, & de reliquo Criminali, ambigi nequibat, quin sine transportatione hu-
4 jusmodi Processus, actorumque Criminalium demonstratione, ac plenaria trutinatione non poterant in præsenti Civili disceptatione confitentem afficere, juxta cumulata per *Castald. consult.* 253. *num.* 5. *&* 6. *Adden. ad Gregor. dec.* 53. *num.* 5., *Rot. dec.* 959. *sub num.* 6. *cor. Emerix Jun.* Confessio nam-

namque criminaliter Inquisiti, & per vim præsentis mediante personali mancipatione indubitanter præsumitur metu extorta, &
5 consequenter non valet prodesse alteri in Judicio Civili, sed ad summum in eodem Judicio Criminali opitulari Fisco Interrogan-ti, ad *Text. in l. final. ff. de interrogat. Act. Guid. de Confess. par. 1. cap. 12. n. 37., Mansin. eodem tractat. cap. 1. nu. 28. & cap. 3. art. 1. n. 57., Rot. coram Mantica dec. 205. n. 1., & 2. dec. 567. n. 7. cor. Emerix Jun. dec. 95. n. 3. & per tot. post 2. vol. consil. Farinacc., ac in Recent. dec. 250. n. 18. par. 16.*

Vehementius vero perspecto, quod memorata Confessio nequaquam sistebat in prædicta narrativa, sed ultra quod nullibi Gulielmus dixerat, immo nec sciverat locum contracti Matrimonii, aut nomen ejusdem Missionarii, coram quo deposuerat, Matrimonium exstitisse celebratum, dilaniabatur, sive enervabatur a circumstantiis, & qualitatibus illam undique quoad pondus objecti incapa-
6 citatis præservantibus, ideoque nullatenus scindi valeat, aut in aliquo confitenti poterat obesse ex deductis per *de Angel. de Confess. lib. 3. quæst. 11. n. 1., Amat. dec. March. 82. n. 3. et seqq. Rota dec. 170. n. 6. par. 2., et dec. 434. nu. 5. par. 5., et cor. Buratt. dec. 453. n. 8., et Rot. dec 469. n. 56. par. 19. tom. 2. Recent.*

Incontinenti siquidem, seu simultanee subdiderat Gulielmus, quod post dictum duorum mensium intervallum reversus in Diœceses Leodien., & Colonien. per constantem rumorem, & famam audierat prælaudatam Mulierem fato cessisse, hocque exstitisse per exactissimas diligentias adhibitas, tum in loco, ubi assertam Uxorem reliquerat infirmam, tum in illius Patria confirmatum, proindeque in hujusmodi casu accepto, ut par erat Consilio Insignis Theologi Societatis Jesu devenisse sub anno 1675. ad susceptionem Sacrorum Ordinum; percurrente deinde spatio duorum annorum, in quibus Philosophiæ, & Theologiæ operam, docendo, navabat, sibi supervenisset litteras, & personam successive ejusdem Mulieris, sed postea assumptus pluribus in locis ad exercitium Curæ Animarum retinuisse apud se eamdem Mulierem loco Sororis; Unde eo ipso, quod ab hisce circumstantiis complicate confessis resultabat non solum evidens bona fides in susceptione Sacrorum Ordinum, verum etiam alias non constabat de Matrimonio, ut profitebatur quoque ipsa Sententia lata in Curia Cameracen. ibi = *quamvis de Matrimonio non constaret* = quis dixerit, quod exinde emergeret confessio ralis, ut Matrimonium dilucide, tu suprade-
7 monstrandum ostenderet; jam enim certi Juris erat, quod Godefridus minime valebat tollere has imbibitas qualitates, & circumstantias a prædictis confessionibus, si illis positive solummodo utebatur, resistente præter proxime adductos regula in contrarium, de qua plene cumulati per *Modern. Paulut. dissertat. legal. 2. n. 13. Surd. dec. 258. n. 4., Adden. ad Gregor. dec. 92. n. 10., Rot. dec. 272. n. 2., & 3. par. 2. diversor. dec. 113. n. 7. & 8. post Duard. de Censib. dec. 644. n. 2. cor. Seraph.* cum aliis abunde relatis *in Viennen. prætensorum Sponsalium 12. Januarii 1705. §. Non obstitisset cor. R. P. D. Kaunitz, & in Firmana Prælationis 13. Junii 1710. §. Etenim ultra cor. eodem*; prout similiter quænam fides præberi poterat ad finem testificādi Matrimonium illi Sententiæ, illis actis, illi denique Judici, qui etiam violenter extorquens hujusmodi confessionem per verba superius transcripta reputavit sufficienter minime constare de Matrimonio, ut ad propositum similis confessionis advertit *Rota in illa Leodien. Nullitatis Matrimonii 15. Junii 1670. cor. bo. mem. Bevilaqua, alias dec. 250. ex n. 17. par. 16. Recentior.*

Addito per supererogationem, & exuberantiā quod si Gulielmus denominando, seu confitendo Conjugem una eum susceptione Prolis, & diutina cohabitatione cum præstatione alimentorum, vel ex procurato Mulieris ingressu in Monasterium, & emissione Voti Continentiæ potuisset adminiculative saltem adstruere prætensum Matrimonium,
9 (prout de reliquo historiam hanc denegabat Joannes) non tamen idcirco emergebat sufficiens certitudo Matrimonii omnia, quippe hæc nimium de facili potuerunt intercedere, aut respective simulari ad scandalum evitandum, & turpitudinem, sicuti decebat, obtegendam, ad tradita in his terminis per *Abb. in cap. Illud sub nu. 8. de præsumpt., Mazoñ. dec. Lucen. 86. n. 13. dec. 177. nu. 8. par. 3.* aliique relati *Concordan. in dec. 683. nu. 3. cum Emer. Jun.*

Ceterum (prosequebatur Joannes,) quando etiam per somnium de celebratione hujusce Matrimonii liqueret, inficiari tamen non poterat, quod idem Matrimonium foret undique nullum, & insubsistens, & consequenter inefficax ad producendum aliquod obstaculum impeditivum assequutionis Canonicatus; Nullitas namque palam insurgebat ex inobservatione formæ Conciliaris a Sacrosancta Synodo Tridentina præscriptæ *in sess. 24. cap. 1.*, idque etiam procedendo cum mera confessionum suppositione, præ ceteris

teris enim desiderabatur præsentia Parochi, vel Sacerdotis de ipsius Parochi licentia, dum initum exstiterat cor. asserto Missionario usque ad nomen, multoque magis respectu facultatum ignorato, hinc licet ageretur de contractu in loco hæreticæ dominationi subjecto; Nihilominus concors est Sententia Patrum, & Theologorum, quod ubi per antea præfatum Œcumenicum Concilium fuit in suis reformationibus (in parte etenim dogmatica non est quæstio) receptum, & admissum, indubitabile existit, quod Matrimo-
10 nium contra dictam formam Conciliarem celebratum irritum sit, & prorsus habeatur pro non facto, quemadmodum diserte videre est penes *Tondut. ref. beneficial. par. 1. cap. 20. nu. 18. Adden. ad Buratt. dec. 713. n. 12., Rot. dec. 498. n. 16. par. 14. dec. 161. n. 17. dec. 305. n. 19 par. 15. dec. 75. n. 23. par. 17., et dec. 666. n. 20 par. 19. to. 2. rec., et in Neapolitana Matrimonii 22. Junii 1705. §. Habemus enim cor. R. P. D. meo Priolo.*

Quod autem in finibus, & Provinciis Holandiæ prono animo fuisset Sac. Concilium Tridentinum receptum ex simplici Annalium revolutione, & testimonio manifestabatur, cum tunc eadem Provincia saltem universaliter, & generice sumpta suave jugum Orthodoxæ Fidei sub Gloriosæ mem. Caroli V.
11 Cæsare, ejusque filio Philippo Hispaniarum Rege secundo, subirent. Et de facto sub anno 1564. in quo terminavit Concilium, Regia mandata remanserunt expedita ad effectum, ut decreta ejusdem Sacrosanctæ Synodus custodirentur, sicuti præcise testatur *Barbos. ad ipsum Concil. sess. 25., & de Regular., & Monial. cap. 2. n. 1. cum. seqq.*, & profitentur reliqua cum historiarum tunc
12 temporis monumenta, quibus ratione antiquitatis Auctorum fides perhibenda omnimode est, ex deductis per *Mascard. de probat. conclus. 287. num. pr. & seqq., Rot. dec. 125. num. 9. cor. sa. me. Gregor. XIII. dec. 77. n. 2. cor. Emerix sen. & dec. 24. sub. num. 2. cor. Emerix Jun. & in rec. dec. 358. ex nu. 23. par. 5. dec. 65. num. 8. vers. accedit par. 15. & dec. 631. num. 24. p ar. 19. tom. 2. rec.*

Quinimmo (subjungebat ex persona Gulielmi Joannes) quando eti m ex hoc capite recepti, vel non recepti Concilii de validitate Matrimonii fas esset ambigere; Nihilominus denegari nequibat, quod saltem ex motivo fraudis adhuc non redderetur idem matrimonium irritum, & nullum, cum Gulielmus vice contrahendi Conjugium in Civitate Coloniæ, ubi cum prædicta Laurentia moram trahebat, & ubi citra scrupulum servatæ exstitissent solemnitates ab eadem
13 Tridentina ordinatione sancitæ, ut sæpe definivit Sac. Congregatio ejusdem Concilii, & signanter *in una Coloniensi de anno 1626.* per extensum relata penes *Pignatell. consultat. 79. num. 4. & 5. tom. 5.*, & de aliis partibus Germaniæ habetur quoque apud eumdem *Pignatell. consultat. 133. ex nu. 79. cum seqq. tom. 9., & in alia Leodien. Matrimonii 22. Aprilis 1701. a §. Nec enim cor. Emo D. meo Card. Caprara.*

Consulto, & studiose nimis recedens ab eadem Civitate Coloniæ sese cum eadem Muliere recepit intra viscera Holandiæ ditionis, & in loco penitus ignoto, & ubi Contrahentes nullum contraxerant domicilium adhuc prætensum celebravere Matrimonium *Summario Num. 6. litt. C., & D.* Ex hoc enim discreto dumtaxat fundamento Matrimonium, quod coram vero, & proprio Parocho iniri valuisset, reputatur omnino con-
14 tractum in fraudem, & penitus collabescit secundum complures fraternizantes resolutiones ejusdem Sacræ Congregationis, de quibus *Pignatell. dicta consultat. 79. ex n. 7. cum seqq., & per tot. tom. 5.*, & in fortioribus respondit *Rot. in Neapolitana Matrimonii 22. Junii 1705., & 26. Februarii 1706. cor. R. P. D. meo Priolo.*

Hisque firmatis, nullatenus (pro coronide subdebat) relevare poterat quod etiam sublato titulo, & impedimento Matrimonii, adhuc minime deficeret alterum impedimentum pro consequendo Canonicatu, nimirum crimen concubinatus, in quod inexcusabiliter ex copula, cohabitatione, & susceptione Prolis confessatæ Gulielmus inciderat. Etenim duæ pro destructione sussumpti afferebantur responsiones, altera quod quidquid esset de Jure antiquo in Concubinariis publicis, atque notoriis; qualis de cetero non poterat compellari Gulielmus, velamen objiciens Matrimonii, ut supra, adhuc de
15 Jure novo ad impingendum defectum impeditivum irregularitatis, neque notorietas, neque publicitas sat erat, sed exquirebatur Sententia desuper declaratoria saltem suspensionis, sicuti materia perbelle dispuncta demonstrat, *Panimoll. dec. 59. nu. 17. 19. et seqq. et dec. 149. n. 4. et 5.*

Et altera, quod cum ad incurrendam irregularitatem exposcatur dolus, temeritas, at-
16 que contemptus, certe e contrario subingrediente in nostra hypothesi motivo bonæ fidei, nusquam incurri valebat irregulari-
17 tas, quamvis ea de reliquo per expressam Juris determinationem fuisset inflicta ad celebre *cons. Calderin. il 4. de sentent. excommunic.* cum quo procedunt *Valenzuel. conf.*

32. n.

31. n. 148. cum seqq., *Tondut. quaest. benef. par. 2. cap. 2. par. 5. §. 2. n. 13. et 14.*, *Barbos. de offic.*, *et potest. Episcop. par. 2. alleg. 16. n. 18. et seqq.*, *Panimoll. dec. 70. a n. 90. Cavaler. dec. 1. n. 1. Rembold. dec. 172. n. 4. Bich. dec. 195. n. 19. et dec. 659. nu. 3. par. 4. tom. 1. rec.*

De hujusmodi autem superabundanti bona fide aperte (ad ejus sensum) coruscabat, distinguendo siquidem tempus susceptionis Sacrorum Ordinum ab illo administrationis Sacramentorum, sive exercitii eorumdem ordinum, quatenus pertinebat ad primum tempus nonne eo tunc juste putabat, Laurentiam fuisse defunctam, nonne adhibitis exquisitissimis diligentiis, de quibus superius, causam habuit confirmandi suam rationabilem credulitatem, Nonne demum desuper consuluit oportune Theologum preclarae Societas Jesu; Unde si hisce omnibus inspectis, ad Sacros Ordines convolavit, dif-
18 ficile est suspicari malam, & non arguere optimam fidem in Gulielmo ad ea, quae ceteris omissis pro arcenda irregularitate in puncto alterius Theologi ejusdem Societatis Jesu notavit *Ciarlin. contr. 203. n. 31.*, & de ministro gravi *Rot. cor. Cavaler. dec. 1. n. 5.* & generaliter *Sperell. dec. 175. nu. 82.* cum ibi notatis.

Quod autem ad ministerium, & exercitium ipsorum Sacrorum Ordinum post adventum, seu reditum praetensae Uxoris usque ad Sententiam Curiae Cameracen., tot adstipulabantur considerationes, quae penitus pro continuatione in omnem casum sufficientis bonae fidei superabundant, nempe motivum infamiae sui ipsius, & scandalum ceterorum, si statim ab eodem exercitio destitisset. Necnon ipsamet opinio, qua ferebatur, quod Matrimonium, de quo agitur, non subsisteret, ut interminis primae excusationis, infamiae, & scandali respective bene in pro-
19 posito *Ciarlin. dicta controv. 203. num. 36.*, *Capon. disceptat. 8. num. 31.*, *Sperell. citata decis. 175. a num. 18.*, & in specie secundae faciebat, quod nedum ex praemissis nullitas
20 Matrimonii clara reddebatur, sed quod sufficeisset simplex opinio unius Doctoris frequenter habetur, & signanter *Lap. allegat. 89. num. 10. ad med.*, *& sub nu. 11. litt. C.*, *& divers. commun. opinion. lib. primo num. 8. §. Praeterea ad med. vers. secundus*, *quod idem pag. mihi 65.*, *Sanchez ad praecepta decalog. lib. primo cap. 9. num. 7.*, & ex Sententia Divi Thomae, & aliorum *Sperell. dicta dec. 175. num. 82.*, *& Rota decis. 200. num. 3.*, *& 4. part. 2. recent.*

Potissime reflectendo, quod post praenominatam Sententiam Curiae Cameracen., in qua Gulielmus remanserat ab Ordinibus suspensus, fuit ab eodem Judice ab ipsamet suspensione absolutus, & consequenter eo magis antecedens bona fides in eo extitit per aucta, seu quodammodo canonizata, cum credibile non exsisteret alias Ordinarium
21 permisisse, eum successive in Altari ministrare juxta specialiter notata per *Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quaest. 48. num. 274. Rot. decis. 172. nu. 2.*, *& 3. coram Rembold. dec. 438. num. 4. par. 4. tom. 1. recent.*

Postremo pro coronide non deerat ingens temporis praeterlapsus annorum scilicet 33. a die susceptionis Sacrorum Ordinum. Quamobrem, vel exinde insurgere valebat praesumptio legitimae dispensationis a qualibet incursa irregularitate, vel saltem, & praecipue advers is Impetratorem, seu Piscatorem suffragari debebat Gulielmo, multoque magis ab eo causam habenti, & non gnaro, & innocuo, adeo diuturna, & pacifica possessio secundum ea, quae circa priorem propo-
22 sitionem praesumendae dispensationis eliciuntur ex *Ancaran. consil. 117.*, *Gomez super regul. de triennal. quaest. 10. num.: 8.*, *Rot. decis. 200. num. 5. in fine par. 2. recent.*, & in ordine ad posteriorem ex sensu Sacrae Rotae
23 pro removendo irregularitatis objecto connotatur penes *Lotter. de re benefic. lib. 2. dicta quaest. 48. d. num. 274.*, *Sperell. in laudata decis. 175. a num. 92.*

Ast, ut diximus, in vanum per haec omnia argumenta, & munimenta gradiebatur, & respective adlaborabat Joannes, inevitabili siquidem dilemmate prosterni totam ejus defensionem DD. reputarunt: Vel enim rite Gulielmus contraxerat Matrimonium, tuncque erat omnino perspicuum, quod ipse foret incapax effectus assumendi Sacros Ordines, fruendique collatione, de qua age-
24 batur: Cum enim ut inquit Innocentius Tertius rescribens Archiepiscopo Novucen. *in cap. diversis il 5. de Clericis conjugat.* Nemo secundum Euangelicam veritatem possit duobus Dominis servire, ideoque quicumque Matrimonium contrahit velut accipiens statum incompatibilem cum Sacerdotali, illico facultate ministrandi in Ecclesia deorbatur, & Beneficiis acceptis ipso jure privatur, necnon inhabilis redditur ad alia imperranda, adeout si eidem Clerico Uxorato novum conferatur Beneficium, collatio
25 ruat tamquam evidentissime nulla ex iis, quae late probant, & firmant scribentes super *Text. in cap. cum decorem 8. de Clericis Conjugat. Antonell. de Jur. Cleric. par. 3. lib. 1. cap. 36. nu. 1.*, *Garzia de benefic. part. 7. cap. 5. n. 1.*

*num.*1. *Murg.eod. tract. quæst.*3. *num.*824., *Sanchez de Matrim.lib.*7. *disput.*42.*num.*14. *de Luca de benefic.par.*1.*quæst.*7.*nu.*18.*Lambertin.de Jurepat.par.*1.*lib.*2.*quæst.*7.*art.*3., *& Parif. de resignat. lib.*4.*part.* 2.*num.*27., *& seq.*

Quidquid dicendum foret respectuGræcorum, qui abnuentes recipere legem Ecclesiasticam, & Votum Castitatis Ordini Sacro, vel ex se per traditionem Apostolicam, vel per Pontificia Decreta inseparabiliter connexũ, nedum Matrimonium in Ecclesiasticis, & Sacerdotibus tolerarunt, sed quodammodo
26 insanientes in eorum Rituum separatione, aliquando illud injunxerunt, sicuti tota materia, & historia docte, & erudite a suis fundamentis enucleata, connotavit *Emanuel Gonzal.cap.*1.*de Cleric.Conjugat.*, *& signanter num.*4., *& sequentibus Fagnan.in secunda part.primi lib.decretal.tit. de Bigam. cap.nuper a Nobis ex num.* 32. cum aliis adductis per *Sanchez.de Matrimon.tom.*2.*lib.*7. *disput.* 28.*sub num.* 5., *&* 6.

Quod vero parum refragantibus objectationibus superius oppositis ex parte Joannis forsan abunde liqueret de realitate Matrimonii contracti per Gulielmum, Domini revera magis inclinabant; Præsupposito enim, quòd
27 Matrimonium præsertim in præjudicium ipsius Contrahentis non requirat hanc, vel illam specificam probationem, itaut necesse sit de eo apparere in libro Parochi quamvis ordinato, & volito per Sacrum Concilium Tridentinum *in præcitata sess.* 24. *cap.* 1., dummodo aliunde remaneat justificatum, ut sæpius dixit *Rota*, *& præsertim decis.* 451. *num.*10.*coram Emerix Jun.*, *& in recen.decis.*772.*num.*2.*dec.*301.*num.*4., *& sequentibus part.*11., *& dec.*312. *num.*14.*part.*13., aliisque plena manu Decisionibus congestis *in una Tullen.Matrimonii cor.bon.me. Albergato impress. penes Tondut. resolut. beneficial. part.*3.*post cap.*154.

Profecto ad rem applicando, frustratorium videbatur efficaciorem exposcere probationem illa, quæ resultabat ex positiva litterali confessione Gulielmi non solum emissa in Judicio Criminali, ut diximus, quæve fortasse valeret ex allatis limitationibus, seu
28 replicationibus in suomet objecto retundi, & enervari, cum confessio facta in Criminalibus angustiis, & Processibus, eaque adminiculata passim Confitentem afficiat, ad tradita per *Curt.Sen.cons.*69.*num.*2.*vers.præmissis*, *Menoch. cons.* 807. *num.* 24. *Farinacc. in prax.Crimin. quæst.*35. *num.*17., *&* 18., *De Angel.de confess. lib.*3. *quæst.*17. *num.*1., *& fere per totum Antonell. de loco legal.lib.*3. *cap.*19.*num.*57., *&* 58., *Surd. dec.*335. *n.*6. cum aliis late cumulatis *in meo tract.de Commerc.*, *et Mercat. disc.*66. *num.*6., *et* 7. *Rota dec.*567.*num.*8.*coram Emerix Jun.*, *et in recent.dec.*362.*num.*8.*par.prima dec.*3.*n.*12. *et* 13.*part.*13.

Nec sane deessent opportuna adminicula, & præcise primario sese offerebat sententia ejusdem Curiæ Cameracen., quamvis etenim in ea assereretur, ut advertimus *per verbum quamvis de Matrimonio non constare*, id procul dubio erat intelligendum fortasse ad formam prædicti Sacri Concilii, vel ad effectum Fiscalis Coercitionis, & penitus pœnalem; Nam de cetero sententia hæc exstitit approbata, & acceptata ab eodem Gu-
29 lielmo, unde cum in ea cubitaliter declaretur Gulielmus Conjugatus, quomodo per mera ratiocinia, & discursus ipse Gulielmus quibat ab ipsa sententia hoc declarante resilire, contra notoria Juris principia, de quibus *de Angel.de Confess.lib.*1.*quæst.*7. *effect.*4. *fere per tot. Rota dec.*312. *num.*14.*cor.Biebio dec.*694.*num.*4. *cor. Card.Cerro decis.* 1227. *num.*5. *coram Emerix Jun.*, *et in recent. decis.*412.*num.*5. *part.*4. *dec.*142. *num.*14., *et sequentibus part.*16.

Verum quod potentius erat, eadem confessio Criminalis etiam ab alia indubitata Confessione extrajudiciali, sive extra Judicium Criminale subsecuta constipabatur. In quadam etenim declaratione facta per Mulierem ab ea dicebatur, se esse ejus Uxorem; Gulielmus vero veritatem hanc citra scrupulum recognovit, & approbavit, in genere farendo = *Che si era ammogliato colla Signora sopradetta. Summario Requilè num.* 8.
30 *litt. A.* Ideoque duplicata hæc agnitio, & confessio in duplicato Judicio palam emissa omnem dirimebat difficultatem, Teste *Cyriac.controv.*161.*num.*20. *Marant. de Ordin. Judic.part.*6.*confess.num.*15.*Gabriel.de Confess.conclus.prima num.*61., *et conclus.*3.*n.*5.*4 Antonell.de loco legal.lib.*2. *cap.*3. *num.*17. *de Angel.de Confess.lib.*3.*quæst.*17.*n.*5. *Rota decis.*1328.*num.*16.*cor.Pen.*

Rursus in quadam supplicatione porrecta Vicario Leodien. Gulielmus appellavit Laurentiam suam Uxorem, & sub hac narrativa absolutionem obtinuit cum permissione servandi separationem Thori; Addito quod in rei quidditate Gulielmus in tota serie hujusce Negotii, & Conflictus nusquam denegavit, Matrimonium istud contraxisse, sed solum de illius nullitate conquestus est, sive oppositus, ac propterea firma remanente substantia confessati Matrimonii, etiam quando talis confessio separari non posset a præ-

31 prætensa qualitate nullitatis, certe ubi eadem qualitas minime subsistat, confessio maxime, ut præmisimus adminiculata superabundat, eumdemque operatur effectum, ac pura, ex congestis per *Rotam dec.458.nu.4. coram Gregor. dec.416. num.3. dec.576.nu.2. dec.729.num.2. coram Merlin.*, *et dec.* 419. *per totam par.9.recent.* Quando enim quali-
32 tas habet præsumptionem contra se, ut ad præsens, pugnante Juris præsumptione pro validitate Matrimonii, confessio probat, nisi eadem qualitas superadjecta per ita Confitentem justificetur. *Bartol.in leg. Aurelius* 29. *§.Idem quæsivit num.2.ff.de libert.legat. Anton.Gomez var.resolut.tom.3. cap.3. num.26. Clar.in prax.§.fin.quæst.55. vers. posset quoque, Gabriel. commun.conclus.de malefic.conclus.19.in princip., Menoch. de Arbitrar.cas. 93.num.37., et cas.279.num.6.* cum aliis relatis per *Conciol.resolut.24. nu.1., et sequentibus* cum aliis abunde relatis concordan. per *de Angel. de confess. lib. 3. quæst.* 11. *ex num.22. cum sequentibus, et num.* 78., *Rota dec.802.num.2.part.1. divers., et decis.202. num.1., et 2. cor.Royas.*

Descendendo itaque ad hujusmodi nullitatem, quatenus ea depromebatur ex postremo Capite celebrationis Matrimonii extra Civitatem Coloniæ, & ob id in fraudem, mera videbatur cogitatio scribentium pro Joanne, cum nec ipse Gulielmus, qui Matrimonii nullitatem asseruit, nusquam id fuerit effatus, & fraus, quæ nunquam præsumitur, profecto minime ex celebratione
33 Matrimonii extra Patriam resultat, nisi aliæ eædemque vehementes concurrant demonstrationes, & conjecturæ, ut erat in casibus, & resolutionibus enarratis apud *Pignatell. consult. 79. num.3., et 4. tom.5.*, in quibus fraus omnino certa, sive animus fraudandi supponebatur, immo *sub num.6.* stabilitur,
34 quod nisi probetur in fraudem transmigratio subsecuta, valere Matrimonium alio transmigrantium, licet desponsati, seu Conjuges animum haberent recedendi ab eodem loco transmigrationis. *Bonacin.de Matrimon.quæstion.2. punct.7. num. 5., et punct. 8. num.4. Tondut.quæstion., et resol. Beneficial. cap.20. num. 22. Barbos.de offic., et potest. Episcop. allegat.32.num.77., et de Paroch.par.2. cap. 21.num.93. versic. non videtur fraudem committere.*

Ejusdemque insubsistentiæ coruscabat altera nullitas impicta, ex quo cum fuerit ab initio receptum etiam in illis partibus Sacrum Concilium Tridentinum, matrimonium proinde contra ipsius Concilii formam exaratum, corrueret. Quoniam hujusmodi argumentum in sui supposito claudicabat, collata temporum distinctione. Posito namque etiam, quod de tempore, quo hujusmodi
35 Regiones principabatur Augusta, & Pia Domus Austriaca, edita fuerint decreta admissiva Sacri Concilii, non ob id poterat inferri ad tempus initi matrimonii, quando notorium est, Hæreticorum perfidiam dominatricem eorum locorum nullatenus permittere nedum observationem Sacri Concilii Tridentini, sed nec sistere locum Parochis, vel Episcopis, qui valeant inibi certam, & districtualem retinere Diœcesim, vel Parochiam; unde quomodo poterat irritari matrimonium sub prætextu, quod ei non interfuerit Parochus Conciliaris, si nullus tunc temporis Parochus exstabat; Idem quippe est Concilium a principio non fuisse receptum, vel ex post inique repul-
36 sum cum Sacrosanctis suis ordinationibus, & Ministris, ut in proposito connotarunt *Gratian. discept. forens. 965. num. 2.* ibique *Carol. Anton. de Luca pariter nu. 2. Ciarlin. controv. 104. n. 41. lib. 22.*, & comprobant relati per *Adden. ad Pampbil. dec. 478. nu. 7.* & bene in his terminis *Rot. cor. Dunoz. sen. dec. 308. num. 25.*, quam refert, & laudat *Adden. ad dec. 431. n. 55. par.4. tom.2. rec.*

Et de facto ipsemet Gulielmus non negavit, matrimonium a se contractum extitisse=*nella forma, che si fanno in quelle Parti*=*Summario Godefridi num. 5. litt. B.* scilicet coram Testibus, & Missionario, ac propterea vel idem Missionarius præditus erat opportunis facultatibus ministrandi cuncta Sacramenta, prout ratio ipsa, & necessitas piæ Matris Ecclesiæ, seu Sanctæ Sedis solet in hisce casibus providere, & impartiri, ne desit petentibus, qui frangant Catholicum panem, ut præcise quoque profitebatur unus ex Dominis; Nimirum sese ad hunc effectum explorasse hanc veritatem a Viro digno, qui Missionarii munus expleverat, &
37 idipsum testatur in specie Missionariorum, exceptis potestatibus, quæ sunt Ordini Episcopali inhibitæ, vel specialiter concessæ, *Andreas de Castellana in suo parvo volumine, qui nuncupatur Missionarius Apostolicus par. 4. fol. mihi 56. §. Sacramenta omnia*, & in durioribus de simplici provisore in partibus orthodoxis loco Parochi, Vicarii, vel Episcopi existente, firmavit *Rot. cor. Dunozett. Jun. dec. 378. ex num. 2. cum seqq.*

Vel forte per pravam hypothesim idem Missionarius carebat hac facultate præstandi præsentiam Vice Parochi celebrationi Matrimoniorum, eoque pariter casu res vacabat omni difficultate, quia cum supra non adesset,

set, qui Parochi figuram ad formam Concilii repræsentaret, vel indueret, sat erat præcisive a præfato Concilio, ut præmisimus, inexperibili, seu impracticabili penitus in illis Provinciis observasse ea, quæ de jure
38 communi, mediante solo consensu naturalibus probationibus contento, præscribuntur secundum plene differta per *Gratian, discept. 754. n. 39. Angel. de Confess. lib. 2. quæst. 6. num. 2. & 3. Sanchez. de matrim. lib. 3. disp. 18. n. 1. Card. de Luca de Jurisdic. disc. 25. num. 3. §. Et occasione, & in Annot. ad Concil. Trident. disc. 26. num. 8. Rota in una Colonien. Matrimonii dec. 189. n. 1. par. 8. rec.*

Hisque proinde stabilitis, inanis labor erat discurrere de Concubinatu, discurrere de Irregularitate, discurrere de bona, vel mala fide, cum litteris expressis, & adapertis SS. Canones ex sola prohibita celebratione Matrimonii impedimentum injiciant assecutioni Beneficiorum, immo & privent assecutis; idcirco igitur ex hucusque tantummodo demonstratis Domini (ut innuimus) inclinassent pro Godefrido, verum duxere satius hæc tetigisse, & insinuasse; cum enim prorius, & verius percutiant priores litteras Apostolicas Godefridi sub hac narrativa, seu certo modo reportatas, ipseque Godefridus postea impetrasset memoratam ab initio gratiam, quæ compellatur *si neutri*, utique junctis amaritudinibus, quæ forte valuissent repiriri in pleniori discussione objectorum pedem figere super hoc simpliciter fundamento steterunt in ancipiti; ex obtentione namque dictæ Gratiæ *si neutri* Go-
39 defridus nullum sibi Jus competere in vim præcedentis impetrationis per necessarium antecedens fassus esse videbatur, ad sæpe firmata per *Amayden. de styl. Datar. cap. 23. num. 9. cum seqq. Ros. de exsequut. litter. Apostolic. cap. 17. num. 22. in fine, & n. 27. Adden. ad Pamphil. dec. 116. sub n. 16. vers. demum, Rot. cor. Coccin. dec. 1078. num. 7. dec. 283. num. 2. cor. Ubald. in Gerunden. Beneficii 28. Januarii 1689. §. final. cor. bo. me. Benincasa, & in Leodien. Monasterii 4. Maji 1699. §. Quo enim cum seqq. cor. Me.*

De reliquo, quæ directe forsan non oberant Joanni, indirecte ipsi nocebant; satis quippe erat, quod Godefridus in vim prædictorum pro substentatione ejusdem Gratiæ *si neutri* edoceret, quod nec etiam ullum Jus competeret super Canonicatu prius Gulielmo, & deinde ipsi Joanni ejus cessionario, hocque reddebatur apud Dominos clarum, & manifestum; nam si de tota Juris censura aliqua superesse potuisset obumbratio, seu hæsitatio, an matrimonium a Gulielmo confessatum in Judicio, & extra, foret validum, & pareret certam incapacitatem suscipiendi Sacros Ordines, & assequendi controversum Canonicatum, profecto saltem superius contra eum perpensa erant talia in hac delicata materia conjungendi Thorum maritalē cum Altari in nostra Ecclesia Latina, ut prorsus indigerent præambula Judicis Ecclesiastici declaratione; quemadmodum namque *Joannes XXII. in sua Extravaganti de voto,*
40 *& voti redemptione expresse prohibuit, neminem contracto matrimonio posse ad Sacros Ordines ascendere, nec ad aliquod Beneficium, vel Officium* (sunt verba Textus) *Ecclesiasticum promoveri*, ita quoties dubitari contingat, idem matrimonium, vel fuisse nullum, vel dissolutum, sunt verba pariter *Gloss.* ibidem *num. 60. alias verb. nec matrimonio dissoluto debuit &c. = Judicium Ecclesiæ super dissolvendo matrimonio exspectare*; ut enim subdit *Alexander III. in cap. Porro de divitiis, Vir absque Judicio Ecclesiæ a suscepta Conjuge* (quæ, ut diximus, statum interim incompati item cum Sacris Ordinibus, & Beneficio progignit) *separari non potest*, quod & uberius confirmant *Ricciul. de Jur. personar. extra Eccles. existen. lib. 7. cap. 2. per tot. Farinacc. de delict. Carnis quæst. 38. num. 108. par. 3.* cum aliis abunde relatis per *Lotter. de re benefic. lib. 3. quæst. 26. num. 73., & 75. & num. 80. & 82. Murg. de Benefic. quæst. 3. num. 830.*

Fortius, quia abs re non erat ex inexcusabili vitio quoque subreptionis facile gratiam obtentam a Gulielmo, a quo Causam Canonicatus sortiebatur Joannes, infringere, atque prosternere, & proinde malum etiam Jus Gulielmi ex alio quoque capite resultare: Quoniam cum notorii Juris existat, Gratiam reputari subreptitie extortam, quando Sancta Sedes, velminime concessisset, aut difficilius aliquam Gratiam, si scivisset factum, quomodo se haberet, possibile ne erat cogitare, quod vel Indultum Ordinarii, vel superventa provisio Papæ esset collatura Beneficium, seu Canonicatum Viro, qui non solum contraxerat matrimonium, illudque consūmaverat usque ad procreationem filiorum, sed scienter, & ante ullum Judicium Ecclesiæ, & respective separationem Sacros Ordines assumpsit, Sacramenta ministravit, & actualia Curæ exercitia pluries impendit, sive exantlavit; nam, ut subjungit *Gloss. in dicta extravag. cap. unic. de voto, & voti dissolutione* loco superius laudato, *is ex sua perfidia non debet commodum reportare*, quando de cetero nemo non scit, quod simplex diffamatio criminis, multoque magis, ut ad præsens,

sens, positiva Judicialis sententia Curiæ Archiepiscopalis Cameracen. de Jure arcet,
41 & repellit ab assequutione cujuslibet Beneficii, sicuti uno ore conclamarunt innixi dispositioni *Textuum in cap. 2. & cap. penultim. ac final. de purgat. Canonic. cap. Tantis Daniel. 81. distinct. cap. Omnipotens de accusat. Abb.* ceterique ibidem Scribentes, *Caldcrin. cons. 9. de Probat. Lotter. de rebenef. lib. 2. quæst. 31. nu. 146. cum seqq. Card. de Luca de benef. disc. 71. n. 9. 73. nu. 18. & 75. n.* 14. aliique abunde relati per *Rot. dec. 653. n. 12. & seqq. & per tot. & dec. 669. n. 8. & seqq. cor. Bich. & dec. 267. n. 14. & per tot. par.* 12.

Absque eo, quod postremo aures præberi possent prætensæ ex lapsu temporis dispensationi Apostolicæ, cum ex proxime insinuatis animus horrescat hoc præsumere, vel arguere; sed nihilominus etiam præcisive a complexu tot circumstantiarum, quod hæc adamu m dispensatio circa matrimonium
42 non detur, & proinde, quod concedi non solet, præsumi non valeat, probat in prioribus terminis *Majol. de Irregularit. lib. 2. quæst. 4. §. quando*, & in posterioribus *Murg. de Benefic. quæst. 3. n. 658.*

Et ita utraque.

Tyburtina Gabellæ.

Ven. 28. Novembris 1710.

ARGUMENTUM.

Habenti Jus universale super aliquo Castro, vel Territorio ad effectum inibi exigendi Gabellas, seu Decimas, manutentio concedenda semper est quoad omnes, licet quoad aliquos non exegerit, & qui habere præsumit exemptionem, debet illam ex speciali Principis Privilegio probare, alias actus facultativi Baronis, seu Domini Castri in condonandis hisce solutionibus nullam tribuere valent manutentionem. Gabellas exigit Baro pro reparandis viis, illisque tuendis a Repræsaliis, & Crassatoribus.

SUMMARIUM.

1. *Immemorabilem magis confirmant res Judicata, et Supremi Principis suppositiones, seu Conceßiones.*
2. *Manutentio negativa tribuitur suspenso petitorio favore exsistentis in diutina libertate non solvendi.*
3. *Potissimum si militet Juris præsumptio pro libertate.*
4. *Ministris, sive Exactoribus deponentibus de re ad eorum officium spectante plena fides est adhibenda.*
5. *Manutentio conceditur quoad omnes etiamsi unicus actus fuisset gestus.*
6. *Habenti Jus, seu quasi possessionē decimandi in aliquo Territorio competit manutentio adversus omnes, nisi forte, qui non solverunt, de peculiari doceant exemptione.*
7. *Quod procedit etiam in habente Jus exigendi Gabellas.*
8. *Dictaque exemptio uti quid facti probari nequit per simplicē attestationem de auditu.*
9. *Et maxime de auditu ab Affictuariis, et Conductoribus Gabellæ, qui nequeunt vero Domino, et Locatori præjudicare.*
10. *Condonatio solutionis Gabellæ facta a Barone pro tempore præjudicare nequit Feudo cui realiter inhæreat Jus exigendi Gabellas.*
11. *Actus facultativi, et a mera liberalitate provenientes sunt inefficaces ad parturiendam manutentionem.*
12. *Titulus melior præsumitur semper productus.*
13. *Compromissum comprehendere nequit, quod in eo nec in genere, nec in specie fuit subinclusum.*
14. *Idemque dicendum pariter est de divisione, quæ extrahi nequit de re ad rem, seu de Persona ad Personam.*
15. *Gabellas exigit Baro Castri, vel Civitatis pro expensis reparationis viarum.*
16. *Et pro tuendis illis tutis, et liberis a Repræsaliis, et Crassatoribus.*
17. *Exemptio pro suo necessario antecedenti exquirit præcedentiam vinculi, seu legis.*
18. *Pactum, & promissio nusquam trahitur ad futura, & incogitata.*
19. *In divisionibus servari debet æqualitas, vel saltem inæqualitas in una parte suppleatur, et compensetur.*

DECIS. DXIII.

Julius Baro de Ursinis, qui in præterita propositione diei 6. Junii 1710. comparere neglexerat, obtenta ex post nova Audientia, hodie assurgebat adversus decisionem tunc editam coram Me, sed non obstante toto conatu, nequivit ejusdem anteactæ decisionis fundamenta concutere, ideoque DD. prono animo perseverarunt *in decisis*.

Firmo etenim manente principio, quod D. Com. Bolognetto tanquam Successori in Principatu, seu Castro Vicovarii assisteret causa, seu titulus universalis exigendi Gabellam a Transvehentibus per idem Territorium, seu Castrum Vicovarii res gabellabiles, tum ex immemorabili consuetudine, qua pollebant circa hanc exactionem Principes Antecessores, seu Domini hujus Castri, quam etiam ex antiquissima enunciativa Summi Pontificis Eugenii IV., quæ nisi forsan de per se, ac sola justum titulum radica-

dicare potuisset, summopere tamen adstrue-
bat, & solidabat eandem immemorabilem
pluribus ulterins successivis rebus judicatis
canonizatam, quemadmodum firmabatur
in prædicta *decisione diei 6. Junii proxime*
1 *præteriti a principio usque ad §.Stabilitis*, qui-
bus potius ad ornatum, quam quod necessi-
tas exposcat, addi possunt, circa vim in
hac materia immemorabilis, *Salicet.in leg.2.
C.Nov.Vectigal.Pract.Papien.in Formul. sup-
pl solut.Pedag. Gloss. Panni borsolini num. 3.,
Paris. de Put. de Syndic. tit. de excess. Baron.
cap.2.num.19. Boss.tit.Qua Vectigal.poss. im-
pon.n.1.2.,& seqq.,Capyc.dec.148., Card. de
Luc.de Regal.diss.4.n.11.,et seqq.& disc.184.
n.11.in supplem.par.1.*,& circa suppositionē,
vel concessionē Principis Supremi, seu Papæ
*Cobell.ad Bull.Bon.Regim.cap.47.n.5.,& 15.,
Card.de Luc.de reg.disc.43. n.7.de Marin.ad
decis.Reverter.in observat.ad dec.388.nu.1.,
& seqq., Franch. dec.56.num. 11.,& seqq.
Modern. Spoletin. in annot. ad Constit. Ducat.
Urbin.decret.55.num.5.ibique concordan.to.1.*

Parvum scrupulum injiciebat hodierna pri-
ma defensio, cui contendebat inniti idem
Baro, nempe, quod ex parte Co:Bolognetti
minime demonstraretur, quod unquam ipse
Baro, vel Homines Arcis Juvenis exsolve-
rint per antea tale vectigal, sive Pedagium,
proindeque cum præcipue versaremur in Ju-
dicio puræ manutentionis, non autem in
pleno petitorio, nullatenus cogi posse vide-
retur Baro ad subeundam passivam manu-
tentionem solvendi ad instantiam destituti
qualibet possessione, seu quasi exigendi, &
2 non potius concedenda foret eidem Baroni
adversativa manutentio, quæ æquo modo
relicto titulo, eodemque petitorio suspenso
passim negative tribuitur favore existentis
in diutina libertate non solvendi, ad tradita
in his terminis per *Card. de Luc. de regal.
disc.110. ex num. 12., & disc. 138. num.3.,
Posth.de manut.observ.44. num.25., Rot.de-
cis.272.num.2., & seqq.par.2. recen.*, & ge-
neraliter idem *Card.de Luc.de Judic.disc.44.
num.77., & num. 81., & Rota in Nullius,
seu Clarevallen.Jurisdictionis super manuten-
tione 25. Junii 1706. §. Exordiendo cor.R.P.
D.meo Kaunitz, & in Imolen. Concursus super
manutentione 10.Junii 1709.§.primo cor.Me.*

Magis autem perspecto, quod hæc eadem qua-
si possessio, seu libertas non solvendi mini-
me consistebat dumtaxat in nuda assertione
negativa, sive in facto positive non probato
per Actorem ullius scilicet solutionis, sed
plures concurrebant Testes de hujusmodi
nusquam facta solutione deponentes, & in-
ter ipsos præcipue numerabantur testimonia
eorummet Publicanorum, sive Exactorum
hujusce Gabellæ, quive nedum asserebant
nec Baronem, nec Homines Arcis Juvenis
quidquam penitus exsolvisse per 30., & ul-
tra annorum spatium, sed ulterius adjicie-
bant etiam causam = *Perche erano franchi* =
Unde quomodo manutentionem consequi
valebat Comes, si nullam justificaverat qua-
si possessionem, & eam a contrario Baro præ-
sumptionem Juris pro libertate militantem
confovebat cum Testibus, & fundabat suam
3 intentionem, secundum ea, quæ in iisdem
terminis concedendæ manutentionis exi-
stenti in libertate prosequuntur *Grat.discept.
forens.cap.898.sub num.17., & 18.cum con-
cordan. apud Posth. de manutent. observ. 10.
num.22., et seqq., et num. 103.* Præsertim
4 quia prædictis Ministris, sive Exactoribus
veluti testificantibus de re ad eorum officiū
spectante, fidem adhibendam esse non du-
bitarunt *Card.de Luc.de regal.disc.15.nu.5.,
Rot.dec.70.num.20.par.8. decis.152. num.6.
par.12.dec.432.num.6.par.13. dec.101.nu.9.
part.16. rec., et in Melevitana Expensarum
14. Januar.1700. §.Authoritatibus in fin.cor.
Emo D. meo Cardinali de la Tremoille, et in
Forolivien. Juris offerendi 18. Jun. 1710.
§.Et certe cor.Me.*

Ad hæc omnia siquidem prosternenda, Domini
mature animadvertebant, quod probara,
vel non probata solutio Gabellæ respectu
unius, vel alterius Personæ, vel generis Per-
sonarum, nullatenus officiebat Juri petendæ
manutentionis in universum, data quippe
causa universali, eaque comprobata, ut di-
ximus, ab immemorabili consuetudine tri-
buente facultatem allegandi quemcumque
titulum possibilem, juncta præsertim Supre-
mi Principis antiquissima enunciativa, &
præsuppositione, seu permissione, profecto
eadem Causa universalis ligat, & compre-
hendit etiam eos, qui non solverunt, &
exuberat, quod saltem justificetur solutio
unius, vel alterius, ad hoc, ut afficiantur
omnes, qui ceteroquin sub eadem Causa,
& ratione universali comprehenduntur, uti
videmus nedum in Episcopo habente Cau-
sam universalem exercendi Jurisdictionem
5 in sua Diœcesi, quod vel ex sola assistentia
Juris, vel ex unico actu exercito consequi
mereatur manutentionem in eod. exercitio
Jurisdictionis quoad omnes, teste *Posth. de
manut.observ.45.n.6., & seqq. cum pluribus
ibi relatis*, & cum aliis plena quoque manu
congestis in illa *Nullius, seu Fulden. Juris-
dictionis prima Jun.1708.§.91.cor.Me.*

Idemque practicatur, & est familiare in haben-
te Jus, vel privilegium decimandi in hoc,
vel

vel illo Territorio, cui sane competit manu-
6 tentio adversus omnes, nisi etenim ii, qui forte non solverunt, de particulari doceant exemptione, sufficit habenti tale privilegium, seu Jus, quasi possessio decimandi acquisita contra aliquem ejusdem Territorii, vel Circumdarii, de quo sonat privilegium, ut in individuo firmat *Card. de Luc.*
7 *de regal.disc.90.num.2., et 3.*, & videre est in *Placentina Decimarum 16. Maji 1710. §.Ceterum Domini coram me*; Et propius in proposito Gabellarum, dixit *Rota dec. 561. n.2., et per tot.cor.Card.Seraph.* cum aliis adductis concord. *in dec. 646.n.1.,etseqq.apud Posth.de manut.,et dec.358.n.4.,et 9.cor.Coec.*

De hujusmodi autem exemptione minime liquere poterat ex præfato Testimonio Exactorum, seu Publicanorum, ex quo dixerint loquentes de Affictuario eorum Domino =
8 *mi diceva, che erano franchi di detta Gabella* = nam exemptio uti quid facti nullatenus probanda venit per simplicem attestationem de auditu, quæ nihil operatur, ex collectis per *Rot.in dec.4.num.5.cor. Buratt., et in recent.dec.78.nu.5.part.2. dec.414.n.5.par.13. decis.987.num.4.decis.1085. num.19., et decis.1251.num.16. coram Emerix Junior.* Et maxime de auditu ab illis, qui tamquam
9 meri Affictuarii, & Conductores hujus Gabellæ non poterant vero Domino, & Locatori præjudicare, ad tradita per *Posth.de manut.observ.45.num.24. dec.56. num.2. coram Card. Cavaler., et in Pisauren. Molendinorum super manutentione 17.Junii 1707.§.Nec relevat vers. Actus cor. R.P.D.meo Kaunitz.*

Fortius vero, quia nihil exprimentes de Causa hujus franchisiæ, sive exemptionis, nequibat in consequentiam sciri, quare forent *franchi*, immo verisimile erat, quod Principes Magnatitiæ Domus Ursinæ forsan condonaverint pro tempore hanc de cetero tenuem solutionem illis, qui de ipsorum actuali sanguine, & cognomento promanabant, & respective decorabantur, prout consimiles actus munificos eosdem Principes exercuisse erga alios de dicto sanguine, & familia, notorium erat, & frequens, sed
10 hæc indulgentia temporaliter, & forsan tunc rationabiliter observata, non poterat trahi ad præjudicium feudi, cui realiter inherebat ista species regaliæ, sive Jus exigendi a Transeuntibus Pedagia, ac Gabellas, prout ad rem connotavit *modern.Spoletin.in suis annot. ad Const. Ducat. Urbin. decret. 25. num. 293., et magis in proposito in prat.decis., quæ revidetur diei 6. Junii labentis anni §.Et altera coram Me.*

Et in omnem casum tantum aberat, quod ex hac condonatione posset stabiliri aliqua, quæ fat esset, exemptio a præfata causa universali respectu Successoris in feudo, ut majus veluti actus spontanei, facultativi, & a mera liberalitate provenientes redderentur inefficaces ad parturiendam ullam ma-
11 nutentionem contra Dominum suffultum memorato titulo, & causa universali, per ea, quæ circa hujusmodi actus facultativos, & gratuitos ponderarunt *Bartol. in leg. cum de re in rem verso ff. de usur., Surd. cons. 127. n.81. Gratian.discept. forens.cap.88. ex n.14. Rota in Nullius, seu Provinciæ Hispalensis Juris deputandi Vicarium Februarii 1707. §. Qua de re coram Rmo D. meo Molines Dec.*

Certius demum, & ad evidentiam, quoniam Baro de facto in ejus *Summ. n. 2.* produxit, & allegavit titulum prætensæ hujus exemptionis, & franchisiæ, vel ut exotientis a quodam pervetusto compromisso, seu divisione facta de Castris Vicovarii, & Licentiæ inter Ursum, & Joannem de Ursinis, ideoque quotiescumque hujusmodi titulus palam corrueret, profecto Baro non valebat (quidquid esset in casu alicujus consuetudinis, sive observantiæ immemorabilis) adducere, seu somniare alium titulum, cum lex
12 præsumat, semper exstitisse productum titulo meliorem, ut ait *Rot. dec. 218. per tot. par.6. rec.*, ubi late exornatur hæc regula, & pluribus Concordantium auctoritatibus fulcitur.

Quod autem prædictum compromissum, seu divisio nullo pacto posset ad præsens opitulari Baroni, Dominis compertum fuit ex pluribus responsionibus, seu animadversionibus, quæ etiam seorsim, multoque magis simul junctæ rem ponere videbantur in claris, quarum prima erat, quod istud compromissum, seu divisio inita de anno 1311. percutiebat Castra Vicovarii, Licentiæ, & Saccamori, itaut Jo: in divisione contigerit Castrum Vicovarii cũ majori parte illius Territorii, Urso autem obvenerit Castrum Licentiæ, & Saccamori cum aliqua portione ejusdem Territorii Vicovarii, fuitque utique tunc inter Dividentes conventum, *quod viæ, et stratæ prædictorum Castrorum sint liberæ, ac eorum quilibet, et ipsorum Vassalli possint venire ad eorum Castra, possessiones, et Bona, quæ habent sub pœna &c.*, ast propterea cum nihil dictum appareret de Castro Arcis Juvenis, de Hominibus ejusdem Arcis Juvenis, quonam modo hæc divisio, hoc compromissum loquens de Vicovario, Licentia, & Saccamoro quibat trahi ad Castrum, Barones, & Homines Arcis Juvenis? de natura quippe compromissi, ac divisionis est, ut sub eis minime comprehendatur, quod non est singil-

lariter, vel saltem in specie, vel in genere
per necesse subinclusum, quemadmodum
13 respectu compromissi non extendendi de re
ad rem, nec de persona ad personam habe-
tur in *Eugubina Juris pascendi super expensis
11. Junii* 1708. §. *Esti quidem cor. me*; & re-
14 spectu divisionis patet ex congestis per *Ci-
rocc. discept. forens. 67. nu. 57., et seqq., et
per Rot. in Sabinen. Divisionis 28. Martii*
1707. §. *Et ex his in fine cor. Me*.

Secunda responsio, sive animadversio erat,
quod in eodem compromisso, seu divisione
nullum sane verbum legebatur percutiens
Gabellam, Pedagium, aut Vectigal, sed so-
lum, quod viæ, seu stratæ deberent esse li-
beræ, possentque Vassalli ire, & redire ad
eorum Castra, Possessiones, & Bona, verum
id nec de lata, nec de stricta significatione
concludebat ad pactionem de non exigendo
Gabellas, quæ regulariter licitæ redduntur
ad eumdemmet finem, sive ob eamdemmet
causam, ad quam tendebat promissa liber-
tas, nempe quia transeuntes vias conterunt,
& tractu temporis injuncta tempestatum in-
juria, efficiuntur impracticabiles, unde per-
15 mittitur Dominis Castrorum, & Civitatum,
ut in reparatione expensarum, quas subeunt
in reapratione earumdem viarum hujusce-
modi exigant Gabellas, sicut advertit *Gi-
ballin. de univers. rer. human. negotiat. tom.* 1.
*lib. 2. cap. 2., de Gabell., et Vectigal. art. 3.
nu. 5.*, ubi late ad materiam *Card. de Luc.
de regal. disc. 131. n. 11.*, vel ex quo ada-
mussim Princeps, vel Dominus Territorialis
uniuscujusque Loci correspective ad exa-
16 ctionem Gabellarum tenetur vias custodire
tutas, & liberas a Repræsaliis, & Grassato-
ribus, ut ponderarunt pariter *idem Giballin.
ubi supra sub dicto n. 5., et Modern. Spoletin.
in annot. ad Constit. Ducat. Urbin. decret. 73.
n. 9., et seqq.*, & plene *Card. de Luc. de re-
gal. disc. 141. fere per tot.*

Pro tertia responsione, sive animadversione in
quamdam exuberantiam reflectebatur, quod
nedum ex præmissis pollicita libertas, seu
securitas nullatenus implicabat promissio-
nem Immunitatis a Gabellis, de quibus nul-
la facta mentio coruscabat, verum quoque
ponderabatur, quod cum revera ageretur
de compromisso seu divisione, ut diximus
nimium vetusta, anni scilicet 1311. nullibi
effulgebat, seu ex parte Baronis dabatur si-
gnum quod de tempore celebratæ divisionis
ullæ exigerentur Gabellæ, veluti non adhuc
forsan per S. Sedem concessæ; vel ut licitæ
toleratæ; vestigia namque ejusdem Gabel-
læ indicabantur per Breve a Seculo post, &
ultra editum a san. mem. Eugenio IV. de an-
no 1435., proindeque non docto de earum-
dem Gabellarum præexistentia, eo minus
cogitari poterat, quod Dividentes in pro-
mittenda vaga, & generica libertate potue-
rint divinare de Gabellis futuris; Exemptio
etenim pro suo necessario antecedenti ex-
quirit præcedentiam vinculi, seu legis, &
17 quodlibet pactum, ac qualibet promissio
nusquam trahitur ad futura, & incogitata,
prout in ordine ad significationem exem-
ptionis observarunt *Jo. Andr. in addit. ad
speculat. in tit. de Cens. §. Nunc dicendum in
addit. ad Colum. Rot. in dec. 14. sub n. 1. cor.
Emer. Jun., & in dec. 338. sub nu. 6. cor.*
18 *Priolo*, & quoad posteriorem conclusionem
communiter affirmarunt *Card. de Luc. de
credit. disc. 100. sub. n. 6., Adden. ad decis.
523. n. 15. par. 4. tom. 3. rec., Rot. dec. 75.
n. 2. par. 2. rec., dec. 1338. n. 13. cor. Eme-
rix Jun. dec. 564. n. 24. par. 19. tom. 2. rec.
& in Romana Dotis de Salviatis 26. Novem-
bris 1708. sub §. Crescebat cor. Me.*

Quarta postremo insurgere visa est responsio,
sive animadversio, quod cum minime de-
monstratū exstitisset ex parte Baronis, quod
in alio Castro Licentiæ, vel Saccamori ha-
ctenus quoque exigerentur Gabellæ, utique
sicuti idem verbum *libere* non potest sonare
respectu eorumdem aliorum Condividen-
tium Dominorum Castri Licentiæ, & Sac-
camori in exemptionem a Gabellis, neque
tunc, neque hodie inibi existentibus, ita
non valebat in hunc sensum deflecti respectu
Vicovarii, obstante vulgata regula *Text. in
l. jam hoc jure ff. de vulgar., et pupillar.*, alias
nimia oriretur inæqualitas inter Dividen-
tes, quoties ex deficientia subjecti corre-
spectivi promiscua, seu mutua nequiisset
præstari Immunitas, & exemptio, & tamen
nil magis Jura præsumunt, & innuunt, quam
19 quod in divisionibus servetur æqualitas, vel
saltem quod inæqualitas in una parte sup-
pleatur, & compensetur in alia ex monito
*Text. in l. 3. C. comm. utrique Jud., et in l.
Judicem 21. ff. commun. dividun.*, cum con-
cordantibus cumulatis per *Rot. dec. 553. n.
2., et 3.*, & prius *dec. 310. nu. 5. et per tot.
par. 19. rec.* Et ita utraque &c.

Romana Pecuniaria.

Luna prima Decemb. 1710.

ARGUMENTUM.

Vendens jure Creditoris, omni suadente Justi-
tia, compellitur se præstare talem, & ulterius
potiorem ceteris Creditoribus, itaut si res
vendita ab anteriori evincatur, ipse Credi-
tor vendens indubitanter favore emptoris
tenetur ad pretii recepti refusionem. Came-
ra,

ra, Princeps, seu Fiscus tenetur ad restituendum simplicissimum pretium, etiamsi nulla intraret evictio vel de Jure, vel ex pacto.

SUMMARIUM.

1. *Judicium stante clausula de appellatione si sit ab initio exsequutivum remanet ordinarium.*
2. *Possidens rem titulo oneroso, si ea res sibi auferatur exercere valet actionem vindicativam, seu restitutoriam contra habentem pretium, vel partem ipsius pretii rei sibi ablatae.*
3. *Succedenti in Juribus Creditorum anteriorum debetur potioritas, & anterioritas.*
4. *Vendens Jure Creditoris compellitur se praestare talem, & potiorem ceteris Creditoribus, itaut si res vendita ab anteriori evincatur, ipse Creditor vendens, tenetur favore Emptoris ad pretii refusionem*, & n. 10.
5. *Anterioritas concessa Medicis restringitur tantum ad eas operas praestitas in ultima infirmitate.*
6. *Decisio Sac. Rota in judicatum transacta, est de stylo supponenda.*
7. *Prima emptio, seu retrovenditio resoluta remanet per immediatam subrogationem retrahentis in locum primi Emptoris.*
8. *Retractum patiens non tenetur de ulla evictione, immo nec ad restitutionem pretii.*
9. *Exceptio* ex dato, & facto suo tantum quid operetur.
11. *Restituens rem violenter coemptam nullas pati debet expensas, aut damna.*
12. *Sub evictionis vocabulo veniunt ex opposito damna, & interesse usque ad ultimas consequentias.*
13. *Camera, Princeps, vel Fiscus tenetur ad pretium simpliciter restituendum, quando res ab illis vendita passa fuit evictionem, & contrariae rejiciuntur Auctoritates.*
14. *Quod procedit etiamsi nulla intret evictio vel de Jure, vel ex facto.*
15. *Pari passu admittitur obligatio, quae nascitur ex contractu, seu quasi, vel quod est fortius, re ipsa per alicujus factum, sive non factum.*

DECIS. DXIV.

Clavus clavum trudit, vernaculum fert adagium, & moto saepe saepius uno lapide, tota moles proportionabiliter eidem innixa gradatim nutare incipit, & postea ruit; Idipsum quippe contigit in praesenti, quoniam exspoliante Marchione Rinuccino Ducem ab Altemps in notabili summa scutor. 29000. provenientem a reliqua quodammodo supellectile, & peripsemate Magnatitiae Domus Ludovisiae, is sese convertit contra Archiconfraternitatem in Urbe Sacrorum Stygmatum Divi Francisci pro recuperandis saltem quisquiliis scutorum mille, quae citra dubium cujuslibet anterioritatis conspiciebantur recuperabilia super Palatio posteriori loco coempto per eamdem Archiconfraternitatem, ac de facto opportunam Dux pro hujusmodi rata associationem obtinuit super memorato Palatio prius ab *A. C.*, & deinde *in Sacro nostro Tribunali*, ut plene liquet ex decisione desuper edita in illa *Romana Associationis 9. Decembris 1707. cor. R. P. D. meo Lancetta*, cum successiva Causae expeditione demandata *sub die 27. Januarii subsequentis anni 1708.*

Quamobrem jure etiam merito praelaudata Archiconfraternitas ad medendum tali praejudicio sibi, ut diximus, inflicto defensionem, sive aggressionem retorsit contra Heredes celebris olim Gabrielis Fonsecae in Arte Medica antiquitus commendati, & adeo feliciter, ut nequaquam dubitaverit *A. C.* jam pridem Archiconfraternitatem exaudire, neque ambegerit hodie *Rota* ad favorem ipsius Archiconfraternitatis eumdem pandere sensum, sub eo familiari in his terminis rescripto = *Constare de Credito*; Stante namque intermedia *Signatura* Commissione pro-

1 deunte cum clausula *de appellatione*, Judicium licet in praefato Tribunali *A. C.* exsequutive caeptum, & expeditum, jubente Signatura Principis remansit via solita ordinarie, & non plus exsequutiva terminandum, ut inter haec rescripta *de appellatione*, & *si quid exsequendum* distinguendo notat *Modern. Asculan. ad Statut. Urb. annot. 52. art. 1. de appellat. sect. 5. ex num. 289., & sect. 2. n. 90., Card. de Luca in Relat. Romana Curia disc. 31. num. 29. §. Quandoque, & num. 30., Rota dec. 520. in fine cor. Bichio & dec. 92. cor. Card. Celso, & decis. 1412. num. 2. cor. Seraph.*, cum aliis adductis concordan. *in Romana Status Zagarolae 27. Martii 1705. §. Ex quibus cor. bo. me. Muto, Senogallien. Pecuniaria 28. Junii 1709. §. Omissa cor. R. P. D. meo Polignac., & in Romana Dotis de Salviatis 26. Novemb. 1708. §. Secundum denique cor. Me.*

Ratio Tribunalis sic decidendi versabatur in eo, quod Archiconfraternitas in vim Gregoriani retractus coemendo ab eodem Fonseca immediato acquisitore, & emptore ejusdem Palatii per contractum ab eo praecedenter initum cum Principe Ludovisio, vero, & originario debitore tam Marchionis Rinuccini, quam Ducis ab Altemps, reliquum pretium numeravit Creditoribus procul du-

bio anterioribus ipsius Principis Ludovisii, sed hanc ratam scut. mille effective persolvit in manibus ejusdem Medici ejus Auctoris, & respective revenditoris; Unde cum fuerit eadem Archiconfraternitas coacta pro hac identifica summa pati supradictam associationem, indubitati Juris efficiebatur, quod ipse Fonseca, ejusque hereditas gerens figuram intermedii venditoris refunderet ipsi Archiconfraternitati illud pretium, quod adamussim acceperat in contrahenda eadem intermedia venditione ex claro, & inevitabili dilemmate, quod vel Fonseca (ut de cetero imponebat, & obstringebat littera Instrumenti suæ acquisitionis, & respective promissionis) nullibi impleverat conventum ministerium suæ Professionis erga Domum Ludovisiam per successivum intervallum decem annorum, & tunc eadem scuta mille tamquam gratis occupata, & retenta in parte pretii per ipsum non soluta remanebant in mero lucro, & sine ulla causa, ideoque favore Archiconfraternitatis de plano intrabat illa æquitas, quæ originem trahens a sanctione *l. Si me*, *& Titium ff. si certum petat.* divina, & nobilis compellatur per *Bald. in cons.* 348. *sub num.* 12. *versic. Considera lib. pr.* tamquam merito indulgens possidenti rem titulo oneroso, ut quoties ea sibi aufe-

2 ratur, exercere valeat actionem vindicativam, seu restitutoriam contra habentem sine causa, vel ex causa penitus lucrativa pretium, vel partem ipsius pretii rei sibi ablatæ, ad plene cumulata per *Card. de Luca de Regal. disc.* 40. *sub num.* 5., *& disc.* 129. *sub num.* 6., *& in meo Tractat. de Commerc., & Mercatur. disc.* 60. *num.* 34., *& in illa Romana Secretariatus Apostolici* 3. *Febr.* 1700. §. *Potissimum cor. Rmo P. D. meo Molines Decano*, *&* 26. *Aprilis* 1709. §. *Cum vero cor. R. P. D. meo Polignac*, *&* 7. *Feb.* 1710. §. *Sed abscedendo coram R. P. D. meo Crispo*, 16. *Junii ejusd. anni cor. Eod.* §. *Maxime quia.*

Vel e converso idem Fonseca hujusmodi conventum servitium, seu ministerium sufficienter implicaverat erga memoratam Domum Ludovisiam (de quo tamen supposito nulla in hodierna Audientia dabatur justificatio) & in his quoque terminis res vacabat pariter omni amaritudine, quia cum prædicta associatio expleta, seu sancita contra Archiconfraternitatem proveniret a Creditoribus ejusdem Domus Ludovisiæ, citra dubium anterioribus ipsi Fonsecæ, nequibat illius hereditas effugere repercussionem, quam ei juste inferebat Archiconfraternitas

3 in eorumdem Creditorum anteriorum Jura successa ex notissima sanctione *Textus in l. Qui prior ff. qui pot. in pign. hab.*, *Antonell. de Tempor. legal. lib.* 4. *cap. ult. per tot. Merlin. de Pignor. lib.* 4. *quæst.* 15. *n.* 33. *&* 34. *Rota in Romana Redditionis Rationis* 14. *Decembris* 1708. §. *Eumdemque cor. Mc*, *& in Romana Canonum* 23. *Aprilis ejusdem anni* §. *Suppositis* pariter *cor. Me.*

Potissime introspecto, quod in substantia Fonseca pro hac summa scut. mille, recipiendo numerationem ab Archiconfraternitate, se se effecit Creditorem in eadem quantitate ex prædicta causa suæ operæ locatæ per decennium, quando intermedie vendidit Palatium Archiconfraternitati, quapropter nemo non scit, quod vendens Jure Creditoris,

4 omni suadente Justitia, compellitur se præstare talem, & ulterius potiorem ceteris Creditoribus, itaut si res vendita ab anteriori evincatur, ipse Creditor vendens indubitanter teneatur favore, & pro exoneratione Emptoris ad pretii recepti refusionem teste *Tiraquell. de Retract. Lignag.* §. 1. *gloss.* 1. *num.* 10., *Mangil. de Evict. quæst.* 18. *n.* 26. *& quæst.* 48. *num.* 41., *Hermosill. ad Lopez gloss.* 6. *l.* 32. *tit.* 5. *par.* 5. *num.* 2. *&* 3. *De Franch. dec.* 23. *num.* 3., *Leonell. dec. Ferrar.* 193. *num.* 3., *Mastrill. dec.* 240. *n.* 6., *Rota dec.* 156. *num.* 8. *prope fin. cor. Ubald.*

Quin amplius hodie aures præberi potuerint ulli forsan antelationi, seu potioritati, quæ provenire potuisset ex promisso ministerio, & per quam meruisset Fonseca ratione ejusdem privilegiati ministerii, & servitii aliis forte etiam anterioribus præferri; siquidem omnia hæc conspiciebantur fundamentaliter eversa in prænominata *Decisione diei* 9. *Decembris* 1707. *cor. R. P. D. meo Lancetta*, in qua & negatur implementum conventi servitii, & in Jure ostenditur, quod Privilegium Medicis in hoc proposito attributum solummodo sibi locum usurpat respectu ope-

5 ræ præstitæ in ultima Infirmitate, de qua tamen, ut mox diximus extrema exhibitione operæ, neque per umbram docebatur, ex *Surd. dec.* 255. *nu.* 5., *Hodiern. ad eumdem dec.* 112. *num.* 12., *Mart. Medic. dec. Senen.* 21. *nu.* 6. *& seqq.*, *R. P. D. Zaul ad Statut. Favent. lib.* 7. *rubr.* 7. *nu.* 16. *& seqq.*, hæcque Decisio nostri Tribunalis de ejusdem stylo erat citra scrupulum, & de necessitate

6 observanda, seu, ut dicunt, supponenda, ut millies dictum fuit, & signanter *decis.* 99. *num.* 1., *& dec.* 138. *num.* 2. *cor. Celso, dec.* 315. *num.* 6. *par.* 15., *& dec.* 495. *num.* 7. *par.* 18. *Rec.*, *& in Mediolanen.* 11. *Decemb.* 1699. §. *Nec ad minuendam, cor. Rmo D. meo Decano.*

Incassum pariformiter laborare visi sunt Scriben-

bentes pro prædicta Hereditate, conclamando, quod posterior venditio facta per Gabrielem non processerit voluntarie, sed vigore Sanctionis, ut innuimus, sanctæ memoriæ Gregorii XIII. retractum præ ceteris vicinis præservantis, ac concedentis, quodque quodammodo exiens idcirco Gabriel de Scena, & coacte exuens indumenta Emptoris solum promiserit evictionem in generali, & particulari ejusdem Palatii *ex dato, & facto suo tantum*: Unde nequaquam potuerit amplius, excluso prædicto capite, *ex dato, & facto suo tantum*, divexari tamquam venditor, ex quo primæva emptio a se facta,
7 & successive undique coacta retrovenditio penitus resoluta remansit in cinerem per immediatam subrogationem retrahentis in locum primi Emptoris, ut apposite noravit *Modern. Asculan. ad Statut. Urbis annot. 24. num. 49. vers. Et quia*, & referendo verba *Constitutionis Gregorianæ* sub §. octavo prosequuntur *Gratian. discept. forens. 460. sub num. 64. vers. Maxime, & n. 65. & discept. 476. n. 30., Mangil. de subhast. quæst. 119. num. 6. ad 8., Giurb. dec. 55. num. 1. et seq. Rota dec. 186. n. 1. cor. Ubald. sen. dec. 849. sub n. 3. in fine, et num. 5. cor. Dunoz. Jun. et in rec. dec. 292. num. 2. et 3. par. 17.* cum aliis per *R.P.D. Corrad. de Prælat. qu. 5. n. 2.*

Et quod de reliquo, excepto semper prædicto casu, ratione alicujus forsan intermediæ contractæ per primum Emptorem obligationis, & hypothecæ neutiquam patiens retractum, ad ullam cujuscumque speciei evictionem
8 obligetur, immo nec ad restitutionem pretii individualiter, comprobari dicebant iidē scribentes ex *Tiraquell. de retract. lignager. §. 1. gloss. 9. ex num. 34. cum. seqq.*, & post Eum, ex *Peregr. dec. Patav. 21. n. 7. vers. et hinc etiam fit*, & generaliter quod hujus-
9 modi exceptio *ex dato, et facto suo tantum*, firmet regulam negativam in contrarium, quodque ad nihilum venditor ultra obstringatur, recte affirmabat *Card. de Luc. de feud. disc. 32. num. 4. et de donat. disc. 53. itidem num. 4. Rocc. Episc. Isclan. disput Jur. select. cap. 91. num. 14., Guzman. de evict. qu. 2. num. 75. cum seqq., Rot. dec. 453. num. 16. et seqq., et dec. 457. num. 1. par. 9. to. 2. rec.*

Siquidem omnes hi discursus, omnes hæ propositiones recte forsan congruere valuissent, quotiescumque Gabriel coemendo Palatium de propria crumena exbursasset integrum pretium scut. 11000., & non pro præfatis scutis mille illud apud se retinuisset cum ipso Palatio, & deinde sibi actualiter solvi non curasset prædicta scuta mille, id enim non erat exire de scena simpliciter, sed cum pannis, & ut dicitur *col fagotto*, quod postea evidentissime remaneret absque ulla imaginabili causa, & ad merum lucrum in ipsa hereditate Fonsecæ, & hic proprie casus neque per ideam figuratus a doctrinis superius in contrarium allegatis, & pro quo e converso identifice favore Archiconfraternitatis militabant, & militant in
10 oppositum prælaudata Jura in *l. si me et Titium* cum ceteris fundamentis supra jam expositis in §. *Ratio*, & §. *Potissime*, quibus addi possunt quoad eamdem *l. si me, et Titium Cost. de remed. subsid. remed. 12. num. 1. et seqq., Card. de Luc. de credit. disc. 35. ex n. 57. Rot. dec. 77. n. 23. et seqq. par. 6. rec.*, & quoad secundam conclusionem, de qua in dicto §. *Potissime, de Pont. cons. 41. nu. 8. et cons. 64. num. 23. lib. 1. Galerat. de renunciat. cent. 2. renunc. 104. num. 4. tom. 2. Urceol. consult. forens. 2. nu. 55. Gobb. consult. decisiv. 79. num. 81. Mart. Medic. exam. 26. num. 37. Viv. dec. 152. num. 2. et 3.*

Addito quod neque auctoritates per memoratos scribentes allatæ hanc percutiebant hypothesim in mero spiritu rationis; quoniam quicquid dicendum foret, ubi simpliciter, & insimul rigorose tractaretur de præstanda evictione necne, prout eædem *auctoritates* obloquebantur, & rationabiliter denegabant eamdem evictionem esse præstandam, id utique concernebat eam formalem evictionem, quam subire æquitas non patiebatur retrovendentem vigore cujuscumque retractus sive sanguinis, sive municipalis, dum retrovendens, & consequenter re-
11 stituens quodammodo violenter rem coemptam, neque ullas pati debet expensas, aut damna, uti bene *Peregrin. d. dec. 21. num. 7.* et si de cetero abstractive sub eodem vocabulo evictionis veniunt ex opposito damna,
12 & Interesse usque ad ultimas consequentias refundenda per *Text. in l. venditor 8. ff. de evict. et in l. Creditor 54. §. Prædium ff. de act. empt., Leotard. de usur. quæst. 56. n. 3. Cenc. de Censib. quæst. 19. n. 45. et 46., Rot. cor. Ubag. dec. 1. num. 2., dec. 393. num. 1. par. 15. rec. cum aliis adductis concordan. in Bononien. evictionis super fructibus 10. Martii 1698. §. Nitebantur cor. Rmo P. D. meo Decano.*

Certe in ordine ad pretium simplicissimum re-
13 stituendum, nec ipsa Camera, Princeps, vel Fiscus quoad hoc excusatur, ut ait *Peregr. de Jur. fisc. lib. 6. tit. 4. num. 37. de Pont. de Potest. Proreg. tit. 4. de regal. imposit. §. 4. num. 2. et seqq. Guzman. de evict. quæst. 181. num. 28. et 29. Mangil. eod. tract. quæst. 8. num. 20. et seqq. Fontanll. dec. 221. n. 11. et 12.*

et 12. cum aliis in tract. de Commerc. disc. 60. n. 33., et in Romana Secretariatus Apostolici 7. Febr. 1710. §. Præcipue in fin. cor. R. P. D. meo Crispo, & de facto *Tyraquellus*, qui in objecto circumferebatur superius pro punctuali nihil in *d. §. 1. gloss. 9. num. 34. cum ceteris seqq.* quidquam dicit de pretio, *Peregr. autem in d. dec. 21. n. 7. §. Et hinc etiam*, qui alias tamquam pure referens Tyraquellum ubi proxime esset in eumdem sensum Tyraquelli intelligendus, juncta ponderata per *Rot. cor. Coccin. dec. 1445. num. 26., et dec. 816. num. 2. cor. Ubald., et in Romana Emphyteusis 27. Aprilis 1708. §. Verum cor. R. P. D. meo Caffarello Almæ Urbis Gubernatore*; adhuc meminit quidem de pretio, sed de pretio relativo ad evictionem ibi: *non tenetur illi agnato de evictione etiam pretio habito*, videlicet non tenetur de evictione etiam proportionabili ad pretium habitum, quod certe erat æquissimum, longe enim differt vocabulum *evictio* a vocabulo *restitutio*, nam evictio deberi non potest, ubi æquitas, vel pactum repugnet, sed restitutio facienda est tamquam implicans acceptum sine causa, seu causa reducta ad non causam, ut de importantia verbi restituere notatum fuit etiam in prædicta *Romana Secretariatus Apostolici 3. Febr. 1700. §. Potissimum coram Rmo P. D. meo Molines Decano, et 7. Febr. 1710. §. Præcipue quia cor. R. P. D. meo Crispo*, & generaliter, sed tute, quod pretium, etiam
14 ubi nulla intret evictio vel de Jure, vel ex pacto, nequeat detineri citra causam, sitque semper, & absolute refundendum, sedulo monent, & firmant *Gratian. discept. 234. num. 5. et 9. Ciarlin. contr. 92. num. 24. Thomat. dec. 81. nu. 11. cum aliis abunde relatis concordan. in meo tract. de Commerc. disc. 60. nu. 26. Rot. in Romana Domus 16. Jun. 1690. §. Præterea non obstat cor. Rmo P. D. meo Molines Decano*.

Præter hæc observabam ego, (si licet) tamquam extensor, quod etiam ad litteram intrare posset promissio evictionis facta per Gabrielem, etsi restricta *ad datum, et factum suum tantum*, non ne enim ex dato, & facto Gabrielis, qui pretium injuste saltem ab effectu voluit detinere penes se in sua emptione, tolerare obstricta fuit Archiconfraternitas evictionem? non ne minime potuit se tueri Juribus, ac prætensionibus, & fundamentis sui cedentis, & retrovendentis, nempe ex causa stipendii ejus Professionis cum Principe Ludovisio conventi?, ut coruscat ex toties relata *Decis. R. P. D. mei Lancetta*, & de cetero quod interest aut differt ad verificandam evictionis promissionem, quem verbaliter contraxisse hypothecam, sive obligationem cum evincente, vel potius retinendo pretium absque causa sufficiente realiter, sive re ipsa favore ejusdem evincentis causasse evictionem; facta namque semper sunt quibuscumque verbis potentiora, Ju-
15 raque nostra passim, & pari passu admittunt obligationem, quæ nascitur ex contractu, seu quasi, vel quod est fortius, re ipsa per alicujus factum, sive non factum, ut inquit *Bald. in l. Paulus respondit ff. de rat. habendi. Gratian. discept. for. 181. n. 9. et 594. n. 20. Castald. consult. for. 130. num. 9., Torr. var. Jur. quæst. par. 2. quæst. 27. num. 10. et 11. et 20. Fontanell. dec. 50. num. 25. Rot. dec. 29. num. 6. cor. Ninot. dec. 280. num. 8. cor. Emer. Jun. et in rec. dec. 108. n. 10. par. 18. rec. cum aliis in Perusina Cambii 21. Junii 1709. §. Absque eo quod cor. me*.

Atqui ita de primo ad ultimum, vel de stricta Juris censura, vel de scripta, ab eodem Jure æquitate, vel demum ex littera promissionis resolutum fuit.

Utraque &c.

Colonien. Canonicatus primæ Gratiæ.

Mercurii 10. Decembris 1710.

ARGUMENTUM.

In Civitate Coloniensi vigore Constitutionum plurimorum Summorum Pontificum concedi solent aliqui Canonicatus illis, qui in Universitate dictæ Civitatis in singulis respective facultatibus pollent triplici prærogativa, Doctoratus scilicet, actualis lecturæ, & denique boni Testimonii Rectoris, & Provisorum ejusdem Accademiæ. Quomodo autem probari debeant primæ duæ qualitates fuse disseritur.

SUMMARIUM.

1. *Multiplicitas Beneficiorum, sive Canonicatuum est a Sacris Canonibus omnino interdicta.*
2. *Ordinarius eligere compellitur ad Parochialem magis idoneum ad regimen animarum.*
3. *Itaut superventa* Constitutio san. me. Divi Pii V. *tribuat facultatem appellandi ab irrationabili Judicio Episcopi.*
4. *Resignatarius pro exsequendis litteris resignationis nullum Jus habet a Resignante, sed illud immediate sortitur a Papa.*
5. *Qui solum ex honestate quodammodo compellitur non alias admittere resignationem, quam ad commodum qualificati vigore fundationis, vel Privilegii.*
6. *A faciliori incipiendum semper est.*
7. *Doctoratus justificatur ex testimonio Professorum de Gremio Universitatis.*

8. *Et*

8. *Et qua requirantur ad effectum assequendi Doctoratum, qui magnificus dicitur.*
9. *Qualitas Doctoratus, sive Lectoratus desiderata ad adipiscendum aliquod Beneficium necesse est, ut superveniat ante nactam possessionem.* Limita num. 15.
10. *Pracipue in Canonicatibus* primæ Gratiæ, *qui exsistunt in Civitate Coloniensi*, & num. 12.
11. *Prout etiam ad effectum assequendi Pralaturam relictam sub verbo illo* atto.
13. *Una ab altera Gratia multum distat.*
14. *Resignatio a Coadjutoria valde distat.*
15. *Consequi unusquisque potest gradum Magisterii, sive Doctoratus ad finem assequendi Beneficia, prasertim in Cathedrali Coloniensi.*
Item primam Tonsuram, seu Ordinem Sacerdotalem, si Beneficium id exigat.
16. *Ministro Universitatis, qui vulgo nuncupatur* Bidello *deponenti de re ad proprium officium spectante est valde deferendum.*
17. *Extremis probatis media facilius prasumuntur.*
18. *Probationes affirmativam justificantes sunt regulariter preferenda probationibus negativis.*
19. *Coarctatio negativa erronea dicitur, si illa totum tempus coarctandi non percutiat.*
20. *Frustratoria redditur concessio si ad actum postea perduci nequit.*
21. *Mens, & intentio Principis, aliorumque disponentium clarius evinci nequit quam ex proœmio legis, & dispositionis.*
22. *Locans operas suas tenetur illas facto continuo prastare.*
23. *Referuntur Universitates, in quibus adest Lectorum numerus prafixus, & alia in quibus talis prafixus numerus non adest.*
24. *Constitutio qualibet, sive lex, vel ordinatio oculos habet ad futura, non autem ad praterita, nisi aliud adversetur.*
25. *Observantia omnem perimit ambiguitatem, & amaritudinem.*
26. *Privilegia Pontificum non congruunt iis, quibus verba prolata per privilegiantes aptari nequeunt.*
27. *Lectores si per aliquod temporis spatium absque causa lecturam omittant, censentur desertores, & privilegia omnia amittunt.*
28. *Milites desertores deperdunt militaria privilegia.*
29. *Absens ex justa causa, & maxime pracognita, & approbata per Superiorem, habetur ac si prasens actualiter foret.*
30. *Privatio ferire nequit eum, qui per se non stetit, si aliquid facere neglexit.*
31. *Quod fuit sacrosancte ordinatum ad unum finem, trahi, & extorqueri non debet ad alterum.*
32. *Sac. Rota vigore celebris* Clementinæ Auditor de Rescript. *gerit figuram Superioris etiam Episcoporum, & majori quoque auctoritate fulgentium.*
33. *Et si renuat quis prastare consensum respondere solet, illum esse habendum pro prastito.*

DECIS. DXV.

Sacrarum, bonarumque litterarum, aliarumque laudabilium disciplinarum studia, quæ in celebri Academia, seu Universitate Colonien. non sine cunctorum plausu fervent, & florent, Apostolica sollicitudo trium Summorum Pontificum Bonifacii IX., Alexandri VI., & novissime glor. me. Innocentii XII. desiderio desiderans magis, magisque promovere, atque excitare, ut Principem decet, ad mentem *Textus in cap. Habita C. ne filius pro Patre cum ceteris apud Antun. de donat. Reg. lib. 2. cap. 22. num. 13.*, præ ceteris assignavit, & præfixit quamplures Canonicatus illius Civitatis, quos nuncupant *Prima Gratia*, iis, qui in eadem Universitate in singulis respective facultatibus pollerent triplici prærogativa, Doctoratus scilicet, actualis Lecturæ, ac denique boni Testimonii Rectoris, & Provisorum ejusdem Academiæ; Cumque unum de eisdem Canonicatibus sub anno 1706. sibi per viam resignationis obtinuisset conferri Joannes Henricus, obvium habuit, qui triplici e converso lancea adinstar Joabbi Gratiam ei præpedire, & consequtive ipsum in judiciali conflictu confodere satageret, sed inutili conatu, non enim dumtaxat proposita ab initio in Sacro Auditorio ipsarum litterarum resignationis exsequutione a R. P. D. meo Lancetta Joannes Henricus illico favorabilem reportavit sententiam, opportuna prius decisione communitam *sub die 13. Decembris 1709. coram eodem R. P. D. meo Lancetta*, sed & hodie incassum renovata aggressione super legitima, seu ulteriori earum exsequutione, unanimi Dominorum suffragio oraculum prodiit *affirmativum*.

Et quidem præ reliquis unus ex iisdem Dominis rationabiliter mirabatur, quare Joannes Henricus veteri, & hodierna contradictione vexaretur non habens legitimum contradictorem; Respectu enim Capituli sua non intererat ex oppositionibus infra differendis inquirere de qualitatibus, seu requisitis ad præscriptum memoratorum trium Pontificum, quæ tantummodo respiciebant ipsam Academiam, seu Universitatem, eadem ve-

ro Univerſitas licet a tergore informationum, quæ fuerant Dominis diſtributæ, appareret inſcripta pro adverſatia, & contradictice; nihilominus etiam ante expeditionem litterarum ejuſdem reſignationis epiſtolam ſcripſerat Eminentiſſimo D. Cardinali Prodatario, non ſolum per modum aſſenſus, ſed poſitivæ ſupplicationis, ut prædictæ litteræ reſignationis per Joannem Henricum poſtulatæ expedirentur, illarumque vigore ipſe mitteretur in poſſeſſionem Canonicatus, *Summ. novo ejuſdem Joannis Henrici nu.* 18. Michael tandem, qui fuerat a Rectore, & Proviſoribus iſtius Univerſitatis nominatus, incapax omnino videbatur obſiſtendi, cum non parum ſibi exuberare debuiſſet, ſi alios duos hujus generis Canonicatus detinebat contra expreſſam ſanctionem, ſignanter In-
1 nocentii XII., Sacrorumque Canonum, qui hujuſmodi multiplicitatem execrantur, ſicuti videre eſt *in Can. Pre yteros 16. quæſt. 1. per tot. in Can. Sanctorum 70. diſtinct., Cap. Dudum de elect., & in cap. Quia in tantum, & cap. De multa de Præbend., Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 17., Fagnan. in dicto cap. dudum num. 5., & ſeqq., et in dicto cap. quia in tantum num. 2., et ſeqq., Cardinal. de Luc. de Benefic. diſc.* 119. *num.* 1., & latius apud *Adden. ad dec. 90. a num. 20., et pluribus ſeqq., et num. 154. par. 9. recent.*

Præmittebat quoque ultra hæc idem unus ex Dominis, quod nec etiam ita rigide procedendum videbatur in examine prædictorum requiſitorum, dum de illorum defectu minime, ut diximus, Univerſitas, ad quam pertinuiſſet, conquerebatur; Cumque ageretur non jam de diſcutiendo inito concurſu ad aliquam Parochialem, quo caſu ad præſcriptum *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 18. de*
2 *reformat.* Ordinarius compellitur eligere magis idoneum ad regimen Animarum, ita-
3 ut ſuperventa etiam *Conſtitutio ſa. me. Beati Pii V.* tribuat facultatem appellandi ab irrationabili Judicio Epiſcopi, ad ſæpe per *Sacram Rotam diſceptata, et præſertim in dec. 5. num. 10., et deciſ. 24. num. 5. coram Celſ., et deciſ. 477. num. 1., et ſeqq. par. 18. recent., et in Lunen. Sarzanen. Parochialis 2. Julii 1706. §. Fundabatur coram Reverendiſſimo Omanna Epiſcopo Giennen., et in Comen. Parochialis 10. Januarii 1707. §. Ratio coram R.P.D. meo Caffarello, ac in Placentina Parochialis 25. Februarii 1707. §. Ceterum coram Me*, & paſſim in aliis.

Cum enim in rei veritate verſaremur ſimpliciter in exſequendis litteris reſignationis, per Matthiam Canonicum perantea Poſſeſſorem exaratæ de controverſo Canonicatu ad favorem Joannis Henrici, & deinceps admiſſæ per Sanctam Sedem, Joannes Henricus Reſignatarius in hoc caſu, neque ullum Jus habere cenſebatur ab eodem Reſignante, vel ab ipſa Univerſitate, ſed illud immediate ſortiebatur a Papa, qui ſolum ex honeſtate quodammodo urgebatur, non alias admittere reſignationem, quam ad commo-
4 dum Qualificati, vigore fundationis, vel Privilegii, aut alias modo legitimo, ut ad terminos primæ propoſitionis unanimiter advertunt *Mandoſ. ad reg. Cancell. 33. quæſt. 7. num. 8., Pariſ. de reſignat. lib. 1. quæſt. 1. num. 64., et quæſt. 2. num. 13., et 14., Lotter. de re Beneſ. lib. 1. quæſt. 40. num. 14., Caſſador. dec. 15. num. 1. de Præbend., Rot. dec. 306.*
5 *num. 6. par. 10., & dec. 27. num. 2. par. 15. rec.*, & quoad ſecundam notant per *Text. in cap. Pervenit. in fin. num. 11. quæſt. 1., Can. Ecce 9. diſtinct., Pariſ. de reſignat. lib. 3. quæſt. 1. num. 17., & 18., Gonzal. ad regul. 8. §. prima proœm. ex n. 31., & pluribus ſeqq., et n. 49., et 50., Franch. de Eccleſ. Cath. cap. 6. num. 24. 25., et 34., et var. reſol. cap. 33. a num. 4., et plur. ſeqq., Rota dec. 775. a n. 20. cor. Merlino.*

Ceterum præciſive etiam ab his, & ab omni epichæia, ſeu diſcurſu æquitativo, proſequebatur idem ex Dominis, immo alii etiam omnes citra ambiguitatem de ſtricta quoque Juris cenſura ſolide, ac firmiter cenſebant, nullum Joanni Henrico deeſſe requiſitū ex jam prænarratis: Incipiendo enim
6 a faciliori, ut monet *Imperator ſub tit. Inſtit. de Juſt., & Jur. §. His igitur, ibique notat. gloſſ. marginalis verb. levi*, nimirum in ordine ad Doctoratum, Joannes Henricus nimis aperte decorabatur triplici laurea, una nimirum Utriuſque Juris in Romano Archygimnaſio, & inibi pariter altera Sacræ Theologiæ, & denique tertia in utroque pariter Jure laudabiliter ſuſcepta in ipſamet Univerſitate Colonienſi, prout de his omnibus patebat expreſſe per Teſtes omni exceptione majores, & ex claſſico Teſtimonio, ac documento Profeſſorum de Gremio earum-
7 demmet Univerſitatum, *Summ. novo ejuſdem Joannis Henrici nu.* 1. & 2., & præſertim 3., ex quibus pluſquam abunde juſtificari gradum adepti Doctoratus, late comprobat *Maſcard. de Probat. concluſ. 528. per tot. lib. 1. cum aliis in præfata dec. 13. Decembris 1709. §. Quantum enim cor. R. P. D. meo Lancetta, & in alia Colonien. Regentia 18. Junii 1706. §. Nec quidquam in fin. cor. R.P.D. meo Scotto.*

Licet namque unus Doctoratus proculdubio ſat eſſet, & maxime conquiſitus in eadem Univerſitate Colonien. præcipue ad finem, de quo tractabatur, nihilominus Joannes Henricus videbatur quo ad hoc ſuperlative concupiviſſe quodammodo etiam in aliis

facul-

facultatibus, in alia Universitate publica tertium subire experimentum, quod maxime pro magnifico habetur etiam penes A-
8 tletas, ficut rescripsere Cæsares *in l. unica C. de Atletis cum ceteris allatis in illa Papien. Præpositura cor. Me inter impress. dec.* 64. n. 14.

Descendendo autem ad secundum requisitum Lectoratus, quamvis præcedenter in altera Instantia ejusdem defectum incusando, dupliciter illud Scribentes in oppositum redarguerent, tum scilicet ex eo, quod exstitisset a Joanne Henrico quodammodo in fraudē, seu ad solum finem assequendi Canonicatum pendente lite usurpatus tam Doctoratus, quam Magisterium, seu lectura, tum etiam ex eo, quod de hujusmodi assumptione magisterii, & lecturæ minime doceretur tempore opportuno, nimirum ante consequutionem ipsius Canonicatus, quamvis namque regulariter de reliquo qualitas hæc, sive Doctoratus, sive Lectoratus desiderata ad adipiscendum aliquod Beneficium sufficiat de jure, quod supervenerit ante nactam
9 possessionem, quemadmodum signanter in proposito Doctoratus liquet ex allatis per *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancel. gloss.* 15. *n.* 111. *& seqq. cum concord. adduct. per Card. de Luc. de Benef. disc.* 52. *n.* 12., *& dec.* 31. *n.*
10 29. *par.* 10. *Rec.*, & in specie eorumdemmet Canonicatuum primæ Gratiæ ab initio existimaverat *Rot. in decis.* 89. *cor. Ubago & dec.* 776. *par.* 18. *Recent.*, *& demum in altera Colonien. Canonic.* 7. *Februarii* 1696. *cor. Muto*, & ad explicationem aptitudinis, seu verbi *atto* pro munere Prælaturæ conse-
11 quendo censuit *Rot. in Romana Prælatura de Vecchiarellis super fructibus* 3. *Decembris* 1703. §. *Hinc autem cor. Eminentiss. Caprara*, *et* 12. *Martii* 1706. §. *Inutiliter*, *et seqq. cor. Me*.

Nihilominus (sicuti prosequebantur iidem Scribentes pro Capitulo) ab hac sententia uberius postea trutinato, atque discusso tenore Apostolicorum Privilegiorum, & præcipue illo Innocentii XII. quod prodierat cohærenter ad resolutionem Sacræ Congregationis Particularis Concilii ad hunc effectum deputatæ, *ut in Summ. novo Capituli nu.* 1. successive Tribunal recessit, existimans, non sufficere habitum, sive actum proximum ex post quasi per viam conditionis resolutivæ, sed desiderari lecturam præcedenter per modum suspensivum a parte ante videlicet ante obtentionem hujusmodi Ca-
12 nonicatuum, quemadmodum latissime elucebat firmatum in hac ipsa *Colonien Canonicatus primæ gratiæ* edita occasione præteritæ vacationis 4. *Februarii* 1699. *cor. R. D. P. meo Scotto* rursus confirmata 15. *Junii ejusdem anni cor. eodem*.

Verum neutrā injectam amaritudinem Domini per umbram crediderunt congruere, seu nocere posse Joanni Henrico: quatenus etenim pertinebat ad magisterium, seu lecturam assumptam, ut asserebant pendente lite, suppositum vacillabat in radice, cum nullibi penderet tunc temporis ulla lis, ulla controversia super exsequutione litterarum hujus præsentis resignationis, sed tantummodo adesset fortasse querimonia super altera exsequutione antecedentis Coadjutoriæ, cui non adhæsit postmodum amplius Joannes Henricus: Quantum vero differat
13 una ab altera gratia, seu disceptatione, nemo non scit, præsertim qui non ignorat, quātum distet resignatio a Coadjutoria sicuti pa-
14 tet ex traditis per *Garz. de benef. par.* 11. *cap.* 3. *n.* 275. *Gonzal. ad regul.* 8. *gloss.* 5. §. 9. *nu.* 69. *et* 72. *Leo in Thesaur. fol. Eccles. cap.* 19. *a n.* 48. *Murg. de benef. quæst.* 3. *n.* 1161. *Rot. cor. Put. dec.* 108. *n.* 2. *lib.* 2. *et dec.* 10. *n.* 5. *par.* 3. *divers.*

Quo vero ad alteram partem prætensæ fraudis, adepti nimirum tam Doctoratus, quam Magisterii, seu lecturæ intuitu (ut subdebant) assequendi hodiernum Canonicatum contra litteralē prohibitionē expressam in *Constitut. Clement. unica de elect.* in qua Pontifex, *ne ambitionis vitio via pateret*, vetat suffragari posse Religioso licentiam reportatam a suo Superiore, *ut electioni*, *vel provisioni, si quando contigerit fieri, suum dare posset assensum*, facile responsum fuit, quod quidquid esset de vero intellectu memoratæ Clementinæ, multipliciter inibi attributo
15 per *Glos. Et scribentes*, & an eadem coarctetur ad meram electionem inter Religiosos, in quibus terminis ambitio, ut ibi ait eadem *Glos. verb. ambitionis*, sæpe Religiosorum oculos excæcat, certe in ordine ad Beneficia secularia hujusmodi prohibitio nequaquam progreditur, aut ad ea subextenditur; jam enim citra inutilem repetitionem exemplorum, quæ in contrarium ostensa fuerunt in præcedenti instantia, seu in prælaudata *decis.* 13. *Decembris* 1709. *coram R. P. D. meo Lancetta*, videlicet de iis, qui tonsura initiantur, aliasque qualitates adipiscuntur, ut queant ad Beneficia præsertim Patronata promoveri, seu de iis, qui Sacerdotali caractere curant insigniri pro obtinendo Beneficio, cui annexus reperiatur Sacer hic ordo, necnon de iis, qui per Privilegium satagunt assequi civilitatem hujus, vel alterius loci pro induenda qualitate necessaria ad

hæc, vel illa Beneficia consequenda; Nonne continuo nos docet experientia, quod passim pro assumptione longæ præstantioris gradus Episcopalis, signanter in Germania, ubi canonicæ practicantur electiones Episcoporum, impetrantur a Summis Pontificibus præventiva Indulta eligibilitatis, vel alterius dispensationis ab aliquo impedimento, absque quod subsequutæ electiones postea sub hoc prætextu fraudis, & ambitionis per imaginationem arguantur, aut irritentur, contra tradita per *Fagnan. in cap. dudum 54. de elect. num. 29.* dicuntur etenim potius in hoc casu tales solliciti prævenientes in induendo vestem nuptialem Jure suo uti, & si velimus improprie dicere dolose, dolo saltem bono, non malo, quive idcirco potius in laudabilem vertitur industriam omni Jure licitam, ut integrum desuper perficiendo tractatum ostendit *Cæsar Bargaleus de dolo*, quemadmodum adamussim evenit, non egrediendo terminos Coloniæ in similibus Indultis eligibilitatis a sa. me. Innocentio XI. ceterisq; Successoribus concessis ad finem replendi Cathedram Colonien., & postea Leodien. Celsissimo hodierno Electori, super quo ego tunc sa. me. Innocentii XII. Auditor adscitus in Sac. Congregatione Consistoriali particulari votum signanter super validitate ejusdem eligibilitatis edidi, quodve habebitur registratum *in additione ad decis. 85.* mox Deo dante imprimenda, & magis in specie de illo, qui ad finem præcisum consequendi Beneficium, seu alterum Canonicatum huncmet ipsum gradum Magisterii, seu Doctoratus adeptus fuerat anticipate, liquet in una *Frisingen. Canonicatus 4. Junii 1692. §. Neque obstat cor. R̃mo D. meo Molines Decano*, successive approbata *sub die 5. Julii 1694. §. Non obstat assumptum coram R. P. D. meo Priolo*.

Pari facilitate visum fuit interverti alterum objectum deficientis necessariæ, & opportunæ, ut supra lecturæ: Siquidem circa justificationem lecturæ in genere perantea exercitæ a Joanne Henrico, nefas quodammodo erat dubitare, non tantum quia jam præcedens proxima redargutio in ordine ad nimiam industriam, seu fraudem obtenti Doctoratus, & Magisterii lecturæ per subintellectum omnino necessarium antecedens secum trahebat hypothesim, seu suppositionem ejusdem Magisterii, & lecturæ, certo certius impletæ, & nihilominus de hujusmodi veritate nimis aperte effulgebat: constabat etenim Joannem Henricum per tres menses aute cum dimidio cæpisse jam publice exercere lecturam, & ad hunc effectum schedulam notificatoriam de more publice exponi, & affigi curavisse, *Summ. novo Joannis Henrici nu. 7. litt. A. cum quinque seqq.* ubi præ ceteris exhibita quoque fuit attestatio, seu depositio illius hisce Universitatibus inservientis Ministri, qui communi-
16 ter nuncupatur *Bidello*, & cui etiam particulariter tamquam testanti de re ad sui officium pertinente deferendum esse nemo dubitat, teste *Rota cor. Merlin. in dec. 839. n. 1., & cor. Dunoz. Jun. dec. 334. pariter num. 1., & in recen. dec. 129. num. 11. par. 8.*, & alibi quotidie.

Circa autem perseverantiam abinde, seu continuationem lecturæ nusquam interpolatæ *sub eodem Summario* tradebantur plenæ pariter attestationes, quando tamen sat esset extrema fuisse demonstrata, ut media præ-
17 sumerentur, præsertim in sponte assumente ad hunc præcisum effectum facultatem juridicam legendi, *ad reg. Text. in cap. inter dilectos de fid. Instrum. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 36. num. 1., & seqq. lib. 6. Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 57. nu. 35. Rota coram Dunox. Jun. decis. 809. num. 2., & in recent. dec. 46. num. 23., & dec. 102. num. 9. par. 10.*, & recte etiam ex post facto idipsum implevisse demonstravit memorata antecedens decisio *13. Decembris 1709. §. Respectu secundi coram R. P. D. meo Lancetta*.

Nullum penitus scrupulum injicientibus prætensis diligentiis, quæ dicebantur exaratæ per quemdam Notarium ad finem reperiendi Jo. Henricum in Cathedra, sive in actuali lecturæ exercitio; quoniam præter præclaras justificationes, ut præmisimus a Jo:
18 Henrico jam exhibitas in contrarium, & quæ veluti probantes statum affirmativum, præferendæ procul dubio regulariter videbantur assertis probationibus negativis, secundum passim animadversa per *Rotam cor. Coccin. in dec. 2012. num. 10., & dec. 2030. num. 23., & 24., & coram Bich. decis. 138. num. 15., & in recent. dec. 156. num. 9. par. 6.*

Attamen (licet hæc ex abundanti) eæ diligentiæ convincebantur erroneæ, & prorsus inefficaces ad hanc negativam asserendam cum apparerent factæ de mane, quando fuerat Jo. Henrico assignata hora legendi post
19 meridiem, sicuti a pari, erronea, vel inefficax dicenda foret prætensa coarctatio alterius cujuscumque negativæ, si illa totum tempus coarctandi non percuteret, & includeret per *Text. in §. Item verb. in fin. instit. de inutil. stipul. Bald. in leg. optimam sub num. 8. vers. ibi die, id est tota, C. de contrahen., et committen. stipulat. egregie Jo. Andr. in cap. ex tenore verbo SEMPER, et verbo commora-*

vatus extr. de testib. Pacion. de prob. lib. 1. cap. 40. nu. 8., et 9. Rota coram Coccin. dec. 2292. num. finali,

In ordine tandem ad subalternantem exceptionem, quod recens hæc lectura minime suffragaretur, ex quo Summorum Pontificum intentio exstitisset hisce gratiis, & favoribus prosequi Lectores Veteranos, & ob id annuo perantiquo emeritos stipendio, vel saltem specifice approbatos ad hunc positivum effectum legendi ab Universitate, ejusque Rectore ad normam eorumdem Statutorum Universitatis, utique partiendo objectum illud respectu approbationis, in præceps ibat ex tenore solius Doctoratus ipsi Henrico attributi cum successiva assignatione horæ; quidquid enim dicendum foret de exteris Doctoribus, quorum respectu verificari poterant Statuta interdicentia, ne quis legere posset, nisi exstitisset approbatus ab Universitate, seu mavis, conductus, profecto hoc minime congruebat Laureatis in eadem Universitate, frustratoria etenim fuisset illa potentia expresse per Universita-
20 tem largita in concessione Lauree, & Magisterii, si ad actum postea reduci nequivisset, resistente notorio desuper axiomate, de quo in cap. olim 16. ibique gloss. verb. Inanis de restit. spoliat. Marant. respons. 47. num. 20. par. 4. cum ceteris frustra cumulandis.

Itidem corruebat objecta intentio Summorum Pontificum ex simplici lectura eorumdem Privilegiorum, quæ si majores nostri disceptarunt, & crediderunt suffragari Doctoribus post assequutum Canonicatũ ad legendum paratis, certo certius magis potius supposita etiam necessitate præcedentis Lecturæ prodesse ad eumdem effectum debebant novis Lectoribus gratis, & absque mercede studium, & operam navantibus; verba etenim præmissorum Indultorum, & signanter Alexandri VI. proœmialiter satis explicabant Causam impulsivam destinationis horum Canonicatuum, quia nempe *ex Dei munere crescente Universitate in Doctoribus, et Magistris*, Universitas non habebat pecuniam providendi omnibus, hinc loco pecuniæ effectivæ, consumptæ in ceteris exsistentibus, gratia concedebatur consequu-
21 tionis horum Canonicatuum, nullibi enim clarius, & potentius mens, & intentio memoratorum Principum, aliorumque disponentium comprehenditur, quam ex proœmio *Constitutionis*, *et Legis*, ut advertit Barth. in leg. Ambitioso num. 27. ff. de decr. ab ord. facien., et in leg. fin. num. 3. ff. de hered. instituen., Decian. consil. 72. num. 49. lib. 2., Rot. cor. Buratt. dec. 543. num. 11., et coram Merlin. dec. 558. num. 3., et coram Ottboben. dec. 229. nu. 14., et 15., ac in recent. dec. 466. num. 1. in fine par. 1. necnon decis. 612. nu. 5. par. 2. recent.

Fortius, quia id ipsum præseferebant etiam verba posita in visceribus ipsius successivæ, & veræ dispositivæ ordinationis Alexandri VI. ibi = *ut eo promptius ad hujusmodi laudabile exercitium excitentur*; non enim excitare oportuisset vigilantes, seu vigiles esse de-
22 bentes, prout erant, & sunt antiqui stipendiati, qui de cetero accepto stipendio locarunt operas suas, & ob id tenentur illas ex post facto continuo præstare, ut est necessitas & natura ordinariæ cujuslibet locationis, & conductionis, de qua est *Textus in leg. si quis §. Judicium ff. de oper. libertor.*, *ubi habetur, quod opera incipiunt cedere postquam fuerunt indicta Dec. cons. 27. num. 5., et seqq.* cum aliis per Rot. in decis. 62. num. 2. post. Z. acc. de Salar.

Et sane si finis prædictorum Indultorum exstitit incrementum numeri Lectorum, numerus iste nusquam augeretur, semperque foret idem, prout totidem semper sunt Lectores stipendiati, totidemque pariter sunt Lectores plurimarum Universitatum, quæ certo numero Doctorum fixo solum replentur, exempli gratia, Romæ, Pisæ, Papiæ &c. sed non sic est in Lecturis, & magisteriis minime numeratis, ut in plerisque aliis contingit Universitatibus, prout signanter in hac ipsa Universitate Colonien., Bononiæ, & Perusii cum similibus, in quibus potest numerus quotidie augeri per Concursum, seu additamentum supervenientium etiam gratuito, & spontanee Legentium, veluti qui juxta formulam Doctoratus sortiti facultatem legendi volunt in illa Genitrice Universitate legere propriis militando stipendiis, fortasse ad finem successive assequendi unam ex Cathedris, cui foret certum sti-
23 pendium per speciem certæ Præbendæ assignatum, ad instar eorum, quæ in proposito habemus, & ad effectum emolumentorum continuo disputata in discernendo, an aliqua Ecclesia exsistat numerata necne, de quibus videre est penes Abb. in cap. Cum M. Ferrariensis de constit. cum concordan. collectis per Barbos. de Canonic. cap. 3. num. 13., et seqq., & per Card. de Luca de Regular. disc. 18. num. 5., et 8., et Canonic. disc. 6. num. 3., et seq., et disc. 36. num. 2. vers. Altera est.

Consonabant in idem verba Bonifacii IX. ibi = *quod quando hujusmodi Canonicatus, & prebendas fuerint adepti, in ea facultate, in qua Magistri extiterint, vel Doctores in prædicto studio continuo legere teneantur*, ex hac quip-

pè forma loquendi clara nimis emicabat intentio alliciendi novos Lectores ad labores futuros, non autem tribuendi præmia præteritis, & antiquis Doctoribus, quando abstractive quoque juridicum est principium,
24 quod nisi aliud adversetur, quælibet Constitutio, lex, & ordinatio oculos habeat ad futura, non autem ad præterita, ad *Textum in cap. ultim. de Constit. l. Leges C. de legib. cum concordan. relatis per Joannem de Salas. de l. quæst. 97. tract. 14. disput. 21. sect. 7. n. 17. & 18. Card. de Luc. de alienat. disc. 2. n. 11. & disc. 25. nu. 3. Rota post Merlin. de pignor. dec. 35. n. 9. cor. Coccin. dec. 680. n. 3.*

Accedente præsertim pro Coronide illa quarumcumque dubietatum interpretratrice observantia usque dum practicata, & subsequuta, eaque non tantum affirmativa, sed etiam negativa; negativa siquidem, quia nec eadem Universitas nominando prætensum, ut supra Adversariũ habuit respectum ad emeritum Decanum *Rlæy*, qui secundum Confessionem ejusdem Univesitatis emissam in contentione Coadjutoriæ numerabat 20. annos exercitii Lecturæ, quinimmo hosce etiam Canonicatus contulit promiscue Lectoribus, tam veteribus, quam novis, quod-
25 que plus est, etiam non Doctoribus, nec Lectoribus, quod utique tollere omnem, si qua adesset, amaritudinem, jam ostendit antecedens *dec. dicti diei 13. Decembris* 1709. §. *Et hæc omnia cor. R. P. D. meo Lancetta*, & ante eam in iisdem terminis *Rot. cor. Ubago dec. 89. n. 12. & dec. 766. n. 3. par. 18. Recent., & in prædicta Colonien. Canonicatus prima Gratiæ 2. Junii 1698. §. Incalescit cor. bon. mem. Muto.*

Omiseram, quod magnus, & inanis rumor fieri videbatur super eo, quod signanter Diploma Alexandri VI., uti patebat ex verbis sub *litt. Q.* reassumptis in prædicta resolutione Sacræ Congregationis Particularis Concilii, & in novissimo Brevi Innocentii XII. sub *litt. H.* privabat istis Canonicatibus eos, *qui per tres menses continuos absque legitima causa per Rectorem, & Provisores approbanda a legendo cessarent*: quare pernecesse consequebatur Summos omnes Pontifices intellexisse Gratiam facere veteribus, & non novis Lectoribus, quorum rari essent, qui vel tamquam voluntarie militantes, seu legentes non possent absque ulla quoque causa abscedere, vel obligati forent Rectori, & Provisoribus expetere Licentiam, seu ejusdem Causæ approbationem, maxime per tantum temporis spatium, nempe trium mensium, quando brevior Lectura secundum prætensionem memorati Henrici superabundabat ad finem adipiscendi hos Canonicatus, alias namque non verificaretur regula correspectiva eorum, vel certe non congruerent Privilegia Pontificum iis, quibus ver-
26 ba prolata per Privilegiantes aptari non poterant, & convenire ex ponderatis per Scribentes in *cap. Porro in fin de privileg. Innoc. in cap. Dilectio de offic. Archidiac. Rota cor. Buratt. dec. 417. n. 1. et in Rec. dec. 8. n. 7. par. 8., et dec. 195. n. 4. et 5. par. 11. et dec. 238. n. 12. par. 14. et dec. 383. n. 5. par. 18. tom. 1.*

Siquidem iste discursus, ista ratiocinatio, quinimmo vera Summorum Pontificum intentio diversum percutiebat finem, & effectum desiderandi videlicet, præcipiendique, ne
27 possent Lectores concurrere, qui *actu* non legerent, cum pie omittendo lecturam per tres menses absque Causa possent censeri desertores, ita Pontifices intenderunt, eos amittere attributa ipsis privilegia, sicuti de-
28 perdunt militaria Milites, qui ut supra nuncupantur Desertores *Teste Juris Consult. in l. desertorem et l. non omnes, et l. omne crimen ff. de re militari, l. defunctorum C. eodem titulo lib. 12. cap. Infames 6. quæst. 1., Farinac. quæst. 113. n. 7., & in Fragmen. crimin. verb. miles n. 205. de Luc. de Benef. disc. 68. n. 6.*, & in proximis terminis sic exemplificando firmat *Lotter. de re Benef. lib. 3. quæst. 27. n. 77.*

Et e contra parum æquitati congruebat, quod relinquentes lecturam etiam per tres menses & ultra, ex justa tamen causa a Superioribus approbata, Subirent jacturam assequendi, vel retinendi ipsos Canonicatus;
29 quoniam absens, & impeditus a quolibet munere ex justa causa, & maxime præcognita, & approbata per Superiorem, habetur ac si præsens actualiter foret, ut testatur *Bartbol. in l. ultima n. 3. ff. de in integr. restit. Abb. in cap. inter quatuor sub nu. 4. de Clericis non residentibus, Lotter. de re benef. dicta quæst. 27. d. n. 77., & n. 122. & seqq. lib. 3. Card. de Luc. de Benef. dicto disc. 68. n. 10. & de Canon. disc. 12. n. 8. & 9. Rota cor. Seraph. dec. 662. n. 2., & dec. 1131. n. 2., et cor. Bich. dec. 257. n. finali, et dec. 243. itidem num. finali par. 6. rec.*

Ast hæc omnia utique dumtaxat singulis referendo revera applicabantur Canonicis, & Rectoribus antiquis, quibus comminabatur, & respective condonabatur pœna privationis, quemadmodum enim illi, quamvis sufficienti stipendio jam conducti, petitui inhiabant privilegio concesso magis, vel principaliter novis, & ut ita dicamus supernumerariis Lectoribus, dum hi ex supra animad-

mad versis solidius apparebât exstitisse Causa privilegii, obstringebantur actu legere, vel data integra absentia trium mensium monstrare licentiam, & approbationem Superiorum. Novis vero sat erat actu prius legisse, sese que paratos esse ad legendum in sempiternum, licet per accidens a minori, vel majori spatio initiū legendi metirentur, ideoque retorquendo argumentum Novos
30 a contrario ferire non poterat inflicta privatio, quando per eos non steterat, quominus per amplius tempus legissent, juxta firmata *per Barthol. in l. prima §. Divus n.17. vers. si vero de offic. Assess.*, & in præcisis terminis Lectorum, & Professorum, *Card. de Luc. de Tutor. disc.18. num. 4. et 5. Zacch. de Salar. quæst. 21. nu.* 10. & generaliter *quæst.* 103. *n.* 11. *de Marin. resolut.* 313. *per tot. lib.* 1., qui alios innumeros referunt, *Rot. cor. Duran. dec. 53. n. 4., et coram Caval. dec. 520. per tot. et dec. 330. n. 3. par. 1. rec.*

Itaque sensus minime videbatur esse, quod prædicta verba privationis starent ad inclusionem Veterum, & exclusionem recentium Lectorum, sed palpabatur apposita ad confirmandam solummodo volitam actualitatem Lecturæ, ejusdemque Lecturæ inceptæ futuram durationem, cui dispensative duntaxat subrogabatur licentia, proindeque stantibus præcipue demonstrationibus aliarum Partium eorumdem Privilegiorum, quas su-
31 perius patefecimus, nullo modo quod fuerat Sacrosanctę ordinatum ad unum finem, debebat ad alterum trahi, & extorqueri, contra notissimam propositionem, de qua in specie apud *Rotam dec. 21. n. 2. de Præbend. in novis Egydius dec.* 751. *nu.* 10. cum reliquis relatis in individuo Privilegii *in decis.* 514. *n.* 14., *et* 15. *cor. Coccin.*

Super tertio requisito parvam Domini moram trajecere, videlicet super prætensa deficientia Testimonii Rectoris, & Provisorum Universitatis in Personam Joannis Henrici, non tantum quia objectum ruebat in facto, dum exadverso exhibitis per eumdem Henricum toto ejus *Summario nu.* 18. deinceps Rector Provisoresque cum tota Universitate solemniter cum quatuor facultatibus congregata consensum præstitit apud Sanctam Sedem in Dataria Apostolica ut litteræ resignationis favore ipsius Henrici expedirentur, atque successive exsequutioni demandarētur; verum ad tollendum omne, ut ita dicamus phantasma ambiguitatis, concurrebat, immo penitus verificabatur plusquam eminenter testimonium exoptatum pro tertio requisito a Summis Pontificibus, quod non poterat esse, nisi illud a Divo quoque Paulo desideratum in littera prima ad Timotheum *num.* 10., *in operibus bonis testimonium habe*: hodiernum namque Summarium allatum ab ipso Henrico erat refertum tot testimoniis geminatis Reverendissimi Nuntii Sanctæ Sedis, ornamentis, & prærogativis Collegiorum, necnon studiorum etiam in *nostro Sac. Auditorio penes bo.me. Emerix Decanum*, ac denique deputationis ad Consiliariatus, Judicaturas Tribunalium Ecclesiasticorum, aliaque munera, & officia a Serenissimis Electoribus, quæ forsan superabundassent, non solum pro simplici Canonicatu, prout hic, sed pro alio Pontificali munere in Ecclesia, itaut quando etiam ex opposito ipse Rector, totaque Universitas denegassent tradere tale testimonium, & consensum, ut-
32 pote nihilominus ex præmissis ad evidentiam injuste denegatum, Sac. Tribunal, quod vigore celebris *Clementinæ Auditor de rescript.*, gerit figuram Superioris etiam Episcoporum, & majori quoque auctoritate fulgentium, recte valuisset respondere, quodlibet testimonium, & consensum in
33 præsenti casu habendum fore pro præstito, ad terminos familiaris, & continuo similis practicati remedii in subselliis Judicantium, uti connotarunt *Abb. in cap. Cum dilectus de Jurepatr. Card. de Luc. de servit. disc.* 107. *num.*7., *& de dot. disc.* 1. *num.* 18., *& de Jurepatr. disc.* 44. *num.* 3., *& de Canon. disc.* 1. *num.* 9. *Rota coram Mantic. decis.* 238. *nu.* 4. *coram Gregor. dec.* 117. *num.* 8., *&* 9.

Atque ita a primo ad ultimum, eversis omnibus obicibus, absolute Domini rescripserunt = *Procedendum esse ad legitimam exsecutionem.* Uttaque &c.

Albanen. Sponsalium super Censuris.

Lunæ 15. *Decembr.* 1710.

ARGUMENTUM.

Ad Censurarum fulminationem deveniendum non est ad effectū cogendi Sponsam ad contrahendum per verba de præsenti matrimonium, quando eadem Sponsa, vel expresse fassa fuerit coram Ordinario, se velle potius Carceres, & Censuras subire, quam matrimonium contrahere, vel quando habet justam, ac legitimam causam resiliendi: Quæ autem dicatur justa causa renuendi, habes fusius in Decisione, ubi etiam Nonnullorū opinio affertur, quod si Sponsalia non fiut jurata rigorose non obligent, & late etiam examinantur, atque inter se conciliantur bini *Textus Canonici in cap. Ex Litteris, & cap. Requisivit* primum *Alexandri III.* secundum *Lucii Papæ* pariter *III. de Sponsal.*

SUM-

SUMMARIUM.

1. *Sponsa, sive Sponsus si recusent Matrimonium contrahere possunt remedio censurarum juxta Sacros Canones compelli.*
2. *Sac. Rota contra Refractarios mandatorum, seu exsequutorialiū relaxare solet censuras in aggravatoriis, seu declaratoriis.*
3. *Idemque facit A. C. in vim obligationis cameralis contra solvere jurata debita detrectantes.*
4. *Vel pensiones Ecclesiasticas a Summo Pontifice sub præventiva comminatione earumdem censurarum in casu reluctantiæ reservatas.*
5. *Et licet hæc omnia practicari soleant quoties ita exigat justitia, temperanter autem Ecclesia eadem arma administrat, & quomodo.*
6. *Sponsa raro est sub censuris cogenda ad contrahendum matrimonium, sed potius monenda.*
7. *Conciliantur in hac materia Censurarum* Text: in cap. ex Litteris, & cap. Requisivit de Sponsal.
8. *Sponsus post copulam sub promissione, sive sponsione contrahendi matrimonium non excusatur a postea ineundo idem effectivum matrimonium ob quamlibet causam, & præsertim inimicitiæ suborta inter consanguineos.*
9. *Nisi quoties ulterius cum altera Muliere matrimonium in faciem Ecclesiæ contraxerit, tunc enim non irritatur secundum matrimonium per Sponsalia, & copulam præcedentem.*
10. *Justitia causæ ad effectum resiliendi ab initis Sponsalibus remittitur religioni, & arbitrio Judicis.*
11. *Quod procedit etiam circa justam causam litigandi, quæ excusare potest a refectione expensarum.*
12. *Legitima causa abstinendi a coactione reputatur non interventus Sponsæ celebrationi sponsalium, & defectus juramenti ab eo præstiti.*
13. *Contrahens Sponsalia, sive jurata, sive non, cogitur regulariter etiam per censuras contrahere matrimonium per verba de præsenti;* Limita n. 16.
14. *Citati* Text. in cap. Ex Litteris, & cap. Requisivit de Sponsal. *magnum constituunt fundamentum super importantia juramenti.*
15. *Contractus, & promissiones exarata per minores non attenduntur, sed roborata juramento ipsos affligunt.*
16. *Sponsalia si non sint jurata rigorose non obligant.*
17. Text. in cap. Ex Litteris *loquitur de masculo*, cap. *vero* Requisivit *loquitur de Femina, & sic mitius inceditur si resipiscentia proveniat ex parte Mulieris.*
18. *Mulieres enim quanto magis ab initio sunt mobiles, & pronæ ad assentiendum.*
19. *Eo ex post pertinaciores fiunt.*
20. *Ecclesia facilius se abstinet a coactione, mitiusque incedit, si mulier protestata fuerit se potius carceres, & Censuras subire, quam nubere alicui.*
21. *Quæ dicatur justa causa in Muliere resiliendi a contrahendo matrimonio de præsenti*, & num. 25.
22. *Feminæ sicuti amari summopere cupiunt.*
23. *Ita spretæ tantam concipiunt iram, ut insanire videantur.*
24. *Mutuus assensus recedendi a Sponsalibus inducitur si nulla fuit facta reclamatio actui judicativo recessus ab eisdem Sponsalibus.*
25. *Unumquodque dissolvitur eo vinculo, quo colligatum est.*
26. *Censuras relaxat Ecclesia ad eum tantum finem ineundi experimentum, itaut si Sponsa post Ordinarii monitiones renuat, ad illarum fulminationem non est deveniendum.*
27. *In matrimonio spirituali coactio licita non est, & sufficit Ordinarii exploratio ad hunc effectum adhiberi solita.*
28. *Quod procedit etiam in Matrimonio Carnali.*
Cum de uno ad alterum Matrimonium valeat similitudo, & illatio.

DECIS. DXVI.

Quemadmodum contigit in illa celebri *Viennen. Matrimonii* acriter exagitata inter duos nobilissimos Magnates, & Principes, *Sacrum quidem Auditorium sub die 25. Junii 1703. cor. R. P. D. meo Scotto* censuit *constare de Sponsalibus*, sed exitu, seu consequutivo effectu postmodum in substantia parum felici, quia non ob id subsequi potuit illud matrimonium, cujus præcisso intuitu celebrantur, seu præmittuntur hujusmodi sponsalia ex rationibus uberrime deductis in prædicta *decisione R. P. D. mei Scotti*; Ita pariter accidit in præsenti, nam etsi per contemporaneam resolutionem, seu *decisionem hujus diei coram Me Rota* existimaverit, citra dubium justificata remansisse sponsalia contracta inter Joseph, & Angelam, non ideo tamen credidit, compellendam esse Angelam postea detrectantem, ad ineundum matrimonium cum Josepho, licet is imploraret auxilium brachii spiritualis mediante relaxa-

tio-

tione censurarum; quoniam Domini re mature perspecta djiudicarunt *nullas esse relaxandas censuras*.

Quantumvis quippe Sacri Canones, velut, ut par est, Zelotypi Custodes Religionis, & honestatis, summopere invigilent, ut fides data præsertim in materia concernente Sacramentum minime rumpatur, & ideo prius Episcopalibus monitis, aliisve remediis, & subsidiarie deinceps Ecclesiasticis quoque censuris perurgendum sæpe sæpius injungant reluctantem implere promissa, sicuti rescribens Episcopo Pitavien., ad quem delatum fuerat negotium ab alieno Episco-
1 patu Sanctonensi, mandavit, & injunxit *Alexander Tertius in cap. ex litteris il secondo, alias decimo de sponsalibus, ibique scribentes Covaruv. in Epitom. lib. 4. decret. p. 1. cap. 4., Hieronym Gabriel in cons. 159. n. 1. lib. 2., Soccin. Jun. cons. 30. num. 3. lib. 2., Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 29. num. 4., Guttier. Canon. quæst. in tractat. de matrim. cap. 15. num. 2. §. Tertia verior*, cum aliis per *Rot. in dec. 311. num. 5. in addit. coram Buratt. dec. 889. nu. 1. cor. Coccino, dec. 383. num. 2. par. 14. & dec. 142. num. 6. par. 15. rec., necnon dec. 96. num. 1. cor. Pamphilio.*

Ecclesia quippe veluti simplex Ecclesia *nusquam custodienda more Castrorum*, ut dicebat Ecclesiasticæ Assertor, & exemplum libertatis *Divus Thomas Cantuariensis*, quotidie ejus spirituale præsidium, seu brachium implorantibus non desinit accommodare; nam cessantibus de facto, vel de Jure modis aliis assequendi justitiam, in quoddam subsidium, ut præmisimus, sæpe sæpius evaginat mucronem censurarum, prout practice videmus, nedum in ferme continuis declaratoriis, & aggravatoriis, quas Sacra Rota relaxat contra refractarios mandatorum, sive Exsequutorialium Tribunalis, necnon ipsemet A. C. in vim Cameralis obligationis contra solvere jurata debita detrectantes, vel etiam pensiones Ecclesiasticas a Sumo Pontifice sub præventiva comminatione earumdem censurarum in casu reluctantiæ reservatas, secundum ea, quæ
2 passim habentur respectu nostrarum declaratoriarum *in dec. 1. de sentent. excom. coram Mohedano* approbante praxim, de qua *Vestrius in cap. ult. lib. 1. num. 19.*, & theoricam *Felin. in cap. ad proban. n. 6. de sentent., & re judic., & cor. Seraph. dec. 551. nu. 4. in rec. dec. 12. nu. 1. par. 11., necnon in dec. 1787. num. 3. & dec. 1193. n. 1. cor. Emer.*
3 *Jun*, circa obligationem Cameralem ex ad ductis per *Card. de Luc. de Judic. disc. 40. num. 91., & in annot. ad Sac. Conc. Triden. disc. 43. n. 9. & 11., & de Credit. in Summ. num. 132. Rota post Zacch. de oblig. Camer. dec. 118. num. 1. & dec. 165. ante num. pr.*,
4 & circa Pensiones ex traditis per eumdem *Card. de Luc. annot. ad dictum Sac. Concil. d. disc. 93. num. 2. late, & in Romana Pensionis . . . . cor. R. P. D. meo Priolo.*

Verum hæc omnia licet practicari consueta, quoties ita exigat justitia, temperanter adhuc Ecclesia eadem arma administrat; nam sicuti in mox relatis exemplis, quia forte repugnantes apparenter evincuntur sane contumaces, sed intrinsece per occulta impotentiæ motiva forsan possunt excusari apud Deum, eadem proinde Ecclesia, quæ nullatenus judicat de occultis, devenire
5 non solet ad ulteriorem consumationem per declarationem ex. gr. incursus in execrabilem insordescentiam, ob quam valerent inobedientes per annum tolerati lacessiri ad declarandum, quid sentiant de fide, secundum ea, quæ præ ceteris in proposito obligationis Cameralis cōnotarunt *Card. de Luc. annot. ad d. Sac. Conc. d. disc. 43. n. 11.* egregie *Giballin. de censur. disp. 2. quæst. 5. conject. 7. num. 50. vers. responde igitur, & versic. ex quibus.*

Quamobrem benigne agens *Lucius Tertius* in proxima nostri casus hypothesi, & rigidam coactionem exuens, de qua loquebatur *Textus* supra relatus *in cap. ex litteris* quodammodo in oppositum rescripsisse videtur Epi-
6 scopo Rapalen. *in cap. requisivit 17. eod. tit. de sponsalibus*, videlicet *quod cum libera debeant esse matrimonia, monenda erat potius mulier, quam cogenda, cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere*, & id ipsum occasione mutui recessus præcedenter per illa verba = *ne forte deterius inde contingat*, injunxerat Exoniensi Antistiti *Innocen. Tertius in cap. Preterea alias 2. sub eod. tit. de sponsalibus*; quemadmodum pariter ponderarunt *Abbas in cap. ex litteris il 2. n. 80., & Præposit. in prædicto cap. requisivit n. 2.*, & alii scribentes *Gabriel. cons. 186. num. 8. lib. 2. Rocc. in prax for. Eccles. resol. 421. n. 8. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 18. num. 13. Guttierez canon. quæst. d. cap. 15. nu. 2. §. Tertia verior versic. nisi attentis circumstantiis* cum aliis *in Gadicen. Sponsalium 21. Aprilis 1694. §. fin. cor. bo. mem. Ursino; In Lunen. Sarzanen. Sponsalium 28. Junii ejusd. anni §. Ceterum cor. bo. me. Pio, & in Viennen. prætensorum Sponsalium 12. Jannar. 1705. §. Et quamvis cor. R. P. D. meo Kaunitz.*

In hac igitur specie cujusdam antinomiæ inter utriusque Canonis sanctionem *Domini* versantes, opinati sunt, eam fore amplexandam solu-

solutionem, cui ferme universa schola Canonistarum rationabiliter adhæsit, & cui superacceßere practieæ ulterius definitiones, nimirum, quod pro regula accipiendus sane veniat *Textus in d. cap. ex litteris*
7 mandans compulsum per censuras Ecclesiasticas, pro limitatione vero *alter Textus in prædicto cap. requisivit*, ut nempe justa saltem concurrente causa abstinendum sit a relaxatione censurarum, quas de cetero recte, & bene *Alexander Tertius in d. cap. ex litteris* ordinaverat, per ea, quæ reliquis adductis sub hac conciliatrici distinctione examinantur, atque firmantur per *Marc. Antonin. var. resol. resol. 2. sub num. 3. vers. tamen quando*, *Fontanell. de pact. nupt. claus. 12. gloss. unic. num. 6. cor. Seraph. dec. 1112. num. 4. cor. Buratt., dec. 311. n. 2. & seqq. & cor. a Cvaler. dec. 447. num. 1., & d. dec. 96. num. 2. 6. & 7. cor. Pamphil.* ubi subditur, ex ub erare etiam quandoque levissimam causam, & concordant relati *in Comen. Sponsalium 10. Junii 1705. §. Ratio sic cor. R. P. D. meo Scotto*.

Applicando igitur ad rem, & præcisive a casu, quo copula fuisset quoque sequuta sub promissione, sive sponsione contrahendi matrimonium, in quibus terminis, accedente præsertim Juramento, non amplius quælibet
8 Justa causa sponsum excusat a postea ineundo idem effectivum matrimonium, multove minus illum valet obtegere ab emerita censurarum fulminatione, prout signanter satis non est illa causa ceteroquin præpotens inimicitiæ subortæ inter consanguineos, quemadmodum ostendit, & probat *Gabriel. in cons. 159. num. 12. & seqq. lib. 2.* cum successiva *Rota dec. cor. sa. me. Clemen. VIII.* de quibus meminit *Ricc. in prax. for. Ecclesiast. resolut. 422. & 423.* nisi quoties ulterius cum altera muliere fuerit deinceps actuale matrimonium in facie Ecclesiæ contractum, quo ca-
9 su neque sponsalia, neque copula sufficiunt ad posterioris effectivi matrimonii irritationem, ut cum *Navarr. in manual. cap. 22. n. 26. 28. & 76. & cap. 25. nu. 144. Sanchez. de matrim. lib. 3. disp. 40. num. 3. Guttierez can. quæst. lib. 1. cap. 18. num. 4.*, *ac aliis firmat Rot. in dec. 19. num. 36. & seqq. par. 10. rec., & in Viennen. Matrimonii 25. Junii 1703. §. Descendendo cor. R. P. D. meo Scotto*.

Profecto ex toto circumstantiarum complexu justam adfuisse, & adesse causam in Angela resiliendi ab initis sponsalibus *Domini* reputarunt; Cum enim consimilis Justitia causæ
10 nequeat intra certos Cancellos, sive regulas subincludi, seu coarctari, sed ea remittatur religioni Judicis, & arbitrio, ut in hoc ipso proposito sponsalium docuere *Guttierez in tract. de matrim. cap. 15. n. 2. §. Tertia vers. quia totum hoc negotium, & relatis Card., & Anton. de Butr. in suprad. cap. ex litteris il 2. num. 11. & Abbate num. 8. Aloysius Ricc. in prax. compellendi sponsos resolut. 421. num. 9. & ceteris cumulatis firmat Rot. cor. Seraph. in dec. 1112. num. 4. & in decis. 96. nu. 2. cor. Pamphil, necnon in d. Comen. Sponsalium 10. Junii 1705. cor. Rmo D. meo Molines Decano*, & habemus in simili circa
11 justam causam litigandi in cæteris Tribunalibus excusativam a refectione expensarum, quæ pariter ab justo arbitrio pendet Judicantis, ex traditis per *Rebuff. tract. de expen. art. 1. gloss. unica nu. 38. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 2. cas. 217. nu. 1. & 2. & per Card. de Luc. de Judic. disc. 39. num. 7.*

Animadverterunt in primis, quod agebatur de sponsalibus, quorum celebrationi minime
12 fuerat Angela præsens, licet forsan obsequendo Patri postea eadem sponsalia ratificaverit per signa, & indicia; Tractabatur de iisdem sponsalibus puris, simplicibus, & absque ullo Juris jurandi munimine celebratis, quamtumvis namque concors, seu saltem receptior videatur esse sententia ex-
13 istimantium idem Jus statuendum fore, sive sponsalia fuerint jurata, sive non, ex congestis per *Sanchez de matrim. disp. 29. n. 4. in fine lib. 1., & relatis Testibus in dict. cap. sicut in cap. ex litteris il 2., & in cap. requisivit de sponsalibus, docet Ricc. in d. prax cap. 416. num. 4. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 18. num. 5. cum ceteris allatis per Rotam in d. dec. 1112. n. 1. & in d. dec. 96. n. 1. cor. Pamphil.*

Attamen denegari non poterat, quod adhuc dum considerabilis intercederet differentia inter unum, alterumve casum, non solum quia ambo Pontifices *Alexander*, & *Lucius*
14 mentionem fecere præstiti juramenti tam in d. *cap. ex Litteris*, quam respective in prædicto *Capitulo requisivit*, præcise vero *Alexander Tertius* injungens censuras magnum constituisse videtur fundamentum super importantia juramenti, ut ibi = *Quia igitur periculosum est contra suum juramentum venire* = quod, & Ethnici in hisce met sponsalibus præmaxime venerabantur, per illa carmina *Ovidii Epistola 18.*

Juro tibi sane per mystica Sacra Dianæ,
Me tibi venturam Comitem, Sponsamque futuram,

& notavit quoque *Gonzalez in dicto cap. requisivit* notab. secundo.

Sed etiam quia volitat per omnia ora legale dicterium, quod duo vincula magis ligant,
15 quam unum, & de facto nonne contractus, & pro-

& promissiones exaratæ per minores non attenduntur, sed roboratæ Juramento ipsos affligunt, ut in celebri *Authentica Sacramenta Puberum C. si adversus vendit.*, ac re vera non defuere censentes, quod si sponsalia non sint jurata, rigorose non obligent, ut in ordine ad primam propositionem præter litteram *Textus* prosequuntur *Card. de Luc. de alienat. disc. 29. nu. 13. & de donat. disc. 33. nu. 17. Jov. de contract. minor. gloss. 19. §. 1. num. 18.* cum aliis *in dec. 200. num. 23. cor. Bich.*, *& dec. 3. num. 7. par. 19. rec.*, & circa secundam liquet ex deductis per *Giovagnon. in cons. 16. num. 36., & 39. versic.*
16 *bis ita stantibus* ibi = *Tum quia sponsalia non fuerunt jurata* = *Gabr. cons. 186. n. 9. & 10. & per Spad. in cons. 152. num. 4.* cum aliis copiose allatis per *Sanchez de matrim. d. disp. 29. num. 3.*

Observarunt quoque *Domini*, quod abscedere volens a sponsalibus non erat in præsenti Masculus, sive vir, verum femina dumtaxat dissentiebat; idque videbatur maxime reflectendum, si non ad molliendam rigiditatem *Textus in cap. ex litteris*, saltem ad requirendam minus validam, & fortem justitiam Causæ in recusando, & quidem etiam alicui ex *Dominis* videbatur forsan posse facile cum prædicta distinctione inter sponsum, & sponsam, marem, & feminam de per se absque alio progressu conciliari memoratā
17 antinomiam, ex quo *Alexander* loquebatur de Masculo detrectante; *Lucius* vero de femina in præcitato *cap. Requisivit*, & casum quoque Maris, seu viri percutiebat allegata ex parte Josephi resolutio *Sac. Congr. Concilii* in illa *Signina sponsalium 16. Maji*
18 *1705*. Mulieres etenim quanto magis ab initio sunt mobiles, & pronæ ad assentiendum, ut innuens de Eva ponderavit *Divus Gregorius* ibi = *qua magis mobilitate animi, quam pravitate peccavit*, ita ex post fiunt
19 pertinaciores: unde facilius verificatur ratio dicti *cap. Requisivit* loquentis, ut diximus de muliere, *quod coactiones difficiles solent exitus frequenter habere*; Nam Teste *Euripide in Edipo apud Stebeum, aliarum porro rerum omnium inexpugnabilissima est Mulier, & Aristophanes in Lysistrata, nulla fera muliere inexpugnabilior*, cum aliis apud *Tiraquell. de l. connub., & marit. in 9. l. connub. gloss. 1. par. 9. num. 39.*

Potissime in præsenti; quoniam præter declaratam hujusmodi pertinaciam, seu aversam voluntatem coram D. Vicario Civitatis Albani, ut inferius, Angela per publicum quoque Instrumentum coram Notario expresse nuper protestata fuit, se paratam esse potius subire carceres, & censuras, quam nubere Josepho, sicuti fuse legebatur in *Summar. Num. 11.* juncta successiva, & continuata substentatione litis; in quibus sane, solis-
20 que Terminis mitius agendum esse, præcipue in sponsalibus non juratis, quodque Ecclesia facilius abstineat a coactione, post *Abbatem in d. cap. Requisivit in fin. de sponsal. & Gabriel cons. 186. num. 10. & seq. lib. 2.* concludit *Rota cor. Cavaler. d. dec. 447. n. 4. & 7., & dec. 468. num. 2. & 3.*, & concordat eadem *Rota cor. Pamphil. d. dec. 96. n. 4.* ubi ait, hoc simplex motivum præbere justam causam abstinēdi a coactione sub pœna censurarum.

Ceterum hisce omnibus posthabitis, solumque præmissis ad sternendam mitiorem viam resolutioni, justam aliunde concurrisse causam *Domini* exstimarunt per easdemmet rationes suæ mutationis ab Angela patefactas in prædicto mei publico recusationis instrumento, & ab extra etiam comprobatis; Sponsalia siquidem apparebant contracta usque de mense Augusti cum receptione ad commodum promissæ dotis scutorum 400. facta
21 per Josephū; Abinde autem citra ferme per annū de matrimonio amplius nihil ille egit, aut fuit loquutus. Quinimò nullum præbuit futuræ sponsæ specimē, sive signum amoris, quin etiam eam medio tempore aversabatur & declinabat, quoties in illam incidebat, sive obviam ibat, unde præsertim in femina causa hæc videbatur proportionata, ne vellet amplius totam vitæ consuetudinem mancipare cum Josepho, illique sempiternum, juxta monitum *Divi Pauli*, corporis sui dominium præbere; Ex hujusmodi namque circumstantiis non sine ratione subintraverat justa causa indignationis, quæ fuit secundum fabulas & poetam idonea ad pariendum incendium, & excidium *Troja* =

Manet alta mente repostum
Judicium Paridis, spretæque injuria formæ.

ita ut juste argueret per tam celerem exactionem dotis, & per adeo oblongam effectuationem matrimonii, quod *venirent a dote sagitta*, quodque verificaretur illud *Plauti in Tinummo = Spondes ergo tuam natam uxorem mihi? Spondeo, & mille auri*, nam sicu-
22 ti amari summopere feminæ cupiunt, ut referens *Senecām de consolatione ad Albinam innuit Tiraquell. in tertiam l. connub. gloss. 1.*
23 *par. 3. nu. 24.* ita spretæ *tantam concipiunt iram, ut insanire videantur*, prout prosequitur idem *Tiraquell. in d. l. connub. gloss. 1. par. 8. nu. 18.*

Accedebat in idem, quod Angela introspiciens animum, & intentionem Josephi parum si-

bi consonam, anulum ab eo receptum retromisit, palam coram Notario, & Testibus declarando, nolle eum amplius in sponsum accipere: Cumque per duos menses idem Joseph anulum retinuisset citra ullum conquestum, aut alium motum exstrinsecum, ex hoc satis videbatur, & ipse quodammodo resiliisse a præcedentibus sponsalibus, ad normam superius collaudati *Textus in cap. Præterea alias secundo de sponsalibus*, sicuti per non factam reclamationem actui indica-
24 tivo recessus a contractu passim inducitur mutuus assensus in recedendo ab eodem contractu, ut in proposito *Goffred. d. summ. tit. de sponsal. num. 9. Hostien. cap. 2. de sponsalibus in fine*, *Innocent. cap. sicut eodem tit. n. unico* cum *aliis*, *quos refert & sequitur Sanchez. de matrim. lib. 1. de sponsal. disp. 52.*

Eoque evidentius, quia in tantum Joseph præterlapsis duobus mensibus a die retromissionis anuli, & voluntatis palam declaratæ per sponsam expergefactus institit pro observatione sponsalium, in quantum pertimescebat deveniendum esse ad receptæ dotis restitutionem ex ea obligatione, quæ citra dubium resultat ex titulo *causa data causa resoluta*, & de facto initi apparebant tractatus, per quos sponsus pollicebatur abscedere a prætensa observatione sponsalium, quoties sponsæ Pater vel ei condonasset partem pecuniæ receptæ, vel tribuisset dilationem quatuor annorum ad explendam illius restitutionem; Proindeque cum tam in aperto evinceretur, quod tota vis stabat in pecunia & non in conjugio, juste Angela dissentire visa est; unumquodque enim dissolvitur eo
25 vinculo, qui colligatum est, ut bene ait *Text. in l. nihil tam naturale ff. de regul. Juris* quem ad hunc præcisum effectū expendit *Sanchez de matrimon. lib. 1. tit. de sponsalibus disp. 52. num. 2.*

Demum pro coronide intercedebat actus positivus explorationis animi Angelæ serio factæ a prænominato D. Vicario Albani de ordine *Sac. Congregationis*; Cumque Angela constātissime perstiterit in sua reluctantia, & consequutiva dissolutione sponsalium, utique superflua reddebatur qualibet alia relaxatio censurarum: Ea etenim laudabiliter practicatur ad similitudinem quæstionis, seu tormentorum, quæ profane tribuuntur ad eruendam veritatem, ad hoc scilicet ut spirituali gladio perculsa Pars detrectans resipiscat: quapropter cum de hujusmodi spe nullum apud *Dominos* restaret ex præfata jam facta exploratione, & experimento vestigium, eo magis junctis postremo amaritudinibus, jurgiis, & litibus successive subortis, dixerunt, non esse relaxandas censuras, quæ ad eumdem finem duntaxat ineundi experimentum Ecclesia præcipit, & admittit, exemplo consimilis declarationis ut su-
26 pra editæ per *Sac. Congregationem Concilii* relatæ per eumdem *Romanum sub die 15. Junii 1700 in illius discept. 32. n. 26.*, ubi præcipit Ordinario, quod si post monitiones, suasiones, & diligentias sponsa adhuc renueret, minime ad rigorosam, & exactissimam coactionem deveniret; sicuti namque in matrimonio spirituali coactio licita non est, & sufficit Ordinarii exploratio rationabiliter ad hunc effectum adhiberi consueta, ita diversimode in tam aperta renitentia practicandū nullo modo videbatur, cum de uno ad alterum matrimonium valeat similitudo,
27 & illatio, ut respectu primæ conclusionis, & praxis videre est apud *Tamb. de Jure Abbat. disp. 4. quæst. 3. n. 9.*, & relato *Sac. Conc. Trid. in cap. 17. sess. 25. de regular.* tradit *Pignatell. consult. 173. nu. 129. tom. 9.*, &
28 quoad secundam probant argum. *Textus in §. Sed, & hoc præsenti in Authent. de Sanctissimis Episcopis*, *Fulgos. cons. 53. n. 1., & 2. vers. rursum Ancharan. cons. 108. per tot. Covar. resol. lib. 1. cap. 19. n. 10. vers. sed, & si alicui*, *Mantica de conjectur. lib. 11. tit. 18. n. 29.*, *Marant. respons. 1. num. 100. par. 2. Cancer. var. res. lib. 1. cap. 24. nu. 21.* cum aliis quamplurimis congestis per *Ciarlin. controv. for. lib. 2. cap. 218. n. 6.*

Atque ita a primo ad ultimum omnibus simul junctis, & in unum conglobatis, nullatenus ut supra dubitarunt *Domini negative* responderе. Utraque &c.

Auximana Censuum.

12. *Januarii* 1711.

ARGUMENTUM.

Testatoris verba, vel Notarii, ubi detegantur prolata incuriose, non alterant fideicommissum, ad certos gradus, & Personas restrictum, Fideicommissum particulare debet comparari cum universale.

SUMMARIUM.

1. *Fideicommissum ad certos gradus restrictum non patitur exstensionem.*
2. *Probibitio alienationis debet stare independenter, & de per se, nec operatur si adjaceat solum Institutis.*
3. *Fideicommissum non transgreditur casus designatos, si ultra legis provisionem Testator non providerat.*
4. *Fideicommissum factum in bonis particularibus nequit quid diversum producere ab universali, & solum indicat ad certa bona majorem affectionem.*

5. No-

5. *Notarii incuriosa additio non alterat veritatem contextus dispositionis.*
6. *Testatoris verba sine causa alterantia latam dispositionem non attenduntur.*
7. *Agnationis favore toleratur aliqua subextensio.*
8. *Fideicommissum ubi detegitur turbidum, decreta lata demandantur exsequutioni.*

DECIS. DXVII.

NUmerum omnis perfectionis complere satagentes Fratres de Cimis in eorum tenaci propugnatione adversus mandatum relaxatum favore Joannis, sive illius filiarum post septem exceptiones, & obstacula, quæ gradatim coram A. C. coram R. P. D. Crispo, & coram Me opposuere, octavum hodie, occasione efflagitatæ expeditionis per filias memorati Joannis, excitarunt propugnaculum, sed cum Dominis, eo mature præcognito, visum fuerit, illud eadem febri, seu levitate laborare, qua cetera eversa, & signanter duo fideicommissa, quæ fuerant præcedenter objectata, idcirco non obstante tertio fideicommisso per præfatos Fratres noviter adducto, opportunam decrevere expeditionem, mihi injungentes, ut motiva in præsenti brevi decisione panderem, cur hujusmodi etiam tertium fideicommissum nullibi ad effectum, de quo agebatur, attendendum videretur.

Ordinatio siquidem fideicommissaria exarata per Thomam filium Durastantis in casu obitus Ughi, Antonii, & Camilli filiorum Testatoris, & Masii, & Petri ejus ex Joanne Baptista prædefuncto Nepotum pariter heredum institutorum ab ipsa profecto littera non includebat, nisi per quamdam reciprocam, & respective fideicommissariam substitutionem personas Institutorum ab initio, & eorum unusquisque filiorum cum admixta ad unam portionem vocatione Birgittæ, Camillæ, & Ursulinæ Nepotum pariter Testatoris ex eodem Joanne Baptista filio, qui prædecesserat. Unde quomodo hujusmodi substitutiones tam litteraliter coarctatæ poterunt amplecti Carolum Thomæ debitoris Patrem, multoque minus eundem Thomam, ut diximus, debitorem? cum jam in præcedenti mea decisione fuerit demonstratum ne-
1 quaquam posse fideicommissum restrictum ad certos gradus subextendi ad inclusionem ulteriorum, & remotiorum graduum, ut præter fuse laudatos in eadem præcedenti mea *decisione die 5. Maji 1710. §. Ceterum* ad exuberantiã conveniunt quoq; *Gabriel. cons. 69. n. 5. lib. 2. Ceph. cons. 430. n. 11. lib. 3. Decian. cons. 94. num. 4. in fin. lib. 5. Fusar. cons. 2. nu. 4. Rub., & add. d. decis. 320. num. 84. par. 9. rec. Rot. dec. 263. num. 2. coram Merlin. decis. 176 num. 19. coram Priolo*, cum aliis concordan. adductis per *Balducc. lib. de leg. & fid. dec. 6. num. 1. seqq. Rot. dec. 679. num. 16. par. 8.*, & *in Montis Regalis Jurispatronatus 7. Decembris 1708. §. Nihilominus coram Me*.

Neque robur validitatis infundebat prohibitio particularis alienandi terras existentes in pertinentiis Tavignani in Territorio Cinguli, quia quemadmodum fuerat pariter animadversum in toties allegata antecedenti mea *dec. sub §. alias in omnem*, consimiles
2 prohibitiones quando non stant de per se, neque sunt independentes, neque ordinatæ per verba directa in ipsas res inalienabiles, sed prout hic adjacent personis dumtaxat institutis, & substitutis, ut clare resultabat ex lectura testamentariæ dispositionis, profecto tunc stare censentur mere famulative, & accessorie, & ad summum cumulative, ad complicandam scilicet prohibitionem hominis ultra prohibitionem legis, de cetero ve-
3 tantis distrahi bona fideicommissaria in præjudicium vocatorum, absque eo quod idcirco fideicommissum transgrediatur casus designatos, atque præfixos, sicuti non minus præter superius collaudatos, pro quodam ornatu superaddi queunt *Honded. cons. 78. n. 33.*, & *seqq. Card. de Luca de fideicommissis disc. 54. n. 3. Fusar. de subst. quæst. 638. n. 20. Rot. dec. 95. n. 25. par. 11.*, & *in Romana fideicom. de Albergottis 3. Dec. 1696. §. Quandoquidem cor. R. P. D. meo Scotto &c. 12. Januarii 1697. §. Replicatione coram bon. mem. Muto*, & *in Asten. Prioratus super institutione 20. Januarii 1708. §. Maxime coram R. P. D. meo Scotto*.

Incassum vero opinabantur Scribentes pro fratribus prædictis, quod hæ firmissimæ propositiones concuti possent, vel ex quo prohibitio videretur nimis particularis, vel ex quo loquendo de fructibus hujusmodi bonorum, Testator adjunxerat, *ac remaneant in Familia pro ejus conservatione perpetuis futuris temporibus &c.* ea dein concesserit, sunt pariter verba Testamenti, *dictis suis filiis, & heredibus in infinitum, quod possint dicta bona permanere.* Quatenus enim pertinebat ad particularitatem prohibitionis cum ea non concerneret diversum genus Personarum, sive diversas Personas ab illis vocatis in fideicommisso restitutorio universali, talis utique particularitas operatur dumtaxat majorem affectionem erga illa bo-
4 na, vel majorem difficultatem desumendi a bonis particulariter prohibitis opportunas detractiones, sed non efficit, quod prohi-

bitio particularis progignat fideicommissum discretum, & diversum a fideicommisso universali, teste *Fusar. de substit. quæst. 685. num. 29. cum seqq.* plene *Card. de Luc. de fideicomm. disc. 29. fere per tot.*, & signanter *ex num. 4., & disc. 161., & 162. num. 9.*, in quibus concordan. referuntur.

Circa autem verba infinitatem, & perpetuitatem importantia, ea minus ad oculum refrenabantur ad easdem personas, & gradus volitos, & designatos, cum Testator subjungeret = *Sed perpetuis futuris temporibus semper sint, & debeant esse ipso jure dd. Ugbi, Antonii, Camilli, Magii, & Petri Jacobi suorum Heredum, & Nepotum, & Descendentium ex eis ordine, de quo supra, & rursus nec in alium non vocatum per dictum Testatorem transferri possint* = Illa demum particula *Successoribus in infinitum*, prolapsa sive de Calamo Notarii, sive de ore Testatoris adjecta in parte affirmativa, & conces-

5 siva non poterat trahi ad sensum litteraliter negativum ad finem perpetuandi fideicommissum contra tot regulas superius allatas, & maxime cessante qualibet imaginabili

6 consideratione, seu contemplatione agnationis in ejus favorem, & intuitum, valeret forsan tolerari aliqua subextensio, dum

7 internecie substituerat usque tres familias sine ulteriori, vel minimo progressu, ut apposite consideravit *Torr. de success. in Primog. par. 1. cap. 9. num. 24., & par. 2. quæst. 17. num. 17. Rot. coram Merlin. dec. 669. num. 18., & cor. Cerro dec. 948. num. 3., & decis. 526. num. 11. par. 19. tom. 2. rec.*, & *in Avenionen. Primogenituræ, seu Concursus 23. Januarii 1705. §. Haud relevante coram bo. me. Muto*, & optime in altera *Avenionen., seu Carpentoracten. fideicomm. de Tertullis 21. Novembris 1704. §. Confirmantur coram R. P. D. meo Lancetta.*

De reliquo quando etiam hæc omnia lucide, & aperte non pugnarent cum prætenso hoc fideicommisso, certe denegari nequibat, quod saltem redderent admodum disputabile, & ambiguum istud novum fideicommissum. Unde adjiciendo, quod agebatur de credito claro in judicio mere exsequu-

8 tivo de confessata libertate bonorum tum in confectione Inventarii, tum in apprehensione, & detentione possessionis titulo simplici, & hereditario Caroli, recurrebant ad omne pejus regulæ insinuatæ in præterita mea *decisione diei 1. Maji 1710.* contra illa alia bona fideicommissaria ad finem ne possent impediri decreta ab A. C. confirmata per Tribunal.

Et ita utraque &c.

Bisinianen. Præeminentiarum.

Veneris 16. Januarii 1711.

ARGUMENTUM.

In actibus Præeminentialibus manutentio semper datur ad tramites quasi possessionis, potissimum si eadem possessio confovetur probationibus, & titulo saltem colorato: Matricitas etiam impropria requiritur ad effectum obtinendi manutentionem, cum in ea non requirantur probationes plenæ, & rigidæ, sed sufficiunt leviores. Processionum directio semper pertinet ad digniorem.

SUMMARIUM.

1. *Manutentio in actibus praeminentialibus concedenda semper est ad limites quasi possessionis.*
2. *Potissimum si jungatur possessio talis qualis possessionis, & superaccedat vehemens coloratio tituli.*
3. *In summariissimo possessorio perfecto nusquam exiguntur probationes adeo rigidæ, & plenæ, sed possessio tribuitur existenti in quasi possessione, quando etiam ea sit comprobata levioribus probationibus.*
4. *Scripturam impugnans propria manu signatam in præsentia plurium Testium si allegat vim, & coactionem tenetur id concludentissime probare.*
5. *Actus possessorii, seu quasi ad finem manutentionis confirmati abunde censentur nedum ex illorum admissione, sed fortius ex alterius Partis confessione.*
6. *Decreta, & sententiæ interpretandæ sunt prout se habet factum, & Jus, quod ex illo sequitur.*
7. *Manutentio nusquam transgreditur confinia ipsius justificatæ possessionis, seu quasi.*
8. *Persona dignior praeesse semper debet guberniо, & regimini Processionum.*
9. *Et directio dd. Processionum ubi adsit Episcopus ad illum spectat, & in ejus defectum Capitulo Cathedralis, seu Priori Cleri Collegiatæ.*
10. *Excepta Cathedrali, nulla alia Ecclesia habet de Jure intentionem fundatam super vera matricitate, & subjectione alterius Ecclesiæ.*
11. *Quæ requisita debeant concurrere ad effectum probandi Matricitatem.*
12. *Quibus non probatis, nunquam dici debet justificata substantia Matricitatis.*
13. *Et tunc Ecclesia Matrix impropria totum Jus obtinere poterit, si probabit sibi deberi ex aliquo privilegio, vel Jure speciali.*
14. *Matricitas probatur ex enunciativis emissis per Episcopum in actum Visitationis.*

15. Ma-

15. *Matricitas etiam impropria requiritur in Judicio possessorio ad effectum obtinendi manutentionem.*

DECIS. DXVIII.

Dixerant *Domini* die 10. *Februarii anni decursi* tribuendam esse manutentionem Ecclesiæ, ejusque Archipresbytero S. Mariæ Terræ Lutiorum in nonnullis actibus honorificis, & honorabiliorem præseferentibus præeminentiam, atque decorem respective ad Clerum alterius Ecclesiæ inibi exsistentis sub nomine S. Michaelis Archangeli; primo videlicet in quasi possessione adstringendi Parochum, & Clerum præfatæ Ecclesiæ S. Michaelis ad perhibendam assistentiam eidem Ecclesiæ S. Mariæ in primis Vesperis, Missisque solemnibus enunciatis in *Decisione edita coram Me sub prædicta die* 10. *Februarii* §. *Constabilita*; *Secundo* pariter in quasi possessione associandi prælaudatum Archipresbyterum in illis publicis supplicationibus, seu Processionibus, quæ juxta Sacrosanctum Ecclesiæ Apostolicæ Romanæ Ritum signanter fieri solent quotannis in Festo S. Marci, in Rogationibus, & in omnium augustiore festivitate Corporis Christi Domini. *Tertio* demum in præventiva, seu anteriori pulsatione Campanarum in die Sabbati Majoris Hebdomadæ, & *idipsum* in nova repropositione, & discussione Causæ hodie dixerunt.

Persistere namque, & solidiora semper reperiri fundamenta captæ antecedentis resolutionis ad malleum iteratæ contradictionis experti sunt; illa quippe fuerant duo; Alterum, quod suapte natura insurgebat in hoc Judicio manutentionis, ac quasi possessione hujusmodi præeminentiarum, in qua versabatur Ecclesia, & Archipresbyter S. Mariæ, cum ad ipsius quasi possessionis li-
1 mites, *Judices*, & *Tribunalia* Postulanti indulgere non denegent brachium, & præsidium manutentionis, secundum quotidiana, ac notissima principia, de quibus in proposito similium actuum præeminentialium sæpius firmavit *Rot.*, & signanter *in dec.* 589. *num.* 5. *cor. Cavaler.*, *& dec.* 46., *& decis.* 452. *coram Coccin.*, *& dec.* 32., *&* 33. 36., *&* 37. *post Posth. de manut.*, *& in Illerden. Processionum super manutent.* 21. *Martii* 1703. §. *primo cor. Rmo Kaunitz Episcopo Labacen.*

Et alterum copulative validius, ex quo propter quamplures demonstrationes, & argumenta, Archipresbyter S. Mariæ ulterius docuerat de titulo, si non omni modo, & totaliter perfecto, sufficienti tamen ad acquirendum similes prærogativas, majorem, & meram, ut diximus, præeminentiam significantes, ut erat titulus matricitatis saltem illius spe-
2 ciei, quæ exsuendo plenum rigorem, impropria nuncupatur; Unde juncta probatione talis qualis possessionis, & superaccedente vehementi coloratione tituli, multo magis sibi idem Archipresbyter promerebatur impartiri manutentionem, ut sunt pariter hæ propositiones veræ, & practicæ, quas exornant ad *Text. in cap. licet Causa* 9., *ubi Abb. num.* 10. *Felin. num.* 9. *de probat.*, *Posth. de manut. observ.* 12. *num.* 15., *et observat.* 71. *num.* 117., *et* 118., *Gratian. discept.* 402. *num.* 14. *Rot. dec.* 5. *num.* 5., *dec.* 348. *num.* 3. *post dictum Posth.*, *et dec.* 690. *num.* 2. *coram Merlin.*, necnon *dec.* 170. *num.* 2. *coram Emerix Jun.*

Et sane inficiari nequibant scribentes utriusque legalis assumpti veritatem ad minus in genere, ac propterea conabantur elidere tam robur probationum ejusdem, quasi possessionis, quam matricitatem saltem talem, quæ posset obstringere alteram Ecclesiam ad subeundas hasce servitutes; Verum retenta semper natura præsentis judicii prorsus inutiliter, quoniam circa eamdem quasi possessionem in toto *veteri Summario* distributo ex parte *Archipresbyteri* sub *die primæ propositionis* 10. *Februarii* legebantur tot, atque tot justificationes, ut superfluum visum fuerit tunc de iisdem facere mentionem explicitam, & singularem in præfata *decisione*, quæ emanavit dicta *die coram Me*; aderant quippe super hoc facto, & quasi possessione sub *num* 3., positivæ depositiones plurium Testium Sacerdotum, sub *num.* 4., *&* 6. similes numerabantur testificationes Syndici, Electorum, & Magistratuum, seu Officialium præfatæ Terræ, pariterque sub *num.* 5. apparebant id ipsum Deponentes quoque omnes Regulares commorantes in prædicta Terra Lutiorum, & ita universi in substantia conclamantes, atque testificantes super indubitata quasi possessione Archipresbyteri in prædictis tribus actibus, absque eo quod circa eamdem substantiam, & quidditatem quidquam in oppositum revera demonstraretur, & pro parte Cleri Sancti Michaelis, quando tamen nemo non scit, quod in Summariissimo possessorio perfecto nusquam exiguntur probationes adeo rigidæ, & plenæ,
3 ut erant istæ, sed tribuitur semper manutentio exsistenti in quasi possessione, quando etiam ea sit comprobata levioribus probationibus, ut tradunt *Curt. Sen. in leg. admonendi num.* 323. *vers. moveor*, *Menoch. de retinen. remed. ult. n.* 34. *Covar. practic. quæst. cap.* 17. *num.* 4., *Rot. cor. Seraphin. dec.* 624., *& cor.*

cor.sa.me.Gregor. XV. dec.46., & post Posth. de manut.dec.32.n.4.dec.49.n.3., & dec.226. n. 6., ac alibi passim.

Potissime, & extra omnem dubitationem in nostra Thesi,quia prædictis omnibus etiam accedebant positiva charta concordiæ initæ sub anno 1691. *d.Summ.n.9.* per quã ipsimet Presbyteri,& Parochus S. Michaelis,& confessi erant, & sese obligaverant ad hoc ipsum observandum; licet enim eadem concordia enervari prætenderetur per suppositiones violentiarum, ultra quod Testes desuper incontrarium allati se retractaverant, eodem *Summ. nu.* 10.; Nihilominus quis ignorat, quod pro impugnanda scriptura propria manu subsignata in præsentia plurium, &
4 plurium Testium, si quis alleget vim, & metum, & indebitam coactionem, tenetur id plusquam concludentissime probare ex traditis ad *Text. in l. metum,& l. non est ff.quod met. Caus., per Alciat. regul. 3. præsumpt. 3. Mascard.de probat.conclus.* 1417.*n.*2.3.& 4. *Menoch. de præsumpt. præsumpt.* 4. *nu.* 4. & *præsumpt.* 126.*n.*1.& 2.*lib.*3.& alios passim.

Fortius demum,quia nuper etiam nimirum sub anno 1697. Franciscus Armenia Curatus ejusdem Ecclesiæ Parochialis S. Michaelis formiter deposuerat hanc veritatem circa quasi possessionem Archipresbyteri, quamtumvis eam, ut ipse Curatus subdebat, perturbare de recenti tentarent alii Presbyteri ejusdem Ecclesiæ *d. Summ. nu.* 2., ideoque durum nimis videbatur posse amplius in controversiam refricari hanc quasi possessionem Archipresbyteri,tot, tantisque, ac variis, & qualificatis Testibus, & per scripturas quoque justificatam, & demum mediante confessione majus, vel eque principale habentis interesse affirmatam, quando præsertim hujusmodi possessores, actusque possessorii, seu quasi,plusquam abunde ad finem manu-
5 tentionis censentur comprobati nedum ex simplici admissione,sed multo magis ex propria positiva confessione alterius Partis, ut inquit *Gloss.in l.*1.*ab empt.in verb.constitutũ, et ibi Ang. n.* 4. *ff.de pact., & l.*2.*verb.tradit. & ibi Bald. C. de acquir. possess., Menoch. cons.* 1242.*n.* 12., *Giovagn. cons.* 11. *n.* 25. *lib.* 1., *Posth. de manut. observ.* 19. *num.* 6. ubi concordan., & post *eum Rot. in dec.* 51. *n.* 6., *dec.* 113. *nu.* 14., & *dict.* 208. *nu.* 1. *et cor. Pamphil. dec.* 9. *n.* 4.

Tetigimus, quod in substantia, & quidditate nihil in *exadverso Summ.* recensebatur,quod mereretur attendi ad confictandas supradictas probationes, solidior etenim justificatio seu rumor, qui fiebat ex parte Presbyterorum Sancti Michaelis consistebat, in eo quod in feria secunda rogationum processio nequaquam incipiebat ab Ecclesia sanctæ Mariæ; sed major Clerus ejusdem Ecclesiæ accedebat ad alteram Sancti Michaelis, & inibi uterque Clerus congregabatur,ac simul uniebatur: verum admisso hujusmodi supposito,non ideo vacillabat decretũ A.C. per quod manutentionem concesserat Ecclesiæ, & Archipresbytero Sanctæ Mariæ super hoc puncto, non ideo perperam hujusmodi decretum approbaverat præterita *decisio*; Archipresbyter quippe nullatenus prætendebat, aut prætendit, quod Ceteræ Ecclesiæ, earumque Clerus, & Parochi accedant ad ejus Ecclesiam Sanctæ Mariæ, ut inibi deinceps componatur supplicatio, sive processio; sed solum quod eadem processio postmodum facienda gubernetur, & ordinetur ab ipso Archipresbytero; Ideoque ad solos limites hujus quasi possessionis circa regimen, & ordinationem, quos ferebat comprobata possessio, concessa fuit ipsi Archipresbytero manutentio, & non ultra;
6 Cum semper decreta, & sententiæ veniant interpretandæ prout se habet factum,& Jus, quod ex illo sequitur, teste *Carleval. de Judic. lib.* 1. *tit.* 3. *disput.* 5. *a num.* 6. *et seqq. Galeot. lib.* 2. *contr.* 34., *et* 35. *Rota dec.* 32. *n.* 6. *par.*6. *rec.* cum ceteris de facili cumulandis.

Et quidem aliud, & longe diversum est, quod processio in prædicta feria secunda rogationum exordium sumat ab Ecclesia Sancti Michaelis, aliud vero, quod illa regatur, atque ordinetur ab Archipresbytero Sanctæ Mariæ, circa quod dũtaxat Archipresbyter postulabat manutentionem, quæ nusquam suapte natura etiam transgreditur confinia ipsius justificatæ possessionis, seu quasi, secundum communiter affirmata per *Giovagn. in cons.* 8. *n.*24.*lib.* 2., *Dec. cons.* 149. *nu.* 9. *cum reliquis apud Posth. de manut.observ.* 73. *n.* 50., & *seqq.*, & *post eum Rot. dec.* 534. *n.* 13. & *dec.* 550. *n.* 10., *dec.* 551. *n.* 1., & *dec.* 553. *n.* 5. *cum concord. in dec.* 569. *n.*1. *ubi adden. n.* 6. *cor. sa. mem. Gregor. XV.*

Maxime, quia præcellior prærogativa, & præeminentia in hisce actibus non consistit respectu loci, in quo Clerus plurium Ecclesiarum coadunetur, id enim contigere solet plerumque ex Causa majoris fortasse Commoditatis, ut signanter quotidie etiam in Urbe Roma practicatur, occasione similium publicarum processionum,ad quas accedunt Cleri diversarum Basilicarum, sive Ecclesiarum, & sæpe sæpius unio fit in aliqua magis commoda Ecclesia, licet inferiori; majoritas namque ejusdem honorificentiæ ver-

sa-

8 fatur circa perfonam digniorem, quæ femper præefse debet gubernio, & regimini earumdem proceffionum, ut argumento *Text. in l. 1., & tot. tit. C. ut dignit. ordo fervetur lib. 12. & in l. bonor.* §. *Gerendorum, et l. ut gradatim de muner., & bonor.* nec non *in c. ftatuimus de major., et obed.* unde ex hac caufa quia attenditur dignioritas, directio harum proceffionũ ubi adfit Epifcopus, ad illum ea

9 pertinet, & in ejus defectum Capitulo Cathedralis tamquam magis digno Præpofito, feu Priori Cleri Collegiatæ per *Text. in cap. venerabili in fine ubi gloff. de verb. fignific.* cum aliis per *Pignatell. confult. 29. n. 1. tom. 4., Barbof. de Epifc. par. 3. alleg. 68. n. 4. & feqq.*

Defcendendo autem ad alterum fundamentum, & titulum refpective fufficientiffime coloratum matricitatis, admodum operativũ pro tutiori conceffione manutentionis, perperam videbantur fcribentes defudafse, quod rigorofa matricitas non probaretur ufque dum ab Archipresbytero refpectu hujus Ecclefiæ Sanctæ Mariæ, ex quo, excepta Cathedrali, nulla alia Ecclefia intentionem de jure fundatam habeat fuper vera matri-

10 citate, & confequutiva fubjectione alterius Ecclefiæ, præfertim pariter Parochialis, quamvis intra primæ limites exfiftentis, ex connotatis per *Fagnan. in cap. ad audientiam n. 10. de Eccles. ædifican. Marant. refp. 21. n. 7., & feqq. par. 4., Rot. cor. Coccin. dec. 2089. n. 10., & feq., & coram Ubald. dec. 80. n. 5. tom. 1., & in rec. dec. 469. nu. 1., et 24. par. 19., et in Aretina Jurium Parochialium 27. Februarii 1704.* §. *Depulfa cor. Me, et in Civitatis Plebis jurium Parochialium 3. Junii 1705.* §. *Decidendi ratio cor. Reverendiff. Molines Decano, necnon in Gerunden. anniverfariorum de Guixolis pr. Junii 1709.* §. *Verum cor. R. P. D. meo Crifpo.*

Quodque proinde ad hunc effectum opus fuiffet, Archipresbyterum ex parte fua de nonftrafse, quod Ecclefia Sancti Michaelis fuiffet erecta in adjutorium prænominatæ Ecclefiæ S. Mariæ, prævia difmembratione partis antiquæ Parochiæ, cum donatione etiam facta de ejus Decimis, feu proventibus, &

11 denique cum jure nominandi Rectorem, refervato favore ejufdem Ecclefiæ matricis, juxta prædictum *Text. in cap. ad audientiam de Eccles. ædific.* in quibus fane terminis, utique ineffet Caufa productiva hujufmodi præeminentiarum, alias deficientibus hifce

12 requifitis, dici non valebat unquam comprobata fubftantia matricitatis, & confequenter demonftrata prædicta radix, & caufe productiva, quemadmodum profequuntur *Card. de Luc. de praemin. difc. 42. n. 12. & 13., Rot. cor. Priol. dec. 365. nu. 13., et feqq., et dec. 65. num. 10. inter impreff. cor. Me, et in fupradicta Civitatis Plebis* §. *Non folum cor. Reverendif. meo Molines Decano, et in Caffanen. Jurium Parochialium 6. Junii 1707. cor. R. P. D. meo Caffarello Almæ Urbis Gubernatore.*

Ac propterea folum in hoc Cafu una Ecclefia refpectu alterius compellari quidem poterit ratione vel antiquioritatis vel alterius prærogativæ aliquo modo matrix, fed femper matrix impropria, & tunc eadem matrix im-

13 propria totum illud jus obtinere poterit, quod probabit, fibi deberi ex aliquo privilegio, five Jure fpeciali, ut concludunt *Canoniftæ in cap. Dilectus de Capell. Monachi, fignanter Butr. n. 1. Jo: Andr. n. eodem, Panormit. n. 11. et n. 12., et in cap. ad audientiam de Eccles. ædific. n. 8., Rot. dec. 552. nu. 11. et feqq. par. 5. recent., et in dicta Gerunden. Anniverfariorum de Guixolis 1. Junii 1709.* §. *Verum cor. R. P. D. meo Crifpo.*

Siquidem rurfus animadvertebant DD., quod hactenus minime tractabatur in petitorio, de quo agebant præcipue allegatæ *Decifiones noftri Tribunalis* in illa *Civitatis Plebis Jurium Parochialium 3. Julii 1707. cor. Reverendiff. Molines Decano*, & refpective quoque aliæ *cor. R. P. D. meo Crifpo, et R. P. D. meo Caffarello*. Tunc enim five fuo loco, & tempore, quando pertractabitur in petitorio de fubfiftentia, vel infubfiftentia hujus plenariæ matricitatis, poterit haberi difcurfus reflexio, & Judicium opportunius; fed quatenus attinebat hodie ad fimplicem manutentionem, & ut præmifimus, ad eam quoque ulterius colorandam cum titulo plufquam fufficienti, fuperabundabant figna, & argumenta ad oculum recenfita in præterita *dec. a* §. *Et fane ufque ad* §. *Conftabilita* quibus fuperadjungebatur in præfenti audientia ab Informantibus pro Archipresbytero alia nova, & refpective antiquiffima vifitatio per feculum fere ante expleta per Epifcopum, nempe fub anno 1612., in qua pariter talis matricitas expreffe enunciabatur, unde fuperaddita etiam hac antiquiffima enunciativa emiffa in actu proportionato vi-

14 fitationis, magis remanfiffe roborata eamdem matricitatẽ, denegari nequibat, ex relat. per *Rot. in dec. 125. n. 4. poft Vivian. de Jurepatr. dec. 685. n. 9. cor. Cerr. dec. 397. n. 5., & feqq. par. 13. dec. 284. n. 4. par. 14. cum concord., in Faventina Jurium Parochialium 28. Junii 1697.* §. *Præmiffo namque, &* §. *Firma igitur cum feqq. inter impreffas la 14. cor. Me.*

Super-

Superaddebantur quoque in eodem *Summario* aliæ prærogativæ, sive honorificentiæ, & præeminenciæ, videlicet, quod non tantum ministri totius Cleri eliguntur in eadem Ecclesia S. Mariæ, sed quod etiam primarius ingressus noviter creati Episcopi fit in eadem Ecclesia, & Sacrosanctum Chrisma desumitur, atque administratur in eadem Ecclesia cum similibus: quare quidquid esset circa futuram necne Canonizationem plenariæ matricitatis in præmisso Judicio petitorio, perfecto in hoc Judicio mere possessorio, & summariissimo ad tollendam omnem formidinem in tribuendo hanc superioritatẽ eidẽ Ecclesiæ S. Mariæ in præcitatis actibus, ultra actualem quasi possessionem, quæ, & de per se satis exstitisset, conspirabat etiam hic titulus matricitatis saltem pro nunc improprius, & qui adamussim juncta semper ea-
15 dem quasi possessione, de jure sufficit ad secum trahendas has præcisas prærogativas ab Archipresbytero assertas, ut egregie distinguit *Cardinalis de Luc. de Decim. disc.* 12. *n.* 13., ubi præcise loquens de hac specie matricitatis etiam impropria subdit *qua exuberat* (sunt verba præcisa) *ad effectum, ut ibi majores solemnitates celebrari debeant, atque ad eam alia inferiores accedere* = Et circa consimilem matricitatem ad eundem finem consonat *Rot. dec.* 272. *par.* 1. *rec.* necnon quoad sonitum Campanatũ in Sabbato Hebdomadæ majoris, idem *Card. de Luc. de præeminen. disc.* 42. *n.* 15., ubi inquit sufficere simplicem consuetudinem etiam non longam tamquam favorabilem, uti simplicem interpretem Juris, quod nihil in contrarium super hoc determinavit.

Et ex his noviter, sive ictum degustatis, libratisque rationibus, resolutum, fuit in Decisis, utraque &c.

Maceraten. Fideicommissi super Reservatis.

Lunæ 26. *Jan.* 1711.

ARGUMENTUM.

Simplex divisio facta inter heredes nulla facta speciali, atque individua mentione fideicommissi, istud numquam per hujusmodi divisionem dicitur remissum, maxime si agatur non de fideicommisso in ipsis dividentibus purificato, vel purificando, sed de fideicommisso conditionali, & ad alias Personas progressivo. Promissio evictionis numquam amplectitur eam evictionem, quæ sequitur naturam rei, quo casu requiritur specifica evictionis promissio.

SUMMARIUM.

1. *Confessio in Inventario emissa super pertinentia bonorum ab Auctore, impugnari nequit ab illius heredibus.*
2. *Remissio fideicommissi operatur, ut bona libera evadant a nexu ejusdem fideicommissi.*
3. *Divisio simplex emissa ad evitandas discordias, quæ ex communione exoriri poterant, non est modus tollendi fideicommissa, quæ insint in bonis divisis*, & num. seq.
4. *Effectus divisionis causam ipsam dividendi excedere nequit.*
5. *Renunciatio fideicommissi in divisione non præsumitur, si dividentes nullam de eo mentionem fecerint.*
6. *Verba generalia de stilo Notariorum in divisione apposita fideicommissi remissionem numquam inducunt.*
7. *Maxime si non agatur de fideicommisso in personis tantum Condividentium purificato, vel purificando, sed de fideicommisso conditionali, et alias Personas progressivo.*
8. *Promissio evictionis amplissimis verbis usurpata numquam amplectitur eam evictionem, quæ sequatur ex natura rei, puta devolutionis bonorum Emphyteuticorum, vel fideicommissi restituendi.*
9. *Itaut in his casibus exigatur specifica, et individua evictionis promissio.*
10. *Socius par habens interesse cum aliis contribuere de jure tenetur ad sustinendum commune negotium.*
11. *Prout pariter unusquisque ex dividentibus obstringitur passum damnum reficere ob æqualitatem servandam.*
12. *Fideicommissum est donatio a defuncto relicta, ab herede præstanda.*
13. *Evictio in unã expressam causam promissa ad aliam extendi nequit.*
14. *Pacta in divisione apposita, quando respiciant evictionem provenientem a tertio, sive ab eo, qui ex fideicommisso succedit.*
15. *Qui causam damni dat damnum reficere tenetur.*
16. *Exceptio firmans regulam in contrarium debet esse de ipsa regula.*
17. *Heres simplex ille tantum dicitur, qui non adivit hereditatem cum Beneficio Legis, et Inventarii.*
18. *Adiens simpliciter hereditatem censetur inire quasi contractum cum fideicommissariis pro observantia Mentis Testatoris, et fideicommissi ab eo demandati.*

DECIS. DXIX.

Quod uni quandoque salubre pharmacum fuit, variatis postea circumstantiis, sæpe evadit venenum; sicuti namque in altera inter has Partes conflictatione, in illa scilicet Maceraten. Legatorum, & Fideicommissi *super*

per Prædio della Cimarella die 23. Junii 1710. cor. Me, triumpharunt DD. Fratres de Vico ex capite emptionis ejusdem Prædii, sive dominii acquisiti per Franciscum Fideicommittentem, & ex altero subalternante nusquam, scilicet postea in divisionibus inter heredes subsequutis remissi præfati Fideicommissi, ita hodie quoad Domunculam, & Apothecam, super qua nulla per suffragiorum scissuram potuit supradicta die capi resolutio, ex iisdem fere fundamentis succumbere iisdem Fratribus necesse fuit, rescribentibus Dominis = *Domunculam cum Apotheca spectare ad hereditatem Pauli*.

Et sane pariformiter, quod ab initio eadem Domuncula cum Apotheca conquisita fuerit titulo emptionis a Paulo postmodum Institutore alterius Fideicommissi, ad quod D. Flaminius, & non prædicti Fratres, coruscabat vocatus, clare confessi fuerant ejusdem Pauli Fratres Dominicus, & Joannes Baptista in Inventario Bonorum hereditariorum ejusdem Pauli, per eundem Joannem Baptistam confecto, & per Dominicum ratificato, uti liquebat in *Summario* veteris propositionis supradictæ *diei 23. Junii N. 6. litt. A.*, & respective *N. 7.* unde retorquebantur, sive potius æque applicabantur eædemmet propositiones, quæ circa Prædium *della Cimarella* favebant memoratis Fratribus de Vico sub §. *Pro lucidiori*, & §. *Fortius autem*, allatæ in *præcitata decisione diei 23. Junii*; nam, & ipsi Fratres de Vico fuerant heredes Dominici, ideoque nequibant impugnare hanc confessionem ab eo emissam in inventario, ut dicebatur quoque in *prædicta decisione diei 23. Junii §. Hucusque igitur in fine cor. Me*, quibus in ordine ad vim,

1 seu confessionem emissam in Inventario potius ad ornatum, quam quod necessitas id expostularet, addi poterant relati per *Rot. in d. c. 337. num. 9. et per tot. cor. Arguell.*, *et in rec. dec. 145. num. 9. et seqq.*; *decis. 385. num. 1. et seqq. par. 12.*, *nec non decis. 486. num. 9. par. 19. tom. 2. rec.*

Cumque ratio decidendi in illa altera Causa circa Prædium *della Cimarella* stetisset principaliter in eo, quod Fideicommissum a prænominato Francisco Emptore ordinatum super eodem Prædio, non exstitisset postea per subsequutas divisiones unquam remissum, ut in §. *Quin adversaretur cum plurib. seqq.*, id ipsum profecto vehementius in præsenti verificabatur hypothesi, quoniam cum tota vis remissionis Fideicommissi per Paulum injuncti, constitueretur in divisione sequuta inter prædictos Dominicum, & Joannem Baptistam ejus fratres, & heredes de anno 1645.

Summario Fratrum Num. 5., nullibi in eadem divisione potuit elici verbum, vel argumentum sufficiens ad inducendam hanc remissionem, itaut posita hujusmodi remissione, effecta remanere potuerit libera in hereditate Dominici, in cujus portionem obvenerat, & a quo memorati Fratres Causam

2 habebant, controversa hæc Domuncula cum Apotheca, prout de cetero, supposita hujusmodi remissione, certum esset, ad tradita post *Textum in l. 1. et ibi Scribentes. Cod. de pact. per Rot. dec. 41. num. 10. post Constantin. ad Statut. Urb. tom 3. et in rec. dec. 601. num. 16. par. 19. tom. 2.*

Et quidem introspecto tenore totius Instrumenti ejusdem divisionis, nihil repertum fuit, quod excederet, vel alteraret in minimo naturam divisionis, nam Partes ad eam devenisse pro adimendis jurgiis, & dissidiis subortis, professæ sunt, secundum ea, quæ adamussim dicebantur in *altera decisione super Prædio della Cimarella 23. Junii 1710. §. Adhuc nihilominus cor. Me*; simplex autem divisio, & præsertim emissa ex prædicta Causa vitandarum discordiarum, quæ ex communione poterant resultare, & de facto resultaverant, non est modus tollendi Fi-

3 deicommissa, quæ insint in iisdem Bonis divisis, quemadmodum per doctrinam *Bartol. in l. qui Romæ §. Duo Fratres ff. de verb. oblig.*, *ibique communiter repeten.*, *Castren. num. 3. et 4. Alex. num. 33.* cum aliis, quos refert, & sequitur, *Rot. in dicta dec. 41. n. 11. post dict. Constantin.*, quibus concordant, *Peregrin. consil. 93. num. 6. vers. in proposito autem cum duob. seqq. lib. 1. Cancer. var. resol. tom. 3. cap. 15. num. 297. et seqq.*, *Rot. dec. 272. nu. 5. par. 10.*, *et dec. 305. n. 10., et 11. par. 11. et dec. 601. n. 19. et 20. p. 19. tom. 2. rec.*, *et in Bononien Bonorum emphyt. 12. Jan. 1705. §. Maxime quia, et in Ravennaten. Fideicom. Hieronymi de Abbiosis 7. Aprilis 1710. §. Dividentes coram R. P. D. meo Crispo.*

Eoque certius, quia dividentes palam in eodem Instrumento divisionis expresserunt etiam, quæ forent hæ lites, & discordiæ, ut ibi sub initio = *occasione divisionis dictæ hereditatis* (nempe Pauli) *inter eosdem orta fuit lis, & differentia introducta cor. D. Gubernatore Provinciæ Marchiæ*, quamobrem facile fuisset dictis Fratribus saltem aliquo modo indigitare, quod ex causa Fideicommissi per Paulum ordinati hæ lites, & discordiæ judiciales fuerint extortæ, alias effectus sub-

4 sequutæ divisionis causam ipsam dividendi excedere nequiverat, ex iis, quæ pariformiter affirmata fuerunt sub consimili ratione in

sæpius

ſæpius allegata *deciſ. 23. Junii*, quibus pa-
riter addi poſſunt, *Decian. reſp. 3. nu. 115.
Surd. conſ. 418. num. 11. & ſeqq. cum ceteris
relat. per Rot. cor. Priol. dec. 182. n. 14., &
in Rec. dec. 51. num. 11. par. 14., & in deciſ.
601. num. 21., & dec. 627. num. 11. & 12.
par. 19. tom. 2., & in dicta Ravennaten. Fi-
deic. Hieronymi de Abbioſis 7. Aprilis 1710.
§. In hoc autem cor. R. P. D. meo Criſpo.*

Aſt, cum neutiquam id oſtenderetur, immo
nec ulla mentio, nec ulla ſyllaba apposita
fuerit in præcitato Inſtrumento diviſionis
de tali Fideicommiſſo per Paulum ordina-
to, quomodo cogitari valebat, quod divi-
5 dentes voluerint ei, nec etiam ſimpliciter
enunciato renunciare, ſecundum ea, quæ
reſpondet *Grat. in conſ. 17. num. 44. lib. 1.,
Gabr. comm. opin. lib. 4. de Fideic. concl. 1.
num. 10., Fuſar. de Subſtit. quæſt. 593. n. 88.
Rot. cor. Priol. dec. 192. num. 6. & cor. Bich.
dec. 119. num. 4. & poſt Conſtant. ad Statut.
dicta dec. 43. num. 4. & 5., & dec. 195. n. 4.
ubi ampliat, etiamſi dividentes perfectam ha-
buerint ſcientiam Fideicommiſſi, par. 17., &
in Bononien. Fideicom. 23. Jun. 1698. §. Ve-
runtamen, & §. final. cor. R̃mo dell'Olmo, &
in dicta Ravennaten. Fideicom. Hieronymi de
Abbioſis §. Neque illa cor. R. P. D. meo Criſpo.*

Hiſque ineluctabilibus regulis præmiſſis, mini-
me in oppoſitum relevare viſa ſunt verba il-
la generalia, quæ penitus cuilibet famulan-
tur, & inſunt diviſioni, nimirum, *quod de
iiſdem partibus, & portionibus per unumquem-
que ipſorum, ut ſupra acceptatis, & electis,
ſe ſe bene contentos vocaverunt, & vocant,
& ſe ſe ipſos viciſſim quietarunt &c., & ſibi
invicem viciſſim ceſſerunt, & conceſſerunt
omnia, & ſingula jura, & actiones quomodo-
libet, & qualitercumque ſibi ipſis competen-
tia, & competentes &c.* Quia ea ex præcitata
ratione famulatus, & tanquam apposita in
fine, merito attributa fuere aſſuetis clauſu-
lis, & formulariis Notariorum, potiſſime cum
vera pacta ferientia intentionem dividen-
tium, fuerint vernaculo ſermone explicata;
hæ vero clauſulæ, & verba latino, ut vidi-
mus, idiomate tranſcripta, & de reliquo,
quod hujuſmodi clauſulæ, & conſimilia ver-
6 ba, veluti pediſſequa diviſionis, & aſſueti
formularii, minime attendantur ad præſefe-
rendam ullam Fideicommiſſi remiſſionem,
paſſim videre eſt ex relatis per *Spad. conſil.
336. num. 9. lib. 2, Torr. de pact. futur. ſuc-
ceſſ. lib. 2. cap. 40. num. 55. & ſeqq., Rot.
poſt Eumdem. dec. 41. nu. 9. & poſt Conſtant.
ad Statut. Urb. dec. 410. num. 29. & dec. 42.
num. 19., & in dicta dec. 601. n. 21. par. 19.
tom. 2., & in allegat. Ravennaten. Fideicom.
Hieronymi de Abbioſis 7. Aprilis 1710. §. Ni-
hilominus, & in altera Ravennaten. Fideicom.
Camilli de Abbioſis dicta die 7. Aprilis ejuſdem
anni §. Abſque eo quod, & §. Minoris etiam
relevantia*, ubi præciſe de mutua, & reci-
proca quietantia, *cor. eod. R. P. D. meo Criſpo*;
Maxime quando non agitur de Fideicom-
miſſo in perſonam dumtaxat Condividen-
7 tium purificato, vel purificando, ſed de Fi-
deicommiſſo conditionali, & longe ad alias
Perſonas, & gradus progreſſivo, ut proſe-
quitur, *Peregr. de Fideicom. art. 52. nu. 18.
Fuſar. de Subſtit. quæſt. 593. nu. 5., Rot. cor.
Priol. dec. 214. num. 8., & dicta dec. 272.
num. 11. & 12. par. 20., & in alleg. dec. 41.
num. 11. poſt Conſtant., & in dicta Ravenna-
ten. Fideicom. Camilli de Abbioſis 7. Aprilis
1710. §. final. cor. R. P. D. meo Criſpo.*

Minuſque, deſcendendo, ut innuimus, ad ve-
ram per Partes ipſas explicitam intentio-
nem, talem efficaciam ſortiri poterant illa
alia verba, patrio ſimiliter ſermone ſignifi-
cata, & ſignanter *ſub litt. C.*, ubi in forma
ampliſſima conventa legebatur evictio, quo-
niam in primis pariter regula eſt, quod quæ-
libet amplitudo vocabulorum uſurpata in
8 promiſſione evictionis nuſquam amplectitur
eam evictionem, quæ ſequatur ex natura rei
ex. gr. devolutionis bonorum emphyteuti-
corum, ſeu feudalium ad Dominum directũ,
vel fideicommiſſi reſtituendi in ordine ad
vocatos cum ſimilibus, juxta connotata in
his terminis apud *Peregr. de fideic. art. 52.
ſub n. 68. et 69., Caren. reſol. 124. ſub n. 8.
et reſol. 125. n. 6., Mangil. de evict. q. 21.
num. 10. cum duob. ſeqq., Card. de Luc. de
fideic. diſc. 178. n. 8. Rot. dec. 192. a n. 4. ad 8.
cor. Priol., et dec. 172. nu. 6. et 7. par. 10., et
dec. 601. n. 26. et ſeqq. et dec. 607. a n. 17.
par. 19. tom. 2. rec., et poſt Conſtant. ad Stat.
dicta dec. 41. num. 22. et dec. 42. num. 21.,
et in d. Bononien. Bonorum Emphyteuticorum
12. Januarii 1705. §. Maxime cor. R. P. D.
meo Priolo, et in allegata Ravennaten. Fidei-
comm. Hieronymi de Abbioſis 7. Aprilis 1710.
§. Promiſſio autem cor. R. P. D. meo Criſpo*,
itaut ad pariendum contrarium effectum,
9 exigatur ſpecifica etiam in hujuſmodi caſu
promiſſio evictionis, ad *Text. in l. ſi familia
C. famil. hereiſc. Roland. conſ. 51. num. 19.
vol. 2., Peregr. de fideic. dicto art. 52. n. 69.
Amat. dec. 77. nu. 30.* aliiſque relatis, plene
diſcuſſo articulo diſtinguit *Rot. in allegat. dec.
42. n. 10. et 21. et dec. 44. n. 15. et ſeqq. poſt
Conſt. ad Stat. Urb., et in præfata Ravennaten.
fideic. Hieronymi de Abbioſis §. Non attento.*

De reliquo, introſpecta maſſa, & ſubſtantia
voluntatis, tantum aberat, quod hæc pro-

miſſio

missio evictionis comprehenderet hunc casum, in quo, nimirum, ulterior vocatus prætenderet suo loco, & tempore vindicare bona sibi per fideicommissum descensa, ut manifeste ex lectura pateret, quod inibi dumtaxat agebatur de mutua, & reciproca promissione, quoties aliquis ex iisdem Dividentibus pateretur molestias, quodque, tunc communibus expensis talis molestia, seu lis supportari deberet, ut ibi = *Se mai per detti beni tanto dell'una, quanto dell'altra parte di essi, benche minima, si movesse lite alcuna, o controversia tanto in petitorio ec. da qualsivoglia persona etiam privilegiatissima, senza eccettuarne alcuna, questo, idest, Giudizio da principio fino alla total terminazione si debba terminare tutto a spese comuni ec.*, & deinde subsequitur mutua stipulatio evictionis; Id autem utique solum congruebat in ordine ad Creditores, vel personas tertias, & extraneas; Tunc enim unusquisque socius non adversativum,
10 prout hic, sed par habens interesse, contribuere de jure, & de æquitate compellitur ad sustinendum commune negotium, seu defensionem, ad *Text. in leg. Imperatores 17. ff. de tutel.*, et *rat. distrab.*, *Rot. cor. Seraphin. dec. 1090. num. 6.*, *et coram Merlin. dec. 48. num. 3.*, *et coram Manzaned. dec. 157. ibidem num. 3.*, *et cor. Gregor. dec. 263. ex nu. 2. ad 6.*, *ibique adden. nu. 7.*, *et 8.*, *et in rec. dec. 1 38. sub num. 1. par. 1.*, prout unusquisque ex di-
11 videntibus obstringitur in his terminis damnum passum reficere, ob illam æqualitatem servandam, de qua Imperator *in leg. inter filios Cod. famil. bercisc.*, *et in leg. si major. Cod. commun. divid.*, *et in leg. si fratres Cod. comm. utr. Judic.*, cum concordan. pleno calamo relatis per *Mangil. de evict. quæst. 114. nu. 1.*, *et sequen.*, & ante eum tradidit *Surd. consil. 87. num. 92.*, *et de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 118. num. 17.*, *Peregrin. de fideic. art. 52. sub num. 53. in fin.*, *Card. de Luc. de bered. disc. 270. num. 7.*, *Gratian. discept. 195. nu. 15.*, *Capon. discept. 112. num. 28.*, *Ciarlin. contr. 118. a num. 25.*, *et seq.*, *Tartagl. de reser. stat. art. 60. num. 33.*, *et 34.*

Evidentissime autem ponderatis aliis verbis hujusmodi sub eodem §. Instrumenti *lit. C.* pactiones concomitantibus, ut ibi = *Oltre le spese fatte, e da farsi, debba l'altro, a chi toccherà l'altra parte, dare subito l'intiera sua metà, che gli tocca, al Creditore, o a qualsivoglia altra persona, che averà data molestia ec.*, & rursus = *Che per il sovradetto patto non s'intenda aquistato jus ancorchè minimo a' pretesi Creditori, o a qualsivoglia altra persona, benchè privilegiatissima ec.* Quamobrem ecce, quod idem pactum, ecce quod promissio evictionis respiciebat tantummodo Creditores, vel alias exteras personas, quibus jus acquiri poterat, nusquam vero ulteriores fideicommissarios, quibus non conveniebat nomen Creditoris, & quibus jus quæri non poterat ex hujusmodi pacto,
12 sed quærebatur ex Testamento fideicommittentis, juxta illius definitionem, quod fideicommissum sit donatio a defuncto relicta, ab herede præstanda, ad *Text. in §. Legatum itaque institut. de legat.*, *Card. de Luc. de success. disc 22. num 12.*, cum aliis vulga-
13 tis *Urceol. de transact. quæst. 76. num. 9.*, ubi quod evictio in unam expressam causam promissa ad aliam extendi non debeat; Et in puncto, quod hujusmodi pacta in divisio-
14 ne apposita respiciunt evictionem provenientem a tertio, non autem ab eo, qui ex ordinatione Testatoris, seu fideicommittentis succedit, firmat *Alba conf. 376. num. 5. lib. 3.*, quem refert, & sequitur *Mangil. de evict. quæst. 114. num. 87.*, & conferunt animadversa per *Rot. in sæpe allegata decis. 41. n. 22. post Constant. ad Stat. Urb.*

Absque eo quod idcirco fomentum aliquod recipere valerent superiora verba ab illis aliis subsequentibus, sive intermixtis, nempe: *purche li sovradetti spogli, e danni non seguano per difetto, e colpa di quegli, che patirà tali spogli, e danni = ut in actu Summ. num. 5. litt. D.*, quasi quod hæc peculiaris exceptio adjecta promissioni evictionis firmaret regulam in contrarium in ceteris quibuscumque casibus; In primis namque verba ista *di difetto, e di colpa*, tamquam redolentia quoddam delictum, vel causam defectuosam, nequibant utique referri ad contingentiam, quod purificata conditione, vocatus ad aliquod fideicommissum citra ullam propriam culpam, aut defectum, multove magis sine culpa suorum dividentium, consequi intenderet, quod suum erat, absque alterius injuria, ex beneficio, ut diximus Testatoris: unde ad summum eadem verba poterant involvere hypothesim, quod aliquis ex. gr. ex Dividentibus ante, vel post factam aditionem hereditatis, & ante secutam ipsam divisionem, obligasset Bona communia, contrahendo aliquod æs alienum in præjudicium Consocii, & Coheredis, tunc enim nasci poterat ex propria unius ex Dividentibus, si non effectiva culpa, saltem aliquis defectus causandæ evictionis, vel contra seipsum, vel contra Consocium, & Coheredem, assistente ipso dictamine ra-
15 tionis, quod qui causam damni dat, illud reficere teneatur, non vero prætendere, quod ab

ab aliis reficiatur, Teste *Jurisconsult.in leg. qui occidit §. pen. ff. ad leg. Aquil.*, *&* *in leg. damnum*, *et in leg. non debet alteri ff. de regul. jur.*, *Actolin. resol.63. num.16.*, *Rot. cor. Buratt. dec.780. num.41.*, *et cor. Dunoz. Jun. decis.478. num.7.*, *et 22.* cum aliis relatis *in Albanen. Ferraccii super reservatis 17. Martii 1710. §. . . . coram Me.*

Ceterum nec etiam ullo modo procedere poterat prædictum argumentum, & excogitatum assumptum, quod ab exceptiõne confirmante, & quandoque ampliante regulam in contrarium, desumere satagebant Informantes pro fratribus de Vico; nam cum ex jam demonstratis regula citra scrupulum sit, quod promissio evictionis nullatenus comprehendat eam evictionem, quæ sequatur ex natura rei, prænominata proinde exceptuatio millies, & quantum velit, stabiliat eamdem regulam contrariam, semper fave-
16 bat Flaminio, & adversabatur intentui ipsorum fratrum, si vera est propositio, ut est verissima, quod exceptio quomodolibet firmans regulam, debet tamen esse de ipsa regula, ut ait *Bart. in leg. Generali 32. §. Uxori num.3. ff. de usu, et usufruct. legat.*, *Bald. in leg. in his nu.4. ff. de legib.*, *Aretin. consf.8. num.6.*, *Roman. consf.379. nu.3.*, *et consf.798. num.22.*, *Mantic. de tacit. lib.7. tit.13. n.11.*, *Rot. cor. Peutinger. dec.37. num.15.*, *et in rec. dec.100. num.3. par.2.*, *et decis.518. num.32. par.19. tom.2.*, unde ad summum constare potuisset de promissa ex prædictis verbis quacumque alia evictione, nusquam autem de hac ex natura rei contingente, quæ non includitur sub evictione, capessendus erat intellectus.

Denique nullatenus officere, vel applicari compertum est, quod iidem Dividentes in fine toties memorati Instrumenti, scilicet sub *dicto num.5. litt.L.* concorditer renunciaverint beneficio Inventarii, cum quo adiverant Pauli hereditatem, sese declarantes, *velle esse heredes simpliciter*, quasi quod exuere cogitarent idcirco qualitatem heredis gravati; Quoniam eadem phrasis, & *importantia heredis simplicis* opponebatur quidem heredi beneficiato, non autem heredi gravato, cui solum opponitur *heres liber*, & de facto, quod simplex heres dicatur, & sit ad differentiam ejusdem heredis gravati, dumtaxat ille, qui non adivit he-
17 reditatem cum præsidio, & beneficio Legis, & Inventarii, communiter, & uno ore distinguunt *Bald. in leg. final. num.3. C. de Jur. deliber.*, *Rot. cor. Merlin. decis.721. num.20.*, *et dec.39. num.9.*, *et seqq. par.6.*, *et dec.228. n.10. par.15. rec.*, & alibi passim.

Quinimmo præterquamquod, ut fuerat quoque animadversum, & collaudatum in supradicta altera *decisione diei 23. Junii 1710. coram Me sub §. Parum faciente*, hæc renunciatio beneficii Inventarii nil aliud operabatur, quam detegere illum animi candorem, & puritatem in Dividentibus, qui nolentes æs alienum effugere, vel defuncti voluntatem non observare supra id, quod vires hereditariæ paterentur, ut secumfert istud beneficium in novissimo *Jure Justinianeo* heredibus concessum *in tota Auth. de hered.*, *&* *falcid.*, mavis concupiscebant solvere debita, & custodire facta suorum Prædecessorum etiam de proprio, adhuc in omnem evẽtum, dum istam declarationem volendi *sese esse heredes simpliciter*, adjecerunt in actu aditionis hereditatis Pauli, vel occasione divisionis ejusdem hereditatis, manifeste potius circumstantia hæc retorquebatur in oppositum, & omnem hujus Causæ ex se sola fortasse amaritudinem submovebat; Siquidem Dividentes certo certius ob hoc exoptantes abiicere omnem scutum, omnem galeam defensionis in ordine ad facta, & volita per eumdem Paulum, profecto nequibant incontinenti sub eodem actu diametraliter rumpere ejus voluntatem, & bona, quæ submiserat certæ dispositioni, & fideicommisso, contra ejus mentem reddere, & efficere libera, ac transitoria ad quoscumque,
18 quando ceteroquin nemo non scit, quod simpliciter adiens hereditatem, ex ipsamet simplici aditione censetur inire quasi contractum cum fideicommissariis pro observantia mentis Testatoris, & fideicommissi ab eo demandati, ut præcise, & bene observarunt per *Text. in §. Heres instit. de oblig. quæ ex quasi contract.*, *et in l. final. C. commun. de legat.*, *Bart.*, *et Alexand. in l.1. uterque nu.23. ff. de legat.1.* *Socin. Jun. consf.107. num.51. cum pluribus seqq. lib.3.*, *Surd. consf. 108. num.30.*, *et 31.*, *Mansf. consult.48. n.3.6. et 7.*, *Rocc. disput.50. num. 12. 13.*, *et 14.*, *Rot. cor. Cavaler. dec.272. num.2.*, *et cor. Coccin. dec.1829. num.3.*, *et in rec. dec.19. n.7.8.*, *et 9.*, *et dec.438. num.4.*, *et seq. par.5.*

Et ita &c. utraque &c.

Maceraten. Legatorum, & Fideicommissi super Manutentione.

Lunæ 26. Januarii 1711.

ARGUMENTUM

Liquet ex Summario.

SUMMARIUM.

1. *Probatur possessio ex actuali fructuum exactione, necnon ex initis bonorum locationibus.*

2. Fi-

2. *Fideicommissarius tenetur accipere fideicommissi possessionem de manu heredis, non vero se propria auctoritate intrudere.*

3. *Appellatio suspendit quidem sententiæ exsequutionem, non vero efficit, ut qui praecedenter reperiebatur in possessione manuteneri interim non debeat.*

4. *Clausula* sine præjudicio habentium meliora, & potiora Jura *conditionem inducit, et non operatur translationem possessionis, nisi quatenus Creditoribus nullum præjudicium inferatur.*

5. *Manutentio tribuitur illi suffulto præsidio boni Juris.*

6. *Fideicommissum licet capi debeat de manu heredis, id tamen non procedit quoties fideicommissum est clarum, et nulla competunt detractiones ad evitandum inanem circuitum.*

7. *Substitutio, si legitur concepta verbis directis, non est necesse citare heredem etiam possessorem in capessenda possessione.*

8. *Ususfructus mortuo usufructuario consolidatur cum proprietate.*

9. *Manutentio alicui concessa non tollit onera, et servitutes, quæ ipsi rei possessa inhærebant.*

10. *Judicatum usque quo non revocetur secum interim trahit præsumptionem validitatis, et justitiæ.*

DECIS. DXX.

PEtierat, & obtinuerat Flaminius in Tribunali A.C. Manutentionem adversus Fratres de Vico, illarumque Matrem Zenobiam, necnon Monasterium Sanctæ Claræ Civitatis Maceratæ, veluti repræsentans personam, & Jura Sororis Franciscæ Ritæ inibi Monialis, super quieta, & pacifica possessione totius integri ususfructus Prædii nuncupati *della Cimarella*, necnon cujusdam Domus cum Apotheca, ceterisque connexis, ac sitis in eadem Civitate Maceratæ, ac denique trium ex quatuor partibus ususfructus Bonorum, quæ pariter nuncupabantur *Vallebona*, *et Malerba*, reservata dumtaxat alia quarta parte eidem Monasterio, donec ascendente tota causa ad *Sacrum Auditorium* pro firmiori diremptione totius inter has Partes controversiæ, triangularis utique in personis, sed quadrangularis in ordine ad puncta, aut præliminaria, aut consequutiva, quatuor etiam ego, sive de Partium consensu, sive Dominis occasione susceptæ trutinationis, ita injungentibus, proponere dubia coactus exstiti; primum, & præliminare fuit per me idcirco præambulo expositum certamini *sub die 18. Junii 1710. An Legata deberentur una cum fideicommisso Josephi, itaut danda esset Immissio, vel associatio*, eoque resoluto ad favorem prædictorum Fratrum, quemadmodum elucescit ex Decisione prædicta diei 18. Junii *cor. me.*, successive, sive secundo loco sub die 23. ejusdem mensis Junii 1710. dubitavi = *An, et ad cujus hereditatem spectaret Prædium* della Cimarella, *et Domuncula cum Apotheca sita in Civitate Maceratæ*, & itidem contemporanee Tertiũ superaddidi dubium respiciens illud *interim*, sive Tenutam, sive, ut nostrates ajunt, manutentionem, *An, et cui scilicet danda esset manutentio.*

Verum cum iidem *Domini* in hac secunda propositione fuerint dumtaxat Concordes pro Fratribus de Vico respectu Prædii *della Cimarella*, & circa Domunculam cum Apotheca scissis suffragiis prodierit Rescriptum *Iterum proponatur*, quemadmodum similiter coruscat ex decisione prædictæ diei 23. Junii pariter *cor. me*, idcirco reputatum fuit justius, & æquius interea abstinere, donec meliora elucescerent, a definitione manutentionis, ac respondere *Dilata*; consopitaque proinde paululum remansit pugna, subintrantibus generalibus Feriis Sacri nostri Tribunalis, de quibus meminimus in præfatione ad Decisiones impressas *coram me nu. 48. et 49.*

Excitatis igitur deinceps ab hoc sopore contendentibus, & insimul digladiantibus, nonnisi sub die 26. Januarii subsequentis anni 1711. utraque prodiit resolutio, altera, quæ fuerat, ut supra, reservata, emanavit ad favorem Flaminii, nempe *Domunculam, et Apothecam spectare ad hereditatem Pauli*, ex fundamentis, de quibus videre est in hodierna *contemporanea decisione*, & circa Manutentionem provide dixerunt Domini, *dandam esse Manutentionem, quo ad Domunculam, et Apothecam pro nunc Flaminio.*

Et quidem, ut præmisimus, provide, licet namque Partes utrinque dimicarent in hac dubitatione super nudo facto possessionis, prætendente Flaminio ipsum existere in eadem plusquam legitima, & universali possessione cum successiva ejusdem possessionis verificatione, & effectu, mediante actuali fructuum exactione, & perceptione, nec non ex initis subinde respective locatio-
1 nis eorumdem Bonorum, quæ certe abstractive solent importare plenam, seu sufficientem probationem, ad tradita in terminis perceptionis fructuum, *Text. in l. Titia ff. de solut. et l. 2. Cod. acquir. possess. Fulgos. cons. 161. in princ. Soccin. cons. 13. num. 14. lib. 4. Corn. cons. 211. num. 1. Dec. cons. 400. n. 3.*

Cra-

Cravett. cons. 167. *num.* 7. *Mascard. de probat. concl.* 1188. *n.* 5. *Menoch. de retin. possess. remed.* 3. *num.* 564. *Afflict. decis.* 177. *num.* 4. *Ludovis. dec.* 549. *nu.* 3. *Duran. dec.* 419. *num.* 14. *Rota dec.* 629. *num.* 1. *par.* 1. *et dec.* 508. *num.* 1. *par.* 2. *rec.* & circa locationes maxime effectuatas habetur signanter penes *Posth. de manut. observ.* 24. *n.* 14. ubi de more innumeri allegantur, & per *Rot. in dec.* 452. *num.* 17. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Et adderet idem Flaminius, quod etiam ipso Legis ministerio, illi fuerit acquisita possessio tamquam heredi instituto a cl. me. R. P. D. Gabriele ultimo Possessore, itaut si Fratres de Vico satagebant inniti fideicommissariæ ordinationi Josephi Fratris ejusdem R. P. D. Gabrielis, obstringerentur petere eadem fideicommissa, & consequenter pos-
2 sessionem de manu ipsius Flaminii heredis, & nequaquam sese in vim propriæ auctoritatis intrudere, juxta regulam in Jure nostro absolutam, & de qua *Text. in l. pr. ff. quorum legat. Roman. cons.* 247. *Roland. cons.* 78. *nu.* 14. *lib.* 3. *Maresceott. var. resol. lib. pr. c. pr. n. pr. Cavaler. dec.* 106. *n* 6. *Greg. dec.* 575. *num.* 1. *Dunozett. Jun. dec.* 763. *n.* 1. *Ciroec. discept.* 01. *num.* 39. *Rodulph. alleg.* 150. *n.* 1. *et alleg.* 153. *num.* 4. *Seraph. dec.* 271. *n.* 2. *et dec.* 1065. *num. pr. Bich. dec.* 612. *nu.* 18. *Otthobon. dec.* 28. *num.* 3. *et dec.* 72. *num.* 6. *et* 7. *et in rec. dec.* 279. *num.* 12. *par.* 15. *et in Romana manutentionis* 8. *Maji* 1685. §. *Vitium autem*, *et illius Confirmatoria* 14. *Jan.* §. *Adhuc enim cor. cl. me Card. Caccia*.

Robustius vero, quia cum signanter Fratres de Vico pendente lite inter ipsum Flaminium, ac Monasterium S. Claræ perperam adepti fuerint possessionem, & curassent sibi quoque suffragari possessionem captam ab eodem Monasterio vigore mandati ad commodum ipsius Monasterii relaxati per Tribunal Ecclesiasticum Maceratæ, supervenit Judicium A. C. qui declarando nullam, & attentatam hujusmodi possessionem, fuit impartitus eidem Flaminio favorabilem Manutentionem, quapropter, etsi Fratres de Vico ab hisce Decretis, & respective mandato appellassent ad Sac. Auditorium, attamen appellatio quidem suspendit exsequutionẽ, & effectum sententiæ, non tamen efficit, quod qui reperiebatur præcedenter in legi-
3 tima quasi possessione, eamque ulterius canonizzari judicialiter reportaverat, non deberet interim pendente eadem appellatione manuteneri, ut ait *Text. in l. penul.* §. *si fundum ff. qui satisd. cog. Gayl. observ.* 147. *nu.* 10. *lib. pr. Posth. de manut. observ.* 8. *n.* 55. *et penes eumdem dec.* 336. *num.* 9. *et* 10. *Thomat. dec.* 62. *num.* 10. *et* 12, *Monac. d. Bonon. dec.* 30. *num.* 31.

A contrario autem conclamarent Fratres de Vico, quod pejore nullitatis lue tabesceret possessio capta per Flaminium, utpote restricta in judiciali, & assueto mandato de immitendo, absque ullius citatione reportata ad Bona hereditaria memorati R. P. D. Philipucci sub assueta refrænatione *dummodo possessio foret vacans*, *et sine alterius præjudicio*; unde nequiverat fimbrias ejusdem mandati extendere ad Bona, quæ non erant hereditaria prælaudati R. P. D. Gabrielis, sed Josephi saltem pro medietate, & fuerant devoluta ad eosdem Fratres de Vico ex capite fideicommissi per ipsum Josephum ordinati, & hoc saltem ad effectum, ut signanter agnito bono Jure fratrum de Vico circa prædium *della Cimarella*, *ut in citata decisione* 23. *Junii* 1710. *cor. me*, nullibi videbatur deneganda manutentio iisdem fratribus in possessione, quam etiam ipsi fuerant consequuti, tum quia ob efficaciam præ-
4 dictæ clausulæ *Sine Præjudicio habentium meliora*, *et potiora Jura* resoluta, proinde remansérat possessio apprehensa per Flaminium, teste *l. Item b ibeo* §. 1. *ff. Famil. Ercisc. et l. naturaliter* §. *Nihil commune circa finem ff. de acquir. possess.*, *et ibi Bald. consil.* 104. *nu.* 5. *Natt. cons.* 653. *n.* 5. *Marescott. var. resol. lib.* 1. *cap.* 55 *num.* 31. *Peregr. de fideicommiss. art.* 47. *num.* 29. *Grat. discept. for. cap.* 732. *n.* 12. *Seraph. dec.* 810. *in princ. Ludovis. dec.* 332. *num.* 6. *Putei dec.* 32. *lib.* 2. *Cavaler. dec.* 62. *num.* 6. *Rota divers. decis.* 161. *num.* 6. *par.* 4. Tum quia in omnem casum agnito bono jure per Sac. Rotam, ea de consueta æquitate nusquam negat in se-
5 quelam ejusdem boni Juris tribuere manutentionem eidem stipato robore boni Juris, ut millies dictum fuit, & signanter post *Cancer. var. resolut. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 64. *et seqq. Fontanell. de pact. nupt. clausul.* 7. *gloss.* 3. *par.* 10. *n.* 74. *Marescott var. resol. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 1. *et seqq.* dixit *Rota decis.* 18. *num.* 27. *par.* 17. *rec. et in Toletana Præstimonii super manutentione* 3. *Aprilis* 1703. §. *Nec obstat.*, *cor. bo. me. Muto in Romana Hered. de Ruspolis* 13. *Junii* 1704. §. *Perstringendo cor. Rmo meo Decano*.

Atque id ipsum sibi blandiebantur Fratres de Vico posse evenire, & promereri etiam quoad domunculam cum apotheca, non solum ex ceteris fundamentis, sed etiam ob spem consimilis boni Juris, quod fovere putabant in contemporaneo conflictu supradicti alterius dubii, & circa præmissam regulam, quod fideicommissum capi debeat de manu here-

heredis, satis dicebant esse illis consultum per limitationem æque incontrovertibilem,
6 quod id minime sibi locum usurpet, quoties fideicommissum sit clarum, & nullæ competant detractiones, ne inanis intret circuitus ex iis, quæ plene habentur *Capic. Latr. consult.* 147. *num.* 27. *Gratian. discept. forens. cap.* 954. *n.* 21. *Posth. de manut. observ.* 47. *num.* 8. *Adden. ad Greg. dec.* 206. *num.* 12., *et seqq. Seraph. dec.* 83. *num.* 4. *Rota divers. dec.* 402. *num.* 2. *par.* 4. *dec.* 18. *n.* 27. *p.* 17. *rec. dec.* 358. *num.* 11. *par.* 15. *rec. et in Romana Manutentionis* 8. *Junii* 1685. §. *Nec replicari cor. bo. me. Card. Caccia in Avenionen. fideicomm. super manutent.* 19. *Januar.* 1700. §. *Validitatem cor. bo. me. Muto*; quin etiam ubi substitutio, qualis erat ad præsens demandata per Josephum, ad commodum fratrum de Vico obeunte R. P. D. Gabriele, legitur concepta verbis directis, non esse (ut subjungebant) necessarium citare
7 heredem etiam possessorem in capessenda possessione per sic substitutum, quemadmodum prosequuntur *Rosa consultat.* 40. *n.* 23. *Rota dec.* 46. *num.* 4. *dec.* 740. *n.* 6. *par.* 11. *dec.* 18. *num.* 27. *ad* 29. *par.* 17. *rec.*, *et in Bononien. fideicomm. super manutentione de Ursinis* 26. *Martii* 1708. §. *Prout etiam cor. Reverendissimo Decano*, *et decis.* 29. *num.* 30. *coram me*.

In ordine demum ad Bona di *Mallerba*, *e Vallebona* postremo subnectebant, eamdem praticandam esse ex identitate rationis normâ decidendi super eadem controversa manutentione, quia cum hujusmodi Bona fuissent supposita per Josephum usufructui favore Monialium, & ipsius R. P. D. Gabrielis, delata de cetero proprietate ad ipsos fratres, R. P. D. Gabrielis portio proportionabilis,
8 quæ competierat supradicto Gabrieli, per illius extinctionem sive obitum cessaverat, & cum sua proprietate remanserat consolidata ad *Text. apertissimos in* §. *finit. institut. de usufruct.* §. *finit.* & *l.* 3. & *l. ambiguitatem Soccin. Jun. consf.* 43. *n.* 3. *Cephal. cons.* 158. *nu.* 1. & 2. *Dec. cons.* 597. *nu.* 4. & 5. *Bellon. de Jur. accresc. cap.* 9. *quæst.* 3. *n.* 1. *Gall. de fruct. disp.* 36. *art.* 6. *n.* 1. & 2. *cor. Emer. dec.* 209. *n.* 2. *par.* 1. *dec.* 20. *n.* 5. *par.* 11. & *dec.* 239. *n.* 9. *dec.* 577. *n.* 1. *par.* 19. *rec.* & quando etiam coincidisset quæstio, an eadem portio accrevisset prædicto Monasterio ex persona Franciscæ Ritæ superstitis, necne, utique poterat iisdem fratribus, qui junctim cum Monasterio hoc non contendebant, impartiri manutentio, reservato, prout de Jure, onere præcitati ususfru-
9 ctus, manutentio etenim alicui concessa non tollit onera, & servitutes, quæ ipsi rei possessæ inhærebant, ut in proposito *Text. in l.* 2. §. *merito ff. pro socio Dec. cons.* 541. *n.* 17. *Post. de manut. observ.* 73. *n.* 8. *Rota post eumdem dec.* 113. & 641 *n.* 8. *in fin. par.* 1. *divers.* & *dec.* 362. *n.* 5. *par.* 4. *tom.* 1. *rec.*

In hoc itaque statu *Domini* separantes triticum a palea, & relinquentes in suo esse jura contendentium, signanter quoad ipsum usumfructum, quæ majori indigebant examine, stabiliverunt pro nunc concedendam, ut diximus, manutentionem Flaminio quoad domunculam cum apotheca; Cum enim in prædicta contemporanea *decisione hujus diei* lucide dignoverint, eas spectare ad præcitatum Flaminium, nulla restabat ratio, propter quam ab hac canonizanda firmandaque possessione illorum animos posset dimovere, dum Flaminius reperiebatur in actuali possessione, eaque ob prædictam decisionem non poterat, dici resoluta per præfatam clausulam: *Sine Præjudicio habentium meliora*, & *potiora Jura*, quod non sic erat respectu Prædii *della Cimarella*, aliorumqua bonorum, utraque possessio scilicet tam Monasterii, quam fratrum fuerat interim ab A. C. declarata attentata, nec apparebat de certa, quota ususfructus competente Monasterio per prætensum Jus accrescendi, quando circa domum, & apothecam militabat e converso pro Flaminio, ultra præcognitionem nostri Tribunalis, judicatum favorabiliter etiam
10 ab A.C. quod secum interim trahebat ex se præsumptionem omnis Justitiæ, ex connotatis per *Text. in l.* 2. *C. de Offic. Civil. Judic. cum concord. per Menoch. de præs. lib.* 2. *præs.* 67. *n.* 1. & *seqq. Rot. dec.* 175. & 196. utrobique *n.* 2. *par.* 18. *dec.* 519. *nu.* 9. *par.* 19. *tom.* 2. *recent.*, & in punctualibus terminis A. C. *eadem Rota in Melphiten. Cappellania* 7. *Junii* 1700. §. *Non enim cor. me*.

Et ita utraque &c.

Mediolanen. Beneficii.

Veneris 30. *Januarii* 1711.

ARGUMENTUM.

Habens unam de qualitatibus alternative a Testatore requisitis pro consequendo legato, seu fideicommisso, vel Beneficio Jurispatronatus est semper præferendus in concursu nulla, seu neutra qualitate pollenti. Testator semper præsumitur voluisse succedere agnatos, vel cognatos de linea ab ipso expresse nominata, ac prædilecta, non vero agnatos, vel cognatos de altera linea transversara, ac dissecata. Vocatio alicujus familiæ cum dictionibus personalissimis *ipsi*, & *eorum* semper restringitur ad familiam

liam effectivam, vel saltem proxime contentivam.

SUMMARIUM.

1. *Sac. Rota quoties existimat, quod Littera Pontificia promereantur exsequutionem tunc rescribit* = Litteras Apostolicas esse exsequendas.

2. *Quoties vero a contrario subcenset, non esse locum exsequutioni, se abstinet ad epitheto Apostolicas, & simpliciter usurpat vocabulum* Litteras.

3. *Ad effectum consequendi quodlibet Beneficium Ecclesiasticum requiritur ad minus ætas annorum* 14.

4. Suppositio, *& assertio facta Papæ si corruit, corruit etiam illius collatio uti abreptitia, & subreptitia.*

5. *Arbitrium pro retardatione propriarum Litterarum non intrat si Gratia in contrarium reportata est nulla, atque insubsistens.*

6. *Singula, quæ non prosunt, unita juvant.*

7. *Dictio* de *relativa ad aliquem locum, seu Civitatem præsefert non solum habitationem, sed etiam quandoque originem.*

8. *Habens unam de qualitatibus, alternative requisitis pro consequendo legato, seu fideicommisso, est semper præferendus in concursu nullam, seu neutram qualitatem tenenti.*

9. *Ad eliciendam juridicam, & naturalem intentionem disponentis semper inspici, & attendi debet tempus conditi testamenti.*

10. *Testator ubi clare se expressit, ac glossavit, ad aliam glossationem, seu interpretationem recurrendum non est.*

11. *Observantia in materia Jurispatronatus omnem submovet difficultatem, & si quid est dubium declarat.*

12. *Fundator potest in suo testamento immutare etiam substantiam Jurispatronatus, maxime cum consensu Ordinarii.*

Revocatio testamenti facta per actum inter vivos semper est licita.

13. *Testator quando præsumatur voluisse invitare alios agnatos, vel cognatos de sua ab initio familia, sed postmodum transversata.*

14. *A prima dispositione per secundam numquam censetur recessum, nisi clara adsit specificatio, vel incompatibilitas inter primam dispositionem, & secundam.*

15. *Subextensio de linea ad lineam non nominatam facienda non est, præsertim si designatio lineæ facta a Testatore ostendat a quonam capite descendere debeant successores.*

16. *A testamento non censetur recessum, si illud in Codicillis confirmatum fuerit.*

17. *Clausula* juxta formam *impedit exstensionem diarum personarum præter nominatos.*

18. *Juspatronatus passivum facile recipit interpretationem ab activo.*

19. *Vocatio alicujus familiæ cum dictionibus personalissimis* ipsi, & eorum *semper restringitur ad familiam effectivam, vel saltem proxime contentivam.* Ampliia num. seq.

21. *Argumentum a fortiori deductum, est validissimum.*

22. *Testator numquam præsumitur, propriis agnatis anteponere voluisse agnatos, & cognatos non descendentes vel a se, vel a linea vocata,*

Quod favore est introductum, in odium retorqueri nequit.

DECIS. DXXI.

Sicuti sæpe sæpius evenit, & Divinæ paginæ testantur, occasione præsertim celebris divisionis, non minus amicabiliter, quam prudenter initæ inter *Abraham*, & *Loth* illius Nepotem, exorante eodem *Abraham*, ut *Loth* præeligeret partem, in qua mallet inhabitare sub illis verbis = *recede a me obsecro, si ad finistram jeris, ego dexteram tenebo, si tu dexteram elegeris, ego ad finistram pergam*, Fratres de Orighis partiendo substantiam Matthæi Patris; Franciscus prælegit Bona existentia in Territorio Mediolani, ibique deinceps perpetuo cum suis Descendentibus inhabitavit, Marcus Antonius vero, & Dionysius signanter amplexati sunt Bona, quæ sita erant in Terra Turricellæ, & in ea pariter traxere incolatum, quem successive semper prosequuti sunt filii, & Descendentes ejusdem Dionysii, qui Patri, & Patruo supervixere; Hæc autem occasionalis separatio, vice progignendi pacem, ut effecit inter familiam Abrahæ, & illam Loth, præbuit Ansam disceptandi, quinam vocati de hac Origorum familia intelligerentur ad Juspatronatus, sive activum, sive passivum a Prospero Perego fundatum, & erectum super quadam perpetua Cappellania sub titulo Sancti Gregorii loci Oriani, ea siquidem vacante, & contendentibus pro illius consequutione Antonio a Dionysio descendente, & Petro Antonio a Francisco, & utroque communito litteris Apostolicis, de quibus inferius, censuit Ordinarius Mediolani, exsequendas esse litteras Antonii, & non Petri Antonii, quod hodie conscendente Causa *ad Sac. Auditorium* dijudicarunt etiam *Domini* rescribentes *litteras Apostolicas Antonii fore exsequendas*, *intrare vero*

arbi-

arbitrium e converso *pro retardatione litterarum Petri Antonii*.

Una pars hujusce resolutionis trahebat in sequelam alteram subalternantem, cum hac sola differentia in formula rescriptorum, quod ubi *Tribunal*, cui Summorum Pontificum Benignitas, & Justitia committere solet suarum litterarum præsertim in materia beneficiali exsequutionem, ad effectum dispungendi, si forte fuerint falsis, vel insubsistentibus precibus innixæ, existimat inquam *Tribunal*, quod litteræ Pontificiæ promereantur tamquam ab hujusmodi vitiis immunes exsequutionem, asseruit rescribere *litteras Apostolicas esse exsequendas*, quoties vero a contrario ex prænarratis motivis subcenseat non esse locum exsequutioni, vel, quod idem est, in suis casibus, intrare arbitrium pro retardatione hujusmodi litterarum Sanctæ Sedis, ea, qua par est, humilitate, & modestia abstinet in hac parte reprobativa ab Epitheto *Apostolicas*, & simpliciter absque alio adjuncto usurpat vocabulum *litteras*, ut millies videre est, & præ-

2 cipue circa epithetum *Apostolicas* in rescripto exsequutivo litterarum Apostolicarum videre est coram *Emerix Jun. dec. 34. nu. 31., & dec. 92. num. 2., & dec. 814. num. 7., & in recent. dec. 100. num. 4. par. 12., & decis. 172. num. 2., & 3 par. 17., & dec. 412 in themate,

3 & num. 13. par. 18. tom. 2.*, & quoad omissionem ejusdem epitheti in casu contrario *in Palentina Thesaurariæ* 8. *Februarii* 1704. *coram Emo Caprara, in Arianen. Beneficii* 12. *Decembris ejusdem anni coram R. P. D. meo Priolo, & in Mediolanen. Præpositura 3. Martii pariter dicti anni coram me*.

Perpendendo itaque fundamenta, per quæ *Rota* existimavit gratiam obtentam ab Antonio exsequutionem sibi promereri, sed non sic gratiam Petri Antonii, ea sunt, quia, licet idem Petrus Antonius necesse non habens ulla dispensatione Pontificia pro assequenda Cappellania, de qua agebatur, prout habebat Antonius tunc in ætate annorum octo constitutus, ex quo notorii Juris est per superventam *Sacri Concilii Tridentini* Censuram ad effectum consequendi quod-

3 libet Beneficium Ecclesiasticum requiri ad minus ætatem 14. annorum, ut liquet ex *cap. 6. sess. 23. de reformat.*, ibique tradit *Barbos. nu. 1., & Card. de Luca ad idem Concil. ann. discurs. 24. num. 2., & de Benefic. discurs. 95. num. 6., Narbon. de ætat. ann. 14. quæst. 53. nu. 5., Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 8. nu. primo, Ciarlin. controvers. 53. n. 48. lib. primo, Rota in Ilcinen. Beneficii 2. Julii 1706. §. Minusque cor. R. P. D. meo Kaunitz.*

Diceret proinde præfatus Petrus Antonius, quod Antonius hujusmodi dispensationem perperam extorserat, prævia supplicatione in qua SS. DOMINO NOSTRO expressit erat, quod juxta fundationem, de qua supra *antius qualificatus existebat &c. & a Moderno unico Patrono, & intra legitima tempora fuerat præsentatus*; quapropter si hæc suppositio, & assertio minime subsistebat, in ne-

4 cessariam idcirco consequentiam ruebat tam collatio, quam dispensatio præambule desiderata ad normam illius obreptionis, de qua *Textus est in cap. super litteris 20. de rej. r p. & cap. 1. de litt. contest. in sexto*, ibique *omnes Scribentes* cum concordantibus allegatis per *Garz. de Benef. par. 6. cap. 2. nu. 197. et seqq. Lother. de re benef. lib. 2. quæst. 48. n. 296., Rota cor. Gregor. dec. 387. n. 5. & cor. Celso dec. 239. n. 6., & cor. Emerix Jun. dec. 814. nu. 1., & in recent. dec. 147. n. 1., & in fine par. 10. dec. 372. nu. 2. par. 17., & in Gerunden. Beneficii 14. Aprilis 1704. §. Nullibi, & seqq. cor. R. P. D. meo Priolo, & Hiporegien. Beneficii 11. Februarii ejusdem anni §. Expressit cor. b. m. Mato*.

Remoto autem Colliticigantis obstaculo, sive cadente ex præmissis Antonio suo oppositore, ulterius subnecteret nullum intrare potuisse arbitrium pro retardatione propriarum litterarum, quin potius ipse Petrus Antonius veluti solus per ætatem capax reddebatur, & erat unicus saltem in Jurepatronatu passivo qualificatus, sicque insubsistente a contrario propria gratia, nullum poterat im-

5 partiri arbitrium pro retardatione ejusdem suæ gratiæ, ad sæpe firmata per *Rot. cor. Gregor. dec. 221. n. 1., & cor. Duran. dec. 385. n. 1., & 2., & cor. Merlin. dec. 629. n. 1., & in rec. dec. 154. n. 6. & 7. par. 12., & decis. 73. n. 1., & 2. par. 13., & dec. 413. n. 1. par. 18. tom. 2.; & in Colonien. Canonicatus primæ Gratiæ 13. Decembris 1709. §. A quibus omnibus cor. R. P. D. meo Lancetta & in Pisana Beneficii 24. Januarii 1710. §. Adimpletis juncto themate cor. R. P. D. meo Priolo, & in Leodien. Canonicatus 14. Martii 1710. §. Arbitrium cor. R. P. D. meo Falconerio*.

Nihilominus *Domini* mature reflectendo ponderarunt, quod assumptum hujus prætensionis, & respective discursus residebat in eo, an, ut ab initio præmisimus, introspecta mente fundatoris illi de familia Origorum, qui fuerant per eum invitati ad utrumque Juspatronatum activum, & passivum restrictive deberent intelligi, qui occasione divisionis, ut supra Penates traduxerant ad Terram Turricellæ, vel complexive, seu quomodo-

libet

libet contentive comprehenderentur quoque Descendentes a Francisco, qui Mediolani separatam habitationem perpetuo tenuerunt, & inter quos numerabatur idem Petrus Antonius, circa quod plurimis fulciti fundamentis censuerunt vocationem Fundatoris arctari ad Origos translatos, & respective postea commorantes in Terra Turricellæ; Cumque quodlibet eorumdem fundamentorum foret in se, & singillariter solidissimum, multo fortius perurgebat junctum cum aliis pro hoc intellectu capessendo ad regulam, *singula, quæ non prosunt &c.* de
6 qua *Text. in cap. cum causam de probatione, et l. 2. §. Ætas*; ibique *Gloss. ff. de excusat. Tutor., Rota cor. Coccin. dec. 700. n. 15., et dec. 1724. n. 5., et cor. Emer. Jun. dec. 317. n. 7., et in rec. dec. 431. n. 9. par. 19. tom. 2.*

Et sane primario clarũ enitebat, quod perspecta prima fundatione, sive Testamento Prosperi illam injungentis de anno 1630., cautum legebatur, quod exceptis Agnatis, & Cognatis familiæ ejusdem Testatoris primario antepositis, deinceps in ordine ad Juspatronatus passivum sunt verba præcisa = *præferatur semper in electione dictæ Cappellaniæ, et ad ipsam eligatur, et instituatur aliquis Clericus de familia de Orighis de loco Turricellæ,* = ac propterea, cum de tempore conditi Testamenti subsequuta fuisset jam memorata separatio hujus Familiæ Origorũ, & Dyonisius, a quo promanabat Antonius, jam habitaret in loco Turricellæ, e converso autem Franciscus Petri Antonii Atavus, seu Tritavus Mediolani remansisset, cum omnibus deinceps suis descendentibus, profecto non poterant comisceri Orighi de Mediolano cum Orighis hodie de Turricella penitus separatis, saltem respectu habitationis quãvis enim illa dictio *de* relativa ad locum *Turricellæ* præseferre valuisset non solum habitationem, sed etiam quandoque origi-
7 nem, quemadmodum demonstrant plures Familiæ etiam Illustres, quæ cognomentum assumpsere a loco, a quo antiquitus promanabant, sicuti per *Text. in l. 1. ff. ad municipal. et post Bart. in l. Provinciales in fin. ff. de verbor. signif. in tract. de represal. quæst. 7. n. 2.* firmat *Surd. dec. 129. n. 15. et post eum Augustin. Barbos. dict. 76. n. 9.*

Adhuc, ut habebatur ex plurium Testium depositione *Summario Antonii n. 2.*, ex quo nulli alii penitus Orighi commorati sunt in Terra Turricellæ præter memoratum Dionysium, ejusque descendentes, & e converso nullibi apparebat, quod præcedenter communem originem hæc Familia desumeret ab eodem loco Turricellæ, sed potius liquebat a Civitate Mediolani profecto attenta littera Legatum hujus Juris Patronatus apparebat verificatum tantummodo in Dionysio, ejusque descendentibus, quibus indubitanter congruebat unus de intellectibus præfatæ dictionis *de* nempe *de habitatione*, ut in proposito habentis unam de qualitatibus
8 alternative requisitis pro consequendo Legato, seu fideicommisso in concursu nullam, seu neutram qualitatem tenentis tradiderunt *Gratian discept. for. cap. 218. n. 86. et cap. 621. n. 8. et 9. Rodulph. alleg. 35. n. 5. Rot. dec. 100. n. 3. et 4. par. 2. diversf. et dec. 206. n. 6. et 7. par. 3. rec. et dec. 270. n. 1. cor. san. mem. Alexandro VIII.*

Eoque, seu secundo loco vehementius, quia quando etiam comprobatũ exstitisset; quod origo utriusque descendentiæ fuisset communis, atque derivans a loco Turricellæ, attamen stante præfata antecedenti separatione, non poterat Testator in ordine ad hanc significationem, & correlative requisitum habitationis non intellexisse nisi de actu tunc, & non a Seculo fortasse prius habitan-
9 tibus in prædicto loco Turricellæ, cum adeliciendam juridicam, & naturalem intentionem disponentis semper inspiciatur, & attendatur tempus conditi Testamenti, ad normam *Text. in cap. si eo tempore de rescript. in 6. l. 1. §. Tutoris ff. quod jussu* cum concordan. relatis per *Gonzal. ad regul. 8. gloss. 43. num. 143., et in Veliterna beneficii 16. Januarii 1704. §. Nec Petro coram R. P. D. meo Lancetta.*

Tertio non minus evidentissime, quoniam post verba Testamenti superius transcripta, ut diximus *de familia Orighi* aderat replicata dictio repetitiva, seu reassumptiva, nimirum *de d. loco Turricellæ, et ut supra*, superius autẽ dumtaxat invitaverat Testator ad hoc Juspatronatus non solum *natu majorem de Orighis de Familia loci Turricellæ usque in infinitũ &c.* sed etiam ulterius conditionate, & restrictive *dummodo sint de Familia illorum de Orighis, de præsenti habitantium in dicto loco Turricellæ*, unde ad quid amplius quærere quomodo veniant intelligenda verba Testatoris, an scilicet de solo tempore Testamenti, ut juris est, vel etiam ante, vel post, quando idem Testator dicendo *de præsenti*
10 *habitantium in dicto loco*, omnem sibi tram abstulit interpretationem, & semetipsum glossavit ut dicunt relati per *Paris. conf. 4. n. 11. lib. 13. Socc. Jun. conf. 113. n. 34. lib. 1. Rot. dec. 952. n. 2. & dec. 2251. n. 8. cor. Coccin. & dec. 39. n. 11. par. 2. diversf. & dec. 275. n. 6. par. 1. & dec. 149. n. 10. par. 10. recent.* & in proximis terminis eadem *Rot.*

dec. 15. n. 22. & seqq. par. 7. rec. & in Meliten. seu Panormitana Patrimonii 6. Junii 1708. cor. R. P. D. Lancetta, & in Lucana Beneficii 22. Februarii 1709., §. error & 26. Junii sequentis §. Non quidem cor. R. P. D. meo Falconerio.

Quarto denique fugabantur omnis amaritudo ex subsequuta observantia, eaque non tantum proxima eidem fundationi, sed successive continuatim inconcusse practicata mediante præsentatione,& institutione illorum dumtaxat, qui descendebant a præfato Dionysio,Patriosque Lares sortiti fuerant in loco Turricellæ,numquam vero de iis,qui originem, & habitationem retinebant in Civitate Mediolani, ex hujusmodi namque observantia submoveri omnem difficulta-
11 tem, ac declarari, & explanari omnem ambiguitatem in hac ipsa materia Jurisparronatus professi sunt *Vivian. de Jurepatr. lib. 4. cap. 9. n. 28. et seqq. Tondut. quæst. benef. par. 3. cap. 144. n. 17. Rot. cor. Celso decis. 102. n. 7.* & in individualibus terminis *cor. Merlin. dec. 450. nu. 11. vers. Haneque voluntatem, et cor. Priolo dec. 337. n. 11. et in rec. dec. 374. n. 21. par. 11. et in Mediolan. Jurispatr. 24. Febr. 1701. §. Et demum cor. R. P. D. meo Scotto, et in Lucana Beneficii 3. Junii 1701. §. Quibus accedit, et §. Præcipue, et in Auximana Jurispatronatus 9. Martii 1703. §. fin. coram. bon. mem. Muto, et in Interamnen. Jurispatronatus 10. Decembris 1706. §. final. cor. eodem R. P. D. Scotto.*

Hujusmodi autem firmissima fundamenta minime concutiebantur a secundo Instrumento in ordine ad hanc eamdem Cappellaniam postmodum exarato per eumdem Prosperum Fundatorem de anno scilicet 1633. illius namque lectura nihil in ordine ad Juspatronatus passivum præseferebat, sed tota substantialiter consistebat in revocatione Jurispatronatus activi, quod Prosper in Testamento reliquerat duabus Familiis Restæ, & Medieeæ, subrogando ultra ad ipsum Jus passivum, eumdemmet Marcum Antonium, & Dionysium Fratres de Orighis, ut facere indubitanter poterat, maxime cum auctoritate Ordinarii, & quando simpliciter tractabatur de revocatione Testamenti per actum
12 inter vivos, quæve semper est licita ad tradita ad *Text in l. Pater, §. Hortus ff. de adimpl. l. ubi DD. et alii relatis per Cancer. variar. resolut. par. 3. cap. 20. num. 60. et 65. Giovagnol. consult. 44. num. 8. cum seqq. Cardinal. de Luc. de testamen. discors. 63. num. 6. et Rot. dec. 579. num. 7. coram. Dunoz. Jun.*

Parum refragante, quod in eodem Instrumento anni 1633. Fundator superaddiderit, quod semper ipsi de Origo, vel eorum Agnati, sive Cognati in ipsa electione præferantur attinentibus ejusdem D. Prosperi, quasi quod per superadjunctionem Agnatorum, & Cognatorum idem Fundaror invitare intellexerit etiam alios Origos Mediolani residentes, quive erant procul dubio Agnati eorum, qui transvexerant domicilium ad locum Turricellæ, tamquam descendentes a Matthæo communi stipite, inter se
13 postmodum tractu temporis, ut passim evenit transversati, per ea, quæ in proposito Agnatorum, multoque magis Cognatorum communiter affirmarunt *Scribentes in leg. 2. §. Agnatis ff. de suis, et legit. l. penult. ff. unde legit. l. prima ff. unde Cognat. l. non facile §. Cognationis ff. de grad. affinit. Decian. cons. 86. num. 29. lib. 3. Anchar. cons. 152. num. 5. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 12. nu. 12. vers. Sed ego subsisto, Menoch. de præs. lib. 4. præs. 88. num. 19., et Fusar. de substit. quæst. 362. num. 3., et 4.*

Siquidem in quantum pertinebat ad meram litteram hujus superadjunctionis *Agnatorum, et Cognatorum* satis, superque tale vocabulum, immo eodem modo verificabatur, & magis etiam proxime in illis, qui descendentes a Dionysio pariter tractu temporis inter se efficiebantur Collaterales, quemadmodum erant effecti descendentes ex una parte ab eodem Dionysio, & ex altera a Francisco per distantiam unius solius gradus respectu Matthæi communis Patris, ac propterea cum nusquam censeatur recessum a prima dispositione per secundam, nisi clara adsit specificatio, vel incompatibilitas inter primam dispositionem, & secundam, & quænam igitur vel declaratio, vel incompatibilitas poterat elici, retento po-
14 tius intellectu magis proximæ transversationis, secundum ea, quæ a fortiori, ut supra ad arcendam revocationem, vel recessum a prima dispositione conclamarunt *Menoch. in consil. 317. num. 19. Natt. consil. 476. Giovagnon. consil. 36. num. 5., et seqq. Peregrin. consil. 69. num. 7., et sequentib. lib. 3. Mantic. de conjectur. lib. 12. tit. 1. nu. 11. Castill. controvers. jur. lib. 5. cap. 11. num. 17. Mans. consul. 282. num. 12. Card. de Luca de testament. discurs. 63. num. 2. §. Contrarium, Rot. dec. 41. num. 9. cor. Cavaler.* cum aliis cumulatis in *Romana fideicommissi 24. Martii §. Ulterius coram me.*

Sed & meræ litteræ, & meræ regulæ de non facienda revocatione, seu supponendo recessu a priori dispositione, intrinsecus famula-

batur eadem littera ejusdem secundi Instrumenti in verbis, quæ inibi legebantur, multoque magis in spiritu rationis; respectu quippe litteræ, quando Fundator reservaverat Juspatronatus passivum prima vice, non expresserat nominatim quis foret major natu Familiæ illorum de Orighis loci Turricellæ, verum in hujusmodi secundo Instrumento melius hanc generalitatem in ordine ad Personas patefecit, nempe = *pertineat, et spectet, et sit Juspatronatus Marci Antonii Origbi ejus vita durante, et post obitum Dionysii ejus Fratris, ubi vivat, secus, filiis, et nepotibus, ejusq; descendentibus in infinitum*; Quamobrem jam, ut proxime demonstravimus vocabulum Agnatorum, & Cognatorum poterat pari propinquiori modo verificari in descendentibus a Dionysio, quare facienda erat hæc subextensio ad aliam lineam, ad aliam stirpem non nominatam, dum potius designatio per particularia nomina Marci Antonii, & Dionysii, qui se transtulerant ad locum Turricellæ ostendebat a quonam capite descendere deberent Agnatitia, vel Cognatitia verba transversantia, ut bene in proposito contrariam re-

15 gulam limitando, ac pluribus juribus allegatis signanter *in leg. penult. ff. unde legit., et inst. de legit. Agnat. success. in principio* bene probat *Menoch. superius in object. relat. de præsumpt. lib. 4. dicta præs. 88. num. 19. vers. & borum quidem, & vers. seq., Fusar. de substit. pariter in alleg. quæst. 362. num.* 10., & ante eos *Cephal. cons. 510. num. 13., & seqq., Soccin. Jun. cons. 4. num. 21. lib. 3., Peregrin. cons. 36. num. 12. lib. 2., & de fideicom. art. 22. n. 26. in fin. vers. vel nisi, Surd. dec. 9. num. 16.*, & punctualiter *Rot. dec. 193. nu. 9., & dec. 300. num. 21. par. prima rec.*, & conferunt tradita per eamdem *Rot. in dec. 217. a nu. 7., & pluribus seqq. coram san. mem. Alex. VIII.*, & novissime *in Lucana Beneficii 22. Februar. 1709. §. Error, et 26. Junii seq. §. Non quidem coram R. P. D. meo Falconerio.*

Potissime, quoniam post verba mox recensita, quod dixerat Fundator in primo Instrumento suæ dispositionis, & a quo, ut præmisimus, nusquã præsumi poterat recessum, adjecit in hac cumulatione activi quoque Jurispatronatus = *juxta formam præscriptam in supra-*

16 *dicto Instrumento erectionis*, ideoque incompossibile erat, quod recedere voluerit ab eodem primo Instrumento, quando potius intellexit illud confirmare, ut passim habetur in proposito Codicillorum animadversum per *Text. in leg. ultima §. qui filias, ibique Barthol. ff. de adimen. legat., Peregrin. de fideic. art. 19. sub num. 4., Rot. cor. Cavaler. decis. 41. num. 9., et cor. Coccin. dec. 2251. n. 39., et in Dertbusen. fundationis beneficiorum 23. Januarii 1697. §. Etenim argumentum coram bo. me. Pio, et in Fanen. Primogenituræ 3. Junii 1701. §. Neque etiam cor. Emo D. de la Tre-*

17 *moille*, & in proposito similis clausulæ juxta formam, quod ea impediat extensionem aliarum personarum, præter nominatos eadem *Rot. decis. 7. num. 40. part. 10. recent.*, & quando accumulando Jus novum activum veteri passivo, multo evidentior subintrabat regula, quod Juspatronatus passivum

18 facile recipiat interpretationem ab activo ex adnotatis per *Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 29. num. 3., et disc. 45. num. 4., Rot. decis. 49. num. 19., et 20. par. 4. tom. 2., et decis. 248. num. 17., et 18. par. 16. recent.* cum ceteris laudatis in *Nullius, seu Orbitellen. Jur. Patron. 13. Januarii 1690. §. Adstipulantibus cor. R. P. D. meo Scotto, et 4. Julii ejusdem anni §. Ultra quod cor. Rmo dell'Olmo, et in Auximana Jurispatronatus 27. Jan. 1702. §. Minusque cor. me, et in Asten. Prioratus super Institutione 20. Januarii 1708. §. Maxime coram R. P. D. Lancetta, & in Volaterrana Beneficii 7. Januarii 1708. §. Itaque coram R. P. D. meo Crispo, et in Hortana Beneficii prima Junii ejusdem anni §. fin. coram R. P. D. meo Priolo.*

Quid plus? dum in hac eadem parte in qua meminit de Agnatis, & Cognatis, fundator usus est verbis personalissime restrictivis, & demonstrativis ejusdem Marci Antonii, ac Dionysii, ibi = *quod semper ipsi de Origbis, vel eorum Agnati, seu Cognati ec. præferantur etc.* perspectis namque hujuscemodi dictionibus personalissimis *ipsi, et eorum*, suapte semper natura excluditur qualibet subextensio, sicuti quotidie videmus in illa celebri quæstione an, quando nimirum est vocata aliqua familia, utrum vocatio hæc in-

19 telligatur de familia contentiva, vel effectiva, sive de contentiva proxima, vel remota, restringi enim ad familiam effectivam, vel saltem proxime contentivam vigore talium dictionum responderunt *Ruin. cons. 153. n. 10 lib. 2., Paris. cons. 51. num. 5. vers. Item propter lib. 2., Peregr. cons. 31. num. 3. lib. 4., Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 24. num. 2.* cum ceteris recollectis per *Rot. in dec. 450. num. 8. coram Merlin., et dec. 367. num. 8. cor. Celso, et decis. 337. nu. 2. cor. Priolo, et in Mantuana Beneficii 21. Januarii 1688. §. Et denique, et 3. Junii 1689. §. Multoque minus cor. bon. mem. Ursino*, & in præcisis terminis optime firmavit *Fusar. de substitut. quæst. 362. num.* 10., ubi quod si Testator relicto fideicommisso filiis,

20 vel descendentibus, dixit, nulla Bona exire

de

de Agnatione ipsorum, tunc solum descendentes veniant, non transversales separati, & remotissimi, & in hoc concordant *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 88. num. 19. vers. secundus casus*, *Ventrigliol. de subst. centur. 3. quæst. 83. num. 23.*

Ast cruda littera vivificabatur etiam, ut diximus a spiritu rationis; si etenim per hoc secundum Instrumentum fundator adeo prædilexit Marcum Antonium, & Dionysium habitantes in loco Turricellæ, prout se se quoque diffuserat in Memoriali, quod occasione secundi Instrumenti porrexerat Ordinario, ut nedum illos in secundo Instrumento nominaverit, quod non fecerat tam individue in primo, verum quoque abstulit eorum intuitu concessionem Jurispatronatus activi illis de Resta, & de Mediceis, illudque cumulative transtulit in personas Marci Antonii, & Dionysii, & quod mirabilius est, voluit idem Fundator etiam Descendentes, & su · cessive juxta facilem divisionem linearum sibi invicem transversantes Agnatos, & Cognatos, originem tamen trahentes ab ipsis Marco Antonio, seu Dionysio injungere, quod tales Descendentes Agnati, sive Cognati præferrentur suismet propriis Attinentibus, idest suis Agnatis, & Cognatis, quos in priori dispositione antetulerat, credendum propterea ne est, quod loco propriorum Agnatorum, & Cognatorum voluerit anteponi Agnatos, & Cognatos non descendentes a Marco Antonio, & Dionysio, & in nihilo attinentes ad Fundatorē, & tamquam tales numquam volitos, & nominatos?

21 contra illud semper efficax argumentum, quod eruitur a fortiori per *authenticam multo magis Cod. de Sacros. Eccles.*, & contra illud aliud depromi solitum *a l. quod favore*

22 *Cod. de legib.* cum suis concordantibus non absre recollectis per *Dec. cons. 12. nu. 23. & per tot. Surd. cons. 315. n. 68.*, & in specie ponderat *Silvan. cons. 97. n. 14. & 15. Natt. cons. 501. num. 15.*, *Rota decis. 403. num. 5. cor. Priolo & dec. 111. num. 7. coram Emerix Jun., & dec. 528. n. 7. & 8. p. 14. rec.*

Et ita etiam *Domini* ex officio resolverunt, tamquam sibi præfigurantes, & insimul enodantes argumenta, & Jura Petri Antonii, qui hodie non comparuerat *Altera &c.*

Romana Pecuniaria super primo Contractu anni 1692.

Lunæ 23. Februarii 1711.

ARGUMENTUM.

Etsi cum conjecturis non solvatur, solutio tamen optime argui potest ex iisdem conjecturis. Pluralitas emptionum, seu contractuum numquam præsumitur maxime cum diversis Personis pro una eademque re perficienda. Quilibet administrator tenetur reddere rationem de bonis tantum ad ejus manus pervenlis, numquam vero alio Administratori relictis, sive commissis. Actio *contraria mandati*, vel *negociorum gestorum* quando intret.

SUMMARIUM.

1. *Solutione ejus, quod debetur, omnis extincta remanet obligatio.*
2. *Solutiones postmodum facta absque ulla causa expressione semper de jure referenda sunt ad conventionem, seu debitum antiquius.*
3. *Solutiones si apparent exuberantes proprimo contractu, referenda sunt ad secundum.*
4. *Actore non probante reus absolvitur.*
5. *Conjectura semper requirunt subjectum, cui niti possint.*
6. *Renuens exhibere titulum clarum, illum non habere præsumitur.*
7. *In redditione rationis si de aliqua partita nulla habita fuerit mentio, remissa, aut condonata præsumitur.*
8. *Licet cum conjecturis non solvatur, justificatur tamen solutio facta ex conjecturis.*
9. *Ex gabella, quæ proportionabiliter ad numerum semper exsolvitur, adstruitur quantitas rei asportatæ, & gabellatæ.*
10. *Pluralitas emptionum, seu contractuum, et maxime cum diversis Personis pro una eademque re perficienda non præsumitur.*
11. *Administrator tenetur solum reddere rationem de bonis, sive effectibus ad ejusdem manus perventis, et non de aliis.*
12. *Nec tenetur reddere rationem de negociis, diverso Administratori principaliter relictis, sive commissis.*
13. *Testes plene probant contra inducentem, et producentem.*
14. *Quod procedit etiamsi sit unicus, sed deponat de facto proprio.*
15. *Damna, et interesse refundenda sunt ex non facto ab eo, qui facere tenebatur.*
16. *Pretium augendum, vel minuendum est secundum qualitatem rei melioris, vel pejoris.*
17. *Error calculi de jure semper est corrigendus.*
18. *Pes figi nequit super approbatione pratensionis, si probationes pro ea adducta sint incerta, et æquivoca.*
19. *Duplicatio partitarum, seu crediti fieri nullo Jure permissum est.*
20. *Actus iterati non præsumuntur, sed ab Actore sunt concludenter probandi.*
21. *Vocabulum* reliquatus *passim usurpatur in materia computorum cujuslibet sive legalis,*

lis, sive conventionalis Administratoris.

22. *Actio* contraria mandati, *vel alia* negociorum gestorum *quando intret*, & n. 25.

23. *Testes licet ad perpetuam examinati, tamen si sint adminiculati in re levi, et verisimili plene probant.*

24. *Expensarum repetitio actori conceditur, si doceat de illarum solutione facta de propriis bonis.*

26. *Ex libris mercantilibus legaliter tentis justificatur annotata in illis solutio.*

27. *Nemo præsumitur jactare suum.*

28. *Excessum qui prætendit, debet illum plene, et concludenter probare.*

29. *Refectionem expensarum nullo modo prætendere is valet, quæ ejus muneri, et oneri incumbebant.*

DECIS. DXXII.

Negligentibus Perto, & Coccetto eorum Jura deducere adversus Jo: Baptistam, sive illius heredes in Propositione *diei* 11. *Januarii* 1704. *habita coram me*, prodiit idcirco de eo tempore resolutio contumacialis contra eumdem Pertum, & Coecettum, uti latius apparet *ex Decisione per me edita supradicta die* 11. *Januarii* 1704., quæque erat confirmatoria *alterius præcedentis sub Anno* 1698. promulgatæ *coram Ursino*.

Et sane non absque forsan prudentiali fundamento abstinuere iidem Pertus, & Coccertus, a tunc comparendo, & deinceps etiam per aliquod tempus a qualibet ulteriori prosequutione illius Crediti, quod prætendebant, & pro quo præcedenter *in Curia Capitolina* reportaverant Mandatum in summa scutorum 3000., quoniam in successivis disputationibus differtis *in Sacro Auditorio*, de cujus *Voto* mediante Summi Pontificis Commissione procedere debebar *Capitaneus*, ut vocant *Appellationum* ejusdem Curiæ Capitolinæ, palam effulsit, quod prælaudatus Jo: Baptista secundum solutiones, quas fecisse demonstrabat, plus in rei veritate solverat, quam importaret etiam præfata residualis quantitas scut. 3000., unde ad quid instare pro consequutione prætensi Crediti, & exsequutione memorati mandati, si contra ipsum mandatum vigebat fortior illa oppugnatio, quæ ineluctabiliter

1 unquam dari potest, quæve exoritur ex eo naturali, & legali principio *solutione ejus, quod debetur &c. de quo Textus est in l. bona fides ff. de regul. Jur. Institut. quib. mod. tollitur oblig. in princip. gloss. in l. cum plures ff. de evict. Surd. cons.* 290. *num.* 63. *Rota dec.* 463. *num.* 14. *& dec.* 565. *num.* 1. *cor. Merlin. dec.* 20. *num.* 1. *coram Bich. necnon dec.* 186. *num.* 1., *dec.* 322. *num.* 11. *et dec.* 300. *num.* 6. *par.* 19. *rec.*

Nec satis ad eorumdem intentum suffragari valebat, quod ipsi prætenderent sese esse Creditores duplicis negoeiationis lignaminum unius scilicet, quæ procurante Jo. Baptista deservierat pro constructione Navis olim in sua feliciNavigatione celebris Cap: *Germani*, & alterius, quæ concernebat parē traditionem lignaminum pro altera paranda Navi, in gratiam, & de mandato alterius Capitanei cognomine *Viviani*; quoniā cum prædictæ solutiones nequaquam apparerent expressæ, seu factæ certitudinarie in alterutram ex prædictis causis, non poterat *Tribunal* non referre easdem solutiones, eteroquin differentes, nisi in Causam primi Instrumenti rogati *sub die* 14. *Octobris* 1692., & super quo unice tunc pendebat anteacta Commissio *de Voto Sac. Auditorii* resolvenda, ut opportune demonstratum fuit in prædicta *Decisione diei* 11. *Januarii* 1704. *coram me sub* §. *Subsistente usque ad finem*, conspirante in id ipsum etiam altera ratione, quod, ut diximus, primum Instrumentum ad commodum *Germani* fuerat confectum de Anno 1692., & secundum Instrumentum, seu contractus, & conventio circa *Vivianum* celebrata apparebat in sequenti Anno 1693., proindeque de plano subsequebatur, quod solutiones postmodum initæ absque prædi-

2 cta expressione Causæ, semper de Jure referendæ erant ad conventionem, & debitum antiquius ex persona *Germani*, ut exornando *Text. in l. in his in princip., & l. cum ex plur. ff. de solut.* tradunt *Menoch. de præsump. præsumpt.* 136. *num.* 10. *& seqq. lib.* 3. *Gratian. discept.* 224. *num.* 43. *Surd. decis.* 186. *num.* 4. *Rota dec.* 262. *num.* 15. *& dec.* 306. *num.* 30. *cor. Bich.*, *& dec.* 1175. *num.* 10. *cor. Emer. Jun.*, *dec.* 185. *num.* 27. *par.* 19. *tom.* 1. *& dec.* 424. *num.* 5. *tom.* 2. *recen. ac alibi passim.*

Expergefacti igitur Pertus, & Coceettus reportare provide curarunt a Signatura Sanctissimi aliam Commissionem, *mihi* pariter directam in ordine ad creditum, quod ad ipsorum favorem resultare potuerat ex prænominato secundo contractu, & de facto in obsequium, ut par erat utriusque Commissionis, *Ego* duplex propositi dubium separatum, tam scilicet respectu ejusdem prioris Commissionis, *An standum foret, vel recedendum a decisis sub dicta die* 11. *Jan.* 1704., quam etiam in ordine ad posteriorem, *utrum constaret de credito, ita ut relaxandum esset mandatum, et pro qua summa*. Cumque idcirco de secundo Dubio differendum veniat

niat in altera contẽporanea *Decis.* hujus diei, quatenus pertinebat ad dubium vetus, & respective præsens, responsum habui *In Decisis.*

Totus ob id controversiæ cardo in universum reducebatur ad examen partitarum crediti ex traditione lignaminum resultantis, quæve de cetero ex parte Perti, & Coccetti ad partes numerabantur, & e converso ad correspectivam discussionem solutionum, quæ indefinite prætendebantur exaratæ per Joannem Baptistam, ut quidquid superesset de credito supra solutiones, adscriberetur secundo contractui, prout similiter si in trutinatione apparerent eædem solutiones exsuberantes, eæ eidem secundo contractui
3 applicarentur, ita fugando tenebras, & evitando illas confusiones, quæ gliscere potuissent in recto prætensionum hinc inde examine, & Judicio ad monitum *Castald. consult. forens.* 37. *num.* 29. *Rota dec.* 46. *sub n.* 2. *par.* 16. *rec.*, et in *Romana* Pecuniaria 2. *Junii* 1706. §. *Tertia demum cor. me.*, *ubi etiam allegatur dec.* 25 *post Excobar. de ratiocin.*, *et in Alerien. Pensionis* 14. *Februarii* 1708. §. *Ceterum pariter coram me.*

Inchoando itaque a partitis crediti prætensi pro parte præfatorum Perti, & Coccetti, nulli dubium erat circa primam, & succedaneas quatuor partitas prævie, jam per Peritum aritmetice calculatas in summa scutorum 6861. Ideoque descendendo ad sextam partitam, hæc erat scutorum 2606.49., sed ea acriter impugnabatur ab heredibus Jo: Baptistæ; Cum etenim illa conflaretur ex tot lignaminibus, quæ ultra trajecta de tempore æstivo, & de quibus jam Peritus liquide egerat, ea comprehendendo in memorata summa scutorum 6861., unde per quamdam superfætationem argumentative, & suppletive dicebantur Januam quoque ulterius transmissa pro *Germano* super sex Cymbis, seu parvis Navibus inter confinia hyemis incepti de anno 1693., & prosequentis de anno 1694., opponebant idcirco præfati heredes, quod cum partita hæc nullis proculdubio justificationibus aperte fulcita esset, sed eruenda foret a præsumptionibus, & conjecturis, in primis deficiebat fundamentum, cui inhærere, & inniti possent hæ conjecturæ, & præsumptiones, ex quo non docebatur a Perto, & Coccetto, quod in nemoribus, & silvis, in quibus incidebantur lignamina, de eo tempore remansissent, sive extitissent tot Tabulæ, quæ præsumi possent ullo modo super impositæ super iisdem sex Cymbis, multoque minus proinde, quod Jo: Baptista eas tamquam sibi consignatas ad Maris Oras transvexerit, & consequenter multo pariter minus, quod ipse Joannes Baptista eas onerari curaverit, uti præcedenter in simili traductione lignaminum practicaverat, quare penitus deficientibus hisce justificationibus, & documentis, deficiebat pariter tota basis
4 intentionis eorumdem Perti, & Coccetti non solum per regulam evulgatam *Text. in leg. Actor. Cod. de probat.*, sed ratione earumdem conjecturarum, quæ subjectum, cui possint inniti, semper exquirunt, ut bene
5 post *Bartol.*, *et alios scribentes in leg. cum quidam ff. si cert. pet.* observant *Mantic. de conject. lib.* 12. *tit.* 17. *num.* 32., *Palm. Nepos allegat.* 361. *nu.* 3. *to.* 4. *Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 64. *num.* 37., *et Rota in dec.* 458. *num.* 14. *par.* 9. *tom.* 2. *rec.*

Ceterum augebatur vis hujusce argumentationis, ex quo Pertus, & Coccettus pro fundanda illorum intentione ad finem præcisum consequendi pretium lignaminum, quæ revera extiterant consignata eidem Joanni Baptistæ, sive ejus Ministris, produxerunt in actis notulam omnium lignaminum oneratorum super aliis Cymbis conscriptam de manu Garibaldi eorum Deputati, & de his quoque fuit habita ratio in Peritia, unde quare non exhibuerunt etiam
6 similem memoriam, seu notulam istarum pariter sex Cymbarum, quas merito Peritus liquidare, seu approbare abnuit, per ea, quæ in simili omissione ratiocinantur post *Alciat. reg.* 3. *præsumpt.* 16. *Hercul. in tract. qui teneatur probar. negat. nu.* 167., *et num.* 176., *Roland. consil.* 1. *nu.* 72., *et in cons.* 2. *nu.* 131. *vol.* 1. *Cephal. consil.* 144. *nu.* 1., *Surd. dec.* 300. *nu.* 11. *Rot. dec.* 241. *nu.* 18 *par.* 15., & in puncto eadem *Rota decis.* 260. *nu.* 1. *par.* 8., *et dec.* 151. *n.* 9. *par.* 12. *rec.*

Eoque vehementius, quia iidem Pertus, & Coccettus solidando postmodum computa cum eodem Garibaldo, fassi fuerant ab eo recepisse receptas, ceteraque recapita, eumdemque Garibaldum plenissime quietarunt
7 citra ullam mentionem, aut prætensionem redditionis rationis circa onerationem harum quoque sex Cymbarum, ut pariformiter in proximis animadverterunt *Angel. in leg. in obligat. nu.* 5., *et de pignor. Natta cons.* 546. *num.* 12. *Cravett.*, *Paris.*, *Riminald.*, *et alii citati a Surdo in cons.* 431. *num.* 13., *et* 14., *et Mansi. in consult.* 178. *nu.* 25.

Verum his, aliisque consimilibus, ut infra minime obsistentibus *Domini* reputarunt hanc sextam partitam esse pariter dubio procul adscribendam favore Perti, & Coccetti augmentative ad memoratam summam scutorum 6861., & ad generaliter superius objectata

stata facile responderunt, quod licet revera mediantibus conjecturis, & præsumptionibus abstractive non fiat, seu fieri possit ulla condemnatio, vel absolutio, per sufficientes tamen conjecturas, ac demonstrationes passim in Jure eruitur factum tale, quod postea deservit ad condemnationem, vel absolutionem, ut ex gratia dicimus, quod si non
8 solvitur cum conjecturis, justificatur tamen solutio facta ex conjecturis Teste *Gloss. in l. si Chyrographum* 24. *ff. de solut.*, *Mascard. de probat. conclus.* 1324. *n.* 26. *Menoch. de præsumpt. præsumpt.* 135. *n.* 1. *lib.* 3. *Surd. dec.* 105 *per tot. Rota dec.* 75. *n.* 2. *cor. Ubald.*, *& in rec. dec.* 259. *n.* 2. *par.* 4. *tom.* 2., *dec.* 379. *n.* 13. *par.* 17. *& dec.* 518. *nu.* 1. *par.* 18. *tom.* 2., *& in Romana Societatis Officii super relaxatione Mandati* 3. *Junii* 1709. §. *Hujusmodi autem cor. me.*

Et ad subsumptam ratiocinationem, quod nequaquam demonstraretur in prædictis Nemoribus, in quibus expleta fuit lignaminum incisio, remanere potuisse tot lignamina, quæ possent onerare sex Cymbas, non solum replicabant Informantes pro prædictis Perto, & Coccetto, quod, ut habebatur in *Peritia fol.* 18., ipsi patefecerant Perito, quod emerant tot plantas incidendas, quæ longe superabant petia lignaminum onerabilia super majori etiam quantitate Cymbarum, scilicet ultra numerum 3000. *all' uso de Vascelli*, quodque ulterius ipse Joannes Baptista eorumdem lignaminum, ut sui muneris, & oneris erat, Gabellam exbursaverat in summa scutorum 800. *a buon conto*, quæ potius excedebant, quam in minimo deficerent a
9 quantitate onerabili super iisdem sex Cymbis, ex Gabella quippe, quæ in suis casibus proportionabiliter ad numerū semper exsolvitur, adstruitur quantitas rei adsportatæ, & gabellatæ ut inquit *Rot. dec.* 147. *n.* 1. *post contr. discept. for., quæ est dec.* 503. *n.* 2. *cor. Bich.*

Ast de reliquo etiam nimium a fortiori retorquebatur prædicta subsumpta ratiocinatio, quæ alias valde leviter eliciebatur, scilicet in non firmata possibilitate affirmativæ, reflectendo, quod neque suam magis necessariam affirmativam ullo modo comprobaverat, vel Cap. *Germanus*, vel idem Jo: Baptista, minime quippe ullo modo sufficientibus primis incisionibus lignaminum ad constructionem Navis de qua agebatur, & quare ipsorum alterutrer non justificavit, quod ligna, quæ compleverunt fabricationem ejusdem Navis, aliunde exstiterint comparata, sive accepta, alias namque non præsumitur plura-
10 litas emptionum, seu Contractuum, & maxime cum diversis Personis pro una eademque re explenda, seu perficienda, ex traditis *per Ruin. cons.* 141. *n.* 12. *lib.* 5. *Mascard. de Probat. concl.* 1574. *num.* 4. *et* 8. *et* 23. *Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 15. *n.* 1. *Rot. dec.* 155. *num.* 7. *cor. Ludovis.*, *et dec.* 248. *n.* 13. *par.* 18. *Recent.*

Circa vero notulam, ut supra horum lignaminum non extraditam a Garibaldo, & quietationem illi factam per Pertum, & Coccettum sine mentione præfatorum lignaminum, palmaris erat responsio, quod Garibaldus, tamquam dimissus a servitio sub die 15. Octobris 1693. nequibat profecto facere mentionem, sive reddere rationem de lignaminibus postea transmissis, ut præmisimus inter confinia hyemis incepti de anno 1693. & prosequentis de anno 1694. stante infallibili regula, quod Administrator tenetur
11 solum reddere rationem de Bonis, sive effectibus ad ejusdem manus perventis, & non de aliis secundum cumulata per *Castald. consult.* 25. *lib.* 2. *num.* 7. *et* 8. *et per Rot. in dec.* 470. *per tot. par.* 1. *dec.* 297. *n.* 19. *et seqq. par.* 10. *dec.* 155. *n.* 3. *par.* 19. *Rec. et in Romana Pecuniaria* 6. *Junii* 1701. *cor. bo. me. Muto, et in Asculana redditionis rationis* 27. *Januarii* 1710. §. *Absque eo quod cor. Me.*

Nil in oppositum circa hoc relevante Epistola data in *Summario Jo: Baptistæ num.* 11., per quam prætendebatur, Garibaldum successive reassumpsisse servitium tempore adamussim opportuno subsequutæ onerationis; Quoniam attente rimato illius tenore, nullatenus apparebat de hac reassumptione servitii, præcipue respectu loci, quo facienda erat traductio, & consignatio, nempe *a Crapolace*, & ob id non sine forsan mysterio constabat, fuisse omissā in d. *Summ. n.* 11. superinscriptionē ejusd; Epistolæ, signanter respectu loci, erga quem eadem Epistola mittebatur Garibaldo, videlicet loci *di Piscìano*; Quādo a contrario in ordine ad præfatum locum, seu Portum consignationis *di Crapolace* dictum fuerat in *Summ. Perti, & Coccetti præcedentis Positionis n.* 13. *litt. B.*, quod Garibaldus idem servitium *di Crapolace* dimiserat per totam, ut supra diē 15. Octobris 1693. Unde ad summum ex memorata Epistola colligi poterat, quod Pertus simpliciter rogasset Garibaldum commorantem *in Piscìano*, ut saltem a longe evigilaret, quod Custos *di Crapolace* bene se gereret; eique lignamina consignanda Jo: Baptistæ non deficerent, maxime ex causa, quod Mare per ejus tumefactionē præcedenter absorpserat nonnulla ligna relicta *alla Spiaggia*, ac propterea innanis reddebatur supradictus discursus, quod Garibaldus debuisset exhibere no-

tulam

tulam hujuscemodi lignaminum, vel illorum respectu reddere rationem, si eadem lignamina pertinebant ad onus, seu Provinciam alterius Ministri moram trahentis *in Grapolace*, proindeque quidquid foret, an idem Gribalbus præstiterit postea illam precariam diligentiam, de qua per supradictam Epistolam rogabatur a Perto, certe nullibi ex hoc tenebatur reddere rationem de negociis alteri diverso locali Administratori principaliter relictis, sive commissis, quem-
12 admodum exemplificant *Franc. Palm. consf. 47. n. 7.* cum aliis adductis concordantibus in meo *tract. de Commerc. et Mercat. disc. 21. n. 17.*, & comprobat *Rota dec. 331. n. 5. par. 16. Rec.*, & latius in illa *Romana Pecuniaria 10. Jun. 1708. et 13. Maji 1709. cor. Me.*

Huc usque enervabantur quidem ad evidentiam objecta, quæ promovebantur ab Heredibus Jo: Baptistæ, & insimul emergebat talis qualis conjecturata probatio, sive Judicialis controversæ hujus onerationis sex Cymbarum, sed non ob id plene, & sufficienter demonstrabatur eadem oneratio, proindeque, præter hæc, solidius fundamentum ejusdem onerationis *Domini* reponebant in implicita confessione, sive in factis subsequutis ex parte prælaudati *Germani*, siquidem *Germanus* in Civitate Januæ exhibuerat articulos, per quos comprobari prætendebat, prout successive Testes de facto deposuerant, ipsum *Germanum* coactum exstitisse de proxime præterito adamussim tempore hyemali ejusdem anni 1693. & respective 1694. conducere quinque, aut sex Cymbas *per la Spiaggia di Roma* cum graviori mercede, quam exsolvisset, si de tempore æstivo Naulum pepigisset, & in hoc etiam pro parte Perti dabantur in *Summario hodierno Num. 2. & seqq.* quamplura Instrumenta harum conductionum Cymbarum, quibus adjungendo depositionem formalem Testis recensiti in *eodem Summario Num. 1.*, in qua firmabat se ipsum sub anno 1694. in eadem Civitate Januæ recepisse pro constructione Navis ipsius Germani *i lignami*, (sunt verba præcisa) *che sono venuti con diverse Barche dalla Spiaggia di Crapolace in quest' anno del 1694.*, utique conjungendo hujusmodi extrema dubitari amplius posse non videbatur de subsequuta oneratione, dum Testes non solum inducti a principio per ipsum Germanum verum etiam postea per Joannem Baptistam ejus Procuratorem in Curia Capitolina reproducti *Summ.*
13 *Nu. 13.* plene probabant contra ipsum inducentem, & insimul producentem ex plene congestis per *Balducc. rer. Judicat. decis. 8. num. 30. & 31. & dec. 33. nu. 19. sub tit. 4. Rota dec. 580. num. 14. & 15. & in antecedenti 484. nu. 8. par. 19. Rec.*, & alibi fre-
14 quenter, maxime cum ultimus, etsi unicus de facto tamen proprio deponeret, ut subdit *Bartol. in l. prima §. Item Cornelio nu. 3. ff. de Quæstion. Farinac. de Testib. quæst. 63. n. 35. & in meo tract. de Commerc. disc. 81. n. 37. Rota dec. 271. n. 3. cor. Verall. dec. 272. & dec. 247. n. 6. & decis. 312. n. 4. & seqq. cor. Celso, & in Rec. dec. 346. n. 3. par. 9.* cum aliis abunde cumul. *in dec. 347. n. 3. p. 19.*

Atque hinc citra aliam replicationem satis de per se vane detegebantur excusationes allatæ a prænominatis heredibus Jo: Baptistæ, quod nimirum a Conductione Cymbarum ad finem eas onerandi, non recte inferatur ad subsequutam effectivam onerationem; sed adhuc perstringendo robustius, quomodo ambigi valebat de sequuta oneratione, & trajectu, non tantum ex quo verisimiliter nusquam Germanus natione, & professione industrius solvisset præfatum Naulum, pro re, quæ effectum sortita non esset, sed etiam, quia sic in Curia illius nomine Jo: Baptista mediante prædictorum Testium productione sibi bonificari præsumpsit simplicem importantiam Nauli gravioris, quanam ratione credibile est, eum non institisse pro valde urgentiori, & considerabiliori interesse, nimirum quod Cymbæ conductæ redierunt exoneratæ illis lignaminibus, quæ erant consignanda per Pertum, & Coccettum ad normam initæ conventionis sub concomitanti justa importantiori refectione damno-
15 rum, & interesse, quod ex non facto ab eo, qui tenebatur facere, venit refundendum, secundum passim affirmata, & præsertim penes *Bartol. in l. 2. ff. de negoc. gest.*, *Honded. cons. 82. num. 20. lib. 2. Menoch. cons. 863. num. 12. Escobar. de ratiocin. cap. 19. n. 21. Rota dec. 188. num. 9. cor. Card. Celso decis. 565. num. 3. par. 4. tom. 3. Rec. et dec. 377. num. 4. par. 17. Rec.*, *et in Romana Cambiorum 25. Junii 1709. §. Evidentius cum seqq. cor. me.* Reincidente in hoc proposito etiam eo, quod annotavimus superius in *§. De reliquo*, nempe, quod hæc consideratio vehementius perurgebat, quia nequaquam ex parte *Germani*, vel Joannis Baptistæ fuerat indigitatum aliunde sumpta exstitisse lignamina prorsus necessaria pro eadem Navi terminanda, ac perficienda.

Prædictis partitis constituentibus in totum sc. 9468. 18., addenda quoque censuerunt *Domini* sc. 268. 49. connumerata per eosdem Actores sub septima partita, eademque scuta 268. 49. proveniebant ex eo, quod Peri-

Peritus perperam calculaverat petia lignaminum inferioris qualitatis, & respective petia vulgariter compellata *di rifiuto in nu. 314.*, quando tamen hujusmodi petia minime excedebant numerum 95. Unde omnis æquitas, & ratio expostulabat, quod augeretur propotionabiliter pretium ad ratam conventam, & demonstratam melioris qua-
16 litatis, ut in proposito minuendi, vel augendi valorem rei melioris, vel pejoris, commonere *Gloss. et Doctores in l. Quod sæpe §. ultimo ff. de contraben. empt. Adden. ad Capyc. latr. dec. 42. nu. 11. et seqq. Paytell. expedit. Civil. 65. num. 15. in annot* & plene *Rota cor. Pamphil. dec. 63. num. 11. et 12.*, ibique *Adden. num. 25. et seqq.*

Quod autem prædicta petia *di rifiuto* non essent supra numerum *di 95.* clare patebat ex eo, quod petia incisa, & prælecta a Ministris *Germani* tamquam optimæ qualitatis certitudinarie fuerant in numero 531. Cumque subinde ulterius mixtim fuerint consignata, & onerata petia 626. Consequens erat, quòd addendo prædicto numero petiorum 531. quot requiruntur ad constandum numerum 626., istud non importat, nec
17 ascendit nisi ad numerum 95. juxta faciem Calculi, cujus error semper venit de Jure corrigendus, ut monet *Text.* expressus *in l. Unica, ubi Doctores*, & signanter *Jason. n. 6. et Decius num. 2.*, qui alios refert *C. de error. Calcul., Paris. cons. 89. n. 18. 19. et 39. et cons. 131. num. 26. lib. 1. Ruin. consil. 71. num. 4. lib. 4., Rota dec. 192. num. 1. coram Emerix Jun.*, & in his terminis Periti communiter electi in *dec. 57. n. 3. par. 18. tom. 1. et dec. 584. num. 3. par. 19. tom. 1. Recent.* & alibi passim.

Non ita *Domini* admisere prætensionem Perti super octava partita consistente in sc. 346. 19., ex quo de mense Maji anni 1694. ad Civitatem Januæ advenerint quoque alia petia 51. eorumdem lignaminum, sicuti Pertus, & Coccettus dicebant, elucescere ex depositione cujusdam unici, & singularis Testis; siquidem non solum ad tramites Juris palam vacillabat eadem prætensio in fundamento suæ probationis, tum quia totum pendebat a dicto unius, quod apud Judices reputatur nullius, tamquam non attingens formam insinuatam in Divinis Paginis *in ore duorum vel trium Testium &c.* tum etiam quia hæc prætensio de facto non allata sub oculis Periti, & consequenter per eumdem Pertum, & Coccettum, usque dum videbatur neglecta, tum, & denique, quia in omnem eventum hujusmodi comprobatio reddebatur minus æquivoca, & ob id inconcludens, cum stare posset simul in conformitatem dicti ejusdem Testis, quod Bastimentum sive Cymba onerata iisdem petiis 51. appulerit Januam de mense Maji 1694., & tamen, uti quotidiana fert experientia in hisce incertitudinibus æquorei itineris exstiterit onerata admodum longe per antea, scilicet tempore, quo alia lignamina citius perventa, jam fuerunt per Jo: Baptistã bonificata in prædicta prima summa scutorum 6861., itaut hæc petia 51. alio non apparente, complerent adamussim numerum petiorum jam bonificatorum Actoribus, sicque posita hac nimia incertitudine,
18 & æquivocatione hujusce modi probationis, nequibat pes figi super approbatione ejusdem prætensionis, ex congestis *per Rotam in dec. 26. num. 25. cor. San. me. Alex. VIII. dec. 104. num. 17. cor. Emer. Jun. & in rec. dec. 268. num. 2. par. 11. dec. 181. num. 13. par. 19. & in Romana Cappellaniæ 28. Junii 1709. §. Quapropter cor. me, & in Placentina Decimarum 16. Maji 1700. §. Cetera autem pariter cor. me.*

Neque pariter adscribi posse Credito Perti, & Coccetti *Domini* existimarunt nonam, & ultimam partitam, quæ nitebatur documentis exhibitis in hodierno *Summ. Perti nu. 3. & 4.* super transmissione, scilicet aliorum lignaminum de mense Octobris 1693., quæve de cetero attigissent summam scutorum 701. 43., nam in continenti pari modo visum fuit, quod hæc quoque lignamina fuerant bonificata, seu connumerata favore Perti, ut manifestabatur ab heredibus Bullæ ex eorum *Summario præteritæ positionis num. 7. litt. G. & I.* quo posito citra injustitiam nequibat fieri duplicatio earumdem
19 partitarum, seu Crediti contra ea, quæ conclamant plena manu cumulati in *Romana, seu Portugallien. Pecuniaria quoad partitam scutorum 8838. 64. - 28. Januarii 1709. §. Cum enim cor. Rmo P. D. meo Molines Decano, & in Romana Pecuniaria 2. Junii 1706. §. Altera replicatio cor. Me.*

Diximus quod lucide effulgebat, hanc partitam jam fuisse bonificatam, ex quo duo Navigia, quæ decantabantur ab Actoribus transportativa istorum lignaminum, de tempore prædicto mensis Octobris 1693. non erant alia, nisi illa, quæ fuerant præcise locata, ut dicitur *per il trasporto* ab Andrea Volpe, & a quodam Cacace, & hæc fuerunt, ut præmisimus, connumerata, quare si Actores forte authumabant eumdem Andream Volpe, & Cacace ad iteratam devenisse onera-
20 tionem aliorum duorum Navigiorum, hoc erat, quod nullatenus valebat præsumi, &

quod

quod erat absolute probandum ab iisdem Actoribus, id prætendentibus, ut docet *Bald. in l. 2. num. 5. vers. solus C. de error. Advoc. & in consf. 344. column. 2. vers. sed contrarium lib. 2. Jason. cons. 2. num. 35. vol. 2. relat. a Bertazz. in Consil. Crimin. 94. nu. 25. vol. 1. cum aliis* in puncto relatis *per Mascard. de probat. conclus. 1180. num. 24. Menoch. de arbitrar. Jud. cas. 213. n. 9. & 10. lib. 2., & de præsumpt. præsumpt. 15. nu. 7. & 8. lib. 6., & Magon. dec. Florent. 43. n. 1.*

Atque ex his per *Dominos* accuratissime rimato, atque firmato Actorum Credito in scutis 9736. 77. supererat inquirendum, quid fuerit e conspectu a Joanne Baptista in hanc Causam exsolutum, unde transeundo ad correspectivas partitas earumdem solutionum, æquo animo Actores admittebant *primam, secundam, tertiam, quartam, quintam, & septimam* partitam, quæ in rotum, ut computatio aritmetica demonstrabat, & Peritus etiam retulerat, importabant quantitatem scutorum 9323. 85. Unde ex confessis usque nunc Pertus, & Coccettus remansissent Creditores in scutis 412. 92. ad normam illius Vocabuli, seu praxis *reliquatus*, quod scribentes usurpant in materia

21 Computorum cujuslibet sive legalis, sive conventionalis administrationis, ut patet *ex Gratian. discept. forens. cap. 30. num. 1., & Rota in dec. 57. num. 9. cor. Pamphil., & dec. 359. n. 1. par. 9. rec.*, ac alibi passim.

Ast superaddenda dixerunt *Domini* sc. 130. 50. quæ continebantur in octava partita, & ab heredibus Joannis Baptistæ dicebantur persoluta cuidam Erasmo Caraffæ pro totidem ab eodem Erasmo erogatis in solutione transitus, seu Vectigalis *per il lago di Monaco*, eumque ambigi non valeret, quominus constito de vera, & effectiva solutione hujus summæ adscribi ea deberet ad Creditum eorumdem heredum, ex quo Pertus, & Coccettus ex suscepta conventione sese obligaverant hujusmodi transitum de proprio exbursare, unde de plano intrabat pro reimbursatione prælaudatorum heredum, vel

22 *actio contraria mandati*, vel alia *negociorum gestorum*, ut habetur *in l. si negocium, ibique Bartol., & alii C. de negoc. gest., & in l. cum pecuniam ff. eodem*, de qua *Mans. consult. 54. nu. 9. Amat. var. resol. cap. 7. n. 13. tom. 1. Palm. Nep. alleg. 170. num. 15., Olea de cess. Jur. tit. 4. quæst. 1. nu. 18. Merlin. de pign. & hypothec. lib. 4. tit. 5. quæst. 90. num. 1. Scacc. de commerc. §. 2. gloss. 5. num. 75. & num. 365. in fine, Thomat. dec. 67. num. 6. Rota cor. Pamphil. dec. 384. n. 1., & dec. 168. n. 1. & seqq. p. 14., & dec. 298. n. 4. p. 17. rec.*

Igitur dumtaxat iidem Pertus, & Coccettus inficiebantur constare de hac solutione, cum de ea Testimonium tantummodo præberet idem Erasmus, qui asserebat prædictam summam numerasse pro hujusmodi transitu, sed illico debilis apparuit hujusmodi exceptio, tum quia Erasmi depositio constipabatur ex duobus aliis Testibus, qui licet ad perpetuam tantum noscerentur examinati, attamen tamquam suppletivi assertionis factæ per Erasinum de proprio facto testificantem, videbantur omnino in hac

23 partita admodum levi, & verisimili superabundare, ex connotatis in proposito per *Rotam in dec. 260. num. 3. cor. Peutinger., & dec. 62. num. 15. par. 10., & dec. 458. nu. 1. par. 14. rec.*, in quibus ceteræ referuntur.

Eoque validius, quia supposita prædicta conventione, & fatali necessitate transeundi, seu transvehendi lignamina per prædictum *Lacum de Monaco*, debuissent Actores edocere de hujusmodi solutione facta ex eorum

24 Crumena, ut in simili loquentes de expensa necessario facienda cum facto effective subsecuto, recte admonet *Bald. in leg. sumus §. In compensatione C. de jur. deliber. Soccin. Jun. cons. 62. num. 3. vol. 1. Bertrand. cons. 22. nu. 3. par. 1. vol. 1. Mascard. de probat. conclus. 715. num. 1. tom. 2. Surd. de alimen. tit. 6. quæst. 23. in princip., & Rota dec. 294. n. 1. cor. Buratt.*

Superimponenda pariter *Domini* crediderunt scuta 500., quæ Jo. Baptista, sive *Cap. Germanus* exsolverat Laurentio Blanco, aliisque Operariis, qui plura laboreria confecerant in incisione, aliisque opificiis necessariis ad adstruenda, perficiendaque lignamina *ad uso*, ut diximus *di Vascello*, ut perspicue etiam recognoverat, & retulerat Peritus *fol. 63.* dum enim apparuit conventum expresse, quod ipsi Pertus, & Coccettus tenerentur de proprio satisfacere eidem Laurentio, aliisque personis = *che condurrà seco per detti lavori*, ut cautum legebatur in documento, de quo *Summar. heredum nu. 1.* omnis æquiras, & justitia dictabat, quod denegata ab Actoribus mercede iisdem Operariis, eaque satisfacta per memoratum Jo. Baptistam, seu *Cap. Germanum*, ipsi Jo: Baptistæ bonificanda esset indubitanter etiam hujusmodi nona

25 partita, ex eadem ratione *actionis contrariæ mandati*, vel *negociorum gestorum*, de qua ultra præmissos obloquuntur ad *Text. in leg. qui fidem, leg. ex mandato ff. mandat. leg. si fidejussor C. eodem Valenzuel. cons. 179. num. 3. cum seqq. Rota cor. Buratt. dec. 751. num. 7., & duobus seqq., & post Merlin. de pignor. decis. 24. num. 11., & in recent. dec. 168. nu. 3., & 4. part. 15. recent.*

Quin possent obsistere quædam frivolæ exceptiones propositæ ab Actoribus, vel quod *Germanus* non doceret de hac solutione, quodque in omnem casum excessive in dimittendis hisce Operariis se gesserit; Nam quatenus attinebat ad primam exceptionem, utique cum dubitari non valeret de prædictis operibus impensis, & respective de non reddita mercede ab ipsis Actoribus, consequens erat, quod ab alio (qui non poterat ratione sui interesse censeri nisi idē
26 Germanus) prædicti Operarii remansissent dimissi, & satisfacti, ulterius vero per libros *Germani* optime, & mercantiliter detentos justificabatur hujusmodi annotata solutio, mediante extractione partitarum juridice exarata per publicum Notarium, unde profecto hisce omnibus insimul junctis, clara coruscabat hæc solutio, prout in hisce terminis librorum Mercantilium, qui sint adminiculati, uno ore affirmarunt *Surd. cons. 563. num. 8., & in meo tractat. de camb., et mercat. disc. 51. num. 3., et disc. 72. num. 12., et in discurs. general. num. 146. Rota dec. 199. n. 11. cor. sa. me. Alex. VIII. dec. 600. num. 1. cor. Seraphin., et in rec. dec. 650. num. 1. par. 1. decis. 195. num. 5., et 6. par. 6.* cum aliis abunde cumulat. *in dec. 588. ex num. 2. usque ad fin. par. 19.*

In ordine autem ad secundam exceptionem placuit responsio, quod quibusdam pene rudibus, & informibus fidibus a suspicione ulterius non immunibus, ex quo signanter circa hoc nihil fuit deductum, vel conclamatum coram Perito, quando a contrario
27 nec suum jactasse *Germanum* præsumi poterat, ut inquit *Jurisconsultus in leg. eum de indebito 25. §. qui enim solvit ff. de probat.*, & quando etiam regulare est, quod, qui prætendit excessum, trahit cum se onus il-
28 lud justificandi, ex passim assertis *Surd. in consil. 248. num. 9. Lancellot. de attent. limit. 53 num. 29. Rota dec. 460. num. 1. cor. Rembold. dec. 454. num. 2. coram Priol., et decis. 412. num. 12. par. 19. recent., et in Romana, seu Ferrarien. liberationis a molestiis super expensis 23. Martii 1707. §. Excessus enim coram R. P. D. meo Scotto, et in Romana, seu Bergomen. Primogenituræ de Cerasola super excessu 2. Julii 1708. in fin. coram me.*

Tantæ vero subsistentiæ non fuit reperta altera partita, quæ in numero erat la 5., & prætensa ab heredibus in scutis 212. 50. utpote exbursata a Joanne Baptista cuidam Didaco Scarsellæ, ex causa onerationis lignorum; Quoniam Pertus, & Coccettus dumtaxat legebantur obligati transmittere lignamina *all' acque nelle spiaggie di Terracina*, hujusmodi autem solutio Didaco facta concernebat mercedem præstitam pro successiva, & longe distincta oneratione eorumdem lignaminum super Cymbis trajectitiis, unde nullo modo poterant heredes præ-
29 tendere refectionem earum expensarum, quæ eorum muneri, & oneri incumbebant, ut ait *Gratian. discept. 294. num. 38., et 39. Niger. de laudem. tom. 1. quæst. 15. num. 9. Bary de success. lib. 9. tit. 4. nu. 16. Olea de cess. Jur. tit. 7. quæst. 4. num. 5. Grat. decis. March. 19. num. 42. Rota dec. 278. num. 2. coram Dunozzet. Junior.* cum aliis adductis per *Rotam in dec. 658. num. 9. par. 19. tom. 1. recent.*

Cum itaque in contrapositionem prædictorum scutorum 412. 92. essent omni Jure opponenda scuta 630. 50. manifestum reddebatur, quod Joannes Baptista potius Creditor remanebat in scutis 217. 58. Unde *in decisis* circa præsentem dubitationem *Domini* persistentes, adjicere *modum* superius enunciatum, nempe, quod prædicta superexcedentia scuta 217. 58. favore Joannis Baptistæ referrem in altera causa, sive dubio, ut opportune demonstrabitur in contemporanea decisione insimul publicanda.

Utraque &c.

Romana Pecuniaria super secundo Contractu.

Lunæ 13. Februarii 1711.

ARGUMENTUM

Leges in Summario.

SUMMARIUM.

1. *Heres impugnare nequit confessionem Auctoris defuncti.*
2. *Quod quisque Juris in alium statuit, sibi etiam dicere debet.*
3. *Peritia censetur approbata si a gravamine ab ea illato, nulla fuit interposita appellatio.*
4. *Epistola quamvis directa Tertio, non autem Creditori, de æquitate Canonica probant contra Scribentem.*
5. *Officialibus, sive Ministris in proprio ministerio testificantibus plena fides adhibenda est.*
6. *Præsertim contra illos deputantem.*
7. *Solutio nisi probetur facta de mandato alicujus, vel in claram illius utilitatem, repeti ab eo nequit.*
8. *Testes ad proprium commodum deponentes nullam sibi fidem merentur.*

DECIS. DXXIII.

Relative ad ea, quæ tetigimus in altera inter partes *decisione hujus diei*, cum una simul in hodierna Audientia in obsequium,

ut

ut par erat, supervenit a Mihi commissionis SANCTISSIMI discretum dubium proposuerim, super altero contractu similium Lignaminum coemptorum a Jo. Baptista pro fabricatione alterius Navis, attinentis ad alium Capitaneum cognomine *Vivianum*, nova iterum contigit reincidere amaritudo super discussione dati, & accepti, sed ea pariter diligentissime expleta, recepi oraculum Perto favorabile, *nimirum constare de ejus Credito, & relaxan. esse mandatum juxta modum*.

Creditum siquidem, seu l' *Avere* ejusdem Perti exstitit intra Cancellos Justitiæ de more restrictum, sive regulatum, quantumvis enim Pertus prætenderet, quod ex causa hujus secundæ conventionis tot fuerint incisa, consignata, & transmissa lignamina provenien. a saltubus, & Silvis nuncupat. *Rocca di Papa, e Fajola*, ut importarent summam scut. 5118. 80. quibus addita prætensione quorumdam aliorum petiorum *nu*. 11., cumulata summa ex eisdem petiis resultans in scut. 51. 32. in totum conscendebat ad scut. 5170. 12. sub eo fundamento, quod in ordine ad graviorem partitam idemmet Jo. Baptista Viviani Mandatarius, & contra cujus heredes hodierna, & separata actio dirigebatur, sub die 25. Januarii 1696. produxisset in Civitate Januæ adversus eumdem *Cap. Vivianum* quoddam computum, quod in partita quadam dicebatur = *Deve per collo de' Legnami in tutte pezzi* 1097., *come per il conto scudi* 5018. 80., unde nefas videretur, quod præfati heredes satagerent impugnare hujusmodi confessionem emissam ab eodem auctore, vel quod nollent subjacere ei Juri, quo contrarii utebantur, ut ad tenninos
1 primæ propositionis passim dixerunt *ad Tex. in leg. cum a Matre Cod. de rei vindic. Ruin. cons.* 40. *num*. 4., & 5. *lib*. 4., *Surd. cons*. 355. *num*. 42., *Gabriel. de confess. conclus*. 1. *in fine Angel. de confess. lib*. 1. *quæst*. 7. *effect*. 20. *n*. 6., *Rot. cor. Coccin. dec*. 98. *num*. 4., & 1748. *n*. 10. *cor. Emer. dec*. 429. *num*. 10. *dec*. 441. *num*. 12. *par*. 13. *rec*. Et quoad secundam stat nedum
2 Euangelica definitio, *eadem mensura, qua mensi fueritis &c. sed*, & militat tota *rubrica ff*., & *C. quod quisque Juris &c*. de qua *Rota in dec*. 1255. *num*. 2. *cor. Emer. Jun*.

Circa autem additamentum scut. 51. 32. prætenderet Pertus, ea ligna exstitisse pariter traducta *al luogo di S. Paolo*, ad quem traduci cuncta lignamina conventum fuerat, nihilominus incipiendo ab hac postrema, & exigua quantitate *Domini* nullam de ea fecere computationem, non solum, quia nulla pariter *in Summario* dabatur justificatio, sed quia Peritus quoque probabiliter ex eodem motivo illam spreverat citra ullam con-
3 questionem, vel appellationem interpositam a Perto, a tali, vel alio gravamine Peritiæ, quo casu ea censetur approbata, ex deductis per *Text. in leg. arbitrio*, & *ibi gloss. ff. qui satisd. cog*., *Bart. in l. Instar. num*. 10. *C. de Jur. Fisc. lib*. 10., *Ruin. cons*. 16. *ad fin. lib*. 5. *Corneus cons*. 43. *num*. 7. *lib*. 1., *Alexan. cons*. 179. *num*. 6. *vers. Alterius sufficere unus vol*. 2., *Decian. de probat. concl*. 47. *nu*. 42. *Rot. cor. Dunoz. dec*. 639. *nu*. 11. *cor. Bich. dec*. 564. *num*. 8. *cor. Cels. dec*. 309. *num*. 10. *cor. Emer. dec*. 155. *num*. 8., & *in rec. dec*. 393. *n*. 2. *par*. 4. *tom*. 1. *dec*. 98. *n*. 23., & 6. *dec*. 512. *n*. 3. *p*. 14. *dec*. 132. *n*. 25. *p*. 15. *dec*. 217. *n*. 7. *p*. 19. *tom*. 1. *dec*. 217. *n*. 7. *p*. 19. *tom*. 2. & *cor. Me in Romana Pecuniaria* 11. *Januarii* 1704. §. *Et sane*.

Respectu autem primæ, ut diximus, gravioris partitæ, *Tribunal* idcirco reduxit præfatam prætensionem scut. 5118. 80. ad scut. 4493. 42. quia computum Januæ productum pro parte Jo. Baptistæ minime individuabat ass. confessionem, nimirum, quod lignamina præcise a Jo. Baptista procurata, & quorum Creditorem sese efficiebat in prædicta summa scut. 5118. 80. fuerint tradita a Perto, & a nemoribus Fajolæ, & arcis Papæ, idem quippe computum continebat etiam alias partitas, unde tamquam probatio nimis æquivoca, aut nullatenus erat attendenda, aut videbatur rejicienda cum dispositis in altera rubrica *Codicis = res inter alios acta &c*. Et de facto vix de æquitate canonica, quando confessio ceteroquin sit clara, & indubitata, ubi est remissa in scriptura, Epistola
4 scripta tertio, adstruit gradum probationis ad notata per *Abbat. in cap*. 2. *num*. 8. *ibique Dec. de fid. Instrum. num*. 15. *Simon. de Prat. cons*. 186. *num*. 27., *Menoch. de Arbitr. cas*. 94. *num*. 9. *Genua de script. privat. lib*. 3. *cap*. 1. *n*. 193., & *seqq. Card. de Luca de Jud. disc*. 23. *num*. 24., & *de cred. disc*. 79. *num*. 8. *Rota dec*. 264. *num*. 13. *cor. Cels. decis*. 153. *num*. 11. *par*. 8. *dec*. 191. *num*. 8. *par*. 12. *rec*.

Potissime reflectendo, quod, ut etiam recognoverat, & retulerat Peritus quantitas transmissa ex prædictis Silvis legebatur ad unguem descripta in expressa notula exarata; & subscripta a Dominico Garibaldo Ministro ad hunc effectum deputato per ipsum Pertum, cumque eadem notula factis suis subductionibus, ut in prædicta peritia præseferret dumtaxat ♈ 4493. 42., majorem profecto vim faciebat hæc Justificatio allata per Heredes, quam prædicta alia notula vaga, & æquivoca per Jo: Baptistam producta in Civitate Januæ, ex quo similibus Offici-

cia-

5 cialibus in proprio Ministerio testificantibus, & maxime contra deputantem vera fides semper in Judiciis assuevit adhiberi, ut liquet ex *Text in cap. post cessionem de probat. & c. ad evidentiam de præscript. Bart. in l. Quædam §. Nummularios ff. de Eden. Salic. in l. 1. C. de Episc. Card. de Luc. de regul. disc. 19. n. 5., de Benef. disc. 9. n. 8., Buratt. dec. 706. n. 2. Coccin. dec. 243. n. 8. & dec. 234. n.*
6 *4. Emer. dec. 752. n. 6. & in Rec. dec. 153. n. 6. p. 12. dec. 432. n. 6. par. 12.* & in præcisis terminis Ministri contra Deputantẽ *Rot. cor. Emer. dec. 104. n. 13., & in Rom., seu Alban. Ferracci super Damnis 17. Mar. §. Stabilito autem cor. me.*

Redacta itaque quantitate Crediti super hoc secundo contractu ad dictam summam ♈ 4493. 42. restabant dispungendæ respectivæ partitæ solutionum, & jam non erat controversia super tribus, nempe secunda, tertia, & quarta simultanee importantibus ♈ 1300. Verum non eumdem eventum sortita est altera partita forsan in ordine prior, quæve ascendebat ad ♈ 149. 73., quam sibi bonificandam fore præsumebant heredes, ex quo a Jo: Baptista prætendebantur, totidem soluta cuidam Borcano, illiusque Sociis occasione laborerii per eos facti in saltu *della Fajola*; de hujusmodi vero solutione apparere subjungerent ex attestatione ejusdẽ *Viviani* confitentis, quod de hac summa, & partita Creditorum effecerat in suis computis eumdem Jo: Baptistam, sed ex rationes, quæ pro admittenda simili bonificatione fuerunt animadversæ in altera contemporanea *dec. sub §. Super imponenda*, minime congruebant præsentibus circumstantiis; Etenim consimilis solutio facta per Jo: Baptistam in *d. §. Super imponenda*, recte fuerat expleta, veluti de mandato Perti, & Coccetti, quando in hac solutione, seu dimissione Borcani nulla per imaginationem intercesserat conventio, aut mandatum eorumdem Sociorum, & proinde nisi aliunde justificaretur, vel tacita demandatio, vel
7 versio in claram utilitatem ipsorum Sociorum, minime locus esse poterat ulli repetitioni, sicuti de eo, qui solvit sine mandato, tradunt *Dec. cons. 407. Graff. de except. cap. 25. n. 26., & seqq., Stabian. resol. 19. ex n. 22., & resol. 26. num. 1. & per tot., Pratic. Observat. 5. & 6. pariter per tot. Cardin. de Luca de Credit. disc. 58., & de legitim. disc. 4. utrobique n. 3. Rota Januen. dec. 33. nu. 6. cum seqq., & Rot. apud Pen. dec. 1062.*

Certius, quia in præcitata altera Causa comprobatur quoque vera, & numerica solutio, in hodierna vero hypothesi hæc exbursatio depromebatur, ut præmisimus, ex quadam simplici attestatione *Viviani*, cui de Jure credi nequibat, cum, etsi si fuisset formiter examinatus, deposuisset ad propriam exonerationem, & commodum, in quibus ter-
8 minis nullam sibi fidẽ Testes promerentur, ex collectis ad *Text. in l. deferre §. Idem decreverunt ubi Bart. ff. de Jur. fisc. in l. nullum ff. de Testib., & l. omnibus C. eodem tit. per Castrens. in cons. 301. dubio ultimo lib. 1.*, & firmatis *per Rot. in dec. 145. nu. 5. par. 3. dec. 118. n. 4. par. 13. Rec., & in Eugubina Juris pascendi 13. Januarii 1698. §. Rursus cor. Emo Caprara.*

Corollarie igitur excõputatis a prædicta quantitate scutor. 4493. 42. scutis tantummodo 1300. ecce restassent ad creditum Perti ♈ 3193. 42. Ceterum quia in modo explicato in altera decisione hujus diei *Domini* intendebant, quod summa ♈ 217. 58. superexcedens solutionem debitam ex parte Bullæ respectu alterius Navis *Germani* reportaretur ad extinctionem debiti pro constructione hujus Navis *Viviani*, hinc facta nova excomputatione, sive subductione hujus postremæ quantitatis, resolutum merito fuit = *Constare de credito Perti in* ♈ 2975. 84., *& pro totidem* in sequelam *relaxandum esse mandatum*. Et ita utraque &c.

Asten. Prioratus de Costa super Pertinentia.

Veneris 6. Martii 1711.

ARGUMENTUM.

Referuntur plures Doctorum hinc inde sententium opiniones super illa quæstione, an per Testatorem, vel alium disponentem vocato majori natu de aliqua descendentia, seu familia iste sit intelligendus de majori natu naturaliter, vel de majori natu Civiliter, & affertur distinctio bonorum, super quibus diversa militet dispositio. Resolvitur tamen in Jurepatronatus activo si fuerint vocati Primogeniti, sive majores natu venire Primogenitos, sive majores natu Civiles. Quid quid dicendum esset in Jurepatronatus passivo.

SUMMARIUM.

1. *Vocato majore natu de aliqua descendentia in Hispania, sive Regnis, & Feudis Dignitatum indiviuis, prævallet causa civilis cuicumque prærogativa gradus, vel ætatis naturalis.*
2. *Secus in Successionibus privatis bonorum indifferentium Italiæ, in quibus prævalet ille, qui est naturaliter ætate præcellens, seu major, quia succedendi modus compellatur* majoratus Saltuarius.
3. *Licet alii teneant contrarium, firmentque*

pro

pro regula, ut etiam in Italia linea vincat gradum, ætatem, & sexum, semperque Primogenitus Civilis admittendus sit ad Successionem.

4. *Quod procedit etiam, & cum eisdem distinctionibus in vocatione etiam Primogeniti, cum*

In Italia Primogenitus, & major natu pro Synonimis habeantur. Limita n. 11.

5. *In Iure vero honorifico, seu administratorio est a contrario indistincte receptum, quod vincat prærogativa ætatis naturalis, sive vera major ætas.*

6. *In Iurepatronatus activo admittuntur ad præsentandum non solum Mulieres, sed etiam Infantes.*

7. *Et hæc regula de qua* supra num. 5. *limitatur in Iurepatronatus activo*; & n. 9.

8. *Ad effectum inducendi Majoratum Saltuarium, conjecturæ debent esse urgentes.*

9. *In vocatione Primogeniti, seu majoris natu ad Iuspatronatus venit Primogenitus, sive major natu Civilis juxta communiorem opinionem.*

10. *Habenti regulam pro se leviores sufficiunt conjecturæ.*

11. *Iuxta strictum, & litteralem loquendi modum aliud est* Primogenitus, *aliud est* Major natu.

12. *Linea vincit ætatem, gradum, et sexum, si noscatur Testatorem voluisse præferre lineam.*

13. *Una pars testamenti alteram declarat.*

14. *Discretiva loquutio discretam, et omnino diversam arguit voluntatem.*

15. *Quod procedit etiam in Iurepatronatus activo contradistincto per fundatorem a passivo.*

16. *Patronus volens præsentare se ipsum vix potest exaudiri non per viam præsentationis, sed per viam supplicationis porrectæ Ordinario, vel Summo Pontifici.*

15. *Conjectura æquivoca, et retorquibilis nullo modo est attendenda.*

18. *Dictio anche est implicativa, et aliquando restrictiva.*

19. *Sed juxta suam naturam est argumentativa immediata, sive proximæ dispositionis.*

20. *In concursibus quibuslibet, cæteris paribus præferri debet Provectior, et majoris ætatis.*

21. *Dispositio, seu voluntas explicata in Iurepatronatus passivo, aptari nequit in Iurepatronatus activo.*

22. *Munus Exsequutoris testamentarii suapte natura majorem exigit prudentiam, sollicitudinem, et capacitatem.*

23. *Unde oportet, quod pro hoc munere implendo sint Majores natu, et Seniores.*

24. *Masculinitatis qualitas expressa per Testatorem, et ab eo repetitam excludit vocationem feminarum.*

25. *Observantia vel non existens, vel saltem æquivoca, et erronea, non est ullo modo attendenda.*

DECIS. DXXIV.

Famosa quæstio nedum ab antiquo exagitata, sed etiam quotidie apud Tribunalia exardescens, utrum per Testatorem, vel alium Disponentem vocato majori natu de aliqua Descendentia, seu Familia, iste sit intelligendus de majori natu naturaliter, vel de majori natu civiliter, idest de illo, qui descendēs a linea recta primogeniali repræsentative ad suos Ascendentes, major æque dici potest; censentibus nonnullis, inspiciendum esse subjectum, de quo agatur, & Regionem, in qua disputari contingat, quod scilicet in Hispania, sive Regnis, & Feudis dignitatum individuis præpolleat qualitas civilis, seu linealis, aut Primogenituræ cuicumque prærogativæ gradus, vel ætatis naturalis, ut in celebri contentione Regni Neapolis
1 inter Patruum, & Nepotem celebre non minus est *consilium* 10. *Barbatii tom.* 2., qui *sub num.* 2. testatur etiam de prædicta consuetudine in tota Hispania, *Gratian. cons.* 6. *et* 7. *Menoch. cons.* 886. *nu.* 25. *& seqq.*, *& cons.* 981. *ex num.* 1. *& per totum, Molin. de primogen. Hispan. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 10. *&* 12. *Card. de Luc. de Fideicomm. disc.* 1. *n.* 5. cum ceteris relatis *in dec. Tribunalis Sicilia* registrat. penes eumdem *Card. de Luc. de Feud. art.* 1. *sub n.* 29.

Censentibus idcirco aliis, quod extra Regna Hispaniarum, & respective cetera quoque Regna, & Feuda Dignitatum in successionibus privatis Bonorum indifferentium diversimode, & præsertim in Italia capessendus veniat intellectus, ut scilicet prævaleat ille, qui sit naturaliter ætate præcellens, seu major, variato quatenus opus sit tenore succedendi de una linea ad alteram, cum antelatione semper favore illius qui existat in qualibet linea primo natus, & consequenter major naturalis ætate; unde hunc modum succedendi compellavere *Doctores*, sive dixere *majoratum saltuariū* juxta alterum *consilium* 4. *Alexandri n.* 1. *lib.* 4., *& consil. Soccin* 88., *Surd. cons.* 455. *n.* 14., *Menoch. cons.* 886. *Mangil. de imputation. quæst.* 77. *num.* 169. *Gratian. discept. forens.* 456. *n.* 82. *& discept.* 695. *n.* 1. *&* 2. *Amat. var. resol. cap.* 1. *n.* 12 *&* 27. cum quampluribus aliis congestis per *Card. de Luc. in tract. de Fideicom. disc.* 1. *sub n.* 4. & aliis, quos refert, & sequi-

quitur *Rot. in celebri voto Seraph., et Pamphil.* emanat. in illa *Januen. Majoratus de Grimaldis impr. penes Manf. consult.* 201. *n.* 39. & apud *Turr. de Primog. et major. Ital. dec.* 10. *sub n.* 2. *et in Florent. Major. de Griffonibus* pariter registrata penes prædictum *Turr. dec.* 20. *n.* 127., *et in dec.* 66. *n.* 2. *par.* 14. *rec.*

Aliis vero ex opposito pro regula existimantibus, ut etiam in Italia odiosa sit hujusmodi saltuariatio, & ob id in eadem subjecta materia bonorum indifferentium linea vincat gradum, ætatem, & sexum, semperque Pri-
3 mogenitus Civilis, sive linealis admittendus veniat ad successionem, quæ ob id dicitur regularis, ad differentiam alterius irregularis, Teste *Surd. in cons.* 241. *n.* 28. *Valenzuol. cons.* 69. *nu.* 7. *Abbas Panorm. in cons.* 85. *n.* 5. *Castill. quotid. contr. lib.* 2. *cap.* 22. *n.* 10. *Alciat. penes Gratian. respons.* 8. *lib.* 1. *n.* 2. *et seqq. Simon. de Prat. de interpret. ultim. volunt.* 3. *lib. interpret.* 3. *dub.* 1. *solut.* 10. *n.* 20. *vers. Hæc autem*, quorum verba in puncto refert, & approbat idem *Turr. in Tractatu, de quo supra, quæst.* 43. *n.* 55. *et* 67.

Quodque dictum est in terminis vocationis majoris natu, idem, & sub eisdem distinctionibus decidendum esse reputarunt plerique, in vocatione etiam Primogeniti, quasi quod stante perpetuitate, & successivitate Fideicommissi, idem in substantia præseferat vocabulum *Primogeniti*, ac vocabulum *majoris natu*, ex quo ille, qui reperitur ætate major
4 in qualibet descendentia, vel familia collective tamen vocata, sit etiam Primogenitus, hoc est Primo natus, ut adductis *Bald. in l. eum in antiquioribus nu.* 11. *vers. Quod præmitto, C. de Jur. delib. Menoch. cons.* 981. *in princip.*, & *supra d. dec. Sicil. penes Card. de Luc. de Feud. sub nu.* 185. firmat *Rota in præcitata Florentina Majoratus de Griffonibus sub n.* 129. cum ceteris ibi copiose relatis, & abunde etiam videre est penes *d. Turr. de success. in Primogen.*, & *majorat. Ital. par.* 1. *cap.* 40. *nu.* 143. & *Ciarlin. contr. forens. lib.* 3. *n.* 9. *cap.* 222. ubi plures cumulantur & in *Tiburtina Fideic. cor. Arguell.*, quæ, est *dec.* 1. *n.* 12. *p.* 10. *rec.* ubi quod in Italia Primogenitus, & major natu pro synonimis habentur.

Verum præcisive a materia successoria bonorum indefferentium, quatenus tractetur de interpretando uno, vel altero vocabulo in proposito alicujus successionis in aliquo Jure, & signanter honorifico, vel administratorio, in quibus requiratur major intellectus, sive prudentia in successore administrare,
5 vel actum exercere debente; a contrario videtur indistincte receptum quod vincat prærogativa ætatis naturalis, sive vera major ætas, sicut tenent *Bero in cons.* 71. *lib.* 1. *Onded. cons.* 70. *lib.* 2. *Tiraq. de Primog. in præf. a n.* 79. *usque ad n.* 217., *Gratian. disc. for. cap.* 645. *n.* 7. *et discept.* 695. *a n.* 4. *et seqq. Card. de Luc de Fideicomm. disc.* 1, *n.* 9. *et in Pisauren. Majoratus, de qua in ejus disc.* 4. *pariter de Fideicomm. n.* 6. ubi dicitur, quod in eademmet causa resolutum fuerat per *Rot.* ad favorem majoris natu, eo quia ageretur de Castro Jurisdictionali exigente administrationem Justitiæ, ac regimen vassallorum, ut videre pariter est in *dec.* 66. *par.* 14. *rec.*

Ast ab hisce generalibus theoris, & propositionibus descendendo ad Jus activum Patronatus, in quo conspicimus de Jure, & praxi admitti ad hujusmodi exercitium præsentandi non solum mulieres, sed etiam Infan-
6 tes, idcirco sive vocetur ad idem Juspatronatus activum major natu, sive Primogenitus, probabilius videtur, quod amplius non intrēt mox insinuata circa Jura honorifica, & administratoria prudentiam desiderantia, sed procedatur cū prælatione lineæ primogenialis, sive qualitatis majoris natu civilis, sicuti proceditur comunius in ceteris bonis indifferentibus, maxime quia etiam illud decus,
7 quod regulariter repræsētatur in omni familia per Primogenitos, attrahere ad se quoque promeretur hunc actam cujusdā majoris decoris, qui inest in induente, seu repræsentante patronalem qualitatem, ut in specie *Jurispatronatus* affirmarunt *Rebuff. super concordat. rubric.* 3. *de collation.* §. *Monemus ad fin. fol.* 250., & *de nominat. quæst.* 4. *n.* 3. *et* 4. *Gratian. discept. for. cap.* 834. *n.* 10. *Card. de Luc. de fideic. disc.* 1. *n.* 8. *et* 11., ubi sic in similibus ex memorata causa majoris conspicuæ figuræ pro Primogenito cōcludit.

Omnes tamen scribentes in hac materia, aut amplexantes unam, aut alteram opinionem, ac respective unam, vel alteram distinctionem fatentur unanimiter, quod postea revera tota definitio in utroque casu particulari dependeat a particularibus facti circumstantiis, & verbis adhibitis per Testatorem, aut alium Disponentem, cujus uti voluntas obtineatur, aliud non sit generice inquirendum, nisi ad effectum, ut majores conjecturæ, & clariora verba exigantur, & demon-
8 strentur ab eo, qui juxta præmissas propositiones communiorem habere videtur sensum, & opinionem, seu regulam contra se, quā ab eo, qui in oppositum fulciatur communiori sensu, & opinione, sive regula pro se, quemadmodum videre est apud *Gabriel. in cons.* 93. *n.* 38., *et* 46. *lib.* 2. *Cephal. cons.* 5[..]. *n.* 65. *et seqq. lib.* 4. *Decian. cons.* 26. *n* 87. *lib.* 2. *Manf. consult.* 311. *n.* 18. *Card.*

de

de Luc. de Fideic. disc. 127. *n.* 13. & in proposito inducendi majoratum saltuarium *Palma nep. alleg.* 86. *n.* 12., *et apud Rot. in dec.* 587. *n.* 13. *cor. Coccin., dec.* 274. *nu.* 5. *par.* 18. *tom.* 1., *et dec.* 638. *n.* 4. *eadem par.* 18. *tom.* 2. *Recent.*

His itaque fortasse non inopportune prænotatis atque præmissis, eamdem utique abstractive amaritudinem, & quæstionem in hodierna Audientia excitavit Instrumentum fundationis Capellæ, seu Prioratus sub titulo Sanctissimæ Mariæ *della Pietà* exaratum a Petrino Costa, qui cum in reservatione Jurispatronatus generice antepofuisset semetipsum, suosque heredes, & successores masculos *della Casata de' Costa*, magis deinceps se explicavit, seu implicavit disponendo, *che ogni volta, e sempre verrà a vacare detto Priorato, che dopo se, e suoi successori maschi della medesima linea abbino ragione di nominare, e provedere, spettando però al Primogenito maschio, e servata però sempre la prerogativa della Masculina età, talmente, che il suddetto Juspatronato sia sempre appresso ad una sol Persona di detta linea*. Vacato siquidem nuper hujusmodi Prioratu sub anno 1709. exorta est contentio inter Jo: Baptistam suffultum prærogativa lineæ Primogenialis ex una, & Franciscum ejus Patruũ ætate naturali majorem ex altera super pertinentia, & consequutivo exercitio præfati Juris præsentandi, sed in ea prætulit Ordinarius Jo. Baptistam, quod & approbavit hodie *Sacrum Tribunal* resolvendo *constare de pertinentia ad favorem Jo: Baptistæ*.

Basis resolutionis stabilita fuit nedum super aliquibus propositionibus generalibus, ut supra insinuatis, & communiori calculo receptis, quod cum in Jure præsentandi, sive in vocatione Primogeniti, seu majoris natu ad Juspatronatus ambuletur, ut communius receptum est etiam respectu bonorum indifferentium, favore Primogeniti, sive majoris natu Civilis, indubitanter talis erat Jo: Baptista, qui juxta arborem non controversam continebatur sub linea Primogeniali, &
9 ob id assistentia, sive regula Juris præmissa indubitanter pro eodem Joanne Baptista pugnabat juxta collaudatas superius in §. *Aliis vero*, & præcisus *sub* §. *Ast descendendo*, quibus addi possunt in terminis Jurispatronatus *Vivian. de Jurepatr. par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 59. qui plurimos refert, & *Card. de Luc. eodem tract. disc.* 21. *num.* 8. *vers. Attamen*.

Ceterum progrediendo quoque ad conjecturatam mentem Fundatoris, a quo totum in substantia, ut præmisimus, pendet, longe urgentiores visæ sunt conjecturæ, seu demonstrationes militantes pro Jo: Baptista, quam eæ, quæ videbantur opitulari Francisco, licet de cetero secundum superius ponderata quoque sufficeissent debiliores for-
10 tasse conjecturæ ex parte ejusdem Joannis Baptistæ tamquam habentis regulam, vel communiorem sensum pro se, juxta affirmata per *Mantic. de conject. lib.* 3. *tit.* 5. *nu.* 3., *et Card. de Luc. de Fid. disc.* 123. *num.* 3. §. *Adbuc*, & alibi quotidie.

Et sane in primis per Dominos ponderabantur illa verba = *spettante però al Primogenito maschio*, nam quamvis, ut supra innuimus sub §. *Quodque*, multi scribentes parum respiciant ad solam materialitatem vocabuli, nempe *Primogeniti*, *vel Majoris natu*, nihilominus denegari non poterat, quod prædictum verbum materiale, & insimul litterale *il Primogenito* magis congrueret ad inclusionem Jo: Baptistæ suffulti qualitate lineæ Primogenia-
11 lis, quam Francisci illa destituti, & tantummodo vestientis illam majoris natu; inspecto etenim stricto, & litterali modo loquendi, aliud est *Primogenitus*, aliud est *major natu*, ut apposite considerant *Bellon. Jun. in cons.* 11. *num.* 48. *Menoch. cons.* 442. *n.* 20. *et seqq. Gratian. disc.* 95. *cum* ceteris relat. per *Ciarlin. controv. forens. lib.* 3. *cap.* 222. *sub num.* 59. 60. *et* 61. *Palm. nep. alleg.* 48. *num.* 23. *et alleg.* 50. *num.* 1. 2. *et* 3., *et de Luc. de fid. disc.* 5. *num.* 9.

Deinceps quando etiam hæc sola materialitas loquutionis non admodum perstringeret, urgebat tamen admixta, & copulata mentio facta de linea, ut ibi = *successori maschj della medesima linea*, & inferius *una sol Persona di detta linea*, quoties quippe Fundator vocationi Primogeniti bis adjunxit vocabulum, & terminos lineæ, nempe tam supra, quam infra in ipsismet visceribus controversæ dispositionis, quis dicat non fuisse in mente ipsius Fundatoris invitare verum, & proprium Primogenitum Civilem, præsertim in hac successoria materia, quæ penitus regulatur a Jure Civili ad differentiam majoris natu, qui naturaliter dumtaxat vocatur, seu vocari potest Primogenitus, cum scribentes in hac ceteroquin nodosa altercatione pro dissolvenda quæstione in concreto toti desudent ad inquirendum, an Disponens voluerit anteferre lineam, vel ætatem; Præcognito autem, quod voluerint præ-
12 ferre lineam, jam, ut enunciavimus, hæc vincit gradum, ætatem, & sexum, ex congestis per *Giurb. de feud.* §. 2. *gloss.* 10. *num.* 28. *seqq. & gloss.* 2. *num.* 70. *Card. de Luc. de fid. disc.* 15. *num.* 4. *& dec.* 16. *nu.* 6. *Torr. de success. in major., & Primog. par.* 1. *c.* 41.

§. 7. nu. 14. & in par. 3. dec. 6. n. 20. & 21.

Evidentius, quia progrediendo ad verba, seu modum adhibitum per Fundatorem circa Juspatronatus passivum, a quo sive inferatur in suis casibus ad activum, sive non, non tamen ambigi valet, quin illud tamquam pars ejusdem dispositionis admodum non inserviat pro eruenda magis voluntate, vel
13 intentione ejusdem Disponentis, sicuti quotidie dicimus, quod una pars Testamenti alteram declarat, ad *Textum in l. qui filiabus ff. de l. 1. Mantic. de conject. lib. 6. tit. 13. n. 10. Rot. cor. Dunoz. Jun. dec. 611. n. 5. & in rec. dec. 410. n. 7. & 8. par. 14., & in Casenaten. success. n. 8. inter impress. la 34. cor. me.*

Utique liquebat, quod Fundator in eodem Jurepatronatus passivo invitando descendentes masculos de linea, mandaverat præferri in concursu eos, qui forent majoris ætatis, videlicet, *il più Anziano*. Quapropter ex hac patefacta sua voluntate in Jurepatronatus passivo, duæ emergebant ulteriores demonstrationes, altera, quod ubi voluit distinguere Primogenitum a majori natu, videlicet *dall' Anziano* scivit se plane explicare, dando prælationem *majori natu*, sive *all' Anziano*; cumque proinde tale vocabulum *majoris natu*, sive *dell' Anziano* minime usurpaverit in Jurepatronatus activo, ecce quod ab hac discretiva formula lo-
14 quendi, discreta, & omnino diversa coruscabat voluntas, sive intentio, ex consueta vi, & efficacia discretivæ loquutionis, de qua generaliter argumento *Text. in l. unica §. sin autem ad deficientis C. de caduc. tollen. Rot. in dec. 12. num. 4. inter impress. cor. me*,
15 & in specie Jurispatronatus activi contradistincti per Fundatores a passivo, *Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 28. num. 11., & disc. 29. per tot.*, & signanter *num. 7. et in Asten. Prioratus 7. Decemb. 1708. §. Idq; magis, et 20. Martii 1709. §. Concurrente coram R. P. D. meo Aldrovando*.

Altera non minus præpotens exoriebatur demonstratio, quod si voluisset Juspatronatus passivum, quemadmodum effective voluit deferri majori natu, & insimul quoque voluisset (uti prætendebat Franciscus) Juspatronatus, sive exercitium activum præsentandi spectare ad majorem natu, non daretur distinctio inter Præsentantem, & Præsentatum, quando tamen vix *Sacri Canones* permittunt, quod Patronus volens præsentare se ipsum contra legis resistentiam, vix possit exaudiri, non per viam ullo modo præsentationis, sed per viam supplicationis
16 porrectæ Ordinario, vel Summo Pontifici, ut hi dignentur eidem supplicanti concedere hujusmodi beneficium, quemadmodum sancitur per *Innocentium III. in cap. per nostras sive, ut alii legunt, per vestras de Jurepatr. ubi Abbas nu. 2. vers. Credo posse n. 4.* cum quo procedunt *Ugolin. de Offic. Episcop. par. 2. cap. 51. §. 2. num. 1. in fin. Vivian. de Jurepatr. par. 2. lib. 6. cap. 8. num. 4. Lambertin. de Jurepatr. par. 1. lib. 2. quæst. 8. art. 3. Ciarlin. controv. forens. cap. 69. n. 16. Barbos. de pot. Episcopi par. 3. alleg. 72. n. 85. Card. de Luc. de Jur. patr. disc. 31. num. 6. Adden. ad Buratt. dec. 316. litt. A. Rot. cor. Celso dec. 20. n. 3. et dec. 430. n. 39. p. 9. rec.*

Ostenso igitur ex hucusque deductis, quod Juris regulæ, & propositiones assisterent etiam in abstracto Joanni Baptistæ, quodque eamdem assistentiam roborarent tot circumstantiæ, seu demonstrationes, restabat unice dispungendum, quid in contrarium adduci prætenderetur per Franciscum; verum demonstrationes per eum allatæ nullius coæqui ponderis ad lancem appensæ compertæ sunt; adducebatur quippe pro prima in oppositum demonstratione mox ponderata declaratio Fundatoris in invitando majorem natu ad Juspatronatus passivum, quasi quod idem præsumendum foret in ordine ad Juspatronatus activum; sed quam manifestam
17 hæc animadversio retorsionem pateretur, jam vidimus, & proinde in nihilo prorsus veniebat attendenda, ut ad propositum inquit *Rocch. in tract. de Jurepatr. in verbo ipse, vel is a quo num. 37. quæst. 20., Lambert. de Jurepatr. in prima parte 2 lib. quæst. 8. art. 9. Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 31. num. 7. vers. Et quoad alteram, et Rot. in decis. 185. num. 1. par. 2. divers.*, & generaliter de con. jectura æquivoca, & retorquibili *Rot. in dec. 377. num. 4. cor. Manzanedo, dec. 104. n. 7. cor. Emerix Jun.* cum aliis in *Reatina Jurispiscandi 13. Januarii 1710. §. Verum nihil, cor. Me*, & alibi sæpissime.

Quatenus vero adjiciebatur, quod vocationi majoris natu Fundator apposuisset dictionē illam = *anche* = ut ibi = *Il più Anziano resti anche preferito* = non per hoc ex subjecta materia hujusmodi dictio censeri poterat expli-
18 cativa superioris dispositionis, quando vix eadem dictio est implicativa, quin etiam sæpe sæpius restrictiva, & ut notat cum aliis *Barbos. dict. 112. num. 10.*, præsertim dum in subjecta materia ea facile referri poterat ocularitet ad concursum inter Descendentes masculos de linea a principio vocatos; cum enim Fundator Descendentes masculos de linea vocasset pariter ad Juspatronatus passivum, voluit ulterius per hanc dictionem = *anche* = explicare sese non solum reser-

vasse

vasse Juspatronatus passivum inter præfatos Descendentes, sed etiã mandavit, quod præferretur *il più Anziano*, & in terminis, sive sensu talis dictio *Anche* conservabat suam magis propriam, & germanam naturam augmentativam adjacentem veteri, & proxime immediatæ dispositioni, sicuti regulariter importat ipsa dictio *anche*, latine *etiam*
19 ut habemus in *l. 2. C. de Testib.*, *l. etiam ff. de verb. signific.*, *l. etiam*, *C. de Tutorib. et Curat.*, *Archidiac. in cap. in illis de Præbend. in 6.*, *Surd. conf. 445. nu. 28.*, cum aliis per *Rot. in dec. 2221. nu. 3. cor. Coccino*, *et dec. 762. n. 10. par. 18. tom. 2. rec.*

Rationabilius autem ad rem applicando, quia ad normam eorum, quæ tetigimus superius; Juspatronatus activum tamquam importans quemdam majorem decorem rectius adaptatur facienti figuram Primogeniti in Familia, quam simpliciter habenti majorem ætatem; Passivum vero e converso magis convenit seniori sustinere debenti gradum Beneficiati, & Rectoris Ecclesiastici, unde conspicimus, quod etiam ad mentem *Sacrorum Canonum* in quibuslibet Concursibus, ceteris paribus præferri debet Provectior, & ma-
20 joris ætatis, sicuti monent *Text. in cap. cum in cunctis*, ibi = *Maturitas de elect. et in cap. ult.*, ibi = *Maturiores ætate 74. distinct. Barbat. conf. 23. post n. 13. volum. 1.*, *Tiraquell. de Primog. in præfat. n. 182.*, *Lambertin. de Jurepatr. par. 2. lib. 2. quæst. 2. princ. artic. 26. num. 4.*, *et Barbos. de Paroch. par. 1. cap. 2. n. 109.*

Quare præcognita hac palmari differentia rationis in Jurepatronatus activo, & passivo, amplius non aptabatur eadem dispositio, &
21 voluntas explicata in passivo = *il più Anziano resti anche poi preferito* = per ea, quæ quotidie habentur apud *Benden. collect. leg. 35. n. 45. Palm. Nep. alleg. 50. n. 39.*, *Rot. cor. Emer. Jun. dec. 602. n. 3.*, *et in Senogallien. Canonicatus de Luchis 23. Junii 1710. §. Validius cor. R. P. D. meo Aldrovando.*

Minus ad astruendam aliquam probabilẽ conjecturam suffragabatur, quod Fundator in suo Testamento deputasset in Exsequutores Antiquiores Domus; Siquidem ad tenorem propositionum, quæ fuerunt ab initio præmissæ, hic adamussim erat casus contradistinctus, vel a successione in bonis indifferentibus, vel a Jure activo præsentandi; nam cum munus Exsequutoris suapte natura exigat majorem prudentiam, sollicitudinem, &
22 capacitatem, ut ait *Bald. in conf. 165. relat. per Tiraquell. de Jureprimogen. in præfat. nu. 163.*, *et Card. de Luc. de fideicomm. discurs.*
23 *1. nu. 7.*, opportunum profecto erat, quod Antiquiores pro hoc munere implẽdo essent majores natu, & seniores, ex jam allatis supra in §. *Verum præcipue*.

Ejusdemque pariter irrelevantiæ visum est, & præcipue correspective ad regulas, & demonstrationes pro Joanne Baptista militantes, quod Fundator in Jurepatronatus activo post vocationem Primogeniti masculi, in continenti subbjunxerit = *osservata però sempre la prerogativa della masculina età* = perinde, ac si Testator præ oculis habuisset in prælatione ætatem; Nihil enim commune habebat terminus, *di masculina età*, cum termino *di maggior età*, dum sexus, sive illius differentia, quam præbet vocabulum *masculina*, est ultimus, qui habeatur in consideratione in his successionibus Primogenialibus, dum ut diximus, linea vincit ætatem, gradum, & sexum, sed adhuc ponderabant *Domini*, quod hæc verba *masculina età* prolapsa fuerint oscitanter de calamo Notarii, vel Amanuensis, cum solum exinde colligi posset, quod masculineitatem unacum Primogenitura, non vero majorem ætatem cum masculina ætate prædilexit; & de facto sicuti accipiendo verbum *masculina età*, pro duplici verbo, sonaret in nimiam improprietatem, dum ætas nihil habet commune cum sexu, nec sexus cum ætate, ut recte contradistinguunt enunciati Auctores, tractantes de Primogenituris, & Majoratibus; Ita talem modum loquendi accipiendo pro unico dumtaxat verbo *masculinità* relativa ad solum sexum, intrabant minus quidem Grammaticales, sed explicatiores modi, quibus utuntur Logici, & Philosophi, & quandoque etiam Juristæ, & Theologi, inter quos sæpe sæpius *D. Bonaventura*, nempe *ecceitas*,
24 *corporeitas*, & latine *masculinitas*, quæ sine alias necessaria proxiliori phrase expliceretur in Italica versione *masculinità*, ut non abs re videre est apud *Palm. Nep. alleg. 61. n. 14, & alleg. 63. n. 20. 21. & 23. Od. in conf. 46. nu. 51. & 52.* relat. in proposito per *Rot. in dec. 454. n. 3. cor. Buratt.*

Denique parum censuere *Domini* immorandum super prætensa per Franciscum observantia practicata in precedẽti vocatione de anno 1681.; ex quo Petrus Vincentius, qui vigore hujusce met Fundationis tunc devenit ad præsentationẽ, sese expresserit, quod triplici polleret qualitate, nempe quod esset Patronus hujusce Jurispatronatus, ac senior de Familia, & proximior Fundatori, quia non ideirco esset dixit, aut dicere somniavit, quod ideo esset Patronus, quia erat senior, sed contradistincte prius expressit Patronalem qualitatem, & postea in quamdam abun-

duntiam, ne dicamus jactitionem exercisit quoque senioritatem, & denique finaliter proximioritatem, ibi = *Patrono dicti Jurispatronatus, ac seniore dictæ Familiæ, & proximiore Fundatori* = ex quo nimirum in eo casualiter verificabantur omnes hæ tres prærogativæ inter illos de Familia, primo tamen præferendo in nominando qualitatem magis importantem, quod esset Patronus; Quinimo sicut de proximioritate nulla fuit habita mentio in Fundatione, oporteret, si quoquo modo argumentum procedere posset, inferre, quod Fundator desideraverit etiam proximioritatem, de qua nullam, ut diximus, verbum in fundatione; Unde talis expressio, & subexorta observantia, vel
85 tamquam in semetipsa non existens, vel tamquam erronea, vel saltem tamquam æquivoca nequibat in aliquo attendi, aut quidquam operari, ex passim collectis quoad observantiam non existentem, & erroneam per *Palm. Nep. alleg.* 153. *n.* 66., *& Rot. in dec.* 16. *n.* 16. *par.* 6. *recent.*, & quoad observantiam æquivocam *Card. de Luc. de reg ul. disc.* 68. *nu.* 5. *et de Jurepatr. disc.* 60. *nu.* 12., *Rota cor. Buratt. dec.* 644. *nu.* 6., *et dec.* 414. *nu.* 22. *par.* 19. *tom.* 1. *rec.*, & alibi passim.

Et ita utraque &c.

Asten. Prioratus super Institutione.

Veneris 6. *Martii* 1711.

ARGUMENTO

Non indiget.

SUMMARIUM.

1. *Institutio semper tribuenda est ei, qui docet se fuisse a vero, et legitimo Patrono præsentatum.*
2. *Non obstante, quod ambigi aliqualiter posset, quisnam ex Patronis reperiretur in quasi possessione præsentandi.*
3. *In possessorio si liqueat de bono Jure tunc d. possessorium absorbetur a petitorio, et manutentio conceditur triumphanti in bono Jure.*

DECIS. DXXV.

Eodem tempore, quo inter Jo Baptistam, & Franciscum acriter conflictabatur mutua, & ad invicem privativa prætentio pertinentiæ qualitatis Patronalis super Beneficio, seu Prioratu erecto in Ecclesia Parochiali Sanctæ Mariæ Novæ, & Sancti Vincentii per pietatem, & sollicitudinem Petrini de Costa, comparuit ad partes in Theatrum præliaturus super assequenda Institutione unusquisque respective sortitus nominationem, sive præsentationem a prædicto Joanne Baptista, & correlative a Francisco, sed quia in pugna commissa inter Patronos vicit Jo: Baptista, ut in altera contemporanea *decis. hujus diei cor. Me*, ita in consequentiam palmam reportavit Joseph ab ipso præsentatus in conflictu cum Theobaldo, e converso præsentationem Francisci exhibēte, dixerunt namque super dubio congrue desuper proposito *Domini*, *instituendum esse Josephum, et non Theobaldum*.

Atque ad hujusmodi effectum de plano, & mirabiliter conspirabant in unum illa prima regula, quod semper tribuenda veniat institutio ei, qui docet sese fuisse præsentatum, seu nominatum a vero, & legitimo Patrono,
1 penitus posthabito altero nominato a non vero, seu insubsistenti Patrono jam per *Tribunalis* Judicium præcognito, & detecto, ut *ex cap. cum Bertoldus de re Judic.*, *et c. quoniam de Jurepatr.* firmavit *Rot.* præcise *in Roman. Cappellaniæ* 8. *Junii* 1707. §. *Siquidem cor. R. P. D. meo Scotto*, *in Asten. Prioratus super Institutione* 7. *Decembris* 1708. §. *Geminas cor. R. P. D. meo Aldrovando*, *et in Anagnina Cappellania* 26. *Januarii currentis anni* §. *Injustitia*, *et* §. *fin. cor. Rmo. Molines Decano*.

Et altera, quod quando etiam ambigi aliqualiter posset, quinam ex Patronis reperiretur in quasi possessione præsentandi, statim ac per formalem disputationē evincitur, quod
2 proprietas, seu petitorium alteri ex Prætentantibus lucide assistat, tunc, facessente quolibet privilegio ejusdem quasi possessionis, judicandum sit pro habente causam a Proprietario, non obstante in suis veris terminis famigerato *Textu in cap. consultationibus de Jurepatr.*, ut late distincta, & examinata materia firmatum fuit in notissima *Mediolanen. Beneficii diei* 1. *Aprilis* 1707. §. *Quod si et seqq. cor. Me*, & hoc ipsum de facto, & de Jure practicatur etiam in profanis, nam etsi lis seorsim quoque a bono Jure existat super nudo possessorio, quando tamen sub eadem licet ad partes habita disputatione, liquet de evidentia petitorii, istud suffocat, & ut dicitur absorbet quodcumque posses-
3 sorium, & conceditur regulariter manutentio triumphanti in bono Jure, quamvis de rigore non ita res se habuisset in mera disceptatione possessionis, ut videre est penes *Bonden. collect. legal.* 38. *num.* 215. *vol.* 2. *Rot. dec.* 1296. *num.* 25. *cor. Emerix Jun.*, *et in illa celebri Romana hereditatis de Ruspolis* 2. *Martii* 1705. *fere per tot. cor. Rmo. D. Molines Decano*, *et in Fulginaten. Bonorum super Manutentione* 20. *Aprilis* 1708. §. *Diffiteri*, *et Firmana success. super hereditate Jo: Bap. super manutentione* §. *primo pariter cor. Me*.

For-

Fortius autem in præsenti, quia hujusmodi prætensa quasi possessio præsentandi, attento quoque ultimo statu minime in rei veritate favere poterat Francisco Auctori Theobaldi, prout fuit abunde demonstratum in altera, ut supra contemporanea *dec. cor. Me §. Denique parum*. Et ita utraque &c.

Romana, seu Nullius Immissionis.

Lunæ 9. Martii 1711.

ARGUMENTUM.

Constitutio *S. M. Innocentii XI.* quæ habetur impressa penes *Card. de Luc.* ejus tunc Auditorem *in tract. de Statut. success. pag. 3., et seq.* disponit præcipue *sub* §. 13. quod quoties Statuta exclusiva feminarum propter masculos aliquam dubiam, & ambiguam interpretationem recipiant, in tali dubietate respondendum semper sit favore masculorum exclusis feminis. Ea itidem disponit sub antecedenti §. 7. quod in Statutis exclusivis feminarum propter masculos non requiratur confirmatio, vel approbatio Supremi Principis in forma specifica, sed satis sit approbatio communis, vel tacita, vel præsumpta, quæ ex Jurisdictione ob longissimi temporis observantiam inducatur. De existentia Statuti illiusque observantia quando constare dicatur. In Statutis Exclusivis feminarum, licet proximarum propter masculos, licet transversales si remotioris non existant, Matteræ excludantur Consobrinis, licet ab eis distantibus per unicum gradum.

SUMMARIUM.

1. *Statuta municipalia exclusiva feminarum propter masculos in successionibus ab intestato in omnibus ferme Italiæ partibus vigent.*
2. *Constitutio* S. M. Innocentii XI. sub §. 13. *disponit quod in dubio facienda sit interpretatio favore masculorum de agnatione exclusis feminis*, & n. 49.
3. *Statutum si non existat nullum parere debet effectum ex regula* quod non entis &c.
4. *In municipalibus Statutis tendentibus ad derogationem Juris communis requiritur confirmatio S. Sedis vel in forma specifica, vel ad omne pejus in forma communi*, & n. seqq. usque ad n. 6.
5. *Confirmatio autem in forma specifica fieri debet, vel cum insertione tenoris Statuti, vel alio modo.*
7. *De existentia Statuti satis est, ut constet ex fide Officialium communitatis*, & n. 22.
8. *Juramentum servandi Statuta alicujus loci regulariter præstari solet ab omnibus Gubernatoribus, et Judicibus ejusdem loci pro tempore.*
9. *Juramentum semper exigit materiam certam super qua præstandum est.*
10. *Posita justificatione in genere faciliores admittuntur probationes in specie sub eodem genere cadente.*
11. *Coarctata negativa existentia Statuti non probatur ex omissione facta a* Cardin. de Luc. in tract. de Statut. succes. *particula alicujus Statuti, et affertur ratio.*
12. *Negativa existentia alicujus instrumenti non coarctatur per simplicem extractum publici Actuarii carentem eodē instrumento, nisi is profiteatur extractionem exaresse de omnibus actis causa.*
13. *Constitutiones, vel Leges non apposita in aliquo Codice per Supremum Principem confecto tamquam consulto omissa non attenduntur.*
14. *Confirmatio in forma specifica vigore Constitutionis S. M. Innoc. XI. non requiritur in Statutis exclusivis feminarum, sed satis est, illam adesse vel tacitam, vel præsumptam ex observantia.*
15. *Ad Supremum Principem spectat condere leges, et Jura sibi benevisa.*
16. *Statuta localia nil aliud sunt, quam consuetudines Locorum prius vigentes, diuque observatæ, et postea in scriptis redactæ.*
17. *Consuetudo nil aliud est nisi Jus quoddam moribus institutum, quod pro Lege suscipitur, cum deficit Lex.*
18. *Consuetudo licet redacta in scriptis, quemadmodum fecere etiam Romani.*
19. *Non idcirco amittit nomen consuetudinis, et antiquæ præcedentis observantiæ.*
20. *Consuetudines in scriptis redigi valde implicat, neque expedit.*
21. *Observantia alicujus particulæ Statuti probatur ex illius insertione in corpore Statuti non docto de contrario;* Contrarium vide n. 25.
22. *Officialibus Loci credendum est in materia observantiæ, vel non observantiæ Statutorum circa exclusionem Feminarum.*
23. *Statuta exclusiva feminarum propter Masculos sunt in observantia in Urbe Roma, et in omnibus Italiæ Locis.*
24. *Ex qua generali consuetudine facile etiam arguitur specialis consuetudo alicujus Loci intra Italiæ limites existentis;* Contrarium vide n. seqq.
26. *Declaratur* Consult. 397. Mansii *circa hanc materiam*, & n. seqq. *aliæ auctoritates in oppositum allegatæ.*
27. *Ab exemplis non nisi ad superabundantiam est judicandum in iis, quæ consistunt in Jure, seu in interpretatione Juris.*
28. *Observantiam nil magis destruit, quam id, quod*

quod fuit in oppositum practicatum, & judicatum in judiciali contentione.

29. *Et ad hunc effectum sufficit etiam unicus actus contrarius.*

30. *Juspatronatus censetur rigorose agnatitiũ, & masculinum, si per longum tempus nusquam appareant admissa femina ad præsentandum*, Decl. n. 33.

31. *Sententia a qua fuit appellatum non meretur nomen sententiæ.*

32. *Actus turbativi, sive qui dederunt causam turbationi, in nihilo attenduntur.*

33. *Pro inducendo Jurepatronatus agnatitio rigoroso satis non est, quod femina numquã admissa appareant ad præsentandum, si simultanee non ostendatur, eas adfuisse, & præsentare voluisse, sed fuisse exclusas.*

34. *Observantia interpretativa Statuti non inducitur ex actibus mere facultativis, sed requiritur instantia in Judicio, rejectio, & subsequuta acquiescentia.*

35. *Statutum excludens feminas propter masculos, an, et quando debeat intelligi quoad masculos ejusdem, vel alterius gradus.*

36. *Matertera est in gradu proximior respectu consanguineorum, seu consobrinorum.*

37. *Statutum exclusivum feminarum propter masculos regulariter locum sibi vindicat quoties masculi sunt in gradu proximiori vel saltem æquali cum feminis.*

38. *Limita, si verba Statuti sint ampla, & effrenata, ut queant importare exclusionem etiam feminarum licet proximiorum.*

39. *Durius magis est excludere filiam immediatam a successione proprii Patris, quam feminas per transversum.*

40. *Matertera excluduntur a Consobrinis licet distantibus per unicum gradum, quando Statutum mandat, ut feminæ licet proximiores nequeant tamen succedere Masculis etsi transversalibus.*

41. *Statutum excludens sororem propter Fratres ex majoritate rationis excludit neptem remotiorem.*

42. *Dictio* tam, & quam *est purificativa casuum in aliqua dispositione, vel Statuto contentorum.*

43. *Concurrente eadem prapollentia rationis in casibus purificatis; eadem concurrere debet dispositio.*


44. *Successio intestata defertur primum in lineam descendentem, secundo ascendentem, tertio Collateralem.*

45. *Sermonis latitudo nequit restringi ad casum particularem.*

46. *Statutum generaliter loquens, generaliter est intelligendum.*

47. *Dictio* con *quas recipere valeat significationes.*

48. *Et quid operetur si apposita legatur in successionibus puto* Con li maschi.



DECIS. DXXVI.

CUM illæ leges, illa Jura, quæ hodie nuncupantur Communia, fueruntque pro majori parte sancita, & in unum redacta, post Romani Imperii translationem in Græciam, diu remanserint penitus quodammodo consepulta, præsertim in nostra Italiæ Provincia, quousque tandem exstiterunt in excidio Amalphitano reperta, & per Pisarum Rempublicam traducta cum plausu, & acceptatione non solum ejusdem Italiæ, sed etiam totius quodammodo Orbis universi, non omnino tamen arrisit signanter Italicæ Nationi illa exæquatio, quam *Imperator Justinianus* resecaro, & correcto, ut ipse credebat, *vitio antiquæ subtilitatis*, sancivit in successionibus intestatis inter masculos, & feminas vigore *leg.*, quæ incipit *Maximum vitium Cod. de liber. præteritis* ideoque etsi ferme ceteris ejusdem *Imperatoris*, atque Juris,

ris, ut supra compellati Communis, ordinationibus Populi sponte eorum Colla subjugaverint, quatenus tamen pertinebat ad hujusmodi coæquationem, præcipua confecere Statuta municipalia, per quæ iidem Populi, vel auctoritative, si independenti libertate fruebantur, vel alias ex propriorum Supremorum Principum permissione, & approbatione declararunt, nolle in aliquibus casibus harum successionum ab intestato cum prædi-
1 cta Imperatoria jussione ambulare, ut refert *Card. de Luc. de success. disc.* 1. *a num.* 14. *ad finem*, & erudite comprobat *in tract. de Statut. successionibus* §. 3. *nu.* 15. *Cyriac. contr.* 353. *n.* 58., *Michalor. de fratr. par.* 3. *c.* 11. *n.* 1. *&* 2., *Tartagl. de reserv. Statut. art.* 22. *num.* 13., *Thesaur. dec.* 37. *sub num.* 8., *& Rot. in Faventina Success.* 11. *Martii* 1709. §. *Sequuta vero, cor. R.P.D.meo Aldrovando.*

Verum, & hæc tenax Populorum custodia suarū præcedentium consuetudinū in ordine succedendi, & provida respective præservatio a prædictis Cæsareis demandamentis, quotidie parturivit in foro nostro quæstiones, & jurgia super eorumdem Statutorum, & municipalium præservationum intelligentia, statim, veluti per rimulas, subintrante Imperiali ordinatione, quoties aliquo modo cessaret littera, clare dispositiva in contrarium eorumdem Statutorum, donec sanctissimæ
2 memoriæ *Innocentius XI.* per suam celebrem Constitutionem, quæ habetur impressa apud eumdem *Card. de Luc.* ejus tunc Auditorem *in tract. de Statut. success. pag.* 2. *& seq.* hanc asperitatem, & rigorem temperavit in suo Statu Ecclesiastico *sub* §. 13., jubendo, *quod in quolibet casu dubio, & quomodolibet disputabili favore masculorum de Agnatione in exclusionem feminarum, & Cognatorum tam Ascendentium etiam Matris, quam Descendentium, & Collateralium, hujusmodi Legum, & Statutorum interpretatio facienda esset*, quemadmodum pariter commentando eumdem §. 13. advertit, & exornat idem *Card. de Luc. de Statut. success. n.* 7. *& seqq. & Modern. Asculanus ad Statut. Urb. annot.* 39. *art.* 2. *a num.* 121.

Et nihilominus pro consueto nostræ humanæ imbecillitatis defectu, neque etiam hæc Edictalis Supremi Pontificis Constitutio suffecit, quo minus novæ, ac quodammodo necessariæ semper insurgerent contentiones, prout, & magis fortasse peculiariter accidit in hac causa, in qua satagentes quatuor Masculi Consanguinei, & Agnati fratres prædefuncti Francisci excludere Dominicum, qui ex Juribus sibi cessis a Martha, & Uliva materteris ejusdem Francisci a successione illius hereditatis, ut in Arbore, duo iidem Consanguinei adinvenere obstacula propugnationis, alterum super substantia, sive vera exsistentia Statuti Terræ Civitellæ, & alterum super comprehensione, quatenus tale Statutum exstaret, præsentis casus sub eodem Statuto; Triumphavere tamen in hodierna Audientia prædicti fratres Consanguinei, quia petente Dominico ad Bona hereditaria Francisci *Immissionem*, resolutum exstitit, *non esse dandam*.

Quantumvis etenim respectu præfatæ primæ oppugnationis Dominicus conclamaret, ut præmisimus, tale Statutum feminarum exclusivum, vel non exsistere in rerum natura, vel ad omne pejus carere omni prorsus confirmatione *Sanctæ Sedis*, vel specifica, ut requiritur in municipalibus sanctionibus tendentibus ad derogationem Juris communis, vel ad omne pejus in forma, ut dicitur Communi; Unde frustraneum foret discurrere de illius intelligentia, cum ad terminos antecedentis conclusionis vulgare insit
3 adagium, *quod non entis nullæ sunt qualitates*, per *Text. in l. Decem, ff. de verb. oblig. l. Ejus qui*, §. *Quod stipulatus, ff. si certum petat.*, cum aliis recollectis per *Marth. de success. legal. par.* 3. *quæst.* 1. *art.* 2. *nu.* 64. *Rot. cor. Coccin. dec.* 132. *num.* 1., & in terminis Statuti *dec.* 982. *num.* 7. *in fine coram Emerix Jun., & in dec.* 30. *num.* 9. *versic. Et ex hoc*, post *Torr. de pact. futur. success.*

Vel habita consideratione ad secundam propositionem deficientis confirmationis, utique quoties Supremi Principis specifica roboratio non accedat, minime est, ut subdebat, in potestate Subditorum infringere disposita per ordinationē Cæsarei Juris, seu Communis, quod etiam fuit in non deviantibus a Sacris Canonibus jam approbatum, & receptum a Summis Pontificibus, *ut in cap.* 1.
4 *de nov. oper. nunciat.* quemadmodum existimantes necessariam hanc specificam confirmationem, censuerunt relati in puncto Statuti excludentis feminas proximiores propter masculos remotiores per *Constant. ad Statut. in prælud. art.* 1. *n.* 77. *& annot.* 39. *art.* 1. *n.* 66., *Zaul. ad Statut. Favent. tom.* 1. *lib.* 3. *rubr.* 30. *in fine, & Rot. dec.* 780. *n.* 6. *&* 7. *par.* 1. *divers. & dec.* 267. *num.* 17. *& seqq. par.* 16. *& dec.* 94. *n.* 11. *par.* 17. *Rec.*

Quo denique ad tertiam assertionem prosequebatur, quod saltem si non specifica, cum insertione tenoris, vel alio modo, de quo *Glos.*
5 *in cap.* 1. *vers. De quæstione, de confirmat. util., vel inutil.*, *Abbas conf.* 102. *n.* 3. *lib.* 1. *Alex. conf.* 123. *n.* 18. *lib.* 4., *Ger. Spin. conf.* 26. *num.* 7. *Card. de Luca de Judic. disc.* 35. *num.*

num. 65. vers. Accedente, Modern. Asculan. ad Statut. Urb. in prælud. art. 1. n. 99. annot. 44. art. 8. num. 813. & seqq., & signanter num. 815. vers. Et ex tali revisione, Rot. cor. Merlin. dec. 740. num. 4., & dec. 229. n. 10. & seqq. par. 7. & dec. 132. num. 25. & 29. par. 19. rec. ostendatur confirmatio Pontifi-
6 cia, saltem requiratur, quod intercedat illa, quæ dicitur generalis, seu in forma communi, sicuti in omnem eventum voluere in terminis Statuti exclusivi feminarum, *Card. de Luc. de success. disc. 25. num. 5., & 6., Rot. cor. Duran. dec. 36. num. 42. & cor. Merlin. dec. 698. num. 6. & 7., & dec. 740. num. 3. & in Rec. dec. 169. num. 12. par. 11., & in Auximana Immissionis 11. Maji 1696. in fin. cor. Rmo. D. meo Decano*, & latius *in Nepesina legitima 26. Aprilis 1697. §. Absque eo quod, cor. bo. me Muto*, & in puncto Statuti exclusivi feminarum proximiorum propter masculos remotiores *in dec. 438. n. 67. 68., & 75., & seqq. par. 9. tom. 2., & dec. 637. n. 5. par. 18. Rec.*, ubi fuit revocata in dubium superius insinuata conclusio de necessitate confirmationis in forma specifica, ut advertit *Zaul. ad Statut. Favent. dicta rubr. 30. num. 7. in fine, & Constant. in d. annot. 39. art. 1. num. 68.*

Ast iis nequaquam ullo modo obsistentibus, fluctuare non potuerunt *Domini* in primis circa materialem exsistentiam hujus Statuti; Illius quippe tenor non solum dabatur *in Summario Consanguineorum Agnatorum num. 4.* Sed etiam insimul *sub sequenti num. 5.* legebantur plenissimæ attestationes Priorum, seu Magistratuum pro tempore residentium in præfata Communitate & Terra *di Civitella*, cum successivo testimonio ceterorum Officialium, & componentium, totum gubernii torumq; Corpus ipsius Communitatis repræ-
7 sentantium, unde non videbatur ambigi posse de prædicta veritate, & exsistentia, de qua tot deponebant ultra tenorem jam exhibitū Personæ, tot Officiales, quibus in materia, præsertim facti eorum oculis obversantis, & positivi, fides non poterat denegari, ut in similibus affirmarunt *Federic. de Senis cons. 119. num. 7. in fine, Paris. cons. 82. nu. 46. lib. 1., Adden. ad Gregor. dec. 214. in fine, Rot. cor. Merlin. dec. 377. num. 3. & in Rec. dec. 525. num. 5. par. 2., & dec. 64. nu. 10. par. 6. et dec. 136. num. 8. et 9. et dec. 322. n. 25. par. 11., et dec. 369. n. 55. par. 19. rec.*

Eoque magis, quia hujusmodi particularis exsistentia Statuti exclusivi feminarum corroborabatur ab effectiva exsistentia corporis, seu Libri Statutorum in genere, in quo reperiebatur insertum quoque istud caput, seu Statutum, de quo agebatur, dum postmodum immediate *sub num. 6. ejusdem Summarii* tradebantur per Jacobum Philippum, & alios litis Consortes partitæ a libris publicis illius Cancellariæ deprompta, & extractæ super præstatione juramenti pro tempore expleta a Gubernatoribus, & Judicibus ejusdem Civitellæ de observandis iisdem Statutis: Quamobrem respectu exsistentiæ Statutorum in genere reddebatur, ut diximus, extra omnem verisimilitudinem, quod ju-
8 ramentum hoc, quod regulariter super hisce Statutis vere existentibus præstari solet in omnibus Civitatibus, & Locis, teste *Bursat. cons. 235. nu. 101. vol. 3. Missinger. observ. 76. centur. 2. Dansa de Pugna DD. tit de Official. in genere cap. 8. num. 30. tom. 1., Sola ad Constit. Sabaud. ad decretum Quia plurib. gloss. 1. nu. 10. fol. mihi 27. Mastrill. de Magistr. lib. 2. cap. 2. num. 52., Altimar. de nullit. rubr. 10. quæst. 12. num. 19. et 20. Gaill. lib. 1. observ. 36. n. 13. et 14., Cancer. variar. lib. 3. cap. 13. num. 328. et seq.* In hac adamussim, & peculiariter Terra Civitellæ
9 perhiberetur super ente non exsistente contra quidditatem ipsius juramenti semper exigentis materiam certam, super qua præstetur. Ad Text. *in l. eum, qui ff. de jurejur. Surd. cons. 211. sub num. 1. vers. 6. facit, Mascard. de probat. quæst. 6. num. 6. Cyriac. controv. 308. num. 26. Andreol. controv. 260. sub num. 16., Bonden. collect. 4. n. 31. vol. 1. et collect. 20. num. 13. vers. tum. quia falso vol. 2. Borell. in summ. dec. tit. 55. num. 9., et cum aliis ibidem relatis.*

Data autē certitudine exsistentiæ Statutorum in genere, multo facilius subintrabat comprobatio existentiæ hujus Statuti exclusivi feminarum, in specie facta ut supra per Officiales, & Consiliarios præfatæ Terræ; Po-
10 sita quippe in omni materia justificatione generis, faciliores admittuntur probationes quo ad species sub eodem genere cadentes, sive contentas, ad tradita per *Bartol. in l. admonendi n. 4. ff. de jure jur. Dec. in l. in actionibus 13. ff. de in litem juran. Rot. cor. Gregor. dec. 324. n. 4. & cor. Duran. dec. 90. n. 10., & cor. Peutinger. dec. 231. n. 6. & cor. Pamphil. dec. 678. n. 4., & dec. 284. n. 17.* ibique *Adden. nu. 32., & in dec. 636. n. 6. par. 2. & dec 522. n. 13. par 5. rec.*

Absque eo quod proinde fomentum aliqod contraria negativa istius exsistentiæ recipere valeret a superius prælaudato volumine, seu tractatu *Card. de Luc. in tit. de Stat. success.* ubi a fol. 191. registrantur innumeræ *particulæ Statutorum, et Legum excludentium ab*
11 *intestatis successionibus feminas propter masculos*

sculos in Civitatibus, Oppidis, & Locis Status Ecclesiastici, inter quas sane particulas diligentissime collectas, nullibi tamen coruscabat transcripta illa Statutorum Civitellæ. Siquidē arrisit replicatio, quod hujusmodi recollectio particularum promanavit quidem ex commissione *Eminentiss. Auctoris* per valde ceteroquin accuratum Dominum *Æmilianum Travaglinū* hodie in Civitate, & Legatione Ferrariæ munus Commissarii Cameræ digne exercentem, sed non idcirco per hanc oblivionem, sive omissionem Statuti Terræ, seu Loci non prægrandis coarctata remanere poterat exinde sufficiens negativa exsistentiæ Statuti in hoc proposito Civitellæ, prout a fortiori neque coarctaretur ex. gr. negativa exsistentię alicujus Instrumenti
12 producti in aliqua causa per simplicem extractum publici Actuarii, seu Notarii carentem eodem Instrumento, nisi is profiteretur extractionem exarasse de omnibus, & singulis a:t s illius Causæ, ut refert *Card. de Luca de hered. discurs. 19. sub num. 3. vers. scribens, Rot. coram Peutinger. decis. 71. num. 5. & coram Bich. decis. 466. num. 7. et cor. Dunozet. Jun. decis. 357. num. 5. Adden. ad Gregor. decis. 59. num. 6. et decis. 127. num. 2. et 3. par. 19. rec.*

Vixque consimile argumentum admitti valet in insertione non apparente alicuius *Legis*, seu Constitutionis in aliquo volumine *Legum*, quæ ubi per Supremum Principem non exsistant appositæ in *Codice* compilativo illarum legum, quas mandat observari, eæ profecto tunc Constitutiones, quæ non sunt alligatæ in illo *Codice*, seu volumine, tamquam
13 consulto omissæ, minime attenduntur, sicut alias fuit examinatum, & discussum in *Reatina Immissionis 9. Maji 1710. §. Neque novum cor. Me ex doctrina Hostien. in cap. Pastoralis in fin. vers. non tamen de fide Instr.* quam sequuntur *Becc. consi. 16. nu. 8. lib. 1. Card. de Luc. de servit. disc. 1. n. 6. & 7. De alienat. disc. 2. n. 6., & de judic. disc. 35. n. 59.* & latius *Rota cor. Celso dec. 375. a n. 5. & pluribus seqq.*

Circa autem confirmationem, aut specificam, aut in forma communi Sanctæ Sedis non apparentem expresse in ordine ad Statuta huius Terræ, jam sacrosancte occurrit, & providit idem *Sanctiss. Innocentius XI.* in prælaudata *Constitutione sub antecedenti §. 7.* ubi declaravit, sufficere Constitutionē Apostolicam non solum in forma, vel specifica, vel communi expressam, *sed etiam tacitam, & præsumptam, quæ ex juris dispositione ob longissimi temporis observantiam inducitur*;
14 Unde non erat amplius inquirendum de hac expræssa confirmatione in forma specifica, vel communi, quotiescunque aderat sufficienter tacita, vel præsumpta, prout non solum de jure alias connotarunt *Gratian. discept. 9. n. 9. & discept. 245. n. 39. Modernus Asculanus ad Statut. Urbis in prælud. n. 85. & seqq. & annot. 22. art. 3. nu. 173. Rocc. disp. Jur. 38. nu. 14. Marescott. var. lib. 1. cap. 13. nu. 4. Sess. dec. Aragon. 93. nu. 97. Rota cor. Buratt. dec. 6. nu. 1. & cor. Royas dec. 316. n. 11. & cor. Merlin. dec. 402. n. 3. & dec. 202. n. 5. par. 7. & dec. 179. n. 39. & 40. par. 9. & dec. 329. n. 10. par. 10. rec.* Sed exstante Principis jussione, & lege id litteraliter præcipiente, fiebat indubi-
15 tatum, cum ad fastigium principalis, & supremæ divinitus datæ auctoritatis pertineat condere leges, & jura sibi bene visa, ex iis, quæ passim habentur per *Text. in l. humanum, & l. fin. C. de legib. Canonista in cap. Ecclesia S. Mariæ de constit.* & innumeris relatis *Surd. cons. 152., Mastrill. de Magistr. lib. 3. cap. 3. nu. 27. & pluribus seqq. Surd. dec. 312. n. 3.*

Amaritudo itaque, si qua aderat, restr ingebatur ad observantiam, de qua pro præsumenda hac tacita, & sufficienti confirmatione eadem Constitutio meminerat, & quæ conflictabatur a Dominico; sed plura visa sunt concurrere, quæ eamdem in præsenti casu nimium suadebant, & primo quia ipsi statuentes professi sunt, ita se rem habere, & habuisse per antiquam consuetudinem observatam Civitellæ quoad feminarum exclusionem *dicto Summar. 4. lit. C.* ibi = *Volendo mantenere l'antica consuetudine osservat. in questa Terra di Civitella* = de facto autem Statuta Localia aliud non sunt regulariter, & in substantia, quam consuetudines Loco-
16 rum prius vigentes, diuque observatæ, & postea in scriptis redactæ, ad notata in *l. de quibus ff. de legib.*, & observat *Bald. in l. 2. n. 3. C. quæ sit longa consuetudo, Alex. cons. 173. n. 12. lib. 6. Mascard. de gener. interpret. Stat. conclus. 2. n. 149., Conciol. ad Stat. Eugub. in prælud. n. 2. Rota dec. 92. n. 3. post Modern. Ascul. ad Statut. Urbis, & in dec. 177. n. 56. par. 5. rec.*

Neque probabile erat ullatenus, quod Statuentes testificarentur de hac perantiqua consuetudine in isto loco, nisi vere adfuisset, alias ob id a populo potuissent cito nimium convinci, sive exprobrari de insubsistentia hujusce consuetudinis, sicuti (si dicere, & comparare fas est) etiam humano modo libri ipsi divini *Moysis* in prænarratis inibi Historiis veritatem important indubitatam, cum possibile non exsistat, quod post *Moysis* mor-

tem iidem libri in tanta veneratione fuissent in continenti recepti ab ipsa, & de cetero dura Israelitica Natione, & ab illis hominibus, qui eadem facta de necessitate videre debuerunt, si ipsa facta ab eodem Moyse prænarrata, & ab eodem populo Israelitico certitudinarie visa, vera non exstitissent, ut patet ad sensum; Sicque supposita veritate hujus consuetudinis diu observatæ, de qua testabantur statuentes, ecce quod constabat insimul de observantia, quoniam eadē con-
17 suetudo, quæ secundum *Isidorum* aliud non est *nisi jus quoddam moribus institutum*, *quod pro lege suscipitur*, *eum deficit lex*, *ut in cap. consuetudo distinct.* 1. adeo fraternizat cum Statutis, ut licet redigatur in scriptis, quem-
18 admodum fecisse etiam Romanos ex *l.* 2. *ff. de vulgar.* aliisque ostendit *Giurb. ad consuetud. Messanens. in proœmio sub n.* 25. Non idcirco amittit nomen consuetudinis, & antiquæ præcedentis observantiæ, per ea, quæ
19 observat *Neapodan. in proœmio ad consuetud. Neapolit. & relatis Maxill. ad consuetud. Bari. Giurb. ad consuet. Messan. aliisque concord.* egregie *Card. de Luc. de hered. disc.* 23. *nu.* 7. *& de emphyt. disc.* 37. *n.* 7., ubi admonet, non solum non impleicare, sed valde expedire consuetudines in scripturam redigi, &
20 per *Text. in l. rectissimam C. de jur. domin. impetran.* firmant DD. relati per *Rotam cor. Buratt. dec.* 435. *n.* 8., *et cor. Dunozett. Juniore dec.* 644. *n.* 2.

Secundo, quia hæ eædem particulæ, & capita Statuti, de quibus contendebatur observantia, suo ordine citra ullam suspicionem superinductionis reperiebantur alligatæ in corpore aliorum Statutorum cum sucessivo, ut præmisimus, licet generali juramento præstari solito per Gubernatores, & Officiales pro tempore Loci Civitellæ de observandis hujusmodi Statutis, ac propterea ex hac ipsa alligatione, & insertione, non docto de contrario, consequutiva insurgebat præsumptio illius observantiæ, ad tradita *per Mascard. de gener. interpret. Statut conclus.* 6. *n.* 95. *Pigan. ad Statut Ferrar. rubr.* 126. *n.* 4. *Conciol. ad Stat. Eugub. in prælud. n.* 47. *et in annot. ad Bullam Gregor.* 13. *post rubr.* 76. *n.* 8. *lib.* 2. *Constan. ad Stat. Urbis annot.* 22. *art.* 3. *nu.* 181. *Roec. disp.* 38. *n. final. Altograd. Jun. contr.* 96. *n.* 291. *Ciroec. disput.* 54. *n.* 25. *Gobb. de jur. intest. suec. obser.* 60. *n.* 12. *Rubeus in singul. Rot. Rom. tom.* 2. *circa stat. interpret. observ.* 12. §. 4. *Rot. cor. Cels. dec.* 125. *n.* 6. *et in recent. dec.* 398. *n.* 3. *par.* 2. *et dec.* 169. *n.* 7. *par.* 11. *et dec.* 511. *nu.* 5. *par.* 13. *et in Fulginaten. fideicommissi super negocio principali* 31. *Januarii* 1685. §. *Nec ad illius eversionem cor. bo. mem. Rondinino*; *Et in Albanen. Canonicatus* 26. *Junii* 1699. §. *Præcipue cor. Me.*

Tertio, quia eadem publica attestatio Priorum, Magistratuum, & Consiliariorum ejusdē Loci, quæ firmabat exsistentiam materialem, litteraliter præseferebat quoque perantiquam, & semper viridem observan-
21 tiam ejusdem Statuti *dicto Summario num.* 5. Iisdem autem Officialibus credendum esse in hac materia observantiæ, vel non observantiæ Statutorum circa exclusionem feminarum, ultra alios superius in genere collaudatos professa est in individuo *Rot. in dec.* 267. *n.* 15. *par.* 16. *rec. et in dec.* 243. *nu.* 5. *cor. Royas et dec.* 26. *n.* 5. *et* 11. *par.* 7. *Modern. Afeul. ad Statut. Urbis annot.* 22. *art.* 3. *n.* 179. *et* 189.

Quarto demum, ex quo hujusmodi observantia nimiam probabilitatem, & robur desumebat a consuetudine, & consimilibus respective Statutis in tota Italia, & præsertim *in Urbe Roma*, *& pene in omnibus Civi-*
23 *tatibus Oppidis, & Locis S. R. E. Status*, *& ditionis temporalis Italiæ* vigentibus, ut profitetur per hæc verba idem semper sanct. memor. *Innocentius XI.* in citata *Constitutione* impressa apud *Card. de Luca de stat. succ. fol.* 3. §. 2. Unde stante hac generali consuetudine, sive ordinatione similium Statutorum in toto aliquo Regno, in tota Provincia, & in tota ditione, facile insurgit præsumptio ejusdem conformationis, & observantiæ
24 etiam in loco circumsepto, & exsistente sub eadem ditione, & Provincia. *Ad Text. in cap. ad Apostolicæ de Decim. Abbas in cap. cum olim colum.* 3. *de consuet. et cap. cum dilectus eod. tit. de consuet. l. si de interpretatione, et l. minime ff. de legibus. Aymo cons.* 44. *n.* 5. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 96. *n.* 22. *lib.* 1. *Mantica de tacitis lib.* 22. *tit.* 28. *nu.* 61. *Rot. dec.* 581. *n.* 3. *cor. Dunoz. Jun. et dec.* 786. *n.* 6. *par.* 18. *tom.* 2. *rec.*

Quin per umbram ad prosternenda hujusmodi fundamenta tam circa exsistentiam materialem prænominati Statuti, quam circa illius observantiam fastidium facerent *auctoritates*, quæ in oppositum circumferebantur, quasi firmantes vel, quod, ubi observantia non perstringit illud capitulum Statuti, de quo sit controversia, curandum non sit de observantia aliorum forte capitulorum; vel
25 quod memoratis Prioribus, Magistratui, Cōsiliariis, ac Civibus fides adhiberi non posset, ex quadam extera *decisione* allegata apud *Mansium consul.* 397. *ex n.* 64. *cum seq. et ex Sacra Rot. dadec.* 267. *a n.* 2. *et seqq. p.* 16. *et decis.* 194. *num.* 4. *et seqq. par.* 17. *recent.*

Præ-

Prædictæ etenim doctrinæ ad trutinam appensæ, vel casum non tangebant, aut si tangebant, firmabant totum oppositum; Et quidē respectu allegationis seu decisionis apud *Mansium*, ea casum non tangebat, inibi etenim non tractabatur ullo modo de conflicta exsistentia nec ne alicujus Statuti femina-
26 rum exclusivi, vel de illius ad hunc effectum observantia, vel non observantia, hoc est de Statuto usu, vel non usu recepto, ut erat a contrario hypothesis hodierna, sed quæstio apud *Mansium* versabatur super quodam Statuto Pontremulensi vere exsistente, vere usu recepto, & perpartes non controverso; Solumque altercatio consistebat circa illius intelligentiam, vel benignam, vel crudam favore, vel adversus masculos, & ad hunc finē controversia erat super observantia interpretativa, quam adducebant tunc in quibusdam casibus informantes pro masculis, hæc autem observantia interpretativa dumtaxat est illa, quæ in prædicta allegatione non fuit admissa, quia Judices, cum ageretur de interpretatione, quæ poterat haberi, & desumi a simplici lectura, reputarunt, hanc observantiam interpretativam non esse recte probatam, vel non afficere, & certe forsan bene, cum in iis, quæ consistunt in Jure, seu
27 interpretatione Juris, non sit, nisi ad superabundantiam judicandum ab exemplis. Ut advertit *Card. de Luc. de præmin. disc.* 13. *n.* 23. Et confert regula *ex Text. in l. ille, aut ille, §. Cum in verbis, ff. de legatis tertio*, quam in proposito expendit *Gratian. discept.* 927. *nu.* 22. *Rota cor. Bich. dec.* 7. *nu.* 23. *et cor. Priol. dec.* 69. *n.* 23. *et* 24. *et in dec.* 18. *nu.* 10. *post Constant. ad Statut. Urbis.*

Respectu autem *Sacræ Rotæ* in præcitatis *Decisionibus*, quæ prodierunt in una, eademque causa *Nepesina Successionis cor. Calataju*, hæ vere tangebant casū, sed firmabant, ut diximus, oppositum, dum clare dicunt, ut supra adnotavimus, quod standum sit Officialibus Communitatis in ordine ad consimiles attestationes super materiali exsistentia, vel non exsistentia horum Statutorum in loco eorum Officii; Sed in illo casu eædem attestationes, de quibus effective fuit habita ratio concludebant in eo casu, quod oppidum, de quo disputabatur, *non regebatur aliquo Stat. particulari*, suntverba præcisa, *sed secundum jus commune*, quodq; ita audiverant a suis Antecessoribus; Unde merito Sacra Rota subjunxit, credendum esse iisdem Officialibus in iis, quæ spectabant ad eorum Officium, ut liquet *in prædicta dec.* 267. *n.* 11. *et seqq.* signanter *nu.* 15. *par.* 16. quæ fuit confirmata in dicta altera *dec.* 194. *ex n.* 5. ubi in tantum sub *n.* 9. excluditur quædam fides Officialium, ex quo & non percutiebat casum præcisum, & erat expiscata pendente lite, quando in præsenti thesi totum est in oppositum, cum plenissimæ attestationes, de quibus supra tam Priorum, tam Magistratuum, & Civium, quam etiam Vicarii foranei efformatæ fuerint ante ullam litis pendentiam, & de cetero eædem *decisiones* editæ *in dicta Nepesina Successionis* emanarunt de tempore quo rigide in hac materia procedebatur contra hujusmodi Statuta, ad quem rigorem molliendum adamussim emanavit prænominata *Constitutio* illius Sancti Pontificis, ut liquet sub *dicto* §. 2. *&* 3. quæ cum potestate auctoritativa amputavit omnes illas conclusiones, quæ prius videbantur aliquando in foro receptæ, & de facto in prædictis *Decisionibus* promovebantur, ut etiam ostendit *Card. de Luc. in Commentariis ad eumdem secundum, & tertium §. ejusdem Constitutionis*, qui late materiam exornat, & meminit de aliis rescissis in subjecta materia disputationibus.

Postremo denique visum quoque fuit, nullatenus præmissis obsistere posse, quod adversus hosce met consanguineos, qui cum Dominico in præsenti causa contendebant, emanasset in Tribunali A. C. quædam Sententia favorabilis non solum feminis, sed etiam feminis Monialibus, ac proinde per hujusmodi judicatum inallegabilis, vel jugulata remanserit qualibet observantia, quæ prætenderetur extrajudicialis in contrarium, cum
28 nullus major destructivus inimicus observantiæ reperiatur, quam id, quod fuit in oppositum practicatum, & judicatum in contentione judiciali, ut ait *Bart. in l.* 2. *n.* 22. *ff. solut. Matrim. Cravett conf.* 315. *n.* 4. *Cyriac. contr.* 460. *n.* 31. *Modern. Ascul. ad Statut. Urbis annot.* 6. *art.* 1. *n.* 43. *& annotat.* 11. *art.* 1. *n.* 150. Ubi quod sufficit ad hunc
29 effectum etiam unicus actus contrarius *Sevarolus in suo voto* 5. *n.* 33. *ad* 35. *post Rembold. Rota cor. Gregor. dec.* 162. *n.* 9. *ibique Addcn. n.* 15. *cor. Cerr. dec.* 100. *nu.* 19. *& dec.* 456. *n.* 9. *par.* 4. *tom.* 1. *& dec.* 319. *n.* 37. *par.* 11. *rec.*

Addito signanter, quod e conspectu nequaquam pro parte Consanguineorum in minimo indigitabantur ullæ Sententiæ, ullæ resolutiones favorabiles, quæ promanaverint in consimili contentione judiciali ad favorem masculorum, & in conformitatem Statuti controversi, quando nimium reddebatur inverisimile, quod aliqua desuper non emerserit occasio adeundi forum in hac materia, exemplo ejus, quod dicimus, parum abscedendo ab hypothesi feminarum, in aliquo

Jurepatronatus, nimirum, quod illud a contrario censeatur rigorose agnatitium, & masculinum, si per longam successivitatem tem-
30 poris nusquam appareant admissæ feminæ ad præsentandum, ex collectis per *Peregrin. cons. 33. n. 21. circa medium, Pacion. allegat. 196. n. 22., & seqq., Rota cor. Celso dec. 106. n. 9., & cor. Me dec. 38. nu. 23., & seqq., & dec. 515. nu. 16. par. 14. Rec., & in Faventina Beneficii 11. Decembris 1702. §. Ex his, cor. Eminentiss. Caprara, & in Florentina Canonicatus 8. Maji 1705. §. Observantia, & 12. Martii 1706. §. Quod autem, cor. R. P. D. meo Lancetta*, & in iis terminis Statutorum *Rota cor. Royas dec. 293. num. 9., & cor. Dunoz. Jun. dec. 245. n. 8., & dec. 177. n. 54. par. 5. Rec.*

Pro fugatione etenim hujusce bipartitæ objectionis placuit responsum, quod in ordine ad Sententiam latam ab A. C. ex duplici capite pes super ea figi non poterat, altero nimirum, quod ab ea fuerat incontinenti appellatum, & consequenter nequibat de hujusmodi Sententia haberi ulla, vel minima consideratio, cum appellatio ejus exsistat naturæ, & efficaciæ, ut judicatum, a quo fuit appellatum, habendum veniat interim
31 prorsus pro non prolato, nec mereatur nomen decreti, vel Sententiæ, ex plene demonstratis, & congestis per *Mans. consult. 162. num. 12., Card. de Luca de Judic. disc. 37. num. 46., Balducc. rer. judic. tit. 3. de Legat. et Fideicomm. decis. 19. num. 9., Fontanell. dec. 377. nu. 3. et dec. 440. num. 34. Rota cor. Merlin. dec. 316. num. 5., et coram Priol. dec. 46. num. 30. et inter recollectas ad ornatum Card. de Luca de Jurisdict. dec. 17. n. 10., et in Valentina Beneficii 18. Novembr. 1704. § Ceterum neque, et in Cornetana Census 20. Junii 1707. §. Etenim, cor. Me.*

Et altero, quod rumor adamussim hujus Sententiæ consparsus effecit, quod hæc nova lis insurrexerit, quando prius res de cetero pacifice quiescebat; nam peraudito casu ejusdem Sententiæ Dominicus, undique extraneus expiscatus est a Materteris Francisci cessionem, de qua agitur, non immunem fortasse a quadam specie pacti quotæ litis, vel a censuris *Imperatorum in l. per diversas, et l. ab Anastasio C. mandati*, sed præcisive etiam ab hisce considerationibus sat erat, quod Sententia prædicta dederit causam huic liti, cum actus turbativi, sive qui dede-
32 runt causam turbationi in nihilo regulariter attendantur, *Andreol. contr. 31. num. 10., Bonden. collect. legal. 36. num. 25. lib. 1., et collect. 29. num. 66. et seqq. lib. 2., Possb. de manut. obser. 17. nu. 46., et Rota penes eumdem dec. 132. num. 8., et post Contr. discept. foren. tom. 1. dec. 161. num. 8., et cor. Greg. dec. 4. num. 2., et in Neapolitana Processionis 22. Junii 1707. §. Minus relevant, coram R.mo Omanna.*

Demum quoad alterã argumentationem, nempe, quod ex parte agnatorum nullæ in contrarium exhiberentur resolutiones judiciales favore masculorum, hæc sermocinatio, seu discursus secumferebat duplicem aspectum, & utrinque ad modum gladii ancipitis retorquibilem, dum poterat æquo modo replicari, quod in tantum nulla forte afferebantur documenta judicatorum pro masculis in exclusionem feminarum, in quantum numquam etiam feminæ hanc prætensionem succedendi excitarunt, nolentes probabiliter disceptari super re, ut dicebant statuentes, ab antiquo tempore consueta, & notoria, itaut potius incumbere debuisset Dominico habenti Statuti præsumptam, ut supra, observantiam contra se, docere de oppositis Sententiis, decretis, vel rebus judicatis favore feminarum illam destruentibus, vice adducendi dumtaxat unicum, & nuperrimum exemplum, & a quo fuerat appellatum; & de facto in rei veritate exemplum, de quo supra, Jurispatronatus consuevit diversimode apprehendi, nam in Sententia aliquorum, ac etiam quandoque *nostri Tribunalis* juxta casuum contingentiam, & temporis longitudinem fuit etiam eidem superiori conclusioni replicatum, satis non esse pro inducendo rigoroso, agnatitio, & masculino Jurepatronatus, quod feminæ numquam apparerent admissæ ad præsentandum, si simultanee non ostendatur, eas adfuisse, actualiter præsentasse, seu voluisse præsentare, & fuisse exclusas: Unde a pari oportuisset in casu nostro edocere, masculos excludentes ad formam Statuti, interfuisse, & non exstitisse admissos ad exclusionem feminarum, sicut in proposito superio-
33 ris memoratæ propositionis videre est penes *Calderin. cons. 2. & 15. in fine de Jurepat. Ferrett. cons. 132. num. 3. vol. 1., Rota cor. Merlin. dec. 798. n. 9., & cor. Ottobon. dec. 3. num. 11., & cor. Ubald. dec. 605. n. 14., & in rec. dec. 288. num. 6. par. 5. et dec. 73. num. 18. par. 13., et dec. 515. n. 17. par. 14. et dec. 82. nu. 5. et 6., et dec. 223. num. 11.*
34 *par. 19. Rec.*, & in individuo Statuti exclusivi probat *Anchar. cons. 339. num. 8., Menoch. cons. 187. num. 3. vers. præterea, Rota dec. 345. num. 7. tertio nisi, et num. 8. cor. Dunozeto Junior.*

Expedito primo capite exsistentiæ, & observantiæ præfati Statuti superingrediebatur alte-

alterum concernens comprehensionem hodiernæ digladiationis; super hoc autem *Domini* nullatenus ambegerunt, quo minus mortuo Francisco ab intestato, nulla Sobole post se relicta, debita illius successio foret patruelibus, seu fratribus consanguineis, prout patebat ex Arbore prædicta, & per litteram satis apertam hujusce Statuti sub rubrica *Delle Successioni, ed Eredità de' Fratelli*, alias *Summario Jacobi Philippi Num.* 4. *litt. C.* Ubi idem Statutum supponens indefinite, quod, *Occorrendo, che alcuno morisse intestato, non avendo lasciato alcun figliuolo, o nipote, o altri per linea retta discendenti, o ascendenti*, disponebat, quod *in quel caso succedano li trasversali maschj, e le femmine attinenti non possano, nè debbano succedere co' maschj, e che l' esser femmina gli noccia tanto in questo, quanto ne' soprascritti, e tanto nell' Eredità de' fratelli, quanto in tutte le Eredità di altri trasversali*; Unde, cum Martha, & Oliva cedentes feminæ non forent de recta linea ascendentali, aut descendentali, sed per transversum attinerent Francisco tamquam Materteræ, ecce qnod plana re-
35 sultabat exclusio earumdem Materterarum in concursu cum masculis pariter transversalibus, & sic ex ipsa littera Statuti cessabat quæstio, ut in simili respondit *Bald. consil.* 174. *in fine lib.* 2., *Onded. conf.* 12. *num.* 4. *lib.* 1., *Gratian. discept.* 418. *num.* 2., & in præcisis terminis *Menoch. conf.* 150. *nu.* 39. *& seqq.*, *Rota cor. Duran. dec.* 126. *nu.* 27. *& in Reatina Successionis* 15. *Junii* 1705. §. *Quoad primam partem cor. bo. me Muto.*

Non adversante, quod eædem Materteræ non forent in gradu æquales cum prænominatis masculis, hodie illas excludere satagentibus, sed essent in gradu proximiori, ut est
36 Matertera respectu Consobrinorum, seu Consanguineorum defuncti, per *Text. in l. Jurisconsul §. Tertio gradu, vers. Matertera, & §. Quarto gradu, vers. eodem gradu ff. de gradib. & institut. eod. tit.*, *Martha de Success. par.* 3. *quæst.* 10. *artic.* 1. *num.* 1., cum concordantibus in proposito ab eodem relatis, ideoque intrare nequiret Statutum, quod regulariter locum sibi dumtaxat usur-
37 pat, quoties masculi sunt in gradu proximiori, vel saltem æquali cum feminis, ex congestis per *Bald. in l. jubemus §. finali ff. ad Trebell.*, *Alex. in l. Si dotali ad finem ff. solut. matr.*, *& conf.* 204. *num.* 13. *lib.* 1., *Castren. conf.* 175. *sub n.* 5. *vol.* 1., *Honded. conf.* 1. *num.* 53., *Redenasc. conf.* 40. *n.* 12., 38., *&* 46. *Giovagn. conf.* 66. *num.* 20. *lib.* 1. *Actolin. resol.* 13. *num.* 31. *&* 32., *Ciroch. discept.* 58. *nu.* 17., *Brun. de Statut. art.* 11. *quæst.* 1. *num.* 329., *Gabr. de Stat. concl.* 7. *nu.* 77., *Gobb. de Success. ab intest. obser.* 25. *num.* 15. *& seqq.*, *Card. de Luca de Success. disc.* 3. *num.* 4., *& de Statut. success.* §. 13. *num.* 27., *Francb. dec.* 87. *num.* 3., *Rovit. dec.* 20. *nu.* 50., *Moneta dec. Flor.* 47. *n.* 23. *Rot. dec.* 68. *num.* 4. *par.* 6., *& decis.* 267. *num.* 17. *& seqq. par.* 16. *Rec.*

Quoniam sicuti in suis casibus vera est hujusmodi regula, ita nonminus vera est, & præpotens illius limitatio, quod ubi verba Sta-
38 tuti leguntur adeo ampla, & effrenata, ut queant importare exclusionem feminarum, licet proximiorum, admitti in iis terminis debeant masculi remotiores, ad exclusionem feminarum quantumvis proximiorum, testatur *Fulgos. conf.* 78., *Cuman. inter consil. Cur. Sen. conf.* 94. *in secundo dubio*, *Honded. conf.* 4. *sub num.* 85. *& seqq. lib.* 1., *Joann. de Anan. conf.* 4. *num.* 2., *Venturin. conf.* 25. *num.* 7. *vers. respondeo lib.* 2. *Cyriac. controv.* 476. *num.* 14. *& seqq. Martha de success. legal. par.* 1. *quæst.* 22. *art.* 1. *num.* 15. *Brun. de Statut. exclus. feminar. art.* 12. *num.* 191. *&* 193., *Spad. conf.* 318. *num.* 2. *lib.* 3. *Rocc. disput.* 38. *num.* 2., *Mangil. de imput. quæst.* 64. *num.* 20., *Gobb. de intest. success. observ.* 10. *num.* 7., *Card. de Luca de success. dicto disc.* 3. *num.* 5. *Thesaur. dec.* 37. *num.* 8., *& Rot. dictis dec.* 126. *num.* 27. *cor. Duran.*

Et ad id etiam a longe demonstrandum, nempe quod statutum, de quo agebatur, habuerit mavis respectum ad masculinitatem, quam ad proximioritatem, observabatur, quod in multo durioribus terminis filia propria decumbentis ab intestato excludebatur etiam ex persona Nepotis, & Pronepotis masculi, & respective descendentis a filio prædefuncto ad litteram ejusdem Statuti, *dicto Summ. Num.* 4. *litt. A.* Ac propterea si filia primi gradus remanebat exclusa etiam a suis Nepotibus, & Pronepotibus masculis, extra concursum fratris masculi jam prædefuncti, & alias in paritate gradus existentis, quare non erat hoc istud dicendum in ceteris transversalibus, & signanter respectu materterarum in concursu Consobrinorum, dum procul dubio asperius est excludere fi-
39 liam immediatam a successione proprii Patris, quam feminas per transversum, ut apposite conclamant *Jason. conf.* 213. *lib.* 2., *Soccin. Jun. conf.* 8. *nu.* 22., *& conf.* 9. *n.* 6. *lib.* 1., *& conf.* 10. *a num.* 12. *lib.* 4. *Ruinus conf.* 105. *num.* 5. *lib.* 2., *Curtius Sen. consil.* 34. *num.* 10., *Gratian. discept.* 15. *a num.* 8. *ad* 22., *Cyriac. controv.* 476. *n.* 17. *& seqq. Martha de success. leg. par.* 3. *quæst.* 6. *art.* 6. *num.* 7. *Casareg. ad Statut. Januen. de success.* ab

ab intestat. §. 12. *verbo ex defectu*, *versic. descendentes ex fratre n.* 32. *& seq. fol.* 124. *Rota cor. Seraph. dec.* 496. *per tot.*, *& cor. Pamphil. dec.* 15. *pariter per tot repetit. in Rec. dec.* 104. *par.* 1. *& dec.* 581. *num.* 14., *&* 16. *cor. Merlino*.

Certius, quia idem Statutum etsi forte capessere potuisset intellectum volitum a Materteris in proposito simplicium illorum verborum = *Succedano i trasversali maschj*, *e le femmine attinenti non possano*, *nè debbano succedere colli maschj* = quasi quod eædem feminæ attinentes reputandæ forent eæ, quæ essent in pari gradu Masculorum transversalium, adhuc quid inferendum ab illis, quæ immediate sequebantur = *e che l' esser femmina gli noceia tanto in questo caso*, *quanto ne' soprascritti* = Dum enim præ ceteris in casu suprascripto propriæ hereditatis Paternæ filia primi gradus arcebatur a succedendo, & consuccedendo existentibus Nepotibus, & Pronepotibus per transversum sibi con-

40 junctis, & quare qualitas feminini sexus non debebat nocere Materteris in concursu Consobrinorum, vix a paritate Materterarũ distantium per unicum gradum, non solum ex majoritate rationis, de qua in proposito prosequendo *Socin. Jun. dicto cons.* 10. *n.* 15. *&* 18. *lib.* 4., *Gratian. dicta discept.* 15. *n.* 9. *&* 18. *cum duob. seqq.*, *Rota in allegata dec.* 496. *num.* 2. *cor. Seraph.*, *& dicta dec.* 104. *num.* 1. *par.* 1. *Rec.*, ubi quod Statutum excludens sororem propter fratres ex majori-

41 tate rationis excludat Neptem remotiorem, idemque firmat *Torr. ad Statut. Papiæ rubr.* 95. *num.* 164. *Pigant. ad Statut. Ferr. rubr.* 139. *nu.* 12., *Card. de Luca de Success. disc.* 14. *num.* 7. *&* 8., & per plura alia exempla relata luculenter *Constant. ad Statut. Urbis annot.* 39. *art.* 1. *a num.* 24. *ad* 60., *et Rota in Reatina Success.* 16. *Januarii*, *et* 15. *Junii* 1705. *utrobiq*; §. *Non obstat cor. bo. me. Muto*, & prius *in Albanen. Success.* 5. *Decem.* 1704. §. *Posito*, *et seqq. cor. Emo Caprara*, *et in Romana Immissionis* 16. *Martii ejusdem anni* 1705. §. *Ex hoc enim cor. R. P. D. meo Caffarel.*

Verum quoque ob apertam intentionem Statuentium, qui voluerunt per dictionem *tam*,

42 & *quam* parificare casus suprascriptos cum præsenti, sive infrascriptis: Unde concurrenre eadem præpollentia rationis in casibus parificatis per Statutum, eadem etiam inter-

43 cedere debet dispositio, ut recte commonent ad *Text. in l. sancimus C. de Testamentis Surdus cons.* 317. *n.* 16., *& cons.* 401. *nu.* 3. *cum aliis relatis per Barbos. dict.* 399. *nu.* 1. *&* 2. *Card. de Luca de fideicommiss. disc.* 44. *n.* 7., *Rot. cor. Dunoz. Jun. dec.* 502. *n.* 15., *& dec* 564. *n.* 13., *&* 14. *& cor. Cerr. dec.* 84. *n.* 9., *& in Recentior. dec.* 109. *n.* 6. *par.* 7., *& dec.* 146. *nu.* 9. *par.* 9., *& dec.* 118. *num.* 8. *par.* 11. *& dec.* 610. *nu.* 7. *par.* 18. Alias non obstãte hujusmodi parificatione melior esset conditio feminarum in successione collateralium, quam in successione

44 ascendentium, quod est absurdum enorme, cum Jura nostra lineam descendentem, postea ascendentem, postea transversalem in successionibus respiciant, ut habetur in §. *Intestatorum Instit. de hered.*, *quæ ab intest. defer. l. nam etsi parentibus ff. de inofficioso Testam.*, *l. scripto ff. unde liberi*, *Auth. in success. Cod. de suis*, *et legitimis*, *Martha de success. par.* 1. *quæst.* 23. *num.* 11. *Card. de Luc. de success. in summa* §. 1. *a n.* 1. *et per tot.*

Evidentius superaccedentibus illis verbis magis amplis, magisque comprehensivis = *Che l' esser femmina gli noceia tanto nell' Eredità de' Fratelli*, *quanto in tutta l' Eredità d' altri trasversali*; Per hujusmodi namque latirudinem sermonis universos casus successionis transversalium complectentis, nequibat amplius fieri, aut prætendi restrictio ad casum prætensæ æqualitatis gradus, maxime dum

45 statutum voluit feminis nocere proprium sexum, ex animadversis per *Text. in l. regula* §. *ultimo ff. de Jur.*, *et fact. ignor. l. Julianus ff. de legatis* 3., *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 14. *num.* 101., *Altograd. controv.* 29. *num.* 7., *Balducc. dec. et res judic. tit.* 3. *de legat. et fideic. disc.* 50. *n.* 38.,

46 *et seqq.* cum aliis in terminis Statuti relatis *dec.* 32. *num.* 17., *et seqq. par.* 12. *Rec.*, *et in dec.* 30. *num.* 5. *post Modern. Asculan. ad Statut. Urbis*.

Hincque ex præmissis, & solide insimul hucusque demonstratis parvi ponderis reddebatur, quod per præmissa verba Statuti = *nè debbano succedere colli Maschj* = Statuentes adhibendo illam dictionem, seu vocabulum *con* intellexisse videantur veram consuccessionem ad terminos Juris procedentem solummodo in gradu æquali. Quidquid enim operari potuisset hujusmodi ratiocinatio, quoties statuentes (aliud de cetero non exprimendo, & disponendo, prout hic in casibus fortioribus) adhuc supposito etiam, quod sicee usurpassent hujusmodi vocabulum *con succedere*, certe sola dictio *con* æque, & bene referri valet ad consuccessionem, sive concursum, sed etiam in ipso concursu postea ad prælationem, unde ea tamquam æquivoca, & tamquam accipi solita inrer similia, vel parum distantia, & in sensu magis demonstrativo, quam taxativo,

47 nullius profecto roboris objectum efficiebat, juxta

juxta varias significationes, de quibus videre est penes *August. Barbos. dict.* 75. *per tot.*, & signanter *num.* 17. *et* 18., ubi referuntur *Monet. de opt. Canon. cap.* 3. *quaest.* 3. *num.* 64. *sess. dec. Aragon.* 124. *n.* 21. Ultra quod hic discursus forte appareretur, si stantes
48 tuentes dixissent, *unacum*, & non simpliciter, ut ad praesens *cum*, juxta ea, quae videtur obloqui *Cyriac. controv.* 476. *n.* 17., *et* 18., & in proposito ad effectum evitandi hujusmodi absurdum observat *Palm. Nepot. dec. Lucen.* 2. *num.* 28. *et seqq. Balducc. dec.*, *et res judic. tit.* 3. *de legat.*, *et fideic. dec.* 39. *num.* 28., *et* 29.

Ceterum etiam, quando per hypothesim haec omnia pati potuissent umbram alicujus difficultatis, prout revera *Dominis* minime videbatur, hic adamussim reincidebat Sanctio *Innocentiana*, de qua superius §. *Verum*, *et haec* praefiniens, quod in quolibet casu dubio, & quomodolibet disputabili intellectus capere ur favore masculorum.

Et ita utraque &c.

Neapolitana Jurium Parochialium.

Ven. 13. *Martii* 1711.

ARGUMENTUM.

Benedictio Ovorum, aliorumque Comestibiliū in Paschate Resurrectionis Dominicae non est de Juribus Parochialibus, ideoque licite fieri potest tam a Regularibus, quam a simplicibus Sacerdotibus, & tam in Ecclesiis Parochialibus, quam non Parochialibus, & tam Regularibus, quam Secularibus, cum hac tamen modificatione in Decisione sapienter insinuata, quod istae Benedictiones fieri debeant privatim a Regularibus.

SUMMARIUM.

1. *Franciscus Monacellus laudatur, qui decreta S. Congregationis Rituum in suo formulario registravit.*
2. *Restitutio in integrum non datur sine laesione, vel gravamine, quod emergit ex nullitate, vel injustitia Judicati.*
3. *Potestas benedicendi Ova, aliaque Comestibilia non est de Juribus Paroch.*, & n. 5.
4. *Decretis, seu Resolutionibus Congregationis Sacr. Rituum habenda est in universo Orbe Catholico submissa veneratio.*
6. *Ubi non agitur de functionibus mere Parochialibus cetera de Jure permittuntur etiam Regularibus, eorumque Ecclesiis.*
7. *Benedictio Ovorum, aliorumque Comestibilium, praeter contenta in veteri Testamento, provenit a Jesu Christo.*
8. *Eaque congruit tam Parochis, qua singularibus Sacerdotibus.*
9. *Explerique valet in omnibus, & quibuscumque Ecclesiis tam Parochialibus, quā non Parochialibus, tamve Secularibus, quam etiam Regularibus.*
10. *Neque est increpandus simplex Sacerdos ex quo benedixerit Ova in die Paschatis.*
11. *Immemorabilis exclusa remanet si Testes super illa deponentes non attingant aetatem annorum* 54.
12. *Item si non deponant de visu, & auditu proprio a coaevis per quadraginta annos.*
13. *Testes de immemorabili deponentes an teneantur deponere de auditu auditus a suis majoribus, & sic de secundo auditu.*
14. *In Urbe Roma de praxi indistincte adhibetur haec promiscua benedictio Ovorum tum in Ecclesiis Parochialibus, & non Parochialibus, Secularibus, & non Secularibus.*
15. *Cui Praxi tamquam Magistrae omnium Ecclesiarum totius Orbis etiam in dubio standum est.*
16. *Ad probandam possessionem privativam vigore immemorabilis, testes super ea deponentes probare ac coarctare per necesse debent hanc privativam.*
17. *Fides testium pendente lite expiscatae non attenduntur.*
18. *Praesertim si confligentur a pleniori numero aliorum Testium.*
19. *Nulla dispositio vel ordinatio subsistere valet si falso fundamento, vel falsae causae, vel erroneae innitatur.*
20. *Exceptio firmat regulam extra casus non exceptos.*
21. *Regulares praeterea, quae concernunt ministrationem Sacramentorum, Bonum publicum, et mores totius Populi nequaquam subjecti sunt Constitutionibus Synodalibus.*
22. *Sententia per appellationē suspensa habetur ac si non emanasset.*
23. *Parochus permittere debet Regularibus, vel simplicibus Sacerdotibus oblationem sive emolumentum Ovorum, quod eis dari solet in illorum benedictionibus.*
24. *Quod quisque Juris in alium statuit sibi etiam dicere debet.*
25. *Ista tamen Ovorum benedictio sive a Regularibus, sive a simplicibus Sacerdotibus fieri debet privatim.*

DECIS. DXXVII.

Alma *Sacrorum Rituum Congregatio*, cujus muneris, & providentiae est, ut Ecclesia tamquam Castrorum Acies ordinata circa Divinum cultum, Lyturgiam, sacrasque ceremonias recte cum tota Ecclesiastica Hyerarchia juxta suos fines consentia ambuler

let coram Domino, quamplura sub anno 1703., seu 1704. universalia sancivit Decreta enucleativa plurium difficultatum respicientium præeminentias, functiones, & Jura Parochorum, inter quæ procedens per viam dubiorum, *ad sextum*, quod talibus verbis legebatur explicatum = *An benedictiones mulierum post partum, fontis baptismalis, ignis, seminis, ovorum, et similium sint de Juribus Parochialibus*, respondit per hæc pariter verba = *Negative, sed benedictiones Mulierum, et Fontis baptismalis fieri debere*
1 *a Parochis*, ut præter impressionem Romæ cusam typis Rev. Cameræ Apostolicæ sub prædicto anno 1704. liquet etiã apud *Franciscum Monacellum* in hisce materiis valde versatum, quive eadem decreta opportune registravit in suo *Formulario legali pract. for. Eccles. tit. 13. ex num. 46.*

Verum quia eadem *Sacra Congregatio* occasione prædictæ impressionis in Urbe, & consequutive publicationis anni 1704. in calce eorumdem decretorum adjungendam censuit hanc præservativam, seu modificationẽ = *Salvis tamen conditionibus, & pactis in erectione &c. concordiis inter Partes initis &c. Indultis, & Constitutionibus Synodalibus, ac Provincialibus, & consuetudinibus immemorabilibus, vel saltem centenariis.*

Hinc non levis insurrexit super applicatione in concreto mavis præfatæ regulæ, quam præservationum, de quibus proxime Controversia inter Parochos Civitatis Neapolis ex una, & varios Regulares, seu Claustrales ex altera, & signanter Minores Conventuales S. Annæ, Minimos S. Francisci de Paula, & Eremitas S. Augustini, alias S. Mariæ de Fide, prætendentibus Parochis sese versari in casu geminæ præservationis, consuetudinis nempe immemorabilis, & Constitutionum Synodalium, & consequenter ad ipsos privative spectare Benedictionem Ovorum, aliorumque comestibilium tempore Paschali; sustinere satagentibus e converso prædictis Regularibus, hasce limitationes non applicari, proindeque post antiquiores desuper habitas Contentiones pronunciante A. C. per sententiam pro Regularibus, eademque per non interpositam appellationẽ transacta in rem Judicatam, spiritum vivificantem insufflauit Parochis *Signatura Justitiæ*, unde commissa *mihi* desuper opportuna facultate sub die 16. *Januarii proxime elapsi* requisivi *Dominos meos* = *Utrum constaret de re Judicata, vel potius de Causis restitutionis in integrum etiam ad effectum manutentionis*, dilataque tunc resolutione, tandem hodie prodiit absolutum oraculũ = *Constare de re judicata* addito solum temperamento quodam, seu *modo* inferius pandendo.

Præsuppositis nãque illis familiaribus regulis, & propositionibus in omni plene Volumine nostri *Tribunalis* conspersis, nimirum, quod adversus rem Judicatam nusquam tribui soleat remedium extraordinarium restitutionis in integrum, ubi non concurrat læsio aliqua, vel gravamen præcedentis Ju-
2 dicati, quod sane gravamen solum dicitur emergere, quoties idem Judicatum laboret tabe nullitatis, vel injustitiæ, ut ceteris recollectis habetur apud *Rdolphin. in prax. par. 1. cap. 13. n. 449., & seqq.; Rot. in Cavallicen. pecuniaria 15. Junii 1696. §. Quemadmodum enim cor. R̃mo dell'Olmo Episcopo Conchen., et in dec. 26. nu. 1. inter impress. cor. Me*, & alibi passim.

Utique in abstracto (præcisive pro nunc ab applicatione, & examine prædictarum limitationum) cum de nullitate nulla esset quæstio, nulla quoque subesse poterat difficultas circa Juris assistentiam in hac benedictione Ovorum, & comestibilium ad commodum Regularium, quia posthabitis etiam argumentis, atque auctoritatibus per Informantes pro iisdem Regularibus adductis tam in ordine negativo, quam affirmativo, dubium non erat, quod hujusmodi potestas
3 benedicendi Ova, aliaque Comestibilia nequaquam foret ullo modo de Juribus, & functionibus Parochialibus, dum hodie tam aperte hoc declaraverat, & solemniter, ut supra eorundem *Sac. Rituum Congregatio*, ejus quippe resolutionibus, ac declarationibus, præcipue in hac materia habendam esse submissam venerationem in universo
4 Orbe Catholico, nemo non scit, & notatum reliquit *idem Monacell. in memorato Formul. l. pract. for. Eccles. form. 1. tit. 13. nu. 78. et Rot. in dec. 878. n. 10. cor. Dunozet. Jun., et dec. 5. nu. 12. cor. Celso, et in Carpentoracten. Parochialis 1699. inter impress. 72. n. 4. cor. Me.*

Ex abundanti igitur solum, & in quemdam ornatum per supra relatum modum negativum demonstrabant memorati Scribentes, quod inter Jura, & functiones Parochiales perbelle enumeratas in *decis. 552. signanter n. 3. & seqq. p. 5. rec.* non adinvenitur hæc simplex benedictio, prout neque legitur, vel admittitur præcisive a Constitutionibus Synodalibus in *Mediol. Jur. Paroch. 23. April. 1708. ex §. Constabilito cor. R.P.D. meo Scotto*, in qua etiam eleganter hæc materia Juriũ Parochialium illustratur, circa quam plura etiam in peculiaribus, & non incuriosis, & for-

& fortioribus forte fingularibus circumftantiis apparent connotata *in illa Aretina Juriū Parochialium die* 15. *Januarii* 1703., *et* 27. *Februarii* 1704., *et* 16. *Aprilis* 1706., *et in altera pariter fuper manutentione eadem die* 16. *Aprilis* 1706. *coram Me*. unde fuccedebat de plano regula, feu genera-
6 lis propofitio, quod ubi non agitur de functionibus mere Parochialibus, cetera de Jure permittuntur etiam Regularibus, eorumque Ecclefiis, tefte *Lezan. qu. Regular. tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 41. *Perin. de Privileg. Minim. tom.* 2. *in Conftit.* 7. *B. Pii V.*, *Cefped. de exempt. Regul. cap.* 7. *dub.* 152. *num.* 12.

Per modum quoque affirmativum, relicta difceptatione, apud eruditos difquiri confueta, an, & quando initium fumpferint hæ benedictiones, cēfentibus plerifque, quod præter contenta in veteri Teftamento recentius a *Jefu Chrifto* noftri humani generis reparatore provenerint, juxta ab eo iteratas has benedictiones Panis, & Pifcium, fignanter
7 in *Evangelio Matthæi cap.* 14. *Marci cap.* 6., *& Lucæ cap.* 24. cum ceteris optime ad vindicandum ufum fanctarum benedictionum in noftra Sacrofancta Apoftolica Ecclefia Romana demonftratis per *Suar. in defenf. fidei lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 5. *&* 6., *Francef. de Eccl. Cathed. cap.* 24. *num.* 82. *et feqq.*

Adjungere pariter fatagebant iidem Scribentes quod fimiles indifferentes benedictiones æque cōgruunt tam Parochis, quam fingula-
8 ribus Sacerdotibus, juxta præfcripta per *Alex. V.* fub illis verbis = *Aqua fale confperfa Populis benedicimus etc.*, *quod etiam omnibus Sacerdotibus faciendum effe mandamus*, & quæ leguntur regiftrata *in can.* 20. *diftinct.* 3. *de confecrat.* & præcifius quod circa hanc benedictionem Ovorum, & Comeftibilium ad libitum, & devotionem Fidelium intro-
9 ductam in Pafchate Refurrectionis valeant ex expleri indiftincte in omnibus, & quibufcumque Ecclefiis tam Parochialibus, quā non Parochialibus, five Secularibus, quam etiam Regularibus declararum fubdebant ab eadem *Sacra Rituum Congregatione* in una *Oftien. Curæ* 28. *Aprilis* 1607. penes *Novar. verbo Benedicere num.* 21. de qua etiam teftatur *Barbof. in collectan. dec. Apoftol.* 59. *num.* 10. & quod de nimio rigore fuit incre-
10 parus Epifcopus, qui Commiffarium expedierat contra fimplicem Sacerdotem, ex quo benedixerat die Pafchatis quædam Ova, refert de *anno* 1637. pariter refolutum *Nicol. in fuis flofcul. verbo Pafcha num.* 5.

Ceterum, ut diximus fuperfluum erat amplius difceptare five immorari fub hoc principio, ftante prædicta Edictali Conftitutione, feu declaratione *Sac. Congregationis* approbata per Summum Pontificem, & publicata de anno 1704.; unde firma reftante præmiffa bafi, & defcendendo ad applicationem prædictarum limitationum, feu præfervationum, primario Parochi mordicus infiftebant fuper Confuetudine immemorabili, de qua fuperlative liquere proclamabant ex teftibus formiter examinatis de anno 1679. ut in *Summario Parochorum nu.* 7. fed inutiliter, quoniam ultra quod nullo modo videbantur iidem Teftes communiti illis requifitis indifpenfabiliter neceffariis ad conftituendam probationem Immemorabilis, ad celebrem explicationem *Glof. in cap.* 1.
11 *verb. memoria de præfcriptionibus in* 6., & fignanter defiderabatur illud ætatis 54. annorum, dum fublato primo Tefte, ceteri ætatem hanc annorum 54. minime attingebant, ideoque ex hoc folo motivo reftabat inapplicabilis prædicta limitatio, feu præfervatio, ut millies in fimili dictum fuit per *Rot.*, & figanter in *decif.* 196. *num.* 1. *ibique Adden. cor. fa. mem. Greg. XV.*, *dec.* 370. *num.* 1. *coram Cardin. Celfo decif.* 1279. *num.* 13. *et* 1296 *n.* 10. *coram Emerix. Jun. et in Trojana delationis Crucis fuper bono Jure* 10. *Decembris* 1708. §. *Sublato coram R.P.D. meo Aldrovando*.

Omiffo etiam pariter, quod nullatenus prædicti
12 Teftes deponebant de vifu, & auditu proprio a Coævis per quadraginta annos, citra illam amaram ulteriorem quæftionem, an Teftes deponere fatagentes de immemora-
13 bili: teneantur deponere de auditu auditus a fuis majoribus, & fic de fecundo auditu, quemadmodum præfcribere vifa eft eadem *gloffa magna* in verbo *memoria* relative ad doctrinam *Hoftienfis in cap. quod pernovale de verb. fignif. fpeculat. tit. de probat.* §. 1. *verf. ultimo quæritur Rota coram Coccin. dec.* 1392. *num.* 1. *et* 2081. *num.* 7. cum aliis innumeris difcuffa materia hinc inde differtis in fupradicta *Trojana delationis Crucis fuper bono Jure* 10. *Decembris* 1708. *ex* §. *fublato coram R. P. D. meo Aldrovando*.

Nihilotamen minus in radice, ac fubftantia ipfius Depofitionis, Teftes adamuffim deficiebant in probatione ejus, de quo unice erat difceptatio; folum quippe afferebatur, quod ab immemorabili tempore Parochi femper extitērūt in pacifica quafi poffeffione faciendi benedictionem Ovorum; In thefi autem noftra nullatenus tractabatur de perturbanda Parochis hac inconcuffa obfervantia, & confuetudine, admiffa indubitanter ab iifdemmet Regularibus, & a

Doctrinis, & Oraculis *Sacræ Congregationis*, & ab ipsa praxi Urbis Romæ, in qua indistinctè adhibetur hæc promiscua benedictio Ecclesiarum Parochialium,& non Parochia-
14 lium, Secularium, & Regularium, & cui praxi tamquam Magistræ omnium Ecclesiarum totius Orbis etiam in dubio standum foret, *ut per Pignatell. consult. 76. num. 11. tom. 5. Rot. coram Merlin. decis. 657. num. 21. et decis. 745. num. 12.*

Ast vis consistebat, utrum in eadem pacifica possessione manerent Parochi privativè quo ad Regulares, eorumque Ecclesias, ac propterea, dum nec verbum quidem proferebāt super hoc essentialissimo puncto,nullum profectò gradum ejusdem probationis constituebant, ad ea, quæ in proposito ha-
16 bentur apud *Bart. in l.Celsus num.23. ff. de usucap., & Jason. in l. de quibus num. 47., ff. de l. Mascard. de probat. concl. 424. n.24. Bursatt. cons. 156. num. 33. Nats. consil. 69. num. 2., & Mans. consult. 168. num. 72.*

Agnoverant fortasse Parochi deficientiam in hac postrema parte prædictorum Testium, ideoque eos roborare contendebant ex testificationibus aliorum,qui cumulabantur in eorum *Summario num. 4.*, Verum nimis debile erat hoc præsidium, & procuratum fulcimentum, cum hæc forent simplicissimæ fides, & attestationes pendente lite, ut dicitur, mendicatæ; Vlteriusque confictabantur a pleniori Caterva aliorum Testium, qui pariter in oppositum ad perpetuam simpliciter memoriam afferebantur a Regularibus, unde vel ex prima consideratione, vel ex secunda hi Testes supra relati in nulla
17 promerebantur haberi consideratione, ut in ordine ad primam, vulgatamque propositionem air *Innocent. in cap. præterea num. 2. de Test. Decian. cons. 51. num. 96. cum aliis per Rotam in dec. 318. num. 4. par. 2., & decis. 223. num. 6. par. 19. Rec., & cor. Emerix Jun. dec. 149. num. 3., & dec. 243. num. 7.*
18 circa secundam adductis Testibus *in c. licet causam vers. ex præmissis de probat. l. ob Carmen. §. Si Testes, & ibi gloss. ff. de Test., & gloss. in cap. si Testis 43. in gloss. magna*, probat *Mans. consult. 228. num. 21.*, & firmavit *Rota in dec. 449. num. 4. cor. sa. me. Gregor. XV., & dec. 31. num. 3. cor. Emerix. Jun.*

Seclusa prima limitatione, seu præservatione, & idcirco progrediendo ad discursum secundæ, nempe Constitutionum Synodalium, illas multo minus obesse *Domini* reputarunt; quoniam eæ signanter exaratæ sub anno 1694. (de præcedentibus enim enunciatis in quadam Apostilla marginali, quæve non exhibebantur *Domini* non curarunt) sic in littera sonabant = *Benedictiones Ovorum, aliorumque Comestibilium tempore Paschali, quæ ad solos Parochos spectant ex Decretis Congregationis Rituum, non fiant ab aliis, vel in aliis Ecclesiis absque Parochorum licentia* = totumque proinde fundamentum ejusdem Synodalis ordinationis solidabatur *in Decretis Sacræ Congregationis Rituum*, sed dum ex hucusque manifestatis ostendimus, quod tam ante, quam post Sacra Congregatio decrevit semper oppositum, nullaque per umbram de facto afferebatur resolutio favore Parochorum, quomodo firmitatem ullam sortiri poterant eædem Synodales ordinationes, atque dispositiones, cum nul-
19 la dispositio, nulla ordinatio queat subsistere, si falso fundamento, falsæ causæ, vel erroneæ appodiatur, ex traditis *ad Text. in l. 1. Cod. de fals. caus. adject. legato per Menoch. in cons. 91. ex num. 41., & 364. n. 60. Martha de succeff. legal. par. 4. quæst. 11. art. 3. num. 1. & seqq. late Tiraquell. in tract. cessante causa par. 1. ex num. 126. Mans. consult. 567. num. 22.* cum ceteris *per Rotam in dec. 247. num. 10. cor. Bichio.*

Diximus quod nulla afferebatur in his terminis resolutio favore Parochorum, siquidem ea, quæ dicebatur emanasse de anno 1695. *apud Pignatell. tom. 10. in appendic. fol. 362.* versabatur in casu, quo aderat de medio specialis concordia inter Parochum, & Ministrum Beatæ Mariæ Consolationis de Urbe, ideoque posthabita reflexione, quod hujusmodi resolutio emanaverat *a Congregatione Visitationis*, & non ab illa *Sac. Rituum* cui principaliter incumbit, ut ab initio præmisimus, hæc Provincia, profectò quoties ista resolutio prodiit ex capite Concordiæ, pactique specialis conventi, ut legitur apud eumdem *Pignatellum*, tantum abest, quod ea in aliquo prodesse posset ad roborandum fundamentum Constitutionum Synodalium, ut potius tamquam edita in Casu excepto in supradicta generali ordinatione *Sac. Rituum* ibi = *salvis &c. pactis in Erectione &c. Concordiis inter Partes initis &c.* stabiliret magis, atque firmaret eam-
20 dem generalem declarationem, & regulam in contrarium ex juribus notissimis, signanter *Text. in l. cum Prætor ff. de Judic., l. nam quod liquide §. Si primo ff. de pen. l., & in l. quæsitum §. Denique, & ibi Bart. ff. de fund. instruct., Mans. consult. 31. num. 13. et consult. 109. num. 36., Rota cor. Buratt. decis. 391., & cor. Emer. Jun. dec. 32. num. 4., dec. 740. num. 5., dec. 1192. num. 7., & dec. 1342. num. 8.*

Atque hæc procul dubio exuberassent; Verum soli-

solide pro quodam Coronamento dicebatur ulterius, quod cum nec Decretum generale anni 1704. nec eædem Constitutiones Synodales Civitatis Neapolis mentionem facerent de Regularibus, eorumve Ecclesiis, Hi tam ex defectu voluntatis tanquam exempti, & particulari nota digni, minime forsan comprehendebantur sub præfata universali ordinatione, & respectu Synodi Neapolitanæ indubitanter accedebat, quoque alter defectus potestatis, cum citra violationem ejusdem exemptionis nequeant Ordinarii, & Capitula, ceteraque membra ab eodem Diœcesano dependentia quidquam statuere adversus Regulares; & cum præcisive ab his, quæ concernunt ministrationem Sacramentorum, Bonum publicum, & mores totius Populi, nequaquam Regulares subjecti exsistant Constitutionibus Synodalibus, quemadmodum uno ore affirmarunt relati *per Barbos. de Offic., et potest. Episc. par. 3. alleg. 105. num. 89. Fagnan. in cap. quid super his de majorit., et obedient. a num. 14. ad 29. Sanch. in præcept. Decalog. lib. 4. cap. 15. nu. 21. Peregr. const. 2. §. 25. num. 67. tom. 3., Suarez. de legib. lib. 4. cap. 20. num. 8. Pignatell. consult. 76. num. 17. tom. 5. Sperell. dec. 88. nu. 20., et in Firmana Jurisdict. 10. Maji 1710. §. Domini tamen cor. R.mo Molines Decano.*

Addito, quod eædem Constitutiones Synodales non erant immunes a sua exceptione, cum eædem in hoc proposito Ordinationes prodierint in scænam post motam hodiernā litem, postquam Regulares appellationem interposuerant a quadam sententia desuper lata in contrarium ab Ordinario de anno 1679.: Ac propterea dato quod etiam vitio Attentatorum in hac peculiari sanctione prorsus non subjacerent eædem Synodales Ordinationes, saltem excusari non po-

22 terant ab infectione nullitatis, ut minus rigide procedendo in omnem casum censuit sæpe *Sac. Auditorium*, & præsertim adductis *Bald. in rubr. Cod. de appellat. num. 2., et Alex. cons. 188. num. 10. lib. 2. in dec. 242. num. 2. cor. Cavaler. dec. 47. num. 10. et 11. et 147. num. 3., et 4. cor. Celso, et decis. 45. n. 2., et dec. 596. n. 6. cor. Emerix Jun. & in rec. dec. 55. n. 11. par. 14. et dec. 230. n. 13. par. 18.*

Denique ad oblationes, sive, ut verius est, Emolumenta Ovorum, & similium, quæ sponte quandoque tribuunt benedicentibus Fideles *Sacra Rota* non respexit, nec quidquam injunxere desuper *Sacræ Congregationes* eodem modo, quo in purificationibus

23 Mulierum Parochorum benedictioni relictis consuescunt iidem Parochi absque increpatione recipere oblationem, vel Emolumentum Candelæ, sicque Parochi debebant tolerare idipsum in aliis, quod in se, sive erga se

24 practicabant *ad text. in l. 1., et tot. tit. ff., quod quisque Juris in alium stat.*, de quo *Rota in dec. 1255. num. 2. cor. Emerix. Jun. et in Romana Pecuniaria super secundo Contractu 23. Febr. anni currentis §. Creditum siquidem in fine cor. me.*

Bene verum, quod modum in hoc, ut ab initio tetigimus, *Domini* Contentionibus, & inconvenientibus præscribendo, subdidere, hasce benedictiones Ovorum solummodo privatim esse faciendas, nec permissas censuere Regularibus extra eorum Eccle-

25 sias & septa, *cursitando, ut Divus Paulus inquit per Domos*. Utraque &c.

Maceraten. Legatorum, & Fideicommissi, Super Prædio della Cimarella.

Veneris 27. Martii 1711.

ARGUMENTUM.

Segetes recollectæ de tempore obitus fideicommittentis non remanent liberæ heredi gravato, sed sub fideicommisso comprehenduntur. Jocalia, Census, & nomina debitorum usu non atteruntur, ideoque illorum alienatio imputari debet in legitimam heredi gravato. Divisio inter heredes gravatos inita suppler vices Inventarii, præcipue si sit facta cum omnibus solemnitatibus, & sit specifica, atque individua.

SUMMARIUM.

1. *Heredi gravato passim conceditur usus mobilium, ac Semoventium, eorumque etiam attritio, ac peremptio, si res sit cum fideicommissariis, secus cum Creditoribus defuncti, ideoque legitima super illis non ita de facili satisfacta præsumatur.* Intellige n. seqq.
2. *Segetes recollectæ de præciso tempore mortis fideicommittentis veniunt sub fideicommisso.*
3. *Jocalia proculdubio usu non atteruntur.*
4. *Idemque dicendum prorsus est de censibus, seu nominibus Debitorum.*
5. *Divisio inter heredes gravatos inita æquipollet Inventario.*
6. *Præcipue, si illa inita est inter minores cum decreto Judicis, Interventu proximiorum, ceterisque solemnitatibus impletis.*
7. *Limita quando divisio est confusa et in ea generice fuit facta descriptio bonorum.*
8. *Debita filii soluta per Patrem an et quando imputentur in legitimam.*
9. *Solutio debiti quando facta censeatur de bonis communibus Fratrum.*

10. *Solutio qualibet tamquam actus subsequutus referri debet ad titulum, et causam præcedentem, ac ex conventione stabilitam.*

DECIS. DXXVIII.

SCribentes pro Domino Flaminio Philipuccio ad obnubilandam expeditionem causæ efflagitatam a R. P. D. de Vico, ejusq; fratre, præviam sane Decisionē editam sub die 23. Junii anni præterlapsi coram Me impugnare non audebant, super priori acriter tunc cōflictato puncto perperam prætensæ remissionis fideicommissi ex divisionibus subsequutis, juxta ea, quæ solide in oppositū fuerant demonstrata in eadem *Dec. a §. Quin adversaretur ferme usque ad §. Agnoscentes*, sed toti se hodie implicabant in subalternante illorum exceptione, quod idem fideicommissum remansisset saltem attenuatum a detractionibus, quas ex persona Pauli filii primi fideicommittentis competere posse sibi nimis blandiebantur, contra in oppositum manifestata sub ead; decisione a *d. §. Agnoscentes usque ad finem* plura congerendo, quæ veluti nō deducta in præcedenti disputatione, forte valebant apparere non discussa sufficienter, sed agnita per *Dominos* totali illorum irrelevantia, mihi demandarunt, ut exponerem, quare hæ novæ congestiones aptæ non essent ad retardandam prædictam expeditionem.

Reassumendo igitur: Geminæ erant species detractionum, quæ ex persona Pauli prætendebantur ab iisdem Scribentibus, altera nimirum legalis, quæve consistebat in legitima, quæ ipsi Paulo debebatur in hereditate Francisci primi fideicomittentis, & respective ejus Patris; & altera subductionum accidentalium, per quas idem Paulus dicebatur esse Creditor memorati fideicomittentis ex causa solutionis quamplurimi æris alieni contracti per eumdem fideicommittentem; Conclamantes idcirco in ordine ad legitimam, eam tam de facili præsumendam non esse satisfactam ex mobilibus, & semoventibus, quia, quidquid foret respectu creditorum defuncti, cum tractaretur ad præsens cum prætensis fideicommissariis, eorumdem mobilium, & semoventium

1 usus, etiam cum attritione, & peremptione passim de jure conceditur gravato in præjudicium successorum in fideicommisso: juxta distinctionem traditam a relatis per *Urceol. consult. 19. num. 39. & consult. 20. num. 17.* cum qua distinctione processit etiam sæpissime *Rota*, & signanter *in decis. 535. n. 2., 3. et 4. par. 5. tom. 2. rec.*

Verum levis apud *Dominos* emersit ista conquestio, quia, ut coruscabat in anteacta decisione sub *§. Legitima*, illa firmabatur præsumi satisfacta, non jam simpliciter cum mobilibus, & semoventibus, quæ per usum pati possent attritionem, & peremptionem, sed cum plurimis Jocalibus, segetibus, nominibus debitorum, & censibus, de quibus nulla ratio reddebatur ex parte Flaminii, cumque segetes recollectæ de præciso tempore mortis Fideicommittentis veniant in fideicommisso, jocalia, Census, & nomina Debitorum dubio procul, usu non atteran-

2 tur, ecce quam futilis inventa est eorum dē Scribentium conclamatio, quemadmodum circa primam conclusionem erga segetes tradunt *Ripa in l. si in fideicommissarium nu. 40. ff. ad Trebell., Peregr. de fideic. art. 36. num. 131., Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. quæst. 32 num. 20., Michalor. de fratr. p. 1. cap. 36. n. 20., Rota cor. Emer. Jun. dec. 777. n. 4., & in Bonon. Immissionis 6. Junii 1702. §. Prædicta coram. R. P. D. meo Scotto, & in Firmen. Fideicom. 18. Junii 1703. §. Nec defe-*

3 *ctus cor. Emo Caprara*, & quoad mobilia solidioris materiæ rectius distinguunt *Peregr. de fideic. art. 10. nu. 4., Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. quæst. 6. nu. 18., Michalor. de fratrib. loco citat. num. 9., Rota in dec. 443. num. 28. cor. Cerro, & dec. 278. n. 8. p. 10. rec., & in Ferrarien., seu Anconitana Fideic. 12. Decemb. 1698. §. Vindicata cor. R. P. D. meo Molines Decano, & in Reatina Fideicom. de Severis 11. Aprilis 1707. §. Et demum in fine cor. Omanni, & in Camerinen. Fideicom. 15. Junii 1708. §. Verum tamen cor. R. P. D.*

4 *meo Aldrovando*, & demum quoad census, & nomina Debitorum, *Fusar. de substitut. quæst. 543. nu. 9. eadem Rota dec. 14. n. 27. & in Romana Fideicom. 2. Julii 1689. §. Nec petitæ Immissioni cor. Emo Caprara.*

Ceterum ab hisce objectationibus excitati Informantes pro fratribus de Vico, hodie superaddebant societates quoque officiorum, ultra nomina debitorum, & census, quodque de his nulla fuerat facta descriptio; quamobrem, dato etiam, quod divisio exarata

5 inter eumdem Paulum, ejusque fratres æquipolleret Inventario, ex cumulatis in *dec. 21. num 18. inter impress. coram Me*, præcipue

6 quando divisio inita est inter Minores cum decreto Judicis, interventu proximiorum, ceterisque solemnitatibus impletis, ut habetur apud *Castrens. in l. cum tale 61. §. Titius n. 2. in fine, & n. 3. in princip. ff. de condit., & demonstrat., Soccin. Jun. consl. 132. nu. 5. lib. 1. Cancer. var. par. 3. cap. 2. num. 109. & seqq., Rot. in dec. 320. num. 9. cor. Priolo,*

lo, & decif.595. num.4. par. 19. tom. 2. Rec.

Adhuc si non aderat, prout non legebatur facta ulla feria, fpecifica, & numerativa defcriptio harum rerum, quomodo valebat eadem divifio ftatum ullum firmare, vel quomodolibet æquipollere inventario, ex iis, quæ circa hanc confufam, & tantum-
7 modo genericam defcriptionem refponderunt *Decius conf.633. n.10. Honded. conf 34. n. 20. lib. 1., Surd. conf. 3. n. 12. & dec.222. num. 2., Rota cor. Celf. dec. 142. num. 4., & in Rec. dec. 149. n. 26. par. 9., & in Spoletana Fideic. 15. Febr. 1704. §. Rurfus cor. Me, & in Foroliuien. Fideicomm. de Torellis fuper Refervatis 20. Martii 1705. §. Nec Inventarii cor. bo. me. Muto, & in Senogallien. Fideicom. 28. Febr. 1707. §. Fruftraque cor. R. P. D. meo Lancetta, & in Camerinen. Fideicom. 15 Junii 1708. §. Peccat cor. R.P.D. meo Aldrovando.*

Demonftrabant itidem iidem informantes, quod Flaminius Caufam fortitus a prædicto Paulo, poffidebat plura corpora hereditaria Francifci, nempe Domum magnam in Contrata Sancti Salvatoris, & quamdam poffeffionem in Contrata Sanctæ Luciæ, quodque Dominicus Auctor e converfo eorumdem Fratruum de Vico, & cui in divifione Anni 1613. obvenit poffeffio Prædii *della Cimarella* pro fua medietate folvit circiter ♈.2100., ut docebatur in eorum *Summar. num. 6.*, & correlative liquebat ex *decif. 235. in principio par. 10. Rec.* ubi agebatur de folutione facta per heredes Pauli erga Fauftinam illius Uxorem, inter quos heredes pro medietate erat ipfe Dominicus; quamobrem quanam ratione tractabant amplius fcribentes pro Flaminio de hac legitima, quæ abforpta, & fuffocata nimis co-
8 rufcabat ex fuperabundante Maffa omnium prædictorum, ut in fortioribus dixit *Card. de Luc. de legit. difc. 23. num. 3. et difc. 38. n.2. Merlin. de legitim. lib.2. tit.2. quæft.25. num. 2. et 3., ac plurib. cumulat. Rota coram Dun. Jun. dec. 584. num. 2., et in præcifis terminis ead. Rota dec. 14. num. 24. verfic. legitima par. 17. Rec., et in Bononien. Fideic. de Gulinellis 27. Junii 1685. in fine cor. bon. mem. Pauluccio, et in Romana Fideicom. 28. Junii 1706. pariter in fine cor. R. P. D. meo Kaunitz.*

Quin etiam ob id plane videbatur, non effe opus defcendere ad aliam fecundam fpeciem detractionum accidentalium, quia tanta erat fuperabundantia, quam mox oftendimus circa illam portionem legitimæ, quæ Paulo competere valuiffet in hereditate Francifci, ut plufquam idonea videretur ad implendum omne vacuum, quod caufare poffent cædem detractiones accidentales, & quæ in fubftantia prætendebantur ex debitis Francifci per Paulum diffolutis; verum ulterius firmiter fubfiftere vifæ funt refpõfiones attributæ in præfenti Decif., nimirum, quod hujufmodi debita cenferentur per Paulum exfoluta de
9 pecuniis cōmunibus, five de effectibus in cōmuni inter Paulum, ejufque Fratres, ad hunc effectum præcife relictis, prout patefactum fuerat fub eadem antedicta decifione §. *Et circa*, & prius in fimili refponderunt quoque *Urceol. confult. 65. num. 23. Angel. de confeff. lib. 2. quæft. 3. nu. 7. Surd. dec. 15. num. 21. et feqq. Rot. cor. Ubald. dec. 178. num. 3., et dec. 77. num. 14 par. 15. Rec., et in Maceraten. Fideic. 5. Junii 1693. §. Quo vero ad æs alienum cor. bo. me. Muto, et in Romana Pecuniaria 23. Febr. 1699. §. Pariformis cor. R. P. D. dell' Olmo, et in Foroliuien. Fideicom. de Torellis fuper refervatis 20. Martii 1705. §. Tertius titulus, et 20. Januar. 1706. §. Quoad pretium cor. eodem bon. mem. Muto.*

Quin faceret, quod nonnullæ ex eifdem folutionibus expletæ apparerent poft initam divifionem inter Paulum, ejufque fratres, ut mox enunciavimus, quia per hoc minime enervata remanebat eadem vehementiffima præfumptio, quando in dicta divifione antecedenter cautum fuerat, quod debita prænominati Francifci communis Patris ex ingucrentur cum effectibus, ut diximus ad hunc finem in communi relictis, feu indivifis, nifi enim plufquam ad oculum mathematice demonftraretur, quod minus in hereditate Pauli remanferit de iifdem effectibus communibus, quam importarent folutiones, omnis fucceffiva folutio tamquam actas
10 fubfequutus referri debebat ad titulum, & caufam præcedentem, ac infimul ex conventione conftabilitam, *Tefte Cephal. confil. 156. num 13., et conf. 198. num. 12., Maur. de folut. cap. 8. num. 1., et feqq., Rot cor. Coccin. dec. 1131., et cor. Dunoz. Jun. dec. 500. utrobique num. 2., et in Recen. dec. 535. n. 1. par. 5., et optime in dec. 579. num. 1., et 2. par. 18. tom. 2., et dec. 250. num. 21. par. 19. tom. 1.*

Reliqua, quæ magis inepte promovebantur alia non indigebant animadverfione.

Et ita &c.

Came-

Camerinen. Bonorum.

Veneris 17. Aprilis 1711.

ARGUMENTUM.

Prætensus vocatus accipiens bona fideicommissaria propria auctoritate a condividente, vel Cessionario Spolium committit. Fideicommissum vero præcognitum, si in divisione bona fideicommissaria libera æstimantur, & assignantur, & clausulæ generales promissionis perpetuæ observantiæ, obligationis heredum, evictionis, molestiarumque liberationis concurrunt cum limitatione regulæ, remissum censetur, & de dd. clausarum importantia differitur,

SUMMARIUM.

1. *Appellationis beneficium cur jura concesserint.*
2. *Manutentio competit fideicommissario in re fideicommissaria possessa, non Immissio, aut reintegratio.*
3. *Manutentio præcedentem possessionem confirmat.*
4. *Reintegratio datur spoliato contra spoliatores.*
5. *Et Spoliati cessionario.*
6. *Spolium committit qui rem alteri in divisione obventam sine citatione capit.*
7. *Amplia, etiamsi titulo fideicommissi ad se spectare prætendat.*
8. *Fideicommissarius quando propria auctoritate rei fideicommissariæ possessionem capere possit, necne.*
9. *Fideicommissi bona, vel non agniti, vel remissi libera ad quoscumque heredes transeunt.*
10. *Divisio fit ad tollendas ex communione discordias.*
11. *Divisione intrinsecum rei vinculum, puta fideicommissi, remissum non censetur.*
12. *Et tunc bona divisa transeunt in dividentes cum sua causa, & nexu.*
13. *Amplia, etiamsi in divisione adsint clausulæ generales, & ampla, & quando dicantur adesse mentio abstracta fideicommissi, & clausulæ prædicta, vide utramque opinionem* n. 15., & 16.
14. *In divisione an sit rei vinculum, seu fideicommissum remissum, cognoscitur cum regula* singula quæ non prosunt &c., *&* n. 32.
17. *Remissio fideicommissi in divisione conjicitur cum de eo notitia facta apparet, & adsunt clausulæ complexivæ heredum, perpetuæ observantiæ, evictionis, & liberationis a molestiis, & quomodo ista clausulæ sint intelligendæ* n. 22., & 23.
18. *Et cum ab una parte posita sunt omnia bona fideicommissaria cogniti fideicommissi ab alia pro æquali portione bona libera, & quare* ?. nu. 21., *contrarium* n. 25. *conciliantur distinctione* nu. 26., *declarantur Auctoritates* n. 27., & 28.
19. *Divisionis contractus est bonæ fidei.*
20. *Bona, & loca montium fideicommisso obnoxia minoris valent.*
24. *Evictionis obligatio litteraliter conventa non evitatur, ex quo acciderit ex natura rei.*
25. *In divisione læsus agere debet pro adaquatione in suo Judicio.*
27. *Remissionis oneris, & fideicommissi voluntas in divisione deficit, deficiente potestate.*
28. *Et cum ab initio habita est oneris æstimatio.*
29. *Item cum in divisione explicita, vel virtualis relatio ad onus, seu fideicommissum habita est.*
30. *Limita, si relatio facta fuit ad alterum finem diversum a fideicommisso*, & nu. seqq.

Remissio fideicommissi in divisione non præjudicat tertiis substitutis.

DECIS. DXXIX.

Provocandi, sive appellandi beneficium prudenter Majores nostri legum Latores introduxere in contentionibus judicialibus, ut ea injustitia, quæ ex humana forsan fragilitate, vel connaturali Cerebrorum dissonantia ab uno quandoque insligeretur, ab alio Judice, vel Tribunali posset facile reparari, quemadmodum in substantia ex hac
1 ratione determinarunt, ac indulserunt Jura non minus Pontificia, quam Cæsarea, de quibus *Text. in l. 1. in princip., & ibi Bartol. in princip. ff. de appellat., & in Auth. de appellat., & intra quæ temp. deb. appell. in proœm. vers. & sancimus, cap. cum dilectus 32. in fin. de elect., Franc. in cap. suggestum sub n. 1. de appellat. Soccin cons. 39. n. 9. lib. 4., Rebuff. tract. de appellat. in præfat. n. 17., & seqq. tom. 3. fol. 4?6., Scacc. de appell. art. 1. quæst. 2. n. 1.* & ceteri passim.

Hinc a Judicato Tribunalis A. C., in quo sub præsupposito cujusdam præexistentis fideicommissi usque de anno 1620. ordinati per Venantium, prodierat tantummodo Immissio ad commodum Francisci, Thesei, & Hieronymi de Broliis ad tertiam partem Prædii nuncupat. *de Fonti*, ad duas vero ex tribus partibus Domus, & Aromatariæ favore Patritii, & Romuli, Collitigantibus utrinque sese reputantibus læsis, & respective appellantibus ad Sacrum Auditorium hodie contrarium emanavit Judicium, dum complexivæ

xivæ dubitationi *An danda foret manutentio, aut respective reintegratio, vel potius immissio, & pro qua rata* respondentes DD. absolute dixerunt, *Dandam esse manutentionem, ac respective reintegrationem præfatis* dumtaxat *Francisco Antonio, ejusque fratribus*.

Diversitas rescripti in ordine ad manutentionem, ac reintegrationem, ut diximus, respective necessario promanavit ex subjecta materia; quantumvis de cetero ratio decidendi feriret utramque Partem; siquidem cum memoratus Franciscus Antonius, illiusque Fratres in causa triumphantes jam præ manibus tenerent Domum cum prædicta Apotheca ad usũ Aromatariæ, superflua, quinimmo extranea reddebatur qualibet alia reintegratio, vel Imissio, sed tantum in hoc proposito congrua restabat manutentio, quæ tendit ad solam judicialem confirmationem
3 antiquæ, seu præcedentis possessionis, ad tradita per *Posth. de manut. observ. 4. nu. 1. & per tot., Rot. dec. 53. n. 19. par. 10., & dec. 380. n. 1., & 2. par. 18. rec., & dec. 308. n. 2. cor. Emer. Jun.*, & in fortioribus late *dictum fuit in dec. 775. n. 2. cor. Cerro, dec. 20. n. 4. cor. Emerix, & nuper in Urbevetana Manutentionis 26. Junii labentis anni §. Attamen cor. Me* pendente extensione *hujus Decisionis* edita.

Ast quoniam e converso Prædium nuncupatum *de Fonti* detinebatur per Romulum, & Patritium Consobrinos Victorum, & hi perperam spoliaverant Mariam Antoniam, & Birgittam alterius Thesei senioris filias, istæ vero, sive eorum filii mediante cessione illorum Jura transtulerunt in denominatum Franciscum Antonium, & Fratres, consequens efficiebatur, quod sicuti eisdem Mariæ, & Birgittæ competiisset reintegratio, quæ nusquã denegatur adversus Spoliatores, ita & ea
4 spectaret, & transfusa foret in præfatos Cessionarios, prout respectu primæ propositionis Text. est in Can. reintegrandæ *3. quæst. 1., & tot. tit. de restit. spoliat., Ridolphin. in praxi par. 2. cap. 4. nu. 132., Rot. dec. 177. n. 12. cor. Royas dec. 905. nu. 1. cor. Emer. Jun., & dec. 432. n. 1. par. 19. tom. 2. rec.,*
5 *& alibi passim*, & quoad secundam *Soccin. in l. rem, quæ nobis n. 10. ff. de acquir. possess., Bald. cons. 309. nu. 2. lib. 2., Rot. dec. 162. lib. 2., cor. Puteo dec. 777. n. 10. cor. Seraph.* cum aliis adductis concord. *in dec. 7. nu. 5. & 7. apud Mangil. de subhastat.*

Quod autem revera Romulus, & Patritius reputari, & dici mererentur spoliatores, palam præfulgebat, ex quo cum idem Prædium *de Fonti* in divisione habita inter filios Latini communis Patris devenisset in portionem prælaudati Thesei senioris, & ab isto descendisset in Mariam, & Birgittã illius filias, nullo modo citra vitium spolii poterant Romulus, & Patritius eripere hujusmodi Prædium ab ulnis earumdem filiarum præcipitanter, & absque ulla citatione, quemadmodum pro canonizando spolio in his terminis uno ore conclamant *Rip. in l. naturaliter §. Nihil commune 59. ff. de acquir. possess., Menoch. de recuperand. possess. remed. 8. nu. 26. Paitell. annot. 63. n. 1. & late in meo tractat. de commerc., & mercat. disc. 64. num. 16., & seqq. signanter n. 18., Rot. dec. 732. nu. 5., et 6. cor. Seraph.*, & consonant deducta *in addit. ad dec. 87. ex num. 37. cor. Me inter noviter Romæ impress. tom. 1.*

Quin suffragari ullatenus forte valeret Romulo, & Patritio prætextus, quod ad ipsos attineret præfatum Prædium ex titulo Fideicommissi per Venantium, ut innuimus, injun-
7 cti, quia præterquam non exinde sufficienter tergebatur macula spolii, dum adhuc in hoc casu nequibat illarum citatio prætermitti, vix quippe possessione vacante toleratur ex quadam æquitate fideicommissarium capere
8 fideicommissum propria auctoritate, dummodo tamen fideicommissum sit penitus clarum, & ubi certũ exsistat, nullas heredi heredis gravati competere detractiones, ex iis, quæ prædictæ æquitati innixi, censuerunt *Paris. cons. 63. n. 18., et 114. lib. 3., Menoch. cons. 722. n. 9., Adden. ad Greg. dec. 206. n. 12 Rot. dec. 116. n. 3. par. 3. rec. dec. 558. nu. 11. par. 15., et dec. 597. n. 10. par. 19. rec. et in Beneventana Manutentionis 4. Julii 1696. §. Nec obstat, et seqq. coram. Emo della Tremoille, et in dec. 87. n. 14. cor. Me inter noviter Romæ impressas.*

In nostra vero Thesi nedum fideicommissum existimari non poterat clarum, sive indisputabile, quinimmo dato etiam, quod illud adfuisset, adhuc vel subinde non agnitum, vel remissum, proculdubio per fideicommissarios evaserat, in quibus circumstantiis Bona profecto etiam fideicommissaria remanent undequaque libera, & indifferentia, & ad
9 quoslibet heredes transmissibilia, Teste *Rot. in una Spoletana Bonorum cor. bo. mem. Paulutio impress. apud modern. Ascul. ad Statut. Urbis dec. 41. n. 10., et dec. 601. n. 16. par. 19. tom. 2. rec., et in Maceraten. Fideicomm. super reservatis 26. Januarii 1711. §. Cumque ratio cor. Me.*

Et sane præcitata non agnitio, sive remissio hujusce fideicommissi quomodolibet demandati per Venantium *Dominis* visa est undique evidens non jam ex natura generali dua-

duarum divisionum, quas obeunte Latino Genitore insimul fecerunt ejus filii, & heredes, nempe Antonius Romuli Pater, Adrianus Patritii, ac demum Theseus senior pariformiter Pater Mariæ, & Birgittæ, quoniam in hac de reliquo frequenti, & admodum ambigua, & conjecturali materia regula potius est in oppositum, nimirum, quod cum divisio fieri solum consueverit ex causa effugiendi discordias, quæ plerumque ena-
10 scuntur ex communione, sola proinde divisio nequaquam ulterius extenditur ad alte-
11 rum effectum scilicet ad remissionem intrinseci vinculi bonis divisis infixi, nempe fideicommissi, sed a contrario Bona per divisionem simpliciter existimarunt in Consociũ
12 translata cum sua causa, cum suo nexu, ex iis, quæ lato calamo demonstrarunt *Menoch. lib. 3. præsumpt. 115. num. 9., Peregrin. de fideicom. art. 52. nu. 18., Bellon. de Jur. accresc. cap. 10. quæst. 29. num. 2., Fusar. de substit. quæst. 593. nu. 5. et 6., Rot. dec. 192. num. 8. cor. Priol. dec. 307. num. 6. par. 17. et dec. 8. num. 5. par. 18., et dec. 607. nu. 4. 5. 9. par. 19. tom. 2. rec.* cum aliis congestis *in Maceraten. Legatorum, et Fideicom. super Prædia della Cimarella 23. Junii 1710. §. Adhuc nihilominus cor. Me, et in ejus confirmatoria in princip. 26. Martii 1711. pariter coram Me.*

Adeout abstractive etiam minime ad finem prædictæ remissionis sufficiant verba, &
13 Clausulæ magis amplæ, & generales, ac de quibus videre est *ex supra, et mox recensendis auctoritatibus*, cum hæ vel famulari dicantur ipsi divisioni, & translationi dominii ab ea provenientis, vel ut plerumque contingit ex quodammodo cæremonia, phrasi, seu formula Notariorum, ut rejiciendo, vel explicando efficaciam earumdem clausularum in istis casibus, recte connotarunt DD., *et ipsa Sacra Rota*, & signanter *Decian. respons. 51. num. 20. et 27. lib. 1., Card. de Luc. de fideicomm. disc. 177. num. 19. et seq. et disc. 178. num. 3.*, & ante eum *Peregrin. eod. Tract. art. 52. num. 19. 24., et sub num. 43. vers. Item advertendum, Fusar. de substit. quæst. 93. num. 8., Rota dec. 624. nu. 8. par. 2. dec. 272. num. 6. et seqq. par. 10. dec. 308. num. 11. et seqq. par. 11. dec. 41. n. 42. apud Torr. de pact.* cum aliis abunde cumulatis *in dec. 601. ex num. 21. cum seqq., et dec. 607. ex num. 14. cum duob. seqq. par. 19. tom. 2. rec., et in Placentina Bonorum 25. Junii 1708. §. Non obstante cor. R. P. D. Lancetta.*

Verum Domini perpendentes cum ipsa divisione circumstantias ipsius actus, & cohærentiam cum eodem actu clausularum, atque verborum, juxta illud familiare, sed prudens
14 adagium *singula, quæ non prosunt etc.* reputarunt, omnino in præsenti hypothesi inductam exstitisse sufficientissimam remissionem prædicti fideicommissi, nam quidquid sit an sola, & simplex mentio, quæ facta generaliter legatur in divisione de fideicommissis præexsistentibus, & insimul quoties fortasse aliæ non intercedant conjecturæ, atque demonstrationes, utrum scilicet eadem mentio fideicommissorum abstracta etiam cum prægnantia, seu fulcimento clausularum, verborumque exsistat idonea ad causandam, opinandamque remissionem fideicommissi, sicuti promiscue, & in alterutram quandoque Sententiã abicere Scribentes, & præser-
15 tim pro parte affirmativa, *Alex. consil. 62. num. 4. lib. 7., Paris. cons. 46. n. 23. et seqq. lib. 2., Odd. de fideicom. quæst. 5. art. 3. n. 49.* aliisque adductis concordan. per *Rocc. disp. Jur. 21., et nu. 9., et per Torr. de pact. lib. 2. cap. 40. num. 13. et 26., Rot. dec. 176. n. 13. cor. Card. Celso dec. 174. num. 2. et 8. et per tot. par. 13., et dec. 128. num. 2., et seqq. par. 16., et dec. 124. fere per tot. cor. Bichio*, & in ejus confirmatoria *dec. 158. n. 41. cor. eod., et dec. 100. ex num. 1. ad ornat. Card.*
16 *de Luc. de fideicom.* pro parte vero negativa *Bero cons. 177. n. 9. et seqq. lib. 1., Gabriel. de fideicom. conclus. pr. nu. 12., Intrigliol. de substit. centur. 3. quæst. 92. nu. 17.* cum aliis apud *Fusar. eod. tract. quæst. 593. num. 98. et 104., et 220.*, & consonant deducta in *Ravennaten. Fideicom. Julii Camilli de Abiosis 7. Aprilis 1710. §. Absque eo, et seqq. cor. R. P. D. meo Crispo.*

Admodum cessare faciebat amaritudinem, ac hæsitationem, si non totaliter, & de per se, adhuc plusquam semiplene, consideratio, quod dividentes precise individuam expressionem fecere de hoc Fideicommisso Venantii ibi = *Super bonis quibuscumque ad ipsos Fratres quomodolibet spectantibus vigore Fideicommissi hereditatis Venantii = Summario Francisci Antonii n. 1. in principio*, cumque proinde illud certo certius ob hanc expressionem exstitisset condividentibus plus-
17 quam notum, & adhuc adjecerint Clausulas non solum complexivas eorum heredum, & successorum, sed & promiserint divisionem eo modo factam semper habere gratam, & firmam, numquamve contra eam venire, quin etiam in Casu contrario sese obligaverint de evictione, & refectione omnium damnorum, expensarum, & interesse, utique in hoc statu vehemẽs exsurgit præsumptio, si non aperta probatio remissionis ejusdem Fideicommissi, ut habetur *apud Peregr.*

de

de Fideicom. art. 52. sub num. 42., & n. 44. sub vers. ego autem, Fusar. de substit. quaest. 593. num. 44. 74., & seqq., & n. 82., & 90. cum aliis abunde cumulatis per Rocc. Selectar. Jur. disput. cap. 22. num. 27., & seqq. usq; ad num. 28., & num. 29., Rota decis. 158. num. 22. 25. & 30. cor. Bich. repetit. in rec. dec. 240. par. 9. dec. 376. num. 14., & 15. cor. Card. Cels., & dec. 100. n. 2. ad Ornat. Card. de Luc. de Fideicomm., & decis. 589. num. 6., et 7. cor. Emerix Junior.

Et si adhuc dubium aliquod irrepsisset superaccedebat intentio dividentium undique palam per eos explicata, nimirum velle dividere *pro aequali portione dicto Summ. nu. 1. litt. L.*, & rursus pro eisdem *portionibus aequandis*, ut in secunda divisione, relativa ceteroquin ad primam dicto *Summ. nu. 11. litt. B.*, quamobrem cum postea in portionem Thaesei Senioris assignaverint praenominatum Praedium *de Fonti* unacum Domo, & Apotheca ad usum Aromatariae, de qui-
18 bus erat quaestio, & quae particulari Fideicommisso instituto per Venantium subjacebant, in portionem vero aliorum immiserint de reliquo aequivalentia Bona, sed prorsus libera, & indifferentia, refugiebat animus cogitandi, quod adeo evidenter cum tanta inaequalitate processissent, praecipue in actu divisionis, quae praeter praedictam expressionem de sui natura exquirit, & praesupponit
19 contractum exuberantis bonae fidei, & aequitatis, ut ait *Rot. dec. 310. num. 5. 9., et 10. par. 19. tom. 1. rec.* eum aliis concordan. ac frustra transcribendis in *Tiburtina Gabellae 28. Novembris 1710. §. Finali cor. me.*

Siquidem cum nemo non sciat, quod bona obnoxia Fideicommissariis ordinationibus
20 ob periculum, quod de facto evenerat ex eadenimet praetensione Romuli, & Patritii, injunctae videlicet restitutionis, minus longe valeant, quam Bona expedita, & libera, & transmissibilia ad quoslibet heredes, uti habetur in proposito locorum Montium penes *Altograd. cons. 62. num. 21. lib. 1. Card. de Luc. de regal. disc. 30. sub num. 11. & 12. & disc. 31. n. 16., & in meo Tract. de Commerc. disc. 60. num. 58., et dec. 126. n. 41., et 42. par. 14. rec., et late in dec. 19. n. 13., et sub num. 22. cor. me, et in dec. 74. num. 3. et 8. pariter cor. me inter noviter Romae impress. tom. 1.*, & generaliter *patet ex plenissime collectis per Rot. in dec. 63. num. 11. 12., et 25. cor. Pamphil., et in Romana deliberationis Census 12. Aprilis 1709. §. Et secundo cor. me, et in Romana redditionis rationis 17. Junii 1709. §. Ex opposito pariter cor. me.*

Hinc ad declinandam hujusmodi asperitatem, & inaequalitatem pernecesse supponendum videbatur, quod Filii Latini dividentes, si-
21 mulque condideicommissarii, ad invicem remiserint quodcumque Fideicommissum demandatum a Venantio, & per eos dubio procul, ut praemisimus, non ignoratum, quemadmodum perspecta tali alias contingibili difformitate, si uni data fuissent bona Fideicommissaria, & aliis libera, responderunt *Urceol. de transact. quaest. 87. n. 27. Card. de Luc. de Fideicomm. disc. 178. nu. 5. cum aliis cumulatis per Rocc. disput. 21. n. 28., et 29., Rot. dec. 352. num. 25. cum duob. seq. par. 9. dec. 135. num. 10. par. 14., et dec. 128. n. 4. par. 16. rec.*

Atque tunc ad hujusmodi effectum egregie adstipulabantur Clausulae, & verba superius indicata ob stipulationem indistincte factam, nedum pro ipsis dividentibus, sed etiam pro
22 eorum heredibus, & successoribus, juncta praesertim promissione de habendo in sempiternum firmam, & gratam hanc divisionem, quod utique evenire nequibat, nisi remisso Fideicommisso Venantii, Bona essent reposita in plena libertate; in istis quippe terminis remanet semper firma divisio, bona transeunt ad quoscumque Heredes, & Successores, ad differentiam illorum, quae subjecta remanent Fideicommisso, ex connotatis in hoc ipso proposito per *Peregrin. de Fideicomm. art. 52. num. 36., Fusar. de substit. quaest. 593. n. 90., Petr. de Fideic. quaest. 14. nu. 21., Marzar. in epitom. de fideic. quaest. 59. Cavalcan. dec. 56. n. 21. par. 1. Rot. Florent. apud Giovagnon. cons. 160. nu. 73. cum aliis adduct. concord. per Rot. dec. 134. n. 4. cor. Bich., et in rec. dec. 206. n. 4. cum pluribus seqq. par. 9.*

Adde ... evidenter in idem, quod cum ultra praemissam firmitatem unusquisque sese ad invicem obstrinxerit de evictione, & refectione damnorum, expensarum, & interesse, vel exinde confirmabatur magis, atque magis praedictus animus remittendi Fideicom-
23 missum, vel volentibus condividentibus avocare bona divisa ab heredibus ex titulo ejusdem praetensi Fideicommissi, vel (cum & ipsi forent heredes promissorum evictionis) saltem eis obstitisset incontinenti regula impeditiva Immissionis, *quem de evictione etc.*, de qua in puncto *Rota Lucens. decis. 379. num. 7. et seqq. apud Palm. tom. 4. Rot. nostra dec. 44. num. 14. apud Modern. Ascul. ad Statut. Urb., et dec. 100. nu. 6. ad ornat. Card. de Luc. super mater. de Fideic.*, maxime quia cum eadem evictio appareret litte-
24 raliter conventa, non poterat idcirco illa evitari sub fundamento, quod ea accidisset

ex natura rei, sicut limitando *Text in l. si fundum sciens tradunt Mangil. de evict. quæst. 57. n. 4., Thesaur. quæst. forens. lib. 2. quæst. 23. num. 13., Hermosil. ad Lopez l. 37. tit. 5. par. 5. glos. 5. num. 6., Capyc. Latr. consult. 146. num. 46. et 47., Card. de Luc. de Dot. disc. 89. sub n. 5., et de feud. disc. 44. n. 14. Ursill. ad Afflict. dec. 238. n. 7. in fin. Giurb. dec. 59. sub num. 25., Magon. dec. Florent. 62. sub n. 10. vers. quia id locum non habet.*

Absque eo quod pro infractione hujus palpabilis demonstrationis obesset replicatio, quod de hac inæqualitate quoties Cessionarii Filiarum Thæsei Senioris sese læsos esse sentiebant, agere deberent in alio separato
25 Judicio adæquativo, seu reparativo ejusdem inæqualitatis, prout existimasse, sive respondisse, alias videbatur *Rota in Bonon. Bonorum emphyteuticorum 26. Januar. 1703. cor. bo. me. Pio, et 25. Junii ejusd. anni cor. R.P.D. meo Priolo, et 12. Jan. 1705. cor. eod. et 22. Martii 1706. cor. R.P.D. meo Lancetta.*

Quoniam eadem replicatio fortasse obstrinxisset quoties aliunde etiam sufficienter, vel, ut diximus, simiplene non appareret de voluntate remittendi prædictum Fideicomissum. Ast quoties ex hucusque animadversis, non parum evincebatur talis, undequa-
26que animus, & intentio Dividentium, certe hæc ulterior potentissima consideratio semper evirandæ, & nusquam præsumendæ nimium manifestæ inæqualitatis omne scrupulum submovebat, & in rei veritate prænominatæ *Decisiones* diversos omnino ter-
27 minos attingebant; in eo namque casu tractabatur de divisione inita per Minores mediante licentia habita a Magistratu, unde dum eadem licentia non importabat remissionem ullam Fideicommissi, sive pactionatæ emphytheusis, argui nullo modo poterat voluntas in pupillis illud dimittendi, deficiente siquidem potestate deesse etiam regulariter censetur voluntas, juxta ponderata per *Surd. cons. 31. n. 17. lib. 3., Menoch. de præsumpt. 142. n. 17. lib. 4., Pamphil. dec. 507. num. 7. et 8., Priol. dec. 192. num. 12., et in additione ad dec. 64. sub num. 42. inter noviter Romæ impress. cor. me tom. 1. et in rec. dec. 114. num. 1. et seqq. par. 10. dec. 84. n. 33. par. 18., et dec. 616. num. 16. ead. par. 18. tom. 2., et in Romana Dotis de Salviatis 26. Novembris 1708. §. Quomodo cor. me.*

Differebat ulterius facti species in *prædicta Bononien. Bonorum emphyteuticorum* a præsenti, cum inibi fuisset facta æstimatio oneris provenientis ab ipsa qualitate Bonorum emphyteuticorum, ideoque nil mirum si adhuc Pars, cui obtigerunt bona emphyteutica non ignorans hanc qualitatem, suppone-
28 bat, seu prætendebat, æstimationem prædictam non æquare veram importantiam ipsius emphyteuticæ qualitatis, arctabatur in separato agere Judicio, quando a contrario in nostris circumstantiis nulla per somnium habita fuerat æstimatio oneris, sive Fideicommissi impositi per Venantium, prout signanter explicabatur in tertia Decisione R. P. D. Prioli §. final. ibi = *dum ad servandam objectam æqualitatem ratione oneris præfati illa fuerunt minus æstimata, ad hunc enim effectum sufficit, ab initio fuisse servatam, ut in durioribus etc., et per consequens si qua inæqualitas supervenisse contendatur, ea solum proponi debet in suo Judicio.*

In nihilo demum adversus hæc negocium faciente, quod Aromatariaexstiterit translata in Franciscum Antonium, ejusque Fratres a Filiabus Thesei Senioris, cum onere tamen *manutenendi dictam Aromatariam dicto Summario num. 3.*, & consequenter cum idem onus provenerit a Fideicommissaria dispositione ordinata per Venantium, vice propte-
29 rea remittendi Fideicommissum ipsius Venantii, potius cædem cedentes illius voluntati sese intellexerint conformare, ut est de natura, aut explicitæ vel virtualis relationis, secundum adducta per *Adden. ad Greg. decis. 168. in fine, Rot. dec. 354. num. 2. par. 17. dec. 191. nu. 19. par. 19. rec. dec. 147. n. 6. apud Modern. Asculan. ad Statut. Urb. tom. 3. et dec. 748. num. 1. cor. Emer. Jun., et in Romana Census 18. Martii 1697. §. penultimo cor. bo. me. Ursino, et alibi frequenter.*

Etenim hæc impositio, seu præservatio oneris, nullatenus percutiebat tale suppositum, sive effectum, & intentionem in Dividentibus, præservandi scilicet etiam Fideicommissum, quia præterquam ipsamet cessio facta de Prædio, Domo, & Apotheca prædicta, nequivisset sortiri ullam operationem, & efficaciam, quoties talis intentio conservandi Fideicommissum mansisset in mente mulierum cedentium, nam exteres Fideicommissarias, & non liberas cedere nequaquam valuissent, ut ex se patebat ad sensum: nihilominus intantum apposita fuit hæc oneris præservatio, in quantum liquido respiciebat finem evitandi caducitatem inflictam a Venantio in casu non continuationis ejus-
30 dem Negocii Aromatariæ, mediante in tali casu substitutione expressa ad commodum Tertii, nempe Loci pii, cui non poterant, vel ipsi dividentes, vel eædem cedentes ullum inferre præjudicium, & sic repetitio ejusdem oneris ad unum finem volita non valebat ullatenus ad alium, & longe diversum extor-

extorqueri *Valenzuel. conf. 6. num. 124. Rot. dec. 166. num. 6. et 7. par. 14. dec. 479. n. 5. et dec. 487. num. 32. par. 19. tom. 2. rec. et in Romana Fideicom. 11. Aprilis 1707. §. Nihilominus cor. me, et in Colonien. Canonicat. prima Gratiæ 10. Decemb. 1710. §. Itaq; cor. me.* Ex his igitur, & castigando regulam relationis,
31 de qua mox in objecto adverterunt *Bardellon. conf. 21. num. 62., Paitell. de ultim. volunt. dec. 22. num. 55., Rot. dec. 442. n. 15. par. 5. dec. 150. n. 4. cum duob. seqq. par. 19. rec., et dec. 63. num. 13. cor. me inter noviter Romæ impress. Tom. 1.* Si non seorsim saltem insimul junctis *Domini* reputantes Fideicommissum Venantii non solum circa ejus durationem esse turbidum, uti superabundasset, sed etiam plusquam clare remissum rescripserant modo quo supra. Utraque &c.

Urbevetana Immissionis.

Lunæ 20. Aprilis 1711.

ARGUMENTUM.

Usufructuarius præsertim Testatoris voluntate obsistente nusquam est heres etiam in proprietate. Ab intestato succedere nequit, qui emisit realem, & abdicativam omnium bonorum renunciatione, & quando talis dicenda sit renunciatio, præsertim si ea facta noscatur ab ingrediente in Religionem. Fideicommissarius petere nequit immissionem ad ea bona, quæ tam ab alio, quam a se ipso pro liberis semper habita fuere. Adjudicatio pro restitutione dotis ex bonis fideicommissi quando dicatur valida.

SUMMARIUM.

1. *Filii cur antiquitus essent heredes necessarii.*
2. *De jure autem novissimo eis Prætor beneficium obstensionis concessit.*
3. *Extraneus potest repudiando hereditatem titulum heredis exuere.*
4. *Vel uti beneficio legis, & Inventarii.*
5. *R. P. D. de Vico commendatur.*
6. *Monasterium subingreditur in Juribus Monaco competentibus.*
7. *Ususfructus usufructuarii morte extinguitur, neque in ullum cessionarium transit, sed cum proprietate consolidatur.*
8. *Usufructui proprietas numquam accrescit, & de ratione.*
9. *Potissime si adsit testatoris mens ne usufructuarius quidquam præter usumfructum habeat.*
10. *Quinimmo hoc casu Lex fingit, substitutum fuisse heredem usque ab initio.*
11. *Nepos jure repræsentationis æqualiter cum Matertera in hereditate Avi succedit.*
12. *Renunciatio realis, & abdicativa facit, ac si renuncians fuisset prædefunctus.*
13. *Renunciatio facta ob ingressum in Religionem præsumitur realis, & abdicativa.*
14. *Ad differentiam renunciationis factæ a nubentibus in seculo.*
15. *Renunciatio, in qua continentur quicumque renunciatarii heredes est abdicativa, & realis.*
16. *Item si sit facta* pro se, & heredibus quibuscumque.
17. *Decisiones editæ a S. Rota de Stylo supponuntur.*
18. *Sententia emanata ad diversum effectum non attenditur.*
19. *Sententia prodita contra non citatum, & interesse habentem illum non afficit.*
20. *Fideicommissi insubsistentia elicitur ex observantia contraria, libertasq; alienationibus.*
21. *Præsertim si talis observantia sit etiam ex parte illius, qui fideicommissum postea prætendit.*
22. *Bona a fideicommisso avulsa ex causa dotis ad illud non redeunt.*
23. *Adjudicatio ex causa dotis facta de bonis fideicommissariis, donec non rescindatur, obstat immissionem petenti, & suffragatur illam pro se habenti.*
24. *Solemnitates non requiruntur in adjudicatione, aliisque actibus calore Judicii sequutis.*
25. *Decretum Judicis facit præsumere validam actum ab eo approbatum.*
26. *Et adjudicationem.*
27. *Fideicommissum ascendentale duplici onere, & evictionum promissarum a creditrice restitutionis dotis, eademque dotis restitutio gravati nequit.*
28. *Evictionum promissio facta a muliere Creditrice restitutionis dotis, non obligat bona fideicommissi, quando ea non transfert in Creditores jura sua, neque ideo impeditur petere restitutionem dotium a dicto fideicommisso.*
29. *Et quando d. promissiones non transferunt in Creditores Jura mulieris, & quid operentur.*
30. *Mulieris actio pro dotis restitutione est subsidiaria adversus fideicommissum ascendentale.*
31. *Nec eidem præjudicant promissiones nisi data fideicommissi scientia.*

DECIS. DXXX.

EA durities antiquæ legis, quæ consulere intendens Defunctorum Elogiis, eorumque æstimationi, ne scilicet viderentur, non adinvento herede decedere, reddiderat us-
1 que filios heredes necessarios proprii Parentis, fueratque tamen idcirco a Prætore tem-

2 perata per beneficium abstentionis, de quo *Textus est l. Cum hereditate 55. ff. de acquir. vel omitten. hered. l. Necessariis ff. eodem l. Nam nec emancipatus 91. ff. de legat. 1. l. Si eum Dotem 25. §. Transgrediamur in fin. ff. solut. Matrim., ubi Gloss. ultima, & Bartol. n. 3. Bald. n. 3. Castr. n. 3. Alexan. nu. 10. versic. in Gloss. in verbo exsisteret Bartol. in d. l. Necessariis nu. 1. ff. de acquir. heredit. Jason.in l. filio Pater 89. n.22. in 6. not. ff. de*
3 *legat. 1.*, respectu utique ceterorum nequaquam invaluit, sed cunctis Extraneis indultum exstitit, vel titulum hereditarium penitus exuere mediante etiam renunciatione, seu repudiatione positiva hereditatis, sibi a Jure, vel ab homine delatæ, sicuti observarunt per *Text. in l. Is potest ff. de acquirend. hered. Marant. in dicta l. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1266.* Aut denique quo-
4 dammodo evitabatur utendo clypeo alterius recentioris beneficii, quod nuncupatur Legis, & Inventarii, de quo novissime *Justinian. l. ultima §. Et si præfatam Cod. de jur. deliber. Ruin. cons. 1. num. 16., & consil.38. num. 21. lib. 1., Gozadin. cons. 94. num. 19. Rub. cons. 79. num. 7. Surd. cons. 143. n. 40. Menoch. cons.203. n. 27. 28. Rot. cor. Burat. dec. 521. nu. 9., et dec. 395. et in rec. par. 5. dec. 331. num. 1.*, & alibi quotidie.

Præbuit, inquam, hujusmodi durities, ob quam, ad omnes Juris effectus heres active, & passive prorsus induit personam Defuncti, ansam Horatio extraneo seligendi viam ut supra mediam, & absolutam, videlicet repudiandi plenarie hereditatem, quam post obitum Amantis Mariæ Monialis, & respective illius sororis, ei per institutionem testando destinaverat Joseph; sed non exinde per hujusmodi medium cessavit controversia super hereditate ejusdem Josephi, immo tripliciter germinavit, & exarsit, prætendente Monasterio Sancti Petri (redacta sic causa testati ad intestatam) ex persona prædictæ Monialis succedere posse, & e converso Horatio reassumente Arma ex alio capite cujus-
5 dam fideicommissi ad ejus favorem, uti sibi suadebat super ejusdem Josephi bonis purificati, donec inter hos geminos litigantes in scenam quoque exiens tertius oppugnator, nempe Franciscus, is adversus utrumque reportavit victoriam op immissionem, quam illi *R.P. D. de Vico* Prælatus in Curia multis numeris commendatus, impartitus est, & *Rota* hodie approbavit rescribendo *dandam esse immissionem Francisco, super omnibus bonis possessis per Josephum*.

Quatenus namque pertinebat ad primum ex dimicantibus Athletis, scilicet Monasterium, facile negocium remansit expeditum; Siquidem Joseph ususfructuariam tantummodo inscripserat prænominatam Amantem Mariam, (cuius Jura Monasterium per *Au-*
6 *thenticam Ingressi Cod. de Sacrosanct. Eccles.* vestiebat,) illius vita durante dumtaxat; Quapropter ea jam fato cessa, quilibet ususfructus exstitit incontinenti cum sua proprietate consolidatus, absque eo quod transmitti unquam valuerit in prædictum Mona-
7 sterium, vel quemlibet alium Successorem, sive singularem, sive universalem, ad notissima Jura, de quibus *Text. in l. generali 32. §. primo ibique Gloss. ff. de usu, & usufruct. legat. Dec. cons. 597. nu. 45., Bellon de Jur. accresc. cap. 7. quæst. 19. num. 70. 71., Rot. dec. 16. num. 2. cor. Emer. Jun., & in dicta dec. 7. num. 19. cor. Me.*

Cessante indubitanter ad præsens quacumque amaritudine circa idealem plerumque quæstionem, an hæc consolidatio potuerit per repudiationem Horatii favere quomodolibet Amanti Mariæ simplici, ut diximus, usufructuariæ, præterquam enim abstractive etiam visum plerisque fuit impossibile, quod hæc accretio, sive consolidatio proprietatis locum obtinere queat ad commodum usufructuarii, ne detur inconveniens, quod Ma-
8 jor accrescat Minori, sive ipsum dominium quodammodo trahatur ad puram servitutem, vel saltem nullibi id reperiatur cautum, sive dispositum in Jure, per ea, quæ connotantur penes *Bald. cons. 273. versic. Quarto quod institutus, & vers. Sexto ratione impossibilitatis lib. 4. Peregr. cons. 145. n.11. vers. Attamen. lib. 5.*, & prosequitur *Rot. coram Merlin. dec. 505. num.18. & 19. & dec.599. num 11. par. 19. tom. 2. rec.*

Profligabatur tamen omnis occasio hæsitandi, perspecto morbo ipsius relicti ususfructus, quod sane fuerat per viam meri legati, & cum dictionibus, & respective voluntate undique taxativa, videlicet *quousque vixerit etc. et ejus vita naturali tantum durante, et non ultra*, in quibus profecto circumstan-
9 tiis agnito Testatoris judicio, nimirum nequidquam relicta usufructuaria ulterius adipiscatur unanimiter consonant Scribentes, nullatenus posse usufructuarium præsumere, nedum obtinere hanc consolidationem, ita præ ceteris demonstrante *Peregr. de fideicom. art. 5. num. 13. 16. 17. & art. 11. num. 66. versic. Reperio, Fusar. de substit. quæst.277. n. 29. 50. Bellon. de Jur. accresc. cap. 7. quæst.10. num. 45., & quæs. 17. num. 3. & 37., Rot. dec. 102. nu. 2. 3. cor. Greg. dec.1736. a n.4. ad 7. cor.Coccin. dec. 203. n. 19., & 20. cor. sa. me. Alex.VIII. cum aliis relatis in prælaudata

data dec. 599. num. 16. par. 19. tom. 2. rec. Quinimmo nec umquam revera proprietas, & successorius titulus heredis ullo modo radicari valuit, & inesse eidem relictæ simplici-
10 ter usufructuariæ, cum lex potius in suis casibus incontinenti fingat etiam substitutum post obitum fuisse relinquentis, seu Testatoris heredem usque ab initio, ex rationibus perpensis per *Altograd. cons. 104. n. 32. & seqq. lib. 2. Andreol. contr. 121. num. 23. Rocc. disput. select. Jur. cap. 30. n. 11. & seq. Card. de Luc. de fideic. disc. 60. n. 12., Rot. dec. 505. num. 7. & per tot. cor. Merl., & in eadem dec. 7. num. 3. cor. Me.*

Haud etiam in minimo refragante Monasterio, quod ex causa prænominatæ repudiationis factæ per Horatium, qui revera fuerat heres institutus, successio si non jure Testamenti conditi per Josephum, saltem ex altero Testamento legis fuerit ab intestato devoluta ad ipsam Amantem Mariam, quæ erat ejusdem Josephi Soror. Ultra enim quod hujusmodi suppositio detulisset tantummodo præfatæ Amanti Mariæ talem Successionem pro virili, ex quo Franciscus, qui de cetero in omnibus triumphavit simultanee Nepos reperiebatur præcitati Josephi ex Lelia altera pariter ejus Sorore, & proinde indubitata subintrasset repræsenta-
11 tio, quæ æqualem effecisset Franciscum in succedendo cum præmissa Amante Maria ejus Matertera, ad litteram *Text. in §. Si igitur Authent. de hered. ab intest., & in Authent. Cessante, & Authent. post Fratres Cod. de legit. hered. Rot. cor. Cerro dec. 294. nu. 17. & in Urbevetana hereditatis dec. 204. n. 9. post Constant. ad Stat. Urbis.*

Nihilominus corruebat in universum quælibet hæsitatio, stante amplissima renunciatione, quam vivens expleverat eadem Amans Maria; Cum enim se se illa penitus, sive realiter abdicasset ab omni jure succedendi tam ab intestato, quam ex testamento, nequaquam ambigi poterat, quod nullatenus impe-
12 dire valeret successionem Francisco, ac si penitus eadem fuisset prædefuncta, & ante Josephum demortua, quemadmodum in ordine ad similes renunciationes, quæ continent veram realitatem, & totalem abdicationem unanimiter tradiderunt *Mantic. de Tacit. lib. 13. tit. 21. nu. 20. Mans. consult. 257. num. 9. Franch. dec. 375. n. 2., ibique de Luc. n. 4. Rot. dec. 612. n. 11. cor. Merlin. & in illa celebri Romana hereditatis de Lauunis, cujus decisiones exstant impressæ p. 13. dec. 356. & par. 17. dec. 269. & p. 18. dec. 113. cum aliis in addit. ad dec. 48. num. 22., & in addit. ad dec. 84. nu. 41.* aliisque quam plurimis in *dec. 90. num. 6. cor. me inter noviter Romæ impress. tom. 1., & in Cavallicen. Donationis 14. Novembris 1707. §. Solumque coram Me.*

Quodque prædicta renunciatio Amantis Mariæ in seculo prius Eleonoræ undequaque in substantia præseferret realitatem, & abdicationem, palam liquebat *ex Summario Francisc. num. 4.*, non solum quippe potissimum renunciandi motivum sistebat in Causa Deo pror-
13 sus famulandi per ingressum in Monasterium, quo casu per hujusmodi expoliationem seculi, vel ubi eadem causa fuerit salte ... eque principaliter expressa efficit, quod absolute renunciatio ob id emissa censeatur semper realis, & abdicativa teste *Donad. de renunciat. cap. 44. n. 137., Torr. de pact. futur. succes. lib. 2. cap. 10. nu. 38., Molin. de Instit. & Jur. disput. 579. num. 19. Vincent. de Franch. dec. 373. nu. 5., & Rot. dec. 676. n. 30. cor. Dunozett. Jun., & dec. 10. n. 37. cor. Otthobon., & dec. 207. num. 6. par. 16. rec., & dec. 1181. num. 20. cor. Emer. Jun.* cum aliis quamplurimis abunde cumulatis *in decis. 90. num. 16. cor. me inter noviter Romæ impressas.*

Vel in omnem eventum maxima exinde insurgat verisimilitudo, & præsumptio, quod hujusmodi renunciationes reputandæ veniant, ut præmisimus, in dubio reales, & ab-
14 dicativæ, ad differentiam illarum renunciationum, quæ exarari contingunt a nubentibus in seculo, ut optime distinguunt relati in *Romana Legitimæ 15. Maji 1699., & §. Et sane quamvis realitatem, & §. Utique ad nostram thesim cum plurib. seqq. cor. me inter noviter Romæ impress. dec. 90. tom. 1.* & nuper dictum fuit in illa *Romana Renunciationis 23. Januarii, & 15. Junii 1708. & 6. Maji 1709. cor. R. P. D. meo Scotto*, quæ fuerunt confirmatæ *10. Martii 1710. cor. R. P. D. meo Crispo, & in Cavallicen. Donationis 14. Decembris 1707. §. Idque frequentius cum seqq. cor. me*, & nuperrime in *Eugubina Immissionis 11. Maji 1711. §. Æqua modo coram. Rmo Kaunitz Episcopo Labacen.* edita pendente extensione hujus Decisionis.

Ast certius, & citra difficultatem in presenti perspectis verbis, quibus eadem renunciatio concepta, atque vestita esse legebatur, ceteris nempe clausula *Constituti*, clausula *ad habendum etc.*, pretermissis, atque neglectis, eadem renunciatio explicite respiciebat, & comprehendebat omnem, & quamcumque successionem tam ex Testamento, quam ab intestato omnia, & quæcumque bona tam præsentia, quam futura, & tam paterna, quam materna, fraterna, & Avita;

Tan-

Tandemque inita apparebat favore fratrũ,
ipſiuſque Joſephi *præſentis, et acceptantis per*
ſe, *et heredibus quibuſcumque*, in quibus
certe terminis, vel quia nequibat renun-
cians ipſa comprehendi nomine hujuſ-
modi contemplatorum heredum, ne vide-
retur ſibimet ſtipulari, vel quia conſiderati,
atque contenti noſcuntur quicumque adfu-
turi heredes renunciatarii etiam extranei
15 citra ſcrupulũ tenunciatio exiſtimatur ſem-
per realiſſima, ſicuti perpendendo efficaciam
16 ſignanter prædictæ ſtipulationis *pro ſe*, *et*
heredibus quibuſcumque in hac de cetero
frequenti, & intricata materia paſſim conve-
niunt *Gratian. diſcept. forenſ.* 468. *num.* 5.,
Pacion. allegat. Civil., *et Canonic.* 93. *n.* 16.
et ſeqq. Rot. dec. 893. *num.* 1. *par.* 1. *diverſ.*
dec. 587. *num.* 3. *par.* 1. *dec.* 328. *num.* 11.
par. 12., *et dec.* 269. *par.* 17., *et dec.* 113.
par. 18. *rec.*; Et in longe durioribus termi-
nis dictum fuit in illa *Romana Hereditatis de*
Lanuviis cor. Card. Tajia penes Torr. de Pa-
ctis dec. 61., *et dec.* 200. *cum aliis in prælle-*
gata Cavallicen. Donationis §. *Ponderando*
cor. me poſtmodum ſæpius confirmata, & ſi-
ganter *cor. R. P. D. meo Lancetta*.

Detruſo ex his Monaſterio, non minus fe-
liciter avulſæ remanſerunt prætenſiones Ho-
ratii ex altera parte contendentis ſuper hi-
ſce bonis hereditariis Joſephi fuiſſe uſque
de anno 1567. injunctum quoddam perpetu-
um, & deſcenſivum fideicommiſſum, ad quod
proinde ſe ſe vocatum proclamabat *Summa-*
rio Horatii Numero Primo, quoniam iſtud
idem fideicommiſſum ad lancem Rotalis
Cenſuræ perpenſum multipliciter fuit habi-
tum pro inſubſiſtenti, & præſertim in Deci-
ſione edita in illa *Urbevetana Salviani* 29.
Martii 1666. §. *Nec vero cor. Eminentiſſimo*
Carpineo, ex pluribus rationibus inibi addu-
ctis, prout emicabat in particula ejus De-
ciſionis, quæ per Franciſcum exhibebatur
ad partes. Quamobrem id jam ex ſtylo Sa-
cri Tribunalis debebat perneceſſe in hac
17 quoque colluctatione ſupponi ad ſæpius tra-
ditã per *Rot. cor. Buratt. dec.* 596. *num. pr.*
cor. Bich. dec. 303. *num.* 1. *et in rec. dec. alias*
465. *n.* 13., *et cor. me dec.* 77. *nu.* 66. *inter*
noviter Romæ impreſſas, *et alibi paſſim*.

Abſque eo quod e converſo hujuſmodi *deci-*
ſio Eminentiſſimi Carpinei valeret ullo modo
enervari per quamdam ſententiam, quam
ſub anno 1656: & ſic antecedenter reportaſ-
ſe dicebatur Cæſar junior, aliique fratres
de Magalottis coram A. C., præfata quip-
pe Sententia, de qua *Summario Horatii num.*
10., produiſſe apparebat ad alterum extra-
18 neum effectum repellendi quemdam Credi-
torem, non vero ad illum præciſum cano-
nizandi iſtud fideicommiſſum, quod po-
ſtea Rota dijudicavit inexiſtere etiam ex de-
fectu non probatæ identitatis bonorum, ut
alias in ſimili reſpondit etiam eadem *Rota*;
præſertim cum eadem Sententia emanaſſet
minime citatis Antonina, Lactantia, ac Jo-
ſepho illius filio, de cujus bonis hodie tra-
ctabatur, quive perſpicuo titulo judicialis
adjudicationis perantea nitebantur; unde
eo fortius nullatenus talis Sententia poterat
obeſſe eidem Antoninæ, & Joſepho, & con-
ſequenter Franciſco ab eiſdem cauſam ha-
19 benti; Sententia etenim laborans defectu
citationis in nulla ex ſe ipſo habenda eſt
conſideratione, etiam præciſive a prædicto
poſteriori contrario Rotali judicato, ex paſ-
ſim affirmatis per *Veſtr. in ſua praxi lib.* 5. *c.*
14. *num.* 3. & ibi *Gravat. num.* 14. *Rot. deciſ.*
12. *num.* 2. *part.* 4. *tom. primo rec.*, *et in ad-*
dit. ad deciſ. 78. *num* 69. *coram me* inter no-
viter Romæ impreſſas.

Ceterum ad excluſionem ejuſdem fideicom-
miſſi ultra præmiſſam identitatis omnino ne-
ceſſariæ deficien iam, ultra obſervantiam
oppontam, & undequaque præfulgentem,
ſemperque ſubſequutam in contrarium, ex
quampluribus ſignanter alienationibus ex-
pletis a Deſcendentibus Magalotti prætenſi
fideicommittentis, & a quibus cauſam deſu-
mebat Horatius, ii namque diſponendo de
eiſdẽ bonis nullam unquam mentionem fe-
cere de aliquo fideicommiſſo, ſed continuo
ſuper eis verſati ſunt per viam liberi com-
mercii, tamquam ſuper bonis abſolute libe-
20 ris, quemadmodum ponderabile eſſe ad eli-
ciendam inexiſtentiam cujuslibet fideicom-
miſſi animadverterunt in fraternizantibus
terminis feudorum *Card. de Luc. de feud.*
diſc. 34. *ſub n.* 6. *verſ. tertio*, *quia Affl. dec.*
367. *n.* 3. *& in addit. ad dec.* 36. *n.* 36. *cor. Me*
inter noviter Romæ hactenus impreſſas tom. 1.
& in noſtris terminis *Peregr. de fideicomm.*
art. 21. *ſub n.* 21. cum aliis adductis concor-
dan. per *Rot. dec.* 126. *ex nu.* 5. *par.* 5. *Rec.*,
& in dec. 250 *num.* 3. *cor. Emer. Jun.*, cum
aliis plene relatis *in Lucana Fideicomm.* 14.
Decembris 1708. §. *Hanc autem cor. R.mo*
Kaunitz. Epiſcopo Labacen.

Addito, quod idemmet Horatius capeſſendo
poſſeſſionem controverſorum bonorum nul-
lum expreſſerat titulum, vel caput fidei-
commiſſi, ſed poſitive illam expoſtulave-
rat, atque obtinuerat tamquam de ſimplici
hereditate ſuperius prænominatæ Amantis
Mariæ *Summario Franciſci nu.* 8., ac proptc-
rea ſuperaccedentes memoratæ ceterorum
negativæ obſervantiæ etiam illa practicata
per

per ipsummet Horatium, hæc nimium roboris adjungebat præfatæ uniformi generaliori observantiæ, ut de observantia omnium
21 judicialium difficultatum interprete ejusdemmet Partis, responderunt in his terminis relati per *Rotam in una Romana Primogenitura de Aldobrandinis impress. ad ornat. Card. de Luc. in Mantissa ad materiam de legat. dec. 27. n. 12.*, & concordant firmata *in Aquinaten. Primogenitura, seu fideicommissi 26. Junii 1697. §. Quamobrem cor. bo. mem. Ursino, & in confirmatoria 1. Junii 1699. §. Incalescente cor. me inter hactenus Romæ noviter impressas dec. 92. tom. 1. apud quam cetera.*

Plane pro robustiori exclusione, sive rejectione asserti fideicommissi, penetrara etiam substantia libertatis, concurrebat mox enunciata adjudicatio pro suis juribus dotalibus facta Lactantiæ, eaque ex Decreto Judicis exhibito in *Summ. Francisci n. 9.*, qua sane animadversa, quodlibet etiamsi prius adfuisset, sublatum remansisset fideicommissum, cum bona semel erepta a vinculo fideicommissi ex causa dotis nusquam in illud reinci-
22 dant, ex connotatis apud *Peregr. de fideicomm. art. 42. sub n. 24. Marzar. eodem tract. quæst. 48. versic. postremo Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæst. 9. n. 48., & 49. Rot. dec. 117. nu. 34. cum seqq. cor. Roxas & dec. 153. nu. 3., & 5. cor. eodem, & dec. 146. n. 2. cor. Card. Celso dec. 1362. n. 19. cor. Emerix Jun.*, & in durioribus terminis *dec. 1274. n. 1., & 2. cor. Eodem* cum aliis in *Romana Fideicomm., seu Cautelæ Angeli 29. Aprilis 1701. §. Constractis cor. Me.*

Incassum vero pro deturbanda efficacia præfatæ adjudicationis, & consecutivæ libertatis bonorum a nexu fideicommissi, adducebatur per Horatium prætensa nullitas, & injustitia ejusdem adjudicationis; Siquidem in præsenti Judicio immissivo de sui natura exuberasset familiaris illa replicatio, quod donec, & quousque fuisset eadem ad-
23 judiudicatio ad partes rescissa, vel declarata nulla, nequibat ullatenus in controversiam revocari, nec hujusmodi exceptio interim valebat Immissionē Francisco ejusdem adjudicationis jure suffulto impedire, per ea, quæ millies tradidit *Rot., & signanter cor. Buratt. dec. 426. n. 5., & dec. 194. n. 22. cor. Ludovis., & in rec. dec. 135. n. 11. par. 1., & dec. 280. nu. 13, & n. final. par. 17., & in Romana Prælaturæ de Vecchiarellis 9. Decembr. 1695. §. Final. coram bo. mem. R. P. D. Muto.*

Et nihilominus reflectebatur, quod respectu nullitatis deprompta ex eo, quod ea fuerit expleta de tempore, quo illius filii detinebantur in minori ætate constituti, arrisit pro nunc (licet ex abundanti) responsio, quod cum eadem adjudicatio processerit in calore Judicii, vel nullæ requirebantur aliæ, solemnitates, vel stante præmisso Decreto, Judicis de quo *dicto Summario num. 9.* præsumendum erat pro totali validitate, ut etiam præsumi oportuisset in simili etiam actu extrajudiciali ob eam imbibitam præsumptionem, quod secum adfert judicialis auctoritas Decreti, ad ea, quæ circa primam
24 propositionem tradiderunt *Bald. cons. 147. n. 1. Rot. cor. Cavaler. dec. 508. n. 5., & n. final., & cor. Seraph. dec. 371. num. 2.* cum aliis plene cumulatis *in dec. 331. n. 17. par. 5. rec.*, & in specie adjudicationis cousonant late deducta per *Posth. de subhast. Inspect. 25. n. 2., & seqq.* & per totam, ibique pluries concordan., *& per Rot. dec. 89. nu. 20. cor. me inter noviter Romæ impress. tom. 1.* Et quo ad secundam per *Text in l. 2. ff. de*
25 *Offic. civil. Judic., & Menoch. lib. 2. præsumpt. 67. nu. 2., & 3., & per tot., & Card. de Luc. de alienat. disc. 31. n. 5., & Rot. dec. 201. n. 1. par. 4. tom. 2.*, & in specie pariter
26 adjudicationis respondit *Rot. dec. 29. n. 5. apud Posth. de subhast., & dec. 90. n. 26.*

Respectu autem injustitiæ pariter desumptæ, ex quo eadem Lactantia præcedenter plura bona alienasset, ac se se de evictione obligasset, sicque non posset subsequens adjudicatio sustineri, ne eadem dos, pro qua fuit facta prædicta adjudicatio bis solveretur, & præcipue ne in casu evictionis fideicommissum ipsa evictione, & dote, ac con-
27 sequenter duplici onere gravaretur, contra ea, quæ in proposito ponderarunt *Marott. respons. 87. per tot. Monac. in addit. ad Mainard. dec. 29. n. 12. vers. alias bis Rot. dec. 397. n. 13. par. 18., & in Imolen. fructuum Census dec. 352. n. 9. par. 19. rec.*

Placuit pro nunc (pariter ex abundanti) replicatio, quod nequaquam pure, & simpliciter Lactantia devenit ad has alienationes, & promissiones, sed undequaque provide, & caute tantummodo omnia hæc gessit exprimendo, quod ipsa erat tuta in aliis bonis Viri sui, proindeque eædem alienationes, seu promissiones minime tendebant in illius præjudicium, insimul propterea reportando filiorum obligationem de eam ex capite præmissarum alienationum, & promissionum præservando indemnem, ac relevando ab omnibus damnis, & expensis super aliis bonis, quemadmodum patebat in *Summario responsionis Francisci per tot. num. unico.* Hisce vero circumstantiis inspectis,

Mu-

Mulier nullatenus cenfetur vere tranftuliffe
28 in emptores Jura fua, itaut illa diceretur ea confumpfiffe, aut impedita remanfiffe quo minus propria Jura dotalia fic confervata exercere poftea valeret contra alia bona, quamobrem rectè inferunt Scribentes quod idcirco tantummodo promiffiones iftæ & facta Mulieris refolvuntur in meram cautelam, & fecuritatem Emptorum ne poffint fcilicet ab eadem Muliere inquietari, ficuti appofite affirmant *Natt. conf. 552. fub n. 6. verf. videntur autem Aym. conf. 91. fub n... Cyriac. contr. forenf. 251. nu. 30. Boer. dec. 23. n. 7., & feqq. Thomat. dec. 109. nu. 6. cum pluribus feqq. Rot. dec. 211. ex nu. 4. ad plures feqq., & in ejus confirmatoria dec. 300. n. 2. cor. Card. Cerr. cum aliis concord. relat. in Auximana Dotis 14. Jan. 1707. §. Quoniam cor. Rmo Kaunitz. Epifc. Labacen.*

Eoque in cafu noftro lubentius; quia cum per notorium beneficium *Authen. res quæ C.*
30 *comun. de legat.* fubfidiariam Mulier femper fortiatur actionem adverfus bona fideicommiffaria afcendentalia, utique Lactantia, ad cujus tamquam ad feminæ præfidium pugnabant leges, & jura, nullum per hofce confenfus, feu promiffiones pati poterat in fua dote detrimentum, faltem non probata in
31 ea fcientia ejufdem fideicomiffi ex iis, quæ nuper opportune, & punctualiter poft *Card. de Luc.*, aliofque ratiocinatur, & firmat *Rot. in Romana Pecuniaria 17. Junii 1701. §. Difcurfus enim cor. Rmo D. meo Decano.*

Atque ita a primo ad ultimum in hac triangulari contentione refolutum fuit, Partibus omnibus Informantibus.

Illerden. Hereditatis de Gomar.

Veneris 24. Aprilis 1711.

ARGUMENTUM.

Exfiftentia bonorum ad hereditatem fpectantium ex quibus probetur. Heres tenetur fervare, & cuftodire libros defcriptos in Inventario, ficuti etiam reliqua bona in eodem Inventario notata.

SUMMARIUM.

1. *Exfiftentia bonorum fpectantium ad hereditatem probatur ex inventario, nifi de illius errore doceatur.*
2. *Et a partis confeffione.*
3. *Quantitas præcifa non probatur a venditione.*
4. *Sed fuppletur ex probatis ab Inventario.*
5. *Quantitas, & qualitas rei levioribus probationibus convincitur, cum conftat de fubftantia.*
6. *Res judicata præfervata per fignaturam cũ claufula S. P. non eft amplius difputabilis.*
7. *Retrovenditor cenfus ad aliam hereditatem five fideicommiffum fpectantis tenetur reftituere pecunias retrohabitas vero heredi, vel fideicommiffario.*
8. *Debitor cogi nequit ad iteratam jacturam, feu folutionem.*
9. *Claufula fine præjudicio vetat præpediri poffe exfequutionem rei judicatæ.*
10. *Ad librorum exhibitionem quis cogi poteft, fi probetur illorum exfiftentia penes recufantem de tempore motæ litis,* & n. feqq.
11. *Heres fimplex, & confundens actiones cum illis defuncti non tenetur amplius confervare libros.*
12. *Intellige, conclufionem procedere fi nullos libros heres confeciffet, fecus quando vel heres vel tutor illos confecit, & in Inventario defcripfit, tunc enim confervare illos tenetur.*
13. *Heres heredis gravati tenetur reddere rationem de eifdem lbiris, ac de aliis rebus in Inventario defcriptis.*
14. *Heres libros exfiftentes penes auctorem tenetur cuftodire, & exhibere.*

DECIS. DXXXI.

Controverfia, quæ fuit inter has Partes in exfequutionem refcripti *Signaturæ Juftitiæ* acriter excitata fuper quinque corporibus, libere ut afferebatur, pertinentibus ad Petrum Francifcum de Gomar, ad cujus Bona conceffa fuerat Immiffio Exfequutoribus, five Manumifforibus piarum Caufarum, & refpective præfervata per eamdem *Signaturam* cum claufula *fine præjudicio*, nempe fuper Domo fita in Civitate Illerden., fuper quodam Prædio nuncupato *di Balaffia*, & infimul fuper Caftro *di Montoliù* nec non fuper cenfu libr. 1000. ereato cum Francifco Ferrerio, & denique fuper nonnullis aliis cenfibus, extincta remanere nequivit fub die 4. *Februarii* 1705. *cor. Me*, *cum Domini* tunc fine fluctuatione quidem opinantes, prædictum primum Corpus, feu Domum fpectare ad hereditatem ejufdem Petri Francifci, obftrinxerint Monafterium Montis Serrati heredem heredis gravati ad refufionem pretii hujufce Domus, quæ male interim exftiterat diftracta, fed quoad alia quatuor corpora nil eo tempore determinarunt, indulgentes potius, quod pro tutiori refolutione capeffenda uberiores coadjuvarentur probationes, quemadmodum latius videre eft ex *decifione* defuper extenfa fub prædicta *die* 4. *Februarii* 1705. *cor. me*.

Torpore Partium, vel ex caufa fuperventarum mutationum, atque bellorum in illis partibus, filuit, five ceffavit ufque ad præfens memo-

memoratæ controversiæ prosequutio, donec resurgentibus Manumissoribus, & diutius exspectato Monasterio, quod ulteriorem etiã hodie dilationem expostulabat, variata in aliqua parte eorumdem Manumissorum Instantia, interim quippe pacifice dicebant adeptos fuisse possessionem Castri, seu Feudi *Montoliù*, repropofui vetus Dubium = *An, & quomodo, & super quibus Bonis*, ad formam Rescripti Signaturæ, *relaxandum foret mandatum*, & favore Manumissorum nova prodiit resolutio super tribus signanter corporibus, sive capitibus expetitis hodie de quibus methodice discurremus,

Et primo in ordine ad Prædium de *Balaffia* jam diximus quod in superius memorata *decisione Domini* etiam tunc circa illud inclinabant pro Manumissoribus; de illius pertinentia namque ad hereditatem Petri Francisci pro rata jugerum 16. liquebat ex Inventario confecto per Auctricem ejusdem Monasterii, *Summ. Manumissorum num.* 3. cumque idem Inventarium de per se forte esset sufficiens ad ostendendam existentiam Bonorum spectantium ad eamdem hereditatem,
1 ex ea firmissima probatione, quam circa eãdem existentiam secũferunt hujusmodi Inventaria, nisi de illorum errore doceatur, ex plene, & passim congestis per *Cancer. variar. res. par. 3. cap. 2. n. 6. & 9. tit. de Invent., Masc. de probat. concl. 938. in fin. Gratian. discept. for. cap. 765. n. 61. Rot. cor. Duran. dec. 337. n. 7. & 18. & dec. 796. n. 1. 2. & 3.* cum aliis abunde relat. *in Rom. Jocalium super Margheritis 4. Apr. 1710. §. Et sane, & §. Eaque profecto cor. R.mo D.meo Molines Dec.*

Nihilominus in hodierna adjungebatur Audientia per Manumissores Instrumentũ quoque publicum venditionis, quod de tota Tenuta, sive Prædio *di Balaffia* celebraverat ipsum Monasterium cum specifica expressione, quod duodecim illius Jugera provenirẽt ab hereditate prænominati Petri Francisci, quare superaddita hac confessione ipsius-
2 met Monasterii non erat amplius dubitandum, quod illud teneretur ad proportionabilem pretii restitutionem, ex iisdem fundamentis, & Juribus, cum quibus idipsum fuerat affirmatum quoad Domum in memorata *dec. diei 5. Febr. 1705. sub §. Et sane cor. Me* quibus addi possunt *Cyriac. contr. for. contr. 5. n. 24. cum seqq. Mangil. de evict. quæst. 112. n. 45. & 46. Mans. consult. 256. n. 11. §. Supposito, vers. licet, Negusan. de pignorib. 5. par. 1. membr. nu. 40. vers. Præterea etiam, & Rot. in dec. 874. n. 7. & 8. cor. Buratt.*

Solumque versari posse videbatur aliqua hæsitatio ob discordantem numerum bubulcarum, seu Jugerum, ex quo Inventarium præferebat numerum 16. Instrumentum vero præfatæ venditionis easdem Bubulcas, seu Jugera supponebat 12. sed in hoc *Domini* parum ambegerunt, opinando, quod procedendum mavis foret cum numero, & mensura Inventarii; In primis quia etiam Monasterium vendens totam, ut præmisimus, Tenutam, seu Prædium, non se restrinxerat ad numerum 54. Jugerum, sed adjecerat *parum*
3 *plus, vel minus*, quod suapte natura nil firmat certitudinarie quoad hasce mensuras in vẽditionibus, tam in ipso quoque corpore vendito, quã etiam in ipsius membris, unde poterat ex hoc capite semper augeri vera quantitas; Sed etiam quia comprobata ex eodem Instrumento, & Confessione Monasterii rei substantia in genere, facile liquidari sive suppleri poterat mensura deficiens in quatuor Jugeribus ex ipsomet Inventario, probata quippe substantia rei, qualitas, vel quantitas
4 levioribus contentatur justificationibus, per ea, quæ in proposito superioris primæ propositionis responderunt *Bart. in l. Publica §. fin. ff. deposit. & notat Alex. cons. 183. n. 7. lib. 7. Ricc. collect. 3239. Gratian. discept. for. cap. 277. n. 10. & 15. Barbos. de d. d. 264. num. 3. & Rot. in dec. 344. nu. 8. cor. S. M. Gre-*
5 *gor. XV.* Et respectu secundæ firmarunt *Jason. in repet. l. admonendi n. 202. ff. de jur. jur. Menoch. in cons. 81. n. 19. & 20. Cephal. cons. 177. n. 4.* late *Surd. cons. 94. n. 28. Gratian. discept. cap. 109. n. 19. Mans. consult. 30. n. 37. Rota dec. 224. n. 4. cor. S. M. Gregor. XV. & dec. 87. nu. 12. §. Non obstat. par. 6. rec.* cum ceteris *in Rom. grani 17. Junii 1697. inter impress. n. 14. cor. Me.*

Descendendo ad secundum corpus, seu partitam, quæ consistebat in prænominato Censu librarum mille, utique nulla cadebat amaritudo, quod ille foret omnino hereditarius Petri Francisci, quodque utpote distractus, seu retrovenditus a Maria Auctrice Monasterii, foret consequenter reficiendus Manumissoribus illius heredibus saltem quoad pretium acceptum in retrovenditione facta per Mariam, ut jam decisum fuerat in hac Causa *3. Aprilis 1702. §. Accedente, et §. Neque cor. D. Card. de la Tremoille*, et erat
6 de sequela tam rei judicatæ amplius non disputabilis, tamquam preservatæ per *Signaturam* cum prædicta clausula *sine præjudicio*, sed & de tota censura Justitiæ, quæ obligat retrovenditionem census ad aliam hereditatem, vel fideicommissum spectan-
7 tis restituere pecunias retrohabitas vero heredi, vel fideicommissario, ad tradita per *Cenc. de cens. quæst. 109. sub num. 60. §. Tenetur*,

netur, *et num.* 70. *Salgad. labyrint. credit. par.* 1. *cap.* 27. *nu.* 41., *et Rota post d.Cenc. de Cens. dec.* 469. *num.* 10. *et dec.* 241. *n.* 1. *cor. Emerix Jun.*

Illa igitur talis qualis dubitatio, quæ in prædicta *die* 4. *Februar.* 1705. respectu tot aliorum Corporum irrepsit, causavit involucrū etiam hujusce partitæ, cujus respectu illa residebat in eo, quod cum præfata Maria retrovenditrix prædicti census tamquam Tutrix Antonii filii, insimul foret Creditrix suarum Dotium, hinc enunciatum pretium retrovenditionis tendere deberet in diminutionem solummodo eorumdem Jurium dotalium; unde non posset amplius cogi Mo-
8 nasterium ad iteratam quodammodo jacturam, seu solutionem, adversus ea, quæ conclamat *Text. in l. Bona fides*, *ff. de regal. Jur. in* 6., de quo ego in meo *tract. de commerc.*, *et mercat. disc.* 26. *sub num.* 48., *et Rota in dec.* 643. *num.* 1. *cor. Coccin.*, *et dec.* 708. *n.* 7. *cor. Card. Cerr.*

Verum hactenus *Domini* maturius reflectendo ponderarunt, quod ad terminos primæ præced. *mea dec.* editæ *die* 4. *Junii* 1703. §. *Nil officiente*, stabilitum fuerat, quod (ut ex littera Inventarii patebat) ad manus Mariæ tot Mobilia, tot Gemmæ, & Argenta, totque alia Bona pervenerant, sibique eadem Maria respective appropriaverat, ut ex illis jam sibi superabundanter satisfacere potuisset, ac præsumeretur de suis creditis, & Juribus dotalibus, citra proinde necessitatem comprehendendi in hac præsumpta satisfactione (saltem ratione usquedum non reddita) hujusmodi censum; quapropter cum eadem *decisio* post subsequutam expeditionem in hac parte constituisset, ac efformasset rem judicatam, quæ remanserat per Signaturam approbata, valebat quidem reassumi hoc negotium, & disputatio in devolutivo, sed non hodie umquam opponi in suspensivo,
9 dum clausula *sine prajudicio* vetat semper præpediri posse exsequutionem rei judicatæ, ut monet *Scacc. de appellat. quæst.* 19. *remed.* 2. *ex num.* 101. *cum seqq. Ridolphin. in prax. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 491. *cum duobus seqq. Card. de Luca de Judic. disc.* 38. *n.* 13. *et seqq.*, & millies dictum fuit per *Rot*, & signanter in *dec.* 50. *nu.* 15. *et seqq. cor. Card. Cerr.*, *et dec.* 79. *n.* 1. *et* 4. *impress. cor. Me.*

Postremo restabat tertium Corpus, sive Caput, instantibus hodie de novo Manumissoribus, quod Monasterium exhibere, & tradere compelleretur codicem, seu Librum, in quo continebantur alii Debitores censuales, & in hoc pariter nullatenus aderat difficultas, quod iste Codex, & exstitisset descriptus in Inventario hereditatis Petri Francisci, & ad manus Mariæ, atque Antonii ejus heredum, & respective Auctorum Monasterii devenisset etiam ex *Summario præterita propositionis diei* 4. *Februarii* 1705. *num.* 7. sed videbatur deficere probatio exsistentiæ penes Monasterium de tempore motæ litis, prout alias
10 efflagitatur, ad hoc, ut supposito etiam interesse Petentis quispiam cogi possit ad exhibitionem similium librorum, per ea, quæ passim monuerunt *Innoc. in c.* 1. *in fin. de probat.*, *et Abb. in cap. cum ad Sedem num.* 15 *in fin. de restit. Spoliat.*, *juncto Text. in l.* 3. *in princ.* §. *Sciendum*, *ff. ad exhibend.*, *et Gloss. in l. non ignorabit*, *in verb. fuisse*, *C. ad exhiben.* quos semper sequuta est *Rot.* & signanter *in dec.* 2134. *num.* 4. *cor. Coccin.*, *dec.* 82. *n.* 2. *cor. Cavaler.*, cum aliis abunde *in dec.* 6. *n.* 5. *inter impress. cor. Me*; Præsertim, quia Maria fuit heres Antonii filii, & ob id con-
11 fusis actionibus, non remanserat Maria obligata amplius conservare hujusmodi libros, *juxta decis. Merlin. la* 569. *num.* 6. *et seqq.*

Verum respectu *decisionis Merlini*, casus nimis aberrabat a præsenti, quia supponebatur, Tutricem nusquam confecisse libros Tutelares, de quibus agebatur, ex quo etiam sine illis ratio reddi potest per Tutorem, totaque *decisio* se fundat in nusquam comprobata confectione talium librorum; in nostra
12 vero thesi certum erat, quod libri, de quibus agebatur, fuerant confecti, & fuerant positive descripti in Inventario hereditario Petri Francisci; unde a contrario succedebat regula, quod heres in hoc casu tenetur conservare libros etiam pupillares, ut per *Menoch. præsump.* 61. *nu.* 10. *lib.* 6. *Munoz. de ratiocin. cap.* 10. *nu.* 5., quos sequuta est distinguendo eadem *Rota cor. Merlin in dicta dec.* 569. *sub num.* 8.

Validius autem, & citra scrupulum, quia non tractabatur de libris pupillaribus, sed de libris hereditatis Petri Francisci, in quibus, ut innuimus, custodiebantur memoriæ Debitorum Censualium, unde non erat dubium, quod ea tam quam heres heredis gravati obstringeretur reddere rationem de iisdem li-
13 bris, non minus quam de aliis rebus hereditariis in Inventario descriptis ad commodum substitutorum, quales erant Manumissores, ut, citra contradictorem, tradunt *Soccin. sen. in cons.* 190. *sub num.* 5. *vers. sed præmissis non obstantibus*, *lib.* 2., *Bero consil.* 191. *num.* 21. *cum* ceteris allatis per *Rot. in dec.* 439. *num.* 6. *cor. Cerr. dec.* 115. *num.* 5. *par.* 17., *& dec.* 105. *num.* 2. *&* 3. *par.* 18. *rec.*, *& in Faventina redditionis rationis super exhibitione librorum* 17. *Martii* 1706. §.

Neque

Neque adversatur, cor. R. P. D. meo Caffarello Alma Urbis Gubernatore; Et generaliter de herede, qui libros exsistentes penes
14 Auctorem tenetur custodire, teneatur idcirco etiam exhibere, plene actum fuit, & firmatum in *Romana Primogenitura de Cæsarinis super exhibitione 9. Maji 1701., & 3. Februarii 1702. coram. Rmo dell'Olmo Episcopo Conchen., & 14. Aprilis 1704., ac 21. Jan. 1707. cor. R. P. D. meo Lancetta*.

Et ita Manumissoribus Informantibus, & Monasterio diu, & inutiliter exspectato &c.

Ferrarien. Bonorum super Manutentione.

Mercurii 29. Aprilis 1711.

ARGUMENTUM.

Sententia, seu Decretum licet non sustineat erga non citatos, sustinet tamen erga citatos. Hoc tamen minime procedit, quando non tractatur simpliciter, sed positive agatur de amovendo Compossessore, seu Possessore pro indiviso, quia tunc nullitas patrata erga non citatum præservat etiam citatos. Mandatum excessivum sustinetur semper pro summa vere debita. Limita si mandato subsequatur exsequutio, tunc enim exsequutio uti excessiva, est omnino revocanda.

SUMMARIUM.

1. *Manutentio datur injuste rejecto, vel spoliato in qualibet instantia, atque etiam in gradu restitutionis in integrum.*
2. *Defectus citationis est una ex illis nullitatibus, quæ in Curia vocatur de tribus.*
3. *Sententia, seu Decretum licet non sustineat erga non citatos, sustinet tamen contra citatos.*
4. *Hoc tamen non procedit quando agitur de amovendo Compossessore, seu Possessore pro indiviso, tunc enim nullitas patrata erga non citatum præservat etiam citatos.* Limita num. seq.
5. *Exsequutio expleta pro aliis portionibus citatorum, simulque obligatorum sustinetur.*
6. *Exsequutio facta super bonis alterius, quam debitoris est nulla.*
7. *Mandatum excessivum sustinetur semper pro summa, vel quantitate vere debita.*
8. *Quando autem mandato excessivo subsequatur exsequutio, tunc illa uti excessiva est omnino revocanda.*
9. *Et tribuenda spoliato rei manutentio.*
10. *Mandatum ex causa liberationis a molestiis expediri, aut exsequi nequit pro majori summa, quam importent eædem molestiæ.*
11. *Emptori, seu alio acquisitori titulo oneroso competit integra restitutio totius pretii, etiam detecto simpliciter aliquo onere super re vendita, et libera promissa, & quare?*
12. *Quando in citatione dicatur petitum, & decretum id, quod competit instanti vigore actionis pro traditione rei liberæ.*
13. *Non attenditur quid fuerit Parti contrariæ interpellatum, sed quid fuerit petitum, & a Judice recte obtentum.*
14. *Judex nequit decernere quid diversum, & ultra contenta in petitione, non obstantibus clausulis generalibus.*
15. *Salvianum interdictum regulariter non causat evictionem.*
16. *Decretum, seu sententia semper præsumitur lata prout de Jure alio non apparente.*
17. *Nullitas semper intrat, quoties Judex in procedendo egreditur Cancellos Juris.*
18. *Probatio continuata, seu detentæ possessionis major nequit exoptari, quam continuatio perceptionis fructuum.*
19. *Solutio crediti expostulati non valet nisi postquam cesserit, vel venerit conventa dies solutionis.*
20. *Sacerdotis fidei plene deferendum est.*
21. *Ministri, vel Officialis relationi ad aliquem effectu deputato est plena fides præstanda.*
22. *Solutio quælibet, nulla alia expressa causa, referri semper debet in extinctionem debiti antiquioris.*
23. *Solidatio extinguit quodlibet debitum jam præexistens.*
24. *Expressio, sive confessio plurium Personarum actum communiter ineuntium intelligenda semper est pro virili.*
25. *Exactio nomine alicujus facta, summa exacta tribuenda est eidem recipienti, & exigenti.*
26. *Factum a Persona repræsentante censetur factum a Persona repræsentata.*
27. *Cessionarius aliquid agens uti talis vere repræsentat, & vestit Personam cedentis.*
28. *Argumentum ab inverisimilitudine ductum est potentissimum.*
29. *Nemo præsumitur jactare suum.*
30. *Testi unico fides non est adhibenda.*
31. *Solidatio pro uno anno, non est eadem solidatio pro altero anno prorsus distincto.*
32. *Jura producta contra producentem plene probant.*
33. *Ratio informativa dispositionis istam ampliat ad omnes casus, quibus ipsa ratio adaptatur.*

DECIS. DXXXII.

Conquesti Fratres de Macchiavellis, quod pro molestiis super bonis per eos præcedenter in solutum traditis clar. mem. Cardinali Barberino S. R. E. Vice-Cancellario novis-

novissime illatis a Querinis, & Julianis veluti antetioribus Creditoribus ex causa geminorum Censuum in totum conslantium summam scut. 10400., heres prænominati Cardinalis nulliter, & excessive reportasset expeditionem Mandati in Tribunali A.C. pro integra summa scut. 28238. (prout totidem importabat eadem Datio in solutum, de qua in preambla *Decisione diei 27. mensis defluentis*) cum successiva expeditione, & exsequutione expleta super bonis *del Copparo* insteterunt prævia speciali Commissione Sanctissimi Domini Nostri pro consequenda Manutentione restauratrice possessionis sibi perpetam, ut opinabantur ex præmissis ablatæ, & delegato negotio R.P. D. meo Lancetta, in primis propositionibus nempe sub *die 2. Junii 1703.* nec non sub *die 26. Januarii 1705.* voti compotes effecti, favorabilia obtinuerunt rescripta, sed currente Rota, & reproposita contentione, variavit fortuna vices, Nam dandam potius esse manutentionem prænominato heredi Cardinalis Barberini, posterioribus rescriptis firmatum fuit sub *die*, scilicet *14. Junii et 29. Novembris 1706.* demandata ulterius per *Tribunal* expeditione extensa desuper brevi *Decisione*, ut liquet sub *die 18. Martii 1707.*

Post transitum utriusque Decreti in rem Judicatam, recursum habuere iidem Fratres ad Signaturam Gratiæ pro nova Spiritus insufflatione, eaque reportata mediante Commissione ad hunc effectum salubriter directa *R. P. D. meo Falconerio*, commissum denuo fuit prælium inter partes sub *die 3. Februarii 1710.*, fratresque triumpharunt eum successivo rescripto = *Constare de causis, et dandam manutentionem Fratribus de Macchiavellis* = Et ad normam hujus interloquutionis, seu definitionis injuncta expeditione, heres, ut par erat, prænominati D. Cardinalis iterum committi mihi cognitionem sategit, sed malo fato, sive inutiliter, nam repetito dubio = *an, et cui danda foret manutentio* prodiit responsum *illam præfatis Fratribus dandam*.

Et quidem nulla circa ordinem habita fuit difficultas indulgendi nempe manutentionem iisdem Dominis Fratribus, non obstante antecedenti, ut præmisimus re judicata in contrarium super eademmet manutentione; Nam hoc sibi specialiter vindicat natura manutentionis, ut ea tribui possit injuste, 1 rejecto, vel spoliato in qualibet instantia, atque etiam in casu, seu gradu restitutionis in integrum, ut commonent *Posth. de manut. observ. 8. n. 35., Ridolphin. in prax. par. 2. cap. 12. n. 178., Rot. cor. Cæsar. de Graff. dec. 4. de Caus. possess. & propriet., Rot. cor. Cavaler. dec. 228. n. 5. & cor. Coccin. decis. 1625. nu. 6. & post Posth. supradictum decis. 133. n. 4. et cor. Emer. Jun. dec. 31., et dec. 114. n. 3.*

Quo vero ad justitiam, placuerunt in substantia *Dominis* omnia tria fundamenta, quæ fuerunt optime dispuncta, & roborata in novissima *dec. R.P.D. mei Falcon.* Et quidem primum, ex quo cum inter eosdem Fratres, & respective possessores bonorum, super quibus decreta, & respective facta fuerat exsequutio adesset Abbas Cajetanus; Isque non appareret unquam citatus, vel in actu expeditionis, vel in altero exsequutionis, profecto præservari posse non videbatur, tam decretum, quam succedanea exsequutio ab illa omnium majori nullitate, quæ semper emergit, quando contra Divinum, & humanum Jus omittitur citatio alias citandi; itaut ea nullitas sit prima in ordine ad eas substantiales, quæ in Curia nuncupan-2 tur *de tribus Teste Marchesan. commiss. nullit. sanat. par. 3. §. 3. n. 30. fol. 62., Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 13. n. 348., Rot. cor. Gregor. dec. 416. n. 2. et cor. Cavaler. dec. 35. n. 1., et dec. 390. n. 6. cum aliis in addition. ad dec. 78. n. 50. inter impress. cor. Me.*

Et licet quandoque Jura nostra benigne sustineant Sententias, atque Decreta saltem 3 contra citatos, ex plene differtis per *Ruin. conf. 129. num. 12. lib. 5.. Gabriel. conf. 56. num. 19. lib. 1.* cum ceteris relatis per *Voert. de citat. cap. 13. num. 21.* Attamen hæc nequaquam benignitas locum sibi usurpat, quando non tractatur simpliciter de Sententia, vel Decreto canonizatorio alicujus Juris simpliciter, sed agitur positive de amo-4 vendo Compossessore, seu Possessore pro indiviso, tunc enim nullitas patrata erga non citatum præservat etiam citatos, ut subdunt ad *Text. in cap. licet Episcopus ibique Gloss. in verbo Te non vocato de preb. lib. 6. et l. de unoquoque ff. de re judic.. Bald. in l. 1. n. 6. vers. autem continet qui individuum C. de error. Calcul. Ruin. in conf. 129. n. 12. et 13. lib. 5. et Gabriel. conf. 56. num. 1. lib. 1.*, cum concordantibus relatis *in dec. 408. num. 10. par. 13. et dec. 371. n. 1. par. 17. Rec.*

Parumque obstare *Domini* reputarunt id, quod dicebant Scribentes pro herede prædicto, nimirum quod sicuti prænominatus Abbas nullibi legebatur obligatus in contractu Dationis in solutum, & idcirco nequaquam erat citandus, ita quoque satis, superque occursum fuerit, dum ad instantiam D. Abbaris Judex Exsequutor ei præservavit suam quartam, unde non cadente læsione, vel

expul-

expulsione ulla in non citato, nullaque pa-
riter interessente individuitate materiæ, re-
cte sustineretur exsequutio expleta pro a-
5 liis portionibus citatorũ, simulque obligato-
rum, ad tradita in his terminis per *Text. in*
l. de unoquoque ubi Gloss. verb. qua causa ff.
de re judic. Cravett. cons. 177. sub n. 4. vers.
quinto respondeo, Surd. cons. 181. nu. 28. et
cons. 227. n. 17. Rot. dec. 291. n. 5. par. 10.
Rec. cum aliis in puncto relatis in *dec. 328.*
n. 2., et seqq. cor. Cavaler. et in addition. ad
dec. 71. n. 28. inter impress. cor. me.

Quoniam præterquamquod nullitas tam man-
dati, quam exsequutionis ex jam supra pro-
xime allegatis superabunde de Jure stare de
per se videbatur in omissa forma legis, sive
in neglecta Citatione semper facięda etiam
respectu Composseſsoris pro indiviso, ad-
huc in omnem eventum, nec etiam medica-
men prædictæ præservantiæ pro quarta parte
sanabat vulnus inflictum ab ipsa exsequu-
tione, dum ex Causa prædecessus Marchio-
nis Octavii communis Fratris, ea portio, quę
prius erat quarta in Cajetano, evaserat de
tempore exsequutionis tertia in vim fidei-
commissorum Domus Bojardæ, ac propte-
rea semper ex capitæ præfatæ veræ, & ma-
joris portionis minime præservatæ, verifica-
6 batur absurdum, quod exsequutio facta re-
stabat in Bonis alterius, quam Debitoris, &
consequenter semper quoque emergebat
nullitas inevitabilis ex congestis ad *l. unic.*
C. ut nullus ex Vicaneis lib. 11., Alexand. cons.
6. n. 1. lib. 4., Gabriel. cons. 31. n. 6. et seqq.
lib. 2., Rot. cor. Cels. dec. 128. n. 6. et dec. 126.
n. 2. cor. Emer. Jun.

Secundam nullitatem non minus progignere
visus est palpabilis, ut supra excessus clau-
sus intra viscera tam Mandati, quam exse-
quutionis. Quidquid enim foret, quoties
excessus stetisset in simplici mandato, utrum
influere valeret in insanabilem nullitatem,
ex quo mandata ex eadem pariter benigna
7 praxi Tribunaliũ excessiva substentari con-
sueverunt pro summa, vel super quantitate
vere debitis, ut inquit *Angel. et alii in l. si*
finita de damn. infect., Cravett. cons. 37. nu.
7., Ridolphin. in prax. 1. cap. 6. n. 6., Adden.
ad dec. Buratt. 91. n. 6., Rot. cor. Bich. dec.
552. n. 20. cum ceteris *in Romana Donatio-*
nis 4. Febr. currentis anni §. Placuit cor. Me.

Attamen quando Mandato excessivo conjun-
gitur, atque subsequitur etiam exsequutio,
tunc facessente qualibet occasione æquita-
8 tis, exsequutio remanet excessiva, eaque
est omnino revocanda, & insimul tribuit in
materia possessoria rei manutentionem spo-
liato, quemadmodum ad terminos primæ
conclusionis, distinguunt *Gratian. discept.*
916. n. 1., Rot. cor. Greg. XV. dec. 307. nu.
7. et in Romana Fideicommissi super excessu
exsequutionis 10. Junii 1710. §. Demum ex-
sequutio cor. bo. mem R. P. D. meo Caffarello
Almæ Urbis Gubernatore cum concordanti-
bus *in Nullius, seu Terræ Pontiani super ex-*
cessu 23. Junii 1710. §. In secundo vero cor.
Me; Et respectu secundæ *Mangil. de subbast.*
9 *quæst. 51. n. 5., Posth. eod. tract. inspect. 58. n.*
1. et seqq., cum ceteris relatis in *dec. 331.*
n. 3. par. 19. rec.

Inexcusabilis igitur excessus, qui contineba-
tur, ut diximus, nedum in Mandato, sed &
successiva exsequutione, statim insurgebat
ex eo, dum molestiæ intentatæ per Nobiles
Viros Julianos, & Querinos super Bonis
Quinti traditis in solutum, erant dumtaxat
restrictæ ad quantitatem scut. 10400., proin-
deque cum præfatus heres D. Cardinalis
Barberini moverit judicium contra eosdem
Dominos Fratres pro liberatione a molestiis
posteaque tam ipse, quam Judex expedive-
rit Mandatum pro integro pretio scutorum
28238. illudque exsequi sategerit, nullitas
ipsa efficiebatur manifesta, nequit enim de-
cerni, aut expediri, multove minus exsequi
mandatum ex causa liberationis a molestiis
10 pro majori summa, quam importent eædem
molestiæ, ut bene advertit *Jo: Andr. in ad-*
dit. ad Speculat. de empt. et vendit. §. 1. n. 8.
vers. quia iste, et superaddito Surd. et Man-
gil. optime *Rota in dec. 736. nu. 7. cor. Du-*
nozzet. Junior. & plene etiam in hac causa
animadversum fuit in *decis. 16. Jan. 1705.*
§. siquidem cor. R. P. D. meo Lancetta, et 3.
Febr. 1710. §. Ingravescunt cor. R.P.D. meo
Falconerio.

Nequaquam refragante, quod pro parte he-
redis D. Cardinalis fuerit in actis emissa
prius interpellatio adversus prædictos Fra-
tres, quod iidē liberarent a molestiis ipsum
heredem, & eximerent in totum, & per to-
tum *Summ. heredis num.* 4. quasi quod licet
proportio earumdem molestiarum non exce-
deret scut. 10400., & ad eamdem quoque
proportionē restringenda esset Judicis con-
demnatio, ex auctoritatibus mox collauda-
tis, nihilominus remanserit implicite etiam
petita restitutio totius pretii, quæ cumula-
tive competit Emptori, sive alio acquisitori
titulo oneroso, etiam simpliciter detecto ali-
quo onere super re vendita, & libera promis-
sa, mediante compatibiliter derivante ex
judicio evictionis, sive ex empo actione pro
11 traditione rei liberæ, quæ semper tendit ad
rescissionem totius contractus, & ad refusio-
nem totius pretii juxta affirmata per *Mangil.*
de

de evict. quæst. 8. nu. 10. et 12. et quæst. 23. n. 45. Rota post Cene. de Cens. dec. 16. nu. 2. et cor. Seraph. decis. 787. n. 4. 5., & 10., et cor. Bich. dec. 266. n. 1. cum seqq., et in rec. dec. 387. n. 1. et 4. par. 17. et post Constant. ad statut. Urbis dec. 59. n. 7. et 8. et in Romana seu Albanen. Bonorum 27. Junii 1707. §. Attamen, et sequentibus cor. R. P. D. Aldrovando, et in Rom. præstationis fundi liberi 28. Novembris 1707. §. Sed in seqq. cor. R. P. D. meo Scotto.

Potissime dum prænominatus heres in successiva instantia Judici exposita effective etiam petiit per clausulas salutares, *alias relaxari aliud mandatum desuper necessarium, & opportunum dicto Sum. num. 5.* Cumque proinde Judex fuerit per illa verba desuper interloquutus annuendo hujus Procuratoris Instantiæ per hæc verba = *Denuo decerni, & relaxari mandatum ad factum, & loco mandati ad factum, mandatum exsequutivum pro pretio Bonorum evictorum*, valide idcirco vi-

12 deretur petitum, & decretum id, quod vigore prædictæ actionis pro traditione rei liberæ de jure ut supra competebat instanti, quemadmodum reflectendo ad hujusmodi clausulas salutares observarunt *Ubert. de citat. cap. 9. sub num. 411. vers. hinc servatur, & in 3. par. de citat. ordinat. §. Hæc verba fol. 58.* cum ceteris relatis *in dec. hujus causæ 19. Junii 1706. §. Et tunc cor. R. P. D. Lancetta.*

Etenim quidquid esset, an ob præmissam loquendi, & interpellandi formam subincludi valuisset etiam actio pro traditione rei liberæ importans rescissionem contractus, certe respectu telæ judiciariæ non erat inquirendum quid fuerit Parti contrariæ interpellarum, sive deductum ad notitiam per has

13 intimationes, sed bene quid fuerit deinceps effective petitum a Judice, & recte ab eodem obtentum, ut aliis generalioribus prætermissis ait *Scacc. de sentent. & re judic. Gloss. 14. quæst. 16. num. 27.*

Quin subinde prodesse queant generales quæcumque clausulæ salutares, eæ etenim efficiunt, quod possit utique Judex modo sibi rectius viso in causa procedere, atque decernere, sed non quod censeatur, aut queat decernere quid diversum, & ultra contenta

14 in petitione, ita explicantibus ad *Text. in l. ut fundus 18. ff. commun. divid. Bartol. in l. 2. num. 3. vers. quod libell. Cod. de sent. ex peric. recitan. Menoch. conf. 345. sub nu. 31. vers. tertia nullitas, & nu. 32. & 33. lib. 4. Surd. conf. 273. num. 11. lib. 2.* cum concordantibus apud *Scacc. de sent. & re judic. d. glos. 14. quæst. 16. num. 1.*

Innuimus, quod sic procedere Judex censeatur, quia nec de facto in casu nostro Judex in suo postremo decreto, cujus verba retulimus, quidquam expressit in ordine ad totalitatem pretii, sed tantummodo dixit = *loco mandati ad factum, mandatum exsequutivum pro pretio Bonorum evictorum*, unde quamvis de vigore promissæ evictionis nulla dici posset sequuta evictio in toto, vel in parte,

15 cum molestiæ apparerent illatæ per prænominatos creditores in simplici Salviano interdicto, quod regulariter non causat evictionem, ex congestis per *Caphal. conf. 168. num. 5. Menoch. conf. 361. num. 5. lib. 4. Caballin. de evict. §. 5. nu. 44. Pacific. de Salvian. interdict. inspect. 4. cap. 1. num. 79. & per Mangil. de evict. quæst. 12. num. 5.* ultra adductos per *Rotam in dec. 240. nu. 12. cor. Buratt., ubi eadem. litt. B.*

Adhuc admisso etiam contrario, dum tamen idem Judex dixit *pro pretio Bonorum evictorum* sine expressione partis, vel totius, utique non præsumitur transgressus confinia

16 veræ evictionis, sequutæ in sola rata scut. 10400. etiam accipiendo Salvianum pro vera evictione; quoniam alio non apparente, quodlibet decretum, quælibet sententia, semper præsumitur lata, prout de Jure, ad tradita per *Rotam cor. Gregor. dec. 176. n. 3. & 4., & post Posth. de subhast. dec. 161. n. 7. & dec. 30. num. 13., & 14. par. 10. necnon dec. 158. nu. 23. par. 13. & dec. 536. n. 10. par. 19. tom. 2. Recent.*

Quod si transcendendo forsan dispositа per jus, Judex intellexisset per illud verbum indefinitum *pro pretio* absolute decernere rescissionem contractus, & consequutivam totius pretii restitutionem in hoc errasset; & gravasset Dominos Fratres, & non eva-

17 sisset hanc secundam nullitatem, quæ semper intrat, quoties Judex in procedendo egreditur cancellos Juris, ut considerat *Natta in conf. 217. num. 3. Roland. conf. 6. n. 37. lib. 4. Menoch. conf. 212. num. 83. lib. 3. Fenson. ad statut. Urbis lib. 1. cap. 92. num. 18. Ridolphin. in praxi par. 1. cap. 17. num. 295. Rota cor. Coccin. dec. 38. n. 4. & cor. Gregor. dec. 330. num. 4.*

Tertia demum patula apparuit *Dominis* Injustitia, sive nullitas, non tantum quia etiam insimul abstractive videbatur sapere, & involvere quamdam asperitatem, exercere nimirum si non de Jure, saltem de facto actionem rescissoriam contractus, & per consequens divexare ex una parte Bona propria eorundem Fratrum, quando nihilominus ex altera interim per heredem detinebatur possessio, ac fruitio eorumdem Bonorum

vigo-

vigore ejus contractus, qui ad sensum Partis erat rescissus, verum etiam quia hæc ipsa nullitas palpare magis faciebat, quod non omnia Bona fuerant subjugata molestiis, & evicta, itaut umquam verificari posset demandata per Judicem restitutio totius pretii, per illa toties relata verba *pro pretio Bonorum evictorum*; Quoniam non obstante, quod sub initio anni *1696.* dumtaxat Nobiles prædicti Veneti Creditores consequuti exstitissent Immissionem quoad Bona Quinti *Summ. ejusdem heredis num. 2. & 3.* Attamen idem heres fructus exegit istorummet Bonorum Quinti sub annis successivis, nempe sub eodem posterius anno *1696.* necnon *1697.*, & *1698.*, & denique *1701.*, ut in folio receputarum *litt. A. sub. num. 5., & litt. B. num. 10. 19. 23., & litt. C. num. 3., & sub num. 7.*, signum sane evidens, quod saltem considerabilis pars, ac possessio horum Bonorum non fuisset evicta, & judicialiter ablata de manu ipsius heredis; quod enim possessio non esset deinceps translata, sed remansisset penes eumdem heredem, manifestabat præfata fructuum perceptio,
18 major enim demonstratio continuatæ, seu detentæ possessionis nequit exoptari, quam ex continuatione perceptionis fructuum, ut notant *Bartol.*, & alii relati per *Decium in cons. 57. 3. vers. primus enim Testis*, *Natta cons. 672. num. 2.*, *Gabriel. de loc. concl. 4. num. 2. Posth. de manutent. observ. 24. n. 14.* & post eum Rota *in dec. 20. num. 2. & 3., & in Rec. dec. 107. num. 4. & seqq. par. 14. dec. 136. n. 2. & seqq. par. 15. & in dec. 26. num. 13. inter impress. cor. Me.*

Frustra autem informantes pro Herede conabantur ostendere, quod etsi perceptiones istorum fructuum effulgerent in tempore, sive in data longe posteriores prætensæ subsequutæ evictioni, adhuc retrotrahentur ad credita Affictuum jam decursorum, seu maturatorum de præterito ante momentum sequutæ evictionis, & signanter ille Annorum *1696. 1697.* & *1698.* cum profecto tanti deberent affictuarii per totum annum *1695.* Jam enim quoad affictus anni *1695.* libere spectantes ad heredem, utpote conventus sub solutionibus posticipatis, utique non valebant expeti, nisi defluxo eodem anno *1695.* unde bene apparebant soluti, & re-
19 spective exacti de anno *1696.* Cum solutio cujuslibet crediti expostulati non valeat, nisi postquam cesserit, & venerit conventa dies solutionis, ad *Text. in §. Hodie autem institut. de exception. cap. 1. de plus pet. & l. 1. §. Dies autem in fine, quando dies ususfruct. l. sed.* cum aliis relatis per *Cancer. var. lib. 2. cap. 7. num. 41. vers. quando tempus*, *Marescott. var. lib. 2. cap. 131. num. 1. & 2. Antonell. de tempor. legal. lib. 3. cap. 5. n. 1.*

Quo vero ad exactiones annor. *1697.* & *1698.* pariformiter respondebant iidem Informantes, quod, & hæ solutiones affictuum, etsi exactæ longe post sequutam evictionem, attamen non minus respiciebant creditum heredis per totum annum *1695.* in parte solum satisfactum sub anno *1696.* pro residuali autem summa perseverans usque de anno *1698.* in libris *4998.* prout liquere dicebant ex depositione Sacerdotis, qui fuerat Minister Domus Barberinæ deputatus pro administratione Bonorum, de quibus agebatur dicto *Summ. num. 14.* Cumque in altera depositione idem Sacerdos superadderet, id exstitisse etiam conventum cum creditoribus immissis, & demum eodem *Summ. num. 15.* exhiberet partitas Librorum Administrationis, quos exhibuerat ad instantiam fratrum de Macchiavellis in Tribunali Avogariæ Venetiarum, subnectebant idcirco, quod cum eidem ob utramque qualitatem fides omni-
20 moda præstanda esset, nempe, & tamquam Sacerdoti, & tamquam Ministro, & Officiali ad hunc effectum deputato, ad tradita in ordine ad primam qualitatem per *Farin. de Testib. quæst. 60. illat. 4. num. 242. Capyc. Latr. dec. 12. num. 14. & 16. Rota dec. 276. n. 16. & 19. par. 10. & dec. 492. n. 23. p. 19. tom. 2.*
21 *rec.* Et in ordine ad secundam per *Text. in cap. ad audientiam*, cum ibi notatis *de præscriptione*, *Rota dec. 792. nu. 3. cor. Seraph. & dec. 2304. num. 4. cor. Coccin., dec. 370. num. 3. cor. Cavaler. dec. 752. num. 6. cor. Emer. Jun. & dec. 432. num. 6. par. 13. rec.* Maxime habita Librorum confrontatione.

Hinc certo certius (uti subnectebat) fugabantur omnes oppositiones eorumdem DD. de Macchiavellis fundatæ in differentia, & posterioritate Annorum solutionis, & exactionum respective ad judicialem expulsionem sequutam in principio anni *1696.* ex quo quando etiam si heres perseverasset in retentione eorumdem Bonorum inverso E. G. titulo Dominii in illum conductionis postea receptæ a Creditoribus immissis, eædem solutiones indubitanter etiam non exprimen-
22 tes causam, referri debuissent in extinctionem debiti magis antiqui, ex collectis per *Rotam in dec. 521. n. 9. ibique Adden. n. 13. cor. Gregor. dec. 500. num. 5. cor. Dunozet. Jun. dec. 262. num. 5. & dec. 306. num. 30. cor. Bich. Adden. ad Buratt. dec. 541. nu. 6. dec. 364. num. 3. par. 11., & dec. 424. n. 5. par. 19. tom. 2. recen.*

Ast nimium vani reddebantur, & coruscabant ocu-

oculis Dominorum hi discursus, & ratiocinia, nam perquirendo singulos affictus, sive singulas possessiones locatas per heredem, quatenus attinebat ad illam nuncupatam possessionem *Del Ragazzo* ex eisdemmet partitis distributis pro parte ejusdem heredis, signanter *sub litt. A. jam sub nu.* 5. ejusdem Litteræ dicebatur, quod Bartolatius Conductor solidaverat totum debitum præcedentis affictus memorati anni 1695., & sic nullo modo circa hujusmodi possessionem, & Affictum poterant solutiones, sive exactiones posteriori tempore sequutæ unquam re-
23 ferri in causam debiti solidati, & idcirco amplius non exsistentis, juxta consuetum effectum, & naturam solidationis de qua *Text. in §. Primo Instit. quibus mod. sol. oblig. Bald. in l. sub prætextu sub n.* 12. *&* 13. *Cod. Transact. & Bartol. in l. cum Aquiliana in princip. ff. Transact. & in l. Aurelio §. Cajus num.* 3. *ff. de Liberat. legat. Menoch. conf.* 496. *n.* 58. *Gratian. discept. forens. cap.* 728. *n.* 1. *Rebuff. de Litter. oblig. lib.* 6. *Gloss.* 2. *num.* 37. *Surd. dec.* 217. *num.* 12., *& dec.* 169. *num.* 2. *cor. Otthob. cum reliquis in dec.* 176. *n.* 15. *cor. Bich.*

Quodque innegabiliter heres percepisset post eamdem solidationem plures summas mediante ejus ministro, legebatur *dicta litt. A. num.* 6. sub ea expressione, & subscriptione = *Io Don Gio: Antonio Abbate Baglione per gli Eccellentissimi Barberino, Bembo, e Querrini &c.*, quo pacto enim poterat idem Minister ab Affictuario dictæ Possessionis *del Ragazzo* obulum ullum exigere ad computum crediti jam ex parte D. Barberini heredis per solidationem extincti? licet enim in eadem expressione, sive subscriptione non exprimatur summa præcisa magis exacta pro solo D. Barberino, attamen Confessio, & expressio hæc ad minus intelligenda erat pro
24 virili ad sensum Juris, dum agebatur de pluribus personis eumdem actum ineuntibus, sicuti connotarunt *Comen. in l. Lutius Titius §. Lutius Titius ff. de legat.* 2. *l. Non umquam ff. ad Trebell. Soccin. Sen. conf.* 108. *vers.* 4. *confirmatur lib.* 3. cum aliis relatis *per Menoch. de præsumpt. præsump.* 18. *n.* 22. *&* 35. *lib.* 4.

Hæcque suffecissent pro demonstranda perceptione fructuum, & consequenter possessione continuata per heredem etiam post passam Immissionem in Salviano, sed quod (prosequendo affictum possessionis *del Ragazzo*) adhuc de cetero heres dubio procul perseveraverit in eadem possessione, apertissime patebat etiam a successivis longe post exactionibus descriptis sub dicta *litt. A. n.* 22. *cum seqq.* In quibus profitebatur idem, ut supra minister deputatus exegisse affictus aliquando pro uno, & quandoque pro alio ex creditoribus immissis E. G. ibi = *Per conto del nobil uomo Giovanni Zulian come Cessionario de Signori Prencipi Barberini.* Si etenim præfatus Julianus in vim obtentæ Immissionis, tamquam Creditor integros hujus possessionis fructus ad sui commodum, & satisfactionem percipere indubitanter poterat, atque debebat, quomodo dici valebat eum exegisse, uti cessionarium? Ex hoc etenim facto inevitabile insurgebat Dilemma, quod aut revera non erat hæc exactio supposita per Ministrum exigentem ad computum Creditoris sequuta, mediante eadem cessione, & in his ternis intrabat *Rubrica plus valere, quod agitur, quam quod simulate concipitur*, nempe, quod exactio fuerit in rei veritate facta in commodum heredis relato nomine alterius sub nomine Cessionarii, tuncque in sequelam iidem Affictus adscribendi erant heredi ve-
25 re recipienti & exigenti, ut in hisce simulationibus dixerunt ad *Text. in l. sicut §. Super vacuum ff. quibus mod. pignor., & hypothec. solv. t. Bartol. in l. post contractum num.* 4. *ff. de donat. Jason. in §. Item si quis in fraudem num.* 41. *versic. Idem præsumitur, & n.* 4. *instit. de action. Menoch. præsumpt.* 124. *nu.* 30. *lib.* 1. *Mantic. de tacit. lib.* 3. *tit.* 35. *n.* 38. *Rota dec.* 49. *n.* 21. *cor. Bich.*

Aut vero hujusmodi titulus Cessionarius, sive suppositæ Cessionis erat verus, eoque casu magis evincebatur, quod prænominatus heres, certe post passam Immissionem continuaret in actuali possessione, non enim expleri potuisset exactio sub denominatione Cessionarii, nisi eadem exactio perneccesse referretur ad Jus, & possessionem cedentis, qualis semper exstitisset idem heres, cujus nomen repræsentabatur a Cessionario, dum quodcumque factum a persona repræsentante, censetur factum a persona repræsenta-
26 ta ex traditis in *decis.* 97. *num.* 24. *coram Me*, & quod Cessionarius aliquid agens uti Cessionarius vere repræsentet, & vestiat perso-
27 nam cedentis plena sunt volumina, ut penes *Salicet. in l. per diversas nu.* 14. *C. mandat. Barbos. l. post Dotem* 41. *num.* 58. *ff. solut. Matrim. Cenc. de Cens. quæst.* 104. *nu.* 9. *& quæst.* 108. *nu.* 21. *Carleval. de Judic. tom.* 2. *lib.* 3. *disp.* 26. *n.* 1. *cum concord. apud Oleam de cess. Jur. in exord. tit.* 6. *& Rot. post eumdem dec.* 4. *n.* 6.

Ceterum in hoc bivio, quod de reliquo eumdem, ut ostendimus, operabatur effectum, magis arridebat *Dominis*, quod hæ indisputabiles subsequutæ solutiones, & exactiones potius referri deberent ad veritatem exactionis

factæ

factæ ab ipso herede per ejus Ministrum simulato, ut præmisimus, nomine Creditoris immissi. Ad quid enim prædicti Creditores debebant mendicare titulum Cessionarii, quando tamquam Salvianistæ per Judicem, aut auctoritate publica immissi, poterant certo certius exigere nomine proprio; ea etenim ratio, quæ per defensores ejusdem heredis adducebatur, nempe, quod iidem Creditores forte concupiscerent inducere nomen, & auctoritatem ipsius heredis, nequaquam erat ullo modo probabilis, vel verisimilis, cum prædicti Creditores nobiles in eorum statu, atque dominio non indigerent alieno pallio pro consequenda Justitia a Judicibus eorum dominii, quive Judices jam

28 de facto illam iisdem Creditoribus ministraverant, ducto solito argumento, de quo est *Text. in l. non est verisimile ff. de eo, quod met. caus. l. cum Avus ff. de condict. & demonst. l. ex facto §. Si quis autem ff. ad Trebell. & cap. quia verisimile de præs. ac cap. requisivisti de Testam, Paul. Rub. in annot. ad dec. 262. n. 126. par. 8. Rot. dec. 483. n. 22. par. 9. tom. 2. & dec. 715. n. 14. par. 13. rec.*

Multoque minus arridere poterat suppositum allatum ab eodem Ministro in ejus secunda testificatione contenta *sub num. 14. præcitati Summarii* nimirum, quod ita fuisset conventum inter eosdem Creditores, & D. Barberinum heredem; nimium quippe remotum erat a cogitatu, quod iidem Creditores nedum vellent repræsentare nomen Cessionarii, sed etiam quomodocumque res se haberet, permittere voluissent, quod post obtentam ab eis judicialem immissionem ad finẽ sibi satisfaciendi, antiquus expulsus Possessor perseveraret in perceptione eorumdẽ

29 fructuum, vel in parte, vel in totum; nonne enim hoc fuisset jactare, & donare suum, resistente ad id qualibet Juris præsumptione, de qua *Text. in l. cum de indebito in princip. ff. de prob. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præs. 35. n. 7. & lib. 6 præs. 27. nu. 9. Rot. cor. Dunozz. Senior dec. 283. n. 27. dec. 520. n. 73. par. 14., & dec. 11. n. 9. par. 18. tom. 1. rec.* cum aliis *in dec. 69. n. 14. inter impr. cor. Me.*

Verum quatenus oporteret extra tot discursus, & sermocinationes, nullam absolute promereri sibi posse fidem *Domini* reputabant præfatum Ministrum heredis, licet Sacerdotem, & obloquentem de materia suæ administrationis, dum in primis aberraverat in referendo solutiones exactas post Immissionem Creditorum ad debita antiquiora hujus Affictuarii, quando evidens erat, quod idem Affictuarius omne debitum antiquius jam solidaverat, ut dicto *Summario litt. A sub num. 5. ibi = Detto debito fu saldato* = Unde impossibilis remanet veritas ejus dicti, quod postea remanere potuissent in debitum prædicti Affictuarii ad favorem heredis decantatæ libræ 4998. addito tandem, quod ista omnia non erant in omnem casum comprobanda per tam simplicem attestationem unius Ministri, qui licet Sacerdos erat etiam famulus, sive inserviens Domui Barberinæ, & quando finaliter erat unicus, cui, & ma-

30 xime in his materiis præjudicialibus, fides minime potest adhiberi *ad Tex. in l. ubi numerus ff. de Testibus, & cap. veniens in fine de Test. Rot. dec. 152. nu. 39. par. 18. tom. 1. dec. 553. n. 7. eadem par. 18. tom. 2., & dec. 635. n. 16. par. 19. rec.*

Ostenso itaque, quod respectu primæ hujus possessionis *del Ragazzo* = citra dubium heres continuaverit in sua exactione, & respective possessione, opus profecto non esset discurrere de aliis possessionibus, quia sive in toto, sive in parte remansisset heres in eadem perceptione fructuũ vigebant omnia supradicta, sed hoc ipsum evidens reddebatur etiã quoad alteram possessionem compellatam *di Ronciglione*, postea etenim quã heres solidaverat = *per la rata di S. Cristofaro* = anno 1695. computa cum Hieronymo Cerba Affictuario *in dicto Summario, sive Folio Partitarum litt. B. n. 10.* Cum aliis successive partitis exigentibus omne creditum totius ejusdem anni 1695., sub quo subsequuta fuit immissio Creditorum, quonammodo citra manifestationem continuationis in Possessione poterat idem heres, sive ejus de more Minister solidare de anno 1697. eamdem ratam Sancti Christophori = *dell' anno 1696. d. Summ. litt. B. n. 19.* ibi = *per saldo della rata di San Cristoforo 1696.* facta enim semel solidatione totius prædicti anni 1695., utique si usque ad illud tempus affictus non durasset, non supervenisset alia solidatio de anno 1696.,

31 una etenim solidatio pro uno anno, non est eadem solidatio pro altero anno prorsus distincto, & specificato, per ea, quæ in proposito advertunt *Paris. in cons. 42. nu. 9. lib. 3. Surd. cons. 200. nu. 16., Menoch. cons. 677. n. 4.* cum concordantibus relatis *in dec. 373. n. 17., & 18. cor. Bich.*

Fortius quia, & in ordine ad hanc possessionem *del Ronciglione* coincidebant adamussim ea, quæ dicta fuerant circa alteram *del Ragazzo*, dum sub anno 1697. sub die 23. Maji idem Affictuarius Cerba solvit = *a conto del suo debito, che tiene con li Nobili Uomini Bembi, Querrini, e Barberini, dicto Summ. litt. B. n. 23.*, signum evidens, quod neque heres ceciderat a tota possessione, seu perceptione,

& maxime quia sub numeris subsequentibus nempe 24. & 25. de eodem anno 1697. aderant aliæ exactiones perceptæ, seu factæ ab eodem Cerba Affictuario hujus possessionis *di Ronciglione* expresse cantantes non jam in confuso, & promiscue cum Creditoribus, sed positive, & litteraliter = *per le possessioni de' Signori Barberini*, sive = *di ragione de' Prencipi Barberini*. Cumque hæc folia, hæ partitæ *Dominis* exhibitæ exstitissent, & productæ pro parre heredis, utique in vim ejusdē pro-
32 ductionis constituebant contra eumdē probationem incontrovertibilem *Rota dec.* 482. *nu.* 4. *par.* 13. *dec.* 520. *nu.* 19. *par.* 14. & *dec.* 125. *n.* 18. *par.* 15. *rec.*

Augebaturq; ostensio omnium supradictorum, decernendo quoque ad tertiam possessionem nuncupatam *del Cantone* pariter in conductione detentam ab alio Cerba, in partitis siquidem quoad hanc tertiam possessionem contentis in eodem Restrictu Partitarum, seu *Summario* ad Partes distributo *lit. C. n.* 3., sub die 1. *Maji* 1695. apparebat facta solidatio = *per resto, e saldo della rata di Pasqua*, & nihilominus cō inuarunt solutiones per totum annum 1696, prout *sub n.* 7. quodque plus est, reincidebant quoad affictum hujus tertiæ Possessionis usq; pro ann. 1697., 1700., 1701., 1703., 1704., 1705., & 1706., 1707., 1708., 1709., solutiones exactæ tam iisdem promiscuis nominibus Barberini, Bembi, & Querrini, quam præcisivis pro Julianis, tamquam Cessionariis = *del Signor Prencipe Barberini*, unde plusquam palmare erat quod sive directe, sive indirecte, usque ad ultimum heres continuaverit in perceptione fructuum Tenutæ saltem in considerabili parte, ex eisdē adamussim rationibus, & fundamentis frustra hic repetendis, tamquam sufficienter supra expositis *a* §. *Hæc*
33 *Jussicissent cum pluribus seqq.*, recurrente axomiate, de quo *Text. in l. cum Pater* 79. §. *Dulcissimis ff. de l.* 2. *Altograd. conf.*, 97. *n.* 1., *et seq. lib.* 2. *Cancer. var. par.* 1. *cap.* 8. *n.* 13. *et seqq.*, *Barbos. axiom.* 197. *n.* 3. *et seq. Card. de Luc. de feud. disc.* 77. *n.* 4. *et disc.* 105. *n.* 5., *Rota Bonon. dec.* 71. *n.* 51. *et seqq.*, *Rot. cor. Bich. dec.* 123. *nu.* 12. *et cor. Coccin. dec.* 2100. *num.* 8. *et seqq.*, *et decis.* 2122. *n.* 15. *et seqq.* cum aliis abunde relatis *in dec.* 646. *n.* 28. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Restabat pro finali coronamento illud, quod etiam fuit egregie observatum, atque deductum in præcedenti *decisione* R. P. D. *mei Falconerii sub.* §. *Illudque penultimo*, ubi demonstratur, quod usque de anno 1701. tamquam perceptor fructuum Bonorum Quinti saltem, ut diximus, in parte considerabili supradictus heres nempe Bajolivus Taddeus Barberinus ordinem direxit toties nominato Ministro solvendi annua scut. 100. nobili Viro Petro Bembo = *de' denari, che si ritrarranno de' frutti de' Beni di Quinto* = cum successivo implemento ejusdem ordinis etiam sequuto post obitum ipsius Bajulivi, facto transitu hujusce Juris hereditarii in hodiernum Eminentissimum Barberinum respectu annorum 1705., & 1706. unde ex his omnibus reddebatur injustissima, ac penitus nulla prænominata exsequutio ex rationibus adductis *in d. dec.* R. P. D. *mei Falconerii*, & ex allegata inibi *dec.* 61. *n.* 14. *et seqq. post Modern. Ascul. ad Stat. Urbis*. Et ita utraq; &c.

Bononien. Fideicomm. de Beninis.

Veneris 8. *Maji* 1711.

ARGUMENTUM.

Femina nusquam admittitur ad successionem, sive, vel active ad capessendam possessionem, vel passive ad impediendum substitutum, quoties solum virilis sexus in tota efformatione, & progressione lineæ noscitur invitatus, & quando vocati apparent masculi masculorum, pluribusque vicibus repetita qualitas masculinitatis. Feminæ an, & quando per posterius post defectum scilicet masculorum succedere possint, docte, ac magistraliter declaratur hæc regula, & afferuntur triplices casus in quibus illam procedere asseritur. Descriptio si non sit integra sicuti etiam inventarium solemne, si istud patiter non sit integrum est nullum, & irritum. Divisio ex intervallo facta inter heredes supplere nequit vices Inventarii.

SUMMARIUM.

1. *Sac. Rot. rescribere solet* = Constare de duabus = *quando binæ præcedentes sententiæ sunt validæ, & justæ*.
2. *Præsertim in terminis Statuti Urbis disponentis, binas sententias sortiri debere vim trium*.
3. *Successio fideicommissaria defertur ultimo substituto defectis lineis, vel purificatis conditionibus intermedie, seu præcedenter appositis*.
4. *Femina, ejusque descendentes, an valeant comprehendi sub vocatione masculorum descendentium per lineam, seu de linea, vel ex linea simpliciter masculina, &* nu. seqq. declaratur.
5. *Femina nusquam admittitur vel active ad capessendam possessionem, vel passive ad impediendum substitutum, quoties solum virilis sexus in tota efformatione, & progressione lineæ noscitur invitatus*.
6. *Idque procedit etiam quando Testator dixerit*

rit per lineam rectam masculinam absque adjuncto masculorum.
7. *Item ubi dictum fuerit masculi ex masculis.*
8. *Et de ratione omnium praecedentium Conclusionum.*
9. *Femina est finis lineae masculinae masculorum, & caput femininae.*
10. *Femina veluti destituta qualitate masculina exclusa remanet, si fuerit pluries a Testatore repetita qualitas masculinitatis absque ullo addito voto agnationis.*
11. *Femina semper censentur exclusa, si in testamento fuerit contemplata agnatio.*
12. *Pro feminarum inclusione sat non est quod Testator post defectum masculorum vocaverit ejus filiam feminam cognitam, & immediatam, & quare.*
13. *Discretiva adhibita per Testatorem quoad ordinem succedendi multum operatur ad arguendam illius voluntatem.*
14. *Vocatus is non praesumitur, qui a Testatore non fuit gravatus.*
15. *Feminae veniunt per posterius data etiam agnationis contemplatione, & de ratione* num. seqq.
16. *Qualitas sanguinis, & agnationis perdurare dicitur etiam in femina a masculo agnato descendente earum vita ad minus durante. Hac tamen regula,* de qua n. 5. *in quibus casibus procedat vide* nu. seqq. 17. 18. 19. & 20. & 21.
20. *Feminae etiam per posterius excluduntur, si pro conservanda agnatione deventum fuerit ad plures gradus substitutionum, & fuerit prohibita alienatio.*
21. *Feminarum exclusio arguitur, si Testator deficientibus masculis, feminas penitus neglexerit, & vocaverit masculos simpliciter naturales.*
22. *Detractiones consumptae censentur, si concurrant omissio Inventarii, & praestantes alienationes.*
23. *Simplex descriptio est nulla, & irrita, si in ea descripta non reperiantur integre mobilia.*
24. *Item si non fuerint descripta cetera mobilia aliarum domorum, quae constabat adfuisse in patrimonio fideicommittentis.*
25. *Item si adnotata non reperiantur pecuniae Testatoris, praesertim si idem Testator fuerit dives. Improbabile est, considerabiles pecunias non fuisse repertas in hereditate alicujus Negociatoris, & Locupletis.*
26. *Quae procedunt etiam in solemni Inventario.*
27. *Divisio facta inter heredes triennio post obitum Testatoris vices Inventarii supplere nequit.*
28. *Detractiones turbidae, & illiquidae retardare nequeunt immissionem substituto.*
29. *Dos vigore Auth. Res quae detrahenda est ex fideicommissis ascendentalibus.*
30. *In praefixione Dotis Judex debet inspicere solitum familiarum, atque exempla domestica.*
31. *Bona fideicommissaria tangi nequeunt pro dote, vel alimonia, nisi in subsidium, & in defectum sufficientium bonorum liberorum.*
32. *Quod procedit non obstante, quod Testator in genere permiserit, seu mandaverit, Feminas dotari.*

DECIS. DXXXIII.

Agnationis conservationi nimium procumbens Joannes de Beninis mediante sæpius expressa, & repetita, ut inferius, qualitate masculina ex masculis, in designatis sibi futuris Successoribus, ansam præbuit Nicolao, ceteroquin extraneo, sed litteraliter postea substituto avocandi bona Testatoris a Sulpitia Sorore Hectoris Junioris in quarto descensivo gradu ab eodem Testatore exsistentis, ac novissimi possessoris, & de facto voti compos effectus geminas Sententias immissivas reportavit, primam *Coram Audit. Generali Legationis Bononiæ*, & secundam in Curia nostra coram A. C., quæ cum visæ fuerint plena Justitia fulciri, confirmationem idciro apud *Dominos* sibi etiam in hodierna promeruerunt Audientia, prævio idcirco rescripto *Constare de duabus*, immutata de cetero dumtaxat formula, & sensu præcedentium Sententiarum in ordine ad extrinsecam provisionem varie captam ab unoquoque Judicato erga Sulpitiam.

Respectu etenim Immissionis, cum Statutum Civitatis Bononiæ ad instar alterius Urbis in *rubric. de appellat. §. Praeterea*, disponat, binas Sentenrias sortiri debere vim trium, utique posita prædictarum duarum Sententiarum tribuentium eamdem immissionem validitate, & justitia, alio nequaquam modo poterat eas canonizando responderi, quam *Constare de duabus*, juxta ea, quæ passim in similibus alias practicavit Rota, ut in terminis Statuti Bononiæ, *Rota dec. 903. num. 8. cor. Durano dec. 226. num. 1. par. 19. rec. & in Bononien. manutentionis 20. Junii 1696. §. primo in fin. cor. R. P. D. dell' Olmo cum aliis in Bononien. Transactionis 10. Decembris 1696. cor. me dec. 2. num. pr. inter noviter Romæ impress.*, & in proposito alterius Urbis *in c. 180. advertit Fenzon. n. 56. Constant. ad Statut. Urb. annot. 6. artic. 2. num. 159. Rota dec. 370. num. 2. par. 1. rec. & dec. 21. §. Sola igitur cor. me, & in Romana, seu Sabinen. Manutentionis 20. Martii 1699.*

1699. pariter cor. me, quæ est dec. 81. *num.* 3. *inter noviter impress. in Urbe, & in Romana Fideicom.* 11. *Aprilis* 1707. *pariter cor. me.*

De validitate quippe quæstio non erat, & circa Justitiam, illa statim enituit ex simplici lectura Testamenti conditi per Joannem, ut supra Seniorem de Beninis, qui conscribendo heredes Jacobum, & Alphonsum ejus filios, ab initio naturales, sed successive legitimatos, eosdemque reciproce substituendo deinceps sub eadem reciproca substitutione vocaverat utriusque *lineam masculinam masculorum* quibus *lineis masculinis masculorum defectis in casu superviventiæ, vitaque solum durante* invitaverat Helenam ejusdem Testatoris filiam, progressive vero illius filios, atque descendentes, injuncto ordine Primogenituræ, & respective onere assumendi cognomen Familiæ Testantis, cumque demum in defectu *quoq; lineæ masculina masculorum* ab eadem Helena provenientium, postremo substituerit Marsilium de Joannettis, illiusque filios, & descendentes in perpetuum sub eodem vinculo assumptionis memoratæ Familiæ de Benninis, certe data intermedia exspiratione hujusmodi triū linearum masculinarum masculorum Superstite Nicolao filio Marsilii novissime vocati, ad ejus indubitanter favorem purificata dici merebatur hæc fideicōmissaria successio, quemadmodum semper

3 accidit defectis lineis, vel personis, seu purificatis conditionibus, intermedie, seu precedenter appositis, ad tradita frequenter in hac materia per *Mans. consult.* 709. *sub nu.* 14. *Rot. cor. Coccin. decis.* 879. *in princip. et cor. Cerro dec.* 630. *n.* 1. *& in Avenionen. fideicommissi* 22. *Aprilis* 1678. *dec.* 198. *num.* 1. *par.* 19. *rec. & in Avenionen. Primogenituræ* 10. *Januarii* 1701. §. *Evidens cor. clar. me. Cardinali Caprara*, cum aliis adductis in *Romana, seu Sabinen. Fideicomm.* 5. *Maji* 1706. §. *Deveniendo cor. me.*

Neque ullum impedimentum præfatæ purificationi conditionis præbere ullatenus valebat Sulpitia Hectoris, ut præmisimus, ultimi possessoris soror, pariterque descendens a Testatore, cum ea, tamquam femina minime comprehensa dici posset, vel in parte dispositiva, vel in parte conditionali præfatæ testamentariæ ordinationis. Fideicomittens enim in parte dispositiva *vocavit lineam masculinam masculorum*; eumdemque modum semper repetiit in partibus conditionalibus, quamvis etenim etiam ubi, vel in conditione positi, vel dispositive vocati

4 legerentur masculi descendentes per lineam, seu de linea, vel ex linea simpliciter masculina, in suis casibus ambigi posset, an femina, vel ejus possibiles futuri descendentes, præsertim masculi, dici valerent contenri sub hisce appellationibus, per ea (quæ respectu feminæ descendentis etiam ab ultimo masculo nedum transversali, prout hic, disceptata noscuntur penes *Alex. in l. si dotali n.* 5. *ff. solut. matrim.*, *Peregrin. cons.* 42. *num.* 10. *lib.* 5., *Andreol. contr.* 218. *n.* 13. *Fusar. de substit. quæst.* 385. *n.* 12. *& quæst.* 402. *n.* 27., *Rota dec.* 1216. *cor. Seraph. dec.* 126. *cor. Duran. dec.* 172. *n.* 1. *cor. Royas dec.* 112. *nu.* 7. *cor. Bich., & magis ad rem dec.* 1. *n.* 56. *par.* 10. *dec.* 392. *nu.* 13. *par.* 14. *rec. & melius dec.* 475. *n.* 2. 9. *&* 10. *par.* 19. *tom.* 2. *rec. dec.* 482. *eadem par.* 19., *Bononien. Fideicommissi de Ursis* 26. *Martii* 1708. §. *Verum hoc cor. Rmo Molines, &* 10. *Maij* 1709. §. *Quibus ita cor. R. P. D. meo Aldrovando, & in Ravennaten. fideic. Julii Camilli de Abiosis* 7. *Aprilis* 1710. §. *Testatorem, &* §. *Conflito cum seqq. cor. R. P. D. meo Crispo*, & in ordine ad Filios descendentes masculos ipsarum feminarū pariter apparent conflictatæ inter Scribentes, & signanter per *Giovagn. consil.* 7. *n.* 41. *lib.* 1., *Peregr. consil.* 11. *n.* 15. *sub vers. pro solutione lib.* 2., *Andreol. contr.* 25. *n.* 7. cum aliis abunde cumulatis per *Rodulphin. allegat.* 111. *fere per tot.*, *Rota dec.* 66. *cor. Merlin. dec.* 493. *fere per tot. & signanter n.* 8. *cor. Biebio*, *ibique concordantes ad satietatem.*

Profecto, quoties palam, ut in præsenti Testator futuros heredes sibi esse voluit lineas masculinas masculorum Jacobi, & Alphonsi priorum Institutorum, & alterutra linea masculina masculorum deficiente, alteram respective, & denique linea masculina masculorum Helenæ ultimo loco substitutæ cessante, sese convertit ad filios Marsilii, qualis erat Nicolaus, profecto inquam nulla femina descendens a masculis, sive institutis, sive substitutis capax reddebatur succedendi, vel impediendi successionem ulteriori expresso substituto, cum nemo dubitet, quod ubi solum virilis sexus in tota efformatione, & progressione lineæ noscitur invitatus, femina nusquam admittitur, vel active ad capessendam possessionem, vel passive ad impediendum substitutum, & hoc locum sibi

5 semper usurpat, sive id explicite, sive conjecturaliter eliciatur, Teste *Tondut. quæst. civil.* 183. *n.* 9. *ad medium, Rota cor. Arguell. dec.* 65. *n.* 8. *dec.* 95. *n.* 4. *&* 6. *par.* 11. *dec.* 34. *nu.* 1. *& seqq. par.* 12. *dec.* 278. *nu.* 16. *p.* 18. cum aliis abunde congestis *in Ravennaten. fideicomm. Julii Camilli de Abiosis* 1. *Julii* 1707. §. *finali*, *& confirmatoria* 16.

Janua-

Januarii 1708. §. *Quatenus autem coram R. P. D. meo Lancetta, & in Romana, seu Sabinen. Fideicommissi* 3. *Februarii* 1708. §. *Respectu cum seqq. cor. me, & optime in Aquilana Beneficii* 2. *Junii* 1708. §. *Neque cum seqq. cor. R. P. D. meo Scotto*, & in fortioribus
6 quando Testator simpliciter dixerit per lineam rectam masculinam absq; illo adjuncto *masculorū* nuper explicata ratione, decisum fuit *in Faventina Jurispatr.* 12. *Maji* 1710. §. *Quotiescumque cor. me*, *& in ejus confir-*
7 *matoria* 12. *Junii* 1711. §. *Quoniam in fine pariter cor. me*, & certitudinarie pariter in fortioribus, ubi dictum fuerit masculi ex masculis, habetur apud *Rodulph. alleg.* 174. *n.* 20. *in dec.* 17. *n.* 12. *dec.* 18. *nu.* 7. *vers. sicut igitur*, *& dec.* 29. *n.* 9. *ad ornat. Card. de Luc. super materia de fideicomm.*, *& in Bononien. fideicomm. de Roffenis* 4. *Junii* 1708. §. *Deveniendo*, *&* §. *Voltam vero cor. Rmo Omanna Episcopo Giennen.* cum aliis abunde cumulatis pariter in durioribus circumstantiis *in illa Perusina fideicomm.* 3. *Junii labentis anni fere per tot. cor. R. P. D. meo Falconerio edita pendente extensione hujus Decis.*

Et ratio est plusquam manifesta. Quomodo
8 enim ulla femina dispositive potest comprehendi sub linea masculina masculorum, vel conditionaliter sub eadem nuncupatione ad impediendum substitutum includi, si femina est tamquam gutta nigra in linea al-
9 ba intersecativa, & interruptiva lineæ masculinæ, sive est finis lineæ masculinæ masculorum, & principiū feminæ, prout appositε considerant *Fusar. cons.* 14. *n.* 19. 20. *& cons.* 192. *n.* 29. *Mell. observat.* 195. *nu.* 9. *Menoch. in cons.* 326. *n.* 83. *Surd. cons.* 445. *n.* 17. *Rodulphin. allegat.* 173 *n.* 13., *Card. de Luca de fideicomm. disc.* 27. *n.* 7. *Rot. dec.* 203. *n.* 4. *&* 6. *par.* 2. *dec.* 183. *n.* 13. *par.* 10. *& dec.* 445. *nu.* 10. *par.* 18. *tom.* 2. *rec.* cum aliis quamplurimis congestis *in d. Faventina Jurispatronatus* 12. *Maji* 1710. §. *Evidentius cor. me.*

Validius vero, & citra scrupulum, dum Testator tam anxius fuit hujusce non intersecationis, sive interruptionis lineæ masculinæ ex masculis per aliquam feminā, ut in omnibus sui Testamenti partibus repetierit hanc phrasem *lineam masculinam masculorum*: Unde longe a fortiori congruunt ea, quæ præcisive etiam a rigorosa masculina agnatitia qualitate, prout hic, si fuerit pluries repetita qualitas masculinitatis absque ullo quoque addito agnationis, femina judicata re-
10 mansit exclusa, veluti destituta hujusmodi qualitate masculina, ut patet ex firmatis per *Rotam dec.* 17. *n.* 10. *& dec.* 21. *nu.* 7. penes *Censal. ad Peregr. de fideicomm. dec.* 514. *n.* 17. post med. *vers. prout etiam cor. Gregor. et in rec. dec.* 95. *n.* 11. *par.* 11. *et dec.* 69. *n.* 22. *par.* 17. *et in Interamnen. fideicommissi* 11. *Decembris* 1705. §. *His sic præmissis*, *et* 5. *Julii* 1706. §. *Nam iterum cor. Rmo P. D. meo Molines Decano.*

Quid igitur dicendum, quando Testator non solum sempiterne voluit in sibi succedere debente qualitatem masculinam, sed contextualiter, & unitim agnatitiam, adeout deficiente agnatione quomodocumque naturali perquisiverit, ac demandaverit artificiosam, seu civilem, imponendo gravamen, ut innuimus, tam in substitutione expleta ad favorem Helenæ, ejusque descendentiæ masculorum, quam respectu hujus novissimæ ordinatæ ad commodum Nicolai, data quip-
11 pe contemplatione tam enixa agnationis, feminæ semper censentur exclusæ, ex congestis per *Cravett. cons.* 306. *nu.* 5. *Peregr. cons.* 159. *nu.* 13. *lib.* 5. *Ureeol. consult.* 60. *nn.* 20. *Rota dec.* 507. *n.* 1. *cum seqq. par.* 4. *divers. cor. Duran. dec.* 126. *num.* 32. *coram Buratt. dec.* 454. *num.* 2. *& per tot.*, *& cor. Emer. Jun. dec.* 122. *n.* 23. *cor. Cerro decis.* 910. *num.* 9. *& seqq. dec.* 203. *sub num.* 8. *par.* 2. *& dec.* 126. *sub n.* 3. *par.* 7. *& dec.* 34. *num.* 12. *par.* 8. *rec. dec.* 95. *num.* 16. *par.* 11. *& dec.* 27. *num.* 7. *par.* 18., *& in Ariminen. fideicom.* 3. *Martii* 1692. *cor. Hervavult impress. Calderon. resol. forens. post resol.* 45., *& in Romana fideicom. de Alborghettis* 1699. *cor. bo. me. Pio impress. apud d. Calderon. post resolut.* 63.

Quin per umbram refragaretur, quod Testator videretur non adeo abhorruisse feminas, dum substituit Helenam, illiusque filios, & descendentes, non tantum, quia dispar omnino parebat in promptu ratio inter Helenam, & Sulpitiam, ex quo Helena erat filia cognita, & immediata Testatoris, ad quam proinde, cunctis masculis defe-
12 ctis, regredi facile, & naturaliter potuit, si tantummodo eam excluserat a principio intuitu eorumdem masculorum, quod non sic erat in Sulpitia penitus incognita, & minus idcirco dilecta eidem Testatori, ut adamussim sub hac ponderatione decisum fuit *in dicta Faventina Jurispatr.* 12. *Maji* 1710. §. *Nibilominus*, *& in illius confirmatoria* 12. *Junii* 1711. §. *Siquidem pariter cor. me.*

Verumetiam, quia potius hujusmodi ex diametro retorquebatur argumentum, inspecto quod in rei veritate, neque ipsam Helenam filiam propriam immediatam Testator absolute substituerat, sed *vita solum durante*, & sic per speciem meræ fruitionis ususfructus tem-

temporalis, proindeque talis, alias rationabilis admisso Helenæ trahi non poterat ad pleniorem effectum in Sulpitia longe remotiori, & ignota. Quinimmo, si quoties Fideicommittens censuit feminas habilitare ad sibi quomodolibet succedendum in suis bonis, hoc scivit litteraliter exprimere, quodque plus est, aperte providit, ut civiliter saltem in eisdem Helenæ descendentibus perduraret, sive renovaretur Agnatio: Signum eliciebatur manifestum, quod, hoc non exprimendo, noluerat in femina non nota, & solum remote descendente a suis ulterioribus descendentibus, addito, quod in casu per discursum suppositio admissionis Sulpitiæ, ut hodie prætendebatur, ecce quod ejus descendentes remansissent liberi Successores, & sine ullo gravamine assum-
13 ptionis familiæ de Beninis, quod est imperceptibile, ut præter regulam generalem discretive, de qua tamen in proposito *Rot. in dec. 47. num. 31. & dec. 100. n. 51. cor. me inter noviter Romæ impress. tom. 1. & in Romana Fideicom. de Goris 9. Maji 1701. §. Certa cor. me, & in Bononien. Fideic. de Burzanis 6. Febr. 1708. §. Non obstat. cor. R. P. D. meo Lancetta, & in Bononien. Fideicommissi Herculis de Elefantuccis 27. Februarii 1708. §. Levioris ponderis cor. R. P. D. meo Aldrovando*, non abs re in non dissimili casu talis
14 adamussim gravaminis omissi, resolutum fuit *in Perusina Fideicom. 11. Decemb. 1702. §. Non attento cor. R. P. D. meo Scotto, & in alia Perusina Fideicom. 30. Januarii 1711. cor. R. P. D. meo Crispo*, nec non pariter *in alia Perusina Fideicom. 3. Junii ejusd. anni §. Idcirco cor. R. P. D. meo Falconerio edita pendente extensione bujus Decisionis*.

Hisque demonstratis, superfluum penitus videbatur, alias vel retundere objectiones, vel augere indicia exclusiva feminarum, ipsiusque Sulpitiæ, sed adhuc, quatenus pertinebat ad illas aliquas objectiones, nimirum, quod Statutum Bononiæ feminas post masculos admittat, eique idcirco censeatur Testator sese confirmasse, quodque de Jure
15 etiam data contemplatione agnationis feminæ admittantur saltem per posterius, cum in eisdem feminis a masculo agnato descendentibus perdurare adhuc dicatur; vita ad
16 minus durante, qualitas sanguinis, & agnationis, per ea, quæ tradunt *Card. de Luca de Fideicom. disc. 40. n. 2. Torr. de Primogenit. Ital. par. 2. cap. 25. num. 165., Rot. dec. 90. nu. 2. & seqq. cor. Roxas, & in rec. dec. 462. et dec. 527. per tot. par. 14. dec. 205. nu. 15. par. 16. et dec. 529. num. 20. par. 18. et dec. 410. num. 47. par. 19.* & late exstitit firmatum *in addit. ad dec. 46. in Urbe impress. nu. 28. cor. me*, & in alia quoque *Bononien. Fideicom. de Ursis 10. Maji 1709. §. Purificatio cor. R. P. D. meo Aldrovaudo*.

Agnitum incontinenti fuit, quod iste discursus optime solet procedere, quoties, vel agatur de herede ultimi masculi prætenden-
17 te bonorum libertatem ad exclusionem feminæ descendentis Agnatæ; in his quippe terminis non data contraria voluntate Fideicommittentis prorsus exoptantis qualitatem masculinam in Successoribus, motivum sane agnationis nequaquam sufficit pro exclusione feminarum, quæ quamdiu vivunt, illam conservant, & aliquo modo repræsentant, ut liquet ex adductis supra auctoritatibus; verum hoc sibi locum non usurpat, quando controversia non est super libertate bonorum, sed ex opposito, certum est bona subjecta remanere fideicommisso, & apparet volitus certus substitutus, prout erat hic Nicolaus cum onere, ut præmisimus, assumendi civiliter agnationem; in hac siquidem hypothesi e converso recte Sulpitiæ poterat objectari pro removendo impedimento tam explicatæ voluntatis per eumdem Testatorem, vulgare dictum Joannis Andreæ. *Substitutio de te non loquitur, sed de alio*, ut in simili habetur *in Amerina Fideicommissi 26. Junii 169-. §. Et porro in fine, et 28. Februarii 1698. §. Ex qua sane cor. bo. me. Muto*, & alibi quotidie.

Vel pariter etiam idem discursus forte congrueret, ubi habita quoque consideratione agnationis per fideicommittentem volita si-
18 ve expressa, legerentur saltem vocabula circa successores in una, vel altera parte dispositiva, aut conditionali nominatos, seu indifferenter complexiva masculorum, & feminarum, tunc enim feminæ ceteroquin comprehensæ sub prædicto vocabulo indifferenti, saltem per posterius subingredi valerent, veluti per mox insinuatam reflexionem, & fraternizantem rationem habetur per *Bartol. in l. liberorum in fin. ff. de verb. signific. Port. cons. 15. num. 260., Molin. de primogenitur. lib. 3. cap. 4. num. 6. et seqq., Torr. de majorat. Italiæ par. 1. cap. 38. sub num. 95. et 96. et par. 2. quæst. 54. num. 31. Card. de Luca de fideicomm. disc. 40. num. 2. Rota dec. 667. num. 9. par. 18. rec.* cum aliis congestis in illa *Rom. Cappellaniæ 16. Martii 1708. §. Stabilita cum seq., et fere per tot. et in confirmatoria 3. Junii 1711. §. Profecto, et §. Eoque fortius cor. me edita pendente extensione bujus Decisionis*.

Ast in præsenti Testator nullo modo usurpaverat hujusmodi nuncupationes indifferentes

ex.

ex. gr. *filii*, *liberi*, *descendentes*, cum similibus, sed tenaciter adhibuerat vocabula re-
19 petita, virilem sexum in gradualibus successoribus expresse denotantia, videlicet ultra *lineam masculinam*, quæ forsan ex se ipsa sufficeret, etiam adjectivum *masculorum*, quemadmodum respondendo observarunt *Cravett. cons. 113. num. 2. Paris. consil. 18. num. 37., et cons. 25. num. 1. lib. 4. Gabriell. verb. significat. concl. 6. num. 116. Fusar. de substitut. quæst. 113. num. 10. Peregr. de Fideicom. art. 25. num. 11.*, & consonant deducta per *Rotam in Bononien. Fideicommiss. de Roffenis 4. Junii 1708. §. Illarum cor. R̃mo Omczna Episcopo Giennen.*

Vel tandem præfatus discursus fuisset admissibilis, nisi, (ut etiam copiose animadversum fuit in prędictis *additionibus ad dec. 46. n. 29.*) contrariæ præponderarent circumstantiæ, quas hucusque supra adnotavimus, quibus ulterius pro majori robore, & claritate, aliæ
20 superaccedebant non omnino præcipue junctim contemnendæ, nempe de ingressu ad plures gradus substitutionum de prohibitione alienationis, & detractionum, semper retenta ratione conservandæ agnationis, deque bis injuncta renovatione familiæ artificialis, quæ utique omnes satis abunde de per se suadere facile possent, vere proprie, & rigorose fuisse contemplatam ipsam agnationem, quo casu feminæ excluduntur absolute etiam per posterius, ad tradita per *Peregr. consf. 159. lib. 5. et de fideic. art. 25. num. 625. et seqq. Rota dec. 272. num. 5. et per tot. cor. Buratto dec. 203. n. 10 post med. par. 2. dec. 17. num. 10. post Censal. ad Peregr.*, & melius *in rec. dec. 284. n. 33. et 36. dec. 304. n. 10. et seqq. par. 6. et dec. 422. n. 4. par. 13. dec. 616. n. 6. par. 18. tom. 2. rec. dec. 34. num. 9. post. Torr. de pact.* cum aliis relatis *in addit. ad dec. 46. n. 29. et 30. cor. me*, aliisque quamplurimis *in Romana seu Sabinen. fideic. 3. Februarii 1708. sub §. Respectu siquidem cum seqq. cor. me, et in Romana fideicommissi de Alveris 12. Januarii 1711. §. Nec minus cor. R. P. D. meo Crispo.*

Postremo poterat adjungi ea satis urgens, ac peculiaris consideratio, quod Testator nusquam feminas, excepta temporaliter Helena, nominaverat in eodem Testamento, nisi ad finem solius dotationis, & adeo constans fuisse videbatur in illarum exclusione, seu non admissione ad succedendum, ut deficientibus etiam masculis descendentibus legitimis, feminas penitus neglexerit, &
21 potius convolaverit ad simpliciter naturales, quod sane erat valde demonstrativum, quod solam qualitatem masculinam maluerit in suis successoribus, ut non abs re considerarunt *Venturin. conf. 2. num. 19. Honded. conf. 65. num. 35. et seqq. lib. 1. Spada consf. 342. num. 2. lib. 2. Fusar. conf. 145. n. 24.*, cum aliis adductis concordan. per *Rotam dec. 276. nu. 48. et 49. par. 18. rec.*, & consonant deducta in altera *Bononien. fideicom. de Manzolis cor. me, inter hactenus Romæ noviter impress. dec. 100. n. 30., et in Bononien. fideicom. de Ursis 26. Martii 1708. §. finali cor. R̃mo Molines Decano.*

Hæc quoad priorem rescripti partem *constare de duabus*. Verum quia in prima Sententia de Partibus apparebat reservatus usustructus Sulpitiæ ad mensuram, seu taxam faciendam alimentorum *Summ. Nicolai nu. 3.* & A. C. eidem Sulpitiæ denegando talem usumfructum, de reliquo in illius excambiũ ipsi concesserat retentionem pro residuo dotis Isabellæ ejus matris ascendentis ad lib. 5562. *eodem Summ. num.* 4. in hodierna autem Rotali digladiatione eadem Sulpitia parum contenta hujusmodi provisionum, longum refricabat Catalogum plurium detractionum transgrediendo cancellos etiam Peritiæ in hac causa efformatæ, *Domini* rimantes, nedum illarum turbiditatem, sed etiam consumptionem memoratæ priori parti rescripti adjecerunt = *Et quoad detractiones, illas non deberi, excepta dote in libris 18. mil. exeomputatis tamen bonis liberis per Sulpitiam possessis.*

Atque equidem visum fuit, nullas detractiones posse deberi, & propterea nedum frustratoriam esse redargutionem præfatæ Peritiæ, sed neque etiam sussistere prætensum excomputum, vel additamentum quarumdam alienationum, quæ eadem Sulpitia efflagitabat, ex quo, cum in præcedentibus successoribus, sive heredibus gravatis deesset beneficium inventarii, cujus clypeo firmari valuisset integer, & sincerus status hereditarius fideicommittentis pro defalcandis deinceps opportunis detractionibus, & secura informatione crediti, & debiti, insimulque concurrerent nimium ingentes alienationes ferme incontroversæ in summa circiter lib. 45. mil. vane ad præpediendam immissionem ut supra competentem Nicolao opponebatur præsidium ullius crediti in bonis fideicommissariis, sive ullarum detractionum, data quippe omissione Inventarii, eaque juncta cum adeo immodicis, & præstantibus alienationibus, facessunt pro-
22 cul dubio, censenturque consumptæ quælibet detractiones, ut citra difficultatem in hoc casu tenuit perpetuo *Rota*, & signanter *in dec. 707. nu. 3. cor. Merlin. et cor. Dunoz. Jun.*

Jan. dec. 645. et cor. Arguelles dec. 48. utrobique num. 1. cum seqq. & dec. 420. num. 11. cor. Priol. & in rec. dec. 93. num. 7. & seqq. & num. 14. par. 8. & dec. 307. num. 5. & 6. par. 19. dec. 21. num. 15. cor. me, & in Reatina fideicom. super detractionibus 14. Decem. 1705. §. Siquidem cor. R.P.D. meo Lancetta, & in Forolivien. fideic. de Torellis 20. Jan. 1706. §. Superest ultima cor. bo. me. Muto, & in altera Bononien. fideicom. 28. Jan. 1707. §. finali cor. Reverendissimo Kaunitz Episcopo Lubacen.

Frustraque informantes pro Sulpitia contendebant per æquipollens mederi deficientiæ prænominati inventarii, per quamdam scilicet descriptionem recensitam in *Summario Sulpitiæ num. 6.* nec non divisionem bonorum Testatoris initam inter filios fideicommittentis *Summario num. 7.* Respectu namq; prædictæ descriptionis, ea ocularirer arctabatur ad mobilia, sed neque etiam continebat cũ ſta mobilia illius domus, de qua cantabat ipsa descriptio, prout neque versabatur circa reliqua mobilia aliarum domorũ, quæ constabat, adfuisse in Patrimonio Fideicommittentis, neque demum quidquam reperiebatur adnotatum in ordine ad pecunias penes Testatorem adinventas, quando tamen improbabile prorsus erat considerabiles pecunias omnino non fuisse repertas in illius hereditate, dum ipse erat negociator, & locuples, secundum ea, quæ pro arguendo etiam defectu, tollendaque efficacia solemnis Inventarii nedum simpliciis descriptionis, prout hic, quotidie observata noscuntur apud Scribentes, ut in ordine ad descriptio-
23 nem non integram mobilium tradiderunt *Posth. resol. 3. nu. 43. in fine, Rota dec. 658. sub num. . . . . vers. Deficit, & seqq. par. 19. tom. 2. rec., & in Bononien. dotis 16. Martii 1703. §. Et quod res, cor. R̃mo Kaunitz Episc. Lubacen.* cum aliis abunde cumulatis *in Romana Cambii 19. Januarii 1705. §. Secundo resultat defectuositas cor. bo. me. Muto, & in Romana Pecuniaria 27. Junii 1708. §. Sed non, vers. Et de omissa cor. R.P.D. meo Scotto,*
24 & quo ad registrationem mobilium unius duntaxat domus, seu Palatii prosequuntur relati in illa *Romana Prælaturæ de Vecchiarellis, cor. me inter noviter Romæ impressas dec. 21. n. 20.*, & magis precise in illa *Romana, seu Florentina Census 18. Junii 1708. §. Verum cum seqq.* signanter *§. Ita se habebat, & 19. Junii 1711. §. Firmata, & §. Ceterum pariter, cor. me edita pendente extensione hujus Decisionis*, & denique in proposito alias præ-
25 sumibilis pecuniæ, & tamen deficientis in Inventario, affirmarunt adducti per *Rotam dec. 489. num. 29. par. 18., & in Romana Pecuniaria 7. Martii 1701. §. Tertio concurrit, cor. bo. me. Muto, & in Romana hereditatis 1704. §. Probata, cor. R.P.D. meo Priolo, in Romana Cambii 19. Januarii 1705. §. Secundo resultat, cor. eod., & in præfata Romana, seu Florentina Census 19. Junii 1711. §. Hinc inutilem cor. me.*

Infracta, & manca, seu defectuosa apparente prædicta simplici descriptione, ceteris de reliquo destituta solemnitatibus, ut in dicto *Summario num. 6.* perperam iidem informantes convolabant ad memoratam divisionem, eo enim ipso, quod per tot capita in eadem separata descriptione aderat defectus circa mobilia, nequibat ullum congruum effectum operari etiam subsequuta divisio præfata, dum ea concernebat tantummodo stabilia dicto *Summario num. 7.*, itaut certum de per se existeret in eisdem quoque terminis publici solemnis inventarii, quod etiam, posita fideli dinumeratione stabilium, si prætermissa, vel minus fideliter recensira noscantur mobilia, semoventia, fructus pecuniæ cum similibus, ipsumet solemne in-
26 ventarium minime attendatur, tamquam carens illis requisitis præscriptis *ab Justiniano* introductore prædicti beneficii Inventarii, ut præter sanctionem *Text. ejusd. Justiniani in l. fin. C. de Jur. deliber., & in §. Hine nos Auth. de hered., & falcid.* sæpissime firmatum fuit *per Rotam dec. 473. num. 2. & seqq. cor. Ludovis. dec. 479. num. 4., & dec. 480. n. 10. cor. Cerro, dec. 430. n. 7. cor. Priolo dec. 16. n. 27. cor. Ubag. dec. 277 sub n. 8. cor. Royas dec. 877. sub n. 9. cor. Emer. Jun. & in rec. dec. 149. n. 27. & 28. p. 9. dec. 76. n. 20. & 21. par. 17. dec. 613. num. 33. par. 18. & in Bononien. Immissionis 6. Martii 1702. §. Prædicta cor. R. P. D. Scotto, & in Romana Pecuniaria 6. Maji 1707. §. Et demum cor. eod.*

Eoque clarius, tum quia nec eadem divisio stabilium erat in se plena, & universalis, tum etiam quia inita effulgebat triennio post mortem Testatoris, qua sola circumstantia
27 perspecta, ipsum Inventarium nusquam dicitur suppletum per hasce serotinas divisiones, ex collectis *in illa Romana Pecuniaria, seu locorum montium 11. Junii 1706. §. 31., & 3. Junii 1707. §. Ex facto cor. R̃mo Molines Decano, aliisque pene innumeris cumulatis in Camerinen. Fideic. 15. Junii 1708. §. Neutra enim cor. R. P. D. meo Aldrovando, & in Romana, seu Albanen. Salviani 7. Maji ejusd. anni §. Etenim cor. R. P. D. meo Caffarello* quicquid esset (recte quidem) in contrarium postea *decisum* ex valde particularibus circumstantiis in præfata *Camerinen. Fi-*

deicom-

deicommissi 20. *Januarii* 1710. *cor. prælaudato R. P. D. meo Aldrovando*.

Cæterum, quando etiam ex præmissis ambigi quoquo modo valuisset de totali, atque perfecta consumptione præfatarum detractionum, adeout in aliqua parte vigere potuissent partitæ impinguativæ, vel respective diminutivæ status hereditarii fideicommittentis allatæ per supradictos Informantes pro Sulpitia, innegabile tamen semper extitisset, quod eædem detractiones, saltem ex præfatis demonstrationibus, & funda-
28 mentis effectæ evasissent in omnem casum turbidæ, & illiquidæ, ac propterea semper inefficaces ad retardandam immissionem Nicolao, sicuti millies dictum fuit, & præcipue in *dec*. 558. *num*. 32. *cor. Dunoz. Jun. dec*. 1124. *num. finali cor. Emerix Jun. & in rec. dec*. 121. *num*. 6. *par*. 11. *dec*. 213. *n*. 32. *par*. 12., *& in Maceraten. Fideicom*. 6. *Maji* 1709. §. *Nihilominus cor. me*, *& in Romana Fideicom. ejusd. diei*, *& anni* §. *Et alteram pariter cor. me*, *& in Nullius*, *seu Terræ Pontiani Immissionis* 26. *Junii ejusd. anni* §. *finali similiter cor. Me*, *& in prædicta Camerinen. Fideicomm*. 15. *Junii* 1708. §. *finali cor. R. P. D. meo Aldrovando*.

Non approbarunt e converso *Domini*, provisiones in præcedentibus Judicatis captas favore Sulpitiæ quoad usumfructum, vel prædictum residuum dotis Isabellæ, consuluere tamen ejus indemnitati per illam particulam *Excepta Dote*, cum etenim sequuta immissione, remansisset Sulpitia penitus indotata, congruum utique, & par erat, ut *Sacrum Tribunal* dotem ei designaret, non tantum, quia hoc erat ad litteram, & sensum dispositionis exaratæ per Joannem Fideicommittentem in suo Testamento circa finem ibi = *Cum declaratione tamen quod dicti DD. Jacobus*, *& Alphonsus*, *& eorum Filii*, *& Descendentes*, inter quos erat Joannes Jun. Sulpitiæ Pater, *possint filias*, *& descendentes eorum dotare de bonis ipsius Testatoris congruenter*, *& arbitrio boni viri*. Judice in hac parte supplente paternum officium. Ast etiam, quia præcisive ab insinua-
29 rione ejusdem Fideicommittentis idipsum de Juris censura cautum legitur favore Descendentium in fideicommissis ascendentalium per celebrem *Auth. res quæ C. com. de legat*., *de qua præ ceteris in Romana Fideicom. de Goggis* 4. *Februarii* 1699. *cor. bon. me. Pio impress. apud Palm. dec. Lucens*. 294., *& in Romana pecuniaria* 28. *Junii* 1702., *&* 27. *Januarii* 1703. *cor. me*, *& in Faventina Fideic*. 16. *Jan*. 1708. *cor. R̃mo Omanna Episc. Gienuen*., *& alibi passim*.

Congruitatem vero, sive congruam quantitatem hujusce Dotis Domini constituerunt in libris 18. mil. ita juridice, & æquitative censentes ex illo arbitrio, quod ultra ipsam legem id præscribentem, mandaverat quoque adhiberi Testator, ita namque suadebant ceteræ circumstantiæ solitæ considerari in hac materia, sed præcisius, quia
30 totidem habuisse apparebat in dotem Isabella Sulpitiæ mater, solitum quippe familiarum, ac exempla domestica activa, & passiva admodum Judicis religionem perstringunt in præfigenda, sive constituenda dote, teste *Card. de Luca de dot. disc*. 144. *num*. 9. *& seqq*., *Boss. eod. tract. cap*. 13. *n*. 27. *Rota cor. Cerro dec*. 932. *num*. 19. *vers. tum quoq*; *cor. Zaratt*., *dec*. 24. *num*. 8. *& dec*. 83. *sub num*. 18. *vers. Tertio ex consuetudine*, *et dec*. 1034. *num*. 2. *&* 3. *cor. Emer. Jun. & in rec. dec*. 48. *num*. 12. *par*. 12. *dec*. 376. *n*. 3. *p*. 15. *et in Romana Taxationis congruæ dotis* 15. *Aprilis* 1695. §. *Plures autem cor. R̃mo Molines Decano*, *et in Romana dotis* 1699. *coram Me inter noviter Romæ impress. dec*. 94. *n*. 12. *et num*. 23.

Adauctum denique merito, ut supra, per *Dominos* fuit, *excomputatis tamen bonis liberis possessis per Sulpitiam*; quoniam Partes circa hoc acriter dimicabant, utrum scilicet Sulpitia tot detineret bona libera, quæ forent satis ad illius dotem, & cohærenter ad illius sufficientem alimoniam; quamobrem stabilita in hunc modum præmissa quantitate rationabili lib. 18. mil., de plano innegabiliter sequebatur, quod si forte Sulpitia in actu exsequutionis, vel ulterioris liquidationis non haberet tot bona libera penes se, quæ ad prædictam summam conscenderent, tunc de effectibus fideicommissariis sumerentur bona, impletiva ejusdem rationabilis quantitatis, servata etiam in hoc illa ju-
31 ris præfinitione, quæ non permittit, tangi pro dote, vel alimonia bona fideicommissaria, nisi in subsidium, & in defectum sufficientium bonorum liberorum, ex traditis per *Carol. Anton. de Luca ad Franch. dec*. 519. *num*. 3. *dec*. 925. *num*. 9. *cor. Card. Cerro*, *et in rec. dec*. 4'8. *num*. 3. *et dec*. 48. *num*. 6. *et seqq. par*. 12., *et in Romana Dotis* 27. *Maji* 1700. §. *Detractio cor. R. P. D. meo Priolo*, *et in Romana Pecuniaria* 28. *Junii* 1702. §. *Ast superlative cor. Me*, *et in Romana Dotis* 17. *Jun*. 1707. §. *fin. pariter cor. Me*; quod & procedit, non obstante, quod Testator in genere permiserit, seu mandaverit, feminas dotari, cum semper istud intelligatur ad mentem ejusdem Juris, videlicet in merum subsidium, quemadmodum prosequuntur

Fusar. de substit. quæst. 531. *n.* 128. *et seqq. Peregr. de fideicom. art.* 42. *nu.* 76. cum aliis concordantibus abunde cumulatis per *Card. de Luca de dot. disc.* 37. *fere per tot.*, *et disc.* 145. *num.* 66., *Rota dec.* 108. *num.* 9. *coram Card. Celso*, *et in rec. dec.* 77. *num.* 8. *par.* 5. *et dec. nu.* 7. *et seqq. par.* 6. *dec.* 125. *par.* 10. *et dec.* 331. *num.* 8. *et seqq. et dec.* 390. *n.* 17. *par.* 17. *recent.*

Et ita utraque &c.

Tridentina Parochialis.

Lunæ 11. *Maji* 1711.

ARGUMENTUM.

Concursus ad Parochiales Ecclesias tam attenta *S. Concilii Trid.* Sanctione, quam notissima Constitutione *S. M. Pii V. la* 33., si intra ab eis præfixum tempus non fiat, subintrat ipso jure expressa reservatio favore S. Sedis. Resignatio, quæ ex causa facienda semper est juxta Constitutionem ejusdem *D. Pii V. la* 58., neque recipi, neque admitti, neque auctorizzari potest ab Ordinario, vel Capitulo, sed privative spectat ad Summum Pontificem Regula de triennali quando non prosit possidenti. Simonia ex quibus arguatur.

SUMMARIUM.

1. *Concursus ad Parochialem juxta præscriptum* Sac. Conc. Trid. *intra quem terminum præfixum a* Constitutione S. M. Pii V. *fieri debeat*, & n. 9.
2. *Ecclesiæ Parochiales ad normam* Sess. 24. cap. 13. de reform. Concil. Trid. *uniri numquam possunt alteri Ecclesiæ*.
3. *Dictaque Conciliaris dispositio est generalis, & implicite quodammodo comprehendit etiam Fabricam alicujus Ecclesiæ*.
4. *Per expressionem specierum quando non censeatur generi derogatum*.
5. *Resignatio inita favore certæ Personæ non potest recipi, & admitti nisi per Summum Pontificem*.
6. *Resignatio juxta* Bullam S. Pii V. la 58. *ex causa semper facienda est*.
7. *Nec potest quilibet Ordinarius, sive Capitulum auctorizzare resignationes directas erga certas Personas*.
8. *Data nullitate resignationis, Beneficium vacans per decessum antiqui possessoris dicitur vacare per obitum, non vero per resignationem*.
9. *In Parochialibus si non fuerit indictus concursus intra tempus per* Sac. Conc., *& a Bulla* Piana *præscriptum, subintrat expressa reservatio favore S. Sedis*.
10. *In Beneficialibus sæpissime admittitur titulorum multiplicatio*.
11. *Possessio vel triennalis, vel minor nusquam prodesse potest intruso*;
12. *Parochia si vacaverit in mensibus S. Sedi reservatis, Papa conferendo illam præsentibus in Curia perquirit examen coram Urbis examinatoribus*.
13. *Vel conferendo absentibus demandat examen in partibus coram Ordinario. Et sine justificatione talis examinis neutiquam præsumi potest alius titulus. Secus tamen est in aliis Beneficiis in quibus pro forma hujusmodi examen vel concursus non requiritur*.
14. *Affertur ratio regulæ præcedentis*.
15. *Præsumi nequit id, quod consistit in facto, vel facti probationem exigit*.
16. *Propria confessio elidi nequit per præsumptiones, & possibilitates, sed exposcit perspicuam contrarii probationem, & justificationem erroris*.
17. *Simonia arguitur ex solutione aliqua facta in assequutione possessionis Beneficii*.
18. *A regula de triennali vitiosus Simoniæ ingressus excipitur*.
19. *Non exprimens, se possidere duo Beneficia incompatibilia reddit gratiam subreptitiam, & incidit in periculum amissionis tractu temporis utriusque Parochialis*.
20. *Corruente supposito, corruit etiam id quod desuper adstrui tentabatur*.
21. *Præsumptioni non est innitendum, quoties adest factum, & probationes concurrunt*.

DECIS. DXXXIV.

CUm supposito, quod Parochialis Ecclesia sub titulo Assumptionis Beatiss. Virginis loci de Thassullo foret legitime unita Capitulo, seu Fabricæ Cathedralis Ecclesiæ Tridentinæ, & idcirco ad idem Capitulum pertineret illius collatio, Gaspar Cova possessor ejusdem Parochialis eam resignavit sub anno 1703. favore alterius Gasparis ejus nepotis in manibus ipsius Capituli, & istud de facto ex hac causa præfatam Parochialem contulit præcitato Resignatario; quando ferme post biennium (defuncto interea resignāte) Nicolaus Antonius Maximilianus Tolotti Summo Pontifici exponens de anno 1708. nullam exstitisse hujusmodi collationem, potiusque ob non factum concursum ad præscriptum *Sac. Conc. Trid.* intra terminum præfixum vigore Sacrosanctæ, & celebris Constitutionis *B. Pii V. la* 33. eamdem
1 Parochialem fore reservatam *S. Sedi*, obtinuit de ipsa per *Sanctissimum* provideri per assuetas litteras Apostolicas, quarum opportuna exsequutione reportata prius ab A. C. hodie quoque *Signatura Justitiæ* rescriben-

te

te cum clausula: *Parito litteris arbitrio*, idipsum assequutus est in *Sac. Auditorio*, mediante rescripto = *Non intrare arbitrium*.

Agnitum quippe fuit recte verificari totum expositum a Nicolao etiam ex multiplici capite, quod enim fuisset nulliter collata (abstractive quoque loquendo) Parochialis hæc per Capitulum, liquido apparebat, ex quo Capitulum se ingesserat in illius collatione sub prætextu, quod prædicta Parochialis extitisset per Ordinarium unita Fabricæ Ecclesiæ, & in consequentiam subjecta Jurisdi-
2 ctioni Capituli; verum huic discursui resistebat censura, & littera expressa *Sacri Concil. Trid. sess. 24. cap. 13. de reform.* prohibentis, Ecclesias Parochiales uniri umquam posse, & quamvis inibi in designatione locorum, sive Universitatum, sive rerum, & quodammodo Personarum saltem Collegiativarum non legatur præcise Fabrica Ecclesiæ dinumerata, nihilominus evidens reddebatur, prohibitionem esse absolutam, & gene-
3 ralem, tum quia verba ejusdem Concilii continuative concludebant *non obstantibus in iis quibuscumque verborum formis, quæ hic pro sufficienter expressis habeantur*, tum etiam, quia per mentionem, sive expressionem spe-
4 cierum, aliorum apparente regulariter non censetur generi derogatum, juxta doctrinam *Bartol. in l. quæsitum 12. §. si quis fundum sub n. 11. & seqq. ff. de fund. instruct. Surd. cons. 352. n. 13. lib. 3. Gratian. discept. 692. n. 50. Mans. consult. 643. n... Rot. cor. Buratt. dec. 366. n. 3. & dec. 1272. n. 8. cor. Emer. Jun.*

Clarius peraugebatur nullitas collationis descendendo etiam ad concretū, quoniam collatio præfatæ Parochialis effulgebat facta ex causa resignationis, quando tamen absoluti Juris est, quod resignatio inita favore certæ
5 personæ non potest recipi, & admitti, nisi per Papam, unde quidquid esset de libera resignatione, ex causa tamen semper facienda
6 ad terminos Bullæ *B. Pii V. la 58.* profecto nec Capitulum, nec quilibet Ordinarius poterat auctorizare consimilem resignationem
7 directam favore certæ personæ, nempe Gasparis Junioris, juxta plene receptam distinctionem, de qua *Garz. de benefic. par. 11. cap. 3. nu. 152. Rebuff. de resign. pur. & tit. de resign. condit. Sarnen. de trien. quæst. 16. Mandos. reg. 19. de infirm. quæst. 16. n. 11. Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 66. n. 7. & in annot, ad Sac. Conc. Trid. disc. 49. num. 4. Rot. dec. 190. n. 4. par. 5. & dec. 102. n. 8. par. 19. recent.*

Ostenso itaque, quod satis, superque fuerat verificata, sive justificata expressio Nicolai circa nulliter expletam collationem, & maxime ex causa prædictæ resignationis ad commodum certæ personæ, subsequebatur pariter omnimoda justificatio alterius etiam expressionis, quod hæc Porochialis foret expresse reservata *S. Sedi*, cum enim data nullitate tam manifesta resignationis, & in se ipsa, & in ordine ad collatorem, beneficium in hoc statu vacans per decessum antiqui Possessoris dicatur vacare per obitum, &
8 non per resignationem, teste *Mandos. in reg. de annal. quæst. 8. Paris. de resign. lib. 12. quæst. 9. nu. 7. cum seqq. & nu. 11. Card. de Luc. de benefic. disc. 22. n. 4. & disc. 34. nu. 2. Rot. cor. Coccin. dec. 358. n. 5. & dec. 830. nu. 12. cor. Buratt. dec. 214. cor. Merlin. & dec. 106. n. 8. & 9. cor. sa. m. Alex. VIII.*

Hinc eo ipso, quod post obitum Gasparis Senioris Rectoris, & Juridicam vacationem Parochialis, non extiterat postea indictus Concursus intra tempus per *Sac. Conc.* & a Bulla *Piana* præscriptum, subintrabat ex-
9 pressa reservatio sancita ad dispositionem *S. Sedis* ab eodem glor. & sa. me. *Pio V.* ut habetur in dicta ejus *Constit. la 33.* de qua idem *Garz. de re benef. par. 9. cap. 2. sub n. 2. vers. Insuper, Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 31. n. 8. Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 5, §. 2. n. 1. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 6. n. 130. Pax Jordan. tom. 2. lucubr. lib. 10. tit. 8. n. 92. Corrad. in prax. benefic. lib. 3. cap. 4. n. 26. in fin.*

Quin pro eversione tot stabilium fundamentorum Gaspari valeret suffragari præsidium allegatæ triennalis possessionis a quo solet emanare etiam possibilitas allegandi alium titulum præter collativum Capituli in vim præfatæ unionis, & resignationis, juxta eam
10 titulorum multiplicationem, quæ passim admittitur in beneficialibus, per ea, quæ unanimiter *ad Text. in cap. post electionem, ubi Abb. nu. 4. de concess. præbend. & in cap. in nostra nu. 2. de rescript. ubi Felin.* affirmant *Calder. in cons. 7. de elect. Card. de Luc. de benef. disc. 39. n. 4. & disc. 79. n. 8. de benef. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 46. num. 9. Mantic. dec. 359. n. 8. Buratt. dec. 686. n. 6. & dec. 926. n. 8. ibique Adden. n. 12. & dec. 317. ex n. 4. cor. Coccino.*

Siquidem in facto minime constabat de hac possessione triennali, cum a die intermediæ provisionis Apostolicæ in personā Nicolai, & respective a die obitus præcedentis ultimi Rectoris vix possessio Gasparis attingeret, aut parum excederet Menses 30., & nihilominus, talis possibilitas, cum talis possessio
11 nusquam queat adjuvare palpabiliter intrusum, ut advertit *Gomes. ad reg. de trien. q. 16. n. 6.*

n. 6. Rebuff. de pacif. possess. n. 52. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 20. n. 89. Rof. de exsequut. litter. par. 1. cap. 17. n. 180. Card. de Luca de ben fic. disc. 91. n. 13. Rot. cor. Bich. dec. 198. n. 34. & cor. Cels. dec. 13. n. 10. & in dec. 264. n. 4. par. 9. dec. 238. nu. 8. par. 12. et dec. 232. n. 8. par. 18. rec.

De intrusione profecto apertissime liquebat ex subscripta materia Ecclesiæ Parochialis, ubi etenim non intrat reservatio ad normam *Regulæ 9. Cancellariæ* in Mensibus *S. Sedi* competentibus (in quibus ipsemet Papa adhuc conferendo præsentibus in Curia hujusmodi Parochiales. prævium perquiritur examen coram Examinatoribus Urbis, vel conferendo absentibus, nihilominus demandat pariter examen in Partibus coram Ordinario) certissimi Juris est, quod semper debet antecedere aut concursus, aut examen formale, unde sine externa justificatione saltem talis examinis formalis, aut respective Concursus, neutiquam præsumi umquam poterat alius titulus collativus, quidquid dicendum foret in aliis beneficiis, in quibus pro forma hujusmodi examen, vel Concursus non requiritur, quemadmodum contradistincte a baliis beneficiis in proposito Parochia-
12 lis tam respectu Papæ tradunt *Paris. de resign. lib. 8. quæst. 7. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 6. n. 126.* ubi refert aliquas *S. C. Concilii* resolutiones *Garz. de benef. par. 9. cap. 2. nu. 153. Barbos. de Paroch. par. 1. cap. 2. n. 25.* cum ceteris abunde relat. *in addit. ad dec. 64. nu. 28. §. Reassumendo inter impress.*
13 *cor. me*, quam aliorum Collatorum *ex Sacro Conc. Trid. sess. 24. cap. 18. de reform. Massobr. in prax. de haben. Concursum ad Parochiales Ecclesias pral. 5. Flamin. de resign. lib. 8. quæst. 9. n. 83. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. n. 102. Zerol. in prax. Episc. verb. Parochia, §. 2. dub. 2. Barbos. de potest. Episcopi allegat. 60. n. 13. et in annot. ad Sac. Concil. dicta sess. 24. cap. 18. n. 2.*

Et ratio erat palpabilis, & manifesta, quoniam dum vel concursus positivus, vel saltem formale examen erat pro hac Parochiali
14 Ecclesia necessarium, ad quid discurrere de possibilitate alterius tituli, quando talis titulus possibilis, non erat per imaginationem ideabilis, & præsumibilis, uti præ-
15 sumi indubitanter nequit quidquid consistit in facto, vel exigit probationem facti, ex collectis *ad Text. in l. Bello. §. Facta ff. de cap., et post lim. reverf., et in l. 1. C. de probat., l. assecuratio 10. C. de non num. pec. per Menoch. de Præsumpt. lib. 5. præsumpt. 14. nu. 1., Barbos. axiomat. 93. nu. 27., Mans. consult. 348. nu. 18.* cum aliis per *Rotam in decis. 302. num. 7., et decis. 366. num. 21. par. 19. rec.*

Fortius vero, quoniam in hodierna propositione *Summ. n. 2.* dabatur ex parte Nicolai positivum Instrumentum, in quo Gaspar biennio post resignationem, & post mortem ultimi Rectoris impugnando quamdam pensionem conventam in collatione cum Capitulo, actu devenit ad transactionem cum eodem Capitulo persolvendo eamdem pensionem, quæ consistebat in Rhenensibus 700. ad favorem prædictæ Fabricæ Cathedralis, unde ad quid pariter divagari super possibili præsumptione alterius tituli, quando Gaspar facto, & pecunia ratificavit titulum suæ habitæ collationis ab eodem Capitulo, ceteroquin ut supra omnino nullæ; hoc etenim actuale factum per necessarium antecedens importabat propriam confessionem Gasparis, quæve numquam elidi poterat per præsumptiones, & possibilitates, tamquam expo-
16 scens omnino perspicuam contrarii probationem, & justificationem erroris, vulgatis juribus, de quibus *Bartol. in l. non fatetur ff. de confes., et in l. si post divisionem 4. C. de jur., et fact. ignor., Mascard. de probation. concl. 378. n. 5., et concl. 636. n. 1., Cyriac. contr. 387. n. 14., Mans. consult. 343. n. 32. Rot. dec. 168. n. 18., et dec. 206. n. 1. par. 12. rec.*

Atque ex his ad exuberantiam ostensis, libenter *Domini* abstinuissent ab ulteriori progressu super allato motivo simoniacæ suspicionis aut labis perpetratæ per Gasparem in ingressu ad hanc Parochialem, sed quando oportuisset ad eumdem vitiosum ingressum respicere pro penitus dimovendo refugio possibilitatis alterius tituli, ad quam tota defensio ejusdem Gasparis reducebatur, non poterant prætermittere, quod pacta inita inter unum Gasparem resignantem, & alterum resignatarium sapere certam videbantur simoniam, dum nullo reservato Summi Pontificis Beneplacito conventum apparebat, quod pensio centum Rhenensium reservaretur ad commodum Resignantis quodque e converso teneretur idē Gaspar Resignatarius solvere sæpius nominatæ Fabricæ ducentum pariter Rhenenses, incipiendo primā solutionem ab adepta possessione Parochialis, quod utique cum immune non sit a labe præfata, juxta
17 unanimiter firmata per Theologos, & Canonistas, & signanter penes *Castrop. Oper. moral par. 3. tract. 17. de Simon disp. 3. punct. 16. n. 3. Bonac. Oper. mor. tom. 1. tit. de Simonia quæst. 4. §. 12., Sanchez. oper. mor. lib. 2. cap. 3. dub. 38. n. 12., Suar. de Relig. tract. 3. lib. 4. cap. 34. nu. 16. Rodriquez in sum. quæst. regul. cap. 65. nu. 6., Ugolin. de Simon.*

Simon. tab. 1. *de sim. general. cap.* 27. §. 1. *nu.* 3. *Covaruv. var. lib.* 2. *cap.* 5, *nu.* 8., *et seqq.*, *Barbos. de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 168. *cum tribus seqq.*, *Fagnan. in cap. nisi essent de Præbend. n.* 18. *et* 19.

Ecce quod inallegabilis erat (quando etiam constitisset adversus ea, quæ supra diximus) amplius quælibet possibilitas subinclusa allegandi alium titulum, dum expresse ab ipsa regula de triennali hujusmodi vitiosus in-
18 gressus excipitur, ibi = *absque simoniaco ingressu*, & concordant *Gomez ad regulam de trienn. quæst.* 12. *num.* 1., *& seqq.*, *& signanter num.* 12., *Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæst.* 20. *n.* 89. *Ros. de exsequut. litt. par.* 1. *cap.* 17. *num.* 180. *Card. de Luc. de Benefic. disc.* 91. *n.* 13. *Rot. cor. Bich. dec.* 198. *n.* 34. *& cor. Cels. dec.* 13. *num.* 10. *& in rec.* 264. *num.* 4. *par.* 9. *& dec.* 238. *num.* 8. *par.* 12., *& dec* 232. *num.* 8. *par.* 18.

Verificatis itaque a primo ad ultimum expositis per Nicolaum Papæ, ideoque gratia ab eo reportata sibi promerente indubitatam exsequutionem ex notoriis, aures *Domini* præbere non potuerunt illis exceptionibus, quæ promovebantur e converso per Gasparem contra Nicolaum, non quidem illi, quod idem Nicolaus minime expressérit sese possi-
19 dere aliud beneficium Parochiale, quoniam si istud substituisset objectum non solum gratia reddita fuisset indubitanter subreptitia, sed incidisset in periculum amissionis tractu temporis utriusque Parochialis, ex disputatis quotidie per Scribentes *in cap. de multa de Præben.*, *ibique Fagnan. n.* 1. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæst.* 29. *num.* 9. *& seqq. Garz. de Benefic. par.* 11. *cap.* 5. *num.* 100., *Card. de Luca de Benefic. disc.* 55. *num.* 20., *Rot. cor. Merlin. dec.* 6. *num.* 11., *Adden. ad Buratt. dec.* 19. *num.* 18., *& dec.* 131. *n.* 8. *&* 9. *par.* 11., *& in Dertusen. Beneficii* 27. *Junii* 1703. §. *Non relevante cor. R.mo Omanna Episcopo Giennen.* cum ceteris late cumulatis *in addit. ad dec.* 86. *num.* 72. *inter impress. cor. Me.*

Ast in sui suppositione tale objectum illico corruebat, ex quo Nicolaus *in Summar. suæ responsionis diei* 23. *Martii hujus anni nu.* 1. statim edocuit, quod de tempore factæ per eum impetrationis amplius non detinebat allegatam Parochialem, ad quam etiam præelectus jam exstiterat alius Parochus, proin-
20 deque corruente hujusmodi supposito mole sua ruebat quoque quidquid desuper adstrui tenebatur ad frequentem regulã *Text. in l. decem ff. de verb. obligat.*, *& l. ejus, qui in Provincia* §. *fin. ff. si cert. pet.*, *& cap. ad dissolvendum de desponsat. impuber.*, de quibus *Rot. in dec.* 132. *num.* 1. *cor. Coccino, & dec.* 982. *num.* 7. *cor. Emerix Jun.*

Minusve alteri exceptioni, quæ in priori digladiatione fortiter opponebatur, sed hactenus magis leviter, defectum nempe Personalium Nicolai; penitus namque *Domini* dignoverunt collabescere quamcumque in hoc proposito hæsitationem, non solum quia sententia, quæ fuerat contra eumdem Nicolaum super prætensis objurgationibus, seu criminibus pronunciata ab Ordinario in gradu appellationis deinceps exstitit revocata per Patriarcham Aquilejen., *Summar. Nicolai num.* 7., sed etiam quia pro asserenda ejusdem Nicolai integritate, sive innocentia conspirabant optima testificatio illius morum facta per ipsummet Vicarium suum Generalem, nec non altera egregia testificatio Vicinorum, & demum ipsius Gasparis collitigantis, ut ex documento alias exhibito in *Sacra congregatione Episcoporum, & Regularium*, & repetito *in hodierno Sum. num.* 8. juncto antecedenti, & subsequenti, nimirum 7. & 9., quamobrem hisce documentis introspectis opus non erat pro vin-
21 dicando decore, & fama Nicolai obniti generice & ceteroquin sufficienti præsumptioni, *Textus in l. merito ff. pro soc.* cum concordan. apud *Menoch. de Præsumpt. præsump.* 3. *lib.* 5. *num.* 7., *Gratian. discept.* 537. *n.* 2. *& Rot. in dec.* 257. *num.* 22., *& decis.* 642. *num.* 7. *par.* 19. *Rec.*

Et ita utraque &c.

Auximana, seu Camerinen Fideicommissorum.

Mercurii 3. *Junii* 1711.

ARGUMENTUM.

Binæ in hac Decisione pertractantur quæstiones; prima an filiorum appellatione comprehendantur etiam Nepotes in fideicommisso potissimum ascendentali, & illos non comprehendi resolvitur, quoties non adsint in contrarium conjecturæ. Secunda an ad inducendã repræsentationem attendatur proximitas gravati, & non gravantis, & multipliciter distinguitur.

Cetera leges in altero argumento Decis. quam habes supra in ordine *la* 503. quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1. *Filiorum appellatione eo facilius veniunt Nepotes si agatur de succedendo Testatori, qui sit ascendens. Limita si concurrant in contrarium conjecturæ* n. 10. 11. 12. & 13.
2. *Necnon datur repræsentatio in infinitum præcisive etiam a clausula illa* in stirpes. Intellige num. 19.

3. *Et*

3. *Et fortius si eadem clausula superaccedat.*
4. *Reciproca substitutio saltem tacita, ex quibus inducatur.*
5. *Ad inducendum repræsentationem attendi debet proximitas gravati, & non gravantis.* Limit. num. 7.
6. *Repræsentatio ultra tertium gradum inter Collaterales non extenditur.*
7. *Limitatur tamen conclusio, de qua supra* n. 7. *si faciendus sit transitus de linea ad lineam, quia tunc attenditur proximitas gravantis, & non gravati.*
8. *Linea masculina est diversa a linea feminina, quia.* Declara num. 17.
Linea masculina incipit a masculo, & deficit per ultimum masculum, linea vero feminina exordium ducit a Femina.
9. *Item limitatur, si transitus sit faciendus ab uno ordine Personarum ad alium diversum, puta a masculis ad feminas.* Declara num. 17.
11. *Nepotes de stricta Juris censura non veniunt sub nomine filiorum, dum aliter filii, alias Nepotes appellantur.*
12. *Quæ conjectura Nepotum comprehensionem sub nomine filiorum inducant.*
13. *Nepotum comprehensio sub nomine filiorum tum admittitur, quando nisi admitterentur Nepotes, vocatio filiorum redderetur elusoria, secus si habuit suum plenarium effectum.*
14. *Substitutio pendens ab illa conditione, si sine filiis, expirat per exsistentiam filiorum.*
15. *Reciprocam si in casu quo voluit Testator expressit, ubi non expressit, illam noluisse dicendum est.*
16. *Repræsentatio non intrat quoties deficit illius basis, quæ stat in firmanda prius vocatione ex propria persona, & quare.*
17. *Linea masculina quando diversa dicatur a linea feminina.*
Et quando adesse dicatur ordinis diversitas.
18. *Ordo diversus datur inter Consanguineos ex una, & extraneos, vel solum affines ex altera.*
19. *Observantia in materia fideicommissaria licet non sit idonea ad dirimendas hasce controversias, attamen in dubio admodū facit, & interpretative semper suffragatur.*

DECIS. DXXXV.

IGnis quandoque subtus latens quiescere videtur, ac esse penitus consopitus, & quasi prorsus extinctus, quando nacta occasione, & viribus recollectis sæpe sępius inopine vehementius erumpit, sic quodammodo effecere scribentes pro Benutino, & Cajetano, qui detrectantes in præcedenti propositione hujus Causæ, nempe *sub die 16. Junii anni defluxi coram me* comparere, tolerando *decisionem* contumacialem, tunc successive editam, hodie toto fervore, & impetu illius concutere fundamenta conati sunt, sed incassum, quia perstitum fuit *in decisis*.

Acrius itaque recontendebant, quod etsi Octavius, de cujus Fideicommissaria dispositione, & respective successione agebatur, expresse non vocasset Benutinum, & Cajetanum, nomine saltem explicito appellativo Nepotum, adhuc virtualiter foret eos complexus, dum obeuntibus filiis masculis ab eo institutis, & respective substitutis absque filiis, ad succedendum invocaverat ejus filias; *che sopraviveranno se non li loro figli*, quorum profecto noncupatione ipsi, etsi nepotes includi posse dicebant, maxime dum deinceps inferre clausula *in stirpes* ad coæqualem successionem cum altero Octavio Juniore eorum Patruo invitaverat, copulata ulterius tertia concomitante conclusione,
1 quod ubi tractatur de succedendo Testatori, qui sit ascendens, prout hic, & eo facilius filiorum appellatione veniant nepotes, ut inquit *Rust. in l. eum Avus lib. 6. cap. 11. n. 29. & 42. Graff. in §. Fideicomm. quæst. 10 n. 5. in fin. Bellon. Jun. conf. 2. n. 2. & seqq. Bar. de success. lib. 8. tit. 1. de fideicomm. substit. quæst. 322. nu. 1. & nu. 10. vers. ex his, late Roce. disput. Jur. select cap. 27. n. 7. Matth. Medic. exam. 1. n. 14. Rot. inter recollect. ter Palm. Nep. dec. 263. n. 7.*
2 *&* 8. nec non detur repræsentatio in infinitum, præcisive etiam ab eadem clausula *in stirpes*, sicuti subdit *Text. in §. Cum filius instit. de heredit. quæ ab intest. defer. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 95. nu. 7. Covar. pract. quæst. cap. 38. n. 5. Molin. de Primog. Hisp. lib. 3. cap. 7. n. 5. & seqq. Card. de Luc. de fideic. disc. 15. n. 10. Rot. cor. Merl. dec. 707. n. 8. et cor. Celso dec. 88. n. 16. et seqq et cor. Emer. Jun. dec. 1160. num. 6. & seqq.*
3 multoque magis proinde superaccedente eadem præcisa clausula *in stirpes*.

Addito demum pro majori firmitate eorum vocationis, quod etiam per Testatorem fuerat virtualiter ordinata, & injuncta reciproca inter eosdem filios suarum filiarum, ad hoc ut ii possent restituere hereditatem Cōfraternitati Sanctissimi Nominis Jesu, po-
4 stremo substitutæ, secundum ea, quæ principaliter ad finem inducēdi reciprocam substitutionem, saltem tacitam communiter ratiocinantur *Gabriel. in conf. 123. nu. 24. & seqq. lib. 2. Fusar. de substit. quæst. 90. n. 8. & quæst. 320. n. 55. & seqq. Castald. consult. 174. n. 5. Rot. cor. Merlin. dec. 206. n. 18. et*

*18. & 23. et cor. Emer. Jun. dec. 471. nu. 3.
et dec. 251. n. 8., et dec. 979. n. 11. et feqq.*

Abfque eo quod, ut ii fubjungebant, obfta-
re poffet ad eamdem repræfentationem ex-
cludendam, quod fucceffio fideicommiffa-
ria de præfenti vacaffet per mortem Conftā-
tini filii fideicomittentis, & refpective Pa-
trui magni eorumdem Cajetani, & Benuti-
ni; Licet namque veriffima exfifteret regula,
quod juxta cōmuniffimam fententiam fcri-
bentium, & Sac. Rotæ ad eumdem effectum
5 inducendi repræfentationem, menfura fu-
menda effet ab ultimo defuncto, feu, ut
dicitur, foret attendenda proximitas Gra-
vati, & non Gravantis, & confequenter,
quod hoc fuppofito retento, iidem Cajeta-
6 nus, & Benutinus, veluti Pronepotes Con-
ftantii reperirentur extra tertium gradum,
intra quem dumtaxat admittitur repræfen-
tatio in hifce fucceffionibus, fecundum al-
legatos in præterita *decifione §. Rurfus cum
tribus feqq.*, quibus addi poteft *Text. in §. Ex
diverfo, verf. hujufmodi vero, et §. Si autem
verf. quandoquidem inftit. de hered. ab inteft.
et in novell. 118., Rot. dec. 48. n. 16. et feqq.
et dec. 349. n. 27. par. 6. rec. cum concord. in
dec. 631. n. 9. cor. Cerro.*

Nihilominus veriffima non minus erat limita-
tio, & pariformiter communiffimo calculo
recepta, quod ubi tranfitus faciendus erat
de linea ad lineam, eo fane cafu, cum ne-
ceffe fit inquirere de hujufmodi principio li-
neæ, eaque non poffit habere refpectum,
nifi ad lineam Teftatorum, tunc e converfo
7 fpectatur proximitas Gravantis, & non Gra-
vati, ficuti unanimiter advertunt *Manf. con-
fult. 89. nu. 12. et 13., et plenius fub nu. 22.
Laderch. conf. 45. nu. 13. Barbat. de fideic.
par. 2. cap. 4. fub n. 29. verf. de tranfitu, Ur-
ceol. confult. forenf. cap. 12. nu. 39. Rot. cor.
Royas dec. 234. n. 5. et in rec. dec. 98. n. 16.
et dec. 135. n. 14. et feqq. par. 8. et dec. 469.
n. 5. par. 13.*

De hoc vero tranfitu de una linea ad aliam
dubitari poffe non videbatur, dum extinctis
mafculis, lineam mafculinam efformantibus,
8 Teftator vocaverat rectam lineam feminì-
nam quæ omnino erat diverfa, cum linea
mafculina incipiat a mafculo, & deficiat per
ultimum mafculum, linea vero feminina ex-
ordium defumat a femina, ut diftinguendo
firmavit *Rot. in dec. 359. per tot. cor. Emerix
Jun., et dec. 244. et 271. cor. Ottobon., et dec.
981. cor. Dunozett. Jun.*, & nuper fuit di-
ctum quoque pendente extenfione hujus *de-
cifionis in Faventina Jurifpatronatus diei 12.
Junii 1711. §. Minufque tamquam cor. me.*

Atque huic limitationi confonabat altera
non minus tuta limitatio attributa regulæ,
de qua fuperius, nempe, quod quoties tra-
ctatur pariter de tranfitu ab uno ordine per-
fonarum ad alterum diverfum, prout diver-
9 fus eft ordo mafculorum ab ordine femina-
rum, non amplius pariter intrat, nec infpici-
tur proximitas gravati, fed gravantis, ex
iis, quæ fimiliter connotarunt *Petr. de fidei-
comm. quæft. 11. n. 5. Caftill. contr. de ultim.
volunt. cap. 91. n. 73. Mantic. de conject. lib
8. tit. 12. n. 39. verf. idem quoque Cardina-
lis de Luc. de fideicomm. difc. 15. n. 9. Tondut.
quæft. civil. 49. n. 22. Palm. Nep. alleg. 221.
nu. 89. Rot. cor Merlin. dec. 520. nu. 11. et
dec. 469. nu. 5. par. 13. nec non dec. 232. n.
35. par. 19. rec.*

Hæc itaque in fubftantia erant, quæ denuo
mordicus inculcabantur pro obtinendo re-
ceffu a decifis; Verum protinus ea collabe-
fcere comperta funt; Quatenus enim perti-
nebat ad primam fuppofitionem, quod ap-
pellatione filiorum, fi non expreffe, faltem
virtualiter, & tacite comprehendi poffent
Nepotes, utique certe, cum totum in hac
materia faciat voluntas Teftatoris, quotief-
cumque concurrant conjecturæ demonftrati-
10 væ hujus voluntatis, valent illi fub nomi-
ne filiorum comprehendi, & maxime in fidei-
commifso condito pec afcendentem, ut
præter fuperius laudatos fub §. *Et in ordine*
paffim dicunt *Manf. confult. 463. num. 25.
verf. quod enim, Menoch. conf. 215. num. 21.
et feqq. Soccin. Jun. conf. 50. nu. 26. lib. 4.
Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 8.
n. 1. et 2. et 12. Peregr. de fideic. art. 22. n.
10. et 12. cum aliis in dec. 206. num. 12. co-
ram Merlin.*

Aft hujufmodi conjecturæ demōftrativæ pror-
fus defiderabantur, etfi namque leviores in
fideicommifso afcendentali, & fecundum
aliquos etiam debiles videantur exquiri, eæ
non debent tamen effe tam leves, & debiles,
ut nullam eamdemque vehementem vim
animo inferant Judicantis, ad hoc, ut idem
Judex poffit infringere regulas a Jure no-
ftro ftabilitas, & negligere refponfa illorum
prudentum, quæ poftea tranfiverunt in le-
ges, cum, & eædem leges adamuffim etiam
loquantur de Teftatore afcendente, & nolint
11 ob id appellatione filiorū venire nepotes,
fub ea ratione, *quod aliter filii, aliter nepotes
appellantur*, uti definivit in hoc fuppofito
difpofitionis afcendentalis *Vulpian. loquens
de afcendente in l. 5. & 6., alias l. fi quis, et l.
quis fi ff. de teftam. tutel. et in l. Gallus §. Ibi-
dem credendum ff. de liber. et Pofth. l. quod
Nepotes ff. de teftam. tutel. et l. filium cum de-
finimus ff. de his qui funt fui, vel alieni Juris.*

Defi-

Deficiebat namque ex revera conjecturæ, quæ ſupradictam vim inferre dicuntur, ut ſunt in ſuis caſibus contemplatio agnationis, con-
12 ſparſæ ſignificationes, & verba infinitatem, & perpetuitatem importantia, omneſque illæ debiliſſimæ, quæ hactenus repetebantur, fuerunt jam tamquam tales radicitus in ſemetipſis interverſæ in præterita *Inſtantia*, & *deciſione cor. R. P. D. meo Criſpo prima Julii* 1709. § *Rem itaque uſque ad* §. *Cum ex ſupra deductis*, citra neceſſitatem retexendi inibi jam ad ſatietatem enucleata.

Potiſſime quia potius a contrario regulam conſtipabant, & adſtruebant conjecturæ comparative urgentiores, ex quo Teſtator filios, quos vocaverat per verba perſonaliſſima, & immediatam relationem præſeferentia, deſignaverat ab eorum præciſe Matribus, quodque demum firmius, ſeu validius urgebat; & additum fuit *in præterita mea deciſione ſupradicta diei* 16. *Junii anni præterlapſi*, illud erat, quod tunc hæc diſceptatio proprie
13 coincidit, quando niſi admitterentur Nepotes, vocationi Filiorum redderetur eluſoria, nec poſſet Nepos ſupplere præſentiam caſu deficientem ſui Patris, ſed quoties vocatio Filiorum ſortita eſt ſuum plenarium effectum in ipſis Filiis primi gradus, ceſſante tunc neceſſitate, vel æquitate ſuppletionis propriorum Parentum, in hiſce proculdubio terminis alia amplius non adeſt anſa diſquirendi de hac quæſtione, ut individualiter docent ultra adductos in mea præcedenti *deciſ. ſub* §. *Verum etiam, Bart. in l. Liberorum n.* 18. *ff. de verb. ſignif., Socc. Sen. in l. Gallus* §. *Inſtituens in fin. verſ. ſed tu defendendo ff. de liber., et poſthum, Menoch. conſ.* 215. *n.* 38. cum ceteris abunde relatis per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 321. *n.* 31., *et Rot. in dec.* 1230. *n.* 17. *verſ. ſecundo conciliat cor. Coccin.* ubi cum hac diſtinctione conciliantur opiniones inter ſe pugnantes *Imola in l. Gallus* §. *Inſtituens col. fin. n.* 48. *verſ. vel potes dicere* 2. *ff. de Liber, et Poſthum., et Roman. in conſ.* 438. *in fin.*

Corruente igitur prætenſa comprehenſione Benutini, & Cajetani ſub nomine Filiorum, vanum reddebatur diſcurrere de reciproca; ſive enim ea afferretur pro inductione vocationis in ipſa reciproca, tamquam tacite ſubintellecta occaſione illius ſubſtitutionis poſtremo loco factæ favore Confraternitatis, eademque reciproca nec per umbram reperiebatur, cum eadem finaliſſima ſubſtitutio Confraternitatis penderet a ſubſtitutione, ſi ſine filiis, ideoque per exſiſtentiam
14 ſolius Octavii expiraſſet, ut eſt adamuſſim caſus celebris *conſ. Oldrad.* 21., in quo pariter erat ultimo loco Eccleſia ſubſtituta, & fuit opportune conſideratum quoque *in Tyburtina Fideicom.* 2. *Martii* 1705., & 8. *Februarii* 1706. *cor. Me*, & *in Eugubina Fideicom.* 9. *Maji* 1707. §. *Etenim cor. R. P. D. meo Lancetta*.

Si vero (prout revera adducebatur) argumentum hujus reciprocæ exſtitiſſet allatum ad finem facilius inferendi ad continentiam Nepotum ſub appellatione Filiorum, ea ratione, quod Teſtator injunxerat hanc reciprocam inter Filios filiorum maſculorum, & ideo argui valeret maluiſſe etiam vocationem tranſgredi magis, & extendi, & tunc neque etiam in ſuis terminis idem argumentum quidquam operatur, nequaquam quippe intrat illatio, Teſtator reciprocam vocationem ſtabilivit in aliquo gradu, ergo cen-
15 ſetur eam etiam voluiſſe in altero gradu, cum ex diametro in oppoſitum vigore diſcretivæ militet potius argumentatio, Teſte *Menoch. in conſ.* 982. *num.* 4. *Fuſar. conſil.* 3. *num.* 23. & *duob. ſeqq.*, *Mantic. de conject. lib.* 6. *tit.* 15. *num.* 6., *Rot. dec.* 258. *n.* 13. *cor. Peutinger.*, & *in Lauretana Fideicomm.* 6. *Martii* 1702. §. *Prout nec alia* confirmata de anno 1703. *cor. R. P. D. meo Lancetta* ultra relatos in ſupradicta *deciſ.* hujus Cauſæ *R. P. D. mei Criſpi ſub* §. *Inſequendo*.

Ex his igitur in unum denuo collatis, & diſpunctis, & excluſa ſemper undequaque vocatione Cajetani, & Benutini, ſupervacaneũ efficiebatur progredi ad materiam repræſentationis; illa etenim locum ſibi nuſquam vindicare per umbram poteſt, quoties deficiat illius fundamentum, ſeu baſis, quæ ſtat in firmanda prius vocatione ex propria perſona, ut poſtea ſic vocatus mediante bene-
16 ficio repræſentationis aſcendere valeat ad gradum, in quo non eſt, & deinceps concurrere cum proximiore, alias inducerentur ſemper inter Deſcendentes fideicommiſſa perpetua, & numquam darentur temporalia, vel perſonalia, aut gradualia, ſeu terminatura in hoc, vel illo gradu, ſicuti ultra collaudatos in memorata *dec. R. P. D. mei Criſpi* §. *Cum ex ſupra deductis* optime oſtenderunt *Gabriel. conſ.* 2. *num.* 16. *lib.* 2. *Mantic. de conject. lib.* 8. *tit.* 9. *ſub. num.* 2. *Tondut. quæſt.* & *reſol. civil. lib.* 1. *quæſt.* 99. *n.* 3. *Urceol. dec. Florent.* 4. *num.* 77. *Rot. cor. Seraph. dec.* 1479. & *in rec. dec.* 100. *n.* 8. *par.* 1.

Ceterum etiam, quando per quamcumque hypotheſim adfuiſſet hæc ſemper neceſſario præſupponenda vocatio, non tamen illico commiſceri poterant ſequelæ repræſentationis, ſtante regula ſuperius præmiſſa, nimirum, quod inſpici debeat ad hunc effectum proxi-

proximitas Gravati, & non Gravantis, quemadmodum etiam abstractive minime controvertebatur ab iisdem Scribentibus pro Benutino, & Cajetano, replicantibus dumtaxat, quod id minime procederet ubicumque transitus fieret de una linea ad alteram, de uno ordine personarum ad alterum; at sicuti hæ limitationes abstractive quoque erant fundatæ, subalternanter tamen omnino corruebant in applicatione, quia nullus erat figuratus transitus de linea ad lineam in casu nostro, etsi namque ad alios effectus, sive discursus diversa sit linea masculina a linea feminina, & sit diversus etiam ordo masculorum ab ordine feminarum, hoc tamen intelligitur, quando Masculi, & Feminæ proveniunt a diversa, & effective separata li-
17 nea, non autem, quando, prout hic sub una, eademque linea Barzii tam Masculi, quam Feminæ continebantur, ut punctualiter distinguendo declaravit *Rot. dec. 21. num. 35. cor. Otthobon.*, optime etiam *cor. Emer. Jun. dec. 1136. num. 13.*, quas ita intelligendas esse docet *Card. de Luc. de Fideic. disc. 23. num. 8. vers. aut enim in fine, & in dec. 519. num. 15. & seqq. par. 5., & dec. 526. n. 5., & 6. par. 19. rec.*, & respectu diversi ordinis personarum, illum pariter intelligendum esse in casu diversi revera ordinis qui solum
18 datur inter Consanguineos ex una, & Extraneos, vel solum Affines ex altera, in hac ipsa quæstione egregie dilucidat idem *Card. de Luc. de Fideic. disc. 15. num. 9., et supradicto disc. 23. num. 11. & seqq., et Rota in dec. 233. num. 11. cor. Carill.*

Quin denique amplius clausula *in stirpes* capax dici posset inducendi talem repræsentationem in præsenti, tum ex quo semper opus fuisset firmare prius, ut diximus, vocationem, tum ex eo, quod clausula hæc non intrat ad causandam repræsentationem in thesi, & in eo sensu, in quo non cadat, aliud ne significat, ut late, & manifeste comprobatum fuit in *decis.*, quæ revidebatur *sub §. Atque ex his*, cui sat erat habere se remissive.

Finaliter tandem superaddendo, quod pro omnimoda fugatione cujuslibet hæsitationis non deerat ad tollendas cunctas amaritudines ipsa observantia practicata per eosdem modo Collitigantes; nam obeunte Constantio, Cajetanus, & Benutinus permiserunt, Octavium Juniorem eorum Patruum privative succedere, ac in quieta, & pacifica possessione permanere usque ad obitum per annos 16., licet quippe observantia ex se sola non sit idonea ad ditimendas hasce quæstiones fideicommissarias, quoties tamen res exsistat admodum dubia, vel, prout hic, potius sit clara ex parte exclusiva fideicom-
19 missi, admodum facit eadem observantia, & interpretative semper summopere suffragatur, ex connotatis per *Bellon. Jun. cons. 18. num. 5. et seqq. Andreol. contr. 18. n. 22. & seqq., Caren. resol. 43. num. 25. Grat. discept. 765. num. 1., Peregr. de fideic. art. 22. n. 58., Mantic. de conject. lib. 8. tit. 8. n. 6. Fusar. de substit. quæst. 321. nu. 31. Rot. cor. Royas dec. 354. num. 10.* cum aliis late congestis *in Romana Primogenituræ de Aldobrandinis 20. Junii 1687. §. Concurrit pariter cor. bo. me. Ursino impress. ad ornat Card. de Luc. de Legit., et Fideic. dec. 27. sub num. 12.*

Et ita utraque &c.

Romana Cappellaniæ.

Merc. 3. Junii 1711.

ARGUMENTUM.

Femina unica superstes de familia Fundatoris est indubitanter comprehensa sub nomine Domus, & familiæ, potissimum si adjecta fuerit in Testamento prælatio masculorum, quæ pernecesse supponit vocationem saltem per posterius favore feminarum. Sub nomine *heredum*, ac *successorum* quando ex voluntate Testantis feminæ comprehendantur. Qualitas hereditaria ad effectum succedendi in Jurepatronatus mixto non requiritur quod sit actu positive, sed requiritur in potentia.

SUMMARIUM.

1. *Juspatronatus in dubio semper præsumitur hereditarium.*
2. *Matri debetur successio ab intestato in luctuosa filii hereditate.*
3. *Instituendus, sive manutenendus semper est is, qui a vero, et legitimo Patrono fuit præsentatus.*
4. *Ad eruendam mentem Testantis perpendenda semper est causa motiva, expressa in verbis Testamenti.*
   Ex verbis Testamenti in omni materia elicitur voluntas testantis.
5. *Femina unica superstes est indubitanter comprehensa sub nomine domus, et familiæ.*
6. *Dictio* però *explicat causam motivam, et ad eam restringit concomitantem dispositionem, et institutionem heredis.*
7. *Eaque dictio denotat causam finalem, seu motivam dispositionis, eamque regulat.*
8. *Verba* Eredi, e Successori *sunt de sui natura indifferentia, et æque referri possunt tam ad heredes, et successores bonorum, quam sanguinis.*
9. *Verba* Eredi, e Successori *an, et quando conveniant heredibus, et successoribus tantum sanguinis.*

Quod militat tam in Jurepatronatus.
Quam in Emphyteusi.

10. *Juspatronatus mixtum censetur quoties eodem tempore præter qualitatem hereditariam fuit insuper habita ratio sanguinis, et agnationis in successoribus.*

11. *Patronus potest Juspatronatus hereditariū ex sui voluntate flectere in agnatitium.*

12. *Prælatio masculorum supponit saltem per posterius vocationem feminarum.*

13. *Præsertim in Primogenituris, et majoratibus*, & num. seqq.

14. *Voluntas semper est individua, et unica, nisi diversimode limitetur, et explicetur per disponentem.*

15. *Consulentes non attenduntur in eo, quod dicant ad causæ opportunitatem, & in gratiam suscepti patrocinii, sed unice spectatur, quid fuerit subinde judicatum.*

16. *Declaratur* quæst. 38. par. 2. Turr. de Primog., & Majorat. Ital. *circa Successionem feminarum.*

17. *Filii, seu filiæ quando ex mente Testantis excludant Matrem extraneā ultimi masculi.*

18. *Qualitas hereditaria in Feudis, Beneficiis, & Patronatibus mixtis conjunctive exoptata non requiritur actu positive, sed plusquam sufficit in potentia.*

19. *In repudiatione hereditatis facta a muliere requiruntur solemnitates præscriptæ a* Stat. Urb. in cap. 151.

20. *Repudiatio hereditatis fieri nequit ab Ecclesia sine Beneplacito Apostolico, & solemnitatibus necessariis.*

21. *Idque procedit etiamsi talis repudiatio facta fuerit in Judicio;*

22. *Et de ratione.*

23. *Negativa heredis in Judicio facta solum præ timore solvēdi debita an sustineatur.*

24. *Juspatronatus non cadit sub hypotheca Creditorum, sed avulsis etiam per Creditores omnibus bonis hereditariis, jus remanet penes legitimum heredem.*

25. *In Jurepatronatus hereditario sufficit quod quis sit heres sanguinis, nullusque alius de sanguine compareat, etiamsi comparenti fuerit impedita Successio.*

26. *In muliere semper durare dicitur potentia heredis, etiamsi hereditatem repudiaverit, quia potest adire Signaturā Principis adversus repudiationem.*

27. *Manutentio semper est pedissequa boni Juris.*

DECIS. DXXXVI.

Scalpri salubris ictibus,
Et tunsione plurima
Saxa polita malleo
Locantur in fastigio.

Quotannis canit *Ecclesia*, unde & quidam *Vates* subjunxit

Se non percuote più d' un colpo crudo
Dir non si puote adamantin lo scudo.

Quapropter nil mirum, si in primæva hujusce Causæ propositione sequuta in ordine ad nudam manutentionem *sub die* 12. *Decembris* 1707., ut solidius in illius resolutione *Domini* procederent, demandarunt, quod videretur de bono jure, eoque successive mature degustato *sub die* 16. *Mar.* 1708. *de bono Jure Hyppolitæ Principissæ Ludovisiæ constare* responderunt, deinceps vero ad majorem firmitatem ejusdem captæ resolutionis concessere novam Audientiam Francisco illam acriter expetenti, imo reproposito negotio *sub die* 13. *Junii anni* præter elapsi 1710. iteratam dem indarunt discussionem adscito (licet in ipsa substantia major etiam eo tēpore *Dominorum* pars foret concors) suffragio *quinti*, & *sexti* Correspondalis, donec illo quoque hodiè peraudito, & comperta fundamentali consistentia prioris *Decisionis*, permanserunt tandem *in decisis*.

Facti thesis apparēter consistebat in examine, sive interpretatione paucorum verborum cujusdam fundationis Cappellaniæ, quam in Liberiana Basilica erigi desideraverat Paulus Quagliatus, is enim instituerat Heredem clar. mem. Cardinalem Ludovisium: *Con condizione però, che sia obbligato assegnare sempre, ed in perpetuo ad un Sacerdote Secolare un entrata di annui scudi cento, quale ec. sia eletto da detto Signor Cardinale, suoi eredi, e successori, e sia amovibile ad nutum &c. tanto di detto Sig. Cardinale, quanto de'*
1 *suoi successori*, Prætendente enim Francisco, quod hæc formula præseferret simplicem qualitatem hereditariam, prout quoque de Jure semper præsumitur, ad *Text. in Clement. plures de Jurepatr.*, & ibi DD. *Gonzal. in cap. Quæcumque eod. tit.*, *Gabr. consil.* 126. *num.* 1. *lib.* 2., *Dec. cons.* 149. *sub n.* 1. *vers. Sive etiam*, cum aliis cumulatis per *Gratian. cap.* 577. *num.* 44. *in fine*, *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 11. *num.* 12. 20. & 21., *Pax Jord. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7., *Card. de Luc. de Jurepatr. disc.* 22. *n.* 2., *Buratt. dec.* 183. *num.* 1. *Rota cor. Merlin. dec.* 94. *n.* 7. & *in dec.* 185. *num.* 1. & 2. *par.* 9. *rec.* cum ceteris viden. *in Tridentina Cappellaniæ* 11. *Martii* 1699. §. *In nihilo*, & 17. *Junii ejusd. anni* §. *Clarius*, *cor. bo. me. Muto*.

Hinc subjungebat Franciscus, talem hactenus non exstitisse Principissam Ludovisiam, etsi solam de hac præcelsa, & magnatitia Familia superstitem: Sed e converso mediatum Cardinalis heredem remansisse prædefunctum

ctum Principem Jo: Baptistam ejusdem Familiæ, posteaque illius Filium, qui paulo post fato cedens reliquerat succeditricem ab intestato Principissam Arduinam ejus Matrem vigore illius luctuosæ successionis, quam Matri superviventi tribuunt Jura in
2 bonis Filii, nisi aliud obsistar, ab intestato, juxta alterum *Text.* scilicet *in l. Nam etsi Parentibus, ff. de inoffic. Testam. & l. ultima Cod. de substit. & instit. Peregr. consil. 21. n. 2. Bald. cons. 258. num. 3. lib. 3. Dec. cons. 314. num.* 4. cum ceteris per *Gratian. discept. for. cap. 684. num. 7., et discept. 971. num. 49.*, cum ceteris per *Rotam in dec. 8. n. 10. cor. Emerix Jun.*, *Mart. de success. legal. par. 4. quæst. 30. art. 2. num. 5.*

Hisq; præsuppositis concludebat idcirco Franciscus, quod cum ipse nactus fuisset suam præsentationem ad hanc Cappellaniam a memorata Principissa Arduina vera, & ultima mediata herede Cardinalis Ludovisii, ille procul dubio fuisset manutenendus, &
3 instituendus quemadmodum *Sacri Canones* injungunt favore ejus, qui exhibet suam præsentationem obtentam a vero legitimo patrono, ad passim affirmata *ex c. Cum Bertoldus de re judic. & cap. Quoniam de Jurepatr.* per *Rotam in Romana Cappellaniæ 8. Junii* 1707. §. *Siquidem cor. R. P. D. meo Scotto, & in Anagnina Cappellaniæ 26. Jan. currentis ann.* §. *Injustitia, &.* §. *finali coram Rmo Molines Decano*, & recentius *in Asten. Prioratus super institutione 6. Martii hujus anni* §. *Atque ad hujusmodi, cor. me.*

Et quidem utique quando res, sive hypothesis ita simpliciter stetisset, negotium facile vacasset omni difficultate ad commodum ejusdem Francisci, sed plura ram respectu verborum fundationis supra recensitæ, quam circa facta postmodum subsequuta, variare adeo faciebant suppositum, ut contrarium omnino visum fuerir ad lances justitiæ appensa contentione judicandum. Quoniam incipiendo a verbis, illa in Testamento per Paulum prolata sic incipiebant = *E perchè in questo Mondo non tengo maggior obbligo, che all' Eccma Casa Ludovisia*, immediate subdendo, *però in tutte, e singole altre mie robe ec. erede mio universale faccio l'Illmo, e Rmo Sig. Card. Ludovisio ec. con condizione, che sia obbligato assegnare ec. un entrata ec.*, juxta verba a principio jam præmissa, frustraque ob id repetenda, quo sane modo loquendi pure, & solum absque ulteriori progressu cōsiderato non deerant ex *Dominis*, qui reputarent, quod citra alium discursum ex hoc tantum fundamento Jus præsentandi ad hujusmodi Cappellaniam foret formiter, vel sufficienter agnatitium; Cum etenim ad e-
4 ruendam mentem Testantis perpendenda veniat vera causa motiva expressa in verbis Testamenti, ex quibus in omni materia elicitur voluntas ad *Text. in l. Cum Pater, §. Dulcissimis, ff. de l. 2.*, prout tradit etiam *Bartol. in l. Pater filium, §. Fundum in fine, ff. de l. 3., Cravett. cons. 227. nu. 7.* optime *Mans. consult. 299. num.* 18. & ceteris relatis *Rota in dec. 1323. n. 6. cor. Emer. Jun.*

Certe si eadē causa motiva unice versabatur; ex quo = *In questo Mondo non tengo maggior obbligo che all' Eccelentissima Casa Ludovisia*, absque ulla imaginabili restrictione ad personam dumtaxat solius Cardinalis, ecce quod objectum initæ dispositionis respiciebat totam Domum, & proinde etiam Principissam Hippolytam, quæ erat de hoc sanguine benemerito, & ut præmisimus, unica
5 superstes Domus Ludovisiæ, & sub ea licet femina, vere, & proprie indubitanter comprehensa, ad passim connotata adducto *Text. in l. Cum unus in princip.*, ubi *Gloss. in verb. Domus, ff. de alim. & cib. l. Et Bart. in l. in princip. ff. ad Syllan.*, per *Fusar. de substit. quæst. 346. num. 19., & Rota in decis. 282. num. 1. in fine par. 2. rec. dec. 1036. num. 8. cor. Coccin.*, *Adden. ad Ludovis. decis. 293. n. 23.* cum aliis late adductis in *meis Addit. ad dec. 46. inter impress. num. 16.*

Evidentius autem stante illa immediata additione dictionis *però* ibi = *però in tutti, e singoli beni ec. erede mio universale ec. faccio ec.* in tantum quippe Testator scribebat heredem Cardinalem Ludovisium, & consequutive eidem relinquebat jus præsentandi, seu nominandi, in quantum obstrictus erga totam Domum ab uno debebat incipere, qui foret de eadem Domo Ludovisia, magisque de cetero congruebat, quod inchoaret ab eodem Cardinali, qui sublimius, & eminentius ipsam Domum Ludovisiam tunc temporis repræsentabat, quod enim eadem dictio *però* explicet, & dilucidet Causam motivam, & ad eam restringat concomitan-
6 tem dispositionem, & signanter institutionem heredis, punctualiter demonstravit *Hercules Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 105. nu. 18. cum duob. seqq.*, ubi examinat adamussim consimilia verba = *però instituisco, e nomino erede ec.*, & in specie etiam respectu ejusdem dictionis *però*, quod ea denotet causam finalem, seu motivam dispositionis,
7 eamque reguler, pleno ore consonant, & conveniunt *Soccin. sen. cons. 159. n. 21. lib. 2. Ayman. cons. 192. num. 2. vers. 3. arguitur* cum reliquis adductis per *Barbos. dict. 144. n. 3. & Rotam dec. 1471. n. 47. cor. Coccino.*

Agnito igitur ex his, quod Paulus Testator dubio procul respexerit tãtummodò ad sanguinem ob prædictam causam finalem instituendi Cardinalem Ludovisium, eumque obligandi ad erigendam controversamCappellaniam, & correlative concedendam ipsi nominationem,& præsentationem, in nihilo amplius relevare posse videbantur illa subse-
8 quentia verba, *Eredi, e successori* jam superius in objecto ponderata. Quoniam cũ talia vocabula *Eredi, e successori*, sint de sui natura indifferentia,& æque referri possint tam ad Heredes, & Successores bonorum, quam ad Heredes, & Successores sanguinis, ex plene dissertis per *Rimin. Jun. cons.* 252. *num.* 22. *&* 47. *Gabr. cons.* 132. *num.* 28. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 158. *num.* 11., *Peregr. consil.* 64. *lib.* 5. cum aliis abunde relatis per *Bonden. collect. legal. collect.* 34. *concl.* 2. *n.* 60. *vol.* 1. *late Fusar. de substit. quæst.* 339. *n.* 1., qui pariter innumeros cumulat *Card. de Luc. de fid. disc.* 36. *num.* 2. *Rota dec.* 793. *num.* 5. *cor. Emerix Junior.*

Profectò posito prædicto principio, quod Testator finaliter, & objective gratitudinem suam, atque dispositionem dirigere intellexerit ad illos de familia, & de Domo Ludovisia, plusquam perspicue consequebatur, quod post eumdem Cardinalem semper invitari intelligerentur, & forent ad nominandum, & præsentandum, non jam quilibet heredes extranei nihil commune habentes cum sanguine, & Domo Ludovisia, sed Heredes, & Successores ejusdem Sanguinis, & Domus, quemadmodum firmo remanente eodem principio causæ motivæ, & inten-
9 tionis passim circa prædicta verba *Eredi, e Successori* videmus declarari, & interpretari in emphyteusi Ecclesiastica, & in aliis similibus, dispositionibus redditis ex facti circumstantiis, vel ex subjecta materia differentibus, sicuti patet ex deductis per *Rolan. cons.* 96. *num.* 60. *& seqq. lib.* 1., *Gabr. cons.* 84. *num.* 51. *lib.* 2., *Cald. de nominat. emphyt. lib.* 2. *quæst.* 23. *num.* 15., *& seqq. Card. de Luc. de fideic. disc.* 145. *n.* 5. *& de feud. disc.* 111. *ex n.* 3. *& de emphyt. disc.* 31. *num.* 14., & firmatis per *Rotam in dec.* 1150. *num.* 3. *dec.* 1218. *nu.* 1. *& dec.* 1239. *n.* 2. *cor. Emer. Jun.* nec non *in dec.* 26. *num.* 2. *par.* 17. *rec.*, & in terminis Jurispatronatus *Rota cor. Priolo dec.* 48. *num.* 28. *cor. Ubago dec.* 24. *nu.* 19., *& in Mediolanen. Prioratus super mixtura, & filiis familias* 15. *Junii* 1705. §. *Absque eo quod cor. R.P.D. meo Priolo*, *&* 29. *Januarii* 1706. §. *Siquidem coram R.P.D. meo Casarello Alma Urbis Gubernat.*

Ceterum non hic sistebat solummodo basis, & fundamentum captæ hodie de novo resolutionis favore Principissæ Hippolytæ, nam millies etiam ad exuberantiam gratis concesso, quod inspecta prima ordinatione Testatoris, jus præsentandi, seu nominandi ad hanc Cappellaniam vigore illorum verborum. *Eredi, e successori*, foret fortasse hereditarium; Denegari tamen nullo modo poterat, quod attenta prædicta contemplatione copulativa Domus Ludovisiæ non exsisteret simul, ac redderetur mixtum, sicuti tale censetur, ac stabilitur a Scribentibus Juspatronatus, quoties eodem tempore præter qualitatem hereditariam insimul
10 fuit habita ratio sanguinis, & agnationis in Successoribus ejusdem sanguinis, ad tradita quotidie; & signanter per *Paris. consil.* 48. *lib.* 4. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæst.* 11. *n.* 4. *Card. de Luc. de Jurepatr. disc.* 24. *num.* 9. *Panimoll. dec.* 127. *num.* 21. *Rota dec.* 267. *num.* 3. *par.* 6. *& dec.* 254. *num.* 16. *par.* 11. *dec.* 223. *num.* 16. *par.* 19. *rec.*, *& in addit. ad meam dec. impress. la* 38. *sub num.* 28.

In hoc igitur statu, sive hypothesi jam late fuit ostensum in præterita *decisione*, quod ea pars qualitatis hereditariæ efficiens in omnem casum mixturam, fuerat deinde penitus absumpta, atque redacta ad simplicitatem veræ agnationis per successivum Testamentum tam Cardinalis, quam Principis Nicolai illius fratris ab eo instituti; præmissa etenim illa infallibili propositione, quod citra aliam mentionem, seu explicationem de sui natura Juspatronatus transeat cum universitate bonorum, nec non supposita altera non minus indubitata cõclusione, quod Patroni Possessores, seu quasi Jurispatronatus quomodolibet hereditarii valent per successivam ordinationem reddere idẽ Juspatronatus a principio hereditarium mere postmodum agnatitium, & familiare, ita nedum exigente majori Ecclesiæ, sive Beneficii favore, sed etiam libera facultate ipsius Patroni, qui eodem modo, quo valet bona sua libera, & hereditaria supponere cuilibet fideicõmisso agnatitio, ita non resistente imò beneficium reportante Eccle-
11 sia, valet Juspatronatus hereditarium ex sui voluntate flectere in agnatitium, & familiare, ut tradunt *Vivian. de Jurepatr. par.* 3. *lib.* 14. *cap.* 1. *num.* 26. *&* 36., *Modern. Roman. in ejus discept.* 53. *nu.* 19. *Rota dec.* 20. *num.* 10. *&* 11. *post Antonell. de jur. et oner. Cleric.*, *et in Majoricen. Beneficii* 11. *Junii* 1705. §. *Nullatenus refragante cor. bon. me. Muto*, ultra ceteros abunde relatos in eadem preterita decisione *diei* 16. *Martii* 1708. §. *Nihilominus*, *et* §. *Verum cor. me.*

Pro-

Profectò de voluntate ad præsens tam Cardinalis, quam Principis Nicolai ejus fratris, & successoris nequaquam ambigi posse liquebat, dum Cardinalis in sua Testamentaria dispositione instituendo heredem eumdem Principem Nicolaum, ejusque filios masculos descendentes per lineam masculinam declarare melius suam intentionẽ pollicitus fuerat in particulari Instrumento Primogenituræ, hortando, & exorando interim heredem, ac posteros, ut majorum suorum gloria amplificaretur, & cresceret, secundum verba ulterius recensita in prædicta *dec.* §. *Quod autẽ*; Quapropter cum idem Princeps Nicolaus heres immediatus profitendo adimplere mentem, & servitium (sunt verba præcisa) *di mio Fratel Cardinal Ludovisio*, instituerit sibi heredem Joannem Baptistam ejus filium *per via di Primogenitura, ed in maniera, che passi da lui alli suoi figliuoli, e descendenti in infinito con prelazione sempre degli uomini alle donne*, quis dixerit, quod prælatio hæc masculorũ non supponat quo-
12 que vocationem feminarum saltem per posterius, ut latius fuit demonstratum in præfata præterita *decisione* ab enunciato §. *Absque eo quod* usque ad §. *Itaque*, maxime in Primogenituris, & Majoratibus ordinatis ad instar illorum, qui usu, & ratione invaluerunt apud Hispanos, a quorum Monachis hæc præclarissima Familia quampluribus
13 feudis majoris dignitatis juste fuerat locupletata, admittendi scilicet semper subsidiarie feminas *Molin. de Primogen. Hispan. lib. 3. cap. 4. num. 6. & seqq.*, & in individuo Jurispatronatus in ordine ad Primogenituram, idem *Molin. lib. 1. cap. 1. num. 26. et 27.* cum aliis inutiliter cumulandis, atque transcribendis, dum plene hæc omnia in præcitata anteacta *decisione* cum responsione ad quælibet objecta enucleantur.

Addebatur ad superabundantiam tantummodo, quod tantum aberat, Principem Nicolaum voluisse, quin etiam cogitare umquam valuisse feminas immediatas a se descendentes arcere a sua successione, & Primogenitura, quamtumvis D. Principissam in concursu masculorum temporaliter tacitasset, relinquendo ei, ejusque sorori Laviniæ scut. 40000., quin potius adeo elaboravit ad inclusionem earumdem propriarum filiarum, & feminarum, ut non sine magnis incommodis, & impensis curaverit, & obtinuerit, ut investituræ ab eodem repotatæ ad Principatũ Plumbini, & Venusiæ etiam contra antiquam formam, & cancellos earumdem præcedentium investiturarum, amplecterentur quoque, & comprehenderent easdem suas filias, ac feminas descendentes; Quapropter cum præcise etiam effective disposuerit de iisdem Principatibus in sua Primogenitura, illos subjugando eidẽ Primogenituræ; quomodo idcirco somniari poterat, quod illas postea ab eadem Primogenitura eliminare cogitaverit, cum voluntas ex se citra distinctionem bonorum, & Territorium semper sit
14 individua, & unica, nisi diversimode limitetur, & explicetur per Disponentem, ad ea, quæ in proposito *Text. in l. nihil est aliud ff. de verbor. signific.* notat *Surd. in cons. 535. n. 19. & cons. 553. nu. 11. Giovagnon cons. 47. n. 2. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 8. n. 14. Bellon. de jur. accresc. cap. 10. quæst. 2. n. 135. & seqq. Donat. de Marin. resol. 141. n. 6.* cum ceteris per *Mans. in consult. 678. n. 13.*, & præcipue *n. 15. Rota dec. 437. n. 2. cor. Cavaler., & dec. 497. n. 12. & seqq. cor. Merlino*.

Et ob id irritus labor, & improbus visus est respondere ed ea, quæ quodammodo indigeste non ponderatis circumstantiis, omnibusque conjecturis, & verbis nostrarum dispositionum ad defensam sui Clientis in oppositum scribere tentavit *Turr. var. resol. tom. 3. tit. 12. quæst. 70.* exitus quippe ejus consultationis, ut fert adagium, acta comprobavit, dum nihil *Turres* potuit obtinere pro suo Cliente adversus D. Principissam Hippolytam semper in positiva possessione Primogenituræ Ludovisiæ, ut tamen temporum vices patiuntur, juridice remansam; non enim in eo, quod dicant ad opportunitatem Causæ, & in gratiam suscepti patrocinii attenduntur Consulentes, sed unice
15 spectatur, atque servatur, quod fuerit subinde judicatũ, atque in substantia conclusum, juxta monitum *Card. de Luc. de alienat. disc. 25. sub n. 13., & de success. disc. 16. n. 15., & Franch. in dec. 260. n. 5. & 6.*

Eoque fortius, quia alibi idem *Turres* extra Clientelæ studium, & affectionem materiam pertractans contrarium ex diametro susti-
16 nuit *in suo Tract. de success. in Primog. et Major. Ital. par. 2. quæst. 38.*, ubi expresse firmat, quod data contemplatione agnationis expressa in hisce Primogenialibus ordinationibus, successio defertur ad omnes de familia, & agnatione, non obstante quod Primogenitura appareat per simplicitatem verborum restricta ad aliquam descendentiam citra specialem nominationem, seu vocationem aliorum de agnatione, & familia, ideoque quid dicere debuisset, quando Testator, sive Princeps Nicolaus adimplens, & exsequutioni demandans, ut diximus, mentem Cardinalis, & invitando explicite feminas per poste-

posterius, sese tam enixe declaravit per illa verba = *atteso che la mia intenzione è che duri in perpetuo nelli miei Descendenti*, ut præter eumdem *Turrem* perpendendo consimilem intentionem, & declarationem Testantis præcise favore filii, seu filiæ immediatæ contra matrem extraneã ultimi masculi in asperioti, fortiotique casu optime decisum fuit in jam allegata *Romana Primogenituræ de Fabiis &c. 12. Decembris 1707. cor. Reveren-*
17 *diss. Omanna Episc. Giennensi*, quibus in proposito quoque concordant introspecta natura Majoratuum Hispaniæ, cujus erat Prorex Princeps Nicolaus in Regno Sardiniæ de tempore conditæ Primogenituræ, in qua professus fuerat Hiberiæ leges observare sub illis verbis = *observandose en todos las leges del Mayorasco* plene relati per *Castill. quotid. quæst. lib. 5. cap. 143. n. 1. & 2.*

Constabilito itaque, vel scorsim alterutro, vel insimul utroque palam fundamento, nimirum quod aut Juspatronatus a Paulo Testatore relictũ foret in se mere, & verisimilius agnatitium, vel quod data saltem inevitabili necessitate mixturæ, mixtura hæc remansetit penitus sublata per successivas testamentarias dispositiones Cardinalis, & Principis Nicolai, utique non oportuisset ulterius progredi pro asserenda firmitate persistentiæ *in decisis*, sed adhuc *Domini* ulterius, solida semper de reliquo restante innegabili mixtura, minime tertio loco ambegerunt, quod etiam in his terminis, quatenus oportuisset, ad abundantiam suffulta undique dici mereretur Domina Principissa Hippolyta utraque qualitate, sanguinis scilicet, de qua dubium non aderat, ac etiam altera heredis Cardinalis Ludovisii, ad hoc enim assumptum palpabilitet demonstrandum sat erat dicere, quod hujusmodi qualitas hereditaria in feudis, Beneficiis, & Patronatibus mixtis conjunctive exoptata, non
18 requiritur actu positive, sed plusquam sufficit in potentia, itaut per concupiscentem illa pollere satis existat apud eum per quem non stetisset, quominus foret heres, ut præter ad satietatem cumulatos in præsenti *Decisione* §. *Nihil obsistebat*, dixerat etiam modernius *Rota in Balneoregien. Beneficii 21. Januarii 1707.* §. *Qualitas cor. R. P. D. Kaunitz Episcopo Labacen.*, & alias in idem accumulavit *Modernus Romanus discept. Eccles. discept. 4. n. 4.*

Quin ullo modo ad eversionem hujusce fundamentalis propositionis ullatenus obsistere valeret, quod D. Principissa lacessita in Tribunali Fabricæ ad declarandum, utrum vellet esse heres Cardinalis Ludovisii, passa fuisset, deputari Curatorem hereditati jacenti, prætermisso enim, quod omnia hæc gesta extiterunt ignara ipsa D. Principissa per quẽdam Procuratorem nullo mandato procuræ constipatum, nihilominus ex multiplici capite cessabat quoque omnis amaritudo, & quidem primo, quia posito etiam sufficienti (prout non adetat) mandato procuræ in permittente ista geri in Tribunali Fabricæ, utique talis repudiatio, vel renunciatio D. Principissæ tamquam feminæ, reddebatur ipso jure irrita prorsus, & nulla, dum nullæ adhibitæ apparebant solemnitates præscriptæ per *Stat. Urb. in c. 151.*, quas omnino deside-
19 rari in repudiatione hereditatum de veriori profitetur *Pic. ad idem Statutum Urbis in cap. 151. quæst. 8. per tot.*, *Modernus Asculanus ad d. cap. 151. annot. 44. art. 6. n. 615. & seq.* & individualiter ad finem evitandi præ-
20 judicium amissionis Jurispatronatus, firmavit quoque *Rota nostra cor. Celso dec. 85. n. 8.*, parum curata, sive applicabili limitatione, nimirum quando hujusmodi renunciatio, sive repudiatio emissa fuit in Judicio, *ex Card. de Luc. de hered. disc. 14. nu. 6.*, nam
21 *Card. de Luc. in seqq. n. 7.* optime se explicat, id procedere in solo casu, quo actus fit quidem gestus coram Judice, sub opportuna tamen simul, & plena Causæ cognitione, de qua nihil in illo Fabricæ Tribunali.

Secundo validius, quoniam istæ recusationes, & repudiationes, quæ quotidie fiunt a diversatis in præfato Tribunali, nusquam acceptæ fuerunt pro veris recusationibus, & repudiationibus, sed tantummodo pro practicatis ad
22 finem se se eximendi a molestiis ejusdem Tribunalis, & a consequutiva consequentiatum caterva, atque gravamine, quemadmodum in nostris adamussim terminis Jurispatronatus, exigentis qualitatem hereditariam, eaque in Fabrica denegata per Patronum, conclusum fuit sub hac ratione in prædicta *dec. 85. n. 8. cor. Celso, & dec. 16. n. 24. par. 19. rec.* & in fortioribus de eo, qui
23 se negavit heredem in Judicio solum præ timore solvendi debita, pro quibus conveniebatur *Rota in Perusina Dotis 20. Junii 1701.* §. *Quod actus cor. clar. mem. Card. Caprara, & in Romana, seu Sabinen. Bonorum 7. Martii 1704.* §. *Fortius cor. bo. mem Muto*, & recentius *in Viterbien. Salviani 18. Junii 1708.* §. *Hæc demum cor. Rmo Molines Decano.*

Tertio non minus robuste, quoniam si D. Principissa detrectavit in omnem casum sese heredem declarare Cardinalis, id evenerat, ex quo præ multitudine Creditorum confluentium ad Congregationem Baronum, &

omnia

omnia ferme Urbis Tribunalia, nec obulum ei reliquerat Cardinalis; Unde sicuti quotiescumque Cardinalis eamdem D. Principissam despexisset non relinquendo eam, sed alterum heredem, parum obfuisset pro auferendo indumento alias necessario hujusce qualitatis hereditariæ, ad finem ineundi præsentationem, ex quo per eam non exstitisset, non fuisse heredem, dum ad hunc effectum præcisum distinguitur inter heredem acta, & heredem in potentia, ita eidem Principissæ nocere non poterat, si heres desinebat esse, ex quo Cardinalis vice scribendi alium heredem quodammodo per indirectum, & virtualiter illam in substantia excluderet, totam suam hereditatem relinquendo, seu subjugando Creditoribus, & æri alieno; unde bene *Merlin. de pign. lib. 2. quæst. 22. per tot.* ostendit, quod Juspatronatus non cadit sub hypotheca Creditorum, sed avulsis etiam per Creditores omnibus
24 bonis hereditariis, jus remanet penes legitimum heredem, optime pariter, & in simili omnino *Rot. cor. Coccin. dec. 351. sub n. 3. 4. et 6.*, ubi in proposito patronatus hereditarii inquit sufficere, quod quis sit heres sanguinis, nullusque alius de sanguine com-
25 pareat, etiamsi fuerit Comparenti ad præsentandum ex aliquo facto, ut in eo casu per confiscationem, impedita illa successio æqualis bonorum, cetero quin competens potentialiter ad normam Juris, & sanguinis successori ab intestato.

Atque ex his supervacaneum effulsit quarto etiam loco respondere, quod vel satis sese ad effectum hodie juris præsentandi D. Principissa declarabat heredem, dum actu præsentabat, ex individualiter connotatis per *Rotam in dicta dec. 85. num. 5. cor. Celso*, vel semper suppetebat D. Principissæ remedium reassumendi quamcumque potentiam succedendi, & existendi heres, etiamsi eam millies ex subsequutis in fabrica deperdidisset,
26 dum tamquam mulier poterat semper adire *Signaturam Principis* adversus repudiationē quomodocumque, vel saltem ad hunc effectum læsivam, & consequenter semper perdurabat in ea illa potentia, qua unice contentantur *Scribentes*, *et Tribunalia* ex jam copiose in præterita dicta mea *Decis.* congestis, & quibus addi possunt etiam firmata in *Romana, seu Parmen. Jurispatr. 13. Dec. 1700. §. Et reprobabat, et 17. Febr. 1702. §. Ex quibus cor. Rmo D. meo Molines Decano.*

Ad malleum itaque tam aeris contradictionis afferta, & vindicata priori *decisione* in ordine ad bonum jus, supervacaneum remanserat discurrere amplius de manutentione, de qua ab initio tractabatur, dum ultra quod D. Principissa, sive ejus Præsentatus de tempore motæ litis existebat in actuali quasi possessione Cappellaniæ, & per consequens erat de natura hujus interdicti retinendæ manutenendus, hodie præcisive a certis particularibus circumstantiis, in quibus bonum
27 fortasse jus non exstiterit tam clarum, manutentio semper est pedissequa boni Juris, ex constanti *Rotæ* opinione, de qua *in dec. 228. num. 11. cor. Emer. Jun.*, *et in Camerinen. Censuum 23. Januarii 1698. §. Non obstat cor. Rmo D. meo Molines Decano*, *et in Romana Communantiarum, et Fontanilis 20. Januarii 1702. §. Neque propterea cor. Me, et in Beneventana Manutentionis 4. Maji 1703. §. Nec obstat cor. Rmo Kaunitz Episcopo Labacen., et in Perusina Manutentionis 21. Junii 1704. §. Non attento cor. R. P. D. meo Scotto.*

Utraque &c.

Faventina Jurispatronatus.

Veneris 12. Junii 1711.

ARGUMENTUM

Habes supra in Decis. 498., quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1. *Præsentatus a vero, & legitimo Patrono est omni Jure instituendus.*
2. *In Jurepatronatus an admitti debeat juridica repræsentatio, sive illa vulgaris, quæ dicitur anomala.*
3. *Substitutio de te non loquitur dici jure potest non vocato.*
4. *Fideicommissum ubi est ingressum in unam lineam, non debet ad aliam transire, nisi priori linea evacuata.*
5. *Et respectu ejusdem lineæ admissa præferendus semper est proximior remotiori.*
6. *Descendentes a filiis masculis feminarum numquam sunt de recta linea masculina,*
7. *Quæ solum efformatur per Masculos ex masculis*, & num. seq.
8. *Feminæ a Testatore præcognitæ, ac prædilectæ anteferuntur Feminis non præcognitis, & descendentibus ab ulterioribus masculis.*
9. *Dictio, seu particula* Ex *designat originem, et causam productricem.*
10. *Testator si adjunxerit verbum illud* ordine Successivo, *quem ordinem gradualem voluisse censeatur.*

DECIS. DXXXVII.

Ex facto noviter, & melius reassumpto, ac respective immutato, ut putabant scribentes pro Georgio, & Josepho sibi quoque blandiebantur, posse mutari scænam negotii, & captæ resolutionis sub die 12. *Maji*

1710.

1710. sed perperam, quia factum erat idem adamussim, quod fuerat expressum in *decis. prædictæ diei* 12. *Maji coram me* adeout aliqui ex *Dominis* prudenter animadverterent, nihil prorsus deduci ab iisdem informantibus hodie de novo, ideoque persistente eodem Facto, perstitit etiam Jus, ob quod fuit unanimiter dictum *in Decisis*.

Factum siquidem ita se habebat, quod Carolus Fundator Beneficii, seu Cappellaniæ, de qua agebatur, reservaverat in ipsa fundatione Jurispatronatus pro se, ejusque filiis per rectam lineam masculinam descendentibus, & eis non exstantibus, pro descendentibus ejus filiarum, & ultimo loco Antianis Civitatis Faventiæ, repetita reservatione circa finem *Jurispatronatus iisdem supranominatis ordine successivo*; Idem factum pariter secum ferebat, quod descendentia, seu linea Masculina recta Fundatoris defecit in Carolo ejus Abnepote, unde cum transeundum, evacuata hujusmodi recta linea masculina, foret ad Descendentes ex ejusdem Testatoris filiabus, masculos tamen, solus vero descendens a filiabus prædicti Disponentis reperiretur Guido de Bellis, qui præsentavit Philippum Actorem, proinde idem Philip-

1 pus citra dubium a solo vero, & legitimo Patrono præsentatus erat instituendus, ut inquit *Text. in cap. cum Bertoldus de re judic. et cap. quoniam de Jurepatr., et firmavit Rot. in Romana Cappellaniæ 8. Junii 1707. §. Siquidem cor. R. P. D. meo Scotto, et in Asten. Prioratus super Institutione 6. Martii hujus anni §. Atque, et in Romana Cappellaniæ 3. Junii pariter currentis anni sub §. Isque utraque cor. Me*, cum ceteris abunde notatis in decis., quæ revidetur *diei* 12. *Maji ann.* 1710. *§. Absoluta pariter cor. Me*.

Diximus, quod solum descendens a filiabus Testatoris reperiebatur Guido (& in hoc versabatur tota æquivocatio eorumdē Scribentium pro Georgio, & Josepho) Guido enim clare justificaverat suam descendentiam a Maria filia immediata Caroli Fundatoris, quodque si in Arbore transcripta ad suppositionem Partium in fronte prætcritæ Decisionis fuerat fortasse prætermissus unus gradus respectu ejusdem Guidonis in ordine ad descendentiam a prædicta Maria, ut præsupponebant iidem scribentes, nihil hoc faciebat ad Causæ opportunitatem, & ad definitionem præsentis controversiæ; Quæstio enim non erat de proximioritate, vel remotioritate contendentium, ita ut aliquid, vel plurimum importare posset unius, vel alterius gradus prætermissio; nullibi etenim in tota fundatione vocati legebantur Proximiores, quo casu plures emanare solent

2 conflictationes in hac materia, sive Jurispatronatus, sive Fideicommissi insimul fraternizantium, ut quotidie videre est, vel ratione subingressus per illam vulgarem, quę dicitur Anomala, vel Juridicę repręsentationis, & signanter apud *Card. de Luca de Fideic. disc. 17. et 18. et de Jurepatr. disc. 33. n. 9. 10. et 11. Covar. pract. quæst. cap. 38. Vivian. de Jurepatr. lib. 4. cap. 9. num. 14., et 37., et post eum Rot. dec.* 120. *n.* 12. & alibi millies.

Verum, ut tetigimus, contentio dumtaxat residebat in eo, quod e converso Georgius nactus erat suam præsentationē a Michaele patre, & Josepho Patruo de Marchesiis originem propriam desumentibus a Diana, quæ nequaquam descendebat ab ulla filia femina Fundatoris imediate ut supra substituta, sed tanquam Caroli ultimi masculi prędefuncti soror promanabat a Sigismundo, descendente solum a præfata linea recta masculina priori loco vocata; Vnde cum Fundator invitaverit post defectam descendentiam lineæ rectæ Masculinæ Masculos descendentes a suis propriis Filiabus, & non a descendētibus filiorum masculorum eorumdem defectorum pariter masculorum, quid in hoc habebat agere, pro nunc Diana, illiusve filii in concursu cum Guidone proveniente, ut diximus, a Maria filia immediata Testatoris? adeout dici absolute potuisset, tam ei-

3 dem Georgio, quam Dianæ vulgare dictum *Substitutio de te non loquitur*, & ita de facto præter abunde in hoc proposito deducta in præterita *mea Decisione*, necnon etiam *ultra Actolin. resol. 13. num. 22. Palm. Nep. alleg. 249. num. 24. et 30.* fuit etiam in celebriori, & in præstantiori casu ad unguē discussum, atque firmatum *in illa Romana Fideicom. de Alveris 19. Junii currentis anni per tot. cor. R. P. D. meo Crispo*.

Hincque vani reddebantur strepitus efformati super generalibus, licet in se veris propositionibus, nimirum, quod fideicommissum ubi est ingressum in unam lineam, non debeat ad aliam transire, nisi totaliter eadem linea priori loco admissa remāserit evacuata, quodque prosequendo discursum, res-

4 pectu ejusdem lineæ admissæ sit præferendus proximior remotiori, quemadmodum circa primam propositionem uno ore tradunt *Gratian. cons. 6., & 7. Mans. consult. 62. num. 1. & seqq., & consult. 96. nu. 46. Card. de Luc. de Fideicomm. disc. 1. num. 13. & disc. 2. n. 2. disc. 4. nu. 3. & disc. 210. n. 5. Merlin. dec. 520. n. 14., cum concordant. in dec. 322. n. 21. cor. Emer. Jun., & in Avenionen. seu Carpentoracten. Fideicommissi de*

Tertullis 21. *Novembris* 1704. §. *Quo posito*
5 *cor. R. P. D. meo Lancetta*, & quoad secundam *Roland. cons.* 110. *n.* 4. *lib.* 1. *Caphal. cons.* 659. *n.* 48. *Menoch. cons.* 442. *n.* 10. *de Luca de linea legal. art.* 12. *nu.* 2., *Rocca disput. select. cap.* 3. *n.* 11., *Merlin. dec.* 520. *n.* 11. *& seqq.*, *& in Asten. Prioratus super pertinentia* 20. *Januarii* 1708. §. *Accedit*, *&* §. *Maxime cor. R. P. D. meo Lancetta*, ultra alios abunde relatos in antecedenti *Mea dec. dicta diei* 12. *Maji* 1710. §. *Conspirante*.

Quoniam ex hucusque præmissis, ac etiam ostensis in eadem antecedenti *Decisione* difficultas versabatur in prædictarum conclusionum applicatione; nam eæ locum sibi vindicassent, nisi litteris rotundis Fundator duas constituisset lineas in invocatione activa ad hujusmodi Juspatronatus, unam quoad masculos descendentes ex recta linea masculina suorum filiorum, & successive aliam quo ad masculos descendentes ab ipsiusmet propriis filiabus. Sed stante hac præcisa, clara, & palpabili dispositione filii Dianæ nec venire poterant tamquam comprehensi in prima Constitutione lineæ rectæ masculinæ, cum tamquam provenientes a Feminis filiorum masculorum, nequaquam forent de eadem recta linea masculina, quæ solum efforma-
6 matur per masculos ex masculis, juxta demonstrata in antecedenti *dec.* 12. *Maji* 1710. §. *Quotiescumque tamen*, quibus addi possunt *Dec. cons.* 319. *nu.* 2. *Menoch. cons.* 802. *nu.* 82. *Molin. de Primog. Hispan. lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 69., *Fusar. de substit. quæst.* 346. *nu.* 17. 32., *&* 33., *Peregr. de fideicomm. art.* 26. *n.* 29. *in fin.*, *Rota cor. Bich. dec.* 493. *n.* 6., *& dec.* 813. *n.* 11., *& dec.* 126. *n.* 8. *cor. Emerix Jun.*

Minusve tamquam inclusi in secunda linea, quæ erat feminina veluti assumens, seu desumere debens initium a femina, ut bene connotando differentiam inter lineam Mas-
7 culinam, & Femininam commonet *Rot. in dec.* 359. *per totam cor. Emer. Jun.*, *signanter n.* 11., *&* 244., *&* 271. *cor. S. mem. Alexandro VIII.*, *& dec.* 981. *cor. Dunozz. Jun.*

Siquidem caput hujusce lineæ Femininæ ad normam dispositionis, & ordinationis Testatoris ut supra esse non poterat, nec debebat femina descendens a masculis lineæ rectæ masculinæ, ut erat Diana, sed aliqua propria filia Fundatoris, ut ibi = *et eis non exstantibus* (scilicet masculis) *pro descendentibus ex ejus filiabus masculis*, *tamen ex eis legitime descendentibus* qualis e converso erat, sive fuerat Maria, non solum introspecta illa rationabilitate, quod propriæ filiæ cetero quin præcognitæ, & consequenter verisimilius dilectæ, si a Testatore rationabiliter non minus postponantur ab initio Masculis Majori dilectione dignis, quoties tamen transeundum veniat ad Feminas. & descendentes ab eis, illæ filiæ propriæ ab initio posthabitæ, in hoc casu reintegrentur, atque anteferantur Feminis non præcognitis, & ab ulterioribus Masculis descenden-
8 tibus, ut de facto disponunt plura Statuta, & signanter illud Perusiæ, de quo *Rota in Perusina Reintegrationis* 8. *Maji currentis anni cor. R. P. D. meo Priolo*, & late jam fuit exemplificatum in præcedenti *dec.* §. *Nihilominus*.

Ast evidentius attenta littera, & voluntate explicita Testatoris, quæ custodienda semper, & observanda religiose venit per Judices, & Tribunalia, dum Fundator per verba mox recensita *habens rationem* ad se, ut ibi = *pro se, et ejus filiis Masculis* = demum usurpavit dictiones personalissimas in secunda vocatione Descendentium a filiabus, de qua etat quæstio nempe = *ex ejus filiabus* = quæ etiam par-
9 ticula *Ex* designat originem, & causam productricem, secundum animadversa *per Mandell. Alb. cons.* 86. *n.* 5. *vers. neque id negat Menoch. cons.* 328. *n.* 20. cum ceteris allegatis in puncto *per Ridolph. alleg.* 27. *num* 8. *Urceol. dec. Flor.* 4. *n.* 33. *vers. quinta etiam & Rot. dec.* 667. *n.* 6. *par.* 2. *& dec.* 469 *n.* 7. *&* 8. *par.* 13. *& dec.* 117. *n.* 11. *par.* 17. *rec.*, & magis præcise decisum fuit *in Perusina Fideicom.* 21. *Martii* 1710. §. *Præcipue*, *et* 30. *Januarii currentis Anni* §. *Maxime*, *coram R. P. D. meo Crispo*.

Adversus hæc plusquam patentia poterant præfati Scribentes omittere, quod Fundator sparsim meminerit tam de agnatione, quam cognatione, tam de Descendentibus lineæ Masculinæ, quam Femininæ cum similibus; Nulla quippe aderat hæsitatio, quod tam Agnati, quam Cognati forent vocati, quodque pariter extiterit vocata linea Masculina, & Feminina, & de facto, & iidem de Bellis, & iidem de Marchesiis erant certo certius Cognati, pariterque erant certo certius de linea Feminina, sed punctus stabat quinam essent isti Cognati, quinam essent isti de linea Feminina, & ut vidimus hi de linea Feminina erant tantummodo illi de Bellis, qui originem desumebant a Maria filia propria Testatoris efformatrice lineæ Femininæ, & e converso non erant ii de Marchesiis, qui caput, & originem recognoscebant a Diana non volita efformatrice ejusdem lineæ Femininæ, & idcirco repetiit idem Fundator per alia verba pariter, ut supra transcripta in eadem reservatione Jurispatronatus, quod illud re-

linquebat, seu reservabat = *iisdem suprano-*
10 *minatis ordine successivo*, ad hoc ut scilicet servaretur ordo Vocationum, & substitutionum supra volitus, & ut supra comprobatus, & ostensus, ex connotatis *per Soccin. in l. Gallus §. Instituens n. 5. ff. de lib. & posth. Parif. cons. 86. nu. 36. lib. 2. Peregr. de fideicomm. art. 26. n. 19. Urccol. d. dec. Florent. 4. nu. 34.* cum concordantibus *Rot. dec. 49. par. 1. divers., & d. dec. 667. num. 6. par. 2. rec.* cum aliis.

Cetera tandem, quæ replicabantur circa illam dictionem *quibuscumque*, & illa verba *per lineam Masculinam Descendentibus quibuscumque*, cum similibus discursibus, nulla alia indigebant responsione, dum omnia ad evidentiam emicarunt sublata in antecedenti *decis.* quam hodie *Domini* denuo approbarunt,

Utraque &c.

Pisana Prioratus.

Luna 15. Junii 1711.

ARGUMENTUM.

Major probatio ultimi Status exoptari certe nequit, quam quoties beneficium vacat per mortem illius qui ultima vice præsentatus fuit; Itaut possessio præsentati firmet possessionem præsentantis, quæ in illo facto, & effectu consistit. Subrogatio regulariter a S. Sede conceditur superstiti collitiganti, in Jus & possessionem alterius prædefuncti collitigantis.

SUMMARIUM.

1. *Dilationes quamtumvis arbitrariæ tamen non conceduntur nisi concurrentibus justis, ac rationabilibus causis.*
2. *Judex tenetur supplere in Jure in eo, quod deficit Defensoribus.*
3. *Institutio, seu adjudicatio ad Beneficium danda est ei, qui majorem vocum partem pro se numerat.*
4. *Novissimus Status sufficit ad effectum obtinendi manutentionem.*
5. *Ultimi Status exoptari nequit major probatio, quam quoties beneficium vacat per mortem illius, qui ultima vice fuit præsentatus* & n. 8.
6. *Possessio præsentati firmat possessionem præsentantis, quæ in illo facto, & effectu consistit.*
7. *In oppugnationibus attenditur victoria, & non turbatio perperam per oppositionem illata.*
8. *Ultimus Status dicitur acquisitus mediante vera, & positiva effectuatione possessionis.*
9. *Irritato quolibet decreto, seu sententia, irritantur omnia consequutiva, & ab ea dependentia.*
10. *Sententia lata contra Mortuum est nulla.*
11. *Subrogatio conceditur a S. Sede in Jus, ac possessionem defuncti.*
12. *Et regulariter non conceditur nisi superstiti collitiganti.*
13. *Patronus nequit, mortuo suo præsentato, devenire ad præsentationem alterius in præjudicium collitigantis.*

DECIS. DXXXVIII.

Dilationem raro concessibilem, imminentibus jam feriis generalibus nostri *Tribunalis*, frustra expetente Marco Antonio, *Domini* crediderunt fore respondendũ, *Prioratum S. Nicolai esse adjudicandum Bartholomæo*, usurpata solum formula ejus rescripti quod idem continet in substantia, nempe *Pro Informante*; hujusmodi enim efflagitatæ dilationes, quantumvis de cetero arbitrariæ, sive commissæ Judicis religioso arbitrio
1 nonnisi difficile, ut præmisimus, in prædictis terminis conceduntur ex rationibus latius adductis in simili proposito in illa *Romana Pecuniaria* 28. Junii 1702. coram Me; Et prius antiquioribus etiam exemplis majorum nostrorum relatis, dixerat quoque *Rot. in dec. 643. sub nu. 1. versic. præcipue coram Emer. Jun.*

Pro Informante igitur *Domini* responderunt; Licet namque quandoque *S. Tribunal* respondere etiam soleat *contra Informantem* ex illo Judicis Officio summopere commen-
2 dato, & injuncto per celebrem Imperatoris *Rubric. ut, quæ desunt Advoc., Jud. supple.*, ut latius *in dec. 40. sub nu. 1. inter meas impressas*; Tam solide tamen hodie visa est fundata intentio Bartholomæi, ut nihil ultra appareret desiderandum pro eidem concedenda præfata adjudicatione Prioratus, etiam quando fortasse Pars jura sua deduxisset; Præscindendo quippe ab accurata justificatione per eumdem ostensa circa majorem partem vocum, quæ ex parte ejusdem Bartholomæi monstrabantur per totũ Summarium *a num. 19. usque ad 55.* descensæ in hoc Jurepatronatus in Angelum Americum, qui in novissima vacatione, de qua agebatur, ipsum præsentaverat, itaut etiam in plenario petitorio ei tribuenda probabiliter fuisset controversa institutio, sive adjudica-
3 tio in concursu Marci Antonii minori parte vocum patronalium suffulti, per ea, quæ communiter, & passim definire solent per *Text. in cap. Quoniam, & ibi Gloss. verb. qui majoribus de Jurepatr. Garz. de Benefic. par. 9. cap. n. 257. Rot. cor. Cels. dec. 85. n. 1., & cor. Emer. Jun. dec. 118. & dec. 141. utrobique n. 1., & dec. 19. n. 1. par. 55. rec., late*

in

in Mediolanen. Beneficii prima Aprilis 1707. cor. me, & in Sarana Jurispatronatus super Institutione 10. Decembris 1710. §. Clara enim cor. R. P. D. meo Scotto.

Indubitabile certe videbatur, quod cum simpliciter ad præsens tractaretur, suspenso jam petitorio, in solo judicio possessorio, utique Bartholomæus geminos statim objiciebat oculis status antecedentes, qui prorsus ad terminos judicii possessorii pro consequenda exuberabant institutione, seu adjudicatio-
4 ne, dum ad præmissum effectum satis fuisset unicus novissimus, ad notissimum responsum *Innoc. III. in cap. Querelam de elect., & Elect. potest*, & aliud magis clarum, & fusum *Alexan. III. in c. consultaionibus 19. de Jurepatr. Gloss. in cap. Ex litteris eod. tit., Abb., Jo: Andr., Gonzal., Barbos., Archid. in c. fi plures 16. quæst. 7.* cum aliis lato calamo recensitis *in Gerund. Beneficii de Olot 7. Maji 1703. cor. R. D. P. meo Priolo*, & prius *in Mediolanen. Prioratus 25. Junii 1700. §. Ceterum omnes* necnon in altera *Mediolan. Beneficii 1. Aprilis 1707. a princ. cum duobus §§. seqq. cor. Me.*

Ultimus igitur pacificus, & clarus undique status erat ille, in quo Bajulivus de Roncionibus Angeli Americi Pater in præcedenti vacatione hujusce Prioratus sequuta sub anno 1662. præsentavit Petrum, per cujus obitum adamussim hodie nova contingebat vacatio; Quamobrem dici profecto merebatur amputata quælibet hæsitatio ad terminos prædictarum *Decretalium*, dum nulla melior dari, sive exoptari valet justificatio status effectuati, quam quoties beneficium vacat per mortem illius, qui ultima vice fuit præsen-
5 tatus, juxta *cons. Calderin. 12. de Jurepatr. Rot. dec. 147. num. 1. par. 1. divers., & cor. Buratt. dec. 111. n. 8., & cor. Bich. dec. 361. n. 4., & 5., & dec. 224. n. 4., & dec. 234. nu. 14. cor. Otthob.*

Sed quoniam meminimus supra, non unum, sed geminos exstitisse per Bartholomæum exhibitos status, non minus idcirco de secundo, & respective anteriori anni scilicet 1626. satis pariter liquido effulgebat, cum, vacante tunc istomet Prioratu, Camillus ejusdem Bajulivi Pater, & consequenter Angeli Americi hodie præsentantis Avus præsentationem expleverit in Petro, qui pariformiter hujus beneficii possessionem apprehendit; Dubitari autem non potest, quod juncta possessione cum præsentatione expleta sub narrativa pertinentiæ Jurispatronatus pro majori parte vocum, non dicatur esse satisfactum prædictis *Decretalibus*, cum eadem possessio præsentati firmet possessio-
6 nem præsentantis, quæ in illo facto, & effectu consistit ad tradita per *Gratian. discept. forens. cap. 557. n. 22. Lambert. de Jurepatr. lib. 2. par. 1. quæst. 3. art. 11. n. 5. Covaruv. practic. quæst. cap. 36.* cum innumeris congestis per *Vivian. de Jurepatr. lib. 5. cap. 4. n. 20. Rot. in Novarien. Beneficiorum 27. Junii 1703. § Alter vero status cor. R. P. D. meo Scotto, & in Regien. Jurispatr., seu Cappellaniæ 25. Junii 1708. §. Ex quo quidem cor. R. P. D. meo Priolo.*

Nullatenus attento pro offuscando hoc ceteroquin superabundanti statu antecedenti, quod possessio capta per Petrum præsentatum non fuisset omnino pacifica, sed cum formali oppositione Francisci de Rosserminis ab aliis assertis Patronis præsentationem exhibentis; Quoniam, cum eadem, etsi oppugnata possessio processerit in vim litterarum Apostolicarum sub prædicta Narrativa, quod idem Petrus fuisset præsentatus a majori parte, vel saltem a medietate Patronorum *Summario Bartholomai n. 11.*, Officialis vero, seu Vicarius Generalis Pisarum, cui fuerat commissa istarum litterarum exsequutio, pronunciaverit Camillum præsentantem &c. *non solum Patronum esse pro medietate, duodecim nempe vocum ex 24. totius hujus Patronatus &c. sed immo Patronum esse longe ultra medietatem &c. prout ex scripturis &c. dicto Summario n. 13.*, & tandem *Signatura Justitiæ* canonizaverit hujusmodi judicatum cum clausula = *sine præjudicio litterarum Apostolicarum* =, remanebat idcirco ipsamet possessio, si non principio pacifica, proculdubio tamen ex post efficacior, tamquam judicialiter collata, & tamquam per Organum *Signaturæ* Supremum Principem repræsentantis, per ipsum quodammodo Summum Ponti-
7 ficem approbata, atque decreta, dum semper in oppugnationibus attenditur Victoria, & non turbatio, perperam per oppositionem illatam, ex cōnotatis in proposito per *Mandos. cons. 51. n. 12. vers. sed eum ut dixi, Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 51. n. 40., et Rot. in dec. 5. num. ultim. cor. Emer. Jun.*

Potissime dum prænominatus Petrus, non obstante hac contentiosa defatigatione, ceteroquin in eadem judiciali, & qer Suprema Tribunalia cōfirmata possessione perseveravit usq; ad obitū; in quibus terminis utique reputatur verus status acquisitus, mediante
8 vera, & positiva effectuatione præsentationis, reincidente in proposito prænominato consilio *Calderin. 12. de Jurepatr.*, necnon aliis auctoritatibus superius adductis, & quibus addi possunt *Oldrad. cons. 229. Lambert. de Jurepatr. lib. 2. pact. 10. artic. 7.* cum concordantibus *in dec. 86. sub num. 24.* post

post Vivian. de Jurepatr., & alibi passim.

Hinc nullius roboris reddebatur ea objectatio, quam sibimet opponebant scribentes pro Bartholomæo, nimirum quod cum ab eadem sententia postmodum Vicarii Pisarum appellasset Franciscus, & Judex secundo loco delegatus declarasset sententiam nullam ejusdem Vicarii, nequiret propterea pes figi super ea possessione, seu quasi, quæ tamquam innixa Priori sententię de per se corruebat, & nulla efficiebatur, ruente base, & fundamento, cui nitebatur, secundum eam propositionem, quod, irritato quolibet decre-

9 to, seu sententia, irritantur omnia consequutiva, & ab ea dependentia, ex firmatis per *Rot. dec. 310. num. 14. par. 16. recent.*, & faciunt tradita per *Barbos. axiomat. 554. num. 3. ubi quod consequens sine antecedenti stare non potest etiam in sententiis*.

Siquidem posthabita reflexione, qualenam judicium efformari posset super prædicta prætensa revocatoria sententia, & maxime ex capite solius nullitatis, quando primam a contrario tamquam validam, & justam canonizaverat *Signatura Justitiæ*, adhuc sagitta retorquebatur in Sagittarium, quia potius evidenter nulla manifestabatur hæc asserta sententia revocatoria, dum ea lata fuit,

10 postquam Petrus ab humanis excesserat, & postquam de ipsius Petri obitu coram Judice in actis protestatus fuerat illius Procurator, in quibus terminis salvari non posse sententiam ab invincibili nullitate, unanimiter affirmant *Vant. de nullit. ex defect. Jurisdict. num. 106., Altimar. eod. tract. tom. 1. rubr. 3. quæst. 12. n. 11. Gratian. discept. 701. n. 3. n. 6. Rot. dec. 809. n. 1. cor. Merlin., et dec. 1335. cor. Emerix. Jun.*, & in subjecta materia dictum fuit *in Compostellana Paroch. 17. Junii 1697. §. His ita præhabitis cor. R. P. D. meo Priolo, & in Gerunden. Beneficii 16. Aprilis pariter 1697. §. Et demum cor. eodem.*

Inevitabilius, dum de facto, nullibi curata hac sententia revocatoria, tamquam de sui natura remansa etiam ex prædictis inefficace, & irrita, idem Camillus Auctor hodierni præsentantis, & qui dictum Petrum præsentaverat, audito illius obitu, in continenti sub eadem narrativa, quod ad ipsum Juspatronatus attineret pro majori parte vocum patronalium, præsentavit Bandinum de Ceulis, atque iste pariter pacifice usque ad mortem remansit in possessione, declarante exsequutore, litteras subrogatorias Bandini in locum Petri prædefuncti esse exsequendas,

11 mediante adamussim illa subrogatione, quam S. Sedes consuevit sæpe elargiri in jus, ac possessionem prædefuncti, teste *Rosa de exsequut. litt. Apost. tom. 2. in addit ad p. 1. cap. 16. nu. 42. & 45. fol. 250. & sub n. 65. fol. 258., Paris. de Resign. lib. 2. quæst. 3. n. 5. Garz. de Benef. par. 11. cap. 3. n. 76. Lotter. de re Benef. lib. 2. quæst. 20. num. 114. Card. de Luc. de Benef. disc. 50. n. 3., Rot. dec. 45. num. 1. & seqq. cor. Dunoz. Jun. cum aliis in dec. 18. num. 8. inter impress. cor. Me.*

Addito quod eo magis roborabat continuatū hujusmodi processum, ut ita dicamus, tot præsentationum hæc ipsa peculiaris subrogatio, & illius decreta exsequutio, ex quo regulariter eadem subrogatio non datur, ni-

12 si superstiti collitiganti, qualis fuisset Franciscus Rosserninus, non autem eam obtinere valuisset Bandinus, nisi prorsus impellente Datariæ officiales clara justitia, dum regulariter ad normam juris, & regulæ Cancellariæ, nequit Patronus, mortuo suo præsentato, devenire ad præsentationem alterius in præjudicium collitigantis, ita ei renovando novum adversarium, ut per *Text. in cap. 2. ut lit. pend. in 6.* unanimiter tradidere *Paris. de resign. lib. 2. quæst. 4. num. 52. Vivian. de Jurepatr. lib. 14. cap. 2. num. 14. & 15., Lancellot. de Attentat. cap. 4. in præf. illation. 5. num. 626. & 628., Lotter. de re Benef. lib. 2. quæst. 8. num. 100., Ros. de exsequut. litterar. Apostolic. cap. 4. num. 136. & cap. 16. num. 60. in fin., et num. 159. pariter in fin., Rot. in rec. dec. 427. n. 2. par. 1. et cor. Seraph. dec. 797. n. 5., et cor. sa. me. Alexandro VIII. dec. 263. num. 14.*

Cum itaque non ultimum dumtaxat Bartholomæus informans haberet statum pro se, sed, omissis etiam statibus anterioribus, ostenderet statum numquam interruptum, & ferme secularem, ex quo ab initio Camillus felici successu præsentavit usque de anno 1626., & postea alterum rursus præsentavit, defuncto primo præsentato, de anno 1629., & denique per cessum istius sequutum de anno 1662. illico Bajulivus ejusdem Camilli filius præsentavit Petrum Matthæum novissime defunctum sub anno 1706.; Hinc etiam sine ope boni Juris, ac petitorii (de quo tamen occasionaliter plene docebat, ut præmisimus) non poterat hactenus, nova vacatione sequuta per obitum prædicti Matthæi, non concedi institutio, seu adjudicatio eidē Bartholomæo ad præsens informanti &c.

Romana, seu Florentina Census.

Veneris 19. Junii 1711.

ARGUMENTUM.

Inventarium quo in loco sit conficiendum, & an restitutio in integrum ab omissa illius confectione concessa a Supremo Principe suffra-

suffragari possit exsistenti extra ditionem Principis; Pro obtinenda vero hujusmodi in integrum restitutione eitari debent omnes Creditores, etiam absentes, quos tamen non sufficit eitasse ad valvas, vel per proclama.

S U M M A R I U M.

1. *Cessante causa, cessat etiam effectus.*
2. *Et cessante causa impedimenti, cessat ipsum impedimentum.*
3. *Res judicata facit de albo nigrum, & perpetuum silentium imponit Parti devictæ.*
4. *Restitutio in integrum non est concedenda, quando sententia reperitur valida, & justa.*
5. *Inventarium confici debet intra bimestre.*
6. *Illud tamen sustinetur, etiamsi fuerit exaratum extra d. tempus, si adversus præd. tempus impetrata fuerit restitutio in integrum.*
7. *Intellige, eamdem restitutionem suffragari non posse illi exsistenti extra ditionem illius Principis, a quo fuit concessa.* Subdeclara num. seq.
8. *Inventarium est inibi conficiendum, ubi stat major pars bonorum hereditatis.*
9. *Solemnitates cujuscumque actus servandæ sunt, prout sunt scripta in loco, in quo celebratur.*
10. *Inventarium semel, & legitime factum in uno loco semper suffragatur in quocumque alio loco*, & num. 23.
11. *Inventarium debet esse universale, & complexivum omnium bonorum defuncti.*
12. *Quilibet actus referri debet, & recipere interpretationem a sua causa motrice, & prænarrata.*
Inventarium, ex quibus arguatur, fuisse universale, & complexivum omnium bonorum.
13. *Inventarium defectuosum, & minus legitime factum, non probat quantitatem Bonorum hereditariorum.*
14. *Omissio bonorum impossibilium occultari non causat nullitatem Inventarii.*
15. *Immo nec sola omissio alicujus rei describendæ sufficit ad inducendam prædictam nullitatem, cum ad summum in hoc casu intret obligatio pœnalis ratione ommissæ descriptionis ad duplum.*
16. *Inventarium ad hoc, ut dicatur legitimum, lacessiri debent omnes Creditores tam certi, quam incerti.*
17. *Inventarii beneficio privari nequit heres, & maxime minor, si in eo abfuerit fraus, vel dolus*, & num. 29.
18. *Argenta, Jocalia, & Vestes, aliaque præsumenda sunt in Viro nobili, ac divite.*
19. *Vinum, Oleum, Scripturæ, Argenta, Jocalia, Vestes, aliaque similia, describenda omnino sunt in Inventario.*
20. *Quando constat de consequenti, per necesse supponi debet illius antecedens.*
21. *In Inventario unius hereditatis non sunt apponenda ea, quæ ad alteram hereditatem pertinent.*
22. *Idem est Inventarium non conficere, ac nulliter, & defectuose exarare.*
24. *Restitutionem in integrum solus Papa concedere potest.*
25. *Et in Curia spectat ad Signaturam Principis, vel Gratiæ, vel Justitiæ.*
26. *Dictaque concessio restitutionis in integrum non afficit bona, & Personas non subditas.*
27. *In restitutione in integrum a neglecta confectione Inventarii citari debent Creditores ad videndum concedi restitutionem in integrum.*
28. *Nec sufficit citare Creditores absentes ad valvas, aut per proclama.*
30. *Præsumptio cedere debet veritati.*
31. *Discursus, & ratiocinia non sufficiunt, quando requiruntur facta positiva.*
32. *Inverisimilitudines circa exsistentiam bonorum defuncti, quando ab Inventario excludantur.*
33. *Dolus si non adest in intentione, quando re ipsa resultare dicatur.*
34. *Super Inventarii nullitate rigide est judicandum, si res sit de Creditoribus onerosis, secus cum legatariis, aliisque foventibus causam lucrativam.*
35. *Retentio pro creditis solum conceditur heredi vere beneficiato, non autem ei, qui ob invalidam Inventarii confectionem heredi simplici comparatur.*

DECIS. DXXXIX.

NUllum sane magis frequens, & familiare adagium, sive axioma est, quam
1 quod cessante causa, cesset etiam effectus per illam naturalē rationem *ad textus tam Cæsareos in l. adigere §. quamvis ff. de Jure patr. et in l. generaliter C. de Episc. et Cleric. quam Pontificios in cap. magna in fine de vot. et cap. cum cessante de appellat.* quodque pro-
2 inde in sequelam cessante causa impedimenti de medio protinus tollatur, & cesset ipsum impedimentum inquit *Signorol. de Homodeis cons.* 46., quod incipit Statuto Civitatis *num.* 4. cum aliis de more plena manu congestis per *Augustin. Barbos. axiom.* 11. *n.* 4. *et respective* 14.

Quamobrem nil mirum, quod Maria, quæ succubuerat in præcedenti propositione 28. *Junii* 1708. *coram Me*, hodie victrix avasit. Licet enim jam etiam tunc *Domini* cetero quin-

quin inclinarent super opinanda nullitate Inventarii confecti per Marchionem Andreã in aditione hereditatis Bartholomæi Avi, unius ex Debitoribus Census, de quo agebatur (& a quo solum articulo pendebat, utrum mandatum in Tribunali A.C. relaxatum favore prænominatæ Mariæ pro fructibus cujusdam Census olim in sorte ☩ 3700. nunc autem ad summam ☩ 3000. redacti, adversus bona hereditaria debitorum, sive impositorum ipsius Census, decerni pariter deberet contra bona propria præfati Andreæ) adhuc nihilominus nisi per Principem, vel ejus Signaturam Justitiæ submoveretur impedimentum rei judicatæ, per quam a contrario exstiterat ab A.C. declaratum omnino validum prædictum Inventarium, *Sacrum* profecto *Tribunal* non poterat irrumpere murum de per se ejusdem rei judicatæ, quæ facit
3 semper de albo nigrum, & perpetuum silentium imponit Parti devictæ, ad tradita per *Felin. in cap. quoniam contra num. 31. de probat., Surd. conf. 61. num. 2. cum duob. seqq. Rot. cor. Pamphil. dec. 218. num. 1. ibiq; Adden. num. 6., & dec. 76. nu. 3. inter impress. cor. Me*, cum cæteris abunde allatis *in dec.* præfatę *diei 28. Jun. 1708. §. Siquidem cor. me.*

Ast quia Maria, sive ejus Defensores expergefacti ab iis, quæ in proposito subnectebantur *in prædicta mea antecedenti Decisione §. Quod si Maria* Commissionem restitutionis in integrum oportune impetrarunt; reproposito ideirco per me sub hac die negocio, cum copulativa cognitione, seu dubitatione *utrum* ad normam ejusdem Commissionis *constaret de causis prædictæ restitutionis in integrum*, seu potius *an esset standum in decisis*, quoad utramque partem prodiit oraculum *Affirmativum*, superaddito duntaxat circa persistentiam in decisis, *modo* consequutivo, quemadmodum explicabitur inferius.

Examinando itaque Justitiam, sive injustitiam Sententiæ A.C., quæ declaraverat validum Inventarium exaratum, ut præmisimus a Marchione Andrea, quæve sententia transiverat in rem judicatam, scribentes pro Marchione Francisco filio, & herede prædicti Andreæ detergere conabantur a macula injustitiæ memoratam Sententiam, ut ita resolutio exiret negativa expetitæ restitutionis in integrum, sicuti practicatur, quando res
4 judicata in illius succeessiva trutinatione de ordine Signaturæ facienda reperitur valida, & justa, ex passim prædicatis *ad Text. in l. quod si minor 25. ff. de minor cap. 1. ibique Abb. de rest. in integr. per Rot. dec. 868. n. 2. cor. Danozett. Jun., & dec. 1272. dec. 1325. & dec. 1335. utrobique n. 1. cor. Emer. Jun. & dec. 491. n. 2. par. 19. tom. 2. rec.*

Dicebant itaque, quod nullo pacto videbatur posse controverti validitas prælaudati Inventarii, quamvis enim illud appareret confectum extra bimestrale tempus determinatum *a Justiniano* introductore hujus be-
5 neficii in *Auth. de hered., et falcid. §. Hinc nos*, attamen de hoc hactenus nemo poterat idem inventarium criminari, ex quo adamussim adversus hunc temporis defluxum exstiterat Florentiæ a Supremo Serenissimo Principe impetrata in integrum restitutio, in quibus terminis Inventarium etiam exaratum extra prædictum tempus haberi
6 debet, ac si fuisset exaratum intra terminũ legitimum, teste *Bartol. aliisque scribentibus in l. quod si minor §. restitutio ff. de minor., Odd. de restit. in integr. par. 1. quæst. 1. art. 4. per tot., Maurit. eodem tract. cap. 1. pariter per tot, Ridolph. in prax par. 1. cap. 13. n. 413., Rot. dec. 1091. n. 4. cor. Emer. cum concord.* relat. *in Romana Census 25. Januarii 1704. §. Corruere penitus cor. Me.*

Absque eo quod forsan valeret obesse, quod prædicta restitutio in integrum suffragari non posset Marchioni Andreæ extra ditionẽ
7 Florentinam, ut per quamplura exempla, seu casus hujusmodi concessionum, sive Indultorum non egredientium Provinciam, & limites concedentis late ostendit, & firmat *Bellon. de Jur. accresc. cap. 10. quæst. 2., & tribus seqq. tom. 3.*

Siquidem quidquid esset in prædictis casibus, exemplis, ac dissertationibus allatis per prædictum *Bellonum* diversos, ut prætendebant, terminos percutientibus, contrarium prorsus dicendum erat in proposito confectionis inventarii, non solum, quia Florentiæ manebat major pars bonorum hereditariorum, & inibi conficiendum est Inventarium, ubi stat major pars bonorum hereditatis, sed etiam quia solemnitates cujuscumque actus servandæ sunt, prout sunt præscriptæ in loco, in quo actus celebratur, ad hoc, ut ipse actus habendus sit ubique pro juridico, & sufficienti, & quia denique Inventarium semel, & legitime factum in uno loco, semper suffragatur in quocum-
8 que alio loco, per ea, quæ circa primam propositionem dicunt *Franch. Porcell. de hered. Inventar., & ejus confect. quæst. 4. nu. 15. vers. quinto principaliter quæro inter tract. diverf. de Invent., Thesaur. quæst. forens. 10. n. 18. fol. 12. Antonell. de loc. legat. lib. 2. cap. 10. n. 9. fol. 164., Sabell. in summa diverf. tract. § Inventarium n. 1. vers. 8.*
9 *fiat*; Quo ad secundum subdunt *Honded. conf.*

cons.53. n.8., & 9. lib. 1. Mans. consult.269. n. 361., & seq. cum ceteris per *Rot. in Bononien. Bonorum 26. Februarii 1698. cor. bo. mem. Pio impress. ad ornatum Card. de Luc. super conflict. legal. dec. 13. n. 8., & in Romana Pecuniaria, seu Locorum Montium 4. Junii 1706. cor. Rmo Molines Decano, impress. pariter ad ornat. ejusdem Card. de Luc. ad materiam de Testamentis dec. 38. n. 34.*, &
10 denique quo ad tertiam conveniunt *Monticell. de Invent. quæst.233. n.5. inter tractat. divers. de Invent. fol. 239., Thesaur. quæst. forens. 10. nu. 18. & prædictus Antonell. de loc. legal. d. cap. 10. n. 9. lib. 2.*

Firmata ex præmissis validitate Inventarii respectu temporis, nullatenus quoque refragari valebat altera oppositio respectu suæ extensionis, sive comprehensionis, nimirum quod huiusmodi Inventarium minime esset universale, & amplexativum omnium
11 & singulorum bonorum defuncti, sed tantum particulare, ac restrictum ad particularem Domum, seu bona Florentiæ, contra sancita per eumdem Imperatorem *Justinianum in l. fin. §. cum igitur C. de jur deliber.* cum reliquis adductis in præterita prædicta *Decis. coram Me §. Verum bujusmodi*, quibus addi possunt *Honded. conf.34.n.13. lib.1. Gratian. discept. foren. cap. 532. n.10., Rot. cor. Greg. dec. 473. decis. 779. num. 4. coram Cerr. et decis. 21. n.20. inter impressas coram Me.*

Quoniam, etsi idem Inventarium videretur incipere, ac etiam desinere in prædictis bonis Civitatis Florentiæ exsistentibus per illa verba = *adì 29. Ottobre 1646. nella Casa di Firenze un Quadro grande* = & fuerat pariter adnotatum *in præfata Decisione sub §. ita se babebat*: attamen, ultra quod ipsamet intitulatio ejusdẽ Inventarii apparebat generalis, & universalissima per illud simplex indefinitum verbum *Inventario* demonstrabatur etiam in facto positive, quod supradicta restitutio ad integrum fuerat expetita litteraliter = *a fare inventario di tutti li beni rimasti nell' eredità di detto Sig. Marchese Bartolomeo* = eidemque petitioni correspondebat etiam Indultum, sive Decretum Supremi Magistratus, & Principis, ut ibi = *a poter fare validamente l' Inventario degl' effetti, e beni rimasti nell' eredità di detto Sig. Marchese Bartolomeo del Monte*; Cumque fuisset deputatus ad supplendam personam Andreæ tunc infantis certus Curator, ipse in calce professus fuerat (sunt verba præcisa) *Io Giulio Veltroni ho fatto il sopraddetto Inventario degli effetti, e beni rimasti del quondam Signor Marchese Bartolomeo del Monte*,
12 proindeque si quilibet actus debet referri, & recipere interpretationem a sua causa motrice, & prænarrata, ex congestis per *Menoch. in cons.397. n.11. Mans. consult.720. n. 10., Peregr. de fideic. art.13. n.10. 14. 54, & 59., Pignat. consult. 39. n.4. tom.3., Rot. dec. 300. n.7. p.1. dec.209. nu.14. par.4. tom. 2. rec. dec. 480. n. 3. cor. Buratt. dec. 79. n. 8. cor, Arguell., & dec. 271. n. 3. cor. Bich.*

Multo magis idcirco idem Inventarium indubitanter censeri debebat exaratum, ut lex præscribit de omnibus, & quibuscumque bonis, ex quo alias ad quid deserviebat tale particulare Inventarium expostulatum, & factum ad finem præcisum præservandi infantem ab agmine Creditorum sub illius clypeo, & beneficio, quando supponendo nimium improbabiliter contrarium, certum erat, quod confectio Inventarii particularis suffragari nequibat tali intentioni, & sic
13 neque petenti, neque concedenti, ipsiusque demum exsequenti, ex his, quæ uno ore affirmant ad *text. in l. fin. §. Sin autem post quam adiverit C. de jur. delib., §. fin. vero non fuerit, Auth. de hered., & falcid., Natt. in cons. 574. n. 6., Honded. cons. 53. n.2. lib. 1., Menoch. cons. 89. nu. 174., & 471. nu. 19., Mans. consult. 673. n. 8. 9., et 10., et Rot. in decis.149. num. 28. par. 9. et dec. 76. num.20., et 21. par. 17., et dec. 613. num. 3. par. 18. recentior.*

Potissime ulterius reflectendo, quod ex parte Mariæ minime ostendebatur aliquid fuisse omissum in prædicto Inventario, quod esset describendum, & non fuerit descriptum, nisi forte tractetur de bonis fideicommissariis, & Primogenialibus, spectantibus ad hereditatem Conditoris Primogenituræ, vel etiam de aliquibus bonis stabilibus, quorũ
14 omissio, tamquam impossibilium occultari, non causat Inventarii nullitatem, ut recte monet *Peregr. conf. 59. n. 40. et 41. vol. 4., Andreol. contr. 38. n. ult. Saminiat. contr.49. nu. 47., Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 19. n. 64., Palma allegat. 23. n. 19., Rot. cor. Duran. dec. 387. n. 21. et dec. 790. nu. 25. par. 18. rec. et in Rom. prætensa redditionis rationis 16. Februarii 1702. §. Census coram clar. mem. Card. Caprara, et in Romana Pecuniaria, seu locorum Montium 4. Junii 1706. §. 21. cor. Rmo molines Decano*, imo nec etiam
15 sola omissio alicujus rei describendæ sufficit ad inducendã prædictam nullitatem, cum ad summum in hoc casu intret obligatio penalis ratione omissæ descriptionis ad duplum, juxta *Text. in l. fin. §. Licentia C. de jur. delib. Andreol. dicta contr. 38. nu. 1. et per tot. et contr. 109. n. 1. et 2., Boler. de decoct. tit. 5. quæst. 9. num.9., Benden. col. ult. leg. al. 21. num.*

num. 80. *tom.* 2., *Rocç. disput. jur.* 47. *n.* 22., *Gypt. ad Capyc. Latr. dec.* 129. *n.* 15. *et* 16. *Rot. dec.* 83. *n.* 38. *cor. Priol. et dec.* 81. *n.* 4. *et seqq. par.* 12. *et in Bononien. Bonorum* 15. *Maji* 1697. §. *Attamen circa finem cor. bo. mem. Pio.*

Accedente demum pro Coronide, quod dabatur etiam testificatio trium Civium, & totidem Notariorum, quod tale Inventarium auctoritate Supremi Magistratus confectum, & approbatum=*non avere, o non essersi trovato, che sia stato commesso mancamento, o fraude alcuna* =& de facto exstiterāt in illus compilatione lacessiti multi Creditores tam
16 certi, quam incerti, secundum ea, quæ pro legitimo Inventario constituendo præscribuntur per *Bart. in d. l. fin.* §. *Cum igitur n.* 3. *C. de jur. delib.*, *Phanuc. de Inventar. quæst.* 2. *n.* 18., *Roland. eod. tract. par.* 3. *cap.* 23. *Thesaur. quæst. for.* 277. *n.* 22. *Rot. cor. Bich. dec.* 469. *n.* 4. *cum cæteris* abunde relatis in dicta *Romana Pecuniaria seu locorum Montium* 11. *Junii* 1706. §. 25. *&* 26. *cor. Reverendissimo Molines Decano*, & in ejus confirmatoria 3. *Junii* 1707. §. *Nam sumendo* §. *Eoque cor. eodem.*

Ac propterea dum ex tot demonstrationibus, & documentis evidens reddebatur, quod prorsus abfuerit quæcumque fraus, vel dolus, millies (ut præfati Scribentes conclamabant) in his terminis dixit *Rota*, quod
17 non poterat heres, & maxime prout hic Infans, & ab aliena pendens administratione, privari beneficio Inventarii, ut liquet ex *Grat. discept.* 796. *nu.* 15., *Palma Nepos alleg.* 23. *n.* 8. *& pluribus seqq. tom.* 1., *Staiban. Jun. resol.* 95. *n.* 8. *&* 9. *Rot. cor. Cerr. dec.* 720. *nu.* 8. *& cor. Duran. dec.* 387. *nu.* 6. 14. *& seqq. & in rec. dec.* 521. *num.* 14. *par.* 18. *tom.* 2. *& dec.* 31. *nu.* 7. *par.* 19. *& in Romana pecuniaria* 2. *Decembris* 1697. §. *Quod vero cor. bo. mem. Ursino, & in Romana locorum montium* 13. *Junii* 1701. §. *Inaniter cor. Rmo dell' Olmo Episcopo Concben.*

Atque ex his descendentibus ad vindicandum idem Inventarium a labe minus integræ descriptionis, ob nec factam ullam mentionem alicujus pecuniæ, prout neque factam descriptionem Curruum, equorum, argen-
18 torum, Jocalium, & Vestium, quæ omnia tamen erant præsumenda in Viro Nobili, ac divite usque ad annuū redditum ☩ 15000. præter vinum, & oleum, ac scripturas pariter non adnotatas, de quibus omnibus
19 tamquam necessariis per *l. fin. C. de Jur. deliber.* & dispositā *in* §. *In his nos Auth. de hered. & Faleid.* cum innumeris *decisionibus Sacra Rota* objectatum fuerat in præfata antecedenti *decis. diei* 18. *Junii* 1708. §. *Certius quia cor. me.*

Subnectere singillariter procurabant veluti fastidium, & obicem non abnuētes, quod circa pecunias, eæ profecto reperiri nequibant in hereditate Bartholomæi, dum is tamquam notoriæ generositatis cuncta disperdebat in Aula Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, itaut in ea splendide semper degens, etiam ob id nec etiam in Domo Civitatis Castelli in qua per consequens minime habitabat, nulla reperiri valuerunt Mobilia: Tabulæ vero pictæ apparebant connotatæ cum omni diligentia circa earum mensuram, & repræsentationem, non nominatis Auctoribus tamquam probabiliter ignoratis, & fallacię suppositis, gemmæ quoque, & vestes, aliaque jocalia vel debebant adscribi hereditati Marchionis Baptistæ Senioris, Primogenituræ Conditoris, a quo omnia hæc proveniebant, dum, quando Marchio Bartholomæus nuptias contraxit, nihil de proprio habebat extra beneficentiam ejusdem Baptistæ, vel nullatenus debebant apponi in hereditate Bartholomæi, ex quo hujusmodi gemmæ, & jocalia transiverant ad Conjugem ipsius Bartholomæi, nempe Marchionissam Fulviam Salviatam, quæ profecto easdem gemmas, & jocalia habuerat, seu retinuerat penes se sequuto obitu Mariti, dum de illis expresse disposuerat, juxta verba Testamenti relata *in Summario præteritæ propositionis num.* 28. quando enim constat de consequenti, per-
20 necesse supponi debet illius antecedens, ad *Text. in l. illud* 76. *ff. de acquir. vel amit. hered. l. ad rem mobilem.* 56. *ff. de Procur. Rot. cor. Cocc. dec.* 1452. *n.* 24. *et dec.* 1453. *n.* 16. *et cor. Emer. dec.* 1332. *n.* 3. cum aliis vulgatis.

Currus denique, Equi, & argenta, ac frumenta, vinum, & oleum, ac scripturæ aut describi respective non poterant, cum quoad vinum, & oleum de mense Septembris, quo tempore initum fuit inventarium, nova non fuisset habita recollectio, & frumentum non probaretur per umbram repositum in horreis, scripturæ autem nihil aliud continebant, quam negocia, & statum Primogenituræ, aut vero pariter describi haud debebant, cum pertinerent, seu provenirent a primogenitura, & proinde non erant apponenda in Inventario unius hereditatis ea, quæ ad
21 alteram attinebant, teste *Rot. coram Seraph. dec.* 504. *sub n.* 6. *cor. Arguell. dec.* 19. *n.* 3. *et in rec. decis.* 486. *nu.* 9. *par.* 19. *tom.* 2. *et inter recollect. ad Mantiss. Card. de Luca lib.* 9. *dec.* 6. *n.* 14. *et in Romana redditionis rationis* 3. *Junii* 1709. §. *Reddidisse cor. R. P. D. meo Caffarello.*

Hæc.

Hæc itaque erant, quæ memorati scribentes rursus hodie deducebant ad tuendum hoc Inventarium, a quo, ut diximus, pendebat tota Causa; Verum *Domini* authumarunt, omnia prædicta nequaquam posse opitulari, quominus de ejusdem Inventarii irrelevantia, vel defectu adeo constaret, ut illius beneficio minime perfrui posset Marchio Andreas, cum idem sit Inventarium non conficere, vel nulliter, ac defectuose exarare,
22 ut ait *Cyriac. contr. 160. num. 91., Castald. consult. 269. n. 7., Bonden. collect. 42. n. 65. lib. 2., Gobb. 122. n. 13., Rot. dec. 83. n. 3. et 4. par. 16. et dec. 603. nu. 33. par. 18. et dec. 138. n. 8. par. 19. rec. et in Romana Salviani 28. Julii 1706. §. Non attento, et in Romana Pecuniaria 27. Junii 1708. §. Cum itaque cor. R. P. D. meo Scotto.*

Et quidem reassumendo capita excusationis, vel defensionis superius in tota sua figura adductæ, & demonstratæ, quantum pertinebat ad primam defensionem erga nullitatem ex eo derivare valentem, quod si Inventarium celebratum fuerat extra tempus a Juris censura præfinitum, sufficientissime foret huic defectui suppletum per opportunam restitutionem in integrum Florentiæ reportatam *Domini* parum desuper immorati sunt, superfluum abstractive reputantes stabilire, an restitutio in integrum post defluxum legitimi temporis impetrata in uno Dominio, prodesse queat in altero, in quo bona etiam sita sunt, & exstant Creditores non subditi, & hoc revera non carebat suis forsan præponderantibus amaritudinibus, nam etsi verissimæ sint omnes supra allatæ propositiones, quod Inventarium explendum sit in loco, ubi residet major pars bonorum & quod solemnitates opportunæ servatæ in uno loco suff agentur etiam in alio, quodque demum legitime facto semel Inventario, ubi de Jure fieri poterat, illud suffragetur ubique lo-
23 corum, sicuti jam relatis supra in §. *Siquidem* quoad ultimam præcipue propositionem addi possunt *Bald. cons. 63. lib. 1. Maffin. de confisc. quæst. 39. n. 116. et 117. Saminiat contr. 49. nu. 26. Mans. consult. 269. num. 361. et seqq., Rot. in Bonon. Bonorum 26. Februarii 1698. cor. bo. mem. Pio impress. in Mantiss. ad Card. de Luc. super conflict. legal. dec. 13. n. 8., et in dicta Romana Pecuniaria, seu locorum Montium 11. Junii 1706. cor. Rmo Decano §. 18. impressa in dicta Mantiss. Card. de Luc. de Testam. dec. 38. n. 34.*

Adhuc difficultas residere potuisset in applicatione, quia relicta perquisitione in facto, ubi major pars bonorum hereditatis Bartholomæi revera permaneret, eædem utique propositiones recte processissent, quando vel solemnitates fuissent adhibitæ, vel quando Inventarium extitisset exaratum intra tëpora a Jure determinata, in quibus terminis legitime Inventarium postea factum Florentiæ profuisset Andreæ in Universa Orbis extensione, sed quoniam idem Inventarium fuerat exaratum post terminum concessum ut supra a *Justiniano* Imperatore, itaut fuerit opus obtinere restitutionem in integrum in dominio Florentiæ, non levis insurgebat hæsitatio, an restitutio in integrum gratiose concessa in eo Principatu vires haberet in altero, quando præsertim Creditoribus non subditis per lapsum ejusdem termini designati per Jus commune fuerat Jus quæsitum, in his quippe, quæ principaliter non pendent a voluntate Partium, & privatorum, itaut sola tunc dumtaxat exigatur auctoritas approbativa Principis; sed citra sufficientiam voluntatis Partium torum promanat a Jurisdictione Principis concedentis,
24 & cui soli permittitur ex sui potestate insufflare spiritum vivificantem, mediante restitutione in integrum, prout hic ex notatis per *Odd. de restit. in integr. p. 1. quæst. 32. n. 29. in fin. et n. 30. et 40., et par. 2. quæst. 92. in princ. Scacc. de appellat. quæst. 19. remed. 2.*
25 *n. 26. & 27.*, quod in Curia spectat ad *Signaturam Principis vel Gratiæ, vel Justitiæ Pax. Jord. elucubr. lib. 14. n. 29. nu. 16. et seqq., Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 59. n. 44. de Rub. de confus. jur. cap. 3. nu. 170. et seqq. et nu. 191.* certe videntur affirmare Doctores, quod hujusmodi concessio, & Indultũ non afficiat bona, & Personas non sub-
26 ditas, prout satis bene innuunt *Soccin. Sen. cons. 65. n. 7. vol. 3. Curt. Jun. cons. 136. n. 8., Dec. cons. 206. n. 7., Covar. epit. tit. de Spons. par. 2. cap. 8. §. 8. n. 14., Mantic. de conject. lib. 11. tit. 10. n. 43., Bellon. de jur. accresc. cap. 10. quæst. 3. n. 3. et quæst. 4. n. 7. 66. 75. & melius n. 143. & seqq., Gratian. discept. 389. n. 14.*, & in his terminis rejecta opinione *Gloss. in l. 2. ff. de eo quod cert. loc.* firmant scribentes in eadem *l. relat.* per *Odd. dicto tract. par. 1. quæst. 32. sub n. 116. versic. contrarium determinant, & sub nu. 120. versic. sed Fulgosius Cyriac. contr. 380. n. 56. & seqq. lib. 2. Antonell. de loc. legal. lib. 2. cap. 3. n. 358.*

Et forte augeri potuisset vis, & efficacia objectionis, quia in hoc casu extraordinario, ut erat hic restitutionis in integrum, probabiliter minus sufficiebat statim explere Inventarium citatis Creditoribus ad videndum illud confici, ut est de Jure, & de stylo Inventarii exarati intra Tempus Juridicum, sed vide-

videbatur præmittenda alia Citatio Creditorum ad videndum, concedi restitutionem
27 in integrum, quæ sane in nostra hypothesi desiderabatur, & tamen eam necessariam dicunt per *Text. apertum in Auth. si omnes C. si minor ab hered. se abstin.*, *Ciriac. contr. 249. n. 9.*, *Odd. de restit. in integr. par. 1. quæst. 34. art. 10. & 11. n. 50. & seqq. & par. 2. quæst. 62. art. 5. n. 61. Rot. dec. 118. n. 31. quæst. 12. & in Bononien. immissionis 6. Martii 1702. §. Quod autem coram R. P. D. meo Scotto, & 2. Junii 1704. §. Defectus Inventarii, & 15. Martii §. Quod vero cor. R. P. D. Priola, & in Romana Pecuniaria 27. Junii 1708. §. Præcipue cor. eodem Reverend. P. D. meo Scotto*.

Immo nec etiam sat videri poterat citatio ad valvas respectu absentium, & non Subditorum, quia quatenus Inventarium initum fuisset intra Tempus legitimum, Creditores Foranei non subditi poterant, & fortasse artabantur procurare, ex semetipsis certiorationem eorum, quæ fiebant in loco, quo ipsorum Debitor fato cesserat; ast in præsenti etiam quando Maria, sive ejus Auctores curassent informari quid ageretur Florentiæ per duos menses, retinendo etiam inibi specialem Procuratorem, vel Agentē, & quis non videt, quod transacto bimestre, valebat legitime destitisse ab hac diligentia, unde magis absque prævia citatione in actu, qui ex hoc capite extraordinario poterat esse læsivus eisdem Creditoribus absentibus, & Exteris, requiri non abs re videbatur alia Citatio ad effectum, ut idem absens posset se gratiæ Principis opponere, saltem coram eodem Principe, juxta ea, quæ præscribit expresse allegatus *Text.* in dicta *Auth. Si omnes* ibi = *Sed si omnes absunt, vel quidem solemniter a Judice vocentur* ibique
28 notat *Gloss.* quod debeant vocari saltem ad Domum, & magis præcise, quod in hoc Judicio restitutionis in integrum non sufficiat citare absentes ad valvas, aut per proclama observant in dicta *Auth. si omnes Paulus de Castr. num. 4. Aret. num. 3.*, & comprobat *Odd. de restitut. in integrum par. 1. dict. quæst. 34. artic. 9. num. 46. & artic. 10. & 11. num. 55.*

Ceterum etiam ab hoc obice præscindendo, & progrediendo ad secundam excusationem insufficientiæ, & nullitatis ejusdem Inventarii, innegabile rursus visum est *Dominis*, quod Inventarium, de quo tractabatur, foret omnino particulare ex solo illius intuitu, & simplici lectura, cum contineret ad oculum tantummodo partialem descriptionem Mobilium repertorum in Domo sita Florentiæ sine ulla, vel minima descriptione, immo & mentione mobilium, & bonorum, quæ Marchio Bartholomæus notorie possidebat in Civitate Castelli, & in Feudo S. Mariæ; cumque propterea illud ex jam ad-
29 missis, & supra comprobatis neutiquam relevaret ad hoc, ut Andreas frui posset Cæsareo beneficio ex his, quæ præter superius adductos subdunt *Monticul. de Invent. par. 2. num. 1.*, *Graff. §. Inventarium quæst. 1. n. 1. & 2. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 2. n. 51. & seqq.*, *Giovagnon. resp. 21. num. 4. lib. 2. Ureeol. consult. for. cap. 32. num. 17. & 18. Gratian. discept. 532. num. 11. & 12. Capyc. Latr. dec. 129. nu. 6. Rot. cor. Cels. dec. 142. num. 4. cor. Emer. Jun. dec. 283. num. 4. & dec. 436. num. 20. par. 19. rec.*

In nihilo opitulabatur, quod fuisset per antea expetita prædicta restitutio in integrum ad effectum exarandi Inventarium de omnibus Bonis, & sub eadem expressione, & supposito extiterit eadem restitutio concessa, ac denique exsequutioni demandata per specialem Curatorem deputatum a Supremo Magistratu: quoniam hæc omnia sonantia tamdem in meram præsumptionem, non
30 poterant resistere veritati apparenti in contrarium, ex visuali inspectione, ac mera lectura ad regulam *Text. in l. in rebus C. de jur. dot.*, *Paris. cons. 29. num. 44. lib. 2.*, *Surd. cons. 7. num. 61.* cum aliis per *Rotam coram Coccin. dec. 1586. num. 3. & dec. 1831. n. 6.* & in præcisis terminis eadem *Rot. dec. 72. num. 33. & seqq. p. 2. divers., & in Romana Cambii 19. Januarii 1705. §. Non obstat cor. bo. me. Muto*.

Et ad summum eadem præsumptio poterat inducere aliquam verisimilitudinem, quod in rei veritate adesset forte aliud Inventarium Universale, sed hoc erat oculis *Dominorum* exhibendum, non autem illud prorsus parti-
31 culare, quod usque dum exhibebatur, non sufficiunt quippe discursus, & ratiocinia, quando requiruntur facta positiva, & visibilia, ad monitum *Text. in l. in bello §. Facta ff. de capt. & postlim. reverf. l. Lucius ff. de condit. & demonstrat.*, *Card. de Luc. de Feud. disc. 133. num. 19. & de Judic. disc. 2. n. 29. Adden. ad dec. 53. num. 5. cor. Gregor.*, *& dec. 202. num. 4. par. 5. rec.*

Hinc inutile reddebatur transgredi ad defectus adnotatos in eodem particulari Inventario per anteactam *decisionem* in relato §. *Certius quia*, & §. *Nihilominus*; quidquid enim dicere conarentur prælaudati scribentes, ut supra contendentes evacuare eosdem defectus tum generaliter cum propositionibus, quod dolus, & fraus abfuisset, tum singil-

singillariter respondendo ad cuncta capita eorundem defectuum; siquidem ut *Domini* dicebant, transeat, quod paucæ pecuniæ in Viro tam Nobili, & locuplete superfuissent ob ejus exageratum splendorem, & quodammodo luxum, sed quod nec obulus remansisset, nimis erat incredibile, prout quod possidendo pinguem redditum scutor. 15000. nihil unquam coemerit de pretioso, nullum creditum contraxerit, nullum Terræ 32 fructum saltem pro manutentione Domus conservaret, nullum mobile in duplici altero Palatio Civitatis Castelli, & S. Mariæ retineret; unde hæc tam fortiter inverisimilia, captivare nullo modo poterant Judicis intellectum, prout ex hac ratione neque quotidie etiam fuerunt in aliis Inventariis receptæ similes inverisimilitudines, per ea, quæ colliguntur per *Posth. res. 3. num. 13. in fin. & Rot. dec. 489. n. 29. par. 18. et dec. 658. num. 3. et 4. par. 19. et in Romana Pecuniaria 7. Martii 1701. §. 3. concurrit cor. bo. me. Muto, et in Romana Cambii 19. Jan. 1705. §. Secundo resultat cor. eod., et in Romana Pecuniaria 27. Junii 1708. §. Sed non minus cor. R. P. D. meo Scotto*.

Nec deerat reflectendum, quod nimium pariter generalis, & improbabilis apparebat illa excusatio, seu suppositio, quod deficiente de cetero prorsus omni probatione, hæc argenta, gemmæ, & jocalia vel forent Baptistæ Conditoris Primogenituræ, vel respective pertinerent ad Marchionissam Salviatam Conjugem; pariformiter quippe nimis distabat ab omni credulitate, quod per tantum temporis spatium quo Bartholomæus supervixit cum tanto annuo redditu *scutor*. 15000. neque ullum argentum, neque ullum Equum, aut Currum, cum similibus, nullamque demum gemmam de proprio comparaverit, vel habuerit, præter illas suorum Majorum, & Uxoris, ideoque ille dolus, qui vel ex suppositione alterius forsan confecti generalioris, & pinguioris Inventarii poterat abesse, vel ex prædictis attestationibus, in hoc casu non adfuisset, utique tali generaliori Inventario non exhibito, si dolus non aderat in intentione, & 33 ut Jura nostra dicunt, *Consilio*, palam videbatur resultare *re ipsa*, ad communiter animadversa, ac distincta per *Paris. cons. 75. n. 19. lib. 3., Dec. cons. 180. num. 6. & 7. Rot. cor. Cavaler. dec. 101. nu. 5. & cor. Duran. dec. 121. num. 29. & cor. Buratt. dec. 65. nu. 7. & cor. Pamphil. dec. 49. num. 12. ibique Adden. num. 15. in fin.*

Non omittendo demum ponderare, quod quamvis in aliquibus particularibus circumstantiis, seu Casibus *Sacrum Auditorium* quandoque benigne agens, molliendum existimaverit rigorem Juris in hac materia Inventarii, ut perspectis, & bene ponderatis iisdem circumstantiis, & motivis oculariter effulgebit ex eorum confrontatione, profecto tot erant ad præsens in unum adeo conspirantia in oppositum, ut nullus relinqueretur locus discedendi ab eadem Juris censura, cum præmaxime tractaretur de Creditoribus respective onerosis, quicquid dicendum foret cum Legatariis, aliisque foventibus Cau-34 sam lucrativam, ut non minus ad hoc propositum distinxit *Rot. in l. nemo potest n. 52. ibique alii scribentes ff. de legat. 1., Decian. cons. 59. nu. 27. vol. 2., Vasquez. de success. creat. lib. 1. §. 10. n. 68., Cancer. var. p. 3. cap. 2. num. 235. in fin., Mangil. de imput. quæst. 139. n. 6. & 10., & Card. de Luc. de donat. disc. 1. num. 21.*

Noviter itaque a primo ad ultimum detecta invaliditate Inventarii, & aperta via illam dignoscendi, mediante prædicta restitutione in integrum attributa per *Signaturam*, conclusum fuit *constare de Causis*, *& in decisis juxta modum*, videlicet quoad relaxationem Mandati contra Bona hereditaria Bartholomæi, Camilli, & Ariniberti, & insuper contra bona propria Andreæ, rejecta qualibet retentione pro prætensis creditis, quæ solum conceditur Heredi vere beneficiato, non 35 autem ei, qui ob invalidum Inventarii confectionem rejicitur ab hujusmodi beneficio legis, & simplici comparatur Heredi, ex congestis per *Rot. cor. Bich. dec. 496. nu. 2. & 3. & in rec. dec. 185. num. 21. par. 10. et in Romana Salviani 28. Junii 1706. §. Nec de injustitia cor. R. P. D. meo Scotto, in Spoletana Immissionis 15. Februarii 1704. §. Non tamen, & in Hyeracen. pecuniaria 7. Jun. 1706. §. Et sane coram me*.

Et ita utraque &c.

Avenionen. Admissionis ad Magisterium Artis.

Luna 22. Junii 1711,

ARGUMENTUM.

Artium Collegia eo ipso quod tolerantur a Principe Superiori, habent præsumptam confirmationem erectionis ejusdem Collegii, alias deflecterent in Conventiculas omni Jure prohibitas; ea concedere possunt Statuta, quando illa respiciunt publicam utilitatem, & sunt licita, & honesta, idque etiamsi nulla accesserit, vel præcesserit Superioris confirmatio; Et in specie tractatur de Statutis Artium Collegiorum Civitatis Avenionensis.

SUMMARIUM.

1. *Nemini precludi, sive angustiari debet libertas explendi hac, vel illa opificia.*
2. *Artis officium exercere nemo potest, nisi prius ostendat, sese esse in eadem arte peritū.*
3. *Consules alicujus Artis invigilare debent ne Statuta illorum Collegii violentur.*
4. *Artium Collegia eo ipso quod tolerantur a Principe Superiori, habent præsumptam confirmationem erectionis ejusdem Collegii, alias deflecterent in Conventiculas.*
5. *Artium Collegia condere valent Statuta, quando respiciunt publicam utilitatem, & sint licita, & honesta.*
6. *Idque etiamsi nulla accesserit, vel praccesserit facultas, aut confirmatio Superioris.*
7. *Potissimum si accesserit confirmatio, vel approbatio Superioris.*
8. *Quod procedit in Statutis Civitatis Avenionen. approbatis a Legatis, sive Prolegatis.*
9. *Statuta si sint licita, & honesta, etiamsi sint confirmata in forma communi, sunt indubitanter observanda.*
10. *Verba generalia, et indefinita, omnia citra aliam limitationem comprehendunt.*
11. *Filii jam admissorum, sive emeritorum magis gratificandi sunt, quam alii.*
12. *Qualitates, et dotes personales unius Personæ extendi nequeunt ad alteram.*
13. *Observantia est interpretativa, seu declarativa omnium Statutorum, et super illis omnem adimit difficultatem.*

DECIS. DXL.

Etsi uti dictum exstitit in illa *Romana Artis Tonsoriæ 18. Junii 1708. coram Me in principio* æquissimum videatur, non esse præcludendam, sive angustiandam cuilibet libertatem explendi hæc, vel illa Opificia, seu Mercimonia ad mentem *Text. in l. ex hoc*
1 *jure ff. de Justit., & Jur.* cum inibi, sive in eadem *Decisione* relatis; nihilominus passim experientia docuit, publica utilitas exoptavit, & Principum concessiones, ipsarumque Civitatum Statuta decrevere, ne possit quispiam alicuius Artis Officium exercere, nisi prius ostendat, sese esse in
2 eadem Arte peritum, ut apposite affirmarunt argumento alterius *Textus in cap. non sine culpa de regul. Jur. in 6. Loter. de re Benefic. lib. 2. quæst. 5. num. 41. & seqq.*, & signanter *num. 45. Mart. Stephan. de Jurisd. lib. 2. par. 2. cap. 8. num. 54.* cum aliis abunde cumulatis *in voto 11. sub num. 13. cum duobus seqq. post Decisiones Remboldi*, & novissimo loco per *R. P. D. Zaul. ad Statut. Favens. Rub. 3. lib. 7. num. 1. cum pluribus seqq. tom. 1.*

Vigente igitur positivo Statuto, Universitatis, seu Contraternitatis Aurificum in Civitate Avenionensi, in quo cavetur = *che nessuno possa lavorare dell' arte d' Orefice, e di Argentiere, se non è riceuuto Maestro di dett' Arte, e non fa l' esperienza, la quale sarà ricevuta, & approvata da Consoli Mastri giurati, con pagare, se è Forastiere, scudi 50. e se è Originario, ed Abitante d' Avignone scudi 25.* cæpit adhuc prætendere. Ægidius, & de facto extorsit a D. Prolegato prædictæ Civitatis ad Magisterium prænominatæ
3 Artis admitti, nullo præcedente experimento, sive examine; quare Consules ejusdem Artis; quorum muneri de Jure incumbit invigilare, ne Statuta illorum Collegii violentur, Teste *Capon. disċept. 262. conclus. 1. num. 20. Stracca de mercatur. titul. quomod. in caus. mercat. procedatur nu. 8. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 5. rubr. 22. in addit. nu. 13.* continuo provocarunt ad *Sanctam Sedem*, & obtento rescripto Sigaturæ Justitiæ = *de appellatione, circumscriptis omnibus gestis post interpositam appellationem*, etiam hodie reportarunt, licet ipsis dumtaxat Informantibus, Dubitationi, quam proposui = *An volentes admitti ad Magisterium artis Aurificum, & Argentariorum teneantur se subjicere ex mini, & facere experimentum servata forma Statuti* respōderi penitus *affirmative.*

Quidquid enim sit, an hujusmodi Artium Collegia, quæ certe eo ipso, quod tollerantur a Principe Superiori, habent præsumptam confirmationem erectionis ejusdem Colle-
4 gii, alias deflecterent in Conventiculas, omni prorsus Jure damnatas, ad *Text. in l. 3., ubi Gloss. in figurat. casus, vers. Tertio, ff. de Colleg., et corpor. illicitis, Menoch. cons. 28. n. 1., Coras. var. Sentent. Cur. Tholos. c. 55. per tot., Capon. d. discept. 262. concl. 1. n. 7. Mart. de Jurisd. par. 2. cas. 23. in princip., Barbos. in l. Conventicula n. 2. Cod. de Episc. et Cler., Torr. de pact. futur. Success. lib. 3. cap. 1. num. 146.* cum aliis apud *Conciol. ad Statut. Eugub. dicta rubr. 20. num. 6.*

Valeant, necne condere consimilia Statuta, censentibus plerisque, quod sic, quando ea respiciant publicam utilitatem (prout hic, ex præmissis) vel saltem effulgeant ad-
5 modum licita, & honesta, ad tradita per *Bartol. in l. omnes Populi ff. de Instit. et Jur., Aretin. in §. Sed Jus Civile Instit. de Jur. natural. etc. Capiblanc. de Offic. Baron. pragm. 10. nu. 100., Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 3. num. 137., Capon. d. discept. 262. num. 4., Antolin. in Comment. ad Statut. Aurificum Almæ Urbis proœm. 2. num. 15., Berlich. dec. 26. num. 3. et seqq. Rota in dict. Romana*

na Artis Tonforiæ 18. *Junii* 1708. §. *Eoque certius cor. me*; idque etiamsi nulla accesse-
6 rit, vel præcesserit facultas, aut confirmatio Superioris, ut ampliando notant *Bald. in d. l. omnes Populi num.*2. *vers. modo restat*, & post *Avend. de exsequut. Mandat. cap.* 8. *num.* 6., *Avil. in cap. Prator.* 17. *Gloss. prover. num.* 2. *Gratian. discept. for. cap.* 721. *n.* 23., *Guttier. de Jurament. confir. cap.* 38. *num.* 4., *Cyriac. contr.* 504. *num.* 39., *Capiblanc. d. pragm.* 10. *num.* 100. cum aliis per *bo. me. Severol. in ejus Voto* 11. *impress. post decis. Rembold. n.* 10., & in genere, quando Statuta non aberrent a dispositione Juris, *Constantin. ad Statut. Urb. annot.* 22. *cap.* 3. *num.*170., qui præbet exemplum Communitatum statuentium circa viarum conservationem.

Profecto cessabat in præsenti hypothesi quælibet hæsitatio, dum in *Summ. Universitatis num.*2. plurimæ confirmationes pro tempore Legatorum, seu Prolegatorum ejusdem Civitatis Avenionen. exhibebantur; In hisce namque terminis, nemini dubium est, talia
7 Statuta in se tenere, ac eidem Arti subjectos, seu Subpositos obligare, ut post *Bartol. in d. l. omnes Populi num.* 3. *vers. Si vero quæris*, *ff. de Justit. et Jur.*, *Bald. et Salicet in l. fin. Cod. de Jurisd. omn. Jud.*, *Roland. conf.* 99. *num.* 14. *vol.* 2., *Loseum in tractat. de Jur. Universit. par.* 3. *cap.*15. *num.*3., tradit *Cyriac. dicta contr.* 504. *num.* 37., *Romaguerr. in addit. ad Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 5. *rubr.* 20. *num.* 8. Et in durioribus, nempe in propsito eorumdem Legatorum, seu Prolegatorum Avenionen., etiam in ordine ad
8 Statuta, vel ordinationes præter Jus, vel secundum aliquos etiam tendentes ad derogationem Juris, dixerat *Rota in Avenionen. Donationis* 24. *Aprilis* 1682. §. *His tamen, et* 15. *Maji* 1683. §. *Etenim cor. bo. me. Ursino, et in Avenionen. Collegii* 24. *Januarii* 1685. §. *Similiter.*, *et* §. *seqq. cor. Card. Caccia impress. apud R. P. D. Maserium in modern. Tract. de Legat. et Nunc. Apost. lib.*1. *Append.* 1. *ex num.* 20. *usque ad* 24.

Quid plus? dum ulterius quoque coruscabat, superaccessisse expetitam confirmationem Statutorum hujusce Confraternitatis Supremi Principis, seu Pontificis, nimirum *san. mem. Innocentii XI.*, quo casu nulla somniabilis exstat difficultas, quominus quoties ca-
9 dem Statuta, ceteroquin licita sint, & honesta, & exstiterint confirmata, etiam in forma communi, indubitanter sint observanda, ex his, quæ frequenter in his, & similibus materiis habentur penes *Gratian. disc. for. cap.* 9. *num.* 4., *Adden. ad Gregor. dec.* 267. *nu.* 11. *Antolin. ad Statut. Aurific. d. proœm.* 2. *nu.* 17., *Modern. Asculan. ad Statut. Urb. annot.* 22. *art.* 3. *num.* 176., *Rot. cor. Pan. dec.* 853. *n.*12., *cor. Merlin. decis.*689. *n.*9., *cor. Buratt. dec.* 6. *num.* 4., *cor. Emer. Jun. dec.*1234. *n.*12., *et in Rec. dec.*189. *n.*11. *p.*11.

Nec quidquam relevare *Domini* dixerūt, quod Ægidius filius esset alterius adscripti, sive admissi ad Magisterium ipsius Artis; Quoniam in primis resistebat etiam in hoc littera ejusdem Statuti, utpote non solum generaliter, & indefinite disponens = *che nessuno potrà lavorare ec. se non è ricevuto Maestro di d. Arte, e se non fa l' esperienza ec.*, quæ sane verba adeo generalia, adeo in-
10 definita, omnia citra aliam limitationem comprehendebant, ex connotatis post *Gloss. et DD. in l. Julianus verb. omne ff. de l. Soccin. Jun. conf.* 131. *nu.*24. *lib.* 1. *Surd. conf.* 179. *num.* 17., *Marc. Anton. var. resol. lib.*1. *resol.* 42. *num.* 3., *Ricc. dec. Neapolit.* 286. *num.* 5. *par.* 1. cum aliis *in dec.* 135. *num.*6. *cor. Emerix Jun.*, & alibi sæpius.

Verum etiam, quia Statutum, providendo expresse, & immediate etiam sub eadem dispositione conclusit hujusmodi filios, ut ibi = *e li figliuoli delli Maestri pagheranno solamente li Dritti della detta Confraternita*, cum præfata sola differentia circa Strenam,
11 seu Propinam discretive ab aliis proportionabiliter, sive Exteris, sive Originariis, ex ea gratificatione, quam passim indulgent consimiles ordinationes erga filios admissorum, sive alias emeritorum, ad *Text. in l. Nemini*, ibique *Bald. n.* 6., *et Salycet. n.* 3. *Cod. de Advocat. divers. Judic.*, *et in l. Jubemus* §. *Nec de extero*, ubi *Gloss. verb. sumptibus*, *et idem. Bald. num.* 2., *et in l. petitionem vers. et filios Advocatorum Cod. de Advocat. plur. Judicum*.

Conspirante in idipsum palpabili quoque ratione, nam non ex eo, quod Pater fuerit Vir probus, & edoctus, valet consequentia, sive illatio ad filium, quamvis enim juxta illud Horatii = *fortes creantur fortibus, nec imbelles progenerant Aquilæ Columbas* = Nihilominus id etiam abstractive non aptatur prædictæ experientiæ, ac qualitatibus,
12 & dotibus personalibus, quæ ab una persona uti tales extendi nequeunt ad alterā, ad ea, quæ generaliter leguntur penes *Cephal. conf.* 517. *num.* 51. *vol.* 4., *Barbos. loc. comm.* 83. *num.* 3. *Rot. dec.* 10. *n.* 9. *par.* 12. *Rec.* & magis in specie per *Bellugum in Specul. Princip. rubr.* 26. *vers. Princeps num.* 9. *Matthiens. in decal.* 13. *cap.* 5. *num.* 5. *et* 6., & in punctualibus terminis Statuti Universitatis Aurificum de Urbe *Petrus August. Antolin.*

toun. par. 2. in annot. ad declarat. 10. in fine Statuti num. 16. fol. mihi 28.

Recte siquidem occasione Legis a *Pericle* relatæ in Athenienfium Republica e converso de origine sua objurgatus *Bibulides* respondit = *Nec ex duobus Luctatoribus natus sum, & tamen Luctator sum* (significans ex *Tiraquel. de Nobil. cap. 18. num. 18.*) *non tam referre unde natus sis, sed quis sis.*

Coronabantur hæc omnia ab observantia relata in *Summ. Universitatis nu.* 4. juxta quam etiam filii Admissorum in eadem Universitate semper sese subjecerant Examini, & Experimento ab eadem statutaria censura præscripto. Unde quatenus oportuisset eadem observantia tamquam Statutorum om-

13 nium in dubio interpretativa, & declarativa, omnem quoque sustulisset difficultatem, ex frequenter affirmatis per *Card. de Luca de Cred. disc. 13. nu. 15., & de Judic. disc. 35. num. 65. Modern. Asculan. ad Stat. Urb. annot. 15. art. 1. nu. 42. Rot. coram Pamphil. dec. 530 n. 3. & in Rec. dec. 569. n 11. p. 18.*

Et ita &c.

Cæsaraugustana Beneficii Super Declaratoria.

Lunæ 22. Junii 1711.

ARGUMENTUM.

Declaratoria respectu Censurarū, quæ sit, quando detur, & quando illius omissio reddat Sententiam non modo injustam, sed etiam nullam, & demum an dari possit ante liquidationem fructuum.

SUMMARIUM.

1. *Extremis malis extrema sunt adhibenda remedia.*
2. *Sac. Rota devenire solet ad fulminationem censurarum per viam declaratoria, quoties non præstatur debita paritio mandatis Apostolicis.*
3. *Censurarum duplex est fons, & origo, & quæ differentia intercedat inter unam, & alteram.*
4. *Declaratoria quæ sit, & quando sententia compelletur declaratoria.*
5. *Omissio declarationis incursa prævia opportuna citatione respectu censuræ a Jure seu Canone lata, reddit sententiam injustam in foro externo, non reddit tamen eamdem nullam.*
6. *Et quid dicendum in excommunicatione, seu censura, quæ provenit ab Homine sive a Comminatione Hominis, vel Judicis.*
7. *Declaratoria incursus in censuras incurritur per refractarium.*
8. *Illa regulariter non datur nisi facta liquidatione fructuum.*
9. *Ad introspiciendum animum super voluntate paritionis, sat est quævis responsio, & quilibet actus ex quo argui possit animus non parendi.*
10. *Condemnatus solvere summam non liquidatam, si non solvit, non est censuris percutiendus.*
11. *Declaratoria datur etiam ante liquidationem, quando pars non comparet, vel si comparet, non petit liquidationem.*

DECIS. DXLI.

1 Extremis malis, extrema remedia fert politicum, & Medicum Adagium; unde quandoque Judices, & Tribunalia habentia de cætero opportunam facultatem, seu potestatem, quoties temporalia remedia pro sibi paranda obedientia, & exsequutione mandatorum, non sufficiant, subsidiarie recurrunt ad alia longe graviora remedia spiritualia, quamobrem nil mirum, si juxta necessitatem, & occurrentiam casuum, in non exhibendo debitam paritionem

2 illis mandatis Apostolicis, quæ per *S. Rotam* decernuntur, & nuncupantur *litteræ exsequutoriales* devenire ea soleat ad fulminationem censurarum, per viam illius expeditionis, quæ nomen habet *declaratoria*, & quæ in substantia, ut de more bene connotavit *Card. de Luca de Jud. disc. 4. sub num. 41.* Species est ipsius exsequutionis.

Nec abs re tale nomen *Declaratoriæ* hujusmodi expeditio sortita est, quia cum duplex sit

3 fons, & origo Censurarum, una quæ nuncupatur pæna lata a jure, lege, aut constitutione Ecclesiastica, & altera ab homine mediante aliquo mandato, præcepto, sive sententia, nullam idcirco condente legem permanentem, quemadmodum perbelle explicando utrumque fontem, seu genus, habetur apud *Giballin de Censuris disp. 1. quæst. 3. num. 1., & 2. Castropal. eod. tract. tom. 6. disp. 1. punct. 2. num. 1. Bonacc. pariter eod. tit. disp. 1. quæst. 1. punct. 1. propos. 1. n. 5.*, & ceteri Moralistæ, ac Canonistæ frequenter.

Consequens est, quod vigore ejusdem primi generis, sive speciei ipso etiam Jure statim incurrantur prænominatæ censuræ, in casu autem secundæ speciei, de qua agimus, subsequi debeat sententia Judicis, declarans evenisse talem incursum, quæve proinde sententia, ut præmisimus, recte compellatur

4 *declaratoria*, per ea, quæ prosequendo advertit idem *Giballin. de Censuris dicta quæst. 3. eod. num. 2.*, ac alii superius allegat. Unde, etsi velint nonnulli, quod respectu cen-

5 suræ a Jure, seu Canone latæ omissio declarationis incursæ prævia opportuna citatione

red

reddere valeat sententiam injustam in foro externo, non reddit tamen eamdem nullam, sicuti e converso non præcedente hac decla-
6 ratione, talis esset illa excommunicatio, seu censura, quæ provenit ab homine, sive a comminatione hominis, sive Judicis, ad tradita per *Imol. in cap. extirpandæ col. 6. in principio de præb. Aretin. in consf. 163. sub nu. 10. & seqq. Menoch. de arbitr. cas. 542. nu. 19. & seqq. Bellet. disquisit. Cler. par. 1. tit. de favor. Cleric. can. num 39., & 40. §. 4. Sperel. decis. 49. nu. 56. tom. 1. & decis. 160. num. 37. tom. 2. Panimoll. decis. 96. num. 14.*

Tale igitur remedium adhibere necesse fuit in præsenti causa, in qua cum ad normam *Decisionis* editæ sub hoc titulo *Cæsaraugustana Beneficii 7. Januarii* 1709. *coram Me* emanaverit sententia, & respective mandatum adversus Bartholomæū Fortun de dimittendo Beneficium ei perperam collatum, fructibusque ab ipso perceptis restituendis favore J . ephi Gonzales de Lirio, adhuc idē Bartholomæus quantumvis sibi præsentatæ fuerint litteræ postmodum subextensæ, & *exsequutoriales* appellatæ, positive detrectavit devenire ad hanc dimissionem, & vice restituendi prænominatos fructus, illis obdurate gavisus est, quamobrem delata hac justa querimonia per Josephum *S. Auditorio* observatisque per eum assuetis quatuor ter-
7 minis *Domini* coacti sunt devenire contra refractarium ad præfatam declaratoriam incursus in censuras, quæ eidem jam fuerant in prædictis litteris exsequutorialibus inflictæ, sequendo eam praxim inconcussam, de qua per *Text. in cap. Dilecto, & in cap Alma mater de sent. excomm. Rota cor. Cocc. decis.* 2059. *n. 1. & seqq., & cor. Ottobon. dec.* 174. *par. . . . num. 1., & in Savonen. Agregat. super declaratoria 6. Junii* 1703. *§. quemadmodum cor. R.mo Molines Decano, & in Augustana Canonicatus super declaratoria 25. Junii* 1706. *§. Cum enim cor. R.mo Omanna Episcopo Giennen.*

Neque ad ipsius Bartholomęi excusationem ullo modo prodesse posse videbatur, quod antea, ex parte Josephi liquidati adhuc non extitissent hujusmodi fructus, in qua scilicet quantitate consisterent, & forent refunden-
8 di, ut regulariter desideratur, teste *Rota cor. Seraph. dec.* 1213. *nu. ultimo Adden. ad Buratt. dec. 17. n. 6., & cor. Ottobon. dec. 174. n. 5., & in rec. dec. 254. n. 7. par. 6.*

Quoniam illico in contrarium apparuit, hanc excusationem, sive velamen in minimo nequaquam abstergere posse hanc maculam inobedientiæ; primo quia cum totum versetur in sincera ostensione voluntatis obedien-di cum effectu mandatis Rotalibus, quænam poterat considerari prona, & humilis dispositio, dum sub obscuro silentio audita notificatione earumdem litterarum exsequutorialium, nihil respondit, & perperam perseveravit in perceptione fructuum? quando in longe durioribus ad eumdē animum introspiciendum super voluntate paritionis, sat est quævis responsio, & quilibet actus, ex quo argui, & dignosci possit præfatus animus non parendi, ut alias passim practicavit, &
9 respondit *Rot.*, & signanter in *dicta dec.* 174. *n. 4. cor. Ottobon. Adden. ad Buratt. dec. 17. n. 7., & dec. 407. nu. 7. par. 4. tom. 2.* cum pluribus relatis *in d. dec. 254. nu. 5., & 8. par. 6. rec.*

Secundo, quia in hoc eodem proposito receptum est quod ubi condemnatus solvere summam non adhuc liquidatam, nec solvit, nec fatetur se in aliquo licet modico debitorem, illudque deponit cum oblatione, protestatione, & obligatione, quod si apparebit, se plus debere, solvet, juxta tra-
10 dita per *Angelum in l. 4. §. Prætor ait num. 2. ff. de re Jud. ibique Alex. Socin. Jas.* Ceterique relati per *Adden. ad Buratt. in dec. 17. sub n. 6. vers. hoc tamen*, profecto in hoc casu posthabuisse innodatione Censurarum Censetur, & propterea eum esse percutiendum hoc mucrone spirituali, pariter alias tradidit *Card. de Luc. de Judic dict. disc. 40. n. 98. vers.* item istud requisitum, & respondit *Rot. cor. Ottobon. dec. 174. nu. 5., & cor. Cerr. dec. 470. pariter n. 5., & in Gerunden. benef. 2. Decembris 1699. §. Quin obstet cor. R.mo dell'Olmo Episcopo Conchen., & in Eixteten. Scolastriæ super declaratoria 25. Junii* 1708. *§. Nec subsistere coram R.mo Omanna Episcopo Giennen.*

Tertio denique, ex quo non comparente, & nihil offerente condemnato ad hanc restitutionem, nunc ob præsuppositam ejus animi
11 proterviam, dummodo non feratur declaratoria pro certa quantitate, semper illa relaxatur, & relaxari debet, ad ea quæ pariformiter admonent *Genuens. in Prax. Cur. Archyepiscopi Neap. cap. 13. n. 25. Rot. cor. Buratt. dec. 545. n. 6.* ibique *Adden. n. 7., & cor. Cerr. d. dec. 470. nu. 7. & cor. Ottobon. dicta dec. 174. n. fin., & post. Post. de manut. dec. 558. n. 9., & in rec. d. dec. 554. n. 8. p. 6.*

Concedendam itaque declaratoriam *Domini* citra difficultatem dixerunt, sed pie adhuc, & misericorditer agentes, ne tam cito lethali hoc vulnere afficeretur Bartholomæus, impartiti sunt, & jusserunt, præfigi terminum unius mensis ipsi Bartholomæo ad obtemperandum, & hoc ulterius fieri demandarunt

non

non a die captæ resolutionis, sed pro majori inexcusabili, ac inevitabili ratione a die intimationis facien. in partibus, sive in ipsa facie Loci, ubi parendum est, Josepho tantum Informante &c.

Compostellana Parochialis de Pardessoa.

Luna 22. Junii 1711.

ARGUMENTUM.

Meliorationes, quæ fint in Regno Hispaniæ, & quando Leges, & Mores Hispanorum favore liberorum indulgent. Clausulæ codicillaris ea est virtus, ut contractabulato testamento per filii præteritionem sustineantur legata, & conditiones in eodem testamento appositæ, maxime si filius idem testamentum approbaverit.

SUMMARIUM.

1. *Meliorationes quando Leges, et Mores Hispanorum favore liberorum indulgent.*
2. *Patroni possunt inter ipsos concordare super exercitio Patronatuum.*
3. *Donatio capere nequit id, quod per pactum antecedens alteri debebatur.*
4. *In majoratibus Hispaniæ succedit semper major natu, sive quod idem est Primogenitus.*
5. *Id quod per transactionem retinetur, dicitur retineri, et conservari jure primævo, et non novo ejusdem transactionis.*
6. *Factum, et confessio Auctoris impugnari nequit ab habente ab eo causam.*
7. *Jus patronatus est Jus personale Fundatoris, et suorum heredum, neque ulla adnexio in ejus bonis præsumitur, nisi probetur.*
8. *Clausulæ codicillaris virtus ea est, ut contractabulato per filii omnimodam præteritionem testamento, adhuc sustineantur legata, et conditiones in eodem testamento ordinatæ.*
9. *Contractabulationi Testamenti dicitur filius renunciasse, si illud approbavit.*

DECIS. DXLII.

Theodosius Deromay duos habens filios, Ferdidandum scilicet masculum, & Annam feminam, atque ex ea Nepotem nomine Consalvum, juste forsan indignatus contra masculum, professus fuit in suo Testamento condito de anno 1592. pietatis, & misericordiæ gratia reliquisse eidem Ferdinando legitimam, & de cetero instituendo feminam, majoratum quoque instituit favore prænominati Consalvi in tertia, & quinta parte suorum Bonorum, nec non = *in tutte le presentazioni de' Beneficii* per viam illius
1 meliorationis, quam leges, & mores Hispanorum in his casibus favore liberorum indulgent, ad tradita *per Molin. de primogenit. lib. 2. cap. 11. Mierez. de major. par. 1. quæst. 21. Fontanell. de pact. nupt. cl. 4. gloss. 9 p. 4. Baeza, qui integrum Tractatum compilavit, de non meliorandis dotis nomine filiabus. Hermosill. ad Lopez tit. 4. par. 5. fol. 273., et ceteri passim.*

Non æque tulit Ferdinandus hanc implicitam exheredationem, ideoque dum de eadem exheredatione, ac respective melioratione Nepotis judicialiter conqueri meditabatur, & de facto litem promoverat adhuc successive sub anno nimirum 1596. devenit ad amicabilem transactionem cum Anna sorore, & Antonio ejus viro, ac Patre respective Consalvi, in qua præ ceteris, concorditer assignata fuerunt pro sua portione Ferdinando Bona sita in Archyepiscopatu Cōpostellano, alias di *S. Jago*, Annæ vero, & Consalvo ejus filio Bona, & redditus in alio Episcopatu Tuden., & denique descendendo ad Jurapatronatus, quibus gaudebat Testator signanter quo ad geminas Parochiales, alteram in Ecclesia, ut ajebant, de *Pardessoa*, & alteram de *Pasqueyras* illa inter se distribuerunt sub nonnullis conditionibus inferius referendis, utendo in hoc illa facultate, quam *Sacri Canones* Patronis at-
2 tribuunt, concordandi videlicet inter ipsos super eorumdem patronatuum exercitio, *ad text. in Clem. pluresf., ubi gloss. in verb. libere, ibique Abb. num. 6. de Jurepatr., Vivian. de Jurepatr. par. 1. lib. 4. cap. 8. Mans. consult. 317. num. 16. Achil. dec. 10. de Jurepatron. Add. ad Gregor. dec. 420. sub num. 7. versic. advertendum, Rot. cor. Duran. dec. 87. n. 15. cum aliis in dec. 489. n. 2. cor. Emer. Jun*

Eveniente igitur nuperrima vacatione unius ex prædictis Parochialibus, nempe ejus de *Pardessoa* tres exstitere præsentati, & coram Ordinario contendentes inter eos, & sententiam ab initio favorabilem reportavit Franciscus nominatus a Joanne, prælaudati Cōsalvi ex Theodosio filio Nepote, donec provocante ad S. Sedem Ambrosio, qui suam præsentationem sortitus fuerat a Maria Antonia ejusdem Consalvi per bina media masculina pronepote, *Sac. Rota* ad quam per Sanctissimum, *sive ejus signaturam Justitiæ* commissa fuit Causa, eam proponente *R. P. D. meo Falconerio* in contumaciam Frācisci resolvit contrarium, videlicet *instituendum esse Ambrosium*, cum successiva etiam ejusdem causæ expeditione mediante altera Sententia revocatoria primæ, & hanc hodie, adhuc non comparente Francisco, Domini confirmarunt.

Ratio

Ratio ineluctabilis hujus cõfirmationis usquedum solide, ac perspicue fundata fuit tam in Testamento Theodosii quam in concordia, de qua supra; Indubitatum quippe erat, quod, ut præmisimus, Theodosius per viam præfatæ meliorationis prælegaverat Consalvo, ex Anna filia nepoti, ultra Bona perpetuo majoratui supposita, etiam præmissa Jurapatronatuum, unde cum mediante eadem concordia deinde Ferdinandus a quo mediante Theodosio Causam habet Joannes præsentator Francisci, unam Parochialem *de Pesqueyras* in perpetuum dimiserit Consalvo, ejusque Descendentibus, & alteram *de Pardessoa*, de qua proprie agitur in præsenti, reservaverit ad sui favorem, superaddita tamen conditione, quod si idem Ferdinandus prout contigit, sine filiis moreretur = *tal presentazione, e successione rimanga alla d. Anna sua sorella, e suoi figli descendenti* utique hujusmodi Juspatronatus etiã quoad Ecclesiam *de Pardessoa* reversum fuerat ad Consalvum, nec in figura Donatarii Theodosius Junior, ut diximus, Auctor Francisci valebat illud prætendere, donatio enim capere non potest id, quod per pactum antecedens præfatæ reversionis alteri debeba-
3 tur, ad passim firmata per *Giovagn. cons.* 85. *a nu.* 8. *lib.* 1., *& Mans. consult.* 257. *num.* 57., *& alibi*.

Minusque in figura filii pariter ejusdem Consalvi valebat idem Juspatronatus attinere ad eumdem Theodosium Juniorem; Quoniã Antonius illius frater, & non ipse Theodosius tamquam Primogenitus continebatur in prædicto pacto reversivo, ut clare præseferebant illa verba, quæ post ea mox adducta in eadem Transactione, immediate legebantur ibi = *Ed a quello che succedesse nel vincolo* Ex
4 quo de regulari natura, ac etiam ex ordinatione Theodosii senioris in hisce majoratibus succedit semper major natu, sive, quod idem est in Hispaniis, primogenitus, ex firmatis *per Card. de Luca de feud. art.* 1. *sub n.* 29., *& de fideic. disc.* 1. *n.* 5. *Molin. de primog. Hispan. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 10., *&* 12. *Turr. de success. in Primog., & major. par.* 1. *cap.* 40. *nu.* 143. *Ciarlin. contr. for. lib.* 3. *nu.* 9. *cap* 222., *Rot. in dec.* 1. *n.* 12. *p.* 10. *rec. cum aliis in Asten. Prioratus de Costa super pertinentia* 6. *Martii* 1711. §. 1. *& seqq. cor. me*.

Nec ex eo, quod Ferdinando per eamdẽ transactionem obvenerint = *la Torre, e Casa di Quadro*, tamquam sita in Archiepiscopatu Compostellano, ullam Primogenituræ repræsentationem inire poterat idem Theodosius Junior, etsi mediante præfata donatione postea successerit in eadem Turri, & Domo quæ videbantur esse capita meliorationis præfatæ, & consequutivi majoratus; Siquidem licet per transactiones fuerint avulsa a toto complexu Primogenituræ hæc, & illa Bona, avulsum non censetur ab ipso Primogenito Jus ipsum primogeniale perseverans in ceteris Bonis non avulsis, cum id, quod retinetur per transactionem, dicatur retineri, & conservari jure primævo, & non novo ejusdem Transactionis, per ea, quæ uno ore
5 affirmant *per text. in l. si profundo C. de transact., ubi Bart. Castrens., & ceteri, Molin. de primog. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 21. *in fine*, *Noguerol. alleg.* 37. *n.* 4. *Suarez alleg.* 19. *n.* 19., *Menoch. cons.* 381. *n.* 2. *Card. de Luc. de feud. disc.* 47. *n.* 9., *& de Servit. disc.* 88. *n.* 9, *& de regal. disc.* 50. *n.* 7., *Rot. dec.* 300. *nu.* 6. *par.* 5. *rec*, *& dec.* 650. *n.* 5. *cor. Cerr.*

Fortius vero, & citra difficultatem, dum, & hoc ipsum intellexit in ineunda transactione Ferdinandus, qui in paciscenda reversione hujus Jurispatronatus protulit illa verba =*Ed a quello, che succedesse nel Vincolo* = quod utique non potest intelligi de alio vinculo, nisi de illo primogeniali, ac proveniente a melioratione, de quo in tota Transactione fuerat obloquutus, proindeque nequaquam sub hoc pretextu, quod, & idem Ferdinandus & postea Theodosius Jun. permanserint in possessione Turris, & Domus, intrat ulla consequentia accessionis, & permanentiæ etiam hujus patronatus jam ex pacto, & confessione Ferdinandi ab eadem Turre, & Domo separati, & abscissi, & respective reversi ad Consalvum, ejusque descendentes, & insimul succedentes in eodem vinculo restantis meliorationis, & Primogenituræ: Cũ
6 nequeat unquam habens Causam ab ipso Ferdinando illius factum, & confessionem impugnare, *ad vulgatum text. in l. cum a matre C. de rei vindicat. Bellon. Jun. cons.* 48. *nu.* 9. *Card. de Luc. de Jurepatr. disc.* 6. *n.* 22. cum ceteris *per Rot. in dec.* 237. *nu.* 4. *par.* 6., *& dec.* 14. *n.* 14. *par.* 14. *rec.*

Atque ex his resistente ad oculũ littera transactionis, superfluum erat amplius discurrere de ulla prætensa adnexione hujusce Jurispatronatus eidem Turri, & Domui, ceterisque Bonis per transactionem acquisitis, seu retentis ab eodem Ferdinando, tum quia semper subsistebat hujusmodi factum, & confessio, quod tale Juspatronatus reverti deberet ad Consalvum, ejusque successores in primogenitura, seu majoratu, non obstãte, quod eadem Bona acquisita seu retenta, & in Archiepiscopatu Compostellano existentia, perseverassent in ipso Ferdinando, & habentibus ab eo causam, tum & quia præcisive quo-

quoque ab hoc inevitabili fundamento te-
7 gula de cetero notiſſima eſt, quod niſi probetur hujuſmodi adnexio, nuſquam illa præſumatur, cum potius Juſpatronatus ſit Jus perſonale Fundatoris, & ſuorum heredum, ad connotata per *Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 9. Rot. in Gneſnen. Juriſpatron. 27. Januarii 1648. §. Non obſtat., verſ. ſecus autem cor. Ghiſilier., & dec. 164. n. 2. cor. Mantic., & dec. 13. nu. 4. par. 1. rec. necnon in deciſ. 621. num. 3. cor. Dunoz. Jun., & dec. 885. num. 11. cor. Emer. Jun.*, apud quem ceteræ referuntur.

Hincque pariter firma ſemper remanente eadem tranſactione, ſupervacaneum efficiebatur obloqui de validitate, vel invaliditate teſtamenti Theodoſii ſenioris modo, de quo ſupra, diſponentis de hiſce Juribuſpatronatuum, ex quo reliquerit, vel non reliquerit legitimam eidem Ferdinando honorabili Jure Inſtitutionis. Ultra enim, quod, admiſſa etiam hac nullitate, & invaliditate, nonne quoad ſubſiſtentiam legatorum, & ordinationum factarum a Teſtatore in teſtamento etiam contra tabulato ob filii præteritionem etiam omnimodam, ſuperabundat ex ſe ipſamet clauſula Codicillaris cum aliis ſalutaribus, quæ in quolibet teſtamento apponi ſolent ad effectum, ut in obliquo præſerven-
8 tur omnes diſpoſitiones, quæ fuerunt ordinatæ ſupra legitimam, teſte *Capyc. latr. conſult. 80. nu. 21., & 22. Card. de Luca de teſtam diſc. 21. nu. 9., & diſc. 58. nu. 3. Clar. §. Teſtamentum quæſt. 46. n. 1. verſ. tenenda eſt ergo, Turett. de clauſ. codicill. quæſt. 54. effect. 3. per tot. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 569. per tot. Rot. dec. 294. num. 25. & ſeqq. cor. Merl. cum concord. in dec. 303. num. 4. & 5. par. 14. recent.*

Et nihilominus ceſſabat ad evidentiam quælibet anſa fluctuandi, cum idem Ferdinandus per memoratam concordiam elate, & explicite approbaverit hanc meliorationem volitam in Teſtamento paterno, in quibus profecto terminis nulli dubium eſt, quod ea-
9 dem diſpoſita in Teſtamento ex filii approbatione reviviſcant, ut advertit *Buratt. conſ. 189. nu. 69. Alex. conſ. 73. nu. 6. Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 2. quæſt. 15. per tot., & poſt eum Rot. dec. 137. num. 4. ubi concord.* cum aliis lato calamo adductis per *Ridolph. allegat. 115. num. 26., & 27. & Rot. deciſ. 218. n. 5. & 6. par. 10. rec.* Et in ſpecie harum meliorationum, quod ſi filius acceptaverit gravamen, immo per 30. annos non reclamaverit, eæ ſuſtineantur, docet, & probat *Molin. de Primog. d. lib. 2. cap. 11.*

Hæc igitur rurſus ponderabant *Domini*, præter ea, quæ jam firmiſſime etiã fuerant oſtenſa in prædicta *Deciſione R.P.D. mei Falconerii ſub d. die 2. Julii* 1710. in qua cum ulterius remanſiſſet confutata prætenſio alterius Tertii, ut diximus, a principio præſentati, ſcilicet alterius Franciſci; Satius proinde etiam in hoc ad eamdem *deciſionem R.P.D. mei Falconerii* ſeſe habere remiſſive reputarunt.

Et ita, Ambroſio ſolum informante &c.

Compoſtellana Parochialis de Pardeſſoa Super Sequeſtro.

Lunæ 22. Junii 1711.

ARGUMENTUM.

Sequeſtrum vigore Conſtitutionis Sanctæ M. Clementis V. pro caſu, qua ratione, & a quibus imponi poſſit ſuper fructibus Beneficii.

SUMMARIUM.

1. *Sequeſtrum ſuper Beneficio quando poſſit concedi.*
2. *Sequeſtrum vigore Conſtitutionis S. M. Clementis V. qua ratione, & cui concedatur.*
3. *Iſtudque ſequeſtrum vigore prædictæ Conſtitutionis non apponitur niſi per S. Rotam.*
4. *Dicta Clementina Conſtitutio locum etiam ſibi vindicat in Beneficiis Curatis.*
5. *Et hæc ſequeſtratio ſolum concernit fructus exſtantes, & naſcituros.*
6. *Sequeſtratarius debet eſſe Perſona idonea.*
7. *Ordinarius, quando adeſt ſequeſtrum ſuper Beneficio curato, poteſt quoad regimen Curæ alterum Vicarium, ſive Oeconomum adjungere.*
8. *Vel ſi eſt exſequutor S. Rotæ, poteſt in una eademque Perſona cumulare perceptionem, & Cuſtodiam fructuum, & Curæ adminiſtrationem.*

DECIS. DXLIII.

SUb *hac eadem die*, qua Ambroſius inſteterat pro confirmatione ſententiæ Rotalis ad ejus favorem pronunciatæ a *R. P. D. meo Falconerio*, exoravit inſimul *Tribunal* pro opportuna appoſitione ſequeſtri ſuper fructibus Parochialis controverſæ *de Pardeſſoa*, & facile obtinuit.

Quidquid enim foret ad terminos capitulorum *Rubricæ de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct.* regiſtratæ *in lib. 2. Decret. tit. 17.* qui diverſos caſus percutiunt, & diverſum præſeferunt effectum, quemadmodum faciendo mentionem quoque de conſimilibus *ſanctionibus*
1 *Cæſareis* in hac materia, ut *in l. un. Cod. de facienda ſequeſtr.* connotaverat poſt *Barboſ.* late materiam exornantem in ſuis *Collectan. ad eamdem Rubricam, & Capitula Juris Canonici.*

monici, magis lucide, ac practice *Card. de Luc. de Benefic. disc.* 98. *usque ad num.* 16.

Certa utique in nostra thesi, & indubitata erat sanctio postmodum superventa Summi Pontificis *Clementis V.*, qui in sua Constitutione, quæ incipit = *Ad compescendas*, alias insetta inter suas *Clementinas lib.* 2. *cap. unic. tit.* 6. pariter *de sequestrat. possess.*, *& fruct.* sic decernebat =*Ad compescendas litigantium malitias definimus, ut una contra Possessorem definitiva sententia super Beneficio apud Sedē*
2 *Apostolicam dumtaxat in petitorio, vel possessorio promulgata, Beneficium ipsum, etiamsi Dignitas &c. apud aliquam Personam idoneā sequestretur* = Quamobrem cum Ambrosius reportasset, ut diximus, *in S. Auditorio* memoratam sententiam coram *R.P.D. meo Falconerio*, &, quod plus erat, etiam fuisset hodie assecutus ejusdem sententiæ approbationem, dubitari amplius nequibat de concedenda prædicta appositione sequestri, ut unanimiter obsequendo eidem *sanctioni*, ut par erat, affirmarunt *Bonifacius, Cardinalis*, aliique, quos colligit *Vestr. in prax. lib.* 2. *Gonzal. ad Regul. Cancell.* §.7. *proœm. Card. de Luca de Benefic. disc.* 98. *num.* 16. *& seqq. & Rota nostra* quotidie practicat, ac decernit, quod & aliis adductis ampliat *Barbos. in altera collectan. ad* supradictam *Clementinam num.* 5. procedere, etiamsi præcedenter adesset in Partibus altera sententia contraria, & in hoc est *Gloss. præcisa in dicta Clement.* verbo *promulgata*.

Addito hoc speciali respectu ejusdem *S. Rotæ*, quod quamvis alia generaliora sequestra valeant in suis casibus apponere quicumque alii Judices, attamen istud speciale in vim prædictæ *Clementinæ* non apponitur nisi per *Rotam*, & ob ejus sententiam latam, quia forte illa verba Constitutionis = *apud Sedem Apostolicam* = intelliguntur *de Sac. Auditorio*, quod in contentionibus Judicialibus veluti compositum a fixis, & perpetuis Cappella-
3 nis Sedis Apostolicæ, ipsam S. Sedem in judicando propius repræsentat, prout de cetero absolute inquit post *Gonzalez dicto* §.7. *proœmiali num.* 31. *et* 38. *eum seqq. Vestrium, & eam Rotam*, prosequendo testatur *Card. de Luca dicto disc.* 98. *num.* 24.

Absque eo, quod ullam differentiam ingerat, quod agatur de Ecclesia Parochiali, cujus Provisionalis Cura spectare solet ad Ordinarium, quia *Clementina* præfata locum sibi
4 eodemmodo vindicat in Beneficiis Curatis, ut ibi = *etiamsi Dignitas, vel Personatus exsistat, & Curam habeat Animarum* = & consonant uno ore *Marescott. var. resol. lib.* 2. *cap.* 77. *sub num.* 23. *Barbos. super ead. Clement. nu.* 7. *Card. de Luca de Benefic. dict. disc.* 98. *num.* 19. *& Gonzal. ubi supra nu.* 54. *&* 69. Idemque *Card. de Luc.* ampliat etiam in commendis S. Religionis Hierosolymitanæ.

Cumque sequestratio hæc regulariter concer-
5 nat solos fructus, & fructus solum exstantes, & in futurum nascituros, teste post *Bonifacium, & Vitalinum eodem Marescott. lib.* 2. *cap.* 77. *num.* 35. jam Clementina ipsa idoneam personam esse debere sequestratariū injungens, itaut ibidem *Gloss.* in verbo *Ido-*
6 *neam* subdat, seu consulat, quod fiat in *persona exsistente in simili ordine*, in quo erat sequestrationem passus, mentionem facit de Ordinario; unde is vel præcisive a fructuum recollectione, atque custodia poterit quoad regimen Curæ, & supportationem persona-
7 lem onerum Ecclesiæ alterum Vicarium, sive Œconomum adjungere vigore etiam illius generalis facultatis, quam reassumpsit *S. Conc. Trid. sess.* 24. *de refor. cap.* 18., ut
8 opportune in his terminis observavit *Marescott. dicto lib.* 2. *cap.* 71. *nū.* 33. vel tamquam Exsequutor in hoc proposito *S. Tribunalis* arbitrio sub in una eademque persona cumulare perceptionem, & custodiam fructuum, & Curæ administrationem; sicuti pariter admonet *Barbos. ad d. Clementin. n.* 16.

Et sic *apponendum esse sequestrum Domini* dixerunt.

Romana Fideicommissi.

Luna 22. *Junii* 1711.

ARGUMENTO

Non indiget.

SUMMARIUM.

1. *Factum Auctoris nocere nequit ei, qui nullam ab eo causam metitur.*
2. *Retentio datur possessori pro credito pecuniario adversus Actorem.*
3. *Debitum heredis transgredi nequit propriam contingentem virilem, in qua actio, vel passio respective semper scinditur, ac dividitur.*
4. *Creditum vel extinctum, vel turbidum retardare nequit immissionem.*
5. *Vir petere nequit aliunde dotem, quam in ipsis bonis, in quibus illa fuit constituta.*

DECIS. DXLIV.

Variantes in sua defensione semper devicti, adhuc post geminas *decisiones* editas *cor. Me*, altera *sub die* 3. *Junii* 1707., & altera *sub die* 6. *Maji* 1709. rursus insurrexerunt, & sub intuitu aliorum, vel etiam veterum magis intricatorum creditorum nimia forsan *Dominorum* benignitate consequuti sunt noviter *audiri*, sed inutiliter;

quoniam poſtmodum *ſub hodierna die* reſtaurati certaminis in Arenam deſcendere detrectarunt, quapropter eo validius perſtitum fuit *in decisis*.

Solum quippe denuo etiã ex officio iidem *Domini* rimantes ea, quæ deducta fuerunt in memoriali pro aſſequenda, ut ſupra, nova Audiẽtia, primo adinvenerunt, quod incaſſum *in novo Summ. Num.* 1. aſſerebatur, quod Vincentius Annæ, & Alexandri Frater, a quibus cauſam deſumebant Maria, & Iſabella Victrices, locaſſet quamdam Domum attinentem ad hereditatem Magdalenæ Fideicommittentis, quodque poſtea reſtituiſſet bona præfatæ Teſtatricis per eum adminiſtrata Felici, a qua e converſo Rei cauſam ſortiri profitebantur, quaſi quod exinde præſumendum foret, Annam, & Alexandrum remanſiſſe ſatisfactos, alias idem Vincentius eamdem reſtitutionem feciſſet pariter in perſonas ejuſdem Annæ, & Alexandri: Omnes enim hæ conſequentiæ gratis figurabantur, cum in *prædicto Summario* adduceretur dumtaxat prædicta unica locatio cujuſdam Domus per Vincentium expleta ſub prædicta enunciativa adminiſtrationis, & Œconomatus bonorum hereditariorum Teſtatricis, ſed non eodem modo exhibebatur prætenſa reſtitutio, nec conjici idcirco poterat, quæ bona Vincentius adminiſtraſſet, quæve, cui, & quo modo reſtituiſſet, quiſve eum conſtituiſſet Œconomum, quando de cetero quodlibet factum prænominati Vin-

1 centii non poterat Actricibus nocere, tamquam ab eo nullam cauſam metientibus, ad tradita per *Text. in l. nemo debet*, *ff. de reg. Jur. l. ſi unus*, *§. Ante omnia*, *ff. de pactis*, *Menoch. conſ.* 346. *nu.* 26., *Surd. dec.* 102. *n.* 1., *Rot. dec.* 86. *n.* 49 *par.* 6. *& dec.* 598. *n.* 16. *par.* 18. *tom.* 2. *rec.*

Secundo iterum refricabatur, quod penes Annam Matrem Iſabellæ Actricis extabant illa ſcuta 4410., quæ provenire prætendebantur a quodam Fideicommiſſo Marii Caffarelli ad Reos (ut ipſi ſibi figurabant) ſpectante, quodque cum hoc fideicommiſſum, ſeu creditum conſiſteret in pecunia, & non in ſpecie, recte valebat congruere, ſi non

2 compenſatio, ſaltem retentio innegabilis ſemper poſſeſſori pro credito pecuniario adverſus Actorem, ex paſſim affirmatis per *Cyriac. contr.* 224. *n.* 8., *&* 9., *Gratian. diſcept.* 749. *num.* 6. *Card. de Luca de Credit. diſcurſ.* 60. *num.* 8. *et diſc.* 63. pariter *n.* 8. *Rota cor. Buratt. deciſ.* 277. *num.* 4., *et cor. Cerro dec.* 586. *num.* 12.

Verum præter ea, quæ ad everſionem hujus jam allatæ objectionis ponderata fuerant in præcedenti ſecunda *Deciſione* confirmatoria primæ, nempe *ſub die* 6. *Maji* 1709. *§. Divellebant cum ſeqq.*, ulterius hodie per Defenſores Iſabellæ ſubnectebatur, quod hujuſmodi quantitas remanſerat prædictæ Annæ conſignata tantummodo ad effectum conficiendi multiplicum pro reintegranda diſtractione Caſalis di *Tuſello* ab ipſo Mario Caffarello diſtracti in D. Principem Burgheſiũ, quin etiam deinceps eadem Anna, ſi maluit aſſequi fructus ejuſdem crediti, coacta remanſit ſubrogare totidem bona propria, ut *in Summario ipſius Iſabellæ veteris propoſitionis anni* 1709. *num.* 3., quamobrem nihil in ſubſtantia pro ſe de hoc credito detinebat, unde multo magis erat de hoc negocio peragendum, quando ad partes peculiari inſtructo Judicio fuiſſet diſcurſum de præfato prætenſo fideicommiſſo Marii Caffarelli, ut fuerat reſponſum in præfata *ſecunda Deciſione in §. Et altera*, ut frequenter in ſimilibus fuit etiam obſervatum, & ſignanter *in Urbevetan. Immiſſionis* 20. *Aprilis proxime præteriti §. Placuit cor. Me.*

Tertio non minus inutiliter inſtaurabatur altera prætenſio retentionis ratione alterius crediti cenſualis pro rata ſcut. 150. acquiſiti ab Auctoribus Jo: Antonii Rei Jam enim hujuſmodi objectum fuerat avulſum in eadem ultima *deciſione §. Urgebat*, nempe quod etiam poſita realitate, & deſcenſu hujus crediti in ipſum Jo: Antonium, proportionabilis tamen quota debiti nequibat, niſi ad modicam nimium quantitatem aſcendere diviſa rata aſſis hereditarii Teſtatricis, ex quo ad Actrices non attigerant, niſi duæ tertiæ unius quartæ partis; Reſpondere autem, ut fiebat, quod Auctores Jo: Antonii non egerint in actione perſonali, ſed in Judicio aſſociationis; minime enervabat reſponſionem jam datam, tum quia quodcumque remedium umquam intentetur, augere nequit debitum heredis, quod tranſgredi non poteſt propriã contingentem virilem, in qua actio,

3 vel paſſio reſpective ſemper ſcinditur, dividitur, & ſubdividitur, ad *Text. in l. pro hered.*, *C. de hered. action. in l* 1., *C. ſi certum petat.*, *& in l. Actio quidem*, *C. ſi unus ex plurib. hered.*, *Anton. Faber. de Error. Pragm. decead.* 8. *error.* 6., *Gratian. diſcept. for. cap.* 36. *n.* 17., *Epiſcop. Roce. diſp. Jur. cap.* 51. *n.* 3., *Afflict. dec.* 213. *in fine Rot. cor. Celſo dec.* 171. *n.* 1., *& dec.* 47. *n.* 2. *cor. Ottobono*, *& in Viterbien. Bonorum* 6. *Februarii* 1699. *§. finali cor. R̃mo D. meo Molines Decano.*

Tum etiam, quia illud plus, vel minus, quod importaſſet tale creditum, longe remanebat ſuffocatum, & abſorptum a fructibus refi-

cien-

ciendis eisdem Actricibus saltem a die motæ litis, unde erat inefficax ad impediendam Immissionem, ut præter cumulatos in præterita decisione notorium quoque est, ex collectis per Card. de Luc. de Judic. disc. 39. nu. 13. vers. ut illico Rota cor. Emer. Jun. decis.
4 1018. n. 10., & 11., & in rec. dec. 200. n. 8. par. 14., & in dec. 646. num. 41. in fin. par. 19. tom. 2.

Postremo tandem, in scænam denuo prodire fategerant Rei creditum Dotale Felicis in præfato Memoriali porrecto pro nova Audientia, atque præsumebant elidere responsiones attributas in prædicta præterita decisione anni 1709. sub §. Minus pariter, supponendo, quod inibi firmata præsumptio satisfactionis ex lapsu temporis, aliisque circumstantiis evanesceret per Instantias de Anno 1664., & 1668. judicialiter initas ab Honorio Viro Felicis, ut in eorum Sum. n. 4., quodque de facto Rota in Romana Census 4. Martii 1678. coram bo: mem. Pauluccio, præsuppofuerit, huiusmodi creditum vigere, ut videre est in dec. 174. n. 9. p. 9. rec.

Ast in primis eadem decisio potius confovebat, quam destruebat satisfactionem hujus dotis reportatam ab Honorio, dum in illius bonis Portia ejus filia ex hoc capite retentionem adversus alios Creditores tunc in causa existentes opposuit, & nihilominus ibi Rota merito negavit hanc retentionem, ex quo hujusmodi Dos Felicis consisteret in certis corporibus, ut legitur in d. dec. 174. nu. 6. par. 19. Ideoque illa eadem exceptio, quæ nocuit Portiæ, nocere pariter debebat Antonio illius viro, qui nec ipse utique valet petere dotem aliunde, quam in ipsis bonis,
5 in quibus exstitit constituta, per Text. in l. in rebus, & ibi DD. C. de Jur. Dot., l. etiam, ibique Bald. ff. de fund. dotal., Rot. cor. Cavaler. dec. 574. n. 2., dec. 441. n. 11. par. 14., dec. 83. dec. 190. par. 15. rec. utrobique n. 3., & in meis Addit. ad dec. 80. n. 67. inter hactenus in Urbe impressas cor. me.

Ceterum corruebat ad majorem exuberantiam omnis amaritudo, ex quo quando hujusmodi creditum dotale Felicis per quamcumque hypothesim perduraret, illud erat experibile, vel opponibile respectu eorum, qui eamdem Dotem promiserant, nimirum Isabellæ Senioris, & Jo: Baptistæ Genitorum Felicis, non vero super hodiernis bonis Magdalenæ Viperesche Testatricis, de quibus solum hodie tractabatur, & quæ citra mixturam tituli heredirarii in ordine ad eamdem Isabellam, & Joannem Baptistam, jure proprio descenderant ex persona Alexandri, & Annæ in Mariam, & Isabellam Actrices, ut latius stabilitum fuit in utraque præterita dec. 3. Junii 1707., & 6. Maji 1709., quæ merito idcirco fuerunt in hodierna Audientia confirmatæ.

Et ita &c.

Novarien. Pecuniaria.

Veneris 26. Junii 1711.

ARGUMENTUM.

Promissio de donando, vel aliquid adimplendo, sive faciendo, licet non sit proprie Donatio, vel factum, efficitur postea talis, vel tale, quando inita est ex aliqua præsenti causa correspectiva; Cessionarius an, & quando sibi imputare debeat, si summam sibi cessam exigere neglexerit.

SUMMARIUM.

1. *Via exsequutiva semper tribuitur adversus obligatum in forma Guarantigiæ.*
2. *Sive Cameræ Apostolicæ.*
3. *Contractus cessionis si sapiat speciem venditionis nominis debitoris, recte in eo conveniri potest justum pretium.*
4. *Gerundium expectans purificationem alicujus eventus, seu facti, præsefert interim conditionem mere suspensivam*, & n. 6.
5. *Contra Jus remanet in suspenso, non sequuta purificatione conditionis.*
7. *Promissio de donando, vel faciendo, licet non sit proprie donatio, vel factum efficitur postea talis, vel tale, quando inita est ex aliqua præsenti causa corr. spectiva.*
8. *Nulla melior exoptari potest dilucidatio voluntatis contrahentium, quam quæ provenit a successiva illorum observantia.*
9. *Cedens Creditum verum, sed non exigibile, non tenetur ad illius exigibilitatem.*
10. *Cessionarius, si sua culpa, & negligentia summam cessam non exegit, sibi imputare debet, si eamdem summam amisit.*
11. *Quid si ex aliquo accidenti.*
12. *De potestate statuentium quando non sit dubitandum.*
13. *Fructus recompensativi debentur, si summa fructifera tempore habili non fuit soluta.*
14. *Quinimmo tali casu debetur etiam refusio damnorum passorum.*

DECIS. DXLV.

ABsolverat Ordinarius Novarien. Aloysium, & Michaelem ab actione intentata per Capitulum Sancti Gaudentii pro summa librarum 2000., quas Joannes Baptista prænominatorum Frater, & Auctor exsolvere promiserat eidem Capitulo in vim correspectivæ cessionis inferius exprimendæ, sed statim interposita appellatione ad Curiam Metropolitanam Mediolani, inibi infirmata reman-

manſit prior ſententia, adeoque valide, & juſte, ut hodie *Sacrum Auditorium*, ad quod ſuprema cognitio inter unum, & alterum judicatum conſcenderat, id ipſum cenſuerit reſcribendo = *conſtare de credito; & relaxandum eſſe mandatum pro ſumma in præſenti deciſione exprimenda*.

Omiſſa namque diſcuſſione validitatis, de qua
non erat quæſtio inter Partes, & devenien-
do ad examen juſtitiæ, in continenti enituit
de præfata obligatione aſſumpta per præno-
minatum Jo: Baptiſtam favore Capituli in
memorata ſumma lib. 2000., unde cum præ-
dicti Aloyſius, & Michael forent heredes
Promiſſoris, nullo modo poterant effugere
ſolutionē, & reſpective relaxationem man-
dati, mediante ſolita via exſequutiva, quæ
ſemper tribuitur adverſus obligatum per
publicum Inſtrumentum aſſuetis formulis
1 conſtipatum, ſive Guarantigiæ, ſive Came-
ræ Apoſtolicæ, prout de Guarantigia eſt
*Text. in l. ſi Pacto C. de Pact., & l. pr. C. de
exſequut. rei judic. Benedict. de Barz. in tract.
de Guarantig. par. 1. quæſt. 3. verſ. & ſic in
effectu, Zacch. de oblig. Camer. quæſt. 2. n. 12.
& quæſt. 58. Rot. cor. Gregor. dec. 362. n. 5.
& cor. Bich. dec. 526. num. 8. & deciſ 575.
num. 1. cor. Emer Jun.*, & de obligatione
2 Camerali palam eſt apud *Marc. Antonin. var.
reſol. lib. 2. & 3. de except. Urſil. ad Afflict.
dec. 30. num. 6. in fin*, cum ceteris abunde
relatis per *Zacch. de obligat. Cameral. poſt.
quæſt. 2. ad verſ. omnis generis exſequutio
num. 5., Merlin. dec. 169. num. 1.*, & alibi
paſſim, & in ſpecie ad finem procedendi
contra heredem obligati ſubnectunt *Altogr.
in conſ. 91. nu. 15. & 16. lib. 2., dict. Zacch.
poſt Galeſ. de obligat. Cameral. quæſt. 4. n. 7.
Adden. ad Buratt. dec. 564. num. 7. Rot. poſt
d. Zacch. de oblig. Camer. dec. 187. num. 26.*

Et ſane ut præmiſimus, eadem obligatio ſuſce-
pta per Joannem Baptiſtam erat prorſus ex
cauſa correſpectiva, & oneroſa, dum Capi-
tulum eidem Joanni Baptiſtę cedebat = *qual-
ſivoglia credito, o ſia pretenſione di detti Sig.
Canonici, che abbiano, o poſſano avere contro
il Sig. Giulio Ceſare Caccia per qualſivoglia
cauſa, ed occaſione tanto de' Capitali ec. quan-
to degl' intereſſi decorſi ec., e come Ceſſionario
del quondam Marc' Antonio per la ſomma di
lire ſettecento in cambio dati all' Oſpedale ec.*
quare cum contractus ceſſionis ſapiat in his
terminis ſpeciem venditionis nominis, ſeu
3 nominum debitorum, de plano ſubſequitur,
juſtam fuiſſe conventionem certi pretii, ad
tradita per *Text. in l. final. Cod. de præd. de
Cur., Gloſ. in l. apud Celſ. §. Sed cum legiti-
ma verbo pretio tit. de dol. mal. & met. except.
Bart. in l. per diverſam Cod. mandat. Caſtren.
conſ. 244. in fin. lib. 2. Menoch. de præſumpt.
lib. 3. præſumpt. 129. n. 10. & Ol. de ceſſ. Jur.
tit. 1. quæſt. 4. num. 4. ubi concordan.*

Quin ullum Præſidium præbere poſſet prædi-
ctis heredibus, quod pura non foret eadem
obligatio ſuſcepta per Joannem Baptiſtam,
ſed ea penderet ab illo gerundio = *pagando
detto Sig. Gio: Battiſta a' detti Signori Canoni-
ci, o promettendo di rilevare verſo qualche
Creditore di detti Sig. Canonici per la ſomma
di lire 2000. dal preſente giorno in avanti,
ſieno tenuti detti Sig. Canonici cedere ec.*, ac
propterea cum ſemper gerundium tamquam
4 expectans purificationem alicujus eventus,
ſeu facti præſeferat interim conditionem
mere ſuſpenſivam, ut ait *Capic. Galeot. con-
tr. 10. num. 9. lib. 2. de Pont. conſ. 30. n. 21.
Anguiſc. conſ. 137. num. 12.*, hinc ſtare di-
ceretur in pendulo hujuſmodi contractus,
non ſequuta purificatione illius conditionis,
5 *pagando, o rilevando*, maxime cum alteru-
trum ſtaret in electione debitoris ſive obli-
gati, ut ex regula, de qua *in cap. In alter-
nativis, ubi Barboſ. num. 1., & 2. de regul.
Jur. in 6., & in l. ſi in emptione §. penult. tit.
de contrahen. empt., Menoch. conſ. 1100. n. 3.
Manſ. conſult. 546. nu. 1., Merlin. dec. 841.
num 7., & dec. 207. num. 5. par. 5. & deciſ.
288. num. 3. par. 15. rec.*

Etenim id verum, & infallibile fuiſſet, quoties
verba ejuſdem initi contractus ſtetiſſent in-
tra limites ſupra tranſcriptæ expreſſionis,
ſed cum ultra immediate progrederentur,
ut ibi = *come per tenore del preſente anno ce-
duto, e cedono qualſivoglia credito, o ſia pre-
tenſione, che abbiano, e poſſano avere contro
il Sig. Giulio Ceſare Caccia* = utique ceſſavit
effectus, ſeu natura temporis gerundii ex
contrapoſitione alterius temporis tam præ-
teriti, quam præſentis, quæ ſane duo tem-
pora de ſua quidditate, ut ita dicamus, fi-
xativa, & effectiva, trahunt ad ſe, & in pro-
priam, puram, & abſolutam flectunt qua-
litatem alteram, ceteroquin ſuſpenſivam
gerundii, ipſumque gerundium quemadmo-
6 dum prætermiſſis Scriptoribus Gramaticis,
& Humanioris litteraturæ præciſe poſt *Albe-
ric. in diction verb. gerundium, & relat. Dec.
in reſp. 4. num. 13. lib. 3.* firmavit *Rot in dec.
293. num. 13. par. 5. tom. 1. rec.*

Atque revera ſane curioſa res eſſet, quod ex parte vendentis, vel cedentis actuaretur contractus, & promiſſio eidem contractui abſolute correſpectiva, & nihilominus aliam exſpectare deberet idealem actuationem, ſicuti paſſim videmus, quod licet promiſſio de donando, vel faciendo non ſit proprie donatio,

natio, vel factum, efficitur postea talis, vel
7 tale, quando inita est ex aliqua præsenti causa correspectiva, ex adductis per *Gabriel. in cons. 68. nu. 1. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 3. num. 13. & 14. Cancer. var. resol. cap. 7. num. 125. lib. 3., Boer. decis. 3. num. 2. & 4. Cutell. de donat. disc. 1. special. 17. num. 33. Thesaur. dec. 33. n. 8. Rot. cor. Buratt. dec. 719. n. 6. Rot. Floren. apud Urceol. de transact. quæst. 59. n. 29. & seqq.* cum aliis late *in dec. 34. n. 1. inter impress. cor. Me.*

Fortius, & usque ad evidentiam, quoniam adeo in intentione contrahentium, & ratione subjectæ materiæ id habitum fuit pro indubitato, ut positive deinceps Joannes Baptista Cessionarius ante factam ab eo ullam solutionem, vel relevationem totidem quantitatis favore Capituli, promoverit, mentionem faciens expresse de hujusmodi cessione, illiusque vigore agens, instantiam contra Cacciam sibi cessum pro solutione ejus, quod debebat Capitulo ex persona alterius Joannis Baptistæ, qui heredem instituerat idem Capitulum; nulla autem melior exoptari queit dilucidatio voluntatis
8 contrahentium, quam quæ provenit a successiva illorum observantia, teste *Gratian. discept. 675. num. 14. Rot. dec. 263. num. 5. vers. unde attentis cor. Celso dec. 179. n. 16. par. 11. & dec. 127. num. 21. par. 12. et dec. 111. nu. 8. et dec. 661. n. 4. cor. Emer. Jun.*

Minusque adjuvare poterat eosdem heredes illa excusatio, quod Joannes Baptista nihil fuerit assecutus de hujusmodi creditis cessis a Capitulo, siquidem satis fuisset ad sustinendam correspectivam obligationẽ, quod prædicta Credita cessa per Capitulum essent vera, etsi fortuito non exigibilia, cum ad eorum exigibilitatem nequaquam se ob-
9 strinxerit Capitulum ad ea, quæ in proposito similium Cessionum uno ore distinguendo tradiderunt ad *Text. in l. si nomin. 4. ff. de hered. vel action. vendit. Andreol. contr. 115. a num. 2. per tot., et contr. 333. a n. 1. Gene. de Cens. quæst. 72. n. 2. vers. prima est, Mangil. de evict. quæst. 78. 79. et 80.*, cum ceteris abunde relat. per *Oleam de Cess. Jur. tit. 7. q. 3. n. 3., et Rot. dec. 1368. n. 1. cor. Coccin.*

In nostra autem thesi, non solum præfata credita cessa per Capitulum erant in se verissima, sed longe, & longe plus importantia, quam miserabilem quantitatem lib. 2000., quas solvere spoponderat Jo: Baptista, nam ut patebat ex *Summ. Capituli Num. 2.* prænominatus Jo: Baptista Cessionarius post promotam instantiam satisfactionis contra Cacciam, transegit ex Juribus sibi per cessionem translatis a Capitulo cum repromissione Cacciæ in lib. 14. mil.; proindeque, vel Joannes Baptista hanc summam in parte, vel in toto consequutus postea fuit, prout erat præsumendum, cum non doceretur de contrario, & cessabat radicaliter objectum, immo potius lesio promanabat in præjudicium Capituli pro tam longe inferiori sum-
10 ma tantum creditum transferentis; aut vero eamdem summam Cessionarius non exegit a Caccia, si hoc sua culpa, & negligentia sibi imputare tenebatur, ut recte inquit *Scace. de Comerc. §. 2. Glos. 5. a n. 254. Cyriac. contr. lib. 2. contr. 374. a n. 28., & controv. 375. per tot. præcipue a n. 11. Hodiern. contr. 27. a nu. 18. Olea de cess. Jur. tit. 7. quæst. 3. n. 37. ubi concordan. late Fontanell. dec. 129., & 225. per tot. & Rot. cor. Merlin. dec. 639. n. 7.*, si vero forsan ex aliquo accidente, & in his quoque terminis superabundabat possibilitas assequutionis tam in-
11 gentis majoris lucri, secundum ea, quæ in valde proximis respondit *Rot. in Romana seu Cavallicen. Pecuniaria 14. Februarii 1710. §. Quandoquidem cor. R. P. D. meo Crispo.*

Aures denique præbere minime *Domini* potuerunt eisdem fratribus & heredibus Joannis Baptistæ obligati, ex quo iidem hactenus denegarent habere qualitatem hanc hereditariam; Provide enim per Informantes pro Capitulo occursum fuerat cum speciali rubrica, seu capite statuti Novariensis *in Summario n. 6.* per quod explicite jubetur, quod si quis fuerit heres ex testamento, vel ab intestato, teneatur omnino intra 3. dies expresse hereditatem repudiare, alias habendus prorsus veniat pro vero herede. De potestate autem statuentium præcisive a Personis Ecclesiasticis in hac ipsa materia non est dubium, ut ad intelligentiam, & orna-
12 tum aliorum similium statutorum fuse habetur apud *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 75. vers. terminum unius Mensis Rit. M. M. tom 1.*, & apud *Magon. dec. Florent. dec. 10. num. 20. et seqq.*, & in fortioribus, sive similibus terminis plene relati in Romana, seu Florentina Census.

Demonstrata igitur ex præmissis ultra validitatem Justitia postremæ sententiæ revocatoriæ, alterius pronunciatæ ab Ordinario, restabat inquirendum de altera subsistentia, etiam circa fructus, quos memorata sententia revocatoria definierat, deberi Capitulo ad rationem quinque pro centenario, & in hac pariformiter parte exstitit approbata eadem sententia, cum iidem fructus facile legitimarentur, tum quia credita cessa
13 signanter Cambium lib. 700. erant æque fructifera ad favorem Cessionarii, unde non

solu-

soluto congrue applicabantur dispoiita per *Text. in l. curabit C. de act. empt.* ut etiam ad rem videre est *Card. de Luc. de Usur. disc.* 24. *n.* 2., *de censib. disc.* 25. *n.* 4., *&* 5., *& de Empt. disc.* 46. *sub n.* 7. *in fine Mans. consult.* 117. *nu.* 29. cum ceteris per *Rotam in dec.* 275. *n.* 5. *dec.* 1084. *n.* 1., *& dec.* 1331. *n.* 18., *& seqq. cor. Coccin.*

Verum etiam quia eum pepigisset Joannes Baptista vel solvere Capitulo præfatas libr. 2000., vel totidem extinguere debita Capituli, demonstraretur autem *Dominis dicto Summario Num.* 4. quod Capitulum profecto erat involutum gravioribus interusuris, ecce quod ratione damni emergentis, effective causati per Jo: Baptistam minime implentem alterutram ex suis promissionibus, scilicet non solvendo in pecunia, cum qua protinus potuisset Capitulum sese liberare a præfatis interusuris, extinguendo correspondẽtem ratam propriorum debitorum sub usuris utique neque idem Joannes Baptista, nec illius heredes valebant evitare refusionem

14 hujusmodi damnorum damni emergentis, de quibus *Rota in dec.* 2. *cor. Mohedan. tit. de usur.*, & passim quotidie quoad obligatum extinguere aliquod debitum fructiferum, & non extinguentem, citra dubium dixerunt *Menoch. cons.* 7. *num.* 16., *Leotard. de usur. quæst.* 20. *sub num.* 10., *Mantic. de tacit., & ambig. lib.* 4. *tit.* 26. *nu.* 12. *Gratian. discept. for. controv.* 368. *nu.* 18, *Cavaler. dec.* 605. *Merlin. dec.* 246. *num.* 5., *Rot. post Cenc. de Cens. dec.* 554. *in fine*, & plene *in dec.* 210. *num.* 2. *par.* 14. *rec.*

Et ita pro nunc relinquendo præcisam quantitatem totius importantiæ fructuum ad tempus exsequutionis rectius calculandam, resolverunt *Domini* interea sortem esse librarum 2000., fructus vero esse adaugendos ad rationem quinque pro centenario, & anno. Utraque &c.

Nullius, seu Caputaquen. Jurisdictionis.

ARGUMENTUM.

Veneris 26. *Junii* 1711.

Magistralis, & docta est præsens hæc decisio super probatione Territorii separati, & Jurisdictionis quasi Episcopalis in Abbate Cadoxæ, & Casalis novi existentis inter Episcopatus Polyeastren, & Caputaquen, & pro Abbate resolvitur, & late deducuntur ea quæ requiruntur ad effectum probandi Territorium separatum, & eamdem Jurisdictionem quasi Episcopalem.

SUMMARIUM.

1. *In causato plus esse nequit, quã in causante.*
2. *Abbas Monasterii S. M. de Cadoxa est nullius Diacesis Provinciæ Salernitanæ.*
3. *Præcedentia primi honoris, & muneris competere de Jure debet Ecclesiæ vel loco prius nominato.*
4. *Loca, Civitates, & Provinciæ non deperdunt potentialiter earum prærogativas, & dignitates, ex quo fortuito remanserint dirutæ, vel desertæ.*
5. *Locus, sive Monasterium remanere non debent acephala, & sine capite Gubernii Jurisdictionalis.*
6. *Juris assistentia ad effectum obtinendi manutentionem militat pro Ordinario adversus Prælatum inferiorem, quoties alia possessio non probetur.*
7. *Episcopus prætendere nequit Jurisdictionem in aliquo loco, nisi justificet majorem quoad illum vicinitatem, & adnexionem, quodque locus sit intra limites sui Territorii.*
8. *Ad constitutionem veri Status nullius cum perfecta separatione Territorii requiritur, excepto Abbate Montis Casini, vel Privilegium Apostolicum, vel consuetudo immemorabilis.*
9. *Judices semper decet lente festinare, et majori accuratione, seu trutinatione Jura partium expendere.*
10. *Justitia, et veritas præcedentis Judicati magis perfricata magis elucet.*
11. *Immemorabilis habet vires expressi Privilegii Apostolici.*
12. *Centenaria, non constito de certo ejus initio, non solum æquipollet, sed superat aliquo modo ipsam immemorabilem.*
13. *Quadragenaria etiam cum titulo minime æquipollet immemorabili, præsertim in materia Jurisdictionis.*
14. *Depositiones etiam extrajudiciales Testium defunctorum absque ulla retractatione vires assumunt, ac in Judiciis admitti, atque probari solent.*
15. *Quilibet Episcopus scire semper, ac tenaciter custodire præsumitur, quæ pertinent ad suam Diacesim.*
16. *Territorium separatum ex quibus probetur,* & n. seqq. usq. ad 38.
17. *Et quomodo ex immemorabili probari possit.*
18. *Territorium separatum, seu Jurisdictio quasi Episcopalis probatur ex visitationibus ab Abbate factis Ecclesiarum, et Cleri Secularis, aliorumque actuum.*
19. *Jurisdictio quasi Episcopalis arguitur ex appositione Oeconomi Ecclesiæ Parochiali vacanti.*
20. *Et suspensione Cappellaniæ, ejusque unione alteri Ecclesiæ.*

21. Pe-

21. *Potestas concedendi dimissoriales nulli permittitur Prælato inferiori non habenti Jurisdictionem quasi Episcopalem.*
22. *Ex nuda receptione Epistolæ citra reclamationem inducitur confessio contra non reclamantem.*
23. *Territorium separatum probatur ex confessione Episcopi viciniores, vel ex ordinatione facta cum dimissoriis Abbatis Nullius.*
24. *Oleum Sanctum semper est ab Episcopo Diœcesano desumendum.*
25. *Sacramentum confirmationis conferri semper debet a proprio Episcopo suis subditis.*
26. *Collationes Beneficiorum arguunt Jurisdictionem quasi Episcopalem in conferente.*
27. *Appellationes immediate interpositæ ad S. Sedem a Sententia Abbatis arguunt Territorium separatum a quolibet Antistite.*
28. *Ad realem verificationem* nullius, *sive Territorii separati requiritur, quod per Abbates celebratæ fuerint Synodi.*
29. *Et quomodo huic deficientiæ suppleri abunde possit.*
30. *Non interventus Ecclesiasticorum alicujus Terræ Synodi Diœcesanæ palam ostendit eorumdem Ecclesiasticorū exemptionem, et correlative subjectionem alteri Prælato.*
31. *Opposita juxta se posita magis elucescunt.*
32. *Enunciativæ Simplices nullum constituere possunt fundamentum.*
33. *Maxime quādo tractatur de veritate enunciati.*
34. *Territorium separatum induci tur, si Abbatia seu altus locus immunis fuit descriptus non sub aliquo Episcopatu, sed sub Provincia.*
35. *Nullius Diœcesis verbum supponit Jurisdictionem Episcopalem, seu quasi, seu Territorium separatum, sive distinctum.*
36. *Facta potentiora sunt omnibus verbis.*
37. *Accessorium semper sequitur naturam sui principalis.*
38. *Suffraganeus est Spiritualiter ordinatus Archiepiscopo nullum habenti in sua Hyerarchia superiorem, nisi Patriarcham, et Papā.*
39. *Liber non probat pro scribente.*
40. *Præsumptio Brevis, sive Beneplaciti Apostolici non intrat, nulla ex parte post accedente observantia.*
41. *A Jurisdictione temporali inferri nequit ad Jurisdictionem Spiritualem, et quasi Episcopalem.*
42. *Unicus actus præsertim si sit ignoratus, et turbativus obnubilare nequit claram Jurisdictionem quasi Episcopalem Abbatis.*
43. *Superior cognoscere potest de delictis subditorum, etiam extra ambitum propriæ Diœcesis seu Jurisdictionis expletis.*

44. *Actus æquivocus in nulla habendus est consideratione.*

DECIS. DXLVI.

NEc Hercules regulariter *contra duos*, antiquum fert adagium. Cum enim Abbatia nuncupata *Cadoxæ* unacum Oppido, seu Casali novo limitropha reperiatur duobus Episcopatibus, Policastren. scilicet & Caputaquen., unusquisque illorum satagit Prioris Abbatis præclari Ordinis Carthusiani Jurisdictionem, qua de facto pacifice pollebat cum tota sua plenitudine quasi Episcopali, perturbare, sed nihilominus Prior Abbas pro tempore prænominatæ Abbatiæ adversus utrumque Aggressorem, solido innixus Clypeo Justitiæ, & galeam rationis indutus, fortiter sese obtegere, ac tueri conatus est. Et ideo nil mirum, quod insurgente usque ab anno 1578. Episcopo Policastrensi, ac Pagum Cadoxæ, Monasteriumq; in eo situm visitare præsumente, S. *Congregatio Concilii* illum abstinere, seu supersedere præceperit, cum successiva, perpetuaque ejusdem Episcopi ac præsentia; supervento autem novissime altero Episcopo Caputaquensi, cum nova, ac totali ejusdem Jurisdictionis perturbatione, Sacrum *pariter Auditorium* ad quod delata fuitconquestio Prioris Abbatis, ad Trutinam revocato, & funditus introspecto bono Jure collitigantium, apertius rescripserit, *Constare de bono jure Prioris Abbatis* ut luculenter habetur *in Decisione edita 21. Februarii 1710. cor. R. P. D. meo Falconerio*, cum subsequuta Causæ expeditione demandata sub die 4. *Julii* subsequentis.

Provocante postmodum ab hoc judicato eodem Episcopo Caputaquen., & Mihi proinde delegata provocationis cognitione, de voto tamen, ut moris est, *meorum Coauditorum* dirimenda, illos propterea consului, utrum memorata, quæ præcesserat sententia foret confirmanda, vel infirmanda; sed capi non potuit pro nunc integra, & absoluta confirmatio, duobus ex *Dominis* pro maturiori definitione exquirentibus in parte luci diores, si fieri posset, probationes & respondentibus idcirco *a quo ad Abbatiam Cadoxæ iterum proponatur, & cum adjuventur probationes*, & de cetero indubitāter *quoad Casale Novum, Sententiam Rotalem esse confirmandam.*

Et sane, licet, forsan apparenter non omnino merito, obstreperent Informantes pro Priore Abbate, quod dum hujus totius Prioralis, seu Abbatialis Territorii Caput erat, ac fuerat Ecclesia, & Monasterium Cadoxæ,

 nimis

nimis propterea inconveniens videretur, quod præsupposita, sive concessa per *Tribunal* quasi Episcopali Jurisdictione Priori Abbati ejusdem nominis Cadoxæ super Oppido Casalis novi, membro prorsus accessorio prædictæ Cadoxæ, a fortiori proinde præsupponenda, vel firmanda foret eadem etiam quasi Episcopalis Jurisdictio in suo Capite, dum membra semper recipiunt totum spiritum, & vigorem a capite, & non e contra; Unde nequaquam plus esse posset
1 in Causato, quam in Causa, contra manifesta Juris naturalis, & scripti principia, de quibus *Paul. de Castro in l. illam ante num. 9. Cod. de Collat. Bald. in tract. de pact. n. 49. Gobb. consult. 80. num. 56., Bonden. Collect. legal. 27. num. 41. volum. 2. & in meis addit. ad dec. 12. sub num. 24. vers. fortius in fine, prout dilucidae quoque contra eumdem Episcopum Caputaquen. in alia Abbatia Ordinis S. Benedicti, respondit Rota in dec. 264. n. . p. 17. & post eam animadversum in decis. d. diei 22. Febr. 1710. §. fin. cor. R. P. D. meo Falconerio.*

Potissime quia ipsamet denominatio *Nullius Diœcesis*, quæ admodum confert ad firmandam, sive indicandam in Prælato inferiore Jurisdictionem quasi Episcopalem, ut infra non jam penes *Scriptores*, atque *Doctores* accurate Universos Episcopatus, & respective hujusmodi loca describentes seu registrãtes, tribuitur Abbatiæ Casalis Novi, sed, ut par erat, refertur Abbatiæ Cadoxæ, tamquam Capiti, quemadmodũ videre est penes practicum, & doctum Secretarium *Sac. Congregationis Conc. Prosperum Fagnanum in cap. cum*
2 *contingat de foro compet. sub n. 15. circa med.* ubi inter ceteros Abbates, & hujusmodi Abbatias numeratur Abbas Cadoxæ, per hæc verba = *Abbas Monasterii S. Mariæ de Cadoxa nullius Diœcesis Provinciæ Salernitanæ*, & concordat *Corrad. in Prax. dispensat. lib. 4. cap. 4. nu. 61.* ibi = *Abbati S. Mariæ Cadoxæ Nullius Diœcesis Provinciæ Salernitanæ* = Unde si Nomen Abbatiæ *Nullius Diœcesis* unice potius, quam principaliter concedebatur Abbatiæ Cadoxæ, quare non etiam Omen, maxime, quia quando essent, tam Cadoxa, quam Casale Novum hoc eodem Titulo *Nullius* insimul insignita, adhuc præcedẽtia primi honoris, & Muneris competere de Jure,
3 & ratione deberet Cadoxæ, tamquam primæ nominatæ *per Text. in Can. Episcopus distinct. 17. & in cap. 1. de Majorit., & obed. Cassan. in Cathalog. glor. Mundi par. 1. considerat. 17. Cecoper. lucubrat. Canonic. lib. 1. num. 191. Francesc. de Eccles. Cathedral. cap. 33. n. 168. Modern. Roman. discept. Eccles. 9. nu. 6. 9., & 10. Rebuf. prax. Benefic. tit. de union. n. 15. & 16. Rot. dec. 595. num. 2. par. 4. divers. dec. 322. num. 5. par. 6. Rec.*

Quod si actus Jurisdictionales exerciti per Priorem Abbatem ab immemorabili, sive supra centenariam citra principiũ respiciunt præcipue illam partem, quæ denominatur *Casale Novum*, suapte natura, & quodammodo de necessitate id evenit, ex quo ab antiquissimo tempore prænominatus locus Cadoxæ per assuetas rerũ vicissitudines remanserat pene desertus, & incolis deorbatus, Populique ab illa abeuntes, Penates sive Domiciliũ transtulere ad Casale Novum. Sicque non per hoc, quod prædicti actus gesti fuere, ubi solum poterant geri actualiter, destructa remanere potest illa qualitas consistens in potentia reversionis Populi, & consequutivi exercitii in eumdem; non enim Loca, Ci-
4 vitates, & Provinciæ deperdunt potentialiter earum prerogativas, & dignitatem, ex quo forsitan remanserint dirutæ, vel desertæ juxta adnotata per *Bald. in l. Civitates §. In Decurionibus num. 3. ff. quod cujusq. Univers. nomine*, & egregie in *Margharita ad Innoc. Inn. reper. verb. Civitas. idem Innoc. in cap. Cum ex injuncto num. 2. vers. Si autem ab H. lib. de nov. oper. nunciat. ibique* ceteri scribentes, & signanter *Fagnan. n. 12. Gratian. discept. cap. 395. num. pr. Gail. observ. 6. num. 5. lib. 2. Chokier. de Jurisdict. in exempt. par. 3. quæst. 20. nu. 6., Antonell. de Loc. legal. lib. 1. cap. 3. quæst. 6. num. 83. Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 4. n. 108. Modern. Roman. discept. Eccles. 8. num. 18. Rota in Moguntin. annotatus penes Card. de Luc. ad mat. de benef. dec. 7. n. 12., & in dec. 234. num. 24. par. 4. tom. 1. Rec.*

Eoque fortius, quia secundum ab initio præmissũ Pagum, & Monasterium Cadoxæ, non autem Casale Novum forte tunc non exercitum per confluentiam Populi, & Cleri usque sub anno 1578. fuit implicite declaratum immune a prætensa Visitatione Episcopi Policastrensis; Signum sane evidens, quod illa nimium veriũ nihilis actualis Jurisdictio in Loco Cadoxæ practicata, si forte per tantum temporis præterelapsum citra involuta remansit sub obscura caligine antiquitatis, & per accidentalem desertionem Habitatorum transitum fecit in Casale novum, utique per antea exercebatur in ipso Pago, & Monasterio Cadoxæ, quod visitare tunc intendebat Episcopus Policastren., & fuit a
5 *Sacra Congregatione Concilii* impeditus, nam alias idem Pagus, & Monasterium præexistens remansissent Acephala, & sine Capite Gubernii Jurisdictionalis, quod Jura, & Sacri Canones abhorrent, Teste *Divo Hierony-*

mo

mo relato in Can. in apibus 7. quæst. 1. *& Can. nulla ratione distinct.* 93. *ubi Gloss. vers. tales, & Geminian. vers. quæsitum est Can. Abbatibus* 18. *caus.* 18. *quæst.* 2., & advertit *Lotther. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 23. *n.*65. *Card. de Luc. de Jurisd. disc.* 1. *n.*4. *Francesc. de Eccl. Cathed. cap.* 30. *num.* 54. *&* 55.

Atque ex hac postrema consideratione turbationis illatæ per Episcopum Policastren. subdebant iidem Scribentes, eo magis præfata argumenta militare debere pro Abbate Cadoxæ, quoniam supposito, & demonstrato, quod Episcopus Policastrensis inquietare curavit locum, seu Pagum, & Monasterium Cadoxę, posteaque is acquievit, non poterat amplius desuper alter Episcopus Caputaquensis suam fundare intentionem super aliqua Juris assistentia, quæ ceteroquin militat pro Ordinario unicè comparente adversus Prælatum Inferiorem, tunc etenim alia non probata possessione, ei denegari non valet manutentio *per Text. in cap. Omnes Basilicæ* 16. *quæst.* 7. *cap. conquerente de Offic. Judic. Ordin. cap.* 1. *de appellat. cap. cum Persona de privileg. in* 6., *Card. de Luca de Jurisdict. disc.* 1. *nu.* 13. *& in aliis disc. seq. Rota in Leodien. Jurisdict. super reservatis* 15. *Aprilis* 1701. §.2. *&* 4. *cor. Rm̃o D. Molines Decano*.

Siquidem quoties, prout hic, innegabiliter apparebat adfuisse alterum Episcopum, & de facto comparuisse, qui erat pari modo limitrophus, profectò non videbatur Episcopus Caputaquensis in hoc præciso Loco Cadoxæ audiendus in sua oppositione, nisi saltem justificata per ipsum majori vicinitate, & adnexione, quodque Abbatia foret 7 intra limites sui Circumdarii, ac Territorii, & proinde in sua positiva Diœcesi, sicuti egregie distinguendo tradunt *Fagnan. in cap. Nullus de Paroch. num.*17., *Card. de Luca de Jurisdict. disc.* 1. *num.* 14. *& disc.* 11. *n.* 4. *& seqq.*, *Rota cor. Ubald. dec.* 75. *num.* 10. cum ceteris cumulatis *in Nullius, seu Fulden. Jurisdict.* 1. *Junii* 1708. §. 54. *cor. Me*, *& in dec. R. P. D. mei Falconerii* §. *In hisce controversiis*.

Ceterum quamvis aliquo modo justæ viderentur apud alios duos *Dominos* hæ querimoniæ, nihilominus his non obstantibus, cum majori maturitate, & circumspectione procedere desiderâtes alii pro nunc censuerunt, differendam esse resolutionem, ex quo considerarunt, quod abstractive ad Constitutionem veri Status Nullius Diœcesis cum perfecta separatione Territorii requiritur, excepto singulari casu Abbatis Montis Ca-8 sini, vel omnino perspicuum Privilegium Apostolicum, vel Consuetudo immemorabilis; ob quam Prelatus inferior independenter ab Episcopo activam semper exercuerit Spiritualem, & quasi Episcopalem Jurisdictionem, sicuti connotavit *Fagnan. in cap. accedentibus num.* 2. *vers. Rerum de excess. Prælat.*, *Pignatell. consult.* 26. *nu.*20. *&* 21. *tom.* 2. *Gratian. discept. for. cap.* 212. *n.* 13. 17. *&* 19., *Card. de Luca de Jurisd. disc.*1. *n.*12. *& disc.*9. *n.* 5., *R.P.D. Petr. ad Constit. Apost. t.*2. *in Comment. ad Constit.* 6. *Alexandri III. sect.* 1. *num.* 67. *pag.* 143. *Rot. decis.* 304. *num.* 7. *par.* 11. *& dec.* 334. *num.* 18. *par.* 13. *& dec.* 411. *num.*5. *cor. Emer. Jun. & dec.* 20. *nu.* 2., *&* 3. *inter recollect. ad ornat. Card. de Luc. de Jurisdict.*, *& in Firmana Jurisdict. super reservatis* 15. *Aprilis* 1701. §. *Et licet cor. Rm̃o Molines*, *& in Olomucen. Jurisdict.* 27. *Junii* 1707. §. *Istarum*, *&* §. *Prædicta cor. R. P. D. Priolo*, *& in Burgen. Jurisdict.* 26. *Junii* 1706. §. *Præmissa cor. R. P. D. meo Lancetta*.

Quamobrem applicando ad rem profectò Privilegium ad præsens Apostolicum, & clarum non exstabat, seu non dabatur ex parte Prioris Abbatis, immo videbatur obstare Bulla *Leonis Decimi* anni 1504. enuncians, & præsupponens, quod Abbatia Cadoxæ foret Diœcesis Caputaquensis, prout etiam enunciabatur in antiquissima sententia Rotali *cor. Petruccio* quodque consuetudo per actus exercitos per Abbatem ab immemorabili, & supra centenariam præcise percutiebat Casale Novum, unde firmius Judicium efformare satagebant in nova degustatione, & dilucidatione negocii quoad hanc partem, etsi de reliquo desertam Abbatiæ Cadoxæ, quemadmodum prudentes semper 9 decet Judices, si lente festinent, & majori accuratione, seu rrutinatione Jura partium expendant, ad tradita per *Paris. cons.*98. *n.* 19. *Rota cor. Cavaler. dec.* 254. *n.*10. *& cor. Merlino dec.*603. *sub nu.* 16. *Castill. dec* 71. *num.* 5., *Surd. dec.* 334. *sub. n.* 4. cum aliis relatis per *Amat. resolut.* 71. *num.*13. *& per Altimar. de nullit. rubric.* 13. *quæst.* 4. *n.* 5., *de Angel. de confess. lib.*1. *quæst.*7. *effect.*16.

Ast præter hæc unanimiter omnes parum ambegerunt super omnimoda confirmatione Sententiæ Rotalis in ordine ad Casale Novum ex bene solideque jactis fundamentis in Decisione, quæ præcesserat *sub die* 21. *Feb.* 1710. *coram R. P. D. meo Falconerio*, & cui quodammodo informantes pro Episcopo in hac parte dare videbantur manus devictas; quare solummodo ad hunc effectum per modum epilogi recensendas existimarunt rationes, ob quas veritas, & justitia ejusdem præ-

10 præcedentis judicati ad instar Aromatum magis perfricata, magis eruebatur, & conflagrabat, ut alias in proposito dixit *Rota ad notata in Can. grave 36. quæst. 1. & l. munerum, §. Mixta, ff. de muner., & honor., Roland. cons. 96. num. 1. lib. 3., Adden. ad dec. 460. n. 21. par. 4. tom. 2., & dec. 328. num. 2. par. 16. rec.*

Et quidem primo loco nitebantur prænarratæ immemorabili, seu centenariæ absque principio, ea enim exstitit adeo efficax, ut suppleat vices expressi privilegii Apostolici, cum ea sola nominali differentia, quæ inest inter tacitum, & expressum, nam sicuti, dato expresso Privilegio Summi Pontificis, ad quem spectat constitutio, unio, dismembratio, & separatio Diœcesum, nefas est dubitare de perfecta separatione Territorii in favorem Prælati inferioris, ita tale privilegium emanasse a Sancta Sede, semper
11 præsumitur, quoties præcedat observantia, & consuetudo immemorabilis, vel centenaria, cujus non constet de certo initio, ut egregie de more *Card. de Luca de Jurisdict. disc. 96. sub num. 21., & disc. 97. nu. 7., & seqq. Fontanell. dec. 417. num. 22. Carol. Anton. de Luca ad Gratian. discept. for. 212. n. 13., Pignatell. consult. Canonic. 26. nu. 18., Rot. dec. 395. num. 1. cor. Emer. Jun., & decis. 511. num. 5. par. 19. rec., & in Volaterrana Jurisdict. 22. Martii 1673. §. Hac autem cor. bo. me. Albergato, & in Marsicana, seu Nullius Beneficii 7. Junii 1686. §. 2. concesso cor. Hervavult, & in Firmana Jurisdict. 15. Aprilis 1701. §. Cum itaque coram Rmo D. Molines Decano, & in Theatina Jurisdict. 14. Maji 1708. §. Et licet cor. R. P. D. meo Scotto.*

Immo non constito de certo initio centenariæ, ex post justificatæ, ea non solum æqui-
12 pollet, sed superat aliquo modo ipsam immemorabilem, sicuti prosequuntur *Card. de Luca dict. disc. 97. num. 10. & 12. & Rota in Marsicana, seu Nullius Jurisdict. 7. Junii 1700. §. Prædictaque observantia cor. bo. me. Muto*, & generaliter tradunt *Thesaur. quæst. for. 17. nu. 18. & seqq. lib. 2. Rocc. disp. 7. num. 11. & num. 28., Fontanell. decis. 217. num. 19., Reverter. dec. 83. num. 3., eadem Rota dec. 218. num. 51. par. 6., & dec. 29. num. 2., & seqq. par. 7.* Itaut a contrario
13 simplex quadragenaria veluti debilioris potentiæ, etiam cum titulo minime æquipolleat immemorabili, ut in hac materia Jurisdictionis quasi Episcopalis de opinione Rota testatur *Coccin. in dec. 872. num. 3. & 4. cum aliis in dicta Nullius. seu Fulden. Jurisdict. 1. Junii 1708. §. 147. cor. Me*,

De eadem vero centenaria sive immemorabili plusquam liquere apparebat ab examine Testium in numero 36., qui super ea cum omnibus suis requisitis etiam ad scrupulum *Gloss. in cap. 1.* circa primum, & secundum auditum perspicue deponebant usque de anno 1565. Quamvis enim præfati Testes apparerent examinati ex Commissione Judicis per Laicalem potestatem deputati, ideoque de vigore Ordinis judiciarii viderentur minus attendendi, attamen in substantia probationis præter illam præsumptionem veritatis, quæ insurgit a morte tot testificantium Personarum superventa sine ulla, vel minima retractatione, quo casu etiam depositiones penitus extrajudiciales vires re-
14 assumunt, & in Judiciis admitti, ac probari solent, ex collectis per *Decium cons. 101. num. 2. vers. 4. considerandum est, Rota cor. Gregor. dec. 434. n. 5.*, ibique *Adden. n. 18. & cor. Dunoz. Jun. dec. 762. num. 18., & dec. 405. n. 8. par. 1. rec.*, & alibi passim.

Concurrebat fortissima reflexio, nempe quod idem Deputatus per Secularem potestatem erat vir in Ecclesiastica Superiori Hyerarchia constitutus, nempe Episcopus Castelli maris, qui non obstante probabili interesse sustinendi semper Jura Episcopalia protulit sententiam favore Abbatis super qualitate Territorii separati hujus Abbatiæ; quodque plus est, tunc implebat eamdem Ecclesiam Caputaquen. præclarus *nostri Ordinis Auditor Paulus Æmilius Verallus* cujus *Decisiones* fuerunt postmodum evulgatæ sub nomine ejusdem Dignitatis Episcopalis Caputaquen., & nihilominus ille acquievit memoratæ sententiæ alterius Coepiscopi Castelli maris, ideoque credibile non erat, quod non solum alter, sed multo magis *ipse Verallus* si se in minimo læsum existimasset (prout animadvertere facile poterat, tamquam per antea frequens in *Tribunali* nostro Decisor hujusmodi materiarum) saltem reclamasset ad Sanctam Sedem, quando quilibet Episcopus scire semper, & tenaciter custodire
15 præsumitur, quæ pertinent ad suam Diœcesim, ut ait *Vivian. de Jurepatr. par. 2. lib. 11. cap. 5. nu. 24. Rota cor. Zarat. dec. 78. num. 11. & cor. Priolo dec. 318. num. 12. & in rec. dec. 347. num. 10. par. 11. & dec. 25. num. 10. par. 12., & decis. 148. num. 11. par. 15., & in Asculana Jurisdict. 26. Jun. 1703. §. Accedunt cor. R. P. D. meo Scotto, & in Cremonen. Beneficii 14. Maji 1706. §. Majora cor. Rmo Kaunitz Episcopo Labacen.*

Secundo, quia etiam præcisive a prædictis Testibus in tanto numero examinatis, hanc supra Seculum observantiam, & consuetudinem

dinem citra ullum sui principium comprobant practici,& positivi actus continuati exercitii hujus jurisdictionis quasi Episcopalis, semper citra contradictionem militantes pro Abbate in ea potentiori demonstratione, quæ dari poterat in parte præponderantiori, nempe Jurisdictionis contentiosæ incessanter administratæ,& exercitæ usque ab anno 1579. & sic ab hodie (absque tamen præjudicio temporis antiquioris) per centum, & triginta, ac ultra annos, nempe per deputationem Vicariorum Generalium, Vicariorum foraneorum, Promotorum Fiscalium, aliorum-
16 que hujusmodi Officialium, ex quibus totū *Summarium* præteritæ propositionis *coram R. P.D. meo Falconerio* conspersis insurgere probationem Territorii separati, recte docuerūt *Sbrozz. de Offic. Vicar. lib. 1. quæst. 4. Card. de Luca de Jurisd. disc. 12. sub n. 17., Rota cor. Dunoz. Jun. dec. 988. sub num. 4. et cor. Peutinger. dec. 12. num. 20., & cor. Coccin. dec. 1054. num. 2. & in rec. dec. 197. n. 16. par. 8., et dec. 274. num. 5. par. 17., et in Caputaquen., seu Montis Cassinen. Parochial. 1679. §. Concurrit cor. bo. me. Bourlemont., et in dicta Marsicen., seu Nullius Jurisdict. 7. Junii 1700. §. Hæcque vers. de deputatione cor. bo. me. Muto.*

Eoque fortius ponderando, quod non ad meram honorificentiam, & pompam apparebant deputati hujusmodi Vicarii, & Officiales: præter namque plenissimam attestationem de novo exhibitam Notarii super existentia infinitorum quodammodo aliorum Actorum Civilium, & Criminalium in Archivio Casalis Novi, & de qua *Summario n. 13. & 16.*, adhuc tam in prædicto Summario veteri, quam in novo additionali, oculis *Dominorum* subjiciebantur plures, & plures sententiæ latæ usque ad gradum excommunicationis, & declarationis incursus in Censuras Ecclesiasticas, nec non aliæ Sententiæ super Stupris, super Adulteriis, ac etiam delationibus Armorum, cum aliis e converso juxta alteram Pontificiam potestatem solvendi, Sententiis absolutoriis pronunciatis a prædictis Abbatibus pro tempore, & respective Officialibus; Unde eo minus dubitari etiam poterat de per se ex hoc secundo capite de bene justificata hujus im-
17 memorabilis, sive longe supra centenariam consuetudinis, & proinde Territorii separati, per ea, quæ subnectunt superius in præcedenti §. allegati, & comprobant *Bellet. disquisit. Cleric. §. Unico num. 8., Panimol. dec. 12. adnot. 9. num. 1. Rot. cor. Greg. decis. 325. num. 19., et in Gerunden. Jurisdictionis super quinto Dubio 27. Junii 1680.*

§. Nec dici valet cor. clar. me. Emo Caprara. Tertio concomitabantur, & Testes, & deputationes, & prædictos actus contentiosæ Jurisdictionis etiam illi qui ad classem, vel mixtæ, vel voluntariæ Jurisdictionis a *Scribentibus* recensentur, usque enim ab anno 1560. ex combinatione utriusque *veteris, et novi Summarii sub num. 16. & 17.*, & respective *num. 1., & 2.* ad abundantiam palpabatur, Abbatem ceteroquin usu Mitræ, & Baculi insignitum visitasse Cadoxam,& Casale novum, licentias concessisse ad prædicandum Dei verbum tempore quadragesimali, necnon tribuisse facultatem audiendi Confessiones: Isti namque actus utpote pacifice semper, & citra eorum certum principium expleti, non poterant non importare, ac demonstrare qualitatem veri status *Nullius*, & in Abbate vetustissimam Jurisdictionem quasi Episcopalem, secundum ea,
18 quæ in terminis visitationis Ecclesiarum, & Cleri Secularis, prout hic uno ore dixerunt pleno calamo relati per *Spad. cons. 129. n. 8. lib. 2., Rot. cor. Coccin. dec. 1054. n. 2., et dec. 1001. n. 6. post Tambur. de Jur. Abbat., et dec. 459. num. 23. et 27. cor. Bich. et dict. dec. 274. num. 5. par. 17. rec.* cum aliis in *allegata Capuana, seu Montis Cassinen. coram Bourlemont §. Concurrit*, & quoad prænominatos alios actus pariter ostendunt *Tambur. de Jure Abbatis tom. 2. disput. 2. quæst. 11. num. 1. et 2., Campanil. divers. Jur. Canon. rubr. 12. cap. 3. nu. 76., Reginald. in praxi for. Pœnitent. lib. 1. n. 182. Barbos. de Episc. par. 2. alleg. 25. n. 9., et ad Concil. sess. 23. de reform. cap. 25. num. 28. Rot. cor. Dunoz. Jun. dec. 988. sub num. 4.* cum ceteris abunde relatis in *d. Marsicen., seu nullius Jurisdict. super bono Jure §. Hæcque omnia, vers. de approbatione Confessariorum, coram bon. mem. Muto.*

Quarto pariter præter Constitutionem Œconomi Ecclesiæ Parochiali vacanti, & suppressionem, quod magis est, Cappellaniæ, ejusque unionem alteri Ecclesiæ, per quos pariter actus tamquam vix permissos, & respective demandatos solis Episcopis, sive
19 Personis Jurisdictione quasi Episcopali pollentibus, per necessarium antecedens emergere suppositum ejusdem Jurisdictionis quasi Episcopalis, connotarunt in proposito Oeconomi per *Concil. Trid. sess. 24. cap. 18. de reform., Card. de Luca ad idem Concil. disc. 32. num. 29., et Rot. in Pisana Oeconomatus 1. Julii 1695. §. Habet enim cor. bon. mem. Emerix registrata post dictum disc. 32.*, & in
30 proposito suppressionis, & unionis ad *Text. in cap. sicut unire de excessib. Prælat., et per*

san-

functionem Sac. Conc. Trid. sess. 24. cap. 12. de reformat., Federic. de Sen. cons. 111. num. 8. Oldrad. cons. 257. num. 5. & seqq. Ugolin. de offic. & potest. Episc. cap. 52. §. 1. vers. Idem potest, Garz. de Benefic. par. 12. cap. 2. n. 71. & 72., Rota dec. 373. num. 19. par. 11. & dec. 135. num. 9. par. 19. rec.

Superaccedebant ulterius litteræ Dimissoriales sæpius concessæ Clericis Casalis Novi, ad effectum, ut a quocumque Antistite ad omnes Ordines etiam Sacros promoveri possent, & tamen potestas hæc concedendi Dimissoriales, nulli permittitur Prælato inferiori non habenti Jurisdictionem quasi Episcopalem, ex animadversis per *Pignatell. consult. 26. n. 17. tom. 2., & cons. 8. n. 90. tom. 7., & cons. 59. num. 10. tom. 8., Card. de Luca de Jurisd. disc. 12. sub. num. 27., Gratian. discept. 212. num. 25. & seqq., Barbos. de Episc. alleg. 7. nu. 8., Rota cor. Merlino dec. 264. num. 6. & post Tondut. de pens. dec. 31. sub n. 3, & in rec. dec. 204. n. 4. & 5. p. 19.*

21

Vestiente præcipue has dimissoriales potissima circumstantia, quod supra prælaudatus *Verallus* Episcopus Caputaquen. duos Clericos cum talibus Dimissoriis ordinavit, quàvis eædem Dimissoriales litteraliter præseferrent, præfatos Clericos subjectos exsistere eidem Priori Abati; si enim ex nuda receptione Epistolæ citra reclamationem volunt *Doctores*, quod inducatur confessio contra non reclamantem, ut videre est in *l. filius familias 18., ubi Paul. de Castro, ceterique Scribentes ff. ad Macedonianum, Dec. in cap. 2. col. 5. vers. 2. de fid. Instrum, Alex. cons. 151. col. 1. vers. & propter Epistolam vol. 7., Sabell. var. resol. cap. 26. n. 3. & 4. de Angel. de confess. lib. 1. quæst. 8. limit. 9. num. 13., Magon. dec. Florent. 95. num. 6., et seqq., Rota Januen. dec. 133. n. 2.* Quid dicendum non solum in receptione Dimissorialium absque reclamatione, sed in præstita illis exsequutione? sicque posita hac confessione Episcopi doctissimi, aliorumque ejus Antecessorum magis, atque magis communiri probationem Territorii separati, patet ex traditis per *Menoch. cons. 147. n. 24. Pignatell. consult. 26. num. 10. tom. 2., Rot. cor. Ottbobon. dec. 125. n. 8. et 9., et in rec. dec. 152. num. 5. par. 7., et dec. 274. nu. 4. par. 17., et dec. 106. nu. 21. et seq. par. 19. et in dicta Marsicen., seu Nullius 7. Junii 1700. §. Hæcque omnia, vers. de confession. Episcoporum cor. bo. me. Muto.*

22

23

Quinto etiam loco non deerant alia eodem modo perstringentia argumenta circa Jurisdictionem quasi Episcopalem Abbatis, cum hoc, quod eadem argumenta fulciebantur ea admodum notabili consideratione, nempe quod istamet argumenta magis de proximo, & directe feriebant prætensionē Episcopi Caputaquen.; justificabatur etenim, quod Oleum Sanctum semper a proprio Episcopo Diœcesano desumendum, ad normam *Sac. Conc. Trid. in sess. 14. cap. 1. de Instit. Sacram. Extremæ Unctionis* nusquam fuit receptum, sive per Ecclesiam Matricem Cadoxæ; sive per illam Casalis Novi ab Episcopo Caputaquensi *præterito Summ. N. 7., et 23., et additionali Num. 11. et 12.*, Sacramentum pariter Confirmationis in præfata Abbatia, & Territorio Cadoxæ semper collatum, administratumque fuit ab Episcopis circumvicinis, nusquam vero ab Episcopo Caputaquensi, ad quem utique pertinere debuisset hæc superioritas, & prærogativa, si Territorium Cadoxæ, & Casalis Novi exstitisset in sua, & de sua Diœcesi, ex plene collectis per *Cokier. de Jurisd. in exempt. p. 2. quæst. 25. num. 16., et par. 4. quæst. 11. n. 2. et 3., Aldan. compend. regul. Canon. lib. 1. tit. 4. n. 3., Barbos. de potest. Episc. alleg. 30. num. 14. et alleg. 105. num. 65., Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 24. sub n. 135., Rota cor. Greg. dec. 439. n. 13. & dec. 373. n. 8. et seqq. p. 11. et dec. 274. n. 7. par. 17. rec. cum aliis in d. Marsicen. loco cit. cor. bo. me. Muto,*

24

25

Sexto conjungebantur (licet tamquam quodammodo superfluæ omitterentur) Collationes omnium Beneficiorum simplicium expletæ pariter incessanter per Abbatem, quodque ulterius a Sententiis, & Decretis prolatis per Curiam Abbatialem, nusquam exstitit appellatum ad ipsum Episcopum Caputaquen., sed immediate ad Sanctam Sedem; quemadmodum enim Collationes Beneficiorum arguunt Jurisdictionem quasi Episcopalem in Conferente, ita copulatæ in his terminis appellationes immediate interpositæ ad S. Sedem, clariorem reddunt qualitatem Territorii separati a quolibet Antistite, quemadmodum in ordine ad primam propositionem habetur apud *Bellet. disquisit. Cleric. tit. de Jurisd. Abbat. S. Michaelis §. unico n. 4., Pignatell. consult. 85. n. 15. tom. 5., Rota in sæpe allegata dec. 988. sub num. 4., et dec 1001. n. 6. cor. Dunoz. Jun. et dec. 1054. num. 2. cor. Coccin, et dec. 203. num. 13. par. 7. rec., et in Nonantulana Jurisdict. 22. Junii 1693. §. Non obstat cor. cl. mem. Card. Caprara*, & quoad secundam per *Text. in cap. super quæstionum §. Porro de Offic. Deleg. cap. si Delegatus, et cap. cui eod. tit. in 6., Barbos. de Offic., et Potest. Ep. alleg. 92. num. 13. Salgad. de supplic. c. 25. num. 4., Rota in Firmana Jurisdictionis 13. Mar-*

26

27

Martii 1702. §. 42. *cor. R.mo Domino Molines Decano*.

Septimo denique si quid fortasse poterat desiderari pro omnimodo coronamento exuberantis probationis, circa statum veri *Nullius*, illud erat, quod non apparebat fuisse per Ab-
28 bates Synodos celabratas, ut bene de reliquo exoptant relati per *Pax Jordan. elucubr. Canon. tom. 2. lib. 8. tit. 2. num.* 11. *et lib.* 10. *tit. 8. nu.* 112. *Lotther. de re Benefic. lib. 2. quæst. 31. num. 76.*, & connotatur in *Nullius*, *seu Fulden. Jurisdictionis prima Junii* 1708. §. 69. *coram Me*; Verum huic deficientiæ plusquam abunde supplere visæ sunt in non admodum vasto Territorio crebræ, & continuæ visitationes expletæ per Abbatem, præcipue quia, prout hic, apparebant com-
29 manitæ peculiari animadversione, nimirum, quod e contra in Synodis convocatis per Episcopum Caputaquensem, nunquam intervenere Ecclesiastici sive Pagi Cadoxæ, sive Terræ Casalis Novi, prout neque pariter in illa Synodo Caputaquensi Abbas pro tempore interveniret, quod que magis est, neque etiã exstitit inter Examinatores Synodales unquam adscitus, sive Archipresbyter, sive alius Præbendatus eorumdem locorum spectantium ad Jurisdictionem Abbatis, etsi de cetero, uti legebatur *in præterito Summario ejusdem Abbatis num.* 23. quilibet minimus Archipresbyter aliorum Locorum Diœcesis Caputaquen., vel præsentialiter intercessit, vel fuit inter Examinatores Synodales numeratus; Nemo autem ignorat, quod sicuti de Jure in Synodo Diœcesana vocari, & interesse debet totius Diœcesis Clerus Secularis, ita a contrario non interventus Ecclesiasticorum Cadoxæ, & Casalis Novi, palam ostendebat eorumdem Eccle-
30 siasticorum exemptionem, & correlative subjectionem alteri Prælato, ad terminos *Navarr. in cons.* 11. *de Offic. Judic. Ordin. in antiquis*, *alias cons.* 12. *de majorit., & obed. in novis*, *Sayr. in florib. dec. tit. de Offic. Judic. Ordin. dec.* 11., *& Barbos. collect. ad Conc. Trid. sess.* 24. *cap.* 2. *de reform. sub n.* 28.

His itaque solidissimis demonstrationibus, sive seorsim, sive insimul introspectis, restabat pro totali firmitate iterũ modo captæ resolutionis in medium afferre quid unquam in oppositum diceretur pro parte Episcopi Caputa-
31 quẽsis, ut sic opposita juxta se posita magis elucescerent, quinimo ex illorum resolutione fortasse etiam transeunter responsum manebit obiicibus, qui ad primo narratam alteram partem Territorii Cadoxæ scrupulum hunc injicere videbantur; Opponebatur siquidem Bulla *Leonis X.* unacum Rotali Sententia *Petruccii*, in quibus enunciabatur, Abbatiam Cadoxæ esse Diœcesis Caputaquen.; Verum ultra quod super huiusmodi simpli-
32 cibus enunciativis per hoc *Sacrum Tribunal* nullum unquam constitui consuevit fundamentum, ut signanter liquet ex *dec.* 1278. *num. 3. cor. Seraph.*, *et in dec.* 54. *n.* 7. *et* 8. *cor. Martin. Andr.*, *et in dec.* 203. *num.* 9. *cum seqq. par.* 7., *et in dec.* 197. *num.* 12. *par.* 8. *rec.*, & bene ponderat *Dec. R. P. D. mei Falconerii* §. *De contrario initio*; Maxime quando principaliter pertractatur de verita-
33 te enunciati, ad ea, quæ in hoc nostro eodem proposito punctualiter firmavit *Rota cor. Martin. Andr. d. dec.* 54. *num.* 8.

Mature adhuc animadvertebant *Domini* commerce tempore *Leonis scilicet Decimi*, & Sententiæ *Petruccii*, minime fuisse excogitatam, sive introductam formulam hanc forte ipse melius explicativam *Nullius* prout ideirco posterius post Sac. Concilium Tridentinum gincere incepit, itaut de facto quemadmodum vidimus cum *Fagnano*, & *Corrado* superius allatis, quod hi deinceps versatissimi in materia Beneficiali Jurisdictionali, & Sacrorum Canonum, non solum respecta hujus Abbatiæ Cadoxæ adaptauerunt illud Vocabulum *Nullius*, sed secernendo Abbatiam Cadoxæ tanquam talem ab omni Episcopatu, & præcise ab illo Caputaquensi, registravere camdem Abbatiam vice *Diœcesis Caputaquensis* sub remotiori denominatione
34 *Provinciæ Salernitanæ*, ut fit quoque de aliis Locis, & Abbatiis consimili prærogativa pollentibus, Territorii nimirum separati quo ad alias Provincias, & Archiepiscopatus viciniores ad notata per *Rot. in decis.* 54. *cor. Martin. Andr. & in decis.* 361. *&* 362. *cor. Mantic.*

Et de facto ab inde citra, tam Sacræ Congregationes S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, quam ipsi Summi Pontifices, incipiendo signanter a *Gregorio XIII.* qui paulo post Sacrum Concilium in Petri Cathedra re sedit, semper, ac millies Abbatem Cadoxæ, ejusque Abbatiam nuncupavere, *Nullius*, uti convincebatur ex *Summario tum præterito*, *quam novo additionali sub num.* 29., 30. 31., *&* 42. & respective *num.* 8., *&* 10. proindeque si aliquod argumentũ a denominatio-
35 ne *Diœcesis N.*, vel e cõverso *Nullius* depromi valet, illud, præsertim distincta serie, & usu temporum manifeste favebat Abbati Cadoxæ, prout voluere *Spad. cons.* 129. *num.* 8. *lib.* 2. *Rota decis.* 197. *num.* 19. *par.* 8. *et decis.* 69. *nu* 16. *par.* 19. *rec. & in Hispalen. Decimar. de Olivares* 30. *Jan.* 16 9. §. *amplius coram Bourlemont.*, *et in Capuana*, *seu Mon-*

Montis Cassinen. 1679. §. *Innocentius coram eod. Bourlemont et in d. Marsicen* §. *Itaque omnia in fine cor. bo. mem. Muto.*

Validius autem, quia posthabita etiam formulæ variatione (sicut contingit in omnibus rebus per diversum temporum usum) profecto substantia qualitatis *Nullius*, & veri Territorii separati constipabatur, tum exfacto positive contemporaneo Episcoporū Caputaquen., tum ex definitionibus *Sacrarum Congregationum* in quacumque contentione, quam assumere quandoque pertentarunt Episcopi Caputaquenses, ut optime etiam adverterat præterita *Decisio sub* §. *verum enim vero coram R. P. D. meo Falconerio*, cui adjugebatur subsecuta ulterius de anno 1584. Epistola *Sac. Congregationis Concilii* quemadmodum etenim antea respectu Episcopi Policastrensis eadem *Sac. Congregatio* præscripserat, ut præmisimus de anno 1578. ita pariter præcepit Episcopo Caputaquensi sub anno successivo 1584., ne videlicet, & ipse molestaret Abbatem, quin etiam fortasse clam inducta Communitate Casalis novi ad Jugum Abbatis excutiendum de subsequenti anno 1584.; Ordinavit, *Communitatem obedire debere* (sunt verba præcisa) *eidem Priori tamquam suo Ordinario, & Superiori in temporalibus, & spiritualibus, ut in Summ. præterito nu.* 19., *necnon* 26., & 27. Quamobrem ad quid immorari super istis enunciativis tam lucide suffocatis ab observatione, & distinctione temporum a Consimilibus, & longe fortioribus enunciativis, ac demum, ut supra proxime, & ab ipsis Ordinibus, & factis positivis Superiorum, quæ sane facta sunt ubique potentiora omnibus

36 verbis, ut ait *Text. in cap. dilecti filii, ubi gloss. verb. facto de appellat. Ancheran. cons.* 302. *n.* 2., *Rot. cor. Cocc. dec.* 1369. *nu.* 71. & *cor. Emerix Jun. decis.* 280. *num.* 8., & *passim in aliis*.

Subalternanter opponebatur quædam descriptio, sive Inventarium, aut Platea nuncupata, quæve asserebatur confecta sub anno 1492., & dicere quod Episcopus Caputaquen. haberet Visitationem, correctionem, & Sacramentorum præstationem in Loco Cadoxæ, quodque in eodem Loco aderat Casale novum, *quod erat suffraganeum ipsius Abbatiæ*: Sed ultra quod, & quonammodo compati simul poterat, quod Abbatia Cadoxæ pertineret ad Visitationem, Correctionem, & Sacramentorum administrationem Episcopi Caputaquen., & ex illius sive ejusdem Plateæ confessione ad ipsū Episcopū Caputaquensem hujuscemodi Jurisdictio non attineret quoad Casale Novū, quod erat membrum accessorium prænominatæ Abbatiæ, ducto solito argumento a

37 fortiori per *Authenticam multo magis C. de Sacros. Eccles.*, & ab illa regula notissima, quod accessorium sequitur naturā sui Principalis, & quo pariter modo valebat Casale novum suffragari Abbatiæ, si Abbatia non fuisset ejus verum, & proprium caput Jurisdictionale, cui suffragari debebat, nam semper vocabulum hoc *suffraganeatus* in rebus Ecclesiasticis, & spiritualibus habet relationem ad illum Superiorem Ecclesiasticum, & spiritualem, qui neminem habeat supra se in gradu, & Dignitate æquali, & ob id vel Primatem vel Patriarcham, vel Papam, secundum ea, quæ dicimus, & supponimus in Episcopo suffraganeo, quod scilicet tale verbum *suffraganei* in his terminis significet spiritualem subordinationem Archiepiscopo, nullum alium habenti in sua Hyerarchia superiorem, nisi Primatem, Pa-

38 triarcham & Papam, ad connotata per *Pacin. de Offic. et potest. cap. sed. vacan. par.* 2. *quæst.* 3. *sub nu.* 6., *Barbos. de Jur. Eccles. univers. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 12. *et* 14., & in proximis ita ratiocinatur *Fagnan. in cap. Episcopalia n.* 58. *et seqq. de privileg.*

Addito, quod si vera est regula, prout est verissima, quod liber non probat pro Scribente, ex congestis in *meo Tract. de merc. in disc.*

39 *general. n.* 120. *et sub n.* 158.; Quomodo hæc platea exarata per Episcopum, sive de illius Ordine quibat pro eo quidquam probare? & maxime, dum a subsequuta rerum magistra experientia, nec docebatur ab Episcopo se ullam vel minimam visitationem, ullā vel minimam correctionem, ullam vel minimam Sacramentorum administrationem exercuisse, tam in Territorio Cadoxæ, quam Casalis Novi eius accessorii, ut egregie pariter responderat *dec. R. P. D. mei Falconerii sub* §. *Nil pariter*, & §. *Tantoque magis*, quando ad hunc propositum in durioribus videmus, quod nec subsistentia, seu præsumptio Brevis, vel beneplaciti Apostolici locum sibi

40 vindicet, nulla ex parte post superaccedente observantia, ex firmatis per *Rot. cor. Cavaler. dec.* 228. *n.* 2. *et* 3., *et cor. Buratt. decis.* 854. *n.* 2., *et cor. Cels. dec.* 387. *nu.* 8., *et in Rec. dec.* 200. *nu.* 4. *par.* 6., *et dec.* 110. *n.* 12. *par.* 9. *tom.* 1.

Adducebatur in contrarium quædam concordia stipulata sub anno 1515. inter Universitatem Montis Sani, & Lacus Nigri, unacum attestationibus Universitatum, & Civium Terræ Turturellæ, aliorumque locorum, de quibus hodierno *Summ. Episcopi n.* 1. 2. *et* 3. Verum hujusmodi concordia neque per umbram

bram quidquam opitulari valebat in hodierno conflictu, & in subjecta materia, cum inibi perageretur tantummodo de confinibus, & dissensionibus temporalis Jurisdictionis, a quibus profecto nusquam inferri valet ad Jurisdictionem spiritualem, & quasi Episcopalem, sicuti late demonstratum fuit per plurimas rationes, auctoritates, & exempla in illa *Fulden., seu Nullius Jurisdictionis 1. Junii 1708. §. 88. cor. Me*, & per antea quoque observarunt *Hostien. in cap. super eo n. 3. de Paroch. Abb. in cap. si diligenti nu. 4. cum seqq. de praescript., Bartol. in l. qui sequitur. n. 6. ff. de usucapien., Honded. cons. 84. n. 24., Card. de Luca de feud disc. 56. nu. 2. et disc. 123. nu. 13., Antonell. de loc. legal. cap. 27. n. 2.*

Postremo tandem ad retundendam aliquo modo forte assertionem super intrepide factam, quod Episcopus Caputaquen. nullos actus Jurisdictionales exercuerat a quocumq; tempore, de quo posset exstare memoria, sive in Territorio Cadoxae, sive in illo Casalis Novi, conabantur Informantes *in hodierno Summ. ejusdem Episc. n. 5.* recensere quemdam processum Criminalem, constructum in Curia Caputaquensi super quodã Homicidio perpetrato per quemdam Clericum nomine Andreã, Civem Montis Sani prope Ecclesiam S. Mariae de Cadoxa, sed si saltem apparuisset, Carcerationem hujusce Clerici sequutam fuisse de Ordine Curiae Episcopalis in eodem Territorio Cadoxae, tunc, ut dici solet, transeat, quia non per hoc unicus actus, & probabiliter ignoratus, & clandestinus poterat obnubilare lucidam Jurisdictionẽ quasi

42 Episcopalem ab Abbate per tot fundamenta patefactam, ad plene deducta in specie per *Spadam cons. 128. n. 6. ibique Rot. n. 14., et cons. 129. sub nu. 10. et 11., ibique Rot. nu. 20. lib. 2., Pignatell. consult. Canon. tom. 5. cap. 85. n. 13. et 14., Rota cor. Dunoz. Jun. dec. 988. nu. 15., et in Rec. dec. 274. nu. 9. par. 17., et dec. 204. n. 13. par. 19. et in Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialium 10. Martii 1679 §. Scientia, & §. Tum quia cor. Bourlemont, et in d. Nullius seu Marsic. Jurisdictionis super bono Jure 7. Junii 1700. §. Prout non relevat, et in §. Potissime, coram bo. mem. Muto.*

Ast penitus cessabat qualibet umbra amaritudinis, quia cum ipse Clericus foret de Monte Sano indubitatae Dioecesis Caputaquen., quis dicat, quod hic processus tribuendus veniat, potius respective ad Jurisdictionem in Loco commissi homicidii, quam ad causam originis, & subjectionis Episcopo hujus Clerici Homicidae, ex illa cumulativa fa-

43 cultate, quam habent Superiores inquirendi de Delictis Subditorum etiam extra ambitum propriae Jurisdictionis expletis, ut profitetur unanimis, ad *Text. in cap. Dilecto de sentent. excomm. in 6., Gloss. Ordin. in l. relegatorum, § Interdicere, vers. Ad rescripti, ibique Gloss. marginalis, ff. de interdict. Bald. cons. 124. lib. 5., Bero cons. 162. n. 1. et seqq. lib. 3. Farinacc. quaest. 7. nu. 20., et seqq. Pignatell. consult. 128. nu. 23. tom. 4., R. P. D. Petra ad Constit. Apost. tom. 1. fol. 179. n. 41., Magon. dec. Lucen. 36. nu. 1.* Unde tamquam actus in omnem casum ad

44 evidentiam aequivocus, in nulla haberi valebat consideratione, ex notoria conclusione, de qua in proposito *Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. disput. 15. quaest. 9. n. 25., et Rota post eumdem tom. 3. dec. 59. n. 5. et seqq., et dec. 65. n. 3.* cum reliquis adductis in allegata *dec. 988. n. 7. et 8. cor. Dunoz. Jun.*

Denique etiam corruebat hic actus, unacum altero, de quodam alio processu ex causa damni dati compilato in eadem Curia, quia haec, & consimilia gesta potius merebantur dici actus turbativi, & signanter evidentissime praedictus novissimus processus super damno dato cum fuerit idem Processus pendente hodierna lite nulliter, & attentate exaratus, sicuti in similibus a lamussim actibus diximus in alia contemporanea *decisione hujus diei super attentatis*; Cetera autem in se leviora pariformiter allata a praedictis Informantibus pro Episcopo, & tamquam desumpta ex simplicibus, & irrelevantibus attestationibus, & tamquam respective interversa, atque sublata in praecedenti *decisione R. P. D. mei Falconerii*, alia citra apertam notam superfluitatis responsione haud indigebant.

Ita que &c.

Nullius, seu Caputaquen. Jurisdictionis super Attentatis, & novis Censuris.

Veneris 26. Junii 1711.

ARGUMENTUM.

In humandis Cadaveribus defunctorũ quando committantur attentata, & quomodo ista sint purganda.

SUMMARIUM.

1. *Humatio sive Tumulatio Cadaverum praecipue Sepultura destitutorum adnumeratur inter opera misericordiae temporalis.*
2. *Attentatorum incursus inducitur ex sola litis pendentia.*
3. *Defunctorum corpora regulariter tumulanda sunt in eo loco, et Jurisdictione, in quo vita functi sunt.*

4. Pere-

4. *Peregrini, et casu demortui sepeliri debent in Ecclesia majori, seu Cathedrali.*
5. *Censurarum præsidio licet Prælatis eadem Jurisdictione pollentibus defendere Jura sua erga Refractarios, et Turbatores.*
6. *Attentatorum purgationi non est locus quando agitur de exhumatione Cadaveris.*
7. *Jurgia, et Scandala non sunt multiplicanda inter Ecclesiasticos.*
8. *Sacra Rota quando rescribere soleat* Constare de attentatis hinc inde.
9. *Attentata commissa super humatione Cadaveris Sac. Rota solet circumscribere per viam simplicis nullitatis.*
10. *Deveniri nequit ad censurarum publicationem post legitimam interpositam appellationem*

DECIS. DXLVII.

Nisi inter Opera Misericordiæ temporalis merito absciberetur humatio, seu Tumulatio Cadaverum, præcipue sepultura destitutorum, quemadmodum exemplo Tobiæ misericorditer sepelientis hujusmodi cor-
1 pora a plaga Regii furoris *Senacherib* perculsa, legitur in Libro *Tobiæ cap. 1. n. 22. et 23.* & connotarunt nostri quoque *Scribentes*, inter quos relatis *Divo Thoma in secunda secundæ quæst. 32. in corpore, et in respons. ad primum, ac Divo Augustino in libro de cura agenda pro Mortuis*, necnon *Gratiano in Can. non. æstimemus 19. §. Corpori autem*, ceterisque concordantibus, videre est penes *Carol. Marant. contr. Jur. par 15. resp. 18. a nu. 1., et seqq.*, & adducto eleganti sermone *Divi Gregorii de consolat. Mortuorum in initio, Barbos. de Offic. et potest Paroch. par. 3. cap. 26. n. 3., et 4.*

Utique *Tribunal* ad conquestionem Prioris Abbatis Cadoxæ respondisset seorsim in hoc dubio = *Constare de attentatis, ejusdemque Abbatis sustinere censuras*, ausus quippe videbatur Episcopus Caputaquen. mediante Ope, & Ministerio quorumdam Ecclesiasticorum, aliorumque Hominum adsportare Cadaver Joannis Baptistæ Spinelli ictu fulminis, cujus viam nemo novit, occisi in Territorio Cadoxæ, illud que traducere ad alterum Territorium suæ Diœcesis, quando tamen idem Abbas Cadoxæ jam reportaverat in Sacro *Auditorio* sententiam favorabilem coram R. P. D. meo *Falconerio* super privativa Jurisdictione quasi Episcopali, quoad idem Territorium adversus eumdem Epi-
2 scopum, & quando suffecisset ad hujusmodi attentatorum incursum sola præsentis litis pendentia, ad quamnamque ex duabus Dignitatibus pertineret prænominatum Territorium Cadoxæ, uti sancitum habetur *in cap. 1. et 2., ut lit. pend., et notat Vestr. in praxi. lib. 8. cap. 4. n. 23. vers. non ignorabis, Lancellot. de attent. par. 2. cap. 3. Rot. cor. Greg. dec. 465. n. 8. et cor. Cavaler. dec. ultima n. 2. vers. non poterat negari, cum aliis in Baren. Jurisdictionis super attentatis 26. Aprilis 1694. §. Ultra cor. bo. mem. Ursino.*

Non enim ambigi poterat quod juxta *Sacrorum Canonum* censuram, Defunctorum corpora
3 sunt tumulanda regulariter in eo loco, & Jurisdictione in quo vita functi sunt per *Text. in cap. 1. de Sepult. in 6., ubi Archidiac., Butr. in cap. 1. n. 9. extra eodem, Sylvester in sum. verb. Sepult. n. 8. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 95. n. 9. Sperel. dec. 87. nu. 13. Ventrigliol. in praxi tit. de elect. Sepult. adnot. 52. §. unico n. 26., et 27., et Rot. cor. Seraph. dec. 1135. n. 2.* itaut etiam Peregrini, & ea-
4 su demortui sepeliri in omnem casum debeant in Ecclesia majori, vel Cathedrali, ubi ea reperiatur, sicuti decretum fuisse per *Sac. Congregationem negociis Episcoporum, & Regularium* præpositam testatur *Barbos. de Offic. Paroch. supra d. cap. 26. n. 35.*

Prout neque controverti poterat, quod censuræ ex hac Causa fulminatæ per Abbatem contra prædictos extractores, non forent omnino observandæ, cum hoc præsidium Censu-
5 rarum sit illud, cum quo licet Prælatis simili Jurisdictione pollentibus defendere Jura sua erga Refractarios, & Turbatores, ad *Text. in cap. cum dilecta de sent. excom. in 6., Butr. in cap. Venerabili sub nu. 10. vers. octavus casus ante finem 4. coll., ibique Ancharanus n. 8. vers. & prædicta de Cens.*, late *Fagnan. in cap. Procuratores n. 32. de Cens., Ricciul. de Jur. person. cap. 61. per tot., Card. de Luc. de Jurisd. disc. 47. n. 4. & disc. 48. nu. 6.*, & plene *Rota in decis. 122. num. 6. & seqq. par. 15. rec.*

Verum quia, ut ab initio præmisimus, præfata tumulatio, & adsportatio, benigne poterat interpretari pro illorum Ecclesiasticorũ, & hominum Christiana, & Connaturali pietate, dum præfatus Joannes Baptista correptus exstitit a fulmine in Territorio admodum deserto, & quodammodo horroris, & vastæ solitudinis, itaut non ita facile Abbas ejusque Officiales, & Administri potuissent occurrere imminenti necessitati, & quia nec ipse Abbas ex eodem motivo pendentiæ litis sibi jus dicere valebat, sed fulminando statim censuras rectius debuisset recurrere ad Sacram *Rotam* pro purgatione præfatorum attentatorum, licet raro postmodum
6 concedatur exhumatio Cadaverum sepultorum ad finem purgandi consimilia attentata,

tata, ut observat *Franc. in cap. dilecti il 2. n. 5. de appellat.*, *& pluribus in proposito adduct. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 13. n. 2.*, quos semper in similibus sequuta est *Rota*, & signanter in *dec. ult. ut lit. pend. in antiq.*, *& dec. 276. num. 6. cor. sa. mem. Gregorio XV.*, *ubi Adden. n. 9.*, *& in rec. dec. 657. par. 3. n. 2.*

Hinc *Domini* ne Jurgia, & Scandala multiplicarentur, prout non decet inter Ecclesiasticos in sublimiori fastigio positos Dignitatum, sepeliendum rationabilius insimul putarunt totum hoc negocium, rescribendo

7 = *constare de attentatis hinc inde* ut ita imposterum uterque abstineret a similibus jurgiis, donec Causa per suos legitimos tramites Juridice a *Sac.* dirimatur *Auditorio* Compensantes idcirco attentatum cum attentato, & unius Culpam cum aliquali etiam cul-

8 pa alterius, juxta ea quæ suadente Epichæja in genere dici, & practicari consueverunt, ad trad. a per *Lancellot. de attentat. par. 3. cap. 24. a n. 1.*, *& seqq*, *& signanter n. 18., et 19. & per Rot. in dec. 131. par. 3. lib. 3. divers.*, & in specie per *Rotam* quæ consimilia attentata prudenter solet circumscribere tamquam nulla per viam simplicis nul-

9 litatis, ut quotidie emicat resolutum, & signanter in *dec. 177. nu. 5. cor. Durano dec. 72. n. 3. cor. Buratt. dec. 91. n. 3. cor. Cerro dec. 283. nu. 11. cum seqq. par. 9. dec. 429. n. 11. par. 19. tom. 2. rec.*, & alibi passim.

Hæcque adamussim ratio pariter exposcebat, quod irritarentur quoque Censuræ hinc inde publicatæ, quoniam Abbas defecit etiam ipse ob præmissam pendentiam litis in Rota, & Ius sibi dictum, & Episcopus etiam ulterius, ex quo devenit ad earumdem Censura-

10 rum publicationem post legitimam interpositam Appellationem ab Abbate, quod citra manifestam nullitatem minime licet, ad *Text. in cap. pervenit il primo de appellat. Felin. in cap. cum non ab homine n. 12. de Judic. Suarez. de Censur. disput. 3. sect. 16. n. 6. Scac. de appellat. quæst. 17. limit 22. n. 36. Sperell. dec. 48. n. 9. Rot. cor. Achil. de Graf. decis. 4. de sent. excom.*, *& late in nullius seu Caputaquen. Jurisdictionis super Censuris 21. Februarii 1710. §. Cumulantur nullitates cor. R. P. D. meo Falconerio*. Et ita utraque.

Urbevetana Manutentionis.

Veneris 26. Junii 1711.

ARGUMENTO

Non indiget.

SUMMARIUM.

1. *Petens possessionem, implicite fatetur se non possidere.*
2. *Immissio, & manutentio quando cumulative concedenda sint.*
3. *Ubi possessio est turbida, possessorium absorbetur a petitorio.*
4. *Manutentio est pedissequa boni Juris.*
5. *Non denegatur ei, qui prævio Judicis decreto in possessione jam reperitur.*
6. *In acquirenda possessione necessarium est citare illum, qui in ea antea reperiebatur.*
7. *Ususfructus per obitum usufructuarii consolidatur cum sua proprietate.*
8. *Citandus ille non est in acquirenda possessione, qui amplius non possidet.*
9. *Nulla ratio haberi potest de possessione revocata per Judicem.*
10. *Manutentio, alio non obsistente, debetur semper anteriori.*
11. *Judex Ecclesiasticus absorbet Judicem Secularem minus dignum.*

DECIS. DXLVIII.

Contextualis ille triumphus, quem assequi non potuit Franciscus sub *die 20. Aprilis* proxime delapsi super expetita per eum etiam tunc manutentione ob dilatam eo temporis in hoc proposito resolutionem, hodie tandem faustis auspiciis reportavit; quemadmodum enim prima vice per *Dominos* ipsi attributa fuit Immissio, ita quoque hactenus concessa quoque exstitit manutentio.

Licet namque pristina fronte videretur sufficere debuisse eidem Francisco Immissionem, quæ illi fuerat attributa usque sub prædicta *die 20. Aprilis* absque novo fulcimento alterius remedii possessorii manutentionis, quin potius pugnare invicem quodammodo appareret manutentio, & immissio, cum una tendat ad retinendam possessionem, & altera ad assequendam, adeout ob petitam Immissionem arguant etiam Doctores ipsum defectum possessionis, cum petens Immis-

1 sionem implicite fateatur sese non possidere, ad tradita per *Posth. de manut. observ. 57. num. 73. Rot. post eumdem dec. 579. num. 6. dec. 20. cor. Card. Mantic.*, *et dec. 235. n. 2. cor. Priol. et dec. 698. nu. 6. cor. Emer. Jun. et dec. 698. num. 6. par. 17. rec.*, *et in Nullius, seu Fulden. Jurisdict. super bono Jure prima Junii 1708. §. Et respectu alias 163. coram Me.*

Attamen quoties revera Judicis religioni constet, expostulantem utrumque remedium, & attento bono jure mereri Immissionem, & attenta possessione quoque manutentionem, facile superatur prædicta in cortice Imago, & apparentia, manusque præbent Tribunalia cumulativas, & adjutrices uni,

2 & alteri actioni, sive Interdicto, cum in sub-

stantia per unam dicatur acquiri, per alteram confirmari ipsa, & eadem possessio, sicuti adamussim recte ex doctrina *Bartol.* quam asserit communiter receptam *in l. 1. num. 2. C. de Carbon. edict.* late dictum fuit *in Romana Fideicom. de Nicolinis 30. Julii 1653. §. Exsistentia cor. Card. Cerro*, quæ refertur, & laudatur *in dec. 755. nu. 2. cor. eodem, et dec. 20. num. 4. et 5. cor. Emerix Jun., et in Beneventana manutentionis 4. Julii 1696. §. Neque ab hoc cor. Emo de la Tremoille.*

Quinimmo quando effective medulla boni Juris, seu meritorum assistit alterutri ex Collitigantibus, vel etiam hæsitare quandoque contingit super facto materiali ipsius possessionis, passim Sac. Rota ad evitandos inanes circuitus impartitur etiam in dubio manu-
3 tentionem quodammodo in sequelam Parti præcellenti in meritis, & bono jure, uti videre est penes *Altimar. de nullitat. par. 2. rubr. 13. quæst. 15. Bonden. collect. 38. n. 215. tom. 2. Rot. dec. 798. nu. 6. cor. Dunoz. Jun. dec. 396. num. 29. cor. Bich. dec. 1296. n. 25. cor. Emer. Jun., et in Romana Communantiarum, et Fontanilis 20. Januarii 1702. §. 17. et 21. cor. Me, et in Ferentina Juris pascendi 4. Aprilis 1704. §. Clara siquidem cor. Rmo D. meo Molines Decano,*

Applicando autem ad rem, hæc quodammodo practica theorica superabundasset (sublata jam ex præmissis prædicta repugnantia inter immissionem, & manutentionem) ad effectum ut Francisco concederetur quoque efflagitata manutentio; cum enim *ex Decisione illius favore edita sub prænominata die 20. Aprilis cor. Me ad finem Immissionis* plusquam abunde liqueret de illius bono jure, utique alio non obsistente, eidem quoque danda erat manutentio, tamquam pedissequa ejusdem boni juris, ut præter auctoritates, & exempla mox recensita concorditer resolvunt adducti per *Rot. dec. 1167. n. 25. cor.*
4 *Emer. Jun.* cum aliis cumulatis concordan. in famigerata illa *Romana Hereditat. de Ruspolis 2. Martii 1705. per tot. cor. Rmo Molines Decano, et in Fulginaten. Bonorum super manutentione 20. Aprilis 1708. §. Diffiteri, & §. Adhuc. cor. Me, et in Maceraten. Legatorum, et fideicom. super manutentione 26. Januarii 1711. §. A contrario, et in Asten. Prioratus de Costa super Institut. 6. Martii ejusd. anni §. finali in utraque pariter cor. Me.*

Verum etiam abstractive ulterius denegari Francisco non posse videbatur hujusmodi manutentio, cum in illa jam prævio Judicis decreto, illico quod fato cessit Amans Maria
5 relicta præcedenter usufructuaria bonorum, de quibus agebatur, actualiter reperiretur, ut in ejus *Summ. Num. 5. & 6.* vulgatis ad hoc propositionibus, de quibus *Rot. dec. 108. cor. Otthobon. dec. 134. nu. 6. dec. 149. n. 3. cor. Card. Celso dec. 111. n. 1. cor. Manzaned. dec. 277. num. 32. par. 16. rec. & in præallegata Fulginaten. Bonorum super manutentione 20. Aprilis 1708. §. Ratio, & in Imolen. Concursus super manutentione 10. Junii 1709. §. primo utraque cor. Me.*

In nihilo prorsus relevante, quod hæc capta possessio reputari posset nulla, ex quo in prænominato Judicis Decreto, & in eadem possessione capessenda, citatum non exstiterit Monasterium S. Petri, quod antea vivente ipsa Amante Maria, ex illius persona mane-
6 bat in eorumdem bonorum possessione, sicuti necesse esse indubitanter de cetero dixerunt *Gratian. discept. for. 899. num. 2. Rot. cor. Amat. Dunozzett. dec. 993. n. 25. & in rec. dec. 325. num. 5. & seqq. par. 12. & in Romana fideicomm. seu Salviani dec. 317. n. 3. & seqq. par. 1.*

Siquidem ex plene dispunctis, atque firmatis in prædicta præcedenti *decis. diei 20 Aprilis* palam coruscabat, quod possessio, vel detentio exsistens penes Monasterium, radicabatur in titulo meri ususfructus relicti Sorori Moniali Amanti Mariæ per Josephum, non jam per nuncupationem heredis, sed per viam simplicis legati cum dictionibus, & verbis adeo restrictivis, & taxativis, ut idem ususfructus transcendere nullo modo posset naturam meri ususfructus, & consequenter facta censeretur Ministerio legis illius statim consolidatio cum sua proprietate per obitum usufructuariæ; ecce quod penitus expiraverat qualibet legitima possessio Monasterii, unde tamquam amplius legiti-
7 me non possidens non erat ultro citandum, ut circa primam conclusionem habetur per *Text. in §. Finitur Instit. de usufruct. l. corruptionem 16. C. eodem l. sub conditione 60. ibique Gloss. verbo interierit ff. de usufruct. apud Cephal. concl. 158. fere per tot. lib. 2., Bellon. de Jur. accresc. quæst. 19. n. 70.* & in præcisis terminis *Rot. dec. 70. num. 20., & seqq. cor. Cerr. & dec. 16. num. 1., & seqq. signanter num. 4. cor. Emerix Jun.*, & re-
8 spectu secundæ patet ex connotatis per *Ubert. de Citat. cap. 14. num. 135., & Rot. cor. Cavaller. dec 163. num. 1.*

Exclusa nullitate, & interesse, sive Jure Monasterii, corruebat quoque altera oppositio Horatii prætendentis prælationem in hoc Judicio manutentionis, quoniam gemina erat possessio, quam ipse allegabat, sed utraque inefficax, prima nempe apprehensa sub

anno

anno 1676. in ejus *Summario Num. 6.* non erat capax ullius manutentionis, non tantum quia eadem possessio exstitit capta, ut conjiciebatur vivente prænominata Amante Maria usufructuaria ex capite prætensi fideicommissi, ideoque reputari nequibat idonea in præsenti certamine, quando bona de facto vacabant per mortem ejusdem Monialis: ast fortius, quia postmodum in eodemmet Judicio succubuit Horatius ob decretam tunc manutentionem favore Monasterii, quamobrem nulla ratio haberi poterat

9 de possessione revocata per Judicem, maxime cum Horatius ab inde citra acquieverit, ut in proposito adverterunt *Angel. in l. clam possidere §. Qui ad nundinas num. 2. ff. de acquir. possess. Ferrett. cons. 18. n. 11. Mobed. dec. 4. de restit. spoliat. Rot. dec. 543. n. 2. & 3. post Posth. de manutent. cum aliis congestis in Camerinen. Pensionis 22. Junii 1594. cor. Gyptio impress. apud Marchesan. de Commiss. par. 2. fol. 38., & in proposito acquiescentiæ Rot. cor. Priol. dec. 63. num. 3. & in addit. ad dec. 42. in fine cor. Me inter noviter Romæ impressas tom. 1.*

Secunda vero possessio suscepta per eumdem Horatium sub die 16. Martii 1707. erat ocularitur posterior illa Francisci apprehensa sub die 15. antecedenti, ut ex combinatione *Summarii ipsius Francisci Num. 5., & 8.* ac propterea etiam quando aliud non obsi-

10 steret, manutentio debebatur Francisco, & non Horatio tamquam anteriori, ex congestis per *Posth. de manutent. observ. 71. num. 1. Rot. cor. Cels. dec. 82. num. 1. & in rec. dec. 223. num. 19., & dec. 240. n. 8.* ubi de simplici anterioritate unius horæ *par. 19. tom. 2.*

De reliquo præter temporis posteritatem neque pariter in conflictu possessionis Francisci erat illa Horatii manutenibilis, cum pluribus scateret defectibus, & præsertim substantialissimo Jurisdictionis, dum illam perperam susceperat Horatius a Judice Seculari, quando tamen aderat in Causa Monasterium, quod utique non licebat, absorbente

11 digniori Judice Ecclesiastico Judicem Secularem minus dignum, ad notorie firmata per *Text. in l. potior. C. de Offic. Rect. Provinc., Novar. de Elect. & variat. for. quæst. 14. num. 17. & 18. Card. de Luc. de Benef. disc. 73. num. 8., & 12., & de Judic. disc. 3. num. 27. & melius disc. 40. sub num. 8.* Cum aliis relatis concordan. per *Rot. cor. Pan. dec. 377. num. 4.,* & in terminis *Gratian. discept. 899. num. 2., & 3.*

Postremo re incidissent superius tacta respectu boni juris derecti jam in præcedenti *mea Decisione* favore Francisci, proinde ex jam pariformiter allegatis etiam ex hoc solo fundamento debita fuisset manutentio.

Utraque &c.

Ripana Censuum.

Ven. 3. Junii 1711.

ARGUMENTUM.

Confessio Mariti de recepta Dote, concurrentibus adminiculis, & conjecturis, pro veritate habenda est; adducuntur tamen conjecturæ, quibus roborari possit prædicta confessio. Compensatio quando intret, & quando sustineatur in credito censuali. Dispositio *Text. in cap. Cum esses de Testam.* an locum habeat in dispositione facta a Juvene in statu floridissimæ salutis.

SUMMARIUM.

1. *Transactiones, & compromissa licet regulariter sint litium extinctiva.*
2. *Eadem tamen compromissa potius dicuntur initium litis.*
3. *De natura accollationis est, ut Accollatarius evadat, & censeatur debitor principalis.*
4. *Instrumentum publicum semper facit probationem probatam.*
5. *Transactio vim habet publici Instrumenti, & rei judicatæ.*
6. *Confessio emergit etiam ex actu nullo.*
7. *Confessio Mariti de recepta dote, si ex aliis opportunis adminiculis, & conjecturis roboretur, pro veritate habetur,* & n. 9. 10.
8. *Creditum in considerabili parte verificatum, supponitur etiam in reliquo.*
9. *Confessio Mariti de recepta dote eo magis est attendenda, si aliunde remanet in parte verificata.*
10. *Item si emissa in uno actu communiatur consimilibus confessionibus appositis in aliis scripturis, & maxime in publicis Instrumentis.*
11. *Confessio Auctoris impugnari nequit ab habente ab eo causam.*
12. *Cessionarius subingreditur in Juribus cedentis.*
13. *Compensatio admittitur etiam respectu crediti censualis.*
14. *Creditum ex puro mutuo resultans parere nequit fructus, & interusuria, etiam ita mandante Testatore.*
15. *Ita ut si aliquid solutum fuit titulo fructuum excomputari debeat in extinctionem sortis principalis.*
16. *Damni emergentis requisitum omnes legitimat usuras.*
17. *Legatum fructuum, donec præstetur res legata, non est usurarium, quum fructus legati fuerunt ex mera liberalitate, non autem propter moram heredis.*

18. Pe-

18. *Periti deputantur ad effectum exonerandi ab improbo labore Judices*.

19. *Dispositio* cap. Cum esses de Testam. *locum non habet in dispositionibus factis a Judice in statu floridissimæ salutis*. Declara num. 22.

20. *Legatum quando revocatum censeatur*, & num. seqq.

22. *Testamentum suapte natura nuncupatur ultima voluntas, sive sit exaratum in statu sano, vel ægro*.

23. *Ad validitatem testamenti scripti, & subscripti ab eodem Testatore coram duobus Testibus, sat est, ut iidem Testes recognoscant eorum, ac Testatoris manum de per se absque alia formalitate*.

DECIS. DXLIX.

DUo signanter genera, sive modi pro hominum industria adinventi ad finem obtrūcandi lites, & diffidia privatæ, & publicæ infesta quieti, nempe compromissa, & trāsactiones raro pertingunt ad volitum finem, & intentum, dum non obstantibus Laudis
1 postea promulgatis, & transactionibus constabilitis, passim denuo renascuntur novæ lites, nova diffidia pervicacius obdurata; & idcirco quamvis summopere, & ceteroquin juste usque ad sydera vehat Transactionum prærogativas, & effectus *Urceol. in suo præludio, sive exordio ad Tractatum de Transactionibus*, idemque adeo pariformiter commendabilis reputetur usus Compromissorū, cum non desint etiam Statuta municipalia, & sanctiones saltem in aliquibus casibus præcipientes, controversias terminari mediantibus Compromissis, ut signanter legitur in *Statuto Urbis cap.* 100., nihilominus, & quod repullulent amaritudines post consopitās discordias per viam transactionis, quotidiana edocet experientia, & ipsemet *Tractatus* prænominati *Urceoli* qui *parte* 5., sive *quæst.* 88. præ ceteris exponit titulum, *quomodo, et quibus modis per transigentes a transactione inita recedi possit*, & quod Com-
2 promissa recte potius dicantur initium litium, mature advertunt *Card. de Luca de Judic. dis.* 11. *num.* 4. *Rota decis.* 29. *num.* 4. *coram Buratt. in Romana Concordiæ* 15. *Junii* 1696. *in principio, & in Romana hereditatis de Ruspolis* 2. *Martii* 1705. §. *Absque eo quod, cor. Rm̄o Domino meo Molines Decano, & in Firmana fideicommissi* 4. *Maji ejusdem anni* §. *Ast quia, cor. Me*.

Idipsum evenit etiam in præsenti, licet modici Regni, colluctatione, quantumvis etenim geminæ inter Partes initæ apparerent Transactiones, altera nimirū sub anno 1656. & altera de anno 1678., nihilominus quatuor interim coram variis Judicibus variæ etiam, & bipartitæ emanavere sententiæ; unde (ut passim contingit) tandem ab inferioribus Judicatis anxie concedētibus Partibus ad Sacrum Auditorium, inibi assuetis tutiorem requiem adinvenire, procurarunt Euangelista ex una, & ex altera Catharina, Mihi Causā delegari, ac per Me proposito de more Dubio complexivo totius altercationis, *utrum constaret de credito hinc inde, et in qua summa, seu potius intret compensatio hinc inde*, responsum habui pro nunc fundamentaliter decisivum litigii, sed circa actualem, & in facto futuram applicationem relictum alteriori cognitioni, & exsequutioni.

Dixerunt itaque *Domini* in primis = *Constare de credito hinc inde*, atque devenientes ad opportunam specificationem, minime dubitarunt, quod prænominatus Euangelista gerens figuram Actoris esset constituendus Creditor duorum Censuum, qui illius Auctori debebantur per Jacobum, & Joannē, a quo causam, & repræsentationem desumebat Catharina, cum idem Jacobus, & Joannes occasione emptionis nonullorum bonorum ab illis de Fratreschis, & Tirabassis loco pretii in se partialiter accollaverint prædictos geminos Census, alterum in sorte florenorum 300., & alterum 100. quos prædicti Venditores debebant alii Euangelistæ seniori; prædicta etenim accollatio erat clarissima, & ab ipsa Catharina non
3 impugnata: quare ambigi nequibat pro hac summa in totum florenorum 400. de credito descenso in eumdem Euangelistam Actorē, juxta naturam ejusdem accollationis, quæ facit, quod Accollatarius evadat, & censeatur debitor principalis per ea, quæ tradunt *Cenc. de cens. quæst.* 73. *num.* 13., *Rot. cor. Merlino decis.* 543. *n.* 1. *& seqq.* cum aliis in *Beneventana nullitatis Testamenti super retentione* 13. *Januarii* 1710. §. *Nec obstat cor. R. P. D. meo Lancetta, & in Ariminen. fideicommissi Bandi de Bandis super reintegratione quoad Prædium S. Mariæ in Cerreto* 21. *Martii ejusdem anni* §. *Non obstat cor. Eodem*.

Perspicuum non minus erat alterum creditum florenorum 50. utpote promanans ab altero censu, quem Joannes supra nominatus imposuerat favore aliorum Auctorum ipsius A-
4 ctoris, cum de eo plane constaret per Instrumentum publicum, quod semper facit, ut ajunt, probationem probatam, ex *Bald. in l. Imperator num.* 12. *ff. de stat. homin.*, *Rota cor. Emer. Junior. decis.* 1088. *num.* 1., *& in recentior. decis.* 300. *num.* 3. *par.* 19. cum concordantibus relatis *in Romana cambio-*

rum

rum 9. Februarii 1710. §. *Eoque tertius, cor. R. P. D. meo Aldrovando*.

E converso autem opponebat, & prætendebat Catharina, sibi fore bonificandum quoddam creditum pecuniarium, nempe florenorum 400. sed revera de tota hujusmodi quãtitate, quæ in ratione mutui debita foret Catharinæ ex repræsentatione, de qua supra, adversus Euangelistam, minime palam per scripturas, & Instrumenta costabat; At nihilo tamen minus *Domini* creditum hoc approbandum censuerunt, ex quo illud approbaverant in Transactione anni 1656. Auctores præfati Actoris, nempe ille alius Euangelista nuncupatus Junior, & Anna ejus Mater, itaur ubi subsistisset Transactio, de plano sequebatur, quod illa mediante, creditum istud remansisset incontrovertibile, ex indubia propositione, quod ipsa Transactio habet vim publici instrumenti, & rei judicatæ, ad tradita per *Text. in cap. finem litibus, de dol. & contum., & in l. fratris* 10. *l. causas* 16., *& l. quamvis* 39. *C. de transaction. Rot. coram Dunoz. Jun. dec.* 605. *nu.* 1. *dec.* 253. *n.* 4. *post Zacch. de oblig. Camer. dec.* 262. *n*1. *par.* 19. *rec. & dec.* 6. pariter *n.* 1. *inter impress. cor. Me* & alibi frequenter.

Verum vim, & efficaciam hujus Transactionis enervare acriter contendebatur sub prætextu, quod prædicta Transactio destituta appareret solemnitatibus præscriptis non minus per censuram Juris communis, quam per celebres Constitutiones Cardinalis Albernotii, & de Carpio, vulgo compellatas Ægidianam, & Carpensem: Ceterum eadem impugnatione non obstante *Domini* persliterunt in sensu, quod partita hæc, seu creditum foret Catharinæ bonificandum; quoniam, esto etiam, quod prænominata Transactio prætensa claudicaret nullitate, non tamen ob id destructa dici poterat justificatio talis crediti; cum enim impugnatio ejusdem Transactionis non procederet ex falsitate prænarratæ causæ, adhuc annul-

6 lato actu, non desinebat confessio in eadem Transactione contenta: quæve alias emergit etiam ex actu nullo, juxta connotata per *Cravett. in cons.* 427. *sub n.* 11. *vers. sed tamen tom.* 3. *Surd. cons.* 28. *num.* 50. *vers. & ratio est, Rot. cor. Merlin. dec.* 316. *nu.* 25. *vers præterea, & cor. Bich. dec.* 296. *n.* 3. *& in rec. dec.* 91. *n.* 14. *&* 15. *par.* 12. *& dec.* 260. *n.* 9. *par.* 17., & in individuo *cor. Seraph. dec.* 1282. *num.* 4. *&* 5., *& cor. Rembold. dec.* 576. *num.* 1. *&* 2., *& in recentior. dec.* 179. *nu.* 18. *par.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 305. *n.* 6. *par.* 13. *& in Cracovien. decimarum* 5. *Maji* 1710. §. *fin. cor. bo. mem. Caffarello*.

Fortius autẽ, quia quando etiam per hypothesim suspecta dici potuisset hujusmodi cõfessio, prout quandoque sunt confessiones emissæ per personas contrahere prohibitas sine observatione certarum solemnitatum, attamen etiam quando agitur de confessionibus de Jure aliquo modo suspectis, cessat eadem suspicio, & locum sibi vindicat efficacia confessionis, quoties ex confessiones aliunde congruis adminiculis suffultæ noscantur, uti præ ceteris passim videmus in confessione ceteroquin suspectissima Mariti

7 de recepta dote, quæ tamen si roboratur opportunis adminiculis, & conjecturis, pro veritate habetur, ut ex theorica *Castrens. in l.* 1. *n.* 8. *vers.* 4. *est casus, ff. solut. matrim.* connotarunt *Surd. cons.* 117. *num.* 23. *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 12. *num.* 53. *& præsumpt.* 13. *nu.* 21. *Marescott. var. resol. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 13. *Magon. decis. Flor.* 68. *num.* 10. *Rota cor. Greg. dec.* 491. *num.* 7., *ibique Adden. nu.* 12., *& dec.* 596. *nu.* 23. *par.* 19. *tom.* 2. *recent. & in Romana Immissionis* 2. *Maji* 1710. §. *Difficultas itaque cor. R. P. D. meo Aldrovando*.

Conjecturæ vero, & adminicula valde procul dubio emicarunt perstringentia; Et primo effective exhibebatur Apoca originalis, *Summario ejusdem Evangelistæ num.* 11., in qua expressis etiam causis præcisis, & vicibus prænominata Anna una, ut præmisimus, ex Auctricibus Actoris cum assistentia ejus fratris usque sub die 15. Februarii 1640 bonam fidem recognoscendo declarabat, se recepisse ab Auctore prædictæ Catharinæ florenos 128. Quapropter posita tam perspi-

8 cua verificatione crediti in adeo considerabili parte, intrabat illud argumentum; nimirum facile supponendæ verificationis in reliquo, quod parifomiter adduci consuevit in prædicto proposito dotis confessatæ

9 quando scilicet cofessio Mariti remanet etiã aliunde in parte verificata, ut videre est apud *Boss. de Dot. cap.* 10. *n.* 129. *post medium, Card. de Luc. eodem tractat. disc.* 150. *n.* 47. *&* 48. *de Angel. de Confess. lib.* 1. *quæst.* 8. *limit.* 6. *n.* 118. *et seqq., Rota dec.* 306. *nu.* 10. *cor. Cardinali Celso dec.* 148. *num.* 9. *par.* 10., *et dec.* 32. *pariter nu.* 9. *par.* 11. *rec.* cum aliis concordantibus relatis *in annotat. ad decis.* 40. *num.* 23. *inter hactenus Romæ impress. cor. Me, et in Senogallien. Pecuniaria* 28. *Junii* 1709. §. *Et præceteris cor. R. P. D. meo Polignac, et in dicta Romana Immissionis* 2. *Maji* 1710. §. *Plures autem, cor. R. P. D. meo Aldrovando*.

Secundo addebatur, quod præter illam verisimilitudinem consimiliũ mutuationum, quæ pote-

poterat depromi inter hos Transigentes necessitudine sanguinis conjunctos, quive facile sese vicissim subveniũt; accedebat quoque clarum Testamentum ejusdẽ Annæ exaratum sub anno 1677., & sic etiam longè post initam transactionem anni 1656., ac emissam inibi confessionem, quæ sane Testatrix non solum injunxit suis heredibus bonificari pecunias sibi mutuatas, sed etiam cõpensari fructus passive debitos ab Auctoribus Catharinæ cum fructibus prænominatæ pecuniæ in mutuum ab ea susceptæ: quoties namque confessio in uno actu emissa communitur consimilibus confessionibus ap-
10 positis in aliis Scripturis, & maxime in publicis Instrumentis, tunc tenere, seu fortiter adminiculari omnem de cetero suspectam confessionem prosequendo supradictos terminos Dotis a Marito confessatæ, communiter advertunt *Alex. conf.45. n.7. lib.1., Simon. de Præt. conf. 100. n. 11., Palm. Nep. allegat. 32. nu. 55. et 56.* plenissime *Boss. de Dot. cap. 10. n. 134. et seqq., Rot. dec. 718. n.16. cor. Merlin. et dec.306. n.7. cor. Card. Celso, et in dicta Romana Immissionis 2. Maji 1710. §. Concurrit etiam, cor. R. P. D. meo Aldrovando.*

Tertio tandem coronabatur prædicta confessio mediante alia jam supra nominata quoque transactione successive celebrata de anno 1678., in qua heredes, & signanter Dominicus Antonius Pater Actoris, promiserunt rata habere dispositа per prædictam Testatricem, mentionem ulterius faciendo de mutuo similis summæ; ista quippe expromissio, quidquid esset in ordine ad præfatos fructus, non solum vestiebat, atque vallabat præcedentes conjecturas, & adminicula, sed etiam cum præseferret factum, & promissionem immediati Auctoris ejusdẽ Actoris, ea nequaquam valebat ab eo etiam de
11 per se amplius controverti, & impugnari, vulgatis juribus, de quibus *Bald. conf. 364. n. 2. lib. 2., Rot. dec. 849. n. 2. par. 2., et decis. 336. n. 21. et 22. par. 5. rec., et in Romana Cappellaniæ S. Nicolai 28. Junii 1709. §. Tantum vero aberat cor. Me.*

Firmato itaque Credito præfatæ Catharinæ usque dum in summa florenorum 400., adamussim succedebat aliud adjungibile creditum florenorum 50. ratione cujusdã pariter Census passive impositum per Auctores præfati Actoris in hac quantitate, & deinde ab Emptore ejusdem Census cessi ad cõmodum Auctorum Catharinæ: nulla siquidem cadere poterat amaritudo, quin pariter ad Creditum Catharinæ esset apponenda hujusmodi partita, cum vigore talis cessionis ea fu erit sub-
ingressa in Jura activa principalis Credito-
12 ris ejusdem Census, ex regula de qua *Text. in cap. 1. de regul. jur. l. prima ff. de obligat. et act. l. licet C. qui pot. in pign. hab.* cum concordantibus adductis per *Rot. dec. 302. n.4. et 5. cor. Celso, et dec. 1248. n. 2. cor. Emer. Jun., et in Viterbien. Salviani 27. Aprilis 1709. §. Quoniam cor. R. P. D. meo Scotto, et in Perusina Cambii 21. Junii ejusdem anni §. Quin ullo modo cor. Me.*

Atque hæc fuerunt credita, de quibus pro nunc *Domini* reputarunt constare hinc inde, & consequenter, cum ex neutra parte ulla adesset illiquiditas, existimarunt quoque, intrare hinc inde compensationem, etsi pro parte Actoris tractaretur de Credito totaliter proveniente a Censibus activis, & ex alia Catharinæ (excepto postremo Censu florenorum 50.) ageretur de credito derivante a puris mutuis, seu mutuo; habito quippe respectu ad tempus hodierni Judicii, nulla sibi locum usurpabat difficultas, quin adhuc admittenda non foret prædicta compensatio, nam eam expetente, prout hic, debi-
13 trice, compensationem admitti etiam respectu crediti censualis, uno ore affirmarunt *Felician. de Censib lib. 4. cap. unico num. 13. Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 1. quæst.6. Card. de Luc. de credit. disc. 48. fere per tot.* signanter *n.8., et Bersan. de Compensat. cap.2. quæst. 17. et n. 9. cum tribus seqq. et per tot. Rota dec. 41. n. 16. post Merlinum de pignoribus, et in dec. 354. nu. 3. par. 5.* cum aliis *in dec. 396. n. 19. par. 15.,* & bene *dec. 208. n. 29. cor. Card. Cerro.*

Ast de reliquo, ut ab initio innuimus, *Domini* non potuerunt tuto in hac prima propositione universam abscindere contentionem, postquam enim rescripsere, ut supra = *Constare de Credito hinc inde, & intrare compensationem pro intranti quantitate*, incontinenti subjunxere = *Sed pro qua rata, & a quo tempore, eligatur peritus*, Domini namque non fuerunt penitus concordes circa tempus ejusdem compensationis, sicuti enim, ut mox enunciavimus, ab hodierna die nulla intrasset ambiguitas admittendæ compensationis, ita suspenderunt judicium melius Inquirendi, an eadem compensatio foret permittenda de tempore obitus Annæ, vel approbationis ejusdem Testamenti factæ per heredes, vel etiam prius. in hac quippe materia suspecta fœnoris, & usuræ facile judicium Judicis contorquetur, censentibus idcirco aliquibus ex *Dominis*, supradictum præceptum Annæ Testatricis nequaquam
14 potuisse efficere, quod creditum in omnem casum ex puro mutuo resultans pareret fructus,

ctus, & interusuria, etiam ita mandante Testatore, quemadmodum late probant adducti per *Adden. ad Buratt. dec.* 144. *n.* 13., itaut si aliquid solutum fuisset titulo fructuum,
15 deberet computari in extinctionem sortis, principalis, ut *inibi* prosequitur *idem Additionator*, & notant etiam *Surd. in cons.* 23. *n.* 1. *Menoch. cons.* 441. *n.* 18. *et* 16. late *Covarruv. var. resol. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 9. *Leotard. de usuris quæst.* 99. *n.* 7., cum aliis *in dec.* 591. *num.* 1 *cor. Cavaler* & alibi passim.

Aliis vero saltem in hypothesi nostra reputantibus, quod præceptum Testatricis tenere posset, ex quo secum in nostris circumstantiis ferebat requisitum damni emergentis, quod omnes legitimat usuras; quoties namque heredes Annæ in omnem casum detrectabant solvere sortem confessatam, ecce, quod Auctores Catharinæ, qui interim passi forent decursum fructuum censualium, remansissent in damno ob solutionem eis non
16 factam, & cum qua redimere valuissent eosdem Census, ut ad rem satis explicare videbatur *Leotard.* in oppositum allatus *de usur. quæst.* 18. *n.* 14. *Gall. de fruct. disp.* 17. *sub nu.* 42. *vers. vel & melius*, *Urceol. consult.* 39. *num.* 47.

Potissime, dum heredes ipsius Annæ, & signanter Dominicus Antonius pater Actoris ratam habuit, & observare promisit dispositionem Testatricis, unde licet directe forsan nequivisset validare demandatas usuras, dum si illas solvisset, eæ forent in sortem principalem, ut præmisimus, imputandæ, nihilominus cum creditor esset e converso fructuum censualium, utique approbando prædictum compensativum reitaurū
17 fructuum, satis videbatur remisisse eosdem fructus censuales, quod fieri posse nemo non scit, ex collectis per *Surd. cons.* 23. *num.* 4. *& seq. Felician de cens. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 5. *Sesse dec. Aragon.* 68. *num.* 35., *& Rota in dec.* 42. *num.* 26. *par.* 1. *rec.*

Neque ista fuit sola *Dominorum* hæsitatio, sed supererat alia prætensio Catharinæ; cum enim alter nuncupatus, ut supra Euangelista Jun., a quo causam Actor sortiebatur, legasset Auctoribus Catharinæ florenos 250., ea superaddita conditione = *se fino alla mia morte fossero dalli medesimi* (idest ab Auctoribus Catharinæ *pagati li frutti* (scilicet Censuum passivorum), *voglio, che gli sia rimessa la detta somma di* 250. *fiorini in sorte principale, ed in caso di estinzione seguita, ordino, che un anno dopo la mia morte, siano dall' infrascritto mio Erede pagati alli detti miei Cugini li detti scudi* 125. *per amorevolezza fraterna* = quapropter omnino desiderabatur,

quod Peritus recognosceret, atque referret ratas, tempora, & circumstantias factarum, & non factarum extinctionum, & respective solutionum, ad normam memorati rescripti *sed pro qua rata, a & quo tempore, eligatur Peritus*; ad hunc quippe præcisum effectum per Magna Tribunalia ipsi deputantur Periti, & juxta subjectam materiam, Curiales,
18 exonerandi scilicet ab improbo labore Judices, nimium de cetero oppressos, ut fuit etiam animadversū in illa *Romana Pecun.* inter Abbatem Bullam, & Pertum, ac Coccettum 11. *Januarii* 1704. *sub* §. 1., & recentius in *Romana Assignamenti de Alteriis* 3. *Julii* 1710. (pendente extensione hujus Decisionis) *utraque cor. Me*.

Absque eo, quod pro nunc officeret objectum, quod hujusmodi Testamentum Euangelistæ Jun. posset fortasse vacillare, ex quo tamquam confectum sine Testibus, & solemnitatibus a *Jure Cæsareo* præscriptis, illud validari non potuisset ex forma benignius inducta per *Jus Pontificium in cap. Cum esses, de Testam.*, cum Euangelista de tempore conditæ dispositionis foret juvenis, & in statu floridissimæ salutis, quo casu non videbatur, locum habere prædictam sanctio-
19 nem *Text. in cap. Cum esses*, non solum attenta littera, ut ibi = *in extrema fecerit voluntate*, sed etiam ex traditis per *Barbos. ibidem num.* 8., & per *Cened. ad Decret. collect.* 159. *num.* 7. *vers. Ex quibus, & vers. Unde jam, Antonell. de regim. Eccles. Episc. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 33., *Guidopap. dec.* 543. *num.* 10. *vers. fallit etiam, & num.* 11. *Rot. dec.* 52. *num.* 7. *& seqq. par.* 13. *Rec.*

Vel ex quo, ut prætendebant Scribentes pro Actore, quod in omne pejus revocatum extitisset hujusmodi legatum, dum Testator ipse post sexennium a die conditi Testamēti egerat in Judicio pro consequutione fructuum eorumdem Censuum, qui fuerant po-
20 siti in conditione ejusdem legati, ut generaliter habetur ex *Text. in* §. *Tam autem, Instit. de legat.*, *& in l. si id, quod, ff. de liberat. legat.*, *l. filio* §. *fin. ff. eodem*, & in individuo tradit *Bald. in l. fideicommissa* §. *final. ff. de legat.* 3. ibi = *si Testator provocaverit Debitorem ad solvendum, tunc finitur legatum* = *Alex. cons.* 157. *num.* 2. *lib.* 7., *Corn. cons.* 26. *num.* 6. *vol.* 2., *Camarell. de legat. lib.* 4. *tit. de caus. amitt. legat. caus.* 8. *n.* 1. *et seqq. fol. mihi* 489.

Quoniam non ita facile videbatur *Dominis*, vel unam, vel alteram exceptionem posse sustinere; non quidem postremam prætensæ revocationis, cum legatum, etiam supposita, sive non, extinctione præfatorum Censuum, infal-

inviolanter vigeret, veluti inscriptum = *per amorevolezza fraterna* = quodque plus erat, Anna, quæ fuerat heres Euangelistæ, in sua superveniente dispositione Testamentaria anni 1677. confirmaverat hujusmodi voluntatem, prout quoque, loco impugnandi idem Testamentum, judicialiter produxit hoc identificum Testamentum: & demum Dominicus Antonius Pater Actoris promisit servare Annæ voluntatem atque dispositionem, ut supra, perindeque non poterat dici revocatum, quando vel de per se ex alia causa, nempe fraternæ dilectionis sustine-
21 batur, vel fuerat toties approbatum ab Auctoribus prædicti Actoris, ad regulam, de qua *Text. in l. eum a Matre, Cod. de rei vindicat.* erudite *Faber in Cod. lib. 4. tit. 24. de usur. definit. 36. vers. nec voluntatis*, quem refert, & laudat *Rota dec. 63. n. 15. par. 11. rec.* cum aliis superius adductis §. *Tertio tandem*.

Dum igitur apparebat hujusmodi legatum volitum, & exsequutioni demandatum ab Anna, & nesciretur juxta superius animadversa, in qua parte absolute vigeret idem legatum, & a quo tempore ex præmissis intrare posset compensatio, merito erat expectanda discussio, atque relatio Periti, quia de reliquo illa prima altera exceptio circa *Text. in cap. Cum esses* melius foret disserenda, ex quo verba prædicti *Textus* = *in extrema voluntate* = nequaquam important idem, *ac in extrema infirmitate*, sed bene
22 idem, *ac in ultima voluntate*, dum semper Testamentum suapte natura nuncupatur *ultima voluntas*, sive sit exaratum in statu sano, vel ægro, ita bene ratiocinantibus *Fagnan. in eod. cap. Cum esses nu. 68. de Testam. Card. de Luca de Testam. disc. 25. num. 20.*, & ante eum *Rub. eod. Tract. cap. 33. nu. 50.*, *& seqq.*, *Bos. Oper. Moral. tom. 3. tit. 13. §. 1. num. 6.*, *Gasp. Manz. de Testam. tit. 4. quæst. 1. nu. 66.* pulchre *Ureeol. consult. for. cap. 88. num. 4.* maxime cum ageretur de
23 Testamento scripto, & subscripto ab eodem Testatore coram duobus Testibus, qui recognoscentes eorum, ac Testatoris manum de per se sine alia formalitate sufficiūt, prout optime distinguendo docet *Rot. cor. sa. me. Alex. VIII. dec. 145. n. 5. & seqq.*, *& dec. 4. n. 4. & 5 inter impress. ad ornat. Card. de Luc. lib. 9. sub tit. de Testam.*, *& dec. 312. n. 13. & 14. par. 9. rec.*, & alibi sæpissime.

Atque ita, separando pro nunc, quantum fieri poterat, Triticum a Paleis, *Domini* resolverunt.

Utraque &c.

Romana Assignamenti de Alteriis.

Veneris 3. Junii 1711.

ARGUMENTUM.

Verbum *Secundogeniti* an sit referendum, sive considerandum respectu aliorum Fratrum, sive potius respectu Patris, & an assignamentum, sive alimenta Secundogenitis relicta detrahi debeant per antipartem; & quomodo sit procedendum, quæve expensæ sint prius deducendæ pro taxandis congruis alimentis.

SUMMARIUM.

1. *In Episcopatibus Ultramontanis gemina ex tribus partibus redditeum Episcopatus absolute remanent Episcopo, & altera solummodo tertia pars distribuitur Pensionariis.*
2. *Clausula* Sine Præjudicio *celerem exposcit exsequutionem, & relinquit locum congrue prosequendi disputationem in devolutivo.*
3. *Et in quibus casibus eum tali clausula rescribatur.*
4. *In causis super deducto ne egeat, vel salva congrua, quibus clausulis rescribatur.*
5. *Secundogenitus ideo dicitur, quia ejus Frater tamquam primo natus, & consequenter primo conceptus correlative vocatur Primogenitus.*
6. *Verbum* succedet *veluti præseferens tempus futurum, amplecti nequit tempus præsens.*
7. *Pater non tenetur filium divitem alere.*
8. *Qualibet dispositio, & ordinatio si careat verbis aliquid significantibus, intelligenda est prout de Jure, sive ad mentem Juris.*
9. *Observantia subsequuta tamquam declarativa omnem in dubio submovet difficultatem.*
10. *Verbum* Secundogeniti *referendum non est ad Fratres, vel Patrem, quando diversificata solum ætate, de ipso Patre expresse loquitur littera Primogenituræ.*
11. *Primogenitura est Persona intellectualis, quæ in se non variat, licet modo repræsentetur per unum, modo per alium.*
12. *Melior glossatio exoptari nequit, quam quæ oritur ex natura dispositionis, & ex mente declarata disponentis.*
13. *Dictio* pro tempore *refertur juxta subjectā materiam tam ad præsens, quam ad futurum.*
14. *Princeps, & maxime Ecclesiasticus, ac Supremus Pontifex non præsumitur velle unquam præjudicium inferre juribus Tertii.*

15. *Pa-*

15. *Pater quando teneatur alere filium divitem, & aliunde provisum*, & num. 19.
16. *Et an teneatur illi tradere appannagium, quod vitam; & militiam appellant Feudistæ*, & num. seqq.
17. *Acquisitiones, & providentia facta per Patrem favore filii, in ejus legitimam quando imputentur.*
18. *Expressio, sive verbum* = in aliqua parte providere volentes = *significat potius quid modicum respectu ejus, quod quis plus vellet relinquere.*
19. *Statutum Urbis disponit, quod aute casum Matrimonii filia contenta sit alimentis in domo paterna, & quare.*
20. *Episcopo pro sua congrua satis esse debent scuta mille, si eadem* ✠ 1000. *illi præserventur.*
21. *Primogenituræ semper ordiuantur, ut majori commoditate, & honorificentia Primogenitus decorem induat, & repræsentet t. mquam caput splendorem familiæ*, & num. 24.
22. *Fructus dotales ideo libere a Marito percipiuntur, quia correspective tenetur Conjugem de proprio alere.*
23. *Qui sentit commodum, & incommodum sentire debet.*
Primogenituram acceptans, nequit onus super illo impositum respuere, & num. seq.
25. *Nulli licet praecedenter obligato contra alterum ex post voluntarie contrahere novas obligationes, in perniciem sui jam præexistentis Creditoris.*
26. *Onus alendi filios spectat ad Patrem.*
27. *Correspective illæ dicuntur promissiones, quæ exarantur tamquam mutæ causalitates, nimirum quaudo unus contractus sit favore alterius.*
28. *Sententia, a qua pendet appellatio, non meretur nomen sententiæ.*
29. *Erectiones Primogeniturarum in Hispaniis fieri nequeunt in præjudicium ceterorum, nisi per viam meliorationis simplicis tertii, & quinti.*
30. *Casus a Statuto omissus regulari debet secundum dispositionem Juris Communis.*
31. *Primogenituræ possessor tenetur Secuudogenitis congruam præstare substentatiouem.*
32. *Scuta mille pro congrua debentur Episcopo, detractis prius per antipartem oneribus pure realibus, vel expensis, quæ necessario fiunt pro recolligendis fructibus; quæ scuta mille conciliaria in quibus impliceare teueatur.*
33. *In calculandis introitibus hereditariis deducenda prius sunt onera fixa rebus, & expensæ necessariæ pro fructuũ recollectione.*
34. *Alimenta quando sint per antipartem præstanda Primogenitis, vel Secundogenitis.*
35. *Testator si consuluit, & meminit de Secundogenito, necessario cogitavit de Primogenito.*
36. *Reductio inter Fratres super assignamento fieri semper debet per contributum.*
37. *In Legatis quando est detrahenda, seu præservanda quarta falcidia ad commodum heredis.*
38. *Discretiva voluntas, seu locutio multum deservit pro interpretanda voluntate Testatoris.*
39. *Fideicommissa, & onera multiplicari non debent.*

DECIS. DL.

Flumina collectis multiplicantur aquis.

INde San. Mem. Clemens X., postquam in suam præ Nobilem, sed labentem Familiam de Alteriis cooptaverat aliam æque Nobilem Palutiam, provide nedum satегit utriusque Gentis facultates insimul unire, sed quod aliarum etiam hereditatum, & Familiarum Patrimonia in Alteriam delapsa, domus nimirum Delphinæ, & Albertoniæ in unum coalescerent, adstruendo, & ordinando perpetuam Primogenituram incipere debenrẽ in persona Principis Gasparis Palutii, qui cum Principissa Laura ejusdem Summi Pontificis ex Fratre Nepte Conjugium præcedenter inierat juxta assuetos, etiam antiquitus in Urbe Roma insitus, & adoptiones, de quibus præ ceteris mentio per insignia exempla fit in celebri Oratione *Sergii Galbæ apud Cornel. Historiarum lib. primo ex nu.* 24. *cum seqq.*, secundum Venetam impressionem anni 1677.

Utque prælaudabilis finis a Supremo Principe Conditore Primogenituræ volitus sortiri posset effectum, & ne ullus ex Descendentibus ab iisdem pro tempore Primogenitis penitus sitiret, & alius, ut inquit *Divus Paulus* ebrius esset, consulendum studuit, etiam honorificæ substentationi illorum, qui non forent Primogeniti, sed secundo, & tertio, & ultra procreati, & vulgo nuncupantur *Cadetti*, statuens propterea pro unoquoque istorum postquam ad ętatem annorum 25. pervenissent menstruum subsidium ab ipso Primogenito præstandum in scutis 200., dummodo tamen contingentiæ rerum, & excrescentia hujusmodi Secundo Genitorum non absorberent supra honestatem illud, quod pro magis honorifica manutentione reservandum dubio procul erat eidem Primogenito, apud quem idcirco duas tertias partes universi redditus hujuscemodi Primogenituræ mandavit semper im-

munes remanere a prænarrata provisione Secundogenitorum, eodem adamussim modo, quo practicari juste consuevit in Episcopatibus Ultramontanis, & super quibus cadunt Indulta, seu concordata Sanctæ Sedis, videlicet, quod geminæ ex tribus
1 partibus reddituum Episcopatus absolute remaneant Episcopo, & altera solummodo tertia pars possit distribui inter unum, vel plures, quos nuncupant Pensionarios, quemadmodum notorium est, & occasionaliter examinat *Card. de Luc. de pension. disc. 20. sub nu. 1.*, & accerrime ad plurimos effectus fuit disputatum in illa *Corduben. Pensionum 25. Junii 1696. cor. b. m. Emer.* tunc *S. Rotæ Decano*, quæ est inter ejus impressas *la* 1352., & postmodum confirmata sub *die 16. Januarii anni 1697. coram bon. me. Ursino pariter Decano, & in aliis.*

Verum non obstante hac adeo salubri, ac lucida determinatione legis Primogenituræ, coactum sese existimavit D. Hieronymus de Alteriis judicialiter expostulare adversus D. Principem Gasparem ejus Patrem implementum, & exsequutionē ejusdem legis pro menstrua sibi facienda subministratione præfatorum scutorum biscentum, & voti compos obtinuit ad sui favorem relaxari mandatum in Tribunali A. C. illud que confirmari in *Sacro Auditorio* quemadmodū liquet ex duabus *Decisionibus* editis coram *R. P. D. meo Falconerio*, altera *sub die 13. Decembris 1709.*, & altera sub die 31. *Martii* 1710 donec *Signatura Justitiæ* pro nunc præservans exsequutionem hujusce mandati quoad medietatem scut. 100. mediante clausula *sine præjudicio* de cetero mihi suspensive direxit commissionem, quo ad aliam medietatem. Unde restaurata pugna super hac etiam suspensa medietate sub assueto dubio = *An foret procedendū ad legitimam exsequutionem Mandati etiam pro alia medietate* responderunt *Domini, esse procedendum.*

Duplici quippe conatu tētabat D. Princeps D. Gaspar evitare hanc affirmativam resolutionem, quidem priori loco perperam, cum reassumere procuraret ea, quæ concernebant ejus obligationem in genere, præstandi scilicet D. Hieronymo ejus filio ultimo genito prænominata scuta menstrua 200. sub prætextibus, seu quæstionibus, de quibus mox citra necessitatem, etiam discurremus; Nam quod ipse abstractive, & ut diximus, in genere, nequiret super hoc dubio respiciente dumtaxat medietatem suspensam involvere, & refricare, quæ exstiterant approbata per *Signaturā Justitiæ*, mediante prædicta Clausula *sine præjudicio* utiq; reddebatur penitus palpabile, cum stante prædicta clausula *sine præjudicio* præservativa exsequutionis, amplius discurri non valeat de Justitia, & base præcedentis Judicati in Judicio suspensivo, in quo ad præsens versabamur, secundū importantiam præpositæ dubitationis ut supra, sed suo loco, & tempore, vel saltem separatim disceptari de eadem justitia debebat in alio Judicio devolutivo sub opportunioribus dubiis, & circūstantiis, regulando nempe = *An mandatum Rotale sit confirmandu, vel infirmandum, an constet de credito, &* forsan in casu nostro, *an forent subministranda scuta centum in casu, prout totidem importabat medietas præservata cum similibus*, nusquam vero dicitur = *An sit procedendum ad legitimam exsequutionem*, cum prædicta clausula *sine præjudicio* celerem, & indisputabilem exposcat exsequutionem, & solum relinquat locum congrue, ut innuimus, prosequendi disputationem in devolutivo, quem-
2 admodum fert praxis quotidiana, & docet natura præfatæ clausulæ *sine præjudicio*, de qua *Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 6. membr. 7. n. 22. & 24. & limit. 9. n. 51. & seqq.*, *Ridulph. prax. Judic. par. 1. cap. 13. n. 431. cum duob. seqq.*, *Capuec. in prax tom. 2. art. 12. n. 574. & seqq. Rot. dec. 365. n. 13. cor. Peutinger.*, *& cor. Cerro dec. 50. n. 15.*, *& duob. seqq.*, ac alibi passim.

Nec proinde ex eo, quod eadem *Signatura Justitiæ* rescripsisset = *An foret procedendum ad legitimā exsequutionem mandati pro alia medietate*, valebant Instantes pro D. Principe redire ad examen Justitiæ in concernentibus punctum abstractivum obligationis D. Principis Patris tamquam Primogeniti, de præstando scilicet Secundogenitis provisionem eis assignatam ex lege Primogenituræ; prædicta enim obligatio, in quan-
3 tum attinebat ad Justitiam mandatorum in se erat individua, neque potuisset pro medietate canonizari cum ulla clausula præservativa exsequutionis, quoties de eadem Justitia Supremum in committendo illud Tribunal ullo modo ambegisset, solumque, dum summam, & quantitatem divisit (quemadmodum sæpe & laudabiliter practicat) ostendit, ulteriorem amaritudinem subesse posse circa totum ex causa geminæ tertiæ partis fructuum Primogenituræ præservandæ ipsi Primogenito, an scilicet eædem duæ tertiæ partes violarentur per integram summam sc. 200. menstruorum, necne, sicuti quotidie videmus ex. gr. quoties eadem *Signatura* rescribit adversus aliquod mandatum *sine præjudicio*, quoad bona hereditaria, *& si quid exsequendum*, quoad Bona propria, vel

fit.

sine prajudicio, quoad sortem, *& si qui dexsequendum*, quoad fructus; in hisce enim casibus nequaquam fas est suspensive differere de substantia obligationis, & respective crediti contenti in mandato, ast tantummodo quæstio suspensiva remanet, an illud sit exsequendum, etiam quoad bona propria, vel etiam quoad fructus, in quibus citra ullam dependentiam ab actione, & obligatione in se, potest considerari excessus ex alio titulo, utputa beneficii Inventarii, quoad comprehensionem aliorum Bonorum, vel similiter, quoad aliam Inspectionem fructuum, qui possunt non deberi, non concurrentibus solitis requisitis, licet debeatur sors, ex his, quæ prætermissis ceteris licet quotidianis, antiquioribus tamen exemplis nuper practicatum fuit, & examinatum per *Sacrum Auditorium in illa Romana Dotis de Salviatis 26. Novembris* 1708. *§. Quia quidquam cor. me, & in Civitatis Vetulæ pecuniaria 8. Junii ann. currentis cor. R.P.D. meo Aldrovando*, ac alibi sæpissime.

Et sane firma remanente canonizatione actionis, & crediti, quod habeat D. Don Hieronymus erga D. Principem ejus Patrem ex vi memoratæ Primogenituræ poterat supersesse, ut mox diximus, adhuc discreta disputatio vigore ejusdem Primogenituræ circa quantitatem, maxime, dum ipse D. Princeps conquerebatur, quod sibi non remanerent duæ integræ tertiæ redditunm, quoties oportuisset ab eo exbursari D. Don Hieronymo præfata menstrua scuta 200., unde super hac tantummodo inspectione cadebat

4 supradictum rescriptum suspensivum, ac si eadem *Signatura* rescripsisset *sine prajudicio quoad tertiam, subministratis interim D. Don Hieronymo menstruis scutis* 100. sicuti videmus quotidie observari in rescriptis ex. gr. *deducto ne egeat, vel salva congrua*, cum similibus, de quibus meminere, atque pertractarunt *Card. de Luc. de pension. disc.* 18 *Jab n.* 1. *&* 3. *& de Canon. disc.* 9. *n.* 6., *Salgad. Labyr. Creditor. par.* 1. *cap.* 23. *per tot. & Rot. dec.* 352. *n.* 5. *par.* 2. *Rec.*

Incassum itaque pro parte Domini Principis ad tenorem etiam ultimi rescripti, ac Commissionis de novo reassumebatur vetus ille discursus; Primo, an Papa Conditor Primogenituræ intellexerit gravare hac menstrua subministratione Patrem respectu filii, seu filiorum, vel potius solum fratrem possessorem ejusdem Primogenituræ, respectu ejus fratrum Secundogenitorum, dum nomen secundo, & tertio geniti proprie habet relationem ad Primogenitum, ex quo secundo ge-

5 nitus ideo dicitur, quia ejus Frater tamquam primo natus, consequenter primo conceptus correlative vocatur Primogenitus, juxta simile exemplum *Sacra Scriptura inter Esau, & Jacob*, & tradunt in proposito scribentes notati *per Zachiam quæst. Medicolegal. lib.* 9. *tit.* 12. *quæst.* 2. *num.* 10. *& duobus seqq.*

Secundo, quod etiam admisso, quod hujusmodi gravamen respiceret etiam Patrem, id ad summum foret referibile ad eos Patres, qui forent Primogeniti imposterum ob illa verba Primogenituræ, per quæ onerabatur *ille qui in præsentibus nostris Primogenitura, & fideicommisso pro tempore succedet*, cum hujusmodi verbum *succedet* veluti præseferens

6 tempus futurum, amplecti non posset tempus præsens, quemadmodum de facto præsens, & non futurus possessor Primogenituræ erat Dominus Princeps, in cujus Persona eadem Primogenitura initiabatur, ad tradita juxta *Text. in l. si ita quis, §. Seja ff. de verbor. obligat. per Surd. in cons.* 362. *n.* 27. *lib.* 3. *Altograd. cons.* 97. *n.* 75. *Peregr. de fideic. art.* 46. *n.* 29., *& Rota post Torr. de Major., & Primog. p.* 3. *dec.* 62. *n.* 29. *fol.* 330.

Tertio, quod in omnem eventum subministratio hæc ordinata per eumdem Pontificem congruam recipere deberet interpretationem, in eo scilicet casu, quo Dominus Hieronymus non fuisset aliunde provisus pro ejus sufficienti tractatu, & manutentione, tum quia ita indicabant verba Primogenituræ ibi = *Præterea substentationi secundo, & ulterius genitorum masculorum &c. in aliqua parte providere volentes &c.* tum etiam quia

7 de Jure est, quod Pater minime teneatur filium divitem alere *ad Text. in l. si quis a liberis §. Sed & si filius ff. de liber. agnos.* ibique *Bart. Alberic.*, *et alii Card. de Luc. de legit. disc.* 10. *num.* 22., *et de dot. disc.* 1. *n.* 20., *Surd. de Aliment. tit.* 7. *quæst.* 6. *num.* 1., tum & denique quia videbantur etiam in consimilibus adamussim terminis vitæ, & militiæ, & præstandæ secundogenitis, vulgo Caderti a Primogenitis possessoribus feudorum tenuisse relati *per Add. ad Afflict. decis.* 138., *§. ibi tamen vers., quod si Frater*, Nemo quippe non scit, quod quælibet dispositio, & ordinatio, etiam si fuisset desti-

8 tuta memoratis verbis id ipsum significantibus, esset tamen intelligenda, prout de Jure sive ad mentem Juris, ex collectis *ad Text. in l. conficiuntur de Jur. Codicill.*, *et Jas. in l. Gallus §. Quidam recte ff. de liber., et Posth.*, *Mascard. de præsumpt.*, *lib.* 6. *præsumpt.* 4. *n.* 12., *Rot. in dec.* 161. *n.* 13. *par.* 2. *divers.*, *et cor. Seraph. dec.* 968. *num.* 5. cum ceteris relat. *per Coccin. in dec.* 862. *n.* 2.

Quar-

Quarto potissimum, & postremo superaccedente (uti prosequebantur iidem Informantes pro Domino Principe) omnium aliorum argumentorum efficaciori observantia semper interpretativa Juris, vel dispositionis ambiguæ, dum quantumvis eadem Primogenitura, sive illius Possessor esset obligatus favore secundogenitorum, statim ac iidem exstitissent egressi duodecimum ætatis annum eis solvere scuta 200. monetæ singulis mensibus, ut clare legebatur in eadem Primogenitura §. *Præterea verſ. ſi vero* adhuc ipse Dominus Hieronymus nihil intermedie petierat, signum evidens, ipsum agnovisse, Dominum Principem ejus Patrem minime exstitisse comprehensum sub hac obligatione, ex aliquo saltem ex prædictis capitibus, atque fundamentis: subsequuta quippe observantia magnū semper pondus adjicit, & tamquam declarativa etiam in dubio omnem submovet difficultatem, ut recte 9 observant *per Text. in l. ſi de interpret. 36. ff. de legib. Caſtrenſ. in conſ.* 347. *n.* 4. *lib.* 1. *Cravett. conſ.* 276. *n.* 19. cum concordant. *apud Rot. in dec.* 175. *n.* 10. *et* 11., *et* 254. *n.* 12. *cor. S. Mem. Alex. VIII.* necnon *in deciſ.* 79. *n.* 24. *inter impreſſ. cor. Me*.

Quoniam, ut late, & forsan non extra opportunitatem, superius demonstratum fuerat, & modo repetitur, de hisce omnibus differendum non erat, dum jam Signaturæ Tribunal approbaverat, & canonizaverat Mandatum A. C., & *exſequatur Sac. Rota* circa substantiam Crediti, licet ex præenarratis considerationibus dubitasse videretur in ordine ad quantitatem, & nihilominus etiam ex abundanti, & ut ita dicamus per supererogationē denuo *Domini* advertterunt, quod nimium debiles erant hæ ratiocinationes, sive objectationes; Etenim in ordine ad primam, quæ ut supra fiebat in oppositum super eo quod vocabulum *Secundogeniti* foret magis relativum ad Fratrem Primogenituræ possessorem, quam esset ad Patrem, cujus respectu denominari debuissent Primogeniti, & non secundogeniti, liquido, ac statim ex simplici lectura ejusdem Primogenituræ apparebat inita mentio, quod ad hanc obligationem subministrandi alimenta, tam de Possessoribus transversalibus, ut erant fortasse Fratres, vel Patrui, quam de Primogenitis Possessoribus, qui essent Ascendentes, nempe Pater, aut Avus; Priori casu etenim injungebatur, quod sequuto egressu secundo genitorum ab ætate duodecim annorum, hi ultra habitationem, scuta 200. monetæ singulis mensibus de bimestre in bimestre anticipate recipere deberent a Possessore Primogenituræ *ut in dicto §. Præterea verſic. ſi vero*. In secundo vero casu demandabatur, quod si Pater, vel Avus esset Possessor Primogenituræ, tunc nequaquam sufficeret excessus supra ætatem 12. Annorum; Sed requireretur perventio ad 25. Annum, quodque interim deberent recipere alimenta apud Patrem, vel Avum, ut sunt verba præcisa contenta *ſub d. §. Præterea, verſ. non intendimus*, unde ad quid immorari super relatione vocabuli secundogenitorum ad Fra-10 tres, vel Patrem, quando diversificata solum ætate, de ipso Patre loquebatur expresse eadem littera Primogenituræ, juxta *Text. in l. ille, aut ille §. Cum in verbis ff. de legat.* 2. cum concordantibus *per Rot. in dec.* 44. *nu.* 14. *par.* 11. *rec.*, & alibi quotidie.

De plano quoque non minus tuebat secunda oppositio, quod Pontifex cogitaverit solum gravare futuros successores in Primogenitura, non autem Dominum Don Gasparem de præsenti, & non de futuro succedere debentem; Ultra enim quod ipsa naturalis ratio dictabat, quod si idem Dominus Don Gaspar erat primus volitus, & designatus Possessor Primogenituræ, primus quoque foret in subeundo tali onere, cum in substantia istud onus præstandæ subventionis superimponeretur Personæ propter rem, scilicet propter Primogenituram, ob quam secundogeniti depauperati toto Patrimonio in eamdē Primogenituram collato, saltem convenienti substentatione opportune fulcirentur, unde, tamquam onus, bona principaliter respiciens Possessorem eorumdem Bonorum teri-11 re debear, Primogenitura quippe est Persona intellectualis, quæ in se non variat, licet modo repræsentetur per unum, modo per alium, ut in alio non dissimili proposito dicebat *Adden. ad Molin. de Primog. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 6. *nu.* 21. *verſ. quia hoc verbum, Tiraquell. de Primog. quæſt.* 3. *nu.* 11. cum aliis penes *Torr. eod. tract. lib.* 1. *cap* 5. *n.* 20.

Concurrebat adhuc clara conciliatio, sive explicatio facta per eumdem Summum Pontificem, quoad illa verba *pro tempore ſuccedent*, nam ea procul dubio significabant futurum, sed futurum quoque erat, quod Dominus Prīceps Gaspar succedere deberet, dum Papa nolens interim præjudicare Angelo Patri, quoad usumfructum hereditatū Palutiæ, & Albertoniæ, per consequens utique vivente eodem Principe Don Angelo ad nihil teneri poterat Dominus Gaspar ejus filius tamquam nondum successor, & Possessor plenarius omnium fructuum Primogenituræ; sed eveniente obitu ejusdem Angeli (quamvis in proprietate etiam prius) Papa decla-

declaravit quisnam pro tempore esset successurus, dando ordinem Primogenituræ, dum expiratum supponendo præfatum usufructum, dixit = *primo loco succedat memoratus Gaspar Alterius dicti Angeli natus Primogenitus*: Quamobrē ecce declaratus Successor futurus, ecce designatio ejusdem temporis
12 futuri: Exoptari namque non poterat melior glossatio, quā quæ oriebatur ex natura dispositionis, & ex mēte declarata disponentis, ad passim firmata *per Curt. Sen. consf. 29. n. 6. vers. ita in proposito, Altograd Jun. contr. 82. n. 18. tom. 2. Bōd. collect. legal. 49. n. 86. vol. 1., Palm. Nep. alleg. 271. nu. 23., & 24. tom 3.* cum aliis relat. *in dec. 225 1. num. 8. cor. Coccin.* Quin etiam de stricta importantia dictionis,
13 seu Clausulæ *pro tempore* illa etiam refertur secundum subjectam materiam, tam ad præsens, quam ad futurum, ut per Doctrinam *Bald. in cap. cum alter n. 7. de sent., & re judic. Rot. dec. 164. n. 42. par. 12. rec.* & egregie etiam observant ambæ Decisiones *cor. R. P. D. meo Falconerio*.

Vehementius autem hęc omnia stringebant superaddita ulterius alia fortissima ponderatione, seu ratione, nimirum quod cum ex collatione, & incorporatione tot hereditatum, & fideicommissorum in Primogenitura, de qua agebatur, privarentur secundogeniti illis fideicommissis, & fruitione bonorum, saltem in ordine ad alimenta, quis unquam dixerit, quod si hæc fideicommissa transferebantur per Supremam Principis auctoritatem in D. Don Gasparem, ea trāsferri pariter non deberent cum suo onere, vel sub eadem lege Justitiæ, & subventionis, per quam secundogeniti vocati reperiebantur ex propria persona in præcitatis fi-
14 deicommissis; Princeps quippe, & maxime Ecclesiasticus, ac Supremus Pontifex, non præsumitur velle umquā præjudicium inferre Juribus tertii, cum ad hunc effectum signanter expressam regulam ediderit inter suas Cancellariæ de Jure quæsito non tollendo, ut uno ore conclamant ad *Text. in l. 2. §. Merito, & §. Si quis a Principe ff. ne quid in loc. publ. cap. super eo de offic. delegat. Abbas in cap. cum olim ante n. 16. de sent. & re judicat. Episc. Rocc. disput. 71. num. 31. Palm. Nep. alleg. 327. n. 81. Rot. dec. 698. n. 7. par. 1. rec. & dec. 2148. n. 4. cor. Cocc.*

Ejusdemque insubsistentiæ detegebatur tertia objectatio, quod hæc subventio per Pontificem demandata favore secundogenitorum intelligi deberet, prout de Jure. De Jure autem ex supra in oppositum laudatis, Pater nequaquam compellatur alere filium divitem, & præsertim quando per verba pro-ut hic, concomitantia professus est, velle providere substentationi eorumdem secundogenitorum; Biceps etenim hoc objectum in nulla sui parte procedebat, quatenus enim pertinebat ad dispositionem Juris, totum erat in contrarium, dum quidquid sit, quando præter, vel contra voluntatem Patris Judex ex officio eum compellere intendit ad præstanda filiis alimenta, tunc enim nequaquam locum sibi vindicat hujusmodi
15 Officiū, quoties filii existant aliunde provisi, ubi vero e converso adest alicujus Testatoris ordinatio, quod Pater præstet hanc, & illam subministrationem filiis, ex quo in his terminis opus non est aliquo Judicis officio, sed per ordinationem Testatoris imponitur tale gravamen, unde resultat actio, quæ provenit ex dispositione hominis, alimenta a contrario tunc exsolvenda sunt filiis etiam divitibus, prout communiter distinguunt *Bald. & Alex. in l. de aliment. n. 7. & 161. Decius n. 5. Jason. nu. 6.* aliique scribentes *C. de transact. Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 15. n. 27. & quæst. 21. n. 12. Molin. de Primog. Hispan. lib. 2. cap. 15. nu. 6. Rota cor. Coccin. dec. 402. nu. 12. & cor. Emer. Jun. dec. 552. n. 1. Adden. ad Buratt. dec. 705. n. 9. & dec. 442. nu. 7. par. 14.* necnon *dec. 241. n. 23. par. 19. recent.*

Idemque de facto procedit etiam retentis terminis, de quibus superius in objecto, seu similitudine illius appannagii, quod vitam, & militiam appellant feudistæ ad commodū secundogenitorum, seu *Cadetti*; nam quod idem apannagium, seu vita, & militia, et-
16 si illud de cetero non derivet a lege peculiari Testatoris, sed a lege consuetudinis, attamen quod ipsum debeatur iisdem secundogenitis etiam locupletibus, relata caterva eorumdem Feudistarum incipiendo *ab Andr. de Isern.* quem nuncupat Feudorum Patrem, ostendit *Donat. Anton. de Marin. lib. 2. cap. 45. ex num. 4. cum plur. seqq.* ubi millies refert, id fuisse decisum, ac etiam adducto *Mastrill.* aqud Siculos, qui ampliat, etiamsi secundo geniti remansissent heredes ceterorum bonorum allodialium, quemadmodū videbatur in præsenti, ex quo Don Hieronymus effectus fuerit heres Principis Angeli ejus Avi.

Quin *Vrsil. ad afflict.* superius allatus in hoc contradiceret, is enim loquebatur in casu quo filius remanserit provisus ex providentia, & acquisitione Patris, in quibus profecto terminis æquum non erat, quod dum idem Pater providerat filium ex suo ære, ac industria, iterum suppeditare ei adstrin-
17 geretur vitam, & militiam eodem modo quo hujus-

hujusmodi acquisitiones, & providentiæ factæ per Patrem favore filii in ejus etiam, quatenus opus sit, legitimam imputantur, per *Text. in l. omnimodo §. Imputari C. de inoffic. Testam. ibique Paul. de Castro, Jason. & Bald. n. 3. Roland. a Valle conf. 11. n. 12. usque ad 16. lib. 2.* cum concordant. apud *Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. quæst. 24. n. 1. & 10. Mangil. de imput. quæst. 34. n. 12. Rot. cor. Seraph. dec. 100. n. 1. & dec. 389. n. 7. dec. 579. n. 14. cor. Dunozet. & dec. 54. n. 6. par. 5. recent.*

Ita de Jure, sed prospecta quoque intentione, & voluntate Pontificis, hoc idem concludendum erat, quia quamvis ille protulisset, præfatum terminum *substentationis*, is non erat intelligendus ad limites Judaicos strictæ necessitatis, sed capessendus intra sphæram commodioris, & honorificentioris substentationis, & tractatus, prout familiam de recenti Pontificiam decebat, ad hoc ut facilius magis intendere possent secundogeniti Ecclesiasticis Prælaturis, gradibus militaribus, ac etiam quoties oporteret, seu liberet amplioris propagationi ejusdem familiæ; Et de facto tantum aberat, quod Pontifex in hac ordinatione intellexisset subvenire solum arctæ necessitati, ut sese positive explicaverit, ad nanc assignationem devenisse erga secundogenitos sub ea expressione *in aliqua*
18 *parte providere volentes &c.* quod utique significabat potius quid modicum respectu eius, quod opinabatur posse aliunde eosdem secundogenitos obtinere, ad mentem *glos. in Clement. 1. verbo aut eorum parte de for. compet. Curt. Sen. conf. 49. num. 96. Gemin. conf. 29. n. 6. vers. similiter dicitur, Ancharan. conf. 160. nu. 4. vers. praterea Velasch. de Jur. emphit. quæst. 27. nu. 24. Tiraquell. in l. si umquam verb. omnia vel partem aliquam num. 14. & seqq. C. de revoc. donat. Surd. dec. 283. num. 8. & Rot. cor. Mantic. decis. 192. num. 2.*

Restabat quartum objectum prætensæ observantiæ, sed ea non merebatur adduci, non solum quia in facto prius non evenerat casus, seu fuerat purificata conditio obitus Principis Angeli, & delationis omnium fructuum Primogenituræ ad commodũ D. Don Gasparis, sicuti Pontifex præscripserat, nosque superius adnotavimus, & observavit quoque *dec. R. P. D. mei Falconerii 13. Decembris 1709. §. siquidem vers. & apposite* cum idem objectum in sui efformatione supponeret, quod statim excedente D. Hieronymo ætatem 12. annorum valuisset obstringere Patrem ad sibi assignandam menstruam hanc præstationem scutorum 200. manifestum incontinen. i erat æquivocum, dum ex supra demonstratis *sub §. quoniam ut late* facultas hæc expetendi istum apanagium post ætatem 12. annorum respiciebat Fratrem, adversus Fratrem possessorem Primogenituræ; In ordine vero ad Patrem, vel Avum præcise Pontifex præscribebat, quod filii, vel Nepotes, antequam possent efflagitare tale subsidium pervenissent ad ætatem 25. annorum, & interea contentarentur habitatione, & alimentis ipsis præstandis per Patrem, vel Avum, eodem proinde modo, quo quis inepte diceret, quod non deberetur dos filiæ, si ea distulisset illam petere ante tempus,
19 quod injungit Statutum ex. gr. Urbis, volens quod ante casum matrimonii filia contenta sit alimentis in domo Paterna ex eademmet ratione, quod neque filia, neque respective secundogeniti, quando sunt aliunde aliti convenienter prius indigent pinguiori Patris expropriatione per ea, quæ in proposito ejusdem Statuti connotarunt *Cyriac. contr. 71. nu. 15. & seqq. Modern. Ascul. in ad Statut. Urb. adnot. 35. n. 51.* & post eum *Rot. in dec. 17. n. 8. eadem Rot. in dec. 113. §. Neque post Fenzon. ad prædictum Statut. Urb.* cum ceteris ad rem adductis *in dec. 123. nu. 17. par. 10. rec. & in Romana Dotium 25. Junii 1708. §. quia cum coram Rmo D. meo Molines Decano.*

Atque hæc rursus ostensa, firmataque fuerunt, ita exposcentibus sive quodammodo cogentibus novis repetitionibus eorumdem objectorum, quæ debebant de cetero solum, si deinceps libuerat, reassumi in Judicio devolutivo, non in hoc suspensivo, descendendo igitur ad secundam partem hodiernæ commissionis, quoad aliam medietatem, seu alia scuta 100., quæ pro nunc tantummodo alteri cognitioni delegavit *Signatura Justitiæ*, jam in comperto erat per accuratam Peritiæ adhunc effectum confectæ relationẽ, quod abscissis etia n aliis partitis, seu redditibus dubiis, status hodiernæ Primogenituræ limpidissimus ascenderet ad scut. 15171. Unde, cum duæ tertiæ partes ex ordinatione Pontificis essent præservandæ Patri Possessori ejusdem Primogenituræ, & tertia relinquenda pro secundogenitis, palpabile erat, quod eadem tertia pars consistens in scut. 5057. bene relaxari posset in congruam assignationis scutorum 2400. efflagitatæ per Dominum Hieronymum, ut patebat ad oculum, & habemus quotidiana exempla non solum earum pensionum, quæ conferuntur ad nominationem Regiam, ut in supra memorata *Carduben. Pensionum*, sed & occasione congruæ Conciliaris scut. mille relinquendæ pro

pro Episcopis vigore illius clausulæ *dummodo mille remaneant pro Episcopo*, quod satis esse debet eidem Episcopo, si illi eadem scut. mille præserventur, ad tradita per *Garz. de Ben. fic. par. 1. cap. 5. a nu. 398. & seqq. Card. de Luc. de Benef. disc. 90. n. 33. Barbos. de Clausclaus. 48. per tot., & Rot. in dec. 306. n. 21. & seqq. par. 10. rec.*

Agnoscebant profecto hanc veritatem Informantes pro D. Principe, verum eumdem statum, seu redditum annuorum scut. 10114. recitare debentium apud Primogenitum, exhaurire conabantur, pluribus, ac pluribus oneribus ac gravaminibus ita, & taliter, ut clamorose conquererentur, quod plus habuisset D. Hieronymus, ceterique filii secundogeniti, si ad causam venissent, quam ipsemet Princeps Primogenitus, & Possessor, quod valde nimiū abhorrebat ab omni imaginatione, nedum verisimilitudine, dum cunctæ Primogenituræ a contrario semper ordinantur, ut majori commoditate, & ho-

21 rificentia Primogenitus decorem induat, & repræsentet tam quam caput splendorem ipsius familiæ, ex his, quæ habentur apud *Torr. de success. in Primogen. cap. 1. §. 3. n. 17. Altogr. contr. 1. n. 49.*, ceterosque congestos per *Bos. col. in ejus contr. impress. penes Card. de Luca de Feud. sub n. 154. & 155.*

Primum proinde onus, quod ponderandum, & æque defalcandum a præfata summa scutorum 10114. authumabant, consistebat in scut. 3966. 48. quæ ex præcepto Summi Pontificis D. Princeps cogebatur quolibet anno exhibere Dominæ Principissæ Lauræ ejus Conjugi, & respective Nepti ejusdem sa. mem. Clementis Decimi Conditoris Primogenituræ, sed hæc prætensa defalcatio, atque prætensio fuit penitus per *Dominos* rejecta, non solum quia, quemadmodum referebat Peritus in rei veritate ab introitibus ipsius Primogenituræ etiam ex confessione D. Don Gasparis in scriptis coram ipso Perito facta, solum ille erogabat quotannis scuta 1269., non vero prædicta integra scuta 3966. 48., sed etiam quia dum ipse D. Princeps percipiebat omnes fructus integræ dotis, nequibat profecto pro diminuendo appanagio præscripto in ipsa Primogenitura pro filiis secundogenitis non solvere opportuna alimenta ejus Conjugi; ad hunc etenim effectum fructus dotales libere per-

22 cipiuntur a Marito, quia correspective tenetur Conjugem de proprio alere, juxta communiter animadversa per *Cyriac contr. 504. n. 16. cum seqq., Boss. de Dot. cap 1. nu. 1. vers. Demum Dos, ubi concord., Fontanell. de pact. nupt. clausf. 6. gloss. 1. par. 1. n. 42. & gloss. 2. par. 2. nu. 37. Card. de Luca eodem tract. disc. 1. n. 10. Rot. cor. Cocc. dec. 1572. n. 26. & cor. Bichio dec. 99. n. 1.*

Considerando ulterius, quod, ut innuimus, obligatio hæc congrue manutenendi, alendique Conjugem, nedum proveniebat a Jure ex jam dictis, sed etiam a Præcepto Pontificis, qui efformando ipsam Primogenituram, dotem Neptis in proprietate sub hac lege subjugaverat, & incorporaverat eidem Primogenituræ, cumque proinde D. Don Ga-

23 spar hujusmodi Primogenituram, ita locupletatam, & insimul affectam acceptavisset, nequibat conqueri, ac consequutive respuere gravamen eidem Primogenituræ annexum, & connexum, ut suadent ad *Text. in l. Secundum naturam ff. de regul. Jur., Gratian. discept. for. cap. 750. n. 9. Surd. de aliment. tit. 3. quæst. 2. num. 4. & Rota in dec. 1153. n. 14. cor. Emer. Jun.*

Addebatur denique quod nedum citra diminutionem prædicti appanagii & in grave præjudiciū Secundogenitorum, Dominus Princeps poterat convivere cum Uxore, neque, ut erat notorium, multum demere ab expensis quas seorsim voluntarie vivendo, voluntarie quoq; tolerabat; ast etiam cum semper onus ut præmisimus, præbendi alimoniam Uxori spectet ad Maritum, nil mirum idcirco si Summus Pontifex præservatas esse voluit duas tertias Partes redditaum favore Primogeniti, nempe nequaquam ad finem, ut ad sui libitum illas consumeret, atque disperderet, sed recte ad illum, ut posset supportare illas impensas, quæ sequuntur regulariter Primogenitum, qui Uxorem jam duxerat, & quando adhuc de tempore con-

24 di æ Primogenituræ eam non duxisset, nihilominus ex mente Conditoris ducere tenebatur pro successione propagandā, per ea, quæ licet ad alium effectum ex intrinsicitate tamen ejusdem discursus ratiocinata est, & firmavit *Rota in Romana Alimentorum 27. Novembris 1693. & 5. Martii 1694. cor. Emer. Jun.*, quarum prima est inter ejus impress. *la 1137.* & secunda *la 1153.*

Rejecta pariformiter exstitit secunda prætensa deductio oneris scilicet solvendi scut. 4100. Domino Duci Monterani filio majori ejusdē Domini Principis, seu futuro Primogenito, tum quia citra ulteriorem progressum sat fuisset respondere, quod Dominus Princeps tale onus nullo cogente, sed omnino sponte penitus subivit in prædicta summa per eum concordata occasione alterius Matrimonii ab eodem Duce Monterani contracti, seu contrahendi, ac propterea nullo modo videbatur idem D. Princeps in hoc exau-

25 diendus, cum nulli liceat præcedenter obligato erga alterum ex post voluntarie contrahere novas obligationes in perniciem sui jam præexistentis Creditoris, juxta notissimam regulam, *non debet alteri per alterum ff. de regul. Jur.* de qua *Rot. in dec.* 1266. *n.* 3. *cor. Emer. Jun.*, *& dec.* 467. *n.* 22. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.* & passim alibi.

Tum etiam fortius, quia si ex una parte Dominus Princeps inivit hanc obligationem erga filium Ducem, ex altera quoque in excambium recepit ab ipso Domino Duce fructus Officiorum Vacabilium, aliorumq; redditUum ascendentium circiter ad ℣ 2000. quive de cetero perantea spectabant ad eumdem Ducem *Summ. D. Hieronymi n.* 9., jamque de facto hujusmodi fructus Dominus Princeps per spatium 20. annorum exegerat, quodque plus est in futurum quoque illos sibi assignari, ac cedi convenerat, & pepigerat, ideoque subducta hac proportionabili, & correspectiva restauratione per eumdem D. Principem sedulo procurata, vix aut parum hæc ceteroquin voluntaria obligatio Principis excedebat scuta bis mille; quapropter de facili reincidebant respectu filii majoris ea, quæ supra diximus, de Uxore, quod si Dominus Princeps tamquam Primogenitus fruebatur duabus tertiis partibus omnium redditUum Primogenituræ, supportare etiam debebat onus adnexum alendi filium Primogenitum, sive majorem. Hæc etenim obligatio suapte natura promanabat in sequelam Matrimonii

26 contracti, & procreationis hujus filii per ea, quæ generaliter habentur per *Text. in l. Si quis a liberis in princip.*, *& §. primo*, *& l. penult. de liber. agnosc.*, *Soccin. conf.* 161. *in princip. vol.* 2. *apud Rotam, in dec.* 1825. *n.* 1. *& dec.* 2220. *num.* 3. *cor. Coccin.* in terminis Primogenituræ punctualiter dixit *Rota in dec.* 241. *n.* 13. *par.* 19. *tom.* 1. *Rec.*

In nihilo ob id relevante, quod vel correspectiva retrocessio, & assignatio facta per Dominum Ducem Monterani Domino Don Gaspari ejus Patri non exstiterit vere correspectiva ad promissionem e contra reportatam a Domino Principe ejus Patre prædictæ annuæ solutionis ℣ 4100., vel quod in omnem Casum nullum fieri valeret fundamentum super hac eadem correspectiva cessione, ex quo in Tribunali A. C. ea fuerit per Sententiam ad instantiam ejusdem Domini Ducis annullata; siquidem in ordine ad correspectivitatem, & quænam major correspectivitas exoptari poterat, quam illa, quæ oriebatur ex simplici lectura ejusdem cessionis, quæ in tantum fieri a Domino Duce dicebatur, in quantum Dominus Princeps illius Pater ei assignasset occasione Nuptiarum contrahendarum, dummodo evasisset liber Possessor omnium redditUum Primogenituræ, præfata annua ℣ 4100., in Capitulis vero Matrimonialibus Dominus Princeps adamussim spopondit solvere annua prædicta ℣ 4100., quatenus per præmorientiam illius Patris, & Patrui efficeretur plenarius Possessor, & Successor in Primogenitura, correspectivæ enim semper censentur, & sunt illæ promissiones, quæ

27 exarantur tamquam mutuæ causalitates, quando scilicet una obligatio, seu contractus celebratur, & fit contemplatione alterius, quemadmodum vulgati Juris est, & tradunt *Tiraquell. in l. si unquam, verbo Donatione largitus num.* 117. *vers. & ita quidem inesse Cod. de revocan. Donat.*, *Decian. conf.* 52. *nu.* 116. *lib.* 2., *Menoch. con.* 156. *num.* 16. *lib.* 2., *Gratian. discept.* 692. *n.* 40. *Rota cor. Millin. dec.* 382. *n.* 1. *& alibi passim.*

Respectu autem ad secundam objecti partem, sive memoratam rescissionem, seu Sententiam desuper pronunciatam ab A.C., nullatenus super illa videbatur immorandū cum ab hujusmodi Sententia hactenus penderet appellatio; in quibus sane terminis, sicuti eadē Sententia non privat Possessione actuali, in qua appellans interim perseverat, ita

28 per incertū futurum eventum, & in vim ipsius provocationis habetur apud universos Scribentes pro non lata, itaut neque mereatur nomen Sententiæ, ut ait *Fontanell. de pact. nuptial. clauf.* 4. *Gloss.* 10. *par. pr. ex n.* 65. *& n.* 68. *ad* 80., *Hodiern. ad Surd. dec.* 212. *num.* 7., *Parlador. rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. par.* 5. *§.* 5. *num.* 11., *Rota dec.* 706. *nu.* 7. *& seqq. par.* 18. cum concordantibus *in dec.* 63. *num.* 30. *inter impress. cor. Me.*

Atque ex his præclare, & solide in Jure constabilitis mole sua ruebat quoque ad exuberantiam in facto omnis querimonia, omnis clamor Domini Principis, qui per assignationem hujus menstruæ præstationis ℣ 200. faciendæ D. Hieronymo exagerabat, deterioris sese remansurum conditionis, quam forent proprii ejus filii Secundogeniti; Nonne etenim subductis quoque geminis his solutionibus faciendis de proprio per voluntariam de cetero obligationem erga Conjugem, & filium Primogenitum restarent, de 10114. scutis liquidatis pro duabus tertiis, ad ipsum pertinere debentibus ex lege Primogenituræ ℣ 670., & ultra, ad sui libitum absumenda, ac de reliquo implentia omnem honestissimum tractatum, quem posset facere cum se ipso ad totius decoris sub-

stenta-

stentationem, quando tamen videmus, quod ratione Primogenituræ, & maxime in Hispaniis, ubi illæ splendidius vigent, eædem
29 erectiones Primogeniturarum in præjudiciũ ceterorum fieri nequeunt, nisi per viam meliorationis simplicis tertii, & quinti, secundum ea, quæ connotarunt illorum Regnorum Scriptores, & præsertim *Baeza de non meliorandis Dotis nomine filiabus*, *Molin. de Primogenitur. lib. 2. cap. 11.*, *Mierex. de Majorat. par. 1. quæst. 21.*, *Hermosill. ad Lopez tit. 4. par. 5. fol. 273.*, *& ceteri*, de quibus *Rota* meminit *in Compostellana Parochialis de Pardesoa 22. Junii currentis Anni §. Primo in fine coram Me*.

Hinc aures præbere *Domini* minime potuerunt prætensioni, quod saltem quantitas exsolvenda filio Primogenito, deducenda esset ex toto acervo redditum Primogeniture ab initio per quamdam antipartem, & postea desumendæ forent duæ tertiæ pro Domino Principe, & relinquenda alia Secundogenitis, ex quo, vel ita suaderet natura Primogeniture semper obligata ad Manutentionem Primogeniti, vel ita supposuerit san. mem. Clemens X., mentionem nullam faciendo de eodem Primogenito, sed solum de Secundogenitis, & sic deferendo Casum Censuræ, & dispositionis Juris communis, ad quam semper recurritur, quando per Testamentum Civium, quale est Statutum cu-
30 juslibet Civitatis, vel per Testamentum, ac dispositionem Hominis particularis versemur in casu omisso, ex collectis per *Text. in l. commodissime ff. de liber.*, *& posthum. in respons. Colleg.*, *Perus. apud Angel. cons. 110. Mart. de success. par. 2. quæst. 3. art. 2. per tot.*, *& signanter num. 5.*, *Giovagnon. lib. 1. respons. 1. num. 17.*, *Torr. de Primogenitur. par. 2. quæst. 46. num. 14.*, *Rota decis. 181. n. 5. par. 5. dec. 43. n. 3. par. 7. & dec. 182. num. 21. par. 15. Rec.*

Siquidem quatenus ferebat natura Primogeniture, illa quidem regulariter obstringebat Possessorem, ut suppeditaret alimoniam, aliasque pararet expensas pro futuro Successore, sed æque obligabat eumdem Pos-
31 sessorem ad substentationẽ quoque omnium Secundogenitorum, secundum ea, quæ citra Contradictorem affirmarunt *De Luca de Fideicomm. disc. 6. num. 6.*, *Molin. de Primogenit. Hispan. lib. 2. cap. 15. per tot.*, & signanter *a num. 56. & seqq.*, *ubi concordan.*, *Surd. de Aliment. tit. 3. quæst. 3. num. 1.*, *& Rota in dec. 241. num. 4. par. 19. Rec.*

Ast non per hoc præstario Alimentorum de Jure in majori, vel minori summa facienda tam filio Primogenito, quam filiis Secundogenitis fieri debet per antipartem, cum nemo id ad Mentem Juris unquam asseruisse legeretur, fortius in Casu nostro, quoniam si hujusmodi alimonia præstanda Primogenito, & non illa perhibenda Secundogenitis deduceretur ex tota Massa per antipartem, quid facere deberet Pater, & Possessor Primogeniture de totis restantibus redditibus ascendere debentibus ad duas ex tribus partibus? quid etiam facere deberent Secundogeniti, quorum substentationi sola tertia pars assignata ob concursum plurium Secundogenitorum ad nimium modicum, & ferme nihil deservire posset, quando ipsi quoque Secundogeniti possunt, & aliquando obstringuntur secundum accidentia rerum Uxores ducere, & propagare Familiam; unde videmus, reassumendo exemplum Episcopi, ad cujus favorem *Sac. Concilium Tridentinum* præscripsit congruam scutor. 1000., quod per antipartem solum dedu-
32 cuntur onera pure realia, vel expensæ, quæ necessario fiunt pro recolligendis fructibus, quibus tantummodo detractis, hujusmodi scuta mille Conciliaria per eumdem Episcopum postea implicanda sunt Loco filiorum pro Manutentione sui ipsius, ejusque Officialium, totiusque suæ Familiæ, & si angustia pateretur, quoque pro Pauperibus; quin pro hisce necessariis, multoque magis aliis voluntariis sumptibus reduci valeant Pensiones extra prædictam congruam reservatæ, ut late fuit ostensum in illa *Alerien. Pensionis 14. Januarii 1710.* pro filio Prælato ejusdem Domini Principis *cor. Me* cum successiva expeditione Causæ, & approbatione *Signaturæ Justitiæ*.

Et ob id juste Peritus tantummodo per antipartem detraxit a prædicto acervo omnium redditum Primogeniture scuta dumtaxat 1516. 73. tamquam onera vere realia, & expensas, ut diximus necessarias, pro colligendis fructibus, ut ibi = *pesi, e spese per la Terra di Oriolo, pesi, e spese per la Terra di Monterano ec. in tutto scudi 1516. 73.*, non autem idem Peritus ausus est deducere hanc, vel illam alimoniam filiis præstandã, remanentibus adhuc pro Domino Principe prædictis scutis decemmille, alias dici non potuisset (addita tertia ꝟ 5000. assignanda Secundogenitis) Status nitidissimus universorum introituum esse ꝟ 15171., sed exstitisse 16500., & ultra, nisi per antipar-
33 tem, ut Juris in hac parte est, prius deducerentur sola onera fixa rebus, & expensæ necessariæ pro eorumdem fructuum collectione, ex passim firmatis per *Scribentes in l. Divortio, & in l. fructus ff. solut. Matrim.* *Felin.*

Felin. in cap. ad aures num. 13. *ergo fin. in concluſ.* 12. *de reſcriptis*, *Ruin conſ.*62.*lib.*1. *Caſtrenſ. conſ* 239. *lib.* 1., cum aliis abunde relat. per *Tiraquell de retract.Lignag.Gloſs.* 1. §. 15. *n.* 1. *cum duob. ſeqq.*, *Rota dec.* 63. *num.* 17. *& 18. cor. Pamphil.*

Oſtenſo igitur, quod ad ſenſum Juris hujuſmodi deductio alimentorum, ſive pro filio Primogenito, ſive pro Secundogenitis facienda non ſit per antipartem, ſed exſiſtat onus, quod incumbit Poſseſsori Primogenituræ erga filios ſuper redditibus ad eum ſpectantibus ratione Primogenituræ, minime refragari poterat aſserta voluntas ſa.m. Clementis X., quaſi quod omittente eo loqui de Primogenito, recurrere oporteret ad idem Jus, id enim erat ſupponere, quod erat in quæſtione, cum profecto de Jure hoc non appareat ſtabilitum, nempe quod, quicquid ſit de extraneo Poſseſsore Primogenituræ, qui teneretur alere ſucceſſive vocatum, & cum ſuo incommodo detrahere talem alimoniam a fruitione Primogenituræ ſi luberet, vel per viam oneris poſterioris, vel Antipartis, utique in Patre poſseſsore Primogenituræ diſcurſus iſte nequaquam intrare videbatur cum Pater abſtractive ſic ſemper obligatus præbere æquo modo alimenta & Primogenitis, & Secundogenitis, immo tam maſculis, quam feminis ex jam ſupra demonſtratis; unde ſicuti repugnaret dicere, quod quia Papa nō meminit de feminis, earum alimonia, earum dos foret præſtanda per antipartem, ita ad oculum abſurdum erat id

34 affirmare reſpectu Primogeniti, & reſpectu hujuſce ratiocinationis nimium probantis, ut in propoſito reſpondit per *Text. in l. fideicommiſſa* §. *Qui decem cum ſimil. ff. de legat.* 3., *Molin. de Primogenitur. lib.*1. *c.* 26. *num.* 15. *in fine*, *Rota dec.* 564. *num.* 25. *& in rec. dec.* 317. *n.* 26. *par.* 11. *& in dec.* 64. *ſub nu.* 17. inter hactenus *impreſſ. cor. Me*.

Ceterum nec recte dici poterat, caſum hunc tamquam omiſsum a Summo Pontifice fuiſſe relictum diſpoſitioni Juris, & maxime per antipartem, quinimmo veriſimilius reddebatur, quod reliquerit hoc providentiæ, & obligationi Paternæ, prout de Jure conſulendo ſolum ſpecialiter ſubſtentationi filiorum Secundogenitorum cum præciſa honorificentiori taxatione, quæ ſibi decens, & magis congrua videbatur, dum enim Pontifex tertiam partem ſeparavit ad favorem Secundogenitorum, certe noluit illam imminui poſse directe, nec indirecte, eo quippe ipſo, quod viderat, ſive conſuluerat, & meminerat de Secundogenitis, per neceſ-

35 ſarium antecedens cogitavit de Primogenito, quia dari nequit Secundo vel ultra genitus, niſi adſit Primogenitus, ad quem ſit relatio, ut inquit *Decian. conſ.* 7. *num.* 59., *& 60. lib.* 1., *Mantic. de conjectur. lib.* 8. *tit.* 10. *num.* 8., *Adden. ad Molin. de Primog. lib.* 1. *cap.*5. *num.* 20. cum aliis adductis *per Manſ. conſult.* 225. *nu.* 20. *in fine*, *Maſtrill. dec.* 266. *num.* 16., *Rota dec.* 602. *n.* 1. *cor. Bich.* repetit. apud *Torr. de Primog. deciſ.*7. *num.* 1. *fol.* 3.

Diximus *neque directe*, *neque indirecte*, quoniam ſi ad ſenſum D. Principis alimenta præſtanda Primogenito deduci debuiſſent per Antipartem, indirecte Primogenitus participaret de tertia reſervata dumtaxat ſolis Secundogenitis, & hi minus de vera naturali tertia participarent ob hanc tacitam, ſive latentem ſubtractionem adverſus, & literam diſpoſitionis, & tamen æquitatis, & tamen quando Pontifex voluit imminui præſtationem aſſignandam Secundogenitis, explicite hoc declaravit, nam cum unicuique ex iiſdem Secundogenitis mandaſſet præſtari quolibet menſe ✠ 200. pro ſingulo, nihilominus præcipere etiam ſcivit, quod quoties tot ſecundo, & ultro geniti reperirentur, qui tertiam partem excederent totius redditus Primogenituræ, tunc fieret intra hujus Cancellos proportionabilis reductio, prout pra:t catur in qualibet ſpecie ſi-

36 milis reductionis faciendæ, vel in tranſcenſu alicujus quotæ prohibitæ per legem, vel per voluntatem hominis per viam contributi, ad terminos prædictæ *Corduben.Penſionis coram Emerix Junior.*, *Urſino*, *& aliis*, &

37 ad terminos quoque legatorum, quando eſt detrahenda, ſeu præſervanda quarta falcidiæ ad commodum heredis, ex collectis ad *Text. in l. pr. ff. ad leg. Falcid.*, *& §. primo Inſt. cod. Palm. Nep. alleg.* 272. *num.* 11., *Cyriac. controv.* 326. *n.* 29., *Mart. de ſucceſſ. leg. par.* 4. *quæſt.* 28. *art.* 3. *n.* 19., *cum aliis per Rot. in dec.* 2141. *n.* 26. *cor. Coccin. & dec.* 42. *num.* 48. *par.* 10. *Rec.*

Dum itaque ſa.mem. Clemens X., quando voluit, imminui ſummam aſſignatam pro ſubſtentatione Secundogenitorum, hoc expreſſe declaravit, ita feciſſet, ſi eamdem indirectam, & tacitam diminutionem permittere cogitaſſet, nedum mandare voluiſſet, du-

38 cto argumento reſultante ſemper ab efficacia diſcretivæ, de qua *Textus* eſt notorius *in l. unica* §. *Sin autem ad deficientis*, *Cod. de caduc. tollen.*, *Alex. conſ.* 12. *nu.* 6. *circa fin. lib.*2. *Ruin. conſ.*41. *ſub n.*9. *verſ. tertio iſtud lib.*2. *Menoch. conſ.*85. *n.*110. *&* 111. *& ſeq. Rota cor. Coccin. dec.* 2121. *n.* 143. *& dec.*7. *num.* 9. *inter impreſſ. cor. Me*.

Non

Non omissa etiam illa alia consideratione, quod retento contrario intellectu, nimis gravati remansissent Secundogeniti per legem hujus Primogenituræ, quando tamen Pontifex eis potius providere, si non in totum, saltem in aliqua parte professus est, nam non solum, ut præmisimus, bona signanter duarum ex prædictis quatuor Domorum nempe Delphinæ, & Alteriæ erant simpliciter fideicommissaria, & non subjecta alicui Primogenituræ mediante facta incorporatione huic Primogenituræ, inferebatur a Secũdogenitis pro illorum æquali, & respective contingenti rata cum perpetuo transitu in filios filiorum, sed & præcipue ulterius in Domo Palutia aderat summa ♈ 1000. relicta pro Secundogenitis, eaque penitus manebat invariabilis, & numquam passura diminutionem sub consimilibus prætextibus, ideoque præter ea, quæ supra tetigimus, non fore scilicet præsumendum, quod Papa præjudicium irrogare cogitaverit Secundogenitis, neque pariter erat præsumendum, ipsum intendisse ultra unam diminutionem jam factæ assignationis menstruorum ♈ 200., in casu quo plures concurrerent Secundogeniti, rursus postea aliam quoque Secundogeniti subire deberent jacturam, & onus concurrendi ad favorem Primogeniti, modo saltem indire-
39 cto mediante detractione ejus alimoniæ per antipartem, quando regula est, quod minime quis censeatur, nisi fuerit dictum duplici onere gravatus, *ad Text. in l. Navis onusta §. Cum autem ff. ad l. Rod. de Jact. Alex. cons. 78. n. 10. lib. 6., Menoch. cons. 9. n. 4. & cons. 153. n. 21., Surd. cons. 115. n. 114. cum seqq., Molin. de Primog. Hispan. lib. 1. cap. 4. num. 10., Peregr. de Fideicom. art. 1. num. 33., & art. 34. num. 72., Vincent. de Franch. dec. 87. num. 5., Rota dec. 672. n. 3. in fine par. 1., & dec. 20. n. 31. par. 19. Rec.*

Satis superque, & forsan longius quam oportuisset vindicata in hoc secundo examine resolutione, seu mandato in priori instantia relaxato pro integra summa ♈ 200. menstruorum favore D. Hieronymi a *R. P. D. meo Falconerio* Domini irritum laborem existimarunt singillatim, & scrupulosius perpendere alias innumeras, & forsan nimium minutas deductiones prætensas ex parte ejusdem D. Principis, ultra jam detractas, seu bonificatas in prædicta quantitate ♈ 1500. & ultra a fructu, ut supra ad nitidum circa redditus Primogenituræ stabilito in scut. 15171. cum nimis perspicue, atque distincte responsum appareret unicuique in ipsa valde accurata Peritia, dum ad hunc præcisum effectum videlicet levaminis ab improbi laboris pressione, atque inutili repetitione provincia hæc probo Curiali per Sac. Tribunal demandatur. Utraque &c.

Romana Immissionis.

Veneris 3. Julii 1711

ARGUMENTUM.

Statutum Urbis quid disponat, & quando procedant per eum disposita *in cap. 145. & 146. lib. 1.*

SUMMARIUM.

1. *Statutum* Urbis in cap. 180. *præcipit, ut duæ Sententiæ habeant vim trium.*
2. *Repetitio eorum, quæ jam dicta fuerunt, facienda non est.*
3. *In successionibus ascendentalibus quoties in gradu succedentes existunt æquales, successio devolvitur in capita viritim.*
4. *Secus in gradibus inæqualibus, quo casu necessaria exsistente repræsentatione, successio scinditur in stirpes, & non partitur in capita.*
5. *Pupillus Testamentum condere nequit.*
6. *Statutum* Urb. in cap. 146. lib. 1. *Sorores excludens per exsistentiam Fratris, locum sibi non vindicat in successione Sororum.*
7. *Ex* Stat. Urb. cap. 145. *sat est quod Fratres alant Sorores, quousque illæ in matrimonium collocentur.*
8. *Donans inter Jura, & bona generice, & simpliciter donata transfert tantummodo Jura, & bona sua in donatarium, & non ultra.*
9. *Dictio* ejus *denotat personalitatem nominati exclusive ad alios.*
10. *Administrator, sive Socius tenetur reddere rationem administrationis per eum gestæ in re communi favore Sociorum.*

DECIS. DLI.

Aggere, seu obice remoto, Aqua de sui natura dilabitur, atque decurrit. Quamobrem, sublato impedimento prætensæ rei judicatæ ex firmatis in altera cõtextuali *Decisione super restitutione in integrum* facile remansit respondere propositæ dubitationi, utrum *locus esset Statuto de duabus*, quia præcognita partim ex jam dictis, partim ex mox recensendis Justitia, & validitate utriusque præcedentis Sententiæ latæ favore Josephi intrabat prorsus *Statutum Urbis in Cap. 180.*
1 præcipiens, duas Sententias habere vim trium, quemadmodum millies consimilibus dubiis respondit pariter Rota, & præsertim in *Rom., seu Sabinen. Manut. 20. Martii 1699. quæ est dec. 81. n. 3. inter noviter impress. in Urbe cor. Me, et in Bononien. Fideicom. 8. Maji curr. anni §. Respectu etenim pariter cor. me.*

Vali-

Validitas quippe non erat in controversia, unde opus esset transire, dum *dec. Captaquen.* 260. *par.* 2. E. Justitia protinus erumpebat ex ipso legis Testamento, sive dispositis in Jure communi super promiscua, & coæquali successione filiorum utriusque sexus in hereditate intestata utriusque Parentis; præsidium quippe municipalis sanctionis fuerat jam eversum in prælaudata *decisione super restitutione in integrum*, unde circa hoc fastidiosum, atque superfluum foret inibi de-
2 monstrata rursus improbo labore retexere contra monitum *Vulpiani in l. Hæc stipulatio* §. *Divus*, *Juncta Glos. voc ab. superv acanea ff. ut legat., seu fedeic. rom. cave*. Plurimaque ad rem exempla habentur ex *Sacris Bibiis in lib.* 3. *Regum cap.* 15. *nu.* 23. *et n.* 31. *et cap.* 26. *nu.* 20. *et lib.* 4. *cap.* 1. *in fine* ibi = *Reliqua autem &c. nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum Regum Juda?* = *et in libro Paralipomenon secundo cap.* 13. *in fine*, *et cap.* 26. *num.* 22. *et cap.* 27. *num.* 7. *et cap.* 25. *in fine* ibi = *Reliqua autem scripta sunt in libro Regum Juda, et Israel*.

Fundatam igitur intentionem habens Joseph Masinus Vir, & heres Elisabeth ex ejusdem Uxoria persona, quæ filia erat Francisci, & Catharinæ juste per prædicta gemina judicata consequutus fuerat Immissionem ad tertiam partem ambarum hereditatum; tres enim erant adamussim filii prænominati Francisci, & Catharinæ, nimirum
3 Joannes Georgius, Elisabeth, & Cecilia, & proinde tertia quoque pars procul dubio debebat Elisabeth adscribi, atque concedi, cum de jure in successionibus ascendentalibus quoties in gradu succedentes exsistunt æquales, successio devolvatur in capita viritim, *Glos. in* §. *Hoc etiam verb. Superstites Instit. de legit. agnator. successione. item Gloss. post Azor. in Auth. cessante verbo in stirpes C. de legit. hered. Bald post Cinum, et Barthol. in l. pr.* §. *Interdum vers. Si autem ff si pars hered. petat., Gratian. discept. forens. cap.* 709. *num.* 30., *Facchin. controv. Jur. lib.* 6. *cap.* 3. *fere per tot.*, *Fenzon. ad Statut. Urb. in cap.* 146. *nu.* 8. *vers. verum gravissimam*, *Card. de Luca de hered. disc.* 5. *sub num.* 4. *versic. E converso, et de success. disc.* 1, *n.* 1. *Thesaur. decis. Pedemont.* 182. *per tot.*, *Rot. dec.* 392. *num.* 1. *par.* 4. *divers. dec.* 27. *n.* 3. *par.* 1. *Recent. & dec.* 102. *num.* 20. *par.* 4. *tom.* 2. ad differentiam graduum inæqualiū, quo ca-
4 su necessaria exsistente repræsentatione, successio scinditur in stirpes, & non partitur in Capita *Text. in* §. *Cum filius instit. de hered. quæ ab intest. defer. et in Authent. cessante ibique Gloss., et DD. C. de legit. hered. Cinus in d. l.* 1. §. *ultimo ibique Bald. n.* 1. *Crass. in* §. *Success. ab intest. quæst.* 2. *num.* 6. *Barri de success. ab intestat. lib.* 18. *tit.* 1. *num.* 2. *vers. si quis decesserit R ot. cor. Coccin. dec.* 1162. *n.* 15. *et* 16. *cor. Emerix dec.* 1238. *num.* 10. *et in Romana Legitimæ* 15. *Maji* 1699. *dec.* 90. *n.* 3. *vers. quemadmodum inter noviter Romæ impress. cor. Me*.

Præsupposuimus, quod Franciscus, & Catharina Conjuges tres tantummodo prænominatos filios post se relequissent, id namque verissimum erat spectato effectu, & Justitia sententiarum, quamvis enim adfuisset etiam Joanna Hieronyma altera filia, ex
5 quo tamen illa decessit in ætate pupillari, & ideo foret intestabilis per *Textus in* §. *Prætere a Instit. quibus non est permiss. fac. test.* in ejus procul dubio portione succedebant coæqualiter cum Joanne Georgio fratre masculo viritim tam Elisabeth, quam Cecilia, *Statutum quippe Urb. in cap.* 146. *lib.* 1. loquens *de success. fratr.*, & Sorores excludens per exsistentiam fratris, locum sibi non
6 vindicat in successione Sororum, quemadmodum uno ore animadverterunt allati per *Modern. Ascul. in annot.* 40. *a nu.* 51. *ad* 55. *ad d. Statut. tom.* 2., & plene *Rota dec.* 388. *per tot. par.* 5. *Rec. repetit. cor. Merlin. dec.* 471.

Quod si diceretur ad impinguandam portionem ipsius Joannis Georgii, & consequutivam donationem ab eo expletam favore Ceciliæ, quod ab ipso obitu Genitorum Joanna Hieronyma statim remansisset exclusa per exsistentiam fratris, nempe Joannis Georgii ab utraque hereditate, ex quo ante adventum temporis Nuptiarum eadē Joanna Hieronyma præobierit, unde per fratrem excludentē non steterit, quo minus eam dotaret, prout forte dotasset, eveniente casu, &
7 idoneitate Nuptiarum, sufficiente ad mentem ejusdem Statuti, quod frater interim Sorori innuptæ præbeat alimoniā, juxta *cons. Gabriel.* 139. *n.* 27, *et seqq. lib.* 2., *Gratian. cap.* 579. *num.* 31. *dicto*, *Modern. Asculan. ad dict. Statut. Urb. in annot.* 39. *art.* 3. *n.* 227. *Rot. dec.* 538. *num.* 2. *par.* 1. *diversor.*, & *dec.* 342. *num.* 25. *et* 26. *versic. quia sufficit par.* 12. *Recent.*

Idem etiam in his terminis resultasset effectus, cum enim Jo: Georgius obeūte prædicta Joanna Hieronyma animum suum in hac parte nequaquam declaraverit, ipsa autem Joanna Hieronyma, donec vixit, fuerit alita non jam de pecuniis, proprioque patrimonio Georgii, sed communi nomine de bonis communibus, tam paternis, quam respective maternis, idemque Georgius, ut vidimus in altera contemporanea *Decisione* admise-

miserit pro Consuccedritricibus, prout facere poterat ejus Sorores Elisabeth, & Ceciliam, istæ per quoddam Jus non decrescendi, vel per simultaneum Jus accrescendi æque semper successerunt in portione alias deferenda, seu delata Joannæ Hieronymæ, unacum Joanne Georgio Fratre, sicque sive numerata, sive non numerata persona præfatę Hieronymæ semper in bonis a Patre, vel Matre delapsis consequi debebant prædictæ Sorores, & Frater æquam partem in successione, adeout licet A.C. in sua sententia distinxerit quartam partem ab initio pro numero tot, quot erant filiorum, & deinceps eamdem quartam partem, quæ e-erat illa Joannę Hieronymæ subdividerit æqualiter in tertiam portionem, seu participationem favore Elisabeth, seu Josephi ejus Viri, & heredis, idem ut præmisimus adamussim emergebat effectus, ut ex se patet, & exstitit in simillimo casu consideratum, & decisum *in Albanen. successionis 26. Februarii 1712. pendente hujus extensione resoluta coram Me*.

Absque eo quod ullam, vel minimam contrarii animi declarationem præseferret circa hanc ratam Joannæ Hieronymæ donatio inita postea per Joannem Georgium in personam prænominatæ Ceciliæ, illa namque erat generalissima, & citra imaginabilem specificationem concepta ut ibi = *Omnia, et singula ejus bona mobilia, et stabilia, et loca Montiū ubiq; posita q. Francisci Gambirasi, et Margharitæ Bulsonæ ejus Genitorum &c. donavit &c.* quamobrem cum nihil dixisset de hereditate Jo. Hieronymæ, aliud prædicta verba non importabant, quam simplicem transfusionem bonorum ipso Jo: Georgio competentem, vigore utriusque successionis Patris, & Matris, quæve ex præmissis ad terti-
8 am tantummodo partem reducebatur, idque non solum ex generica regula, quod donans inter jura, & bona generice, & simpliciter donata transfert tantummodo jura, & bona sua in Donatarium, & non ultra, ex traditis per *Card. de Luc. de dote disc.* 157. *num.* 14. *vers. ubi vero*, *Surd. dec.* 172. *num.* 7., *Rota cor. Ottobono dec.* 195. *n.* 19. *cor. Cerro dec.* 541. *num.* 6. *et in Rec. decis.* 65. *num.* 1. *et* 2. *par.* 14. sed & ex alia proportione, quod per illam
9 dictionem *ejus* magis denotavit suam personalitatem exclusive ad alios, sicuti de natura præfatæ dictionis *ejus* ponderarunt *Menoch. conf.* 82. *n.* 158. *et conf.* 155. *n.* 5. *Grat. consf.* 28. *num.* 10. *volum.* 1. *Gratian. discept.* 104. *n.* 13. *vers. quod multo magis, et discep.* 145. *n.* 5. *Rot. dec.* 619. *n.* 3. *p.* 1. *rec. et dec.* 396. *n.* 4. *p.* 4. *et dec.* 251. *n.* 48. *p.* 19. *t.* 1. *rec.*

Demum quia eadem Sententia *A. C.* & altera illius confirmatoria *R. P. D. Dandini* definiebat, Ceciliam teneri ad redditionem rationis Apothecæ, quæ ob mercium miscellaneitatem in Urbe nuncupatur *d'Arte bianca*, & hoc quoque per *Dominos* responsum fuit; constabat siquidem ex Testibus recensitis *in Summario Josephi num.* 6. quod eadem Cecilia talem Apothecam administraverat, cumque ea esset omnium communis, & hereditaria Francisci, ambigi profecto non poterat, quin ipsa Cecilia teneretur reddere rationem gestæ per eam administrationis in re communi favore Sociorum ad *Textum in l. actione §. Non numquam ff. pro Socio Soccin. Sen. consil.* 37. *per tot. lib.* 1., *Ruin. cons.* 29. *num.* 11., *et* 12. *Escobar. de ratiocin. cap.* 3. *nu.* 6. *Felic. de Societat. cap.* 37. *n.* 59. *Card. de Luc. de Tutor. disc.* 17. *num.* 7. *Rot. cor. Arguelles dec.* 41. *num.* 13., *et decis.* 59. *per tot. et in Rec. decis.* 66. *num.* 5. *et per tot. par.* 10. *et dec.* 148. *num.* 16. *et* 17. *par.* 15. Et ita utraque &c.

Romana Immissionis super restitutione in integrum.

Veneris 3. Junii 1711.

ARGUMENTUM.

Statutum *Urb. in cap.* 145. quid disponat, & quando locum sibi vindicet. In Fratris arbitrio est vel actu dotare sororem, vel implicite renuntiando Statutariæ dispositioni eam ad consuccessionem sive paternam, sive maternam admittere, & quando id fecisse Frater dicatur.

SUMMARIUM.

1. *Stat.* Urb. in cap. 185. lib. 1. *præscribit quod gemina Sententia vim trium sortiantur*.
2. *S. Rot. dicitur Magistra omnium Judicum, & Tribunalium*.
3. *In appellatione, sive ulteriori cognitione procedi nequit, nisi prius integre transportatis actis universis antecedentis instantiæ*.
4. *Exceptio rei judicatæ in Judicio non opposita censeri debet vel implicite rejecta, vel tacite remissa per non opponentem*.
5. *Nulliter, & injuste succumbenti non competit oportunum remedium restitutionis in integrum*.
6. *Contemta forma Statuti super editione Sententiæ, sententia redditur nulla, & insanabilis*, Amplia n. 8.
7. *In Tribunali A. C. Monitorium succedit loco libelli*.
8. *Nec pro præservatione nullitatis Sententiæ contra formam Statuti latæ sufficit consensus expressus, vel tacitus earumdem Partium*.

9. Fe-

9. *Feminæ de Jure communi æque admittuntur ad successionem unacum masculis.*
10. *Statutum* Urb. in cap. 145. *excludit a successione Feminas per exsistentiam Fratrũ, in quantum Fratres, ac Patruus sint cum effectu parati dotare Sororem, vel Neptem de Paragio.*
11. *Illud tamen non procedit, si dos fuerit ab aliis tradita, quam a Fratribus, vel Patruo.*
12. *Frater semper præsumitur promptus dotare eo ipso, quo paternam adit hereditatem.*
13. *Sorori incumbit onus probandi in Fratrem voluntatem dotandi.*
14. *Simplex effectiva demonstratio, quod Mulier nupta fuerit, nullaque ei dos constituta fuerit per Fratrem, nullo modo tollit Statutum, de quo* supra n. 10.
15. *In arbitrio Fratris est vel actu dotare sororem, vel implicite renunciando beneficio Statuti eam admittere ad consuccessionẽ.*
16. *Idque fieri potest invitis etiam creditoribus ipsius Fratris, dummodo idem Frater prius non adierit paternam, vel maternam hereditatem*, & n. seqq.
17. *Frater dicitur dotare si consensum præbeat dotationi factæ a Muliere per se ipsam etiam de bonis paternis.*
18. *Ratificatio adita hereditatis æquipollet formali ab initio factæ aditioni.*
19. *Hereditatis aditio probatur etiam ex verbis enunciativis.*
20. *Maxime si dd. enunciativæ fuerint judiciales.*
21. *Heres eo ipso quod adit hereditatem alicujus, approbat illius facta, & se obligat ea velle servare, & custodire.*
22. *Statuta nota præsumuntur omnibus Domiciliaribus, & maxime Civibus.*
23. *Ignorantia Juris in Urbe Roma non admittitur, ubi adest copia Doctorum, ac Peritorum, quos facile consulere quis potest.*
24. *Verba sunt referenda ad id, cui magis conveniunt, & adaptantur.*
25. *Ad finem rescindendi sententias, & judicata, superabundat injustitia detecta etiam in aliqua illius parte.*

DECIS DLII.

PRoposueram usque sub *die* 16. *Maji* 1712. hujusmodi causam, in qua Joseph duplex obtinuerat judicatum alterum *ab A. C.* & alterum a *R. P. D. Dandino* sub assueta formula derivante ex ventre commissionis *Signaturæ*
1 *Justitiæ* rescribẽtis *consilio, quod sit locus Statuto de duabus*; utrum scilicet locus videretur esse eidem *Statuto Urbis in cap* 180. *lib. prim.* præscribenti, quod geminæ sententiæ vim trium sortiantur: Sed quia tunc in discussione negotii compertum fuit, quod in oppositum sub initio controversiæ prodierat sententia favorabilis Ceciliæ, modernorum Reorum Auctrici: itaut hæc eadem Sententia per neglectam desuper appellationem transivisset non solum fecisset in Judicatum, sed, & ejus vigore hactenus manerent heredes ipsius Ceciliæ in possessione bonorum, de quibus agebatur; *Rota*, quam idcirco forte non immerito Magistram omnium Judicum, & Tribunalium appellant plena ma-
2 nu congestis per *Rubeum in prelud. par.* 7. *rec. num.* 2, 7. *& seqq. & per modernum Asculanum ad idem Statutum Urbis annot.* 39. *art.* 3. *n.* 110. *&* 111. hoc obice adinvento, distulit resolutionem, rescribendo *Dilata, & ad D. Ponentem.*

Quamobrem *Ego* ad mentem *Dominorum* notificavi Scribentibus pro memorato Josepho, ut adversus prædictam rem judicatam reportare satagerent præambulam, seu saltem cõtemporaneam ab ipsa *Signatura Justitiæ* cõmissionem restitutionis in integrum; Verum ex quo etiam sub *die* 15. *Maji decurrentis Anni* defecerant iidem Informantes in necessariis utpote exhibentes quidem commissionem, sed non transportantes acta, super quibus prædicta res judicata ciderat, suspendere pari et ea secunda vice resolutionem oportuit, præscribente præ ceteris ex mente *Juris Sacri Concilii Tridentini Cap. Causæ omnes sess.* 24. *de reformat* ne in quolibet appellationis, sive ulterioris cognitionis Indicio procedatur, nisi prius integre transportatis actis universis antecedẽtis instantiæ, ad hoc, ut ex illis possit emergere validitas, vel nullitas, Justitia, vel Injusti-
3 tia ejusdem præcedentis Judicati, ut præter litteram ejusdem *Text. conciliaris*, connotarunt quoque *Barbos. ad dict. Sacr. Concil. d. cap. S. ff.* 24. *n.* 65. *& seqq. Card. de Luc. in annot ad idem Sac. Conc. disc.* 33. *n.* 29., *& de benef. disc.* 99. *n.* 1. *Adden. ad Buratt. dec.* 405. *n.* 18. *& seqq., Rot. dec.* 183. *n.* 3., *& seqq. par.* 7. *dec.* 159. *num.* 3. *par.* 12. cum aliis concordan in *dec.* 492. *num.* 2. *par.* 19. *tom* 2. *rec.*, sic jus semper in similibus casibus per *Sacrum* practicatur *Auditorium*, ut in illa *Anconitana*, *seu Recinaten. Cautelæ Angeli* prius *cor. R. P. D. meo Kaunitz. Episcopo Labacen.*, & deinceps *cor. R. P. D. meo Aldrovando sub diebus* 2. *Julii* 1710., *&* 27. *Februarii* 1711.

Hisce tandem opportune adimpletis, rebusq; ut par erat, compositis, hodie unacum præmisso dubio *restitutionis in integrum Dominis* insimul licet separatim exposui alterum vetus

tus = *an locus foret Statuto*, & accepto in omnibus responso affirmative, duplicem quoque, ut par erat efformavi *Decisionem*; Præsentem autem peragentem de sola restitutione in integrum.

Fundamentum fuit non illud dumtaxat, cui etiam in anteactis propositionibus iniri conabantur præfati Scribentes, quod, cum in prioribus Instantiis Cecilia minime opposuisset, & signanter coram primo Judice hanc præexistentem Sententiam in foro Capitolino pronunciatam, imo eadem quoque *Sign. Justitia* neglexisse videretur successivam petitionem præfatę Ceciliæ super efflagitata ex hoc capite circumscriptione horum deinceps judicatorum, vel hæc exceptio rei
4 judicatæ censeri posset implicite rejecta, vel tacite remissa per ipsam Ceciliam usque ab initio, ex animadversis in proposito per *Surdum consil.* 160. *num.* 51., *Roman. consil.* 410. *num.* 4., pleníssime *Cancer. var. resolut. par.* 3. *cap.* 17. *ex num.* 1. *usq. ad* 63. *Rot. dec.* 370. *num.* 20. *cor. Bich. & dec.* 468. *n.* 7. *cor. eodem, & in rec. dec.* 90. *n.* 7. *par.* 10. *dec.* 193. *num.* 3. *par.* 13. *dec.* 443. *num.* 3. *par.* 14. *dec.* 706. *num.* 4. *par.* 18. *& in Neapolitana pensionis* 17. *Februarii* 1698. *cor. me dec.* 30. *n.* 4. *inter noviter Romæ impressas, & dec.* 180. *n.* 12. *&,* 13. *post Modern. Ascul. ad Stat. Urb.*

Sed, & robustius effulsit alterum revera validius nullitatis, & injustitiæ, quibus madere noscebatur eadem Sententia fori Capitolini, concurrente etenim alterutro defectu, nulla Sententia potest elevari ad statum rei
5 judicatæ, itaut non competat nulliter, & injuste succumbenti opportunũ remedium restitutionis in integrum, ut respectu nullitatis habetur per *Text. in l. si expressum ubi gloss.*, & communiter *DD. ff. de appellat. Rot. cor. Emerix. Jun. dec.* 263. *num.* 1., *& dec.* 514. *num.* 2. cum aliis adductis concordantibus in *Cracov. seculasteriæ super sequestro inter impress. cor. me dec.* 50. *n.* 2. Et respectu injustitiæ passim dicunt relati per *Gratian. dec. March.* 197. *in addit. nu.* 2. *ibique Scopp. ex n.* 15. *usq; ad fin. Rota cor. Seraph. dec.* 123. *n.* 5. *& cor. Dunozet. Jun. dec.* 326. *n.* 2. *& cor. Bichio dec.* 370. *n.* 18., *&* 19. *& dec.* 166. *num.* 11. *cor. Card. Cerro, & dec.* 185. *nu.* 6. *par.* 19., *& dec.* 475. *num.* 42. *eadem par.* 19. *rec., & dec.* 50. *nu.* 1. *cor. me inter noviter Romæ impress. tom.* 1.

Applicando igitur ad rem, prænominata prior Sententia scatebat unoquoque defectu, & quidem circa nullitatem ea palpabiliter emergebat, cum in Curia Capitolina, in qua eadem prior Sententia prodiit, contempserit Judex ordinem præscriptum in Statutis ejusdem *Curiæ*, seu *Urbis*, & signanter *in cap.* 59. ubi demandatur, quod in Causis Ordinariis procedatur per viam libelli, seu petitionis, quod utique in hac Causa minime servatum fuisse apparebat: quapropter
6 contempta forma Statuti, palam reddebatur eadem Sententia nulla, & insanabilis, ex plene collectis per *Mascard. de general. stat. interpret. concl.* 9. *num.* 60., quodque idem procedat etiam in aliis Curiis, & signanter
7 coram A.C. in qua monitorium succedit loco libelli, animadverterunt *Card. de Luc. de jud. disc.* 8. *n.* 15. *& in relat. Rom. Cur. for. disc.* 34. *num.* 26. *in fine Ridolph. in praxi par.* 2. *cap.* 4. *num.* 32. *Rot. dec.* 335. *num.* 13. *cor. Ludovis. dec.* 109. *nu.* 4. *cor. Buratt. & cor. Duran. dec.* 146. *num.* 6., *& in rec. par.* 7. *dec.* 4. *num.* 24., *& consonat dec.* 133. *num.*
8 12., *et* 13. *par.* 16. itaut velit *Fenzon. ibidem sub lit. B. seu num.* 4., *et seqq.*, non sufficere pro præservatione ejusdem nullitatis consensum expressum, vel tacitum earumdem Partium.

Quo vero ad injustitiam, ea non minus visa est patenter resultare, ex quo Cæcilia tamquam Donataria Georgii communis Fratris perperam immissionem reportaverat mediante eadem Sententia ad omnia bona tam Materna, quam Paterna, & tamen cum adesset de medio Elisabeth altera Soror in pari gradu, nequibat non admitti ad proportionabilem
9 consuccessionem, prout disponit Jus novissimum in *l. maximum vitium C. de liber. præter.*, de qua præ ceteris *Rot. in Romana seu Firmana successionis* 10. *Decemb.* 1698. *cor. me inter noviter Romæ impressas dec.* 67. *sub num.* 17., *& in Romana seu Nullius Immissionis* 9. *Martii labentis anni §. Primo pariter coram me.*

Quin obstare ullatenus posset Sanctio Statutaria *Urbis* in altero *cap.* 145., per quam Feminæ videntur arceri a successione per existentiam Fratrum, qualis erat Jo: Georgius, a quo, uti præmisimus, tamquam illius donataria causam habebat prædicta Cecilia; Quoniam ipsum Statutum potius clare præcipiebat, quod in tantum Sorores, vel Neptes excludantur per existentiam Fratris, vel Patrui in casibus, in quibus de cetero, prout hic, non fuerit ei dos constituta per Patrem,
10 vel Avum in sua ultima voluntate) in quantum Fratres, ac Patruus sint cum effectu parati dotare Sororẽ, vel Neptem de paragio, alioquin, sūt verba præcisa, *succedant d. Mulieres cum masculis, prout Jura disponunt.*, unde, cum de facto nusquam demonstrata tali promptitudine, Joannes Georgius, ne-

que de proprio, neque de bonis Paternis, neque demum de Maternis Elisabetham dotaverit, sed ea dotem receperit aliunde, nimirum ex subsidiis dotalibus, quæ in Urbe laudabiliter per Loca Pia pauperibus, & honestis Puellis distribuuntur, necnon ex superadditis quibusdam Mobilibus Ceciliæ Sororis, *ut in Summario ejusdem Elisabeth. porrecto sub die 16. Maji 1710. num. 8.*, pro-
11 fecto minime locum sibi vindicabat Statutū exposcens, quod dos tribuatur per personas ab eo designatas, ex plene jam definitis per *Rot. in dec. 183. num. 12. & 13. par. 8. rec.*, ubi adamussim refert illa verba adversativa = *alioquin succedant Mulieres &c.* ac sequitur *Modern. Ascul. ad idem cap. 145.* alias *annot. 39. art. 2. n. 107*, & prius dixerat *Rot. dec. 1158. num. 4., & seqq. coram Coccin.*, & in ejus confirmatoria *dec. 1177. n. 1. cor. eod., & dec. 557. num. 11. cor. Dunozett. Jun.* licet de reliquo sufficeisset unica dotatio facta ab alterutra ex prædictis personis nominatis in Statuto ad finem, ut femina exclusa restasset a qualibet ceterorum hereditate, quemadmodum subnectunt adducti per *Modern. Ascul. ad Stat. Urb. in praallegata annot. 39. nu. 182., et 183., Rot. dec. 116. §. Non obstat post Fenzon. ad Stat. Urb. dec. 520. nu. 5. cor. Buratt. decis. 458. la prima num. 5. cor. Roxas dec. 390. nu. 10. cor. Merlin., et dec. 316. num. 4. cum seqq. par. 6. recent.*

Minusque pariter suffragari valebat subalternans replicatio, quod nequaquam sufficiat, Fratrem positive non dotasse Sororem, quando per præcedentia verba ejusdē Statuti fat erat, quod idem Frater, nempe Joannes Georgius paratus esset illam dotare; itaut ad hunc effectum saltem oportuisset,
12 quod Elisabeth illum judicialiter interpellasset ad sibi dotem constituendam, cum præsumatur Frater semper promptus dotare eo ipso, quod Paternam adit hereditatē, ut inquit *Fenzon. ad hoc ipsum Stat. Urb. in praalleg. c. 145. n. 21. Modern. Ascul. ad idem Stat. annot. 39. art. 3. n. 226., & 232. Rot. par. 1. diversf. dec. 140. num. 6.*, quodque
13 idcirco onus incumbat ipsi feminæ probandi voluntatem in Fratre eam dotandi; prosequitur *Gabriel. conf. 5. num. 19. lib. 1., & conf. 139. n. 2. & seq. lib. 2. Modern. Ascul. in pracit. annot. 39. n. 234., & 235. cum seqq. Rot. dec. 2003. num. 9. cor. Coccin.*, & late *dec. 541. num. 5., & per tot. cor. Pamphil., & dec. 200. num. 15., & 16. par. 13. rec.* Alias quippe simplex effectiva demonstratio quod Mulier nupta fuerit, nullaque ei dos fuerit constituta per Fratrem, nullo modo
14 Statutariam exclusionem eliminat, & tollit, Teste *Fenzon. ad ipsum cap. 145. num. 21. & seqq. Rot. post eumdem dec. 116. in princip. & cor. Cocc. dec. 1158. nu. 8., & dec. 1242. num. 2., & in dictis dec. 541. num. 6. coram Pamphil., & in d. dec. 200. n. 13. p. 13. rec.*

Siquidem omnia hæc utique erant in se verissima, sed claudicabant in applicatione, sive in præsentis facti circumstantiis; nam cum resideat in arbitrio Fratris, vel actu dotare Sororem, vel implicite renunciando beneficio ejusdem Statuti, eam admittere ad con-
15 successionem, quemadmodum citra contradictorem conveniunt plene cumulati per *Casareg. ad Stat. Genu. de success. ab intest. verbo Masculi n. 68., & seqq. Rot. dec. 450. nu. 4. & seqq. cor. Cerro dec. 173. nu. 24. cor. Ottbobon., et dec. 146 ex nu. 4. ad 18.* Idque fieri possit etiam invitis Creditoribus ipsius Fratris, Sorores admittere volentis, dummodo idem Frater prius non adierit Paternam,
16 vel Maternam hereditatem, ut ampliant, & respective distinguunt relati per *Concioл. ad Stat. Eugub. lib. 2. rubr. 62. n. 16. Michalor. de Fratr. par. 3. cap. 11. nu. 173., Card. de Luc. de success. ab intest. disc. 21. n. .., et seqq.*, & consonat *Rot. dec. 146. num. 6., et seqq. par. 10. rec.*

In nostra profecto thesi liquebat, Jo. Georgium potius, quam dotare admittere prorsus fategisse Elisabeth ad hanc consuccessionē; Jam enim quantum attinebat ad probationem negativam, illa facile eliciebatur ex supradicto non facto, videlicet ex non expleta per eum ulla dotatione, potius permittendo citra ullam reclamationem, quod Cecilia Soror, & non ipse aliquo modo ut supra, induisset personam dotantis, quando a simili videmus exuberare, fratrem præbuisse
17 consensum dotationi factæ a Muliere per seipsam etiam de Bonis paternis, juxta connotata per *Mandell. Alb. conf. 775. per totum Tort. ad Stat. Pap. rubr. 95. num. 152. Casareg. ad Stat. Genuæ de Success. ab intest. verbo Masculi liberi num. 72. et 73. Modern. Ascul. ad Stat. Urb. art. 3. annot. 39. nu. 249. et Rot. dec. 557. sub n. 14. cor. Dunoz. Jun.*

Ast probationi negativæ jungebatur affirmativa, & positiva, & quidem clarissima, quoniam jam usque de anno 1656. Catharina cōmunis Mater adiverat hereditatem Francisci illorum Patris ab intestato prædefuncti nomine omnium filiorum, nempe Ceciliæ, Joannæ, Elisabethæ, & Joannis Georgii, *d. Summ. nu. 2. et 3.*; Unde cum ad majorem perventus ætatem hanc consuccessionem Jo: Georgius ratificaverit vigore ejusdem simultaneæ aditionis expresse exigendo pretium

tium nonnullorum Locorum Montium, idque post quindecim annos à die prædictæ aditionis *d. Summ. num. 10. litt. A.*, non
18 poterat dubitari, quin eadem ratificatio aditæ hereditatis æquipolleret formali ab initio factæ aditioni, ficuti affirmant *Surd. conf. 60. num. 14. lib. 1. Honded. confil. 38. num. 5. lib. 1. Surd. dec. 159. num. 12. et 15. verf. non obftat, Rota dec. 871. num. 11. cor. Emer. Jun. dec. 422. num. 12. par. 19. tom. 2. rec.* & in fpecie poft *Gratian. discept. 711. ex num 55.* cum ibidem cumulatis firmavit Rota *in Nullius, feu Terræ Pontiani Cenfus 19. Aprilis 1706. §. Duplex etiam cor. Rmo Kaunitz Epifcopo Labacen.*

Præfertim ex quo, ultra prædictum factum exactionis communi nomine fequutæ, in eadem ætate majori fefe quoque enunciavit unacum Elifabeth, aliifque Sororibus heredem ab inteftato Francifci Patris, *d. Summ. num. 10. litt. A.* ibi = *D. Joan. Georgius, et Elifabeth &c. filii, et ab inteftato heredes quondam Francifci Gambirafii fcut. 100. monetæ &c. liberi in exfequutionem decreti Dñi Thefaurarii Generalis etc. quietarunt etc.* = Unde quis inficiabitur; quod hæc en[illegible]tiva
19 gemiffa precipue in a[illegible] proportionato gerēdi actum [illegible]ditarium, non conftitua[illegible] ali[illegible], prout fe enunciavit in gradu heredis, vel coh[illegible]redis? Sicuti unanimiter monent relati per *Card. de Luca de Hered. difc. 12. nu. 2. et 7. et per Rotam dec. 279. num. 2. et 5. cor. Buratt. et dec. 460. num. 1. cor. Gregorio, et in Rec. dec. 478. num. 3. par. 5. tom 2., et dec. 74. n. 6. p. 7.*, & maxime cum hæc enunciativa, hic actus provenissent ab expeditione
20 Mandati Judicialis, prout fubnectit *Rot. in fupradicta Anconitana, feu Recineten. Cautelæ Angeli 7. Aprilis 1710. §. Ultra Creditorum cum feqq. cor. Rmo Kaunitz. Epifcopo Labacen.*, ubi allegantur *dec. 233. num. 4., et dec. 490. n. 9. cor. Bichio.*

Peraugebantur autem hæc omnia, quia hoc idem practicavit, ac geminavit Jo: Georgius poft obitum Catharinæ Matris, dum triennio poft, nempe de anno 1674. de mandato Domini Thefaurarii eadē Elifabeth, ejufque Sorores unacum Joanne Georgio fimultanee exegerunt alia fcuta 200. tam quā communiter heredes ejufdem Matris ab inteftato, ac propterea non folum ad terminos præmiffarum propofitionum Joannes Georgius confuceeditricē voluit, & admifit eamdem Elifabeth etiam quo ad bona materna, fed, & videbatur confirmaffe aditionem factam fub anno 1656. nomine omnium filiorum, tam mafculorum, quam feminarum ab eadem Catharina de præcedenti paterna hereditate, adeundo quippe per hanc fecundam exactionem, ac infimul enunciativam heredis præfatæ Catharinæ procul dubio præcedentem aditionem ab ipfa Catha-
21 rina expletā iterum approbabat, cum heres eo ipfo quod adit hereditatem alicujus, approbat illius facta, & fe obligat ea velle fervare, & cuftodire, ex collectis per *Anfaldum conf. 32. n. 15., & 16., & num. 73. Negufan. de Pignor. par. 2. membr. 2. num. 57. Mafcard. de Probat. conclus. 870. num. 15. dec. 796. num. 4. coram Emer. Jun., & in Romana Salviani 16. Februarii 1694. coram me inter noviter Romæ impref. dec. 751. n. 62.*

His que circumftantiis tam negativis, quam pofitivis, undequaque præfulgēde conftantis, nequaquam ex[illegible]udiri poffe merebatur illa oppofitio, quod hujufmodi actus reduplicatos Joannes Georgius effecerit prorfus deceptus vel infcius, vel fupponens, quod vere Elifabeth, ejufque Sorores effent legitimæ coheredes; quoniam vel amen aliquod habere potuifset hæc excufatio, feu difficultas quoties fupponere potuifset per imaginationem fortafse fefe per Patrem, feu Matrem effectum fuiffe coheredē ex teftamē[illegible]o, in quo fane fuppofito valuifset forfan cadere error, & deceptio, quod ambo, vel alteruter infcribere fibi potuiffent heredes filios tam mafculos, quam feminas, fed cum in prædictis actibus refpicientibus tam paternam, quam maternam hereditatem, fefe cum Sororibus enunciaverit coheredē ab inteftato, & gefserit iteratos actus hereditarios in communi refpectu patris, & matris fub hoc titulo *ab inteftato*, quænam deceptio ab eodem Joanne Georgio vivente numquam allegata poterat fine alia faltem ab extra probatione vel adminiculo tuto allegari poft illius obitum per ejus Donatariam? Cum in Urbe, quod frater excludat Sororem ab inteftato, nemo non fciat; ftatuta quippe præfumuntur nota omnibus Do-
22 miciliaribus, & maxime Civibus, ut ad rem obfervat *Bald. in l. Leges Cod. de Legib. Alex in. conf. 65. n. 39. lib. 6. Parif. conf. 49. num. 47., Bonden. Collect. legal. ter. nu 83. et 84. tom. 2., Menoch. de Præfumpt. præfumpt. 3 num. 2. et feq. lib. 2. tom. 1. Card. de Luca de Credit. et Debit. difc. 92. num. 4. Rota dec. 568. num. 3. par. 2. Rec.*, & admittitur *in Romana, feu Januen. Trebellianicæ 5. Junii 1693. cor. bon. mem. Pio impreff. apud Conftantin. ad Statut. Urb. dec. 7. num. 4.*

Atque ita amplius non oportebat ad exclufionem ignorantiæ in Jure adducere illam, ceteroquin abftractive veram propofitionē, quod ignorantia Juris non admittatur, quan-

quando in Civitate Magna, prout est Ro-
23 ma, adest copia Doctorum, atque Petitorum, quos facile consulere poterat allegans hanc de cetero nimium improbabilem ignorantiam, ex iis, quæ traduntur per *Rotam dec. 1338. n. 9. et seqq., et dec. 1439. n. 16. et 17. cor. Coccino, et cor. Penia dec. 515. n. 5. juxta Impressionem Lugdunensem, et dec. 283. num. 3. cor. Emer. Jun., et in Rec. dec. 306. num. 54. par. 7., et dec. 486. n. 14. par. 19. tom. 2., et in Romana Census 23. Junii 1092. §. fin. cor. clar. mem. Card. Caccia*.

Addito ad exuberantiam, quod, non solum Joannes Georgius nunquam reclamavit ab hac promiscua consuccessione, quam valens, & volens, certo certius admisisse videbatur, sed etiam prætermisit quidquam indicare circa hoc in ipsa donatione facta Ceciliæ data *in Summario Num. 11.*, in qua simpliciter professus est *omnia, et singula ejus bona mobilia, et stabilia Locorum Montium ubique posita &c. hereditaria quondam Francisci, et Catharinæ ejus Genitorum* donasse, & transtulisse favore Ceciliæ, quapropter, alio non indicato, quod aliam præseferret
24 intentionem, potius hujusmodi verba generalia intelligenda erant, & referibilia ad illam quotam, quam in com nuni cum fororibus acquisiverat, quemadmodum in proposito ratiocinantur, & ostendunt relati per *Rotam dec. 209. n. 1. et seqq. par. 8. dec. 582. num. 8. et dec. 615. n. 3. par 19. tom. 2. rec. et in Romana Donationum 4. Junii 1700. §. Et quamvis prope finem cor. Rmo dell' Olmo Episcopo Conchen.*

A primo igitur ad ultimum concluserunt *Domini constare*, ut diximus, *de causis*, absque eo quod opus esset præter prædictam nullitatem, & injustitiam in hac parte detectam descendere ad alia capita injustitiæ memoratæ primæ Sententiæ, de quibus sermo erit in contemporanea *decisione hujus diei*, cum
25 ad finem rescindendi Sententias, & judicata superabundet injustitia detecta etiam in aliqua illius parte, juxta tradita per *Vant. de Nullitat ex defect. jurisdict. n. 3. Scacc. de Sentent. et re judicat. gloss. 14 quæst. 13. n. 5. et seqq., et in meo Tractat. de Commerc., et Mercatur disc. 54. num. 48. Rot. dec 199. n. 17. par. 16., et dec. 184. n. 19. par. 17. Rec.*
Utraque &c.

Romana Dotis.

Veneris 20. Novembris 1711.

ARGUMENTUM.

Fuse agitur an, & quomodo, & ex quibus adminiculis, sive conjecturis probari possit dotis, vel illius augmenti promissio, & an in constitutione, vel promissione d. augmenti facta a muliere requirantur Statutariæ Urbis solemnitates.

SUMMARIUM.

1. *Restitutio in integrum non datur absque læsione.*
2. *Dotis constitutio, sive promissio probari etiam potest concludentissimis probationibus, & conjecturis, & quandoq; etiam levioribus* num. 15. & 16.
3. *Et Testes super ea deponentes debent esse contestes de loco, tempore, & verbis.*
4. *Scriptura, sive Instrumentum initum de summa majori parit præsumptionem, quod si major summa fuisset promissa, de ea quoque, scriptura fuisset procurata.*
5. *Testes plene probant adversus eos inducentẽ.*
6. *Promissum sub aliqua conditione, semper sub contraria conditione censetur ademptum.*
7. *Dictio* però *quid importet, et quæ sint aliæ clausulæ adversativæ, et resolutivæ.*
8. *Culpa suum sequitur Auctorem.*
9. *Dos scutorum quatuor millium quod fuerit promissa a Persona penitus extranea. et quæ nullam habebat necessitatem dotandi, valde dicitur inverisimile.*
10. *Dotis augmentum quando est promissum a muliere post matrimonium, jam contractũ, tunc in ejus obligatione sunt servandæ solemnitates Statutariæ, alias contractus est nullus.* Declara n. 28. & limit. n. 29.
11. *Istaque nullitas allegari potest a Tertio etiam Actore, si prius nullitas sit in Judicium deducta, ac recognita.*
12. *Observatio solemnitatum licet de Jure in aliquo contractu non essent necessaria, attamen si contrahentes illas servare promiserint illæ sunt de substantia servandæ.*
13. *Renuncianti numquam datur regressus ad bona renunciata.*
14. *Sub renunciatione censetur comprehensum totum id quod renuncianti fuerat delatum, & debitum de tempore ejusdem renunciationis.*
17. *In ore duorum, vel trium stat omne verbum.*
18. *Contractus quilibet, et præcipue dotalis probatur ex dispositione duorum Testium.*
19. *Præsertĩ si Testes sint Sacerdotes, ac Religiosi omni exceptione majores, & Mediatores.*
20. *Quo casu sufficit etiam unicus ad effectum probandi constitutionem, seu promissionem Dotis.*
21. *Dotis constitutio, sive promissio ex quibus probetur.*
22. *Testis de uno loco, & tempore, & alter de diverso loco, & tempore deponens super uno, eodemque negocio quando conjungantur.*

23. Pa-

23. *Pacta nusquam interpretanda sunt frustratoria, & elusoria.*
24. *Pacta dotalia, sine quibus alias non fuisset contractum matrimonium, veniunt religiosius observanda.*
25. *Ex propria culpa, vel defectu commodum quis reportare nequit.*
26. *In arbitrio, sive placito unius Partis non manet; altera invita, sese eximere a suscepta jam obligatione.*
Ea, quæ ab initio sunt voluntatis ex post efficiuntur necessitatis.
27. *Vera quantitas dotis constitutæ est illa, quæ a Partibus fuit subintellecta, atque conventa, & non ea in instrumento apposita.*
29. *Promissio Mulieris ante matrimonium favore dotis sustinetur absq; solemnitatibus.*
30. *Contractus, in quo Partes conveniunt de scriptura, sive instrumento faciendo, an dicatur perfectum ante confectionem scripturæ.*
31. *Promissio ad commodum duorum inita si unus illi renunciaverit, alteri obesse nequit.*
32. *Renunciatio non comprehendit ea, quæ renuncianti licet delata, erant tamen ignorata.*
33. *Confessiones emissæ per Debitores nullatenus officere valent ejus Creditoribus.*
34. *Limitatur si dd. confessiones coadjuventur adminiculis, & conjecturis.*

DECIS. DLIII.

EX quo Ærsilia Doti ceteroquin palam cõstitutæ per publicum Instrumentum in scutis 4000. unacum Josepho ejus filio favore Annæ alterius filiæ, & respective Sororis ejusdem Josephi de proprio superaddere prõmisisset scuta mille, usque de Anno 1688. coacti fuerunt eadem Anna, ejusque Vir promovere judicium contra Matrem, & correlative Socrum coram tunc temporis Prælato, hodieque merite Eminentissimo S.R.E. Cardinali Pallavicino, adeo felici successu, ut nedum opportunam reportaverint Sententiam, sed & ea per longam temporis intercapedinem transitum effecerit in rem judicatã, donec insurgente Francisco Herede alterius Francisci Creditoris memorati Josephi pro quodam Cambio scutorum 2210., & ad illius instantiam implorata, obtentaque Commissione *Mihi* directa super efflagitata per eũ restitutione in integrum, conforme idcirco dubium hodie Dominis exposui, utrum scilicet *constaret de Causis hujusce restitutionis in integrum*, & accepi responsum *negativum* Quapropter necesse non fuit quidquam ulterius respondere ad subalternãtem ejusdem Dubii partem, seu potius *liquere de Credito*. Jam enim notoria militabant pro supradictis Conjugibus Anna, & Claudio præsidia illarum Propositionum, quod nusquam Janua aperitur præcitatæ in integrum restitutioni,
1 nisi per Actorem manifeste doceatur de injustitia, vel invaliditate præcedentis Judicati, a quibus talis eliciatur læsio, quę mereatur reparationem per viam ejusdem restitutionis in integrum, ex passim traditis per *Textum in cap. 1., ibique præ ceteris Abbas n. 2. de restit. in integrum, Bartol. in l. 1. nu. 8. & 9. C. si adversus rem judicat. Ridolphin. in praxi par. 1. cap. 13. num. 449., & seqq. Rota in Romana Dotis 16. Junii 1690. §. Mandatum quippe cor. Rmo Molines Decano & in Toletana Decimarum 23. Martii 1699. dec. 78. num. 2., & 3. cor. me inter noviter Romæ impressas, & in Melevitana Communæ de Viennettis 21. Februarii 1710. §. Primo cor. R. P. D. Scotto, & in Romana Fideicommissi de Avila super restitutione in integrum §. Respectu autem coram R. P. D. meo Lancetta.*

Tantum vero aberat, quod de hac nullitate, vel injustitia doceretur, quod de nullitate nulla pro novebatur oppositio: Circa vero Injustitiam perperam plures addebantur objectationes; & primo, quod de hac augmentativi promissione *scutorum* 1000. facta per Ærsiliam minime appareret per aliquod publicum Instrumentum, aut saltem juridicam scripturam, proindeque ex hoc solo fundamento non probatæ hujus promissionis rueret basis Sententiæ, quæ eandem promissionem canonizavit; Licet namque hujusmodi promissio prætenderetur inita ex causa Dotis, non tamen (uti dicebatur) ob id dos sibi vindicat hanc exorbitan em prærogativam, ut illius Constitutio, vel pro-
2 missio comprobari valeat absque concludẽtissimis ac dilucidis ceteroquin probationibus, ut admonet *Soccin. Jun. cons. 12. nu. 15. lib. 2. Roland. de Luc. de Dot. quæst. 71. num. 6., Alexand. consil. 13. num. 11. lib. 1. Nivell. de Dote par. 9. Privileg. 12. Mascard. de probat. conclus. 566. num. 7. & 8. Card. de Luc. de Dot. disc. 150. num. 4.*

Applicando autem ad rem utique ad effectum justificandæ talis promissionis, nec de tempore prolatæ sententiæ nec hactenus darentur ex parte Conjugum alia documenta, quam simplices depositiones duorum Testium affirmare satagentium, quod dos in totum fuerat constituta in scutis 5000., quorũ scut. 4000. fuerant expressa in publico Instrumento Matrimonii, alia vero scuta mille conventa post obitum ipsius Ærsiliæ promitten-

m...entis, sed hæ (ut sibi suadebat Franciscus) depositiones in nihilo videbantur attendendæ: quoniam illæ erant undique singulares; & nequaquam effulgebant contestes in loco, tempore, & verbis, prout videre erat in *Summario Francisci n. 3., Summario etiam Conjugum num. 2.*, quando tamen nemo non scit, quod ad probandam hanc Confessionem promissionis in figura extrajudiciali Testes omnino debent esse cōtestes de loco, tempore, & verbis, ex connotatis per *Castrens. cons. 296. sub n. 3. vol. 1., Paris. cons. 60. num. 45. vol. 4., Conciol. allegat. 8. num. 39., Gratian. discept. forens. 144. n. 1., Angel. de Confession. lib. 1. quæst. 8. limitat. 1. num. 4., Rot. cor. Buratt. dec. 113. num. 35., & in Rec. dec. 214. num. 12. par. 6., & alibi quotidie.*

3

Quin fulcimentum aliquod recipere valerent præfatæ depositiones a quodam præparatorio Exemplati, seu minuta alterius Instrumēti conficiendi pro Donatione, sive additamento eorumdem scutorum mille de qua in *Summario Conjugum num. 3.* Siquidem non solum retorsionem potius pati videbatur hæc circumstantia, dum in effectu tale postmodum Instrumentum nequaquam fuit exaratum, prout exstitisset quoties vera fuisset promissio antecedens, ad ea, quæ in proposito animadvertit *Soec. Jun. cons. 44. nu. 4. vers. item non est verisimile lib. 4., Rot. dec. 290. num. 10. par. o.* & in punctualibus, ac fortioribus terminis *eadem Rota dec. 196. nu. 6., & 7. par. 10. recent.*

4

Verum etiam quia præter Argumentum istud negativum conspirabat quoque aliud affirmativum, quia nempe requisita Ærsilia per ostensionem ejusdem minutæ ad conficiendum hujusmodi Instrumentum, loco implendi promissa, ut facere debuisset, expresse se se contrariam, & repugnantem declaravit, quemadmodum fatentur iidem Testes, & præclarius primus, ut ibi = *mi disse, mi anno mandato a vedere una minuta per Conto delli scudi mille, quale mi pare, che ei vogliono troppo, ed io non intendo di farla in quel modo e prima di farla voglio, che mi mantenghino quello mi anno dato in lista, Summ. Francisci num. 3. litt. A.* hisce vero Testibus, ita potius in contrarium manifeste deponentibus, profecto tanquam a Conjugibus inductis, atque productis, ac penitus in illis sese fundantibus denegari fidem non posse adversus eosdem inducentes, & producentes plena sunt volumina, & signanter *etiam de unico Teste Gratian. discept. 505. num. 6. & 7., Rot. cor. Dunozett. Junior. dec. 647. nu. 2. & in rec. dec. 409. num. 7. par. 19. tom. pr. cum aliis in Lauden. Pensionis 4. Febr. 1695. §. Idipsum cor. bo. mem. Ursino, & in Faventina Dotis 10. Januarii 1698. §. Secundo cor. Emo Caprara, & passim alibi.*

5

Secundo validius quia, etiam ubi per hypothesim ex hac sola, & simplici depositione resultare potuisset ulla probatio hujus promissionis, adhuc illa tanquam ad sensum, & depositionem eorumdem Testium innixa in omnem casum conditioni = *Ogni volta però, che non lo sapesse detto Signor Giuseppe suo figlio, che se l'avesse saputo non ne poteva far niente, præfato Summ. Francisci n. 3.* Posita idcirco successive hujusmodi scientia in Josepho ejus filio, procul dubio habebatur, & habenda erat eadem promissio pro non facta, quodlibet quippe promissum sub aliqua conditione semper sub contraria conditione censetur, & remanet ademptum, ex collectis *l. si Leg. ... tum pure ff. de adimen. Legat., l. Legata sub conditione ff. de condit. & demonstr. Aebil. Pedroc. cons. ... nu. 75., et 76. Mans. cons. 22. n. 65., Cyriac contr. 661. nu. 4. et seqq., Rota dec. 225. num. 1. et 2. par. 2. divers., et in addit. ad decis. 16. num. 20. ... Me inter noviter Romæ impressas* maxime inspecta illa dictione = *però* = nec non *se l'avesse saputo*, quæ ex earum natura adversativa, & respective resolutiva in cāsum non verificatæ conditionis sequuto cōtrario magis important contrariam volūtatem, & cessationem promissi, ut vigore dictionis = *Però* = ponderarunt *Bald. cons. 195. num. 11. et 12. lib. 2. Stayban. Jun. resolut. 88. num. 14., Rot. cor. Seraphin. dec. 749. in principio dec. 131. num. 3. vers. immo urgentiora videntur par. 7. rec., et cor. Dunoz. Junior. dec. 882. num. 8.* & respectu aliorum verborū in proposito dixerunt *Gratian. cons. 102. num. 18., et cons. 108. num. 10. lib. 2. Giurb. observat. 51. num. 7. lib. 1., Rota dec. 882. num. 7. cor. Dunozz. Jun. Thesaur. decis. 270. num. 21. dec. 365. num. 6. par. 16. et dec. 571. nu. 3. par. 19. tom. 2. rec.*

6

7

De hujusmodi autem scientia in Josepho filio fas non erat amplius ambigere, dū præter extrajudiciales buccinationes fortiter intervenerunt strepitus Judiciales Actorum, & Citationum usque ad Sententiam publice prolatam *a memorato Eminentissimo Pallavicino*; Quemadmodum pariter fatentur iidem Testes *dicto Summario num. 3.*, addito quod eadem scientia, cetero quin sic effecta indubitabilis, eo certius affligere debebat ipsos Conjuges, dum non a vociferatione ipsius Ærsiliæ, sed ab eorumdem Conjugum facto detecta promanabat ad regulam *Textus in l. quaro §. Inter Locatorem ff. Locat. et in cap. damnum*

8

damnum de regul. Jur in sexto ibique Glossa, Leoncill. decis. Ferrar. 42. num. 12., Censal. dec. Lucen. 82. n. 2. et 3., Rot. dec. 300. nu. 8. par. 15. dec. 275. num. 11. par. 16., et dec. 481. num 18, par. 19. Rec.

Ad clarius vero perstringendam, roborandamque unam, & alteram objectionem, nempe quod, vel nulla fuerit in rei veritate promissa superadditio Dotis, vel quod ea facile remanserit resoluta ut supra, adjiciebatur (ut aucthumabat Franciscus) illa patentissima reflexio, quod nulla suppetebat ratio, propter quam Ærsilia devenirer ad hãc supererogationem *scutorum mille*, dum illa *scuta* 4000. quæ fuerunt vere constituta pro dote Annæ, erant undique congrua ad Matrimonium, de quo agebatur, ineundum, sicuti litteraliter fuerat Judici expositum, & partibus hinc inde præsentibus assertum in publico desuper confecto Instrumento, ut ibi = *Exposuit &c. ipsam fuisse collatam in Matrimon. &c. mediante constitutione Dotis scutorum 4000. &c. et attenta præsertim conditione Personarum utriusque* (videlicet Conjugis) *et Patrimonii ipsius Josephi &c. et habito respectu quantitatis Dotis ipsius Ærsiliæ ipsam exponentem fuisse plusquam condecenter dotatam, dicto Summario nu. 5.*, ideoque præfatis de reliquo fundamentis in se firmissimis, adaucta hac evidenti ratione, & re-
9 spective inverisimilitudine prorsus insubsistens reddebatur similis expromissio, illiusque perduratio, ut in proposito, non abs re, consideraront per *Textum in l. cum Indebiti ff. de probat., Ruin. cons. 23. num.* 4. *lib.* 5. *Mantic. de tacitis, et ambig. lib. 13. tit. 22. nu. 8., Rota apud Marchesan. de commiss. par. 3. fol. 125. dec. 69. num. 5., et 6. par. 7.* . & in specie nostri casus *dec. 196. nu. 5. par. 10. rec.*.

Atque hinc (subdebat Franciscus) corollarie subsequebatur tertia objectatio, nimirũ quod saltem ad validandam talem promissionem exigerentur solemnitates, ad consulendum imbecillitati Mulierũ sancitæ per *Statutum Urbis Cap. 151.* Eo namque ipso, quod ad tenorem Instrumenti, facientis ex vulgatis probationem probatam, & præsertim coram Judice Dos expressa scutorum 4000. erat potius superabundans, quomodo Ærsilia Mater, & mulier sine talibus Solemnitatibus valebat illaqueari hac ulteriori obligatione, probabiliter enim quoties idem Judex novum desuper interponere debuisset Decretum, utique detrectasset, ne Mulier per
10 hanc quodammodo prodigalitatem, vel excessivitatem nimium læderetur, resistente in his terminis eodem Statuto juxta *consil. Gabriel 10. per tot. lib. 1., Casanatt. cons. 54. num. 36., Adden. ad Gregor. dec. 491. nu. 13. Rot. post Pich. ad Stat. Urbis decis. 22. nu. 8. cor. Coccin. dec. 479. per tot., & in rec. dec. 241. nu. 3. par. 7. & dec. 94. n. 15. par. 8.*

Cumque, quod plus erat, hujusmodi augmentũ positive exstitisset ab Ærsilia prætensa promittente impugnatum, ut dicebant prænominati Testes, & præcipue secundus illis verbis = *concernente la petizione di scudi mille, quali lei intendeva di non darli, dicto Summario nu.* 3. de plano etiam (concludebat Franciscus) sequebatur, quod
11 hoc ipsum posset objicere, & impugnare quilibet habens Causam ab ipsa Ærsilia, ex congestis per *Gratian. cap. 691. n. 17., Constantin. ad Statutum Urbis annot. 44. n. 735. Rota dec. 168. num. 9. cor. Priolo dec. 130. num. 10., & 24. par. 6. rec., & in Romana Lucri Dotis dec. 154. num. 15. inter impress. post dictum Constant. ad Stat. Urb.*

Quarta pariter urgens (ut non minus proclamabat idem Franciscus) insurgebat objectatio, quod tanto magis adhibendæ erãt Solemnitates præfatæ Statutariæ, prævia etiã confectione publici Instrumenti; Quoniam hoc idem nabuit in Animo Ærsilia, quemadmodum liquebat ex littera ejusdem minutę, sive exemplaris, de quo *dicto Summario num.* 6. Siquidem in eadem minuta expresse cautum legebatur, sunt verba pręcisa, *Sed cum ipsa Domina Exponens sit Mulier, prædictaque, & infra dicenda peragere minime valeat, nisi servata forma Juris, & Statutorum, quibus propter Sexum subjacet.* Hinc quando etiam abstractive de jure talis celebratio Instrumenti, & observatio Solemnitatum alias non fuisset necessaria, nihilominus demonstrata hujusmodi præcisa voluntate contraendi sub hac certa, & determi-
12 nata forma, profecto aliter postea initus Cõtractus non tenet, quia tunc non ad meram probationem, sed ad ipsam substantiam ipsius contractus talis forma effecta dicitur plusquam necessaria, si non ex legis dispositione, saltem ex corundem partium conventione, secundum Doctrinam *Castrensis in l. Contract. C. de fid. Instr. Possidor. de empt. lib. 1. dub. 11. a n. 8. ad fin., Bald. ad Rumon. observ. 84. n. 20., & seqq. Rot. dec. 520. n. 4. par. 2. Rec., & dec. 199. num. 9., et 10. par. 6.* & in puncto *Rota cor. Celso dicta dec. 40. repetit. in rec. dec. 196. num. 13. et 14. par. 10.*

Postremo (obstrepebat Franciscus) omnem avellebat difficultatẽ amplissima renunciatio emissa per Annam, de cujus interesse agebatur, ut in *Summario num. 5.*, per illam quippe servatis etiam Solemnitatibus Statutariis

riis ex præcipua causa congruæ dotis *scutorum* 4000. ab ea reportatæ, Anna transtulit, cessit, & renunciavit universa Jura sua Josepho Fratri, illa acceptanti, ac propterea quando etiam omnia alia præmissa fundamenta defuissent, & istud augmentum omnino debitum exstaret, utique tamen ope, & ministerio hujusce renunciationis Anna remansisset hodie, & semper a sua petitione
13 exclusa, cum renuncians nusquam obtinere possit Jura renunciata ad *Textum in l. 1. ff. de Donat. l. quis argentum §. Fin. ad fin. C. eodem l. quarit. 14. ante fin. ff. de edilit. edit. Rot. cor. Cerro dec. 616. nu. 1. dec. 235. nu. 13., & 14. par. 19. rec.*, cum relatis *in Romana Salviani 11. Februarii 1689. §. Si vero cor. bo. mem. Emo Caprara, et alibi passim.*

Absque eo, quod dubitari etiam valeret ultra præmissam generalitatem in genere generaliori, quod effective, & ferme specifice eadem Anna maluerit comprehendere sub prædicta renunciatione hoc quoque additamentum, dum signanter eidem Fratri ea renunciabat de Bonis Ærsiliæ omne, quod *tam ante, quam post contractum Matrimonium sibi obvenire posset*; unde si de tempore emissæ renunciationis ad sensum Conjugum jam fuerat hujusmodi augmentum de Bonis Ær-
14 siliæ Annæ delatum, sive debitum, evidenter etiam subsequebatur, ut foret quoque comprehensum in renunciatione prædicta, ex traditis per *Torr. de pact. futur. success. lib. 2. cap. 40. num. 11. Ciriac. controv. 292. ex num. 8. ad seqq., & signanter num. 12., Rota dec. 346. ex num. 27. usque ad 31. cor. Dunozett. Jun., & dec. 116. n. 9. post Torr. de pact. futur. successionis.*

Ceterum, ut innuimus de hisce quinque lapidibus ex Torrente contentionis per Franciscum selectis, nullus a contrario ejus, quod divinitus accidit in adolescentulo *Davide* valuit attingere caput prætensæ Injustitiæ præcedentis Judicati; non quidem primus, quod nequaquam constaret sufficienter de promissione hujus augmenti *scutorum mille*; quamvis etenim præter notulam præparatoriam, sive minutam sub Oculis minime exhiberetur ullum Instrumentum, sive Scriptura, Dosque in hoc genere probationis nulla gauderet tam forti prærogativa, ut legiti-
15 me non esset justificanda vera ejus Constitutio; nihilominus ex quo quilibet contractus comprobari valet etiam citra Scripturam, ut omissis generalibus, in nostris terminis constitutæ Dotis fassa est post *Textum in l. cum citra 15. ibique glossa ver. probanti Cod. de Jur. Dot., Bald. cons. 461. num. 2. lib. 4. Mascard. de probat. concl. 568. n. 1. & seqq. ead. Rota dec. 196. num. 2. par. 10 Rec.* Immo quandoque ex subjecta materia etiam
16 levioribus probationibus, ipsisquemet conjecturis, & præsumptionibus, ut cum *Mascard. de probat. conclus. 596. num. 1. & 2.*, aliisque demonstrat *Ciriac. controv. 29. nu. 17. et seqq., Rota cor. Seraph. dec. 1221. n. 2. et dec. 316. fere per tot. par. 2. divers.*

Utique in Thesi nostra de hujusmodi additatione satis restificari visi sunt prædicti gemini Testes abundius recensiti in *Summ. Conjugum nu. 2. fere per tot.* Unde si juxta Di-
17 vinum Oraculum *in ore duorum, vel trium stat omne verbum*, & contractus quicumque
18 comprobatur ex depositione duorum Testium, & præcipue respectu Dotis, ad *Text. in l. ad exactionem Cod. de Dot. promiss., et Gloss. in l. cum citra 15. verb. Probanti Cod. de Dot.*, quanto facilius id videbatur adstruendum, quando de duobus hisce Testibus
19 alter erat Religiosæ Strictioris Observantiæ Regularis, & alter Mediator ejusdem Matrimonii, qui ubi exsistat integræ Fidei ex ipsa circumstantia mediationis in hac materia, quæ solet secrere, & circumspecte tractari, reputatur sufficiens apud plerosq;,
20 etiamsi fuisset unicus, quemadmodum in ins dividuo constitutæ Dotis videre est pene *Card. de Luca de Dot. disc. 27. n. 21., Angel. de Confess. lib. 1. quæst. 8. limit. 1. Rota cor. Buratt. dec. 775. num. 4.*, cum ibi relatis, prout etiam stante concursu duorum Testiũ, præter mox indicata Jura cessare omnem amaritudinem, late alias dixit *Rota in Bononien. Dotis, et Bonorum 14. Junii 1688. §. In nostra autem coram Rmo Hervault. Episcopo Thuronen.*

Conspirantibus propterea solum ad exuberantiam in idem etiam conjecturis, & adminiculis de per se quoque valde obstringentibus, & signanter supra relata deinceps confectione, & transmissione minutæ, quæ etsi ad actum celebrationis Instrumenti non perducta forsan valeat arguere aliquam repu-
21 gnantiam, aut pœnitentiam, de qua superius in objecto; attamen ea non fuisset ullo modo extrata, & de manu Causidici, sive Procuratoris Ærsiliæ revisa, & pluribus apostillis repleta, ut apparebat, atque transmissa, nisi præcessisset saltem tractatus, & inclinata ejusdẽ Ærsiliæ voluntas a principio, sicque juncta positiva declaratione totius historiæ mature facta ab Josepho filio ejusdem Ærsiliæ, ut etiam dicetur inferius per publicum Instrumentum, de quo *Summario Conjugum Num 6.*, istis sane adminiculis superaccedentibus, cessere omnem amaritudinem ultra jam præventive supra relatos

pro-

prosequuntur *Bartol. in l. pr. §. Idem Cornelio de quaest. Soccin. Jun. in cons. 56. num. 5. lib. 4. Joseph Ludovic. dec. Perus. 95. n. 35. et seqq., Rot. dec. 364. num. 7. cum ceteris in dec. 448. num. 5. par. 14. Rec.*

Neque hic amplius locum sibi usurpabat praenominata Oppositio, seu Propositio, quod praefati duo Testes minime coruscarent Contestes de tempore, loco, & verbis, prout abstractive desideratur in Confessionibus debiti emissis extrajudicialiter; posthabitis siquidem ceteris limitationibus, quae passim apud peragentes de materia recensentur; in primis corruebat suppositum, quod versaremur in pura, & verbali Confessione extrajudiciali, sed quaestio erat de facto, & testificatione ipsiusmet mediatoris, & alterius Testis desuper ad hunc praecisum effectum immixti, & nihilominus exuberasset, quod ageretur de actu multiplicabili, sive reiterabili, qui poterat fieri, & asseri in diversis locis, & temporibus, ut ad praesens; in hoc
22 namque casu Testis de uno loco, & tempore, & alter de diverso loco, & tempore deponens super uno eodemque negocio conjunguntur, & in suis circumstantiis probant, *Bald. cons. 39. lib. 3. Alexand. cons. 53. col. 2. lib. 1. Ciriac. controv. for. 613. n. 1. Angel. de Confess. lib. 1. quaest. 8. limit. 1. num. 15. Thomat. dec. 45. a n. 4. ad 6. Rota dec. 197. num. 10. et seqq. par. 7., et dec. 103. n. 25., et 26. par. 10. Rec.*

Inefficax non minus exstitit secundus lapis jactus a funda illius conditionis, dummodo haec augmentatio scutor. mille non innotesceret Josepho filio; non tantum etenim circa id unus tantum ex Testibus obloquebatur, & in omnem casum potius modus iste discurrendi resolvi videbatur in simplex desiderium obtinendi secretum, ne filius turbaretur ob hanc augmentationem; ut praeseferebant etiam iidem testes, ut ibi = *che lei non era tenuta, perchè aveva scoperto il secreto* = nusquam vero ad finem adjiciendi conditionem ullam, sive suspensivam, sive resolutivam; verum etiam quia admisso sensu contrario, promissio haec addendi scuta mille facta per Ersiliam ad effectum praecisum concludendi Matrimonium reddita ad illius libitum remansisset elusoria; mediate enim, vel immediate ipsamet poterat notitiam hujusce promissionis ad aures Josephi deferre, seseque ab obligatione nimium facile libe-
23 rare deludendo filiam, & generum, quod non erat tolerandum, dum pacta nusquam interpretanda veniunt frustratoria, & elusoria, ut increpat *Barbos. Axiom. 216. num. 1. et Axioma 222. num. 10. cum tribus seqq., Mansf. consult. 178. num. 40. et consult. 298. num. 3., Gamm. dec. 337. n. 11. Rota Lucen. apud Palmam nep. dec. 277. num. 25. tom. 3. et Rota nostra dec. 17. num. 6. post Modern. Ascul. ad Stat. Urb. tom. 3.* praesertim in ma-
24 teria Dotis, in qua pacta, sine quibus alias non fuisset contractum Matrimonium, veniunt religiosius observanda, ex collectis per *Petr. Barbos. de solut. Matrim. in tertia par. l. prima ex num. 1. ad plures seq., Boss. de Dot. cap. 2. n. 17. et 18. et cap. 9. num. 16. et num. 53. et seqq.*, & optime in specie *Rocc. Episc. Isclan. Select. Jur. disput. Jur. c. 108. ex nu. 7. ad seqq. Card. de Luca de Dot. disc. 151. & disc. 155. fere per tot.*

Certius autem ponderando, quod haec notitia superventa Josepho, & a qua praetendebatur insurgere posse resolutionem promissionis, processerat ex facto, & culpa ejusdem Ersiliae, dum per novem usque menses licet saepius extrajudicialiter lacessita detrectavit implere Promissa, videlicet sese desuper obligare per confectionem Instrumenti, vel aliam Scripturam, ut clare depromebatur ex depositione praefatorum Testium, & ex successiva declaratione ipsiusmet Josephi *dicto Summario Num. 6.* Quamobrem nullo modo poterat talis notitia sic promulgata prodesse eidem Ersiliae, & praejudicare Con-
25 jugibus, ne ipsa ex propria culpa, vel defectu commodum reportaret contra omnem regulam, de qua in *l. Fundo ff. de rei vindication. l. Itaque fullo ff. de furt. Card. de Luc. de fideicom. disc. 156. num. 5. Rub. in annot. ad dec. 1. par. 8. Rec. nu. 78., & Rota dec. 135. n. 10. par. 16. Rec. & alibi passim.*

Circa vero ea, quae subnectebantur in oppositum nempe quod praenominata Ersilia recusaverit devenire ad celebrationem Instrumenti, & ideo videretur acceptasse hanc resolutionem conditionis, erat petere principium; ultra enim quod in rei verita e Ersilia detractans exarare Instrumentum hanc Causam minime deduxerat, sed aliam prorsus diversam juxta verba relata in *Summario Francisci Num. 3. in fine ultimi Testis* ibi = *mi anno mandato a vedere una minuta per conto delli scudi mille, quali mi pare, che ci vogliono troppo, ed io non intendo di farla in quel modo, e prima di farla voglio, che mi mantenghino quello, che mi anno dato in lista* = Adhuc tamen exclusa ex praemissis efficacia hujus praetensae conditionis resolutivae, nemo est, qui ignoret, quod nequaquam manet in arbitrio, & placito unius Partis, altera invita, sese eximere a suscepta jam obliga-
26 tione, cum ea, quae ab initio sunt voluntatis, ex post facto efficiantur necessitatis, ex Juri-

Juribus vulgatis apud *Tiraquell. in l. Si unquam verbo libertis num. 15. C. de revocan. donation.*, *Guttierez. pract. Jur. quæſt. lib. 3. quæſt. 43. num. 14.*, *Thomaſcet. in flor. leg. Regul. 6.*, *Cardoſ. in Prax. Judic. & Advocat. verb. Contractus num. 8.*, *Rauden. de Contract. emphiteut. tit. de reſciſs. Emphiteut. num. 51.*, *Rota dec. 427. num. 1. cor. Seraph. & dec. 1130. num. 30. cor. Emer. Jun.*

Pariterque palam corruebat ea, quæ prætendebatur elici inveriſimilitudo, quod nimirum Æ rſilia voluerit augere hanc ſummam ſcutorum mille, quando in præcedenti Inſtrumento conſtitutæ Dotis exagerabatur quod Dos ſcut. 4000. potius excederet Juridicam, & honeſtam congruitatem; in primis namque, ut fuerat aſſertum principaliter reſpectu ipſius Joſephi filii, & nihilominus tota iſta ratiocinatio recte forſan procederet, quoties aliquo modo ſaltem ab extra demonſtrata exſtitiſſet talis incongruitas; vel quando inſimul promiſſio peraugendi ſcut. mille ſecuta exſtitiſſet poſt celebrationem ejuſdem Inſtrumenti: Aſt ubi perantea per occultam Partium intentionem, & conventionem fuerat ſtabilitum, quod Dos eſse deberet ſcutorum 5000. quatuor ſcilicet expreſsorum in Inſtrumento, & aliorum mille ad partes de Bonis Æ rſiliæ exſolvendorum poſt illius obitum, optime ſequebatur, quod ſic tota hujuſmodi Dos eſset congruiſſima, licet etenim ad finem ſervandi memoratum ſecretum cum Joſepho ſola qualitas ſcutorum 4000 exponeretur in Inſtrumento ex præ ambula tamen conventione debebat eſse modo præmiſso ſcut. 5000. itaut pro verificatione expreſsæ congruitatis certo certius intraret rubrica *plus valere quod agitur, quam quod ſimulate concipitur*. Sicuti a contrario continuo videmus in Dotibus conſtitutis ad pompam, quod in Inſtrumento exprimitur ſuma major, quam fuerit firmatum, & volitum inter Partes. Vera autem quantitas conſtitutæ Dotis eſt

27 illa, quæ fuit a Partibus ſubintellecta, atq; conveuta, & non ea in Inſtrumento explicata, & appoſita, ut frequenter habetur, & ſignanter apud *Altograd. conſ. 5. n. 5. et ſeq. lib. pr.*, *Card. de Luca de Dot. diſc. 24. ex num. 2. & ſeqq.*, *De Marin. reſol. Jur. lib. 2. cap. 156. ex num. 3.*, *Crivell. deciſ. Dolan. 48. num. 3.*, *Rota cor. Buratt. dec. 775. fere per tot. dec. 98. ex num. 11. ad ſeqq.*, & ſignanter *num. 14. cor. Duran. dec. 555. fere per tot. cor. Merlin.*, *& dec. 99. ex num. 9. ad ſeqq.*, ſignanter *num. 12. cor. Bich. dec. 3. ex nu. pr. ad ſeqq. par. 9. dec. 318, ex n. 34. par. 10. Rec.*, & optime *in dec. 22. per tot. et ad Salgad in labyrinth. Credit.*

Conſequutive non minus incaſſum decidebat tertius lapis ex mox inſinuato ſuppoſito depromptus etiam in ordine ad defectum ſolemnitatum Statuti Urbis, de quo ſtante impugnatione Æ rſiliæ poſsent deinceps objicere etiam ab ea cauſa habentes ſiquidem v s, &

28 proviſio ſtatutaria potuiſſet urgere, quando Æ rſilia neglectis ſolemnitatibus poſt cõtractum, & ſtabilitum Matrimonium cum Dote ſcut. 4000. de proprio addidiſſet alia ſcuta mille, atque hi ſunt termini, quos percutit *Gabriel. conſ. 10. per tot. lib. pr. Rota cor. Buratt. dec. 422. fere per tot. dec. 241. num. 3. par. 7. Rec. cum aliis relatis in dec. 40. n. 13. cor. Celſo repetit. in Rec. dec. 196.*

De reliquo (preciſive etiam a prædicta ſubintellecta contextuali Conſtitutione Dotis in totum ſcutorum 5000.) adhuc quoties promiſſio facta per Mulierem precipue majorem emanavit ante matrimonium favore Dotis ſuſtinetur ſemper conſequutiva obligatio etiam inita ſine ſolemnitatibus municipali-

29 bus, quantumvis agatur de augmento Dotis, & obligatione prorſus voluntaria, ex plene deductis per *Modern. Aſcul. annot. 44. num. 622. & ſeqq. Rota cor. Puteo dec. 100. lib. 3. Peutinger deciſ. 247. dec. 68. num. 3. poſt Bonden. collect. legal. cor. Dunozet. dec. 919. num. 4. & in rec. dec. 168. n. 7. dec. 241. num. 2. et 10. par. 7. et dec. 157. n. 7. p. 15.*

Nullius ſoliditatis æquo modo repertus eſt alter in ordine quartus lapis circa volitam ab Æ rſilia adhibitionem ſolemnitatum, ſive Inſtrumenti eiſdem ſolemnitatibus vallati; quoniam, & hoc Objectum reincidebat ad petitionem principii; ſicuti quippe Æ rſilia injuſte recuſavit implere promiſſa, neque ob id ex ſupra ponderatis eximebatur a contracta obligatione; ita nec etiam a ſua voluntate pendere debebat ſeſe per indirectũ ab ea eximere ſub hoc prætextu non confecti poſtmodum Inſtrumenti, ne illius culpa ipſam ut præmiſimus, adjuvaret; & nihilominus ex abundanti ſtatim ac per ſupradicta in præparationem minutæ ultra præfatam depoſitionem duorum Teſtium confirmabatur animus Æ rſiliæ circa præcedentem parefactam voluntatem faciendi iſtud augmentum, opus non erat ad ulteriorem confectionem Inſtrumenti devenire; in abſtracto ſiquidem pariter receptum eſt, quod ubi indicata confectio futuri Inſtrumenti veſtita non eſt *eum Clauſula non alias, aliter, nec alio modo*; Tunc inſtrumentum celebrandum volitum, & enunciatum cenſetur dumtaxat ad majorem Cautelam, & reſpective probationem, non vero ad perficiendam ſub-

30 ſtantiam actus, & ipſius obligationis, ſecun-

eundum ea, quæ optime distinguuntur penes Card. de Luc. de Alienat. disc. 44. fere per tot., & de regal. disc. 81. n. 6. Gizzarell. dec. 75. num. 2. bene Rot. dec. 20. sub n. 2. post Mangil. de subhast. dec. 517. num. 2. par. 1. divers. & dec. 34. num. 1. & per tot. par. 3. divers., & dec. 164. num. 4. penes, Torr. de Pact. futur. success., & Romana renunciationis 17. Junii 1709. §. Insubsistens cor. R. P. D. meo Priolo, & in Asten. Prioratus super pertinentia 7. Decembris 1708. §. Sed in hoc, & in Nuccrina donationis 12. Decembris 1710. §. Semperque cor. R. P. D. meo Aldrovando.

Novissime tandem levis exstitit ictus quinti, & ultimi lapidis quoad renunciationem exaratam ab Anna; duplici enim scuto, & respective galea collisus evanuit; primo videlicet ex quo prænominata Promissio præstandi scuta 1000. simultanee prodierat etiam ad favorem Claudii Conjugis ejusdem Annæ, & consequenter quando etiam Anna fuisset millies repellenda vigore a se factæ renunciationis, non idcirco remanebat præpeditus Claudius Vir ipsius Annæ, ad quem nedum æqualiter, sed ferme principaliter eadem Dos Substentativa Onerum Matrimonii pertinebat, ut de promissione simpli-
31 citer inita ad Commodum duorum connotarunt in similibus terminis Ciriac. controv. 351. num. 11. et seqq. Bonden. collectat. 24. num. 100. tom. 2. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. quæst. 25. num. 27. Hodiern. ad Surd. dec. 14. num. 15. et seqq., et in Romana Immiss. 2. Martii labentis anni §. final. cor. R. P. D. meo Scotto hodie Almæ Urbis Gubernat. et in Romana Renunciat. 3. Julii pariter labentis Anni §. Adversus hac cor. R. P. D. meo Aldrovando.

Et secundo evidentissime reflectendo ulterius, quod nulla dabatur imaginabilis umbra scientiæ hujus augmentationis in Anna renunciante de tempore per eam expletæ ipsius renunciationis, ac propterea, quomodo
32 poterat quæcumque renunciatio comprehendere ea, quæ erant quidem delata renuncianti, sed ab ea penitus ignorata, ut inquit Text. in l. mater decedens, et ibi Bartol. sub num. 4. ff. de inofficios. Testam. l. cum aquilana ff. de transact., et in l. Si de certa cum ibi not. Cod. de transact., Paris. cons. 12. n. 78. Rota cor. Bich. dec. 7. num. 20. cor. Cavaler. dec. 340. num. 4. cor. Buratt. dec. 899. nu. 1. et seqq., et cor. Seraph. dec. 1277. num. 4.

Occasione itaque diluendi oppositas objectiones erutis fundamentis ineluctabilibus hodiernæ resolutionis, supervacaneū videbatur illa novis quoque munimentis fulcire, maxime quando aderat de medio res judicata non elidibilis unquam, ut supra, nisi ob claram Injustitiam, vel nullitatem, sed adhuc postremo coronabat eandem resolutionem enunciatam, ut supra, Instrumentum celebratum ex post ab ipso Josepho dicto Summ. Num. 6. in quo ille heres de cetero immediatus ejusdem Æmiliæ debitricis sententiam Eminentissimi Pallavicini acceptavit, bonamque fidem agnoscendo ad exone-
33 rationem suæ conscientiæ Veritatem, atque validitatem promissionis factæ ab ejus Genitrice confessus est, quantumvis quippe firma sit propositio, quod confessiones emissæ per debitores nullatenus officere valeant ejus Creditoribus, ex congestis per Cephal. cons. 393. num. 69. lib. 3. Merlin. de Pignor. lib. 4. quæst. 134. num. 15. Rota cor. Buratt. dec. 9. num. 1., et dec. 104. num. 1., et 2. cor. Duran. dec. 259. num. 19. cor. Bich. dec. 191. num. 1. dec. 346. num. 22. par. 19. et in Romana Dotis 19. Junii 1679. dec. 102. num. 34. post Modern. Asculan.

Stabilis quoque est limitatio (etiam supposita subsistentia tunc temporis talium Creditorum) quod tunc minime attendantur hujusmodi confessiones in eorumdem Creditorum præjudicium; quotiescumque eædem confessiones non apparent suffultæ tot probationibus tot adminiculis superius animadversis, et allatis; sed talibus adminiculis, & conjecturis intercedentibus hujusmodi et-
34 iam confessiones tamquam simpliciter, seu potius declarativæ, & explicativæ veritatis recipiuntur, & omnem tollunt amaritudinem; quemadmodum connotarunt Alexan. cons. 8. num. 2. 3. & 4. lib. 3. plene Angel. de Confess. lib. 2. quæst. 4. num. 35. & lib. 3. quæst 8. n. 4. Card. de Luc. de Judic. disc. 23. sub. num. 25. Rota cor. Royas dec. 215. n. 13. Sur. dec. 135. num. 4. & 5. dec. 124. n. 1. par. 2. decis. 241. num. 27. par. 7. dec. 178. n. 1. & 9., & dec. 202. n. 6. & 19. p. 9. rec.

Atque ex his (ut innuimus ab initio) minime amplius oportebat respondere ad subalternatem dubii partem, an constaret de Credito. Quoniam illud cambii, quod adducebat Franciscus, per Dominos relinquebatur suo esse, stante quippe præmissa re judicata, illud tamquam posterius procul dubio ex notoriis non erat aptum infringere executionem vigore anterioris crediti consummatam, traque &c.

Perusina Præeminentiarum.

Mercurii 2. Decembris 1711.

ARGUMENTUM.

Parochus an præter Jura Parochialia fundatā etiam habeat intentionem in Ecclesiis Confraternitatum exsistentibus intra limites suæ Parochiæ exercendi Functiones Spirituales, vel Ecclesiasticas, quæ vel ex Iure, vel ex consuetudine ad digniorem spectant. Et ex quibus probetur subjectio Ecclesiæ, alteri Ecclesiæ Parochiali.

SUMMARIUM.

1. *Parochus intra limites suæ Parochiæ fundatam habet intentionem non solum quoad Jura magis præcise Parochialia, sed etiam respectu aliarum præeminentiarum, quæ de Jure, vel consuetudine ad Digniorem spectant*, & n. 3. Limit. n. 4.
2. *Dignior in circumdario suæ Parochiæ exsistit, & quasi Episcopus in sua parva Diœcesi esse censetur.*
4. *Parochus in iis, quæ non respiciunt Jura Parochialia nullum habet Jus in aliena Ecclesia, nisi præter exsistentiam illius intra suam Parochiam probet, illam sibi esse subjectam ex aliqua consuetudine.*
5. *Sac. Rituum Congregatio annis* 1703, & 1704. *declaravit, quenam functiones, & præeminentiæ competant Parochis, vel respective Confraternitatibus Laicorum, eorumque Cappellanis, & Officialibus.* Declara num. 12.
6. *Decreta, et Resolutiones Sac. Rituum Congreg., maxime a Summo Pontifice approbatæ vim Legis habent universalis, illisque semper obsequi consuevit Sac. Rot.*
7. *Ecclesiam ex quibus probetur fuisse, et esse subjectam Ecclesiæ Parochiali.*
8. *Ecclesiæ Matrici debentur ea tantum Jura, quæ illi Episcopus in erectione Ecclesiæ filialis reservavit.*
9. *Argumentum a fortiori deductum est potentissimum.*
10. *Clausula* Salvo Jure, & sine præjudicio Ecclesiæ Parochialis *intelligitur de præjudicio circa ea, quæ spectant ad Sacramentorum administrationem, et alia quæ sunt ipsi Parochiæ de Jure debita; in aliis vero non*, & num. seqq. 16.17.18.& 19.
13. *Sacellum, sive Ecclesia intra Parochiæ ambitum exsistens est plenarie Parocho subjectam, atque ab Ecclesia Parochiali pendet*, & num. seqq. 14. & 15.
20. *Subreptio dicitur commissa si non fuerunt expressa Pontifici, quæ, vel illum a concessione retraxissent, vel difficiliorem reddidissent.*
21. *Si corruat conditio, sub qua concepta est provisio Apostolica, gratia remanet irrita ex ipso Decreto Pontificis.*
22. *Centenaria præservatur in eisdem Decretis Sac. Congreg. Rituum publicatis anno* 1704.
23. *Illaque est exempta a qualibet Constitutione, seu Decreto.*
24. *Observantia interpretativa attendi debet semper in declaratione facti, vel Juris ambigui.*
25. *Parochi superioritas, & respective subjectio Confraternitatis ex quibus probetur*, & num. 29. cum seqq.
26. *Retentio clavium quandoque provenire valet ex aliis titulis, quam subjectionis*, Limita n. seqq. Intellige n. 28.
27. *Claves de jure remanere solent, ac debent in potestate Prælati.*
29. *Nemo nisi Dominus, vel saltē Superior dicere valet* redde rationem villicationis tuæ.
30. *De bonis, rebusque Hospitalis reddi debet ratio ipsi Ordinario.*
31. *Ad Rectorem, seu Superiorem spectat occurrere Cotta, Stola, ac Pluviali, & Aspersorio Ordinario Visitanti.*
32. *Sacramentorum administratio, illorumque retentio privative spectat ad Parochum in sua Parochiali.*
33. *Testibus numero, & qualitate pollentibus fides præstanda est pro consuetudine, & observantia detegenda.*
34. *Observantia in contrarium induci potest ex contradictione, & successiva acquiescentia.*
35. *Actus æquivoci in nulla haberi debent consideratione.*
36. *Actus referri semper debet ad Jus, & titulum de quo constat, non vero ad Jus, & titulum de quo non constat.*
37. *Confratribus uti incapacibus sese immiscendi in Spiritualibus, & Ecclesiasticis Functionibus, ita nequit de facili illis permitti.*

DECIS. DLIV.

Super Solo, quod usque de *Anno* 1495. materialiter distraxerat Plebanus, sive Parochus Sancti Bartholomæi Castri Rigonis ad commodum Universitatis, & Incolarum ejusdem Castri, ita castramentati fuerunt Emptores, ut inibi construendo in locū simplicis Tabernaculi per antea exsistentis cum sola effigie Beatissimæ Virginis Deiparę *Miraculorum* nuncupatæ, novam penitus Ecclesiam, & Hospitale, Aciem aperuerint acri certamini, seu Judiciariæ, & conflictatæ perquisitioni = *An, & quæ Jura Parochialia, & præeminentiæ hactenus competerent Parocho* in Ecclesia prædicta, & *Domi-*

ni

ni libratis hinc inde digladiantium armis,& fundamentis,*Jura Parochialia,et praeminentias Parocho* absolute competere censuerunt.

Nulla siquidem controversia erat, vel esse poterat inter partes, quod antecedenter ad memoratam venditionem super antiquo Solo, & respective Cappella Parochus fundatam haberet intentionem, non solum quoad

1 Jura magis praecise Parochialia, sed etiam respectu aliarum omnium praeminentiarum, quae de jure, vel de consuetudine ad Digniorem solent attinere,cum ipse in circum-

2 dario suae Parochiae dignior prae ceteris regulariter exsistens, quasi Episcopus in sua parva Dioecesi subalternanter esse censetur, jux a affirmata per *Abbatem in cap.* 1. *n.* 28. *de dolo, & cotumacia, Barbos. de Offic. Paroch. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 3., *Ricc. in Praxi For. Eccles. par.* 4. *resol.* 304. *num.* 3., & in terminis Abbatis Curam Animarum exercentis *Rot. in Burgen. Jurisdict. super exercitio functionum Paroch.* 11. *Junii* 1706. §. *Firmato cor. Me*.

Et sane quod Jura Parochialia magis praecisa, quaeve plena manu dinumerantur penes

3 *Abbat. in Rubric. de Paroch. num.*2., & cum ceteri Canonistae, quos congerit *Piring. in Jus Canon.lib.*3. *tit* 29. *n.*3.*& seqq., Francesc. de Eccles.Cathedr. cap.*21. *n.*10. *& seqq. Card. de Luca de Paroch. disc.* 31. *n.*8. §. *Ut enim, Rota cor. Coccin. dec.* 2089. *n.* 3., *& seqq., dec.* 552., & signanter *num.* 3. *cum plurib. seqq. par.* 5. *tom.* 2. *Rec. & in Mediolanen. Jurium Paroch.* 23. *Aprilis* 1708. §. *Constituto, et* §. *Rursus cum seqq. cor. R. P. D. meo Scotto Almae Urbis Gubern. et in Civit. Plebis Jurium Paroch.* 5. *Junii* 1708.§. *Applicando cor. Me*,quasi manus victas dabant Cōfratres,& Cappellani ejusdem Ecclesiae Beatissimae Virginis, sed tantum nodo opponebant, quod praecisive ab iisdem Juribus proprie Parochialibus nullum aliud jus in aliena Ecclesia quicumque Parochus praetendere, & arrogare sibi queat, nisi saltem o-

4 stendat, quod ultra situationem ipsius Ecclesiae intra fines suae Parochiae illa sibi exsistat aliunde subjecta ex aliquo Privilegio, concessione, praescriptione, vel Jure speciali, prout solemniter rescribens Archipresbytero Ecclesiae Sanctae Ceciliae respondit,& definivit *Innocent.Tertius in cap.Dilectus de Cappellis Monach.*, & late exornant *Fagnan. in cap. Ad audientiam num.*9.*&* 10. *de Eccles. aedific., Calderin. conf.* 6. *num.* 1. *vers. Item sicut de Religios Domibus, Card. de Luca de Paroch. dicto disc.* 31. *n.* 6., *Rota in Civit. Pleb. Jur. Paroch.* 3. *Julii* 1705. §. *Decidendi ratio cor.Rmo P.D. meo Molines Decano, &* 6. *Junii* 1708. §. *Fallente coram, & in Bisinianen. Praeminent.* 10. *Februarii* 1710. §. *Quibus omnibus*, pariter *cor. Me*.

Fortius quia retento hujusmodi principio successive etiam deinceps ad tollendas dissensiones, & jurgia semper in Ecclesia Dei evitanda, ac dirimenda *Sac. Rituum Congreg.* cui ut fuit dictum in illa *Neapol.Jur. Paroch.* 13.*Mar.*1711.*cor.me in principio* tale munus principaliter incumbit jam per plura univer-

5 salia *Decreta edita* sub anno 1703., & dein quoque per Sanctissimum approbata de sequenti Anno 1704., queve leguntur impressa *in Mantissa decis. ad Card. de Luca tom.*2. *pag.* 17. *& seqq.*,& repetita apud *Monacell. in suo Formulario Legali practico For. Eccles. tit.* 13. *ex nu.* 46. discriminando eadem Jura proprie Parochialia, determinaverat quaenam functiones, & praeminentiae competerent Parochis, vel respective Confraternitatibus Laicorum, earumque Cappellanis, & Officialibus quamplures earumdem functionum, & praeminentiarum, de quibus signanter hodie erat quaestio, declaravit spectare ad easdem Confraternitates. Unde ad normam praemissae dubitationis resolvendam omnino videbatur, eas eidem Confraternitati, & non Parocho competere, cum nemo non sciat, quod eaedem resolutiones, & Decreta, & maxime per Supremum Ecclesiae Principem ap-

6 probata vim habent Legis universalis, & illis semper obsequi reverenter, ut par est, consuevit *Sac. Tribunal*, Teste eadem *Rota cor. Dunozzett. Jun. dec.* 878. *num.*10.,*cor. Celso dec.* 5. *num.* 12. *in Avenionen. Dotationis* 19. *Junii* 1682. §. *Qua quidem Sententia, & in Burgen. Juris deputandi Curatum* 3. *Julii* 1681. §. *penultimo cor. bo. mem. Albergato, in Carpentoraten. Parochialis* 13. *Febr.* 1649. *dec.* 72. *n.* 7. *cor. Me inter noviter Romae impress., & in Neapolit. Jur. Paroch.* 13. *Martii* 1711. §. *Utique in abstracto coram Me*.

Quod autem praenominata Ecclesia Beatae Virginis Miraculorum nullo modo foret subjecta Ecclesiae, & Parocho Sancti Bartholomaei ex ipsa negatione Confraternitatis sufficientissime liquebat, nam minime ex parte ejusdem Parochi demonstrabatur, ut oportebat, in primis inter easdem Ecclesias cer-

7 ta antiquioritas, & in omnem casum nequaquam per imaginationem apparebat, quod eadem *Ecclesia Miraculorum* foret constructa in adjutorium Ecclesiae Parochialis, quo casu nomen sortiri potuisset Ecclesiae subjectae tamquam filialis, vel ut alii dicunt succursalis, & adjutricis ejusdem Ec-

clesiae

clesiæ Parochialis, vel respective Cathedralis, ut tradunt *Scribentes in cap. Ad audientiam 3. de Eccl. ædific.*, *Petr. Gregor. de Benefic. cap. 10. n. 26.*, *Decius in cap. ex par. 2. num. 1., & 2. de rescript.*, *Panormit. in capit. Recolentes in fine de stat. Monachor. Rebuff. in Prax. benefic. in Addit. ad Regul. Cancell. regul. 56. in fine vers. Item fol. 524.*, *Amostaz. de Caus. piis lib. 5. in cap. 3. de Eccles. ædific. num. 26.*, *Tondut. quæst.*, *& resolut. Benefic. cap. 56. num. 9.* cum aliis abunde relatis *in dec. 274. num. 3. par. 1. Rec.*

Immo nec etiam posita hujusmodi qualitate filiali (quando potius totum erat in contrarium ex constructione illius ære proprio facta per Universitatem, eam elevando a simplici Tabernaculo ad formalem Ecclesiam cum Hospitali) adhuc quidquid dixerint nonnul-
8 li allati, & reprobati per *Fagnanum in cap. Ad Audientiam il primo sub num. 8.* tribuentes ipsi Ecclesiæ Parochiali, seu matrici nonnullas functiones, & actus præeminentiales, verius est excepto patronatu, *et competenti honore Jure subjectionis non deberi Ecclesiæ matrici, nisi in quantum Episcopus prædicta jura reservaverit in limine erectionis*, sunt ipsissima verba ejusdem *Fagnani in præcitato cap. Ad Audientiam in sequenti n. 10. versic. Itaque verius*.

Tantumque de cetero aberat, quod Episcopus talia Jura in limine erectionis, seu novæ constructionis ejusdem Ecclesiæ *Miraculorum* reservaverit Ecclesiæ, & Parocho Sancti Bartholomæi, ut potius *sanctæ memoriæ Clemens VII.* penitus prædictam Ecclesiam, seu fabricam præcedenti Tabernaculo, sive Sacello adjunctam incorporando Hospitali tunc administrato per Confraternitatem cõcesserit facultatem eidem Confraternitati erigendi Campanile applicandi in servitium ejusdem Ecclesiæ, seu Hospitalis fructus, ac eleemosynas, construendi cœmeterium, & inibi tumulandi, sive sepeliri faciendi tam ipsorum Confratrum, quã aliorum quorumcumque in præfato Hospitali degentiũ, & respective sepulturam seligentium Cadavera, prout quoque faciendi, benedicere, & consecrare Altaria, Calices, Vestes, & Ornamenta nullius requisita licentia, nec etiam ipsius Diœcesani. Quapropter si loco reservationis hujusmodi Jurium favore Parochi ad normam Juris necessario faciendæ per Episcopum in hisce prærogativis, &
9 functionibus per Apostolicam largitatem erga Confratres excludebatur idemmet Episcopus, quid dicendum de Parocho? vulgato *Axiomate* de quo in *Auth. multo magis C. d. de Sac. Eccles. de quo Conciol. allegat. 82. num 10. Mans. consult.. 343. num. 81. Rota decis. 75. num. 34. & dec. 89. num 14. coram Me inter noviter hactenus Romæ impressas, & in Perusina Pecuniaria 8. Junii 1711. §. Eoque facilius in fine pariter coram Me.*

Quin a contrario obsisteret alterum Breve antecedens sanctæ memoriæ Alexandri Sexti, qui Pontificium concedendo beneplacitum primordiali acquisitioni Soli, super quo erat construenda Ecclesia, illam præservativam clausulam adjecit = *Jure tamen Parochialis Ecclesiæ, & cujuslibet alterius in omnibus semper salvo*, quemadmodum ceteroquin de
10 stylo, vel de jure faciendum esse, animadvertit *Piasec. in Prax. Episc. par. 3. c. 3. n. 21.* & declaravit *Sacra Congregatio Concilii* secundum verba relata per *Barbos. de Paroch. par. 1. cap. 11. num. 2.*

Siquidem hujusmodi Clausula tamquam mere præservativa Juris antiqui, seu præcedentis non erat apta tribuere quidquam de novo ipsi Parochiali Ecclesiæ, sicuti introspecta natura prædictæ Clausulæ præservati-
11 væ connotarunt *Caldern. consil. 12. de Privil. Cherubin. in Compend. Bullar. schol. 1. ad Bullam Sixti V. incipien. Si cunctas* latam favore Capituli Lateranen. *Donat. de Regul. tom. prim. part. prim. cap. prim. tract. 6. de extension. Privilegior. quæst. prim. num. 5. Phiring. in Jus Canonic. lib. 5. tit 33. num. 4. Monacel. Formular. For. Eccles. tit. 13. n. 82. vers. et hac fortius par. 2.*, & in specie præcitatæ adamussim clausulæ *eadem Sacra Congregatio Concilii* juxta verba transcripta per eundem *Barbos. de Paroch. d. p. 1. c. 11. n. 2. §. quod Quidem præjudicium* ibi = *Hoc autem præjudicium intelligitur in his, quæ spectant ad Sacramentorum administrationem, & alia, quæ sunt ipsi Parocho jure debita, in aliis vero non* =

Addito, quod neque valebat officere, si forte ex parte Parochi adducerentur aliqui actus exerciti super hisce functionibus, & præeminentiis, quia statim ac ad limites Juris, & memoratæ generalis præfinitionis, seu declarationis *Congregationis Sacrorum Rituum* a Summo Pontifice confirmatæ, controversæ functiones, & præeminentiæ minime spectabant ad Parochum, nullatenus erant attendendi hujusmodi actus, a quibus prætẽdi potuisset, aliquam desuper resultasse consuetudinem in beneficium ejusdem Parochi, quoniã supradicta *Lex*, seu declaratio
12 universalis *Urbis, & Orbis* huiusmodi usus, ac etiam consuetudines rejecerat, atque irritaverat, reservando simpliciter in hoc proposito consuetudines immemorabiles, vel saltem centenarias, ut in fine ibi = *Ita tamen salvis tamen conventionibus, et pactis, et Consue-*

suetudinibus immemorabilibus, vel saltem centenariis, sicuti non minus animadversum, & responsum fuit *in præcitata Neapolitana Jurium Parochialium* 13. *Martii* 1711. §. *Verum quia et* §. *Ceterum coram Me*.

Ast hisce ratiociniis, & oppositionibus posthabitis *Domini approbantes primum*, & optime judicatum ab *R. P. D. A.C.Cerro* censuerunt ipsi Plebano, seu Parocho competere præcedentiam, nimirum (deveniendo ad specialia) *In Choro, et Processionibus, aliisque functionibus Ecclesiasticis peragendis in hac Ecclesia, nempe benedicendi, et distribuendi Candelas, Cineres, et Palmas, aliasque functiones fieri solitas in Majori Hebdomada, administrandi omnia, et singula Sacramenta juxta Populi necessitatem, ac pro hujusmodi effectu retinendi in eadem Ecclesia Sanctissimũ Eucharistiæ SACRAMENTUM, ad effectum illud deferendi ad Infirmos, canendi Missas, et Vesperas solemnes, pradicandi, exponendi SANCTISSIMUM EUCHARISTIÆ SACRAMENTUM publicæ adorationi, & retinendi clavem capsulæ eleemosynæ, & Bussolæ respectivæ, in qua nomina Officialium Hospitalis, et Ecclesiæ conservantur, assistendi electionibus eorumdem Officialium, omnesque alios actus, et Jura Parochialia præeminentiæ superioritatis exercendi in d. Ven. Ecclesia B. Mariæ Miraculorum*.

Ratio præcisa facile visa est in eo residere, quod quemadmodũ præcedenter a parte ante hujusmodi præeminentiæ, atque functiones spectassent indubitanter ad Parochum, *quoties proportionabiliter expleri potuissent* in Sacello, seu Tabernaculo prius existente in solo pertinente ad Dominium Ecclesiæ Parochialis scilicet antequam tribueretur per *sanct. m. m. Alexandrum Sextum* facultas Parocho alienandi, & respective hominibus de Universitate acquirendi Solum, in quo erectũ jam stabat Sacellum, sive Tabernaculum cum effigie Beatissimæ Virginis, ex quo to-
13 taliter ratione dominii positivi dicebatur idem Sacellum plenarie Parocho subjectum sive penitus ab Ecclesia Parochiali pendere, ut hoc verbum usurpatur *in cap. Eam te de ætat., & qualitat.* explicat *Glos. in* §. *Seu verb. pendeant vers. item si Ecclesia Parochialis in fundo suo* ibique *Butrius num.* 10. *Abbas num.* 11. & reliqui Scribentes *impartiendi videlicet Populo Benedictionem, administrandi omnia, & singula Sacramenta juxta Populi necessitatem, ac pro hujusmodi effectu retinendi in eadem Ecclesia AUGUSTISSIMUM EUCHARISTIÆ SACRAMENTUM, ad effectum illud deferendi ad Infirmos, canendi Missas, & Vesperas solemnes, prædicandi, exponendique SANCTISSIMUM EUCHARISTIÆ SACRAMENTUM ejus publicæ adorationi, ac retinendi Clavem capsulæ eleemosynæ*, ut sunt etiam verba prænominatæ sententiæ latæ in Tribunali A. C.

Quinimmo forsan ad effectum faciendi eadem sine hac præcipua, ac clara antiqua dependentia sufficisset, quod idem Sacellum,
14 Tabernaculum, & Oratorium situm reperiretur intra puros limites Parochiæ, ut signanter in proposito oblationum adest *Tex. in cap. Pastoralis* & ibi *Canonistæ de his quæ fiunt a Prælat. sine consens. Capit. Barbos. de Offic. & potestat. Paroch. par.* 3. *cap.* 24. *n.* 29. *in fin. Pignattel. resolut. consil.* 142. *num.* 1. & plene *Rot. cor. Merlin. decis* 257. *num.* 2.
15 *& seq.* & generaliter quoad alia Jura, atque functiones ratione solius situationis Cappellæ, vel Oratorii intra Parochiam, *Pignattel. cons.* 68. *num.* 1. *& seqq. tom.* 6. *Gratian. discept forens. cap.* 298. *num.* 78. *&* 79. *Barbos. de Offic. Paroch. part. prim. cap.* 12. *num* 1. *& seqq. Panimol. decis. prim. annotat.* 9. *nu. primo & seq. Rot. dec.* 225. *num. pr. par.* 19. *Rec. Rota in Taurinen. Jurium Paroch.* impressa apud *Pignatel. d. consult.* 103. *num.* 15. *in fine*, & plene *in Civitatis Plebis Jur. Parochialium* 6. *Junii* 1708. §. *Fundamentum erga finem coram Me*.

Ita servandum omnino videbatur etiam a parte post, videlicet post indultam facultatem tunc temporis Plebano alienandi Solum prædictum favore Universitatis, etiam ad finem ampliandi idem Sacellum, construendique ibi Ecclesiam, ac Hospitale, quia prædicta clausula *Jure tamen Parochialis Eccle-*
16 *sia in omnibus semper salvo* generice præservativa omnium, & quorumcumque jurium indistincte Ecclesiæ Parochiali, ejusque Parocho per antea competentium, & exercibilium in eodem loco præpediebat ne ad quemcumque effectum in aliquo censeretur immutatus status antiquus privative militans pro Parocho, ut bene, & punctualiter in terminis etiam ceterarum functionum nedum Jurium Parochialium annotavit *Monacel. in formul. for. Eccles. dict. tit.* 13. *form. prima n.* 81., quodque hæc clausula vix
17 non præservet ea, quæ sunt incompatibilia statui noviter efformato per Summum Pontificem habetur ex *Rot. decis.* 6. *num.* 1., *&* 2. *lib.* 3. *cor. Puteo, et dec.* 566. *nu.* 24. *cor. Cardinali Cerro*.

Atque hinc parum referebat, quod juxta resolutionem Sacræ Congregationis apud *Barbos. de Paroc. d. par.* 1. *cap.* 11. *num.* 2. §. *Hos siquidem*, clausula hæc nihil tribueret Parocho, præter ea, quæ jure Parochialita-

tis

tis ei competebant, siquidem præsens adamussim controversia effective versabatur in pura retentione, & præservatione veteris Juris exercendi consimiles functiones non solum habitu, sed, & actu, quatenus *saltem patiebatur angustia loci*, ac perantiqui Tabernaculi, seu Sacelli, prout præcedenter procul dubio secumferebat positiva dependentia ejusdem Sacelli ex causa solius Dominii materialis Ecclesiæ Parochialis, immo ut ab initio præmisimus etiam ex sola situatione loci intra limites spirituales præexistentis Parochiæ, nullatenus quippe Paro-
18 chus prætendebat aliquid sibi usurpare de novo, quod foret contra vim, & efficaciam ejusdem clausulæ = *Sine præjudicio*, ut distinguunt *Barbos. de Offic. Parochi part. prim. cap. 1. num 26. Pignatell. Consult. Canonic. 68. n. 7. tom. 6., & consultat. 103. in fin. tom. 10. Monacel. in formular. Fori Ecclesiast. tit. 13. a num. 54. ad plen. seq., Rota apud Tamburin. de Jur. Abbat. decis. 83. num. 2., & 3. tom. 3.*

Tantumq; aliqualis forte subesse potuisset difficultas, quoties quæstio foret cum altera formali Ecclesia, vel etiam publico Oratorio ab antiquissimo tempore erecto, itaut ejus principium ignoraretur, & non fuisset prout hic erectio facta in solo temporaliter etiam proprio prænominatæ Parochialis, eoque alienato pro construenda simplici ampliatione sub prædicta tamen clausula re-
19 frenativa, & præservativa *sine præjudicio*, prout hic, quemadmodum in prædictis extraneis terminis alterius Ecclesiæ in indifferenti, & alieno temporali solo existentis aliquo modo obloquuntur, *Abbas in cap. primo num. 8.*, ut lite pendente *Posth. de manut. observat. 45. num. 49. Marescott. variar. resolut. lib. prim. cap. 11. num 16., & 17. Rot. post Tamburin. de Jur. Abbat. decis. 86. nu. 2., & seqq. cor. Coccino. dec. 2089. nu. 22. & seqq., & num. final.*

Absque eo quod quidquam per umbram in oppositum opitularetur alterum Breve *Clementis Septimi* superius enunciatum, præterquam enim illud nequaquam revera admodum adversabatur signanter Juribus, & præeminentiis præcisis, ac supra enumeratis, quasve competere in hac Ecclesia Parocho existimavit. A. C., & hodie validius confirmavit, atque auctorizavit *Tribunal*. Nihilominus si in aliquo præfatum Breve apparuisset obsistere, illud aperte ex causa subreptionis corruisset, reticitum quippe fuit eidem *San. mem. Clementi VII.* quod Ecclesia excitata, sive ampliata per Universitatem, seu Confratres exstitisset in Solo etiam temporaliter pertinente ad Ecclesiam Parochialem, quodque in alienatione ejusdem Soli intercedente Apostolico, ut opus erat Beneplacito *San. mem. Alaxander VI.* ejusdem *Clementis* Prædecessor adjecerat, & inseruerat memoratam Clausulã præservativam *Jure tamen Parochiali in omnibus semper salvo*, quod utique si Pontifex in Cathedra Divi Petri successor scivisset, facile denegasset prætensa Jura, & Privilegia Confraternitati, ipsamque Ecclesiam Parochialem pariter præservasset, vel saltem Parochum auditi demandasset, non autem absolute dixisset *Diœcesani loci, & cujusvis alterius licentia super hoc minime requisita*, sicuti ad effectum reddendi posteriorem gratiam subreptitiam, & consimili reticencia contenti, quod vel Papa denegasset, vel difficilius fuisset impartitus aliquam gratiã,
20 vel Privilegium, passim cõnotarunt post *cap. si proponente 42. de rescript. Peregrin. consil. 78. num 11. lib. prim. Ayman. cons. 68. n. 5. Rot. dec. 159. n. 3. part. 18. rec.* & alibi passim.

Et sane oh quam recte ex lectura hujus Brevis seu Indulti posterioris *Clementis VII.* verificabatur illud de quo conqueritur *Innocentii III. in cap. super litteris de rescriptis*, quod nempe sæpe sæpius extorquentur a Sancta Sede gratiæ, & Privilegia aliis quandoque præjudicialia per falsas suggestiones, vel per indebitum silentium subripiuntur ut ibi = *super litteris, quæ ab aliquibus ex malitia, et a nonnullis ex ignorantia tacita veritate, vel suggesta falsitate impetrantur etc.* dum de facto idẽ *Clemens VII.* annuens petitioni Confraternitatis sese positive declarando, id clare exprimebat in eodem Indulto per illa verba = *Nos igitur de præmissis certam notitiam non habentes*, quamobrem non erat opus indagari ab extra mentem Pontificis fuisse subreptam, & consequenter intrare, quod
21 subdit idem Innocentius, *ut hi qui falsitatẽ exprimunt, vel supprimunt veritatem in sua perversitatis pœnam nullum ex illis litteris commodum cõsequantur* prout de cetero advertunt, & prosequuntur *Bald. in d. cap. super litteris num. 10. Glos. in cap. susceptum versic. noto ulterius, & Francus ibid. num. 14. de rescript. in 6., Dec. consil. 148. num. pr. versic. secundo, quia, Gonzal. de alternat. in proæmio §. 7. num. 240. Gambar. de auctor. Legat de Latere lib. 5. in princ. n. 87., Gratian. discept. for. 283. num. 20., & 21. Rot. cor. Buratt. decis. 484. num. 7. & dec 523. n. 34. par. 19. tom. 2. rec.*

Ast cuncta hæc satis in se perspicua, & plana mirifice confovebantur, atque roborabantur ex subsequta deinceps observantia, quoniam

niam post constructam, seu ampliatam Ecclesiam in omnibus fere præmissis actibus, ac preeminentiis præter excedentibus mere rigorose confinia Jurium Parochialium sic de facto semper fuerat observatum, unde vel quatenus opus fuisset intercessisset illa consuetudo centenaria, quæ præservatur et-
22 iam in eisdem declarationibus, & decretis *Sacræ Congregationis Rituum publicatis sub anno* 1704. juxta litteram recensitam eorundē decretorum in prædicta *Neapolitana Jurium Parochialium* 13. *Martii* 1711. §. *Verum quia coram Me*, & est regulariter de natura centenariæ, ut sit exempta a quali-
23 bet Constitutione, seu Decreto, secundum animadversa per *Jason. in leg. quamvis column. 6. num. 42. versic. tertia ratio ff. de Flumin. Rolan. consil. 89. num 17. lib. 2. & consil. 59. num. 16. & 18. lib. 4., Mascard. de probat. par. 3. conclus. 1221. num. 54. & 55., Gratian. discept. forens. cap. 2. num. 23., & 24., Castil. contr. lib. 6. cap. 3. a nu. 6., & sequen. Rot. dec. 786. n. 3. par. 18. tom. 2. rec.*

Vel precisive a vera, & formali consuetudine præscriptiva exuberasset illa vis interpretativa, quæ secum ducit observantiam semper attendendam in declaratione facti, vel
24 Juris ambigui ad ea, quæ distinguendo inter observantiam interpretativam, & Præscriptivam habetur ex Theorica *Bald. in cap. cum olim num. primo, & seq. de consuetud. modernum Romanum in suis disceptat. Ecclesiast. disceptat. 9. num. 22. tom. prim. fol. 194. Rot. decis. 362. num. 12. part. 15. dec. 441. num. 9., & seq. part. 18. recent., & in Favent. Jurium Parochialium 17. Junii 1697. dec. 14. num. 35 coram Me inter noviter hactenus Romæ impressas.*

Et primo quidem a perantiquo *Decreto anni* 1602. edito pro gubernio ejusdem Ecclesiæ occasione visitationis assuetæ Episcopalis determinabatur, quod Parochus in electione officialium Confraternitatis esse deberet præsens, ac retinere apud se alteram ex clavibus capsulæ suffragiorum vulgo *Palle*, o *pallotte* solitorum adhiberi in hujusmodi electionibus, utraque enim circumstantia successive exsequutioni demandata, atque in Episcopali visitatione præscripta manife-
25 stabat Parochi superioritatem, & respective subjectionem Confraternitatis, ad tradita per *Bartol. in l. cum Pater n. 3. ff. de legat. 2. Riminald. Senior. consil. 95. num. 76. Pignatell. consult. Canon. 16. num. 1. tom. 8. Cyriac. contr. 201. num. 65. & sequent. tom. 2. R. P. D. Zaul ad Stat. Favent. libr. 7. rubric. 28. num. 6. & 7., Martha decis. Pisan.*

62. num. 9., & seqq., Rot. cor. Emer. Jun. dec 1311. num. 5. tom. 3.

Id ipsum secundo loco resultabat ex altera visitatione pariter Episcopi sub *anno* 1655., in qua non ex tunc, sed de præterito supponebatur, atque confirmabatur retentio unius clavis capsulæ Æleemosynarum, quamvis enim consimilis retentio possit ex aliis titu-
26 lis, quam subjectionis quandoque provenire valeat, ex ponderatis in *Gerunden. Anniversariorum prima Julii* 1709. §. *ejusdem pariter & §. retentio cor. R.P. D. meo Crispo*; Attamen circumstantia hæc juncta cum aliis validioribus, de quibus supra, & inferius, non parum relevabat ad hunc effectum, cum claves de jure remanere soleant, ac debeant
27 in potestate Prælati, Teste *Donato in praxi quæstione regular. tom. 2. tractat. 13. quæst. 24. num. 10. Fagnan. in cap. Pastoralis num. 34. de his, quæ fiunt a Prælatis, Card. de Luca in Miscel. Eccles. disc. 35. num. 7.* Ideoque quoties eadem supponebantur, & auctorizabatur retentio penes Plebanum, signum erat valde expressivum Superioritatis ipsius Plebani, seu Parochi, alias quippe ad
28 Parochum prærogativa hæc spectare non valuisset, uti respondit prænominata *Sacra Congregatio Rituum* in laudato Decreto generali in responsione ad 28. *Marescot. variar. resol. cap. 42. num. 12. R. P. D. Petra ad Constitut. Apostol. tom. 2. ad Constitut. primam Anastasii IV. sect. 2. num. 43., Barbos. de Off. Paroch. par. 3. cap. 25. num. 29. versic. Episcopo solum, Card. de Luca, Miscell. Eccles. d. disc. 55. num. 12., Rot. cor. Emer. Jun. dec. 1311. num. 5. tom. 3., & in Senogallien. Ecclesiæ prima Julii 1699. §. finali cor. bo. mem. Muto.*

Tertio accedebat, quod pariformiter computa quot annis ipsi Plebano per Priores Confraternitatis reddebantur, quæ utique erat demonstratio palpabilis, quod tota præeminentia, & superioritas residebat in Parocho, seu Plebano, cum nemo, nisi Dominus
29 vel saltem Superior dicere valeat *redde rationem villicationis tuæ* per ea, quæ etiam connotarunt *Barbat. consil. 92. num. 13. in fin. lib. 3. Rebuff. in l. Boves ff. hoc Sermone vers. decimo procedit ff. de verborum signifìcat. Escobar. de ratioc. cap. 3. num. 3. in fi., Rot. dec. 331. num. 5. par. 16. rec.*, & quod
30 de bonis, rebusque Hospitalis reddi debeat ratio ipsi ordinario decernit *Sacrum Concilium sess. 22. de Reform. cap. 9., Card. de Luc. ad idem Sac. Concil. disc. 5. nu. 1. & 5., & alys. 10. fere per tot.*

Non deerat quarto loco alia non minus insignis patefactio Superioritatis ejusdem Ple-

 bani,

bani, seu Parochia, dum Perusino Antistite Visitatione functuro ad hanc Ecclesiam advenientem, Parochus consueverat illi occurrere Cottha, Sthola, ac Pluviali super indutus, & eum recipiendo ad limen Ecclesiæ ipsi porrigere aspersorium, quod utique non licuisset, neque liceret nisi Parochus quasi in suo Territorio non staret, cum hæc dumtaxat ad Rectorem, sive Superiorem Princi-
31 palem usu, & Jure invaluerint, & respective pertineant, ut bene ostendit post *Clem. Dudum §. Hujusmodi de Sepultur. Pignatel. consult. 18. num. 14., & seqq. tom. 3. ubi sub num. 16. in terminis Aspersorii refert resolutionem Sac. Congregat. Rituum diei 15. Martii 1608., Barbos. in summa Apostolorum decis. in verbo Aspersorium num. 1., & seq. & in specie de Sthola Pignatell. consult. 68. sub n. 12. §. Neque obstat in medio tom. 6.*

Atque ob id non tantum Parochus ad hujusmodi usum, & ad quodlibet aliud exercitiū Sacrarum functionum, ipsorumque Sacramentorum administrationem retinebat in eadem Ecclesia capsam, & clavem sub qua asservabantur Sthola, Cottha, Mozzetta, & Biretum, sed quod magis quinto loco erat, in eadem Ecclesia tamquam in proprio Parochiali solo præclariora Sacramenta administrabat, conjungebat siquidem inibi, nedum suos subditos in Matrimonium, sed & continuo pro majori eorumdem subditorum commoditate, & servitio asservabat Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum illudque juxta opportunitates deferebat Infirmis, & ad hanc Ecclesiam deinceps reportabat, uti demonstrabant acta Episcopalia Visitationum, ipsomet Episcopo semper idcirco lustrante, ac visitante Sacrum opportunæ Custodiæ Tabernaculum inibi existens, & tamen hæc tam excelsa Sacramentorum administratio, & respective retentio
32 in faciem Ecclesiæ fieri nequit, nisi per Parochum sive in sua Parochiali, vel saltem loco sibi ad minus adjutore, & subjecto, ut liquet ex præfato decreto Generali *Urbis, & Orbis* in responsione ad secundum *Pignatel. d. consult. 68. num. 1. 3., & 10. Rot. dec. 52. par. 2. divers. cor. Amat. Dunoz. decis. 472. num. 9. Rot. dec. 77. num. 1. par. 8.*, & circa delationem Venerabilis in *Neapolitana Translationis 14. Februarii 1701. §. Quemadmodum cor. Rmo D. meo Molines Decano* & in specie auctorizandi Matrimonia *Rot. in Aretina Jurium Parochialium super bono Jure 15. Januarii 1703. §. verum cor. me.*

Istaque omnia hucusque prænarrata adeo palam coruscabant ex longa serie Visitationum, quæ dabantur ex parte Plebani ex *Summ. a nu. 3. usque ad n. 10.* ut superfluum videretur ad alia convolare fomenta probationum, sed adhuc sexto, & postremo loco *sub prædicto n. 10.* tradebantur Testes in numero octo, & inter hos quatuor Sacerdotes qui cuncta hæc in eorū depositionibus confirmantes præcise etiam descendebant ad omnes, & singulos actus dinumeratos, ut supra, & in prædicta Sententia A. C. quamobrem denegari nequibat, quod eisdem
33 Testibus numero, & qualitate pollentibus non esset præstanda fides pro eadem consuetudine, & observantia detegenda, secundum deducta *per Text. in cap. licet causam vers. ex præmissis de probat. l. ob Carmen §. si Testes, & ibi gloss. ff. de Testib. Mans. consult. 228. nu. 21. Rot. cor. Buratt. dec. 572. num. 12. vers* nec tandem *cum duobus seqq. cor. Emer. Jun. dec. 31. sub nu. 2. vers. neque ad impediendum* & in prælaudata *Neapolitana Jurium Parochialiū 13. Martii 1711. §. agnoverant erga finem cor. me.*

Quin officeret præmissis contraria testificatio cujusdam Clerici, & alterius, qui in hac Parochia per antea munus Plebani exercuisse asserebat, quive deponere satagebat, quod vel non semper Parochus Stholam induisset, vel si quandoque id acciderat, seu promanaverat *per uso di pietà, e compiacenza delli Priori di detta Chiesa, ed anche del Sagrestano, o altri Capellani*, quia prætterquam isti suffocabantur a numero contrariorum Testium, ut mox tetigimus magis præcise, & per singillarem dinumerationem omnium supradictorum actuum deponentium, nihilominus fatebantur, quod in casibus in quibus Parochus non utebatur Sthola, non per hoc sese immiscebat cum ceteris Cappellanis, & Juri suo cedebat, aut contradicendo postmodum aquiescebat, unde posset aliqua deduci illatio, quod stante hac contradictione, & successiva acquiescientia firmata dici potuisset aliqua
34 possessio, sive observantia in contrarium, ut animadversum fuit *in Cavalicen. Bannalitatis Furni super manutentione 26. Junii 1797. §. nec talis observantia cor. R. P. D. meo Priolo, & in Aquinaten. fideicom. 1. Junii 1699. dec. 92. num. 19. cor. me inter noviter hactenus Romæ impressas, & in nullius, seu Caputaquen. Jurisdictionis 14. Decembris 1711. §. & altera versus finem pariter cor. me.* Sicuti distinguendo admonent relati per *Rot. cor. Seraph. dec. 1085. num. 6. cor. Coccin. decis. 2285. num. 34., & in Falden. Jurisdictionis super bono jure prima Junii 1708. §. maxime num. 124. cor. me.*

Ex parte etenim in Choro permanens Parochus

chus, ut ipsimet adversi Testes asserebant, facile poterat id attribui, vel occasionali commoditati, vel aliqualiter deturbatæ valetudini, ideoque tamquam facta negativa, & mere æquivoca in nulla, & maxime in conflictu poterant haberi in consideratione per ea, quæ de Testibus affirmantibus, vel negantibus quotidie ad ponderantiam priorũ firmarunt *Bart. in L. 1. num. 6. vers. ulterius nota ff. de ventr. inspec. Bald. in l. actor. nu. 21. C. de probat. Farinac. de Testib. quæst. 65. sub num. 130., Rot. post Possb de manut. dec. 661. num. 10. Adden. ad Buratt. in dec. 43.*
35 *num. 9.*, & in terminis quando actus remanent æquivoci, prosequuntur *Abb. in cap. præsentia de prob. Rot. dec. 212. nu. 9. cor. Carillo dec. 559. num. 10. cor. Cerro, & in Civitatis Plebis Jurium Parochialium 6. Junii 1708. §. Prout neque, & §. Eoque facilius cor. me.*

Excusatio autem, quod Parochus Scholam gesserit, Sacrasque expleverit functiones *per uso di pietà, e compiacenza* nimium gratis asserebatur, cum semper actus referantur ad
36 Jus, & titulum, de quo ut supra constabat, non vero ad Jus, & titulum, de quo non apparebat, ex collectis *Rot. cor. Cerro decis. 566. num. 19., & in rec. dec. 389. num. 4. par. 3., & dec. 409. num. 3. par. 4. rec.*, & alibi quotidie.

Atque ita a primo ad ultimum penetrata medulla tot fundamentorum, & denique constipante observantia etiam extra dicta Testium resultante a publicis Instrumentis Visitationum Episcopalium *Domini* prorsus existimarunt, bonum Jus pro Parocho militare, quando etiam in dubio, sicuti Confratres de per se exsistunt incapaces sese per se ipsos immiscendi in his spiritualibus, & Ecclesiasticis functionibus, ita nequit de facili illis permitti ut hujusmodi ministeria possint aliis demandare, ut *notat Monacell. in formular. par. 2. tit. 13. formul. 1. n. 55. & Sac. Congregatio Rituum in Verulana die 22. Martii 1641. relat. per Pignat. in consult. 60. num. 1. in fine tom., & consult. 79. n. 7., & seqq. t. 9. Barbos. de Offic. Paroch. cap. 12. num. 1., & seqq. Quarant. in Summar. Bullar. in verbo Missa vers. in Ecclesiis, Donat. in prax. quæst. regul. tom. 3. tract. 8. quæst. 19. n. 4.*

Et ita &c. utraque &c.

Perusina Præeminentiarum super Manutentione.

Mercurii 2. Decembr. 1711.

ARGUMENTUM

Habes ex Summario.

SUMMARIUM.

1. *Manutentio regulariter conceditur triumphanti in ipso bono Jure.*
2. *Idque fit etiamsi defecissent eidem triumphanti actus possessorii.*
3. *Manutentio tribuitur in vim quasi possessionis.*

DECIS. DLV.

Succedaneam, & æque favorabilem resolutionem sibi profecto Parochus promerebatur etiam in hoc altero dubio respiciente illud interim, quod manutentionem appellant. Agnito quippe, & mature degustato bono Jure in illius beneficium militante, ut in altera *Decisione contemporanee edita sub hac die*, non solum plerumque (nisi aliud peculiare obstet) *Sac. Auditorium* solet tribuere manutentionem triumphanti in ipso bo-
1 no Jure, & hoc ferme indifferenter in omni materia, ex congestis per *Modernum Argentaneum collect. 38. vol. 2. nn. 215. pag. 369. Rot. in Fulginaten. Bonor. super manuten. 20. Aprilis 1708. §. Diffiteri, & §. Adhuc., et in Civit. Pleb. Jur. Paroch. super manutent. 6. Junii 1708. §. Descendendo*, cum aliis plena manu cumulatis *in Urbevetana manutent. 26. Junii 1711. §. Applicando autem cor. me.*

Verum etiam, quia in hac præcisa, de qua tractabatur, cum Parochus quasi plusquam videretur fulciri expressa assistentia Juris, hinc etiam quatenus per hypothesim defecissent actus possessorii etiam citra eos abstractive
2 semper debita in consequentiam ejusdem assistentiæ Juris exstitisset manutentio per *Text. in cap. cum persona etc. de privileg. in 6. Verall. dec. 306. nu. 5. par. 1. Rot. dec. 145. num. 6. par. 2. divers. dec. 441. n. 2. par. 1. rec. dec. 382. num. 1. par. 2.*, & magis in individuo *ead. Rot. dec. 524. num. 24. §. Constito igitur par. 19. rec.*

Fortius vero, quoniam in eadem contextuali *decisione hujus diei* occasione constipandi bonum Jus cum observantia, seu consuetudine sive præscriptiva, sive interpretativa bene fuit ostensum, Parochum ferme semper super omnibus Juribus, & præeminentiis cõtroversis, ita de facto obtinuisse, & practicasse, quemadmodum liquebat ex *toto fere Summ. in eadem dec. relato*, non erat amplius ambigendum, ut etiam quando dubia fuisset eadem Juris assistentia, & dumodo ea non

Juribus vulgatis apud *Tiraquell. in l. Si unquam verbo libertis num. 15. C. de revocan. donation.*, *Guttierez. pract. Jur. quæst. lib. 3. quæst. 43. num. 14.*, *Thomasset. in flor. leg. Regul. 6.*, *Cardos. in Prax. Judic. & Advocat. verb. Contractus num. 8.*, *Rauden. de Contract. emphiteut. tit. de rescis. Emphiteut. num. 51.*, *Rota dec. 427. num. 1. cor. Seraph. & dec. 1130. num. 30. cor. Emer. Jun.*

Pariterque palam corruebat ea, quæ prætendebatur clici inverisimilitudo, quod nimirum Ærsilia voluerit augere hanc summam scutorum mille, quando in præcedenti Instrumento constitutæ Dotis exagerabatur quod Dos scut. 4000. potius excederet Juridicam, & honestam congruitatem; in primis namque, ut fuerat assertum principaliter respectu ipsius Josephi filii, & nihilominus tota ista ratiocinatio recte forsan procederet, quoties aliquo modo saltem ab extra demonstrata exstitisset talis incongruitas; vel quando insimul promissio peraugendi scut. mille secuta exstitisset post celebrationem ejusdem Instrumenti; Ast ubi perantea per occultam Partium intentionem, & conventionem fuerat stabilitum, quod Dos esse deberet scutorum 5000. quatuor scilicet expressorum in Instrumento, & aliorum mille ad partes de Bonis Ærsiliæ exsolvendorum post illius obitum, optime sequebatur, quod sic tota hujusmodi Dos esset congruissima, licet etenim ad finem servandi memoratum secretum cum Josepho sola qualitas scutorum 4000 exponeretur in Instrumento ex præ ambula tamen conventione debebat esse modo præmisso scut. 5000. itaut pro verificatione expressæ congruitatis certo certius intrarer rubrica *plus valere quod agitur, quam quod simulate concipitur*. Sicuti a contrario continuo videmus in Dotibus constitutis ad pompam, quod in Instrumento exprimitur summa major, quam fuerit firmatum, & volitum inter Partes. Vera autem quantitas constitutæ Dotis est

27 illa, quæ fuit a Partibus subintellecta, atque conventa, & non ea in Instrumento explicata, & apposita, ut frequenter habetur, & signanter apud *Altograd. cons. 5. n. 5. et seq. lib. pr.*, *Card. de Luca de Dot. disc. 24. ex num. 2. & seqq.*, *De Marin. resol. Jur. lib. 2. cap. 156. ex num. 3.*, *Crivell. decis. Dolan. 48. num. 3.*, *Rota cor. Buratt. dec. 775. fere per tot. dec. 98. ex num. 11. ad seqq.*, & signanter *num. 14. cor. Duran. dec. 555. fere per tot. cor. Merlin.*, *& dec. 99. ex num. 9. ad seqq.*, signanter *num. 12. cor. Bich. dec. 3. ex nu. pr. ad seqq. par. 9. dec. 318. ex n. 34. par. 10. Rec.*, & optime *in dec. 22. per tot. et ad Salgad in labyrinth. Credit.*

Consequutive non minus incessum decidebat tertius lapis ex mox insinuato supposito depromptus etiam in ordine ad defectum solemnitatum Statuti Urbis, de quo stante impugnatione Ærsiliæ possent deinceps objicere etiam ab ea causa habentes siquidem v s, &

28 provisio statutaria potuisset urgere, quando Ærsilia neglectis solemnitatibus post contractum, & stabilitum Matrimonium cum Dote scut. 4000. de proprio addidisset alia scuta mille, atque hi sunt termini, quos percutit *Gabriel. cons. 10. per tot. lib. pr. Rota cor. Buratt. dec. 422. fere per tot. dec. 241. num. 3. par. 7. Rec. cum aliis relatis in dec. 40. n. 13. cor. Celso repetit. in Rec. dec. 196.*

De reliquo (precisive etiam a prædicta subintellecta contextuali Constitutione Dotis in totum scutorum 5000.) adhuc quoties promissio facta per Mulierem precipue majorem emanavit ante matrimonium favore Dotis sustinetur semper consequutiva obligatio etiam inita sine solemnitatibus municipali-

29 bus, quantumvis agatur de augmento Dotis, & obligatione prorsus voluntaria, ex plene deductis per *Modern. Ascul. annot. 44. num. 622. & seqq. Rota cor. Puteo dec. 100. lib. 3. Peutinger decis. 247. dec. 68. num. 3. post Bonden collect. legal. cor. Dunozet. dec. 919. num. 4. & in rec. dec. 168. n. 7. dec. 241. num. 2. et 10. par. 7. et dec. 157. n. 7. p. 15.*

Nullius soliditatis æque modo repertus est alter in ordine quartus lapis circa volitam ab Ærsilia adhibitionem solemnitatum, sive Instrumenti eisdem solemnitatibus vallati; quoniam, & hoc Objectum reincidebat ad petitionem principii; sicuti quippe Ærsilia injuste recusavit implere promissa, neque ob id ex supra ponderatis eximebatur a contracta obligatione; ita nec etiam a sua voluntate pendere debebat sese per indirectum ab ea eximere sub hoc prætextu non confecti postmodum Instrumenti, ne illius culpa ipsam ut præmisimus, adjuvaret; & nihilominus ex abundanti statim ac per supradictam præparationem minutæ ultra præfatam depositionem duorum Testium confirmabatur animus Ærsiliæ circa præcedenter patefactam voluntatem faciendi istud augmentum, opus non erat ad ulteriorem confectionem Instrumenti devenire; in abstracto siquidem pariter receptum est, quod ubi indicata confectio futuri Instrumenti vestita non est *cum Clausula non alias, aliter, nec alio modo*; Tunc instrumentum celebrandum volitum, & enunciatum censetur dumtaxat ad majorem Cautelam, & respective probationem, non vero ad perficiendam sub-

30 stantiam actus, & ipsius obligationis, secun-

cundum ea, quæ optime diftinguuntur penes *Card. de Luc. de Alienat. difc. 44. fere per tot., & de reg. l. difc. 81. n. 6. Gizzarell. dec. 75. num. 2. bene Rot. dec. 20. fub n. 2. poft Mangil. de fubhaftat. dec. 517. num. 2. par. 1. diverf. & dec. 34. num. 1. & per tot. par. 3. diverf., & dec. 164. num. 4. penes, Torr. de Pact. futur. fuccefs., & Romana renunciationis 17. Junii 1709. §. Infubfiftens cor. R. P. D. meo Priolo, & in Aften. Prioratus fuper pertinentia 7. Decembris 1708. §. Sed in hoc, & in Nucerina donationis 12. Decembris 1710. §. Semperque cor. R.P.D. meo Aldrovando.*

Noviffime tandem levis exftitit ictus quinti, & ultimi lapidis quoad renunciationem exaratam ab Anna; duplici enim fcuto, & refpective galea collifus evanuit; primo videlicet ex quo prænominata Promiffio præftandi fcuta 1000. fimultanee prodierat etiam ad favorem Claudii Conjugis ejufdem Annæ, & confequenter quando etiam Anna fuiffet millies repellenda vigore a fe factæ renunciationis, non idcirco remanebat præpeditus Claudius Vir ipfius Annæ, ad quem nedum æqualiter, fed ferme principaliter eadem Dos Subftentativa Onerum Matrimonii pertinebat, ut de promiffione fimpli-

31 citer inita ad Commodum duorum connotarunt in fimilibus terminis *Ciriac. controv. 351. num. 11. et feqq. Bonden. collectat. 24. num. 100. tom. 2. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. quæft. 25. num. 27. Hodiern. ad Surd. dec. 14. num. 15. et feqq., et in Romana Immifs. 2. Martii labentis anni §. final. cor. R. P. D. meo Scotto hodie Almæ Urbis Gubernat. et in Romana Renunciat. 3. Julii pariter labentis Anni §. Adverfus hæc cor. R.P.D. meo Aldrovando.*

Et fecundo evidentiffime reflectendo ulterius, quod nulla dabatur imaginabilis umbra fcientiæ hujus augmentationis in Anna renunciante de tempore per eam expletæ ipfius renunciationis, ac propterea, quomodo

32 poterat quæcumque renunciatio comprehendere ea, quæ erant quidem delata renuncianti, fed ab ea penitus ignorata, ut inquit *Text. in l. mater decedens, et ibi Bartol. fub num. 4. ff. de inofficiof. Teftam. l. cum aquiliana ff. de transact., et in l. Si de certa cum ibi not. Cod. de transact., Parif. conf. 12. n. 78. Rota cor. Bich. dec. 7. num. 20. cor. Cavaler. dec. 340. num. 4. cor. Buratt. dec. 899. nu. 1. et feqq., et cor. Seraph. dec. 1277. num. 4.*

Occafione itaque diluendi oppofitas objectiones erutis fundamentis ineluctabilibus hodiernæ refolutionis, fupervacaneū videbatur illa novis quoque munimentis fulcire, maxime quando aderat de medio res judicata non elidibilis unquam, ut fupra, nifi ob claram Injuftitiam, vel nullitatem, fed adhuc poftremo coronabat eamdem refolutionem enunciatam, ut fupra, Inftrumentum celebratum ex poft ab ipfo Jofepho *dicto Summ. Num. 6.* in quo ille heres de cetero immediatus ejufdem Æmiliæ debitricis fententiam Eminentiffimi Pallavicini acceptavit, bonamque fidem agnofcendo ad exone-

33 rationem fuæ confcientiæ Veritatem, atque validitatem promiffionis factæ ab ejus Genitrice confeffus eft, quantumvis quippe firma fit propofitio, quod confeffiones emiffæ per debitores nullatenus officere valeant ejus Creditoribus, ex congeftis per *Cephal. conf. 393. num. 69. lib. 3. Merlin. de Pignor. lib. 4. quæft. 134. num. 15. Rota cor. Buratt. dec. 9. num. 1., et dec. 104. num. 1., et 2. cor. Duran. dec. 259. num. 19. cor. Bich. dec. 191. num. 1. dec. 346. num. 22. par. 19. et in Romana Dotis 19. Junii 1679. dec. 102. num. 34. poft Modern. Afculan.*

Stabilis quoque eft limitatio (etiam fuppofita fubfiftentia tunc temporis talium Creditorum) quod tunc minime attendantur hujufmodi confeffiones in eorumdem Creditorum præjudicium; quotiefcumque eædem confeffiones non apparent fuffultæ tot probationibus, tot adminiculis fuperius animadverfis, & allatis; fed talibus adminiculis, & conjecturis intercedentibus hujufmodi et-

34 iam confeffiones tamquam fimpliciter, feu potius declarativæ, & explicativæ veritatis recipiuntur, & omnem tollunt amaritudinem; quemadmodum connotarunt *Alexan. conf. 18. num. 2. 3. & 4. lib. 3. plenè Angel. de Confeff. lib. 2. quæft. 4. num. 35. & lib. 3. quæft. 8. n. 4. Card. de Luc. de Judic. difc. 23. fub. num. 25. Rota cor. Royas dec. 215. n. 13. Surd. dec. 135. num. 4. & 5. dec. 124. n. 1. par. 2. decif. 241. num. 27. par. 7. dec. 178. n. 8. & 9., & dec. 202. n. 6. & 19. p. 9. rec.*

Atque ex his (ut innuimus ab initio) minime amplius oportebat refpondere ad fubalternantem dubii partem, *an conftaret de Credito*. Quoniam illud cambii, quod adducebat Francifcus, per *Dominos* relinquebatur in fuo effe, ftante quippe præmiffa re judicata, illud tamquam pofterius procul dubio ex notoriis non erat aptum infringere exfequutionem vigore anterioris crediti confummatam.

Utraque &c.

Perusina Præeminentiarum.

Mercurii 2. Decembris 1711.

ARGUMENTUM.

Parochus an præter Jura Parochialia fundatã etiam habeat intentionem in Ecclesiis Confraternitatum exsistentibus intra limites suæ Parochiæ exercendi Functiones Spirituales, vel Ecclesiasticas, quæ vel ex Iure, vel ex consuetudine ad digniorem spectant. Et ex quibus probetur subjectio Ecclesiæ, alteri Ecclesiæ Parochiali.

SUMMARIUM.

1. *Parochus intra limites suæ Parochiæ fundatam habet intentionem non solum quoad Jura magis præcise Parochialia, sed etiam respectu aliarum præeminentiarum, quæ de Jure, vel consuetudine ad digniorem spectant*, & n. 3. Limit. n. 4.
2. *Dignior in circumdario suæ Parochiæ exsistit, & quasi Episcopus in sua parva Diœcesi esse censetur.*
4. *Parochus in iis, quæ non respiciunt Jura Parochialia nullum habet Jus in aliena Ecclesia, nisi præter exsistentiam illius intra suam Parochiam probet, illam sibi esse subjectam ex aliqua consuetudine.*
5. *Sac. Rituum Congregatio annis 1703, & 1704. declaravit, quenam functiones, & præeminentiæ competant Parochis, vel respective Confraternitatibus Laicorum, eorumque Cappellanis, & Officialibus.* Declara num. 12.
6. *Decreta, et Resolutiones Sac. Rituum Congreg., maxime a Summo Pontifice approbata vim Legis habent universalis, illisque semper obsequi consuevit Sac. Rot.*
7. *Ecclesiam ex quibus probetur fuisse, et esse subjectam Ecclesiæ Parochiali.*
8. *Ecclesiæ Matrici debentur ea tantum Jura, quæ illi Episcopus in erectione Ecclesiæ filialis reservavit.*
9. *Argumentum a fortiori deductum est potentissimum.*
10. *Clausula* Salvo Jure, & sine præjudicio Ecclesiæ Parochialis *intelligitur de præjudicio circa ea, quæ spectant ad Sacramentorum administrationem, et alia quæ sunt ipsi Parochiæ de Jure debita; in aliis vero non*, & num. seqq. 16.17.18.& 19.
13. *Sacellum, sive Ecclesia intra Parochiæ ambitum exsistens est plenarie Parocho subjectam, atque ab Ecclesia Parochiali pendet*, & num. seqq. 14. & 15.
20. *Subreptio dicitur commissa si non fuerunt expressa Pontifici, quæ, vel illum a concessione retraxissent, vel difficiliorem reddidissent.*
21. *Si corruat conditio, sub qua concepta est provisio Apostolica, gratia remanet irrita ex ipso Decreto Pontificis.*
22. *Centenaria præservatur in eisdem Decretis Sac. Congreg. Rituum publicatis anno* 1704.
23. *Illaque est exempta a qualibet Constitutione, seu Decreto.*
24. *Observantia interpretativa attendi debet semper in declaratione facti, vel Juris ambigui.*
25. *Parochi superioritas, & respective subjectio Confraternitatis ex quibus probetur*, & num. 29. cum seqq.
26. *Retentio clavium quandoque provenire valet ex aliis titulis, quam subjectionis*, Limita n. seqq. Intellige n. 28.
27. *Claves de jure remanere solent, ac debent in potestate Prælati.*
29. *Nemo nisi Dominus, vel saltĕ Superior dicere valet* redde rationem villicationis tuæ.
30. *De bonis, rebusque Hospitalis reddi debet ratio ipsi Ordinario.*
31. *Ad Rectorem, seu Superiorem spectat occurrere Cotta, Stola, ac Pluviali, & Aspersorio Ordinario Visitanti.*
32. *Sacramentorum administratio, illorumque retentio privative spectat ad Parochum in sua Parochiati.*
33. *Testibus numero, & qualitate pollentibus fides præstanda est pro consuetudine, & observantia detegenda.*
34. *Observantia in contrarium induci potest ex contradictione, & successiva acquiescentia.*
35. *Actus æquivoci in nulla haberi debent consideratione.*
36. *Actus referri semper debet ad Jus, & titulum de quo constat, non vero ad Jus, & titulum de quo non constat.*
37. *Confratribus uti incapacibus sese immiscendi in Spiritualibus, & Ecclesiasticis Functionibus, ita nequit de facili illis permitti.*

DECIS. DLIV.

Super Solo, quod usque de *Anno* 1495. materialiter distraxerat Plebanus, sive Parochus Sancti Bartholomæi Castri Rigonis ad commodum Universitatis, & Incolarum ejusdem Castri, ita castramentati fuerunt Emptores, ut inibi construendo in locũ simplicis Tabernaculi per antea exsistentis cum sola effigie Beatissimæ Virginis Deiparę *Miraculorum* nuncupatæ, novam penitus Ecclesiam, & Hospitale, Aciem aperuerint acri certamini, seu Judiciariæ, & conflictatæ perquisitioni = *An, & quæ Jura Parochialia, & præeminentiæ hactenus competerent Parocho* in Ecclesia prædicta, & *Domini*

ni libratis hinc inde digladiantium armis,& fundamentis, *Jura Parochialia, et praeminentias Parocho* absolute competere censuerunt.

Nulla siquidem controversia erat, vel esse potuerat inter partes, quod antecedenter ad memoratam venditionem super antiquo Solo, & respective Cappella Parochus fundatam haberet intentionem, non solum quoad

2 Jura magis praecise Parochialia, sed etiam respectu aliarum omnium praeminentiarum, quae de jure, vel de consuetudine ad Digniorem solent attinere, cum ipse in circum-

2 dario suae Parochiae dignior prae ceteris regulariter existens, quasi Episcopus in sua parva Dioecesi subalternanter esse censetur, juxta affirmata per *Abbatem in cap. 1. n. 28. de dolo, & contumacia, Barbos. de Offic. Paroch. par. 1. cap. 9. num. 3., Ricc. in Praxi For. Eccles. par. 4. resol. 304. num. 3.*, & in terminis Abbatis Curam Animarum exercentis *Rot. in Burgen. Jurisdict. super exercitio functionum Paroch. 11. Junii 1706. §. Firmato cor. Me.*

Et sane quod Jura Parochialia magis praecisa, quaeve plena manu dinumerantur penes

3 *Abbat. in Rubric. de Paroch. num. 2.*, & cum eo ceteri Canonistae, quos congerit *Piring. in Jus Canon. lib. 3. tit 29. n. 3. & seqq., Francesc. de Eccles. Cathedr. cap. 21. n. 10. & seqq. Card. de Luca de Paroch. disc. 31. n. 8. §. Ut enim, Rota cor. Coccin. dec. 2089. n. 3., & seqq., dec. 552.*, & signanter *num. 3. cum plurib. seqq. par. 5. tom. 2. Rec. & in Mediolanen. Jurium Paroch. 23. Aprilis 1708. §. Constabitito, et §. Rursus cum seqq. cor. R. P. D. meo Scotto Almae Urbis Gubern. et in Civit. Plebis Jurium Paroch. 7. Junii 1708. §. Applicando cor. Me*, quasi manus victus dabant Confratres, & Cappellani ejusdem Ecclesiae Beatissimae Virginis, sed tantum nodo opponebant, quod praecisive ab iisdem Juribus proprie Parochialibus nullum aliud jus in aliena Ecclesia quicumque Parochus praetendere, & arrogare sibi queat, nisi saltem o-

4 stendat, quod ultra situationem ipsius Ecclesiae intra fines suae Parochiae illa sibi exsistat aliunde subjecta ex aliquo Privilegio, concessione, praescriptione, vel Jure speciali, prout solemniter rescribens Archipresbytero Ecclesiae Sanctae Ceciliae respondit, & definivit *Innocent. Tertius in cap. Dilectus de Cappellis Monach.*, & late exornant *Fagnan. in cap. Ad audientiam num. 9. & 10. de Eccles. aedific., Calderin. conf. 6. num. 1. vers. Item sicut de Religios. Domibus, Card. de Luca de Paroch. dicto disc. 31. n. 6., Rota in Civit. Pleb. Jur. Paroch. 3. Julii 1705. §. Decidendi ratio cor. R.mo P. D. meo Molines Decano, & 6. Junii 1708. §. Fallente coram, & in Bisinianen. Praeminent. 10. Februarii 1710. §. Quibus omnibus*, pariter *cor. Me.*

Fortius quia retento hujusmodi principio successive etiam deinceps ad tollendas dissensiones, & jurgia semper in Ecclesia Dei evitanda, ac dirimenda *Sac. Rituum Congreg.* cui ut fuit dictum in illa *Neapol. Jur. Paroch. 13. Mar. 1711. cor. me in principio* tale munus principaliter incumbit jam per plura univer-

5 salia *Decreta edita* sub anno 1703., & dein quoque per Sanctissimum approbata de sequenti Anno 1704., queve leguntur impressa *in Mantissa decis. ad Card de Luca tom. 2. pag. 17. & seqq.*, & repetita apud *Monacell. in suo Formulario Legali practico For. Eccles. tit. 13. ex nu. 46.* discriminando eadem Jura proprie Parochialia, determinaverat quaenam functiones, & praeminentiae competerent Parochis, vel respective Confraternitatibus Laicorum, earumque Cappellanis, & Officialibus quamplures earumdem functionum, & praeminentiarum, de quibus signanter hodie erat quaestio, declaravit spectare ad easdem Confraternitates. Unde ad normam praemissae dubitationis resolvendam omnino videbatur, eas eidem Confraternitati, & non Parocho competere, cum nemo non sciat, quod eaedem resolutiones, & Decreta, & maxime per Supremum Ecclesiae Principem ap-

6 probata vim habent Legis universalis, & illis semper obsequi reverenter, ut par est, consuevit *Sac. Tribunal*, Teste eadem *Rota cor. Dunozzett. Jun. dec. 878. num. 10., cor. Celso dec. 5. num. 12. in Avenionen. Dotationis 19. Junii 1682. §. Quae quidem Sententia, & in Burgen. Juris deputandi Curatum 3. Julii 1683. §. penultimo cor. bo. mem. Albergato, in Carpentoraten. Parochialis 13. Febr. 1649. dec. 72. n. 7. cor. Me inter noviter Romae impress., & in Neapolit. Jur. Paroch. 13. Martii 1711. §. Utique in abstracto coram Me.*

Quod autem praenominata Ecclesia Beatae Virginis Miraculorum nullo modo foret subjecta Ecclesiae, & Parocho Sancti Bartholomaei ex ipsa negatione Confraternitatis sufficientissime liquebat, nam minime ex parte ejusdem Parochi demonstrabatur, ut oportebat, in primis inter easdem Ecclesias cer-

7 ta antiquioritas, & in omnem casum nequaquam per imaginationem apparebat, quod eadem *Ecclesia Miraculorum* foret constructa in adjutorium Ecclesiae Parochialis, quo casu nomen sortiri potuisset Ecclesiae subjectae tamquam filialis, vel ut alii dicunt succursalis, & adjutricis ejusdem Ec-

clesiae

clesiæ Parochialis, vel respective Cathedralis, ut tradunt *Scribentes in cap. Ad audientiam 3. de Eccl. ædific.*, *Petr. Gregor. de Benefic. cap. 10. n. 26.*, *Decius in cap. ex par. 2. num. 1., & 2. de rescript.*, *Panormit. in capit. Recolentes in fine de stat. Monachor. Rebuff. in Prax. benefic. in Addit. ad Regul. Cancell. regul. 56. in fine vers. Item fol. 524.*, *Amostaz. de Caus. piis lib. 3. in cap. 3. de Eccles. ædific. num. 26.*, *Tondut. quæst.*, *& resolut. Benefic. cap. 56. num. 9.* cum aliis abunde relatis *in dec. 274. num. 3. par. 1. Rec.*

Immo nec etiam posita hujusmodi qualitate filiali (quando potius totum erat in contrarium ex constructione illius ære proprio facta per Universitatem, eam elevando a simplici Tabernaculo ad formalem Ecclesiam cum Hospitali) adhuc quidquid dixerint nonnul-
8 li allati, & reprobati per *Fagnanum in cap. Ad Audientiam il primo sub num. 8.* tribuentes ipsi Ecclesiæ Parochiali, seu matrici nonnullas functiones, & actus præeminentiales, verius est excepto patronatu, *et competenti honore Jure subjectionis non deberi Ecclesiæ matrici, nisi in quantum Episcopus prædicta jura reservaverit in limine erectionis*, sunt ipsissima verba ejusdem *Fagnani in præcitato cap. Ad Audientiam in sequenti n. 10. versic. Itaque verius*.

Tantumque de cetero aberat, quod Episcopus talia Jura in limine erectionis, seu novæ constructionis ejusdem Ecclesiæ *Miraculorum* reservaverit Ecclesiæ, & Parocho Sancti Bartholomæi, ut potius *sanctæ memoriæ Clemens VII.* penitus prædictam Ecclesiam, seu fabricam præcedenti Tabernaculo, sive Sacello adjunctam incorporando Hospitali tunc administrato per Confraternitatem cõcesserit facultatem eidem Confaternitati erigendi Campanile applicandi in servitium ejusdem Ecclesiæ, seu Hospitalis fructus, ac eleemosynas, construendi cœmeterium, & inibi tumulandi, sive sepeliri faciendi tam ipsorum Confratrum, quã aliorum quorumcumque in præfato Hospitali degentiũ, & respective sepulturam seligentium Cadavera, prout quoque faciendi, benedicere, & consecrare Altaria, Calices, Vestes, & Ornamenta nullius requisita licentia, nec etiam ipsius Diœcesani. Quapropter si loco reservationis hujusmodi Jurium favore Parochi ad normam Juris necessario faciendæ per Episcopum in hisce prærogativis, &
9 functionibus per Apostolicam largitatem erga Confratres excludebatur idemmet Episcopus, quid dicendum de Parocho? vulgato *Axiomate* de quo in *Auth. multo magis C. d. de Sac. Eccles. de quo Conciol. allegat. 82. num. 10. Mans. consult. 343. num. 81. Rota decis. 75. num. 34. & dec. 89. num. 14. coram Me inter noviter hactenus Romæ impressas, & in Perusina Pecuniaria 8. Junii 1711. §. Eoque facilius in fine pariter coram Me*.

Quin a contrario obsisteret alterum Breve antecedens sanctæ memoriæ Alexandri Sexti, qui Pontificium concedendo beneplacitum primordiali acquisitioni Soli, super quo erat construenda Ecclesia, illam præservativam clausulam adjecit = *Jure tamen Parochialis Ecclesiæ, & cujuslibet alterius in omnibus semper salvo*, quemadmodum ceteroquin de
10 stylo, vel de jure faciendum esse, animadvertit *Piasec. in Prax. Episc. par. 3. c. 3. n. 21.* & declaravit *Sacra Congregatio Concilii* secundum verba relata per *Barbos. de Paroch. par. 1. cap. 11. num. 2.*

Siquidem hujusmodi Clausula tamquam mere præservativa Juris antiqui, seu præcedentis non erat apta tribuere quidquam de novo ipsi Parochiali Ecclesiæ, sicuti introspecta natura prædictæ Clausulæ præservati-
11 væ connotarunt *Caldern. consf. 12. de Privil. Cherubin. in Compend. Bullar. schol. 1. ad Bullam Sixti V. incipien. Si cunctas* latam favore Capituli Lateranen. *Donat. de Regul. tom. prim. part. prim. cap. prim. tract. 6. de extension. Privilegior. quæst. prim. num. 5. Phiring. in Jus Canonic. lib. 5. tit 33. num. 4. Monacel. Formular. For. Eccles. tit. 13. n. 82. vers. et hæc fortius par. 2.*, & in specie præcitatæ adamussim clausulæ *eadem Sacra Congregatio Concilii* juxta verba transcripta per eumdem *Barbos. de Par. d. p. 1. c. 11 n. 2. §. quod Quidem præjudicium* ibi = *Hoc autem præjudicium intelligitur in his, quæ spectant ad Sacramentorum administrationem, & alia, quæ sunt ipsi Parocho jure debita, in aliis vero non* =

Addito, quod neque valebat officere, si forte ex parte Parochi adducerentur aliqui actus exerciti super hisce functionibus, & præeminentiis, quia statim ac ad limites Juris, & memoratæ generalis præfinitionis, seu declarationis *Congregationis Sacrorum Rituum* a Summo Pontifice confirmatæ, controversæ functiones, & præeminentiæ minime spectabant ad Parochum, nullatenus erant attendendi hujusmodi actus, a quibus prætendi potuisset, aliquam desuper resultasse consuetudinem in beneficium ejusdem Parochi, quoniã supradicta *Lex*, seu declaratio
12 universalis *Urbis, & Orbis* huiusmodi usus, ac etiam consuetudines rejecerat, atque irritaverat, reservando simpliciter in hoc proposito consuetudines immemorabiles, vel saltem centenarias, ut in fine ibi = *Et ita salvis tamen conventionibus, et pactis, et Con-*

sue-

furtudinibus immemorabilibus, vel saltem centenariis, sicuti non minus animadversum, & responsum fuit *in præcitata Neapolitana Jurium Parochialium* 13. *Martii* 1711. §. *Verum quia et* §. *Ceterum coram Me*.

Ast hisce ratiociniis, & oppositionibus posthabitis *Domini approbantes primum*, & optime judicatum ab *R. P. D. A.C.Cerro* censuerunt ipsi Plebano, seu Parocho competere præcedentiam, nimirum (deveniendo ad specialia) *In Choro, et Processionibus, aliisque functionibus Ecclesiasticis peragendis in hac Ecclesia, nempe benedicendi, et distribuendi Candelas, Cineres, et Palmas, aliasque functiones fieri solitas in Majori Hebdomada, administrandi omnia, et singula Sacramenta juxta Populi necessitatem, ac pro hujusmodi effectu retinendi in eadem Ecclesia Sanctissimũ Eucharistiæ SACRAMENTUM, ad effectum illud deferendi ad Infirmos, canendi Missas, et Vesperas solemnes, prædicandi, exponendi SANCTISSIMUM EUCHARISTIÆ SACRAMENTUM publicæ adorationi, & retinendi clavem capsulæ eleemosyna, & Bussolæ respectivæ, in qua nomina Officialium Hospitalis, et Ecclesiæ conservantur, assistendi electionibus eorumdem Officialium, omnesque alios actus, et Jura Parochialia præeminentiæ superioritatis exercendi in d. Ven. Ecclesia B. Mariæ Miraculorum*.

Ratio præcisa facile visa est in eo residere, quod quemadmodũ præcedenter a parte ante hujusmodi præeminentiæ, atque functiones spectassent indubitanter ad Parochum, *quoties proportionabiliter expleri potuissent* in Sacello, seu Tabernaculo prius existente in solo pertinente ad Dominium Ecclesiæ Parochialis scilicet antequam tribueretur per *sanct. mem. Alexandrum Sextum* facultas Parocho alienandi, & respective hominibus de Universitate acquirendi Solum, in quo erectũ jam stabat Sacellum, sive Tabernaculum cum effigie Beatissimæ Virginis, ex quo to-
13 taliter ratione dominii positivi dicebatur idem Sacellum plenarie Parocho subjectum sive penitus ab Ecclesia Parochiali pendere, ut hoc verbum usurpatur *in cap. Eam te de ætat.*, & *qualitat.* explicat *Glos. in* §. *Seu verb. pendeant vers. item si Ecclesia Parochialis in fundo suo* ibique *Butrius num.* 10. *Abbas num.* 11. & reliqui Scribentes *impartiendi videlicet Populo Benedictionem, administrandi omnia, & singula Sacramenta juxta Populi necessitatem, ac pro hujusmodi effectu retinendi in eadem Ecclesia AUGUSTISSIMUM EUCHARISTIÆ SACRAMENTUM, ad effectum illud deferendi ad Infirmos, canendi Missas, & Vesperas solemnes, prædicandi, exponendique SANCTISSIMUM EUCHARISTIÆ SACRAMENTUM ejus publicæ adorationi, ac retinendi Clavem capsulæ eleemosyna*, ut sunt etiam verba prænominatæ sententiæ latæ in Tribunali A. C.

Quinimmo forsan ad effectum faciendi eadem sine hac præcipua, ac clara antiqua dependentia sufficisset, quod idem Sacellum,
14 Tabernaculum, & Oratorium situm reperiretur intra puros limites Parochiæ, ut signanter in proposito oblationum adest *Tex. in cap. Pastoralis* & ibi *Canonistæ de his quæ fiunt a Prælat. sine consens. Capit. Barbos. de Offic. & potestat. Paroch. par.* 3. *cap.* 24. *n.* 29. *in fin. Pignattel. resolut. cons.* 142. *num.* 1. & plene *Rot. cor. Merlin. decis* 257. *num.* 2.
15 *& seq.* & generaliter quoad alia Jura, atque functiones ratione solius situationis Cappellæ, vel Oratorii intra Parochiam, *Pignattel. cons.* 68. *num.* 1. *& seqq. tom.* 6. *Gratian. discept. forens. cap.* 298. *num.* 78. *&* 79. *Barbos. de Offic. Paroch. part. prim. cap.* 12. *num* 1. *& seqq. Panimol. decis. prim. annotat.* 9. *nu. primo & seq. Rot. dec.* 225. *num. pr. par.* 19. *Rec. Rota in Taurinen. Jurium Paroch.* impressa apud *Pignatel. d. consult.* 103. *num.* 15. *in fine*, & plene *in Civitatis Plebis Jur. Parochialium* 6. *Junii* 1708. §. *Fundamentum erga finem coram Me*.

Ita servandum omnino videbatur etiam a parte post, videlicet post indultam facultatem tunc temporis Plebano alienandi Solum prædictum favore Universitatis, etiam ad finem ampliandi idem Sacellum, construendique ibi Ecclesiam, ac Hospitale, quia prædicta clausula *Jure tamen Parochialis Eccle-*
16 *sia in omnibus semper salvo* generice præservativa omnium, & quorumcumque jurium indistincte Ecclesiæ Parochiali, ejusque Parocho per antea competentium, & exercibilium in eodem loco præpediebat ne ad quemcumque effectum in aliquo censeretur immutatus status antiquus privative militans pro Parocho, ut bene, & punctualiter in terminis etiam ceterarum functionum nedum Jurium Parochialium annotavit *Monacel. in formul. for. Eccles. dict. tit.* 13. *form. prima n.* 81., quodque hæc clausula vix
17 non præservet ea, quæ sunt incompatibilia statui noviter efformato per Summum Pontificem haberur ex *Rot. decis.* 6. *num.* 1., *&* 2. *lib.* 3. *cor. Puteo, et dec.* 566. *nu.* 24. *cor. Cardinali Cerro*.

Atque hinc parum referebat, quod juxta resolutionem Sacræ Congregationis apud *Barbos. de Paroc. d. par.* 1. *cap.* 11. *num.* 2. §. *Hoc siquidem*, clausula hæc nihil tribueret Parocho, præter ea, quæ jure Parochialita-

ris

tis ei competebant, siquidem præsens adamussim controversia effective versabatur in pura retentione, & præservatione veteris Juris exercendi consimiles functiones non solum habitu, sed, & actu, quatenus *saltem patiebatur angustia loci*, ac perantiqui Tabernaculi, seu Sacelli; prout præcedenter procul dubio secumferebat positiva dependentia ejusdem Sacelli ex causa solius Dominii materialis Ecclesiæ Parochialis, immo ut ab initio præmisimus etiam ex sola situatione loci intra limites spirituales præexistentis Parochiæ, nullatenus quippe Paro-
18 chus prætendebat aliquid sibi usurpare de novo, quod foret contra vim, & efficaciam ejusdem clausulæ = *Sine prajudicio*, ut distinguunt *Barbos. de Offic. Parochi part. prim. cap. 1. num 26. Pignattell. Consult. Canonic. 68. n. 7. tom. 6., & consultat. 103. in fin. tom. 10. Monacel. in formular. Fori Ecclesiast. tit. 13. a num. 54. ad plen. seq., Rota apud Tamburin. de Jur. Abbat. decis. 83. num. 2., & 3. tom. 3.*

Tantumq; aliqualis forte subesse potuisset difficultas, quoties quæstio foret cum altera formali Ecclesia, vel etiam publico Oratorio abantiquissimo tempore erecto, itaut ejus principium ignoraretur, & non fuisset prout hic erectio facta in solo temporaliter etiam proprio prænominatæ Parochialis, eoque alienato pro construenda simplici ampliatione sub prædicta tamen clausula re-
19 frenativa, & præservativa *sine prajudicio*, prout hic, quemadmodum in prædictis extraneis terminis alterius Ecclesiæ in indifferenti, & alieno temporali solo existentis aliquo modo obloquuntur, *Abbas in cap. primo num. 8.*, ut lite pendente *Postb. de manut. observat. 45. num. 49. Marescott. variar. resolut. lib. prim. cap. 11. num. 16., & 17. Rot. post Tamburin. de Jur. Abbat. decis. 86. nu. 2., & seqq. cor. Coccino. dec. 2089. nu. 22. & seqq., & num. final.*

Absque eo quod quidquam per umbram in oppositum opitularetur alterum Breve *Clementis Septimi* superius enunciatum, præterquam enim illud nequaquam revera admodum adversabatur signanter Juribus, & præeminētiis præcisis, ac supra enumeratis, quasve competere in hac Ecclesia Parocho existimavit. A. C., & hodie validius confirmavit, atque auctorizavit *Tribunal*. Nihilominus si in aliquo præfatum Breve apparuisset obsistere, illud aperte ex causa subreptionis corruisset, reticitum quippe fuit eidem *San. mem. Clementi VII.* quod Ecclesia excitata, sive ampliata per Universitatem, seu Confratres extitisset in Solo etiam temporaliter pertinente ad Ecclesiam Parochialem, quodque in alienatione ejusdem Soli intercedente Apostolico, ut opus erat Beneplacito *San. mem. Alaxander VI.* ejusdem *Clementis* Prædecessor adjecerat, & inseruerat memoratam Clausulā præservativam *Jure tamen Parochiali in omnibus semper salvo*, quod utique si Pontifex in Cathedra Divi Petri successor scivisset, facile denegasset prætensa Jura, & Privilegia Confraternitati, ipsamque Ecclesiam Parochialem pariter præservasset, vel saltem Parochum audiri demandasset, non autem absolute dixisset *Diæcesani loci, & cujusvis alterius licentia super hoc minime requisita*, sicuti ad effectum reddendi posteriorem gratiam subreptitiam, & consimili reticentia contenti, quod vel Papa denegasset, vel difficilius fuisset impartitus aliquam gratiā,
20 vel Privilegium, passim cōnotarunt post *cap. si proponente 42. de rescript. Peregrin. consil. 78. num 11. lib. prim. Ayman. cons. 68. n. 5. Rot. dec. 159. n. 3. part. 18. rec.* & alibi passim.

Et sane oh quam recte ex lectura hujus Brevis seu Indulti posterioris *Clementis VII.* verificabatur illud de quo conqueritur *Innocentii III. in cap. super litteris de rescriptis*, quod nempe sæpe sæpius extorquentur a Sancta Sede gratiæ, & Privilegia aliis quandoque præjudicialia per falsas suggestiones, vel per indebitum silentium subripiuntur ut ibi = *super litteris, qua ab aliquibus ex malitia, et a nonnullis ex ignorantia tacita veritate, vel suggesta falsitate impetrantur etc.* dum de facto idē *Clemens VII.* annuens petitioni Confraternitatis sese positive declarando, id clare exprimebat in eodem Indulto per illa verba = *Nos igitur de præmissis certam notitiam non habentes*, quamobrem non erat opus indagari ab extra mentem Pontificis fuisse subreptam, & consequenter intrare, quod
21 subdit idem Innocentius, *ut hi qui falsitatē exprimunt, vel supprimunt veritatem in sua perversitatis pœnam nullum ex illis litteris commodum cōsequantur* prout de cetero advertunt, & prosequuntur *Bald. in d. cap. super litteris num. 10. Glos. in cap. susceptum versic. noto ulterius, & Francus ibid. num. 14. de rescript. in 6., Dec. consil. 148. num. pr. versic. secundo, quia, Gonzal. de alternat. in proæmio §. 7. num. 240. Gambar. de auctor. Legat de Latere lib. 5. in princ. n. 87., Gratian. discept. for. 283. num. 20., & 21. Rot. cor. Buratt. decis. 484. num. 7. & dec 523. n. 34. par. 19. tom. 2. rec.*

Ast cuncta hæc satis in se perspicua, & plana mirifice confovebantur, atque roborabantur ex subsequta deinceps observantia, quoniam

niam post constructam, seu ampliatam Ecclesiam in omnibus fere præmissis actibus, ac preeminentiis præter excedentibus mere rigorose confinia Jurium Parochialium sic de facto semper fuerat observatum, unde vel quatenus opus fuisset intercessisset illa consuetudo centenaria, quæ præservatur et-
22 iam in eisdem declarationibus, & decretis *Sacræ Congregationis Rituum publicatis sub anno* 1704. juxta litteram recensitam eorundē decretorum in prædicta *Neapolitana Jurium Parochialium 13. Martii 1711. §. Verum quia coram Me*, & est regulariter de natura centenariæ, ut sit exempta a quali-
23 bet Constitutione, seu Decreto, secundum animadversa per *Jason. in leg. quamvis columm. 6. num. 42. versic. tertia ratio ff. de Flumin. Rolan. cosil. 89. num 17. lib. 2. & consil. 59. num. 16. & 18. lib. 4., Mascard. de probat. par. 3. conclus. 1221. num. 54. & 55., Gratian. discept. forens. cap. 2. num. 23., & 24., Castil. contr. lib. 6. cap. 3. a nu. 6., & sequen. Rot. dec. 786. n. 3. par. 18. tom. 2. rec.*

Vel precisive a vera, & formali consuetudine præscriptiva exuberasset illa vis interpretativa, quæ secum ducit observantiam semper attendendam in declaratione facti, vel
24 Juris ambigui ad ea, quæ distinguendo inter observantiam interpretativam, & Præscriptivam habetur ex Theorica *Bald. in cap. cum olim num. primo, & seq. de consuetud. modernum Romanum in suis disceptat. Ecclesiast. disceptat. 9. num. 22. tom. prim. fol. 194. Rot. decis. 362. num. 12. part. 15. dec. 441. num. 9., & seq. part. 18. recent., & in Favent. Jurium Parochialium 17. Junii 1697. dec. 14. num. 35. coram Me inter noviter hactenus Roma impressas*.

Et primo quidem a perantiquo *Decreto anni* 1602. edito pro gubernio ejusdem Ecclesiæ occasione visitationis assuetæ Episcopalis determinabatur, quod Parochus in electione officialium Confraternitatis esse deberet præsens, ac retinere apud se alteram ex clavibus capsulæ suffragiorum vulgo *Palle*, o *pallotte* solitorum adhiberi in hujusmodi electionibus, utraque enim circumstantia successive exsequutioni demandata, atque in Episcopali visitatione præscripta manife-
25 stabat Parochi superioritatem, & respective subjectionem Confraternitatis, ad tradita per *Bartol. in l. cum Pater n. 3. ff. de legat. 2. Riminald. Senior. consil. 95. num. 76. Pignatell. consult. Canon. 16. num. 1. tom. 8. Cyriac. contr. 201. num. 65. & sequent. tom. 2. R. P. D. Zaul ad Stat. Favent. libr. 7. rubric. 28. num. 6. & 7., Martha decis. Pisan.* *62. num. 9., & seqq., Rot. cor. Emer. Jun. dec 1311. num. 5. tom. 3.*

Id ipsum secundo loco resultabat ex altera visitatione pariter Episcopi sub *anno* 1655., in qua non ex tunc, sed de præterito supponebatur, atque confirmabatur retentio unius clavis capsulæ Æleemosynarum, quamvis enim consimilis retentio possit ex aliis titu-
26 lis, quam subjectionis quandoque provenire valeat, ex ponderatis in *Gerunden. Anniversariorum prima Julii 1709. §. ejusdem pariter & §. retentio cor. R. P. D. meo Crispo;* Attamen circumstantia hæc juncta cum aliis validioribus, de quibus supra, & inferius, non parum relevabat ad hunc effectum, cum claves de jure remanere soleant, ac debeant
27 in potestate Prælati, Teste *Donato in praxi quæstione regular. tom. 2. tractat. 14. quæst. 24. num. 10. Fagnan. in cap. Pastoralis num. 34. de his, quæ fiunt a Prælatis, Card. de Luca in Miscel. Eccles. disc. 35. num. 7.* Ideoque quoties eadem supponebantur, & auctorizabatur retentio penes Plebanum, signum erat valde expressivum Superioritatis ipsius Plebani, seu Parochi, alias quippe ad
28 Parochum prærogativa hæc spectare non valuisset, uti respondit prænominata *Sacra Congregatio Rituum* in laudato Decreto generali in responsione ad 28. *Marescot. variar. resol. cap. 42. num. 12. R. P. D. Petra ad Constit. Apostol. tom. 2. ad Constitut. primam Anastasii IV. sect. 2. num. 43., Barbos. de Off. Paroch. par. 3. cap. 25. num. 29. versic. Episcopo solum, Card. de Luca, Miscell. Eccles. d. disc. 55. num. 12., Rot. cor. Emer. Jun. dec. 1311. num. 5. tom. 3., & in Senogallien. Ecclesiæ prima Julii 1699. §. finali cor. bo. mem. Muto.*

Tertio accedebat, quod pariformiter computa quot annis ipsi Plebano per Priores Confraternitatis reddebantur, quæ utique erat demonstratio palpabilis, quod tota præeminentia, & superioritas reddebat in Parocho, seu Plebano, cum nemo, nisi Dominus
29 vel saltem Superior dicere valeat *redde rationem villicationis tuæ* per ea, quæ etiam connotarunt *Barbat. consil. 92. num. 13. in fin. lib. 3. Rebuff. in l. Boves ff. hoc Sermone vers. decimo procedit ff. de verborum significat. Escobar. de ratioc. cap. 3. num. 3. in fin., Rot. dec. 331. num. 5. par. 16. rec.*, & quod
30 de bonis, rebusque Hospitalis reddi deheat ratio ipsi ordinario decernit *Sacrum Concilium sess. 22. de Reform. cap. 9., Card. de Luc. ad idem Sac. Concil. disc. 5. nu. 1. & 5., & alys. 10. fere per tot.*

Non deerat quarto loco alia non minus insignis patefactio Superioritatis ejusdem Plebani,

bani, seu Parochia, dum Perusino Antistite Visitatione functuro ad hanc Ecclesiam advenientе, Parochus consueverat illi occurrere Cottha, Sthola, ac Pluviali super indutus, & eum recipiendo ad limen Ecclesiæ ipsi porrigere aspersorium, quod utique non licuisset, neque liceret nisi Parochus quasi in suo Territorio non staret, cum hæc dumtaxat ad Rectorem, sive Superiorem Princi-
31 palem usu, & Jure invaluerint, & respective pertineant, ut bene ostendit post *Clem. Dudum §. Hujusmodi de Sepultur. Pignatel. consult. 18. num. 14., & seqq. tom. 3. ubi sub num. 16. in terminis Aspersorii refert resolutionem Sac. Congregat. Rituum diei 15. Martii 1608., Barbos. in summa Apostolorum decis. in verbo Aspersorium num. 1., & seq. & in specie de Sthola Pignatell. consult. 68. sub n. 12. §. Neque obstat in medio tom. 6.*

Atque ob id non tantum Parochus ad hujusmodi usum, & ad quodlibet aliud exercitiũ Sacrarum functionum, ipsorumque Sacramentorum administrationem retinebat in eadem Ecclesia capsam, & clavem sub qua asservabantur Sthola, Cottha, Mozzetta, & Biretum, sed quod magis quinto loco erat, in eadem Ecclesia tamquam in proprio Parochiali solo præclariora Sacramenta administrabat, conjungebat siquidem inibi, nedum suos subditos in Matrimonium, sed & continuo pro majori eorumdem subditorum commoditate, & servitio asservabat Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum illudque juxta opportunitates deferebat Infirmis, & ad hanc Ecclesiam deinceps reportabat, uti demonstrabant acta Episcopalia Visitationum, ipsomet Episcopo semper idcirco lustrante, ac visitante Sacrum opportunæ Custodiæ Tabernaculum inibi exsistens, & tamen hæc tam excelsa Sacramentorum administratio, & respective retentio
32 in faciem Ecclesiæ fieri nequit, nisi per Parochum sive in sua Parochiali, vel saltem loco sibi ad minus adjutore, & subjecto, ut liquet ex præfato decreto Generali *Urbis, & Orbis* in responsione ad secundum *Pignatel. d. consult. 68. num. 1. 3., & 10. Rot. dec. 52. par. 2. divers. cor. Amat. Dunoz. decis. 472. num. 9. Rot. dec. 77. num. 1. par. 8.*, & circa delationem Venerabilis in *Neapolitana Translationis 14. Februarii 1701. §. Quemadmodum cor. Rmo D. meo Molines Decano* & in specie auctorizandi Matrimonia *Rot. in Aretina Jurium Parochialium super bono Jure 15. Januarii 1703. §. verum cor. me.*

Istaque omnia hucusque prænarrata adeo palam coruscabant ex longa serie Visitationum, quæ dabantur ex parte Plebani ex *Summ. a nu. 3. usque ad n. 10.* ut superfluum videretur ad alia convolare fomenta probationum, sed adhuc sexto, & postremo loco *sub prædicto n. 10.* tradebantur Testes in numero octo, & inter hos quatuor Sacerdotes qui cuncta hæc in eorũ depositionibus confirmantes præcise etiam descendebant ad omnes, & singulos actus dinumeratos, ut supra, & in prædicta Sententia A. C. quamobrem denegari nequibat, quod eisdem
33 Testibus numero, & qualitate pollentibus non esset præstanda fides pro eadem consuetudine, & observantia detegenda, secundum deducta *per Text. in cap. licet causam vers. ex præmissis de probat. l. ob Carmen §. si Testes, & ibi gloss. ff. de Testib. Mans. consult. 228. nu. 21. Rot. cor. Buratt. dec. 572. num. 12. vers* nec tandem *cum duobus seqq. cor. Emer. Jun. dec. 31. sub nu. 2. vers. neque ad impediendum* & in prælaudata *Neapolitana Jurium Parochialiu 13. Martii 1711. §. agnoverant erga finem cor. me.*

Quin officeret præmissis contraria testificatio cujusdam Clerici, & alterius, qui in hac Parochia per antea munus Plebani exercuisse asserebat, quive deponere satagebat, quod vel non semper Parochus Stholam induisset, vel si quandoque id acciderat, seu promanaverat *per uso di pietà, e compiacenza delli Priori di detta Chiesa, ed anche del Sagrestano, o altri Capellani*, quia præterquam isti suffocabantur a numero contrariorum Testium, ut mox tetigimus magis præcise, & per singillarem dinumerationem omnium supradictorum actuum deponentium, nihilominus fatebantur, quod in casibus in quibus Parochus non utebatur Sthola, non per hoc sese immiscebat cum ceteris Cappellanis, & Juri suo cedebat, aut contradicendo postmodum aquiescebat, unde posset aliqua deduci illatio, quod stante hac contradictione, & successiva acquiescientia firmata dici potuisset aliqua
34 possessio, sive observantia in contrarium, ut animadversum fuit *in Cavalicen. Bannalitatis Furni super manutentione 26. Junii 1797. §. nec talis observantia cor. R. P. D. meo Priolo, & in Aquinaten. fideicom. 1. Junii 1699. dec. 92. num. 19. cor. me inter noviter hactenus Romæ impressas, & in nullius, seu Caputaquen. Jurisdictionis 14. Decembris 1711. §. & altera versus finem pariter cor. me.* Sicuti distinguendo admonent relati per *Rot. cor. Seraph. dec. 1085. num. 6. cor. Coccin. decis. 2285. num. 34., & in Falden. Jurisdictionis super bono jure prima Junii 1708. §. maxime num. 124. cor. me.*

Ex parte etenim in Choro permanens Parochus

chus, ut ipsimet adversi Testes asserebant, facile poterat id attribui, vel occasionali commoditati, vel aliqualiter deturbatæ valetudini, ideoque tamquam facta negativa, & mere æquivoca in nulla, & maxime in conflictu poterant haberi in consideratione per ea, quæ de Testibus affirmantibus, vel negantibus quotidie ad ponderantiam priorũ firmarunt *Bart. in l. 1. num. 6. vers. ulterius nota ff. de ventr. inspec. Bald. in l. actor. nu. 21. C. de probat. Farinac. de Testib. quæst. 65. sub num. 130., Rot. post Posth de manut. dec. 661. num. 10. Adden. ad Buratt. in dec. 43.*
35 *num. 9.*, & in terminis quando actus remanent æquivoci, prosequuntur *Abb. in cap. præsentia de prob. Rot. dec. 212. nu. 9. cor. Carillo dec. 559. num. 10. cor. Cerro, & in Civitatis Plebis Jurium Parochialium 6. Junii 1708. §. Prout neque, & §. Eoque facilius cor. me.*

Excusatio autem, quod Parochus Scholam gesserit, Sacrasque expleverit functiones *per uso di pietà, e compiacenza* nimium gratis asserebatur, cum semper actus referantur ad
36 Jus, & titulum, de quo ut supra constabat, non vero ad Jus, & titulum, de quo non apparebat, ex collectis *Rot. cor. Cerro decis. 566. num. 19., & in rec. dec. 389. num. 4. par. 3., & dec. 409. num. 3. par. 4. rec.*, & alibi quotidie.

Atque ita a primo ad ultimum penetrata medulla tot fundamentorum, & denique constipante observantia etiam extra dicta Testium resultante a publicis Instrumentis Visitationum Episcopalium *Domini* prorsus extimarunt, bonum Jus pro Parocho militare, quando etiam in dubio, sicuti Confratres de per se exsistunt incapaces sese per se ipsos immiscendi in his spiritualibus, & Ecclesiasticis functionibus, ita nequit de facili illis permitti ut hujusmodi ministeria possint aliis demandare, ut *notat Monacell. in formular. par. 2. tit. 13. formul. 1. n. 55. & Sac. Congregatio Rituum in Verulana die 22. Martii 1641. relat. per Pignat. in consult. 60. num. 1. in fine tom., & consult. 79. n. 7., & seqq. t. 9. Barbos. de Offic. Paroch. cap. 12. num. 1., & seqq. Quarant. in Summar. Bullar. in verbo Missa vers. in Ecclesiis, Donat. in prax. quæst. regul. tom. 3. tract. 8. quæst. 19. n. 4.*

Et ita &c. utraque &c.

Perusina Præeminentiarum super Manutentione.

Mercurii 2. Decembr. 1711.

ARGUMENTUM

Habes ex Summario.

SUMMARIUM.

1. *Manutentio regulariter conceditur triumphanti in ipso bono Jure.*
2. *Idque fit etiamsi defecissent eidem triumphanti actus possessorii.*
3. *Manutentio tribuitur in vim quasi possessionis.*

DECIS. DLV.

Succedaneam, & æque favorabilem resolutionem sibi profecto Parochus promerebatur etiam in hoc altero dubio respiciente illud interim, quod manutentionem appellant. Agnito quippe, & mature degustato bono Jure in illius beneficium militante, ut in altera *Decisione contemporanee edita sub hac die*, non solum plerumque (nisi aliud peculiare obstet) *Sac. Auditorium* solet tribuere manutentionem triumphanti in ipso bo-
1 no jure, & hoc ferme indifferenter in omni materia, ex congestis per *Modernum Argentaneum collect. 38. vol. 2. nu. 215. pag. 369. Rot. in Fulginaten. Bonor. super manuten. 20. Aprilis 1708. §. Diffiteri, & §. Adhuc., et in Civit. Pleb. Jur. Paroch. super manutent. 6. Junii 1708. §. Descendendo*, cum aliis plena manu cumulatis *in Urbevetana manutent. 26. Junii 1711. §. Applicando autem cor. me.*

Verum etiam, quia in hac præcisa, de qua tractabatur, cum Parochus quasi plusquam videretur fulciri expressa assistentia Juris, hinc etiam quatenus per hypothesim defecissent actus possessorii etiam citra eos abstractive
2 semper debita in consequentiam ejusdem assistentiæ Juris exstitisset manutentio per *Text. in cap. cum persona etc. de privileg. in 6. Verall. dec. 306. nu. 5. par. 1. Rot. dec. 145. num. 6. par. 2. divers. dec. 441. n. 2. par. 1. rec. dec. 387. num. 1. par. 2.*, & magis in individuo *ead. Rot. dec. 524. num. 24. §. Consistit igitur par. 19. rec.*

Fortius vero, quoniam in eadem contextuali *decisione hujus diei* occasione constipandi bonum Jus eum observantia, seu consuetudine sive præscriptiva, sive interpretativa bene fuit ostensum, Parochum ferme semper super omnibus Juribus, & præeminentiis cõtroversis, ita de facto obtinuisse, & practicasse, quemadmodum liquebat ex *toto fere Summ. in eadem dec. relato*, non erat amplius ambigendum, ut etiam quando dubia fuisset eadem Juris assistentia, & dumodo ea

non pugnaret expresse contra, debebat ipsi
3 Parocho in vim ejusdem quasi possessionis attribui manutentio, ex vulgaris cumulatis in his terminis per *Rotam in Novarien. Parochialis, seu Vicaria S. Martini super manuten. 2. Julii 1706. §. Conspirante cor. Me*, & alibi quotidie.

Et ita &c. utraque &c.

Spoletana Cautelæ Angeli super Exsequutione.

Luna 7. Decembris 1711.

ARGUMENTO

Non indiget.

SUMMARIUM.

1. *Creditores cogi nequeunt ad recipienda loco pecuniæ in solutum tot bona eorum debitorum.*
2. *Limita quando positis sub hasta communis debitoris bonis, vel nullus reperitur oblator, vel adeo tenuis summa offertur, ut per eam Creditorum indemnitati prospici non valeat.*
3. *Qua limitatio procedit invitis etiam Creditoribus, itaut ad prædicta bona æstimata recipienda cogi valeant.*
4. *Quidquid a majori, et validiori Creditorum parte geritur, ab universo Catu actum dicitur.*
5. *Si super bonis communis debitoris non reperitur oblator, vel justum pretium, tunc quomodo Creditoribus sit prospiciendum.*

DECIS. DLVI.

Vigore *Rotalis Judicati* decernentis exsequutionem mandatorum super Bonis Francisci Justuli communis debitoris ralaxatorum cum clausula = *non amotis Syllams, et dummodo oblationes excedant creditum dotale Lelia scut.* 1125., peracta exstiterat usque de anno 1704. exsequutio super pluribus hereditariis prædicti Justuli corporibus, per eosdem Syllanos possessis, quorum nonnullis judiciali sub hasta positis, cum in septem annorum spatio major oblatio 7850. usque dum non excesserit, propriæ idcirco Creditores indemnitati consulere studentes, ne ex oblationum defectu totalem eorum Crediti jacturam paterentur; quam inevitabilem asserebant ubi deleta illa clausula = *non amotis Syllanis etc.* alio modo per *nostrum Tribunal* decernendo, eorum detrimento non occurreretur, curarunt propterea, ut hodie a *Dominis Ego* requirerem = *An, et quomodo sit procedendum ad ulteriora in exsequutione*, qui demandarunt = *procedendum esse ad ulteriora juxta modum*, nimirum *ad effectum adjudicandi bona exsequutata Creditoribus pro intranti quantitate eorum crediti, prævia æstimatione per Peritos facienda, eaque stare debere loco cautionis de restituendo prioribus, et potioribus*.

Licet enim de regulari Juris Censura Creditores cogi non valeant ad recipienda loco
1 pecuniæ in solutum tot bona eorum Debitorum, ut monet *Text. in l. 2. §. Mutui datio ubi Gl. ff., et DD. ff. si cert. petat. l. cum pro C. de solut. Rot. cor. Duran. dec. 1. num. pr., et seqq.*, ea tamen locum non habet ubi positis sub hasta communis debitoris bonis, vel nullus reperitur Oblator, vel adeo tenuis summa offeratur, ut per eam Credito-
2 rum indemnitati prospici non valeat, hoc enim in casu innegabile est remedium a *Dominis* supra demandatum, tamquam procedens ab altera Censura *Text. in l. 2. Cod. si in Caus. Jud. pign. capt. sit, et in l. Ordo ibique Salicet. C. de exsequut. rei judicat., ac in l. a Divo Pio §. Si pignora, ibiq; DD. ff. de re judicata*, prout etiam quotidiana edocet praxis, de qua signanter videre est penes *Gall. lef. de oblig. Cam. quæst. 37. num. 30. et seq. Mangil. de subhastat. quæst. 26. num. 2., et quæst. 160. nu. 10. et seqq. Afflict. dec. 358. nu. 5. Card. de Luca de Judic. disc. 40. n. 02. et Rota penes Post. de subhastat. dec. 1. per tot. et dec. 27. num. 5. et 6. par. 16. rec.*

Quæ legalis æquitas, si procedit etiam invitis ipsis Creditoribus, itaut ad prædicta bona sic
3 æstimata recipienda cogi valeant, ut firmant *Mangil. de subhast. quæst. 160. num. 13., & Carena resol. 32. num. 1. vers. modo in hoc concursu*, quanto fortius exsequutioni demandanda est in præsenti, quo omnes Creditores, detentoribus tantum exceptis, eorumdem bonorum, unanimi prece pro prædicta in solutum adjudicatione prævia æstimatione exorant; vulgari enim juris est, quod quidquid a majori, & validiori Cre-
4 ditorum parte geritur, ab universo cætu actum, ac volitum dicatur; itaut exsequutioni facilius per Judicem valeat demandari, ad *Text. in l. final. Cod. qui bon. ceder. poss. Salg. d. Labyrint. Credit. par. 1. cap. 30. nu. 14. & par. 2. cap. 2. num. 69.* cum concordantibus congestis in *meo Tract. de Commerc. & Mercat. disc. 11. n. 1. & seqq., & per Rot. in Romana Pecuniaria 21. Junii 1700. §. de validitate siquidem cor. cl. me. Card. Caprara*.

Prout satis omnium anteriorum, ac potiorum Creditorum indemnitati consultum remanere videbatur ex prædicta obligatione ipsis bonis per *Tribunal* infixa, quod ea stare de-
5 beant *loco cautionis ad eorumdem favorem*, quinimmo hanc esse tutiorem cautionem, & in praxi ubique servatam, ubi non reperiatur

tur

tur oblator, vel saltem justum pretium non offerens, edocet *Capic. Galeot. controv.* 30. *num.* 34. 39. *& seqq.* cum ceteris relatis per *Card. de Luc. de credit. disc.* 141. *num.* 6. *et seqq.*, *& disc.* 156. *num.* 5.

Et ita &c. utraque &c.

Eadem coram Eodem Super Excessu.

Lunæ 7. Decembr. 1711.

ARGUMENTO

Nec pariter indiget.

SUMMARIUM.

Num. unic. Identitas bonorum in re antiqua ultra verificationem loci requirit demonstrationem unius confinis certi tamen, aut specialis, sive identifici.

DECIS. DLVII.

EXsequutionem, quam Petrus Paulus Frascuius, ceterique Creditores fieri curaverant super bonis hereditariis q. Francisci Justuli communis Debitoris vigore mandatorum ab A. C. Origore laxatorum, quæque *nostrum Tribunal* prius *coram Emo de la Tremoille*, deinde *cor. Me* exsequenda esse decreverat, non obstante oppositione fideicommissi per Josephum Justulum ordinati, quod ex persona Antonii d. Josephi nepotis opposuerant Fratres de Syllanis ejusdem Antonii Donatarii, excessivam super pluribus corporibus alias prætendentes memorati Fratres de Syllanis, tamquam factam in bonis alterius, quam Debitoris, hodie vero post facti dilucidationem inter Partes mature habitam restrictam ad tria dumtaxat corpora, quæ asserebantur ipsorum propria, videlicet super Domo sita in Castro Roselli, horto que eidem adnexo, & super prædio in vocabulo *l'Anito*, seu *Campo del Fruttarolo*, necnon sub altero prædio *di S. Benedetto*, institerant, ut per *Me* hodie *Domini* interrogarentur = *An, & super quibus Bonis sit revocanda exsequutio*. Qui demandantes, ut in sequenti Rota idem dubium reproponerem, quoad prima duo Corpora, nempe Domum cum Horto, & Prædium *l'Anito*, censuerunt hodie tantum = *non constare de excessu in Prædio di S. Benedetto*.

Ad docendum etenim, quod hujusmodi Prædium *di S. Benedetto* ab hereditate Francisci communis Debitoris non derivaret, exhibuerant memorati Fratres de Syllanis in hodierno eorum *Summario Num.* 6. quoddam Instrumentum, ex quo habebatur, Ceciliam Syllanam eorum matrem titulo permutationis acquisivisse ab Antonio, & Marcello de Sciamannis = *petium terræ arativæ &c. in vocabulo S. Benedetto prope bona DD. de Leoncillis, bona Annæ quondam Antonii Justuli, Salvis &c.* prætendentes, quod cum verificarentur situatio, vocabulum, & unum confine satis identitas ejusdem prædii in permutatione, seu acquisitione designati justificata remaneret.

Verum diversitas Prædii exsequutati ab illo, quod Cecilia acquisiverat illico *Dominis* effulsit ex lectura confinium, quibus utrumque distinctum apparebat. Prædium enim di *S. Benedetto*, super quo exsequutio per Creditores consumpta fuerat cohærere apparebat bonis Marchionis Leti, Federici Leoncelli, & Ecclesiæ Castri Roselli, ut in eorum *Summario num.* 3. §. 16., ideoque unicum tantum confine nempe illorum de Leoncellis, verificabatur; quod aptum nullatenus fore ad prætensæ identitatis comprobationem in comperto erat, sive quia non versemur in re antiqua, in qua, ultra verificationem loci, demonstratio unius

1 Confinis, certi tamen, ac specialis seu identifici sufficere posset, ex connotatis per *Rot. in dec.* 457. *n.* 8. *cor. Priolo, & dec.* 19. *n.* 7. *p.* 12. *rec.* sive quia Confinia ejusdem Prædii exsequutati supra recensita cōcordare videntur cū prædio *di S. Benedetto* hereditario Francisci Justuli debitoris cujus possessionem prædicti Fratres de Syllanis, tamquam Donatarii Antonii, & sic mediati heredes ejusdē Debitoris nacti erant de anno 1671. ut manifeste demonstrat ipse actus adeptæ possessionis relatus in *Summario Creditorum num.* 1. *sub* §. 26.

Et ita &c. utraque &c.

Asculana Fideicommissi super Reintegratione.

Veneris 11. Decembris 1711.

ARGUMENTUM.

Beneficium Legis, & Inventarii quid operetur favore heredis adeuntis cum eo hereditatem defuncti.

SUMMARIUM.

1. *Fideicommisso nomen unde inditum.*
2. *Heres gravatus si contra votum Testatoris distrahit bona fideicommissaria, competit successive vocato actio, vel agendi ad ipsa corpora alienata contra tertios possessores vel pro pretio contra bona libera alienantis.*
3. *Beneficium Inventarii liberat heredem ab obligatione in bonis propriis.*
4. *Et ejus Jura, et credita separat ab hereditate defuncti.*
5. *Et heres hoc casu efficitur merus Procurator hereditatis Defuncti, & remanet creditor suo-*

suorum Jurium, itaut pro illis competat retentio bonorum hereditariorum.
6. *Ab exemplis non est judicandum.*
7. *Limita ubi exempla detegantur innixa rationi, & aequitati.*
8. *Creditor, vel debitor nemo dici potest nisi prius reddita fuerit ratio administrationis.*
9. *Heres Beneficiatus an valeat in proprio mulctari ad refusionem expensarum illius litis, quæ erat incepta tempore defuncti.*

DECIS DLVIII.

SI fidei suæ commissa bona (unde inditum fideicommisso nomen ad *Text. in princ. instit. de fideicomm. hered.*) non distraxisset Alcides, & sic non comedisset uvas acer-
1 bas, dentes hodie illius heredum, & consanguineorum non obstupescerent; Quoniã insurgente Oliverio, utpote vocato ad fideicommissum a Mariano ordinatum pro reintegratione adversus illius hereditatem, merito tam in partibus, quam coram *A. C.* condemnari obtinuit Laurentium ejusdem Alcidis consobrinum, & heredem usque ad summam florenorum 3650. Quare non mirum si per opportunum temporis lapsum transactis geminis sententiis, quæ præcesserant, tam scilicet in partibus, quam coram *A. C.* in rem judicatam, hodie *Sac. Auditorium de ea constare* sequenti modo rescripsit.

Et de facto etiam quoad hoc nihil opponebant Informantes pro memoratis heredibus, & consanguineis Alcidis, nil circa ordinem opponentes, & circa justitiam ignari, quod ubi heres gravatus contra votum Testatoris distrahit bona fideicommissaria competit successive vocato ad ejus arbitrium cumulativa, aut alternativa actio, & facultas, vel agendi ad ipsa corpora alienata contra tertios Alienatarios, seu Possessores, vel pro pretio contra bona libera Alienantis ejusque heredis ad ea, quæ passim uno ore demon-
2 strant relati per *Peregrin. de fideicomm. art. 45. num. 15., Cyriac. contr. 5. num. 25., Rot. dec. 141. num. 5. cor. Celso dec. 831. num. 2. cor. Merlin. dec. 464. num. 11. cor. Priolo, & in rec. dec. 155. num. 1., & dec. 176. nu. 25. par. 18.*

Tota itaque subsidiaria propugnatio manebat in eo, quod Laurentius Reorum Pater adivisset Alcidis hereditatem cum opportuno beneficio, quod nuncupant Legis, & Inventarii, cujus galea super induti replicabant non solum effectos fuisse immunes ab omni
3 infectione hereditaria quoad tuenda Bona propria, ut est vere beneficium ejusdem aditionis, sub hac forma exaratæ ad tradita per *Paris. cons. 33. num. 89., & seqq. lib. 3. Ruin. cons. 57. ante finem lib. 2. Bertrand. cons. 304. n. 5. & 6. lib. 1. par. 1., Roland. de Inventar. par. 4. util. 10. n. 6. Cencius de Censib. par. 2. quæst. 5. art. 3. n. 16. Posth. de manut. observ. 56. n. 9. Card. de Luc. de hered. disc. 17. n. 7., Rot. cor. Cocc. dec. 1170. n. 10. cor. Cerro dec. 550. n. 1. & 2., & in rec. dec. 528. n. 2., & 3. par. 2., & dec. 90. n. 17. & 18., & dec. 587. n. 8. & 9. par. 19.*

Sed, & opportune separandi, vel obtegendi propria Jura, vel credita, quæ heres sub hac forma sibi præcavens in proprio teneat cõtra defunctum usque ad reportandam, reddita tamen ratione bonorum in Inventario
4 scriptorum, retentionem super Bonis defuncti impeditivam cujuslibet actionis a quolibet Creditore intentatæ, quemadmodum prosequuntur *Bald. in l. debitori nu. 4. vers. sed posset C. de pactis, ibique Alexand. num. 5., & in l. fin. §. In computatione nu. 4. C. de Jur. deliberan., Ruin. d. cons. 57. in fin. lib. 2. Bertrand. d. cons. 304. n. 6. lib. 1. par. 1. Roman. cons. 276. nu. 2. Surd. dec. 310. n. 4. Card. de Luc. de Judic. disc. 40. num. 10., & 11. Rota cor. Mantic. decis. 326. num. 3. & 4., in rec. dec. 528. num. 1., & 2. par. 2. & d. dec. 587. num. 9. par. 19. tom. 2.*

Hoc enim sibi vindicat hujusmodi beneficium & præsidium *a Justiniano* attributum in *Auth. de hared. & falcid.* ut heres in hoc casu passivam substantiam hujus nominis exuat, & efficiatur, reddaturque merus Procurator hereditatis ipsius Defuncti, unde citra ullam actionum confusionem remaneat Creditor, ut prius, & ex causa alterius
5 beneficii, quod semper secumfert possessio, consequatur etiam bonorum hereditariorum retentionem, ut recte connotarunt *Menoch. cons. 203. num. 26. & seqq. de Luca ad resolut. de Marin melior. 44. n. 3., Scappucc. de Salv. lib. 2. quæst. 12. num. 5. vers. at ubi. Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1. quæst. 16. n. 23., Posth. resol. 25. n. 97. Hodiern. ad Surd. dec. 315. nu. 6. Rot. cor. Peutinger dec. 224. n. 7. cor. Celso dec. 83. num. 4., Priol. decis. 464. num. 17. & 18., Coccin. dec. 72. nu. 3. Emer. Jun. dec. 901. num. 3., & seqq., & dec. 1299. in fin. & in rec. dec. 587. num. 9. par. 19. tom. 2.*

Quapropter *Domini* audientes hanc undique rationabilem oppositionem etiam præcedenter agnitam, & admissam *in Asculana Dotis, & Legitima 1. Julii 1693. cor. bo. me. Ursino*, in alia causa inter eundem heredem Alcidis, & Patres Societatis Jesu, id ipsum in præsenti firmavere Audientia, nempe quod esset quidem locus petitæ reintegrationi,

tioni, prout secumferebat canonizatio præcedentis rei judicatæ, sed eumdem modum
6 adjacere cum licet ab exemplis non sit judicandum, per *Text in l. sed licet ff. de Offic. præsid.*, *& in l. nemo C. de sentent. & interlocut. omn. Jud.* Attamen ubi exempla deteguntur solide innixa rationi, & æquitati,
7 sibi semper promerentur imitationem, ut limitando subdunt *Bald. in l. fin. C. de legibus Hostiens. in cap. cum Bertoldus de Re Judic. Menoch. cons. 282. nu. 37. Surd. cons. 403. n. 83. lib. 3., Zarius in Rubr. de except. n. 6. Afflict. dec. 383. nu. 8. Gratian. discept. for. cap. 460. num 23., & seqq.*, & in aliis politicis materiis, & morum traditionibus illustrant *Cicero de off. lib. 2. pag. 28. Plutarchus in Opusc. Moral. pag. 103., Plin. Jun. Epistolar. lib. 4. Epist. 12.*

Pendebat siquidem adhuc expostulata redditio rationis de hereditate Alcidis a Laurentio, qua mediante permissum in prædicta alia Causa fuit PP. Societatis interim arbitrium persequendi Legatarios, aliosque tertios possessores, & sese convertere ad quæcumque Bona hereditaria Alcidis, non tamen detenta ab ipso Laurentio, nam donec, & quousque eadem ratio per heredē beneficiatum reddenda, non sit in suo Judicio dispuncta, auferri non debet præfatum sive
8 Privilegium, sive beneficium *l. Inventarii*, cum etiam in qualibet alia administratoria materia usquequo non fuerit ratio dispuncta, nemo potest dici Creditor, vel Debitor Teste *Ancharan. cons. 235. colum. 2. Alex. cons. 129. nu. 2. in fin. Cephal. cons. 778. nu. 14., Negusant. de pignor. 1. memb. 5. par. num. 37. vers. ex quo Surd. dec. 184. nu. 2. vers. sed eam præcipue Benintend. dec. 90. n. 1., Rot. cor. Buratt. dec. 443. n. 2. cor. Cerr. dec. 5. num. 3. & in rec. 186. num. 16. par. 10., & dec. 208. num. 5. par. 16., & dec. 64. num. 38. par. 17.*

Hunc itaque modum *Domini* adjecere supradicto affirmativo responso *constare de re judicata*, cumque ulterius pro parte Antonii filii & heredis Oliverii ad præsens prætenderetur refusio expensarum litis contra hereditatem ejusdem Laurentii, iidem *Domini* pro nunc censuere, sistendum super hoc puncto usque ad præfatam dispunctionem rationū, eoque postmodum casu tutius poterit inquiri de applicatione nuperrimæ resolutionis editæ coram *R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore* super Memorialibus hinc inde distributis *in Romana redditionis rationis super expensis hac eadem die 11. Decembris*
9 *1711.* utrum scilicet heres beneficiatus valeat in proprio mulctari ad refusionem expensarum illius litis, quæ incepta erat tempore defuncti, negativam de cetero tenentibus *Christin. ad leg. municipal. Mechlinen. tit. 1. art. 29. in addit. ad num. 13. vers. bis etiam adjungi, Marta ad cap. Regn. Sicil. tom. 4. pag. 168. n. 7.* & affirmativam *Bald. cons. 73. vol. 3. Barz. dec. Bonon. 13. per tot. & signanter a num. 13. cum seqq.*

Ita utraque &c.

Nullius, seu Caputaquen. Jurisdictionis.

Lunæ 14. Decemb. 1711.

ARGUMENTUM

Habes supra in Decis. 546., quæ favore Abbatis confirmatur.

SUMMARIUM.

1. *Nomen ipsum plerumque rei substantiam designat.*
2. *Ad inclusionem alicujus Territorii comprobandam alia justificatio dari nequit, quā ea, quæ emergit a planta, seu Mappa.*
3. *Necnon etiam ex Testium depositione.*
4. *Enunciativa simplex antiquissima in genere probationis maxime est attendenda.*
5. *Abbatia, seu locus aliquis nuncupatus* nullius Diœcesis *apprime demonstrat eamdem Abbatiam, seu Locum, esse Caput, cui cum suis ceteris membris competit separatio, & exemptio a quolibet simplici Episcopo.*
6. *Quinimmo quod activa quasi Episcopalis Jurisdictio exsistat penes Abbatem ejusdem Abbatiæ, seu Loci privative ad Episcopum.*
7. *A divisione, & subjectione temporali hujus, vel alterius Territorii, non tenet illatio ad subjectionem, & respective Jurisdictionem Ecclesiasticam, & temporalem,* & num. 13.
8. *De natura translationis, seu Unionis est, quod alio non demonstrato, res translata, & unita transeat cum suis prærogativis.*
9. *Et subjectum, cui eadem unio, vel translatio fit a suo pristino in nihilo immutetur, solumque adipiscatur, seorsim tamen, quod ei tribuitur.*
10. *Unio formalis Terrarum, atque Prædiorum non stat in statu, sive materialitate Territorii uniti, sed in destinatione Patris familias.*
11. *In Spiritualibus nullātenus repugnat Jurisdictionem manere penes unam, eamdemdemque Personam quoad loca inter se divisa, & separata.*
12. *Omne confine excluditur a suo confinato.*
13. *A dominio temporali inferri nequit ad Jurisdictionem Ecclesiasticam, & spirituale.*

14. In-

14. *Incluſio unius quando ſit excluſio alterius.*
15. *Falſus in uno, falſus in omnibus reputatur.*
16. *Unicus actus ſufficit Abbati pro conſervanda ea Juriſdictione, quæ eidem aliunde competebat.*
17. *Superior cognoſcere poteſt de delictis ſubditorum etiam extra ambitum propriæ Diœceſis, ſeu Juriſdictionis expletis.*
18. *Sacerdotes Seculares an valeant in Eccleſiis Regularium audire Confeſſiones citra permiſſionem tacitam, vel expreſſam Superiorum Regularium.*
19. *Delatio armorum a Sacris Canonibus eſt in Perſonis Sacerdotum prohibita.*
20. *Privilegia Privilegiis conquaſſantur.*
21. *Ordinariis quomodo ſubjiciantur Regulares exempti, & de reliquo non habentes curam animarum.*
22. *Inſtrumentum ſuffocat quamcumque extrajudicialem atteſtationem, veluti faciens probationem probatam.*
23. *Teſtibus informiter teſtificantibus nulla in Judicio fides adhiberi valet.*
24. *Exteri accidentaliter in aliquo loco obeuntes in Eccleſia viciniori ſepeliendi ſunt.*
In propria Parochia unuſquiſque ſepeliri debet.
25. *Actus clandeſtini, vel ignorati alterius Juriſdictionem turbare nequeunt.*
26. *In Synodis neque etiam per viam cujuſcumque decreti valent Epiſcopi tangere, vel officere Regularibus.*
27. *Reſolutioni alicujus Congregationis ut fides adhibeatur, requiritur ejuſdem Reſolutionis Authenticum conſiſtens in ſigillo, & ſubſcriptione Emi pro tempore Præfecti, ejuſque Secretarii.*
28. *Obſervantia robur aſſumit ex contradictione cum ſubſequuta acquieſcentia.*
29. *Publicatio Edicti importat unum forſan de majoribus actibus Juriſdictionalibus, qui ad effectum arguendi ſubjectionem expendi ſolent.*
30. *In Viſitationibus, quæ functiones fieri ſoleant.*
31. *Ea, quæ reſpiciunt, ac denotant Juriſdictionem fieri nequaquam poſſunt, niſi in propria Diœceſi, ac Juriſdictione, ſeu Territorio.*
32. *Ad arguendam, ac ſtabiliendam plenam Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem nil magis attenditur, quam Synodi convocatio, ipſaquemet Viſitatio.*
33. *Epiſcopi extra propriam Juriſdiſdictionem nequeunt ſibi arrogare, & facere hujuſcemodi actus Juriſdictionales.*
34. *Carcerum retentio non permittitur niſi ſuffultis certa, et poſitiva Juriſdictione.*
35. *Alias intrat aſperum delictum, et pœna conſequutiva privati Carceris.*
36. *Facultas diſtrahendi parva prædiola Terrarum Eccleſiæ concedi poteſt ab Epiſcopo etiam ſine conſenſu Capituli, vel Beneplaciti S. Sedis.*

DECIS. DLIX.

Ex prævie iam diſſertis in præcedenti Deciſione diei 26. *Junii* 1711. *coram Mea* §. *Et ſane cum pluribus ſeqq.* facile coruſcabat Aurora exitus futuræ reſolutionis, maxime dum ex parte Abbatis Cadoxæ in ſucceſſiva hac repropoſitione aucta admodum extiterunt in facto plura munimina roborativa, longeque ſuperantia ea, quæ fuerunt in oppoſitum allata per Epiſcopum Ideoque nil mirum ſi qualibet titubatione fugata, prodiit hodie reſcriptum *Sententiam Rotalem eſſe confirmandam, etiam quoad Cadoxam.*

Pro comperto enim Domini habuerunt, quod Caſale Novum, cujus reſpectu minime audebant amplius Informantes pro Epiſcopo denegare Abbati omnimodam Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem eſſe merum membrũ Cadoxæ, & conſequenter intrare ea, quæ dicebantur in præterita *Deciſione* circa repugnantiam, quod ea juriſdictio quaſi Epiſcopalis, qua vigebat in uno eodemque Superiore reſideret in membro non autem in capite, contra tradita, & demonſtrata in utraque deciſione, nempe in illa *R. P. D. mei Falconerii* 21. *Februarii* 1710. §. *finali*, & *cor. me* 26. *Junii* 1711. §. *Et ſane*, & §. *Potiſſime.*

Ad hunc ſiquidem effectum in primis conſpirabat ipſa denominatio *Caſalis Novi* tamquã indicativa, ſive correlativa *ad Caſale Vetus, ſeu Pagum* ipſius *Cadoxæ* mediante traſmigratione habitatorum, qui ab eodem veteri Caſali, ſeu Pago Cadoxæ, ab eis injuria fortaſſe temporum, vel alia de cauſa de-
1 ſerto tranſiere ad Caſale Novum, ipſum enim plerumque nomen rei ſubſtantiam deſignat juxta illud = *Conveniunt rebus nomina ſæpe ſuis*, ut in propoſito advertit per *Text. in l. ſi idem Cod. de Codicill.*, *Bartol. in l. ex Legato verſ. ſolum dico, quod ſunt diverſa ff. de Legat.* 2., *Corrad. in prax. benefic. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 4. *Barboſ. tract. variar. Loc.* 44. *num.* 4. *fol.* 300.

Sed, & fortius quia, & hoc palam reſultabat ex Planta, ſeu parva Mappa expoſita in *Summario Prioris Abbatiæ Cadoxæ diſtributo cor. R. P. D. Falconerio num.* 2. inibi enim poſtquam dictum fuerat = *Intus, quod Territorium, ſive Comprehenſoriũ magnum prædicta Abba-*

Abbatiæ S. Mariæ de Cadoxa &c. sunt sita, & posita nedum proprium Abbatiale Palatium, & Cathedralis Ecclesia Rmi Dñi Abbatis &c., quam plures Cappellæ &c. Subjungitur, sive replicatur = *adsunt etiam intus dictum Territorium, & prope juxta dictum Abbatiale Palatium Molendinum, & Barcheriæ, ac plura vestigia, seu fundamenta Ædificiorum antiqui CASALIS CADOXÆ, quod Casale erat dirutum dictumque Territorium, ut supra descriptum, & confinatum cohæret Oppido CASALIS NOVI, quæ insimul exstant in medio dictarum trium Diœcesum &c.* Atque idipsum denique præcisius deponebant Testes examinati in vim Commissionis Episcopi Castelli Maris, signanter autem Michael Vulcanus in ordine il 31., & Jacobus de Castro Casaletti in ordine pariter 34. per ea verba = *detto Territorio è stato, ed è di gran Comprensorio, e tutto il Territorio di S. Maria di Cadossa, E DENTRO DETTO TERRITORIO STA' EDIFICATA LA TERRA DI CASAL NOVO dicto Summario Prioris cor. R. P. D. meo Falconerio num.* 7. Unde exquirenda non videbatur ad hanc inclusionem comprobandam alia justificatio, quam ea,
2 quæ emergebat ex præfata Platea, seu Mappa ex his, quæ habentur per *Text. in l. penult. & ibi DD. ff. finium regundor., Parisf. cons.* 104. *num.* 24. *lib.* 1. *& cons.* 4. *num.* 7. *lib.* 4. *Card. de Luc. de præeminent. disc.* 50. *n.* 5. *& de judic. disc.* 24. *sub. n.* 8. *& de servitut. disc.* 29. *sub num.* 13. §. *Quinta conjectura, Rota cor. Priolo dec.* 28. *num.* 37. *& dec.* 52. *num.* 1. *par.* 8. *rec., & in dec.* 143. *num.* 12.
3 *par.* 19. necnon ex Testium depositione, ut prosequitur *Bald. in cons.* 468. *num.* 1. *lib.* 3. *Gonzalez. in cap. cum causam verb. Testes num.* 6. *de probat., Barbat. cons.* 6. *n.* 3. *&* 6. *volum.* 2., *Surd. cons.* 429. *n.* 21. *Hieronym. de Mont. de fin. regund. cap.* 52. *n.* 10. *R. P. D. Zaul. ad Statut. Favent. lib.* 3. *observ. de rubric.* 37. *num.* 18. *Sperell. dec.* 178. *n.* 92. *cum seqq.*

Planius autem quoque concludebatur hoc ab ipsa relatione, & voto prænominati Episcopi Castelli Maris prolatis usq; de anno 1565. in illis quippe firmatur, quod perspicue convincebatur ex Testibus = *Come tanto in tempo del quondam Abbate Joanne de Jesualdo, quale fu Commendatario di detta Badia di Cadossa ec. come avanti, e dopo continuatis temporibus sempre detta Badia di Cadossa, E SUOI ANNESSI,* & signanter *L' ECCLESIÆ di CASAL NUOVO non anno riconosciuto altro Superiore, nè loro Pastore, che il Commendatario di essa Badia, e Priore d' esso Monastero della Padula &c. Summ. d. cor. R. P. D. meo Falconerio n.* 8. proindeque de hac annexione, seu dependentia, & incorporatione fas proculdubio ulterius ambigere non erat, dum mox præcedentibus justificationibus juncta hæc relatio, seu votum adeo perantiquum admodum relevaret, quando etiã simplex enunciativa antiquissima in genere
4 probationis maxime foret attendenda, ex collectis per *Mascard. de probat. concl.* 621. *n.* 15. *vol.* 2., *Gratian. discept. for. cap.* 893. *num.* 3. *&* 4. *Palma Nepos alleg. jur.* 3. *n.* 18. *Garz. de Benefic. par.* 5. *cap.* 9. *nu.* 88., *Vivian. de Jurepatr. lib.* 11. *cap.* 5. *num.* 48., *&* 49., *Rot. dec.* 735. *num.* 11. *par.* 13. *dec.* 244. *num.* 8. *par.* 16. *& dec.* 172. *num.* 27. *par.* 17. *rec.*, & alibi passim.

Agnoscebant prænominati Informantes pro Episcopo efficaciam argumenti, ideoq; procurabant hanc annexionem, dependentiam, & inclusionem *CASALIS NOVI* a suo veto capite *Casalis Veteris, seu Pagi Cadoxæ* obumbrare, sed ad oculum inutiliter; quia de facto illa solemnis inscriptio *Nullius Diœcesis*, tam in libris Datariæ, quam apud Scribentes recensita dirigebatur non ad ipsa membra, quę prætendebantur separata, disconnexa, & independentia, & in quibus E. g. in Casali Novo ad sensum Episcopi verificabatur titulus iste Nullius, sed tantummodo ad idem *Caput* Casalis Veteris, seu Abbatiæ Cadoxæ referebatur, secundum verba transcripta *in præcedenti mea decisione* §. *Potissime*. Eo igitur ipso, quod Abbatia, seu Monasterium Sanctæ Mariæ de Cadoxa nuncupabatur *Nullius Diœcesis Provinciæ Salernitanæ* sufficientissime demonstrabatur, quod non solum eadem Abbatia, & Monasterium Cadoxæ utique foret *Caput*, cui cum suis membris competebat totalis plenaria separatio, & exemptio a quolibet simplici E-
5 piscopo, restante sola Hierarchica suppositione Archiepiscopo, seu Metropolitano Salerni, ad *Text. in cap. noviter de Offic. Legat. ubi Hostiensis sub num.* 12. inquit, *& prodest illud notare ad hoc, quod sub nomine Provinciæ Civitas Metropolitana includatur* ibique pariter. *Jo: Andreas num.* 4. ubi = *Et secundum Hostiensem valet hic notare, quod appellatione Provinciæ continetur Civitas Metropolitana*; Verum etiam, quod activa quasi Episcopalis Jurisdictio exsisteret penes Ab-
6 batem ejusdem Abbatiæ privative ad Episcopum, quemadmodum præseferebat iste tractatus Sanctæ Apostolicæ Sedis mediante inscriptione *Nullius* Teste *Spada cons.* 129. *num.* 8. *lib.* 2., *Rota in rec. dec.* 197. *nu.* 29. *par.* 8. *& dec.* 69. *num.* 16. *par.* 19., *& in Hispalen. Decimarum de Olivares* 30. *Januar.* 1679.

1679. §. *Amplius cor. Bourlemont*, *& in Capuana*, *seu Montis Caffinen. Parochial.* 1679. §. *Innocentius pariter cor. Bourlemont*, *& in Marsicen.*, *seu Nullius Jurisdictionis* 7. *Junii* 1700. §. *Itaque omnia in fine cor. bo. me. Muto*, *& in Nullius*, *seu Fulden. Jurisdict.* 28. *Junii* 1700. §. *Et hac omnia coram Emo de la Tremoille*.

Ceterum vel præcisive etiam ab his, vel comparative ad omnia hæc, ut diximus inutiliter offuscare satagebant iidem Scribentes hanc veritatem. Non etenim relevabat; Primo quod Monasterium sive Abbatia Cadoxæ sita e converso reperiretur in districtu sive Territorio Montis Sani ex pluribus demonstrationibus, quæ per eos in hodierna propositione cumulabantur, & signanter ultra vetera documenta recensita in *Summario per Episcopum distributo coram R. P. D. meo Falconerio num.* 5. 6., *&* 7. retexerent novas justificationes, ac depositiones Testium *in hodierno Summario n. primo*, *& seqq.* non exinde quipqe ullo modo recte inferri poterat, seu deduci illa consequentia, ergo sicut Castrum, sive Terra, ipseque locus Montis Sani subjacet Jurisdictioni Episcopi Caputaquen. juxta alteram Plateam efformatam sub anno 1492. quævc pariter exhibebatur ad partes impressa, ita subjici etiam debebat Abbatia, & Territorium Cadoxæ descriptum, seu subinclusum in illo Montis Sani; Discriminando etenim, seu secernendo paleam a tritico, aliud erat, quod locus præcisus Montis Sani supponeretur Episcopo Caputaquẽ in Spiritualibus, aliud, & longe diversum, quod eidem fortasse loco, seu Territorio Montis Sani in typographica descriptione politice, & temporaliter tantum, non vero spiritualiter annecteretur, vel subjiceretur Abbatiæ Cadoxæ, ejusque Territorio, quando nemo non scit, quod a divisione, & subjectione temporali hujus, vel alterius Territorii nullatenus tenet illatio ad Jurisdictionem, & re-
7 spective subjectionem Ecclesiasticam, & Spiritualem, secundum abunde firmata, varisque exemplis exornata post *Text. in cap.* 1. *juncta glos. in verbo locis de Religios. Dom.*, *Glos. in Clementina ne Romani* §. *Sane in verbo Diœcesis de elect.*, *Abbas in cap. si diligenti num.* 4. *cum seqq. de præscript.*, *Bartol. in l. qui sequitur num.* 6. *ff. de usucap.*, *Honded. cons.* 84. *num.* 24., *Card. de Luca de Jurisdict. disc.* 1. *num.* 16. *&* 17. *in fine*, *& disc.* 3. *num.* 15. *eod. tract. in illa Fulden.*, *seu Nullius Jurisdict.* 1. *Junii* 1708. §. 88. *cor. me.*

Nec pariter secundo officiebat, quod Abbatia, & Monasterium nuncupatum Sancti Laurentii in Padula minime polleret hac activa Jurisdictione quasi Episcopali, & tamen cum ibi resideant plerumque Priores Abbates Cadoxæ, immo & eidem Priori S. Laurentii Padulæ fuerit unita prænominata Abbatia Cadoxæ, potius idcirco retorqueri videretur argumentum supra efformatum de non attribuendo plus membro, quam Capiti, nimis quippe manifestum erat æquivocum, in quod memorati sese involvebant Scribentes: nusquam enim exstitit prætensum a Priori Abbate, quod Monasterium Sancti Laurentii in Padula gereret figuram Capitis quodammodo Metropolitici respectu Cadoxæ, ejusque annexorum, sed bene ostensum fuit, atque patebat, quod activa quasi Episcopalis Jurisdictio, quæ independenter, & separate prius residebat penes Abbatem Commendatarium Cadoxæ, postmodum a largitate, seu providentia Summorũ Pontificum fuerit commendata, seu translata in præfatum Ordinem Carthusiæ, & respective in vicinum Priorem ejusdem Ordinis, moderantem per antea Monasterium prælaudati S. Laurentii in Padula: Quemad nodum namque de natura translationis, vel unionis est, quod alio non demonstrato res translata, & unita transeat cum suis prærogativis, ita subjectum, cui eadem unio, vel translatio fieri contingat a suo pristino in nihilo immutetur, solumque adipiscatur, seorsim tamen, quod ei de novo tribuitur,
8 ut in proposito primæ propositionis habetur *Gloss. in cap. et temporis* 16. *quæst.* 1., *& in cap.* 1. *ne Sede Vacante*, *& gloss. in Clement. per litteras de Prabend.*, *& ibi Cardin. Imol.*, *Abb. & Bonifac. num.* 2., *Caccialup. art.* 2. *num.* 2., *& art.* 8. *quæst.* 3., *Petr. de Perus. cap.* 1. *num.* 6., *& cap.* 2. *sub num.* 3., *Rebuff. in praxi tit. de Unione nu.* 15. *& tit.* 3. *de Vicar. perpet. n.* 3., *Corras. par.* 4. *cap.* 4. *num.* 57., *Mandos. regul.* 12. *quæst.* 1. *n.* 4. *Rota dec.* 114. *num.* 73. *par.* 2. *divers.* Et
9 in ordine ad secundam *Abbas in cap. extirpanda* §. *Qui vero in prima sect. n.* 4. *de Praben.*, *Mandos. cons.* 27. *num.* 1. 2. 3., *&* 9., *Hodiern. de incompat. Benefic. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 5., *Petr. Greg. de Benefic. cap.* 20. *n.* 15. *Garz. de benefic. par.* 12. *c.* 2. *de Union. n.* 37. cum ceteris ibi relatis *Gratian. discep. foren. cap.* 893. *num.* 14., *Barbosa de Jur. Ecclef. lib.* 3. *de union. benefic. cap.* 16. *n.* 21. *fol.* 295. *Card. de Luca de praemin. disc.* 7. *n.* 6., *Rota cor. Cavaler. dec.* 330. *num.* 2. *cor. Duran. dec.* 331. *num.* 6., *& dec.* 382. *num.* 11., *& seqq. coram Bichio*.

Atque hinc, quod in rei veritate iste foret sensus omni jure capessendus, edocebat quoque phra-

Congregatio illum cogeret, sed gemina sese statim offerebat in promptu prorsus eradicativa responsio; Altera nimirum, quod hujus particulæ fides remanebat penes Auctorem, cum de illius legalitate nullum exhiberetur documentum, & tamen tractabatur de materia Synodi, in qua, nec etiam per viam cujuscumque decreti valent Episcopi
26 tangere, vel officere Regularibus, ex relatis per *Barbos. de Offic., et Potest. Episc. par. 3. allegat.* 105. *n.* 89., *Fagnan. in cap. Quid super his de Major., & Obedien. a nu.* 14. *ad* 29., *Sanchez in Præcept. Decalog. lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 21., *Peregrin. Consilt.* 2. §. 25. *n.* 67. *tom.* 3. *Suarez de legibus lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 8., *Pignatell. consult.* 76. *num.* 17. *tom.* 5. *Sperell. dec.* 88. *num.* 20., *& in Neapolitana Jurium Parochialium* 13. *Martii* 1711. §. *Atque cor. Me*.

Robustius vero, quia cum tota efficacia hujusce discursus resideret non jam in ipsa Synodo, sed in responso, seu resolutione Sacræ Congregationis, (quæ tamen qualis esset nimirum, vel Sacri Concilii Tridentini vel Episcoporum, & Regularium reticebatur) hinc ad effectum eidem resolutioni adstruendi, sive adhibendi fidem, nequaquam sufficiebat præmissa, etsi legalis extitisset particula ipsius Synodi, sed requirebatur in primis ejusdem resolutionis authenticum consistens in Sigillo, & subscriptione Eminentissimi pro tempore Præfecti, ejusque Secretarii, ut millies protestatæ sunt eædem
27 Sacræ Congregationes, & signanter decrevit ex Mente Urbani VIII. die 2. Augusti 1631. Sac. Congregatio Concilii, & tradunt *Pelliz. in Manual. regul. tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 4. *num.* 108. *Ciarlin. cap.* 227. *num.* 14., & idipsum postea præcise statuit ipsemet Urbanus VIII., & Innocent. X., ut referunt *Nicolius in Lucubrat. utriusque Jur. par.* 1. *lib.* 1. *tit.* 10. §. *ultimo nu.* 76., *& in Flosculis verb. Congregatio* §. *Sed, et tu sub n.* 2. *Marchett. de Vicar. par.* 1. *tit.* 7. *n.* 15. *in fin.*

Sed, & cum verba recensita in eadem particula supponant, eamdem Sacram Congregationem respondisse Vicario tunc Apostolico Caputaquen. = *Eseguisca l'Ordinazioni fatte, e proceda contro gl'Inobedienti in quanto alla Visita*, necessarium proinde insimul erat, quod doceretur de hoc Processu, de hac successiva coactione erga Inobedientes, alias diametraliter iste actus retorquebatur; Posita enim reverentia Abbatis ab initio, & subsequenti conquestione Ordinarii, ac demum aequiescientia ejusdem Ordinarii, robur magis accipiebat ipsa primordialis re-
28 luctantia omnem subjectionem excludens, ad tradita per *Bald. de Præscript. tert. par. quæst.* 4. *nu.* 37., *Rota dec.* 1027. *num.* 14. *et dec.* 1085. *num.* 6. *cor. Seraph. dec.* 2283. *nu.* 34. *cor. Cocc.*, cum ceteris *in Aquinaten. Fideicommissi* 1. *Junii* 1699. *cor. Me inter noviter Romæ impressas dec.* 92. *n.* 19., & in præcisis terminis *eadem Rota in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis super bono Jure prima Junii* 1708. §. *Maxime alias n.* 124. *cor. Me.*

Atque ex his omnibus sive seorsim, sive junctim ponderatis, quævе novas hasce penitus intervertebant objectiones, firma semper magis, & inconcussa restare videbantur de per se etiam sola superiora fundamenta demonstrantia, ipsam Cadoxam non minus, immo magis, quam Casale Novum, fore Jurisdictionis quasi Episcop. Prioris Abbatis, sed quid dicendum, dum ipse Abbas, sive Prior studens, ut par erat obtemperare rescripto *Sacri Auditorii* demandanti *in die præterita propositionis*, quod circa *Cadoxam coadiuvarentur probationes* in hodierna audietia plurimos actus de novo exhibuit, clarius etiam præsefetentes memoratam in ipso Jurisdictionem quasi Episcopalem, etiam quoad Cadoxam (quando ex jam animadversis unicus tantumodo actus superabundasset) oculis enim Dominorum præ ceteris fasciculum Visitationum exposuit super quas, & signanter per illam celebratam sub anno 1638. palpabatur, quod tam in illius enunciativa, sive proœmio, quam in substantia ipsius actus ineluctabilis emergebat character, & signū certissimæ Jurisdictionis quasi Episcopalis, cum enim sub ipso principio Edicti ad hunc effectū promulgati exprimerentur hæc verba = *Præmisso Edicto nostra generalis Visitationis in Jurisdictione nostra IN ABBATIA SANCTÆ MARIÆ DE CADOXA EJUSDEM JURISDICTIONIS CAPUT, & in Terra Casalis Novi &c.* = Ecce quod clarior non poterat desiderari demonstratio explicativa, & amputativa controversiæ, nempe quod *CAPUT* totius Jurisdictionis foret *CADOXA*, & Casale Novum simpliciter membrum subinclusum, & ecce magis, quod in substantia ipsamet publicatio Edicti importabat unum forsan de majoribus actibus Jurisdictionalibus, qui sive in
29 prophana, sive Ecclesiastica Politia soleant ad hunc effectum expendi, juxta *Textum in l. Humanum, & l. final. C. de legib. Mastrill. de Magistrat. lib.* 3. *nu.* 27. *cum. seqq.*, *Borell. de Præstant. Regul. Catholic. cap.* 31. *nu.* 1. *cum seqq.*, *Cardinalis de Luca de Jurisdict. disc.* 20. *nu.* 13. *in principio, & in* §. *Admittendo, Rota dec.* 69. *nu.* 18. *par.* 19. *rec.*

Perstringentius vero examinando, quid postea ultra

ultra verba practice gestum fuerit in explenda eadem Visitatione non solum de prædicto anno 1638. Sed etiam ante, & post in aliis consimilibus Visitationibus; Præfatus quippe Prior Abbas discedens a Monasterio S. Laurentii de Padula, in quo pro commodiori habitatione, & Gubernio Monastico manere, sive residere solent Abbates *ANIMO VISITANDI* (ut per hæc verba dicebatur etiã in visitatione anni 1630.,) *NOSTRAM DIOeCESIM* iter apparebat arreptũ versus *SANCTAM MARIAM DE CADOXA*, ibique præfulgebat subinde incepta Visitatio formalis post assuetam liturgiam Cæremoniarum, & celebrationem in Pontificalibus visitando Altaria, edendoque ordinationes, & præcepta, deinceps vero) singula singulis præmissis Visitationibus referendo) descendit ad Visitationem etiam cujusdam Ecclesiæ S. Viti existentis in ipsa Terra Montis sani (quod sane id ipsum, utpote gestum in Terra aliena demonstrabat illud, quod supra fuerat indicatum in proposito prætensæ intersecationis feudorum *Spinazzi*, *& Gualdi* posse nimirũ pluta membra sita quoque in diversis ditionibus ab eodem capite pendere) postremo autem reliquis omissis explebantur in Terra Casalis

30 novi consimiles assuetæ functiones, de quibus plene agunt *Fuscus de Visitat. lib. 1. cap. 5.* cum aliis late congestis per *Barbos. de Jur. Eccles. tit. 1. de visit. ab Episcop. & prælat. facien. cap. 14. n. 43. vers. 1. cum seqq.*, *& alibi* quotidiæ.

Etne quatenus spectabat ab Abbatiam, & Ecclesiam Cadoxæ inita solum censeri posset Visitatio Materialis, & realis, exercebatur in reditu Cadoxæ quoque altera personalis, Abbati namque remeanti a præfato Casali Novo, & stanti in eodem Abbatiali Palatio Cadoxæ præstabatur obedientia ab eisdem Ecclesiasticis, & Secularibus Casalis Novi, inibi pariter Abbas ab eisdem Ecclesiasticis inquirebat illorum ascensiones ad ordines officia, & Dignitates usque per ostensionem Dimissorialium, & dispensationum respective ejusdem Abbatis, quæ utique omnia tam expressam denotantia Jurisdictionem, nequaquam fieri poterant nisi in propria Diœcesi, ac Jurisdictione, seu Territorio

31 secundum connotata per *Grat. discept. for. cap. 212. n. 25. 26. 27. 48. 49. Ciarlin. controv. for. lib. 2. cap. 220. num. 108. Card. de Luc. de jurisd. disc. 12. sub n. 17.*, & præcipue *Rota post Tondut. de pens. dec. 31. sub num. 3., & 4.* cum ceteris plena manu congestis, *in Marsic. seu Nullius Jurisdict. super bono Jure §. Hæcque omnia cor. bo. me. Muto.*

Rursus in eodem Abbatiali Palatio publicabantur Ordinationes de festis observandis, indicebantur, sive indicabantur casus reservati, quodque plus est, edebantur Synodi convocationes, retenta semper illa data *DATUM CADOXÆ IN NOSTRO ABBATIALI PALATIO* E. G. *die 29. Septembris* 1638.

32 Quemadmodum vero ad arguendam, stabiliendamque plenam Jurisdictionem quasi Episcopalem nil magis attendatur, quam Sinodi convocatio, ipsaquemet Visitatio ex ponderatis penes *Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 2. disput. 2. quæst. 11. nu. 1., et 2. Campanil. divers. jur. Canon. rubr. 12. cap. 3. num. 76. Reginald. in prax. for. pœnitent. lib. 1. num. 182. Barbos. de Episc. par. 2. allegat. 25. num. 9. Rota cor. Cocc. dec. 1054. nu. 2., & cor. Dunoz. Jun. dec. 988. sub n. 4.*

Ita subsignatio, & data hujusmodi actuum in Palatio Cadoxæ manifestat eamdem qualitatem proprii, & separati Territorii, cum alias Episcopi extra propriam Jurisdictionem nequeant sibi arrogare, & facere hujusce-

33 modi actus Jurisdictionales, Teste *Card. de Luc. de jurisdict. disc. 98., & signanter n. 7. & 9., & in annot. ad Sacrum Concilium Tridentinum disc. 6. n. 1. cum seqq. Barbos. de offic., & potestat. Episcop. par. 2. allegat. 6. fere per tot. Rot. dec. 82. nu. 12. cor. sa. me. Alexandro VIII.*, & in fortiori casu *dec. 362. n. 4. cor. Emer. Jun.*

Sed præter tot Visitationes verbis, & factis univoce comprobantes Episcopalis Jurisdictionis exercitium magis forte in Cadoxa, quam in ipso Casali Novo, ulterius pariter in eadem quoque Cadoxa sive Palatio Abbatiali gesti demonstrabantur alii actus spirantes prædictam plenariam quasi Episcopalem Jurisdictionem, de quibus generice sive utriusque loci respectu etiam fuit animadversum in præterita *decis. diei 26. Junii* 1711. nempe publicationes Sententiarum factæ per Abbates prout pariter prolationes Censurarum in prædicto Abbatiali Palatio Cadoxæ, quamplures demum Carcerationes inibi expletæ, *ut in novo Summ. n. 2. 3. & 4.* addita effectiva retentione Carcerum in eo-

34 dem loco, quod sane non permittitur nisi certa, & positiva Jurisdictione suffultis, ut monet *Text. in l. fin. C. de privat. Carc. Bald. & DD. in l. imperium ff. de jurisdict. omn. judic. Card. in Clement. 2. §. Notorium de re judicat. lib. 2. vers. Consistorium num. 2.*, & plenissime *Lagunez. de fruct. par. 1. cap. 21. num. 58. cum seqq. Rota dicta dec. 69. n. 39. par. 19. Recent.*, *& in Toletana Jurisdictionis 17. Junii 1709. §. Prabuit cor. R.mo Decano*, alias intraret asperum delictum, &

conse-

35 consequutiva pœna privati Carceris, de qua *Constant. Imp. in l. unica C. de privat. Carcer. Dec. tract. Criminal. lib. 3. cap. 10. n. 1. Andreol. contr. 293. in princ. Farinacc. de Carcer. & Carcerat. quæst. 27. n. 9. Conciol. resol. 4. n. 1.*

Postremo reliquis etiam posthabitis nimirum subministratione eleemosinarum, quæ ratione siti Conventus in Territorio Cadoxæ fiunt ab Abbate PP. Cappuccinis, necnon e converso perceptione Adoæ, quoad prædictam feudum *Gualdi, & Spinazzi*, veluti pariter exsistens in eodem Territorio Cadoxæ, non deerat illa altera demonstratio concessionis beneplaciti, seu facultatis distrahendi quædam petiola terrarũ posita in prænominato Territorio Cadoxæ ad formam ce-
36 lebris *cap. Terrulas 53. caus. 12. quæst. 2.* quod utique non nisi Episcopis etiam sine consensu Capituli, vel beneplaciti Sanctæ Sedis indulgetur, juxta tradita per *Glos. in cap. 1. in verbo commutatio de his, quæ fiunt a Prælato, Fagnan. in cap. Nulli de reb. Eccles. non alienan. nu. 24., & seqq. Calderin. cons. 7. in fin. eodem tit.* cum relatis per *Gratian. discept. 452. n. 2, & per Genuen. in prax. Cur. Archiepisc. Neapol. cap. 75. n. 3. Quaranta in Summ. Bullar. Verbo alienatio rer. Eccles. Barbos. de Offic., et potest. Episcop. allegat. 95. num. 50., et in collectan. ad d. cap. Terrulas Card. de Luc. de alienat. disc. 1. num. 105. Adden. ad dec. 444 n. 50. par. 4. tom. 2. Rec. Rot. cor. Royas dec. 444. n. 2.*

A primo igitur ad ultimum præcisive quoque ab his, quæ in præcitata prima decisione extiterunt allata pro firmanda, seu detegenda omnimoda Jurisdictione quasi Episcopali Prioris Abbatis, sive in Casali Novo sive in toto reliquo Territorio Cadoxæ, ita præcipue hodie ad normam injunctæ separatæ dubitationis unanimiter resolutum fuit.

Utraque &c.

Romana Renunciationis.

Lunæ 11. Januarii 1712.

ARGUMENTUM.

Renunciationes an, & quando, & ex quibus verbis desumatur, quod fuerint comprehensivæ omnium hereditatum ex nova causa superveniente, & de futuro renuncianti delatarum, & late, fuseque examinantur verba, quæ renunciationem etiam Juribus futuris importent. Quæ tamen verba, & clausulæ de stricti Juris censura non attenduntur quando adest mens, & voluntas renunciantis, nolle in sua renunciatione comprehendere Jura de futuro, & ex causa nova supervenientia. Affertur distinctio, quæ intercedit inter renunciationes factas a Monasterium ingressuris, & ab illis in seculo nubentibus, & quæ interpretatio circa eas capienda sit.

SUMMARIUM.

1. *Clausula* = Constito de duabus = *suspensivam appellationem importat.*
2. *Ad taxationem expensarum tunc devenitur, quando confirmatur antecedens, sive præexistens in substantia res judicata.*
3. *Signatura Justitia quando rescribit* Parito judica o. *fficit, ut exsequutioni demandari possit, ac debeat eadem res judicata a Superiore, seu Principe canonizata, & approbata.*
4. *Et si Victor exsistit in possessione vice exsequutionis hujusmodi canonizatio deservit loco confirmatæ absolutionis per rem judicatam.*
5. *Clausula* parito *operatur, ut appellans non audiatur nisi restitutis fructibus, ac refectis expensis.*
6. *A Decretis Signaturæ Justitiæ regulariter recurri nequit ad illam Gratiæ ex Constitutionibus, & reformationibus Pontificiis.*
7. *Principe declarante, sive rescribente* sine præjudicio rei Judicatæ, *non decet amplius in controversiam poni ipsa res judicata cum dubio* = An revera constet de re judicata.
8. *Principis Rescripta sunt obsequenda non disputanda.*
9. *Restitutio restitutionis non datur.*
10. *Ad effectum introspiciendi mentem renunciantis examinanda sunt verba initæ renunciationis.*
11. *Renunciatio de bonis futuris, semper intelligitur de illis bonis futuris, quæ habent causam vel de præterito, vel de præsenti, tempore factæ scilicet renunciationis, non vero subextenditur ad ea bona in futurum obventa, & quæ causam habent de futuro.*
12. *Limita si verba renunciationis sint universalia, & inclusiva etiam bonorum futurorum ex causa de futuro.*
13. *Renunciatio quando dicatur comprehendere bona, & Jura supervenientia ex causa prorsus nova, et incogitata, et ex quibus verbis id arguatur*, & num. seqq.
14. *Successio ab intestato nusquam potest evenire nisi ex causa de futuro, per obitum nempe viventium.*
15. *Renunciatio facta de quacumque successione tam ex testamento, quam ab intestato comprehendit Jura de futuro ex nova causa superveniente.*
16. *Verba* quovis Jure, quomodocumque, & qualitercumque. *apposita in renunciatione restringi nequeunt ad solu Jus præsens,*

sed comprehendunt quoque Jus futurum.

17. *Renunciatio Jurium*, quæ in futurum sibi competere possunt *repetita cum Dictione illa* quomodolibet *complectitur universa Jura futura, quæ possunt etiam eventualiter obtingere vel ex causa de præsenti, vel de præterito, vel de futuro.*

18. *Promissio facta de non revocando renunciationem sub quovis prætextu, & firmata cum juramento denotat, eamdem renunciationem comprehendisse Jura etiam futura, & ex causa de futuro.*

19. *Renunciatio Jus futurũ, & novum necessario comprehendit, si in alio verificari nequit.*

20. *Jus, seu causa* in re *quæ sit.*

21. *Legitima debetur descendentibus, & ascendentibus re ipsa.*

22. *Itaut Legitimarius dicatur quodammodo Dominus in vita Legitimantis.*

23. *Jus, seu causa, quæ competit* in spe, *quæ sit.*

24. *Filii, & Nepotes succedunt Parentibus ab intestato obeuntibus.*
Quinimmo Uxor respectu Viri, & Vir respectu Uxoris.

25. *Jus, seu causa, quæ competit* re *simul*, & spe *quæ pariter sit*, & num. 28.

26. *Uxori inopi debetur quarta super bonis Viri prædefuncti.*

27. *Filio, ejusque heredi debetur legitima, si filius Patri supervivat.*

29. *Renuncians ad hoc ut dicatur comprehendere voluisse Jus, quod nec re, nec spe illi competebat, requiritur, ut apponat illas expressiones nempe* ex causa nova, *vel* ex causa de futuro. Limit. n. 31., & seq.

30. *Intellige, quod non sufficiat sola illa expressio* ex causa de futuro, *& quare.*

31. *Declara, hasce clausulas non esse necessarias, si aliunde ex toto scilicet contextu renunciationis eruatur prægnantia, & amplitudo verborum, quæ comprehendant Jus futurum, & novum.*

32. *Maxime si adsint in renunciatione verba* = alio quovis Jure, & titulo etiam, & causa, & Testamento =

33. *Item dictio* quomodolibet *cum expressione* Testamenti; *Sed* contra a n. 50. ad seq.

34. *Jus in spe de præsenti in futurum quando sit probabile, & quando improbabile, & quando illi dicatur renunciatum.*

35. *Renuncians potest etiam ex intervallo declarare propriam intentionem a se habitam in renunciatione.*

36. *Renunciatario non potest præjudicari per testamentum superveniens, quando is de cujus hereditate agitur fuit præsens renunciationi hereditatum futurarum tam ex testamentis factis, quam in futurum faciendis.*

37. *Species renunciationum, quæ de Jure veteri fiebant.*

38. *Verba quem capere debeant intellectum secundum variam prolationem Hominum.*

39. *Verba renunciationis tantum capere debent, quantum comprehendunt, & sumenda est interpretatio, quæ quanto magis fieri potest præjudicet renuncianti*, & num. 41.

40. *Verbum* Quando *est temporis designativum*

41. *Verba renunciationis a Puella teneræ ætatis emissa stricte sunt interpretanda.*

42. *Quid dicendum esset si prolata fuerint a Viro maturo.*

43. *Mulier, seu Vir ad Connubium properans non pacta, non dotales conventiones, sed ipsam adamatæ Sponsæ pulchritudinem tantum cogitat.*

44. *Renunciatio emissa a Personis Monasterium ingressuris regulariter dicitur abdicativa, realis, & sempiterna.*

45. *Secus dicendum est de renunciatione emissa a nubente in Seculo.*

46. *Declarare renuncians, sive cedens potest se velle in futurum acquirere, quidquid obvenire sibi contingat non jam pro se, sed ad finem trahendi acquisitum suo cessionario, sive renunciatario.*

47. *Servus quidquid acquirit Domino acquirit.*

48. *Quidquid acquirit Monachus acquirit Monasterio.*

49. *Casus prorsus incogitatus, nec ullo modo imaginabilis semper in renunciationibus excipitur a quacumque verborum generalitate, & phrasi Notariorum.*

50. *Ad dignoscendum quid fuerit in renunciatione comprehensum attendi debet verisimilis mens renunciantis.*

51. *Declaratur opinio* Bartol. in l. 1. num. 4., Cod. de pactis; *&* num. seqq.

52. *Legitima an dicatur habere Jus in re, sive in spe.*

53. *Pactum* de non petendo *an restringatur ad taxativam personalitatem illius, cum quo fuit initum pactum de non petendo.*

54. *Verba renunciationis quando sufficiat, ut sint aliquo modo verificabilia in statu præsenti, vel de præterito.*

55. *Renunciationes, quæ fiunt a nubentibus in Seculo sunt correspectiva ad dotem, & dos censetur pretium renunciationis.*

56. *Pretium semper debet esse certum, & correspondens actui, qui exaratur, non vero incertum.*

57. *Uxor vigore* Auth. Præterea Cod. Und. Vir, & Uxor *succedit in quarta parte bonorum sui Viri.*

58. *Multiplicatio actuum inutilium in Viris lucubratis, & Maturis non præsumitur.*

59. Cau-

59. *Cautela affectata semper præjudicat.*
60. *Renunciatio non extenditur ad non cogitata, nec præsumitur aliquem renunciare voluisse id, quod non dixit.*
61. *Declaratio nil de novo importare debet, sed explanare simpliciter verba æquivoca, et declarationis capacia.*
62. *In contractibus Minorum, et Mulierum interesse debent proximiores, qui eorum Personas integrentur.*

DECIS. DLX.

NEque Viventium, neque occumbentium, quæ vocantur, vel inter vivos, vel supremæ voluntates, atque dispositiones alio modo possunt, quam per nutus, signa, vel verba pandi, & explicari, sed verba ceteroquin efficaciora, & regulariter magis univoca; ut plurimum, vel ab ipsis Partibus, vel ope Notariorum adhibita, & expressa in contractibus, Judiciis, vel novissimis elogiis, sunt adeo quandoque per humanam infelicitatem reddita subobscura, ut non solum ob id quotidianæ insurgant Civiles dissensiones, & jurgia inter easdem Partes, sed, & inter ipsos quandoque Judices, & Tribunalia non modicæ audiantur, & emergant opinionum dissonantiæ super una, eademque controversia, quemadmodum accidit in præsenti, diuque etiam in ultimo spiritu agitata contentione, in qua una quidem extra *Tribunal* prodiit ab initio sententia, sive Decretum favore fratrum de Inghiramis, successive quoque confirmatum *in S. Audit.* præviis duabus *Decis. cor. RmoD. meo Molines Decano*; Altera nimirū sub die 8. *Junii* 1705., & altera sub die 10. *Maji* 1706.

Ast deinceps, suffragantibus semper omnibus *Dominis* perpetuo triumphavit Joannes Vajus citra ullam intermediam Judicatorum in minimo discrepantiam, & hæc usque dum ascenderunt ad numerum quatuor, videlicet primo coram *R. P. D meo Scotto* tribus illic *decisionibus* præcedentibus, nempe 23. *Januarii et* 15. *Junii anni* 1708. *et* 6. *Maji* 1709., *secundo cor. R. P. D. meo Crispo* in vim pariter præambulæ *dec. edita sub die* 20. *Martii* 1710. posteaque tertio *cor. R. P. D. meo Priolo* in sequelam alterius Decisionis *diei* 10. *Decemb. ejusd. anni* 1710., & demum quarto *cor. R. P. D. meo Aldrovando* expedita sub *die* 3. *Augusti* 1711. Causa ad normam ejus *dec.* antea, ut moris est, publicatæ sub *die* 26. *Junii ejusdem anni*.

Plures idcirco interim adversus ista posteriora judicata adivere, ut opus erat, pro obtinenda toties quoties opportuna Commissione prædicti Fratres Signaturam Justitiæ, & ibi varia juxta stylum illius Tribunalis Principem repræsentantis, & gradatim in sua formula procedentis rescripta emanarunt, & signanter post Judicatum *Reverendi P. D. mei Crispi*; Tunc enim *Signatura* rescripsit *consito de duabus*, quæ suspensivam Commissionem importat, prout etiam

1 iam altera importasset *constito de tribus*, nisi vigore Statuti Urbis duæ solæ Sententiæ habuissent vim trium, sicuti de hisce Clausulis tractantes animadvertūt *Mart. de clausul. par.* 1. *claus.* 19. *nu.* 12., *Staphil. de litter. grat. et Just. par.* 2. *vers. Citatio personalis, Barbos. de Clausul. usufreq. claus.* 28. *n.* 2, *et* 4., *Modern. Ascul. ad Stat. Urb. annot.* 52. *art.* 1. *n.* 272., *Card. de Luc. de Judic. disc.* 36. *n.* 54., *Rota dec.* 8. *nu.* 2. *et* 3. *par.* 19. *rec.*

Prodeuntes vero coram *R. P. D. meo Priolo* ad normam præcedentis rescripti ulteriori delegato confirmativa, & respective affirmativa resolutione, nempe *constare de duabus* scilicet memoratis duabus præcedentibus Sententiis validis, & justis, idem *R. P. D. meus*

2 *Priolus* loco alterius expeditionis devenit ad taxationem expensarum, sicuti practicatur, quando confirmatur antecedens sive perexsistens in substantia res Judicata, ut notavimus post *Scace. de appellat. quæst.* 3. *num.* 54., *Rub. in singular. par.* 2. *circa stylum, et observantiam Rotæ* §. 1., *Adden. ad Pamphil. dec.* 194. *n.* 10., *Rota cor. Mantic. dec.* 315. *num.* 5., *et in dec.* 46. *de sententia, et re Judicata in antiquis in addit. ad dec.* 1. *num.* 6., *et* 7. *inter novissime in Urbe impress. cor. me.*

Quamobrem in hoc statu noviter iisdem fratribus recurrentibus ad *Signaturam*, illa rescripsit *sine prejudicio rei judicatæ*, quæ præter novam potestatem rursus deveniendi ad aliam taxationem expensarum, donec, & quousque prædictum *Tribunal* Comissionem signet cum altera Clausula *parito Judicato*,

3 efficit tamen, ut exequutioni demandari possit, & debeat eadem res judicata jam a Superiore, seu Principe canonizata, & approbata, sicuti pariter connotarunt *Capuce. de Judic. par.* 3. *cap.* 6. *art.* 6. *n.* 104. *cum seqq. tom.* 1., *Lancellott. de attent. appell. pendent. par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 11. *nu.* 1. *cum pluribus seqq. Mandos. de inhib. quæst.* 106. *post med. vers. idem, et sic contra n.* 2., *Gratian. discept. for.* 349. *n.* 4. *et in meis annot. ad dec.* 81. *n.* 5. *inter impressas in Urbe cor. Me.* & dictum fuit *in Romana Dotis de Salviat.* 22. *Jan.* 1703.

§. *Neque contrarium pariter cor. me.* Licet ubi Victor exsistat in possessione vice exse-

4 quutionis, quæ tunc contra se ipsum fieri non valet, hujusmodi canonizatio deserviat loco confirmatæ absolutionis per rem judicatam

catam, ad tradita post *Aretin. in l. 35. in fin. ff. de Acquir. poss. per Scacciam de appellat. quæst. 17. limit. 6. membr. 9. num. 70., et limit. 21. nu. 37., Asin. in prax. §. 32. cap. 2. limit. 22. fol. mihi 214.*

Cumque successive idipsum fuerit pronunciatum coram *Reverendo P. D. meo Aldrovando* Signatura, cui etiam (ut quandoque moris est) negotii cognitionem *Reverendissimus Sanctissimi Auditor* remiserat, tandem usa est prænominata Clausula *parito judicato, & amplius*, quæ quamvis relinquat facultatem prosequendi causam in finali devolutivo, donec rescribatur *nihil*, attamen præcise injungit, ut Judex efficiat, refundere succũbenti omnes, singulasque expensas, & ut ajunt, usque ad obulum; & omnes pariter in suis casibus fructus, alias novus Judex, sive Delegatus futurus in prædicto finali devolutivo

5 caret Jurisdictione sibi interim adepta vigore illius ablativi absoluti *Parito*, per ea, quæ subnectunt *Staphil. de litter. grat., et just. cap. quando petitur num. 8., et 9. Mart. de Clausul. clauf. 82. Capue. in prax. Judic. t. 1. p. 3. cap. 10. num. 75., Marescott. var. resol. lib. 1, cap. 87. n. 1. 2. et 3., Modern. Ascul. ad Statut. Urb. annot. 6. art. 2. num. 166. tom. 1. Rot. in Compostellana Parochialis impress. apud Marthesan. de commiss. par. 1. §. 2. pag. mihi 427. num. 1., et in rec. dec. 121. n. 1. par. 4. tom. 2. dec. 412. nu. 1. par. 19.* cum aliis relatis in *Romana, seu Sabinen. Manutentionis 30. Martii 1699. dec. 81. nu. 1. inter novissimas in Urbe impressas cor. me.*

In hoc igitur statu perperam, sive inutiliter denuo recurrentibus fratribus ad eumdem *Reverendissimum Sanctissimi Auditorem*, ipse mature examinata, & præcognita Justitia tot Judicatorum Rotalium, solide denegavit accessum ad alteram Signaturam, quæ Gra-

6 tiæ nuncupatur, & ad quam regulariter etiam a Decretis Signaturæ Justitiæ recurri posse denegant Constitutiones, & reformationes Pontificiæ, & signanter *Pauli V. relat. per Card. de Luc. in addit. ad discurs. 30. in relatis Rom. Curia num. 30*, Quamobrem ego, cui, cessantibus tandem hujusmodi extraordinariis recursibus ultimæ reliquiæ in ipso devolutivo exstiterant remissæ, Anceps eram de modo efformandi dubium super nova Propositione facienda. Illud namque utrum *constaret de re judicata* longe

7 prius erat incongruum: Principe enim jam declarante, seu rescribente *sine præjudicio rei judicatæ*, non potest, sive non decet amplius poni in controversiam ipsa res judicata per eum canonizata cum prædicto dubio, an *revera constet de re judicata*. Princi-

8 pis enim rescripta sunt obsequenda, non disputanda, ut inquit Imperator *in l. disputare C. de crimin. sacrileg., Bald. in prælud. feud. num. 6., et in l. Impetrata C. sentent. rescind. non poss. Dec. consil. 588. num. 2., Menoch. cons. 495. nu. 29. lib. 5., Gratian. discept. for. 724. n. 8., Rot. decis. 362. n. 17. par. 1., & decis. 199. num. 14. par. 18. tom 1. rec.*

Potuisset forsan facilius hujusmodi dubium cõcipi sub alia aptiori formula *utrum constaret de causis restitutionis in integrum*, per quã juxta præmissa jam supponitur, præcessisse, & approbatam fuisse rem judicatam ad finem postea inquirendi, utrum introspecta ulla injustitia posset succurri fratribus antea per ipsã rem judicatam devictis, mediante ope prædictæ restitutionis in integrum, ex rationibus late enucleatis in illa *Rom. Dotis de Salviatis 22. Jan. 1703. §. Promovebant cũ pluribus seq. cor. me*, ubi signanter afferebantur exempla antecedentia *Tribunalis* in una *Foroliviem. Dotis cor. Bourlemont*, & in altera, *Romana Domus 2. Decembris 1699. cor. Jacometto*, & præseferebat attestatio Collegii Patronorum Sac. Palatii Apostolici *sub tit. 26. ac rubric. notit. Rota Romana*, & de facto in illa *Romana Dotis de Salviatis* eadem *Signatura* mutavit rescriptum, loco enim dicendi *sine præjudicio duarum*, rescripsit *confisto de duabus*, unde ad ejus normam fuit etiam *a Me* secunda vice in illa causa repropositum tale dubium *an constaret de causis &c.* ut liquet *in secunda decis. diei 26. Novembris 1708. pariter cor. me.*

Verum in præsenti omnia hæc reddebantur incongrua, dum jam coram *R. P. D. meo Aldrovando* sequuta canonizatione primæ rei judicatæ coram *R. P. D. meo Priolo* fuerat simpliciter denegata restitutio in integrum, & de facto post hoc postremum judicatũ *Signatura* minime respondit *de causis restitutionis &c.* sed *Parito*, non enim datur resti-

9 tutio restitutionis, ut recte monet *Text. in l. in una C. si sæp. in integr. rest. postul., Cald. in l. si Curatorem versic. implorand. nu. 36. C. de in integr. rest., Rota cor. Puteo dec. 79. lib. 3., & in Cortonen., seu Perusina fideicommissi 17. Novembris 1703. §. Alacrius, & in Rom. Dotis de Salviatis 22. Januarii 1703. §. Occasio cor. me.*

Quocirca restante solo examine in puro devolutivo, sequendo morem *Sac. Auditorii*, & ea quæ dicebantur *in prædicta dec. 22. Januarii 1703. §. Promovebant cor. me* dedi dubium bipartitum, sive complicatum, *an Decretum Rotale* (nempe novissimum *R. P. D. mei Aldrovandi*) *foret confirmandum, sive potius renunciatio comprehenderet casum, de* quo

quo agebatur, ut ita dubii amplitudo uberius complecteretur omnem substantiam ejusdẽ disputationis in prædicto devolutivo, atque huic revera *DDñi* respondentes rescripserunt *Decretum Rotale esse confirmandum & renunciationẽ non comprehendere casũ, de quo agitur.*

Reassumendo etenim in specie ea, quæ fuerant etiam in præteritis *decisionibus* enarrata, & conflictata, casus erat, quod Margharita Inghiramia, occasione Matrimonii contracti sub anno 1652. cum Jo. de Vaiis jam sibi constituta dote ✠ 6500. per ejus Patrem tunc Almæ Urbis Senatorem suis germ. fratr. renunciavit. (sunt vrba præcisa) *Omnia, & singula Bona avita paterna, materna, fraterna, sororia, transversalia, & alia quacumque etiam extranea, ad ipsam etiam ratione supplementi legitimæ, et Trebellianicæ, aut alias quomodolibet, et alio quovis Jure, et titulo etiam ex causa successionis tam ex Testamento, quam ab intestato, et alio quovis modo nunc, & pro tempore spectantia, & pertinentia, & quæ in futurum spectabunt, & pertinebunt etiamsi speciali nota digna essent, ac etiã omnia, et singula Jura super dictis bonis quomodolibet, quomodocumque, et qualitercumque spectantia, et pertinentia, et quæ in futurum quomodolibet spectare, et competere possent cujusvis qualitatis, quãtitatis, et speciei* = Cumq; casus evenisset, quod Cosmus Panthera illius quidem Consanguineus, sed in quinto gradu de Jure civili constitutus, & conjunctus Margharitæ eam reliquerit post 50. ferme annos heredem, hinc exorta statim est dubitatio, & respective contentio, utrum hæc Cosmi hereditas ita obventa Margharitæ renuncianti, caderet sub prænominata renunciatione, cumq; præ cæteris pro similiũ controversionum diremptione particulariter examinanda sint verba Initæ renunciationis, ad effectum introspiciendi voluntatem ipsius renunciantis, uti monet post *Riminald. cons. 19. lib. 31. n. 1. Ruin. cons. 116. n. 10. lib. 5., Decius cons. 306. col. 1. n. 2. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 5. n. 2., Amadeus de renunc. cap. 50. num. 24. cum pluribus seqq. tom. 2. Rota cor. Emer. dec. 841. num. 14., et in rec. dec. 249., nu. 2, et 3. par. 17.*

Reputatum ab initio extitit *ab A. C.* & deinceps bina vice, non tamẽ sine magna suffragiorum scissura *cor. Rmo P. D. Molines Decano, ut in ejus geminis decisionibus* una 8. *Junii* 1705., & altera 25. *ejusdem mensis anni subsequentis*, quod præmissa verba forẽt idonea ad hunc quoque casum comprehendendum, licet enim hujusmodi hereditas provenire tex penitus voluntaria, & inopinata causa de futuro per Testamentum Cosmi instituentis Margharitam, & regula proinde sit, quod expressiones futura bona concernentes semper intelligantur de illis quidem bonis futuris, quæ tamen habent causam,

11 vel de præterito, vel de præsenti tempore, factæ scilicet renunciationis, nusquam vero subextendantur ad illa bona in futurum obventa renuncianti, quæ habent causam omnino de futuro, & penitus accidentali, & contingenti, secundum *Bartol. doctrin. in l. qui Romæ 122. §. Duo Fratres num. 19. ff. de verbor. oblig. ibique Jason. num. 69., & in l. quod Servius nu. 4. ff. de condit. ca us. dat. et in l. qui cum Tutoribus 9. in princip. num. 1.* ubi etiam *Jason. num. 2. et 3. ff. de transact. Alexand. cons. 21. num. 4. lib. 5., Surd. cons. 15. num. 28., & cons. 267. nu. 5. & 36., Menoch. cons. 27. num. 47., Corbul. de Jur. emphit. tit. de caus. privat. ob renunciat. a n. 18. usque ad 26., Cyriac contr. 232. nu. 8., Joseph de Rosa consult. 7. num. 69., Franch. dec. 181. nu. 4., Boer. dec. 147. nu. 13., Rota in rec. decis. 653. num. 12., & in Ariminen. Fideicommissi Bandi, & Æneæ de Bandis 11. Martii 1699. §. Sed quatenus cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore* cum aliis relatis *in decisione super hac eadem Causa 8. Junii 1705. §. Nec quoad primam cor. Rmo D. meo Molines Decano.*

Nihilominus cum recepta nõ minus apud Scribentes, & subsellia judicantium appareret limitatio, quoties verba adhibita in renunciationibus adeo convincantur prægnantia, & universalia, ut sint apta, & inclusiva, & de

12 eorum significatione habilia comprehendere etiam jura, & bona futura ex causa pariter de futuro, tunc talia bona, talia Jura adhuc sub prædicta forma effrenata renunciandi comprehendantur, quemadmodum declarant, *Surd. consil. 267. num. 6. & 31. Pantirol. cons. 62. nu. 8, Menoch cons. 491. num. 119. Episc. Recc. disput. Jur. cap. 55. num. 18. in fine, Cardin. de Luc. de renunc. disc. 7. num. 9. vers. verum, Palm. Nepot. allegat. 152. nu. 18., Galerat. de renunciat. lib. 4. cap. 2. nu. 32., Rota cor. Emerix Jun. dec. 581. num. 11. dec. 351. num. 10. & 11. par. 12.*, cum relatis *in Civitatis Vetulæ transactionis 28. Aprilis 1704. §. final. cor. Me.*

Hinc perpendentes prædictæ *primæ Decisiones*, & quodammodo anatomice perscrutantes, ac librantes verba superius præmissa controversum casum versari magis in limitatione, quam in regula supradicta supputarunt. In primis quippe per illa = *Omnia, & singula Jura, actiones, quæ spectant, & in* FUTURUM *spectare possunt super bonis* vigore TESTAMENTI *vel quovis Jure*, videbatur,

14. *Inclusio unius quando sit exclusio alterius.*
15. *Falsus in uno, falsus in omnibus reputatur.*
16. *Unicus actus sufficit Abbati pro conservanda ea Jurisdictione, quæ eidem aliunde competebat.*
17. *Superior cognoscere potest de delictis subditorum etiam extra ambitum propriæ Diœcesis, seu Jurisdictionis expletis.*
18. *Sacerdotes Seculares an valeant in Ecclesiis Regularium audire Confessiones citra permissionem tacitam, vel expressam Superiorum Regularium.*
19. *Delatio armorum a Sacris Canonibus est in Personis Sacerdotum prohibita.*
20. *Privilegia Privilegiis conquassantur.*
21. *Ordinariis quomodo subjiciantur Regulares exempti, & de reliquo non habentes curam animarum.*
22. *Instrumentum suffocat quamcumque extrajudicialem attestationem, veluti faciens probationem probatam.*
23. *Testibus informiter testificantibus nulla in Judicio fides adhiberi valet.*
24. *Exteri accidentaliter in aliquo loco obeuntes in Ecclesia viciniori sepeliendi sunt.*
In propria Parochia unusquisque sepeliri debet.
25. *Actus clandestini, vel ignorati alterius Jurisdictionem turbare nequeunt.*
26. *In Synodis neque etiam per viam cujuscumque decreti valent Episcopi tangere, vel officere Regularibus.*
27. *Resolutioni alicujus Congregationis ut fides adhibeatur, requiritur ejusdem Resolutionis Authenticum consistens in sigillo, & subscriptione Emi pro tempore Præfecti, ejusque Secretarii.*
28. *Observantia robur assumit ex contradictione cum subsequuta acquiescentia.*
29. *Publicatio Edicti importat unum forsan de majoribus actibus Jurisdictionalibus, qui ad effectum arguendi subjectionem expendi solent.*
30. *In Visitationibus, quæ functiones fieri soleant.*
31. *Ea, quæ respiciunt, ac denotant Jurisdictionem fieri nequaquam possunt, nisi in propria Diœcesi, ac Jurisdictione, seu Territorio.*
32. *Ad arguendam, ac stabiliendam plenam Jurisdictionem quasi Episcopalem nil magis attenditur, quam Synodi convocatio, ipsaquemet Visitatio.*
33. *Episcopi extra propriam Jurisdisdictionem nequeunt sibi arrogare, & facere hujuscemodi actus Jurisdictionales.*
34. *Carcerum retentio non permittitur nisi suffultis certa, et positiva Jurisdictione.*
35. *Alias intrat asperum delictum, et pœna consequutiva privati Carceris.*
36. *Facultas distrahendi parva prædiola Terrarum Ecclesiæ concedi potest ab Episcopo etiam sine consensu Capituli, vel Beneplaciti S. Sedis.*

DECIS. DLIX.

EX prævie iam dissertis in præcedenti Decisione diei 26. *Junii* 1711. *coram Mea §. Et sane cum pluribus seqq.* facile coruscabat Aurora exitus futuræ resolutionis, maxime dum ex parte Abbatis Cadoxæ in successiva hac repropositione aucta admodum exstiterunt in facto plura munimina roborativa, longeque superantia ea, quæ fuerunt in oppositum allata per Episcopum Ideoque nil mirum si qualibet titubatione fugata, prodiit hodie rescriptum *Sententiam Rotalem esse confirmandam, etiam quoad Cadoxam.*

Pro comperto enim Domini habuerunt, quod Casale Novum, cujus respectu minime audebant amplius Informantes pro Episcopo denegare Abbati omnimodam Jurisdictionem quasi Episcopalem esse merum membrũ Cadoxæ, & consequenter intrare ea, quæ dicebantur in præterita *Decisione* circa repugnantiam, quod ea jurisdictio quasi Episcopalis, qua vigebat in uno eodemque Superiore resideret in membro non autem in capite, contra tradita, & demonstrata in utraque decisione, nempe in illa *R. P. D. mei Falconerii* 21. *Februarii* 1710. *§. finali, & cor. me* 26. *Junii* 1711. *§. Et sane, & §. Potissime.*

Ad hunc siquidem effectum inprimis conspirabat ipsa denominatio *Casalis Novi* tamquã indicativa, sive correlativa *ad Casale Vetus, seu Pagum* ipsius *Cadoxæ* mediante trasmigratione habitatorum, qui ab eodem veteri Casali, seu Pago Cadoxæ, ab eis injuria fortasse temporum, vel alia de causa de-
1 serto transiere ad Casale Novum, ipsum enim plerumque nomen rei substantiam designat juxta illud = *Conveniunt rebus nomina sæpe suis*, ut in proposito advertit per *Text. in l. si idem Cod. de Codicill., Bartol. in l. ex Legato vers. solum dico, quod sunt diversa ff. de Legat.* 2., *Corrad. in prax. benefic. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 4. *Barbos. tract. variar. Loc.* 44. *num.* 4. *fol.* 300.

Sed, & fortius quia, & hoc palam resultabat ex Plancta, seu parva Mappa exposita in *Summario Prioris Abbatiæ Cadoxæ distributo cor. R. P. D. Falconerio num.* 2. inibi enim postquam dictum fuerat = *Intus, quod Territorium, sive Comprehensoriũ magnum prædictæ Abba-*

Abbatia S. Mariæ de Cadoxa &c. sunt sita, & posita nedum proprium Abbatiale Palatium, & Cathedralis Ecclesia Rmi Dñi Abbatis &c., quam plures Cappellæ &c. Subjungitur, sive replicatur = *adsunt etiam intus dictum Territorium, & prope juxta dictum Abbatiale Palatium Molendinum, & Barcheria, ac plura vestigia, seu fundamenta Ædificiorum antiqui CASALIS CADOXÆ, quod Casale erat dirutum dictumque Territorium, ut supra descriptum, & confinatum cohæret Oppido CASALIS NOVI, quæ insimul exstant in medio dictarum trium Diœcesum &c.* Atque idipsum denique præcisius deponebant Testes examinati in vim Commissionis Episcopi Castelli Maris, signanter autem Michael Vulcanus in ordine il 31., & Jacobus de Castro Casaletti in ordine pariter 34. per ea verba = *detto Territorio è stato, ed è di gran Comprensorio, e tutto il Territorio di S. Maria di Cadossa, E DENTRO DETTO TERRITORIO SIA' EDIFICATA LA TERRA DI CASAL NOVO dicto Summario Prioris cor. R. P. D. meo Falconerio num.* 7. Unde exquirenda non videbatur ad hanc inclusionem comprobandam alia justificatio, quam ea,
2 quæ emergebat ex præfata Platea, seu Mappa ex his, quæ habentur per *Text. in l. penult. & ibi DD. ff. finium regundor., Paris. cons.* 104. *num.* 24. *lib.* 1. *& cons.* 4. *num.* 7. *lib.* 4. *Card. de Luc. de praeminent. disc.* 50. *n.* 5. *& de judic. disc.* 24. *sub. n.* 8. *& de servitut. disc.* 29. *sub num.* 13. §. *Quinta conjectura, Rota cor. Priolo dec.* 28. *num.* 37. *& dec.* 52. *num.* 1. *par.* 8. *rec., & in dec.* 143. *num.* 12.
3 *par.* 19. necnon ex Testium depositione, ut prosequitur *Bald. in cons.* 468. *num.* 1. *lib.* 3. *Gonzalez. in cap. cum causam verb. Testes num.* 6. *de probat., Barbat. cons.* 6. *n.* 3. *&* 6. *volum.* 2., *Surd. cons.* 429. *n.* 21. *Hieronym. de Mont. de fin. regund. cap.* 52. *n.* 10. *R. P. D. Zaul. ad Statut. Favent. lib.* 3. *observ. de rubric.* 37. *num.* 18. *Sperell. dec.* 178. *n.* 92. *cum seqq.*

Planius autem quoque concludebatur hoc ab ipsa relatione, & voto prænominati Episcopi Castelli Maris prolatis usq; de anno 1565. in illis quippe firmatur, quod perspicue convincebatur ex Testibus = *Come tanto in tempo del quondam Abbate Joanne de Jesualdo, quale fu Comendatario di detta Badia di Cadossa ec. come avanti, e dopo continuatis temporibus sempre detta Badia di Cadossa, E SUOI ANNESSI*, & signanter *L' ECCLESIÆ di CASAL NUOVO non anno riconosciuto altro Superiore, nè loro Pastore, che il Commendatario di essa Badia, e Priore d' esso Monastero della Padula &c. Summ. d. cor. R. P. D. meo Falconerio n.* 8. proindeque de hac annexione, seu dependentia, & incorporatione fas proculdubio ulterius ambigere non erat, dum mox præcedentibus justificationibus juncta hæc relatio, seu votum adeo perantiquum admodum relevaret, quando etiã simplex enunciativa antiquissima in genere
4 probationis maxime foret attendenda, ex collectis per *Mascard. de probat. concl.* 621. *n.* 15. *vol.* 2., *Gratian. discept. for. cap.* 893. *num.* 3. *&* 4. *Palma Nepos alleg. jur.* 3. *n.* 18. *Garz. de Benefic. par.* 5. *cap.* 9. *nũ.* 88., *Vivian. de Jurepatr. lib.* 11. *cap.* 5. *num.* 48., *&* 49., *Rot. dec.* 735. *num.* 11. *par.* 13. *dec.* 244. *num.* 8. *par.* 16. *& dec.* 172. *num.* 27. *par.* 17. *rec.*, & alibi passim.

Agnoscebant prænominati Informantes pro Episcopo efficaciam argumenti, ideoq; procurabant hanc annexionem, dependentiam, & inclusionem *CASALIS NOVI* a suo vero capite *Casalis Veteris, seu Pagi Cadoxæ* obumbrare, sed ad oculum inutiliter; quia de facto illa solemnis inscriptio *Nullius Diœcesis*, tam in libris Datariæ, quam apud Scribentes recensita dirigebatur non ad ipsa membra, quę prætendebantur separata, disconnexa, & independentia, & in quibus E.g. in Casali Novo ad sensum Episcopi verificabatur titulus iste Nullius, sed tantummodo ad idem *Caput* Casalis Veteris, seu Abbatiæ Cadoxæ referebatur, secundum verba transcripta *in præcedenti mea decisione* §. *Potissime*. Eo igitur ipso, quod Abbatia, seu Monasterium Sanctæ Mariæ de Cadoxa nuncupabatur *Nullius Diœcesis Provinciæ Salernitana* sufficientissime demonstrabatur, quod non solum eadem Abbatia, & Monasterium Cadoxæ utique foret *Caput*, cui cum suis membris competebat totalis plenaria separatio, & exemptio a quolibet simplici E-
5 piscopo, restante sola Hierarchica suppositione Archiepiscopo, seu Metropolitano Salerni, ad *Text. in cap. noviter de Offic. Legat. ubi Hostiensis sub num.* 12. inquit, *& prodest illud notare ad hoc, quod sub nomine Provinciæ Civitas Metropolitana includatur* ibique pariter *Jo: Andreas num.* 4. ubi = *Et secundum Hostiensem valet hic notare, quod appellatione Provincia continetur Civitas Metropolitana*; Verum etiam, quod activa quasi Episcopalis Jurisdictio exsisteret penes Ab-
6 batem ejusdem Abbatiæ privative ad Episcopum, quemadmodum præseferebat iste tractatus Sanctæ Apostolicæ Sedis mediante inscriptione *Nullius* Teste *Spada cons.* 129. *num.* 8. *lib.* 2., *Rota in rec. dec.* 197. *nu.* 29. *par.* 8. *& dec.* 69. *num.* 16. *par.* 19., *& in Hispalen. Decimarum de Olivares* 30. *Januar.* 1679.

Congregatio illum cogeret, sed gemina sese statim offerebat in promptu prorsus eradicativa responsio; Altera nimirum, quod hujus particulae fides remanebat penes Auctorem, cum de illius legalitate nullum exhiberetur documentum, & tamen tractabatur de materia Synodi, in qua, nec etiam per viam cujuscumque decreti valent Episcopi
26 tangere, vel officere Regularibus, ex relatis per *Barbos. de Offic., et Potest. Episc. par. 3. allegat.* 105. *n.* 89., *Fagnan. in cap. Quid super his de Major., & Obedien. a nu.* 14. *ad* 29., *Sanchez in Praecept. Decalog. lib.*4 *cap.* 15. *n.* 21., *Peregrin. Consilt.* 2. §. 25. *n.* 67. *tom.* 3. *Suarez de legibus lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 8., *Pignattell. consult.* 76. *num.* 17. *tom.* 5. *Sperell. dec.* 88. *num.* 20., *& in Neapolitana Jurium Parochialium* 13. *Martii* 1711. §. *Atque cor. Me.*

Robustius vero, quia eum tota efficacia hujusce discursus resideret non jam in ipsa Synodo, sed in responso, seu resolutione Sacrae Congregationis, (quae tamen qualis esset nimirum, vel Sacri Concilii Tridentini vel Episcoporum, & Regularium reticebatur) hinc ad effectum eidem resolutioni adstruendi, sive adhibendi fidem, nequaquam sufficiebat praemissa, etsi legalis extitisset particula ipsius Synodi, sed requirebatur in primis ejusdem resolutionis authenticum consistens in Sigillo, & subscriptione Eminentissimi pro tempore Praefecti, ejusque Secretarii, ut millies protestatae sunt eaedem
27 Sacrae Congregationes, & signanter decrevit ex Mente Urbani VIII. die 2. Augusti 1631. Sac. Congregatio Concilii, & tradunt *Pelliz. in Manual. regul. tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 4. *num.* 108. *Ciarlin. cap.* 227. *num.* 14., & idipsum postea praecise statuit ipsemet Urbanus VIII., & Innocent. X., ut referunt *Nicolius in Lucubrat. utriusque Jur. par.* 1. *lib.* 1. *tit.* 10. §. *ultimo nu.* 76., *& in Flosculis verb. Congregatio* §. *Sed, et tu sub n.*2. *Marchett. de Vicar. par.* 1. *tit.* 7. *n.* 15. *in fin.*

Sed, & eum verba recensita in eadem particula supponant, eamdem Sacram Congregationem respondisse Vicario tunc Apostolico Caputaquen. = *Eseguisca l'Ordinazioni fatte, e proceda contro gl'Inobedienti in quanto alla Visita*, necessarium proinde insimul erat, quod doceretur de hoc Processu, de hac successiva coactione erga Inobedientes, alias diametraliter iste actus retorquebatur; Posita enim reverentia Abbatis ab initio, & subsequenti conquestione Ordinarii, ac demum acquiescientia ejusdem Ordinarii, robur magis accipiebat ipsa primordialis re-
28 luctantia omnem subjectionem excludens, ad tradita per *Bald. de Praescript. tert. par. quaest.* 4. *nu.* 37., *Rota dec.* 1027. *num.* 14. *et dec.* 1085. *num.* 6. *cor. Seraph. dec.* 2283. *nu.* 34. *cor. Cocc.*, cum ceteris *in Aquinaten. Fideicommissi* 1. *Junii* 1699. *cor. Me inter noviter Romae impressas dec.* 92. *n.* 19., & in praecisis terminis *eadem Rota in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis super bono Jure prima Junii* 1708. §. *Maxime alias n.*124. *cor. Me.*

Atque ex his omnibus sive seorsim, sive junctim ponderatis, quaeve novas hasce penitus intervertebant objectiones, firma semper magis, & inconcussa restare videbantur de per se etiam sola superiora fundamenta demonstrantia, ipsam Cadoxam non minus, immo magis, quam Casale Novum, fore Jurisdictionis quasi Episcop. Prioris Abbatis, sed quid dicendum, dum ipse Abbas, sive Prior studens, ut par erat obtemperare rescripto *Sacri Auditorii* demandanti *in die praeterita propositionis*, quod *circa Cadoxam coadiuvarentur probationes* in hodierna audiëtia plurimos actus de novo exhibuit, clarius etiam praeseferentes memoratam in ipso Jurisdictionem quasi Episcopalem, etiam quoad Cadoxam (quando ex jam animadversis unicus tantumodo actus superabundasset) oculis enim Dominorum prae ceteris fasciculum Visitationum exposuit super quas, & signanter per illam celebratam sub anno 1638. palpabatur, quod tam in illius enunciativa, sive procemio, quam in substantia ipsius actus ineluctabilis emergebat character, & signū certissimae Jurisdictionis quasi Episcopalis, cum enim sub ipso principio Edicti ad hunc effectū promulgati exprimerentur haec verba = *Praemisso Edicto nostra generalis Visitationis in Jurisdictione nostra IN ABBATIA SANCTAE MARIAE DE CADOXA EJUSDEM JURISDICTIONIS CAPUT, & in Terra Casalis Novi &c.* = Ecce quod clarior non poterat desiderari demonstratio explicativa, & amputativa controversiae, nempe quod *CAPUT* totius Jurisdictionis foret *CADOXA*, & Casale Novum simpliciter membrum subinclusum, & ecce magis, quod in substantia ipsamet publicatio Edicti importabat unum forsan de majoribus actibus Jurisdictionalibus, qui sive in
29 prophana, sive Ecclesiastica Politia soleant ad hunc effectum expendi, juxta *Textum in l. Humanum, & l. final. C. de legib. Mastrill. de Magistrat. lib.* 3. *nu.* 27. *cum. seqq.*, *Borell. de Praestant. Regul. Catholic. cap.*31. *nu.* 1. *cum seqq.*, *Cardinalis de Luca de Jurisdict. disc.* 20. *nu.* 13. *in principio, & in* §. *Admittendo, Rota dec.* 69. *nu.* 18. *par.* 19. *rec.*

Perstringentius vero examinando, quid postea ultra

ultra verba practice gestum fuerit in explenda eadem Visitatione non solum de prædicto anno 1638. Sed etiam ante, & post in aliis consimilibus Visitationibus; Præfatus quippe Prior Abbas discedens a Monasterio S. Laurentii de Padula, in quo pro commodiori habitatione, & Gubernio Monastico manere, sive residere solent Abbates *ANIMO VISITANDI* (ut per hæc verba dicebatur etiã in visitatione anni 1630.,) *NOSTRAM DIOeCESIM* iter apparebat arreptũ versus *SANCTAM MARIAM DE CADOXA*, ibique præfulgebat subinde incepta Visitatio formalis post assuetam liturgiam Cæremoniarum, & celebrationem in Pontificalibus visitando Altaria, edendoque ordinationes, & præcepta, deinceps vero) singula singulis præmissis Visitationibus referendo) descendit ad Visitationem etiam cujusdam Ecclesiæ S. Viti existentis in ipsa Terra Montis sani (quod sane id ipsum, utpote gestum in Terra aliena demonstrabat illud, quod supra fuerat indicatum in proposito prætensæ intersecationis feudorum *Spinazzi*, *& Gualdi* posse nimirũ plura membra sita quoque in diversis ditionibus ab eodem capite pendere) postremo autem reliquis omissis explebantur in Terra Casalis
30 novi consimiles assuetæ functiones, de quibus plene agunt *Fuscus de Visitat. lib. 1. cap. 5.* cum aliis late congestis per *Barbos. de Jur. Eccles. tit. 1. de visit. ab Episcop. & prælat. facien. cap. 14. n. 43. vers. 1. cum seqq., & alibi* quotidiæ.

Etne quatenus spectabat ab Abbatiam, & Ecclesiam Cadoxæ inita solum censeri posset Visitatio Materialis, & realis, exercebatur in reditu Cadoxæ quoque altera personalis, Abbati namque remeanti a præfato Casali Novo, & stanti in eodem Abbatiali Palatio Cadoxæ præstabatur obedientia ab eisdem Ecclesiasticis, & Secularibus Casalis Novi, inibi pariter Abbas ab eisdem Ecclesiasticis inquirebat illorum ascensiones ad ordines officia, & Dignitates usque per ostensionem Dimissorialium, & dispensationum respective ejusdem Abbatis, quæ utique omnia tam expressam denotantia Jurisdictionem, nequaquam fieri poterant nisi in propria Diœcesi, ac Jurisdictione, seu Territorio
31 secundum connotata per *Grat. discept. for. cap. 212. n. 25. 26. 27. 48. 49. Ciarlin. controv. for. lib. 2. cap. 220. num. 108. Card. de Luc. de jurisd. disc. 12. sub n. 17.*, & præcipue *Rota post Tondut. de pens. dec. 31. sub num. 3., & 4.* cum ceteris plena manu congestis, *in Marsic. seu Nullius Jurisdict. super bono Jure §. Hacque omnia cor. bo. me. Muto.*

Rursus in eodem Abbatiali Palatio publicabantur Ordinationes de festis observandis, indicebantur, sive indicabantur casus reservati, quodque plus est, edebantur Synodi convocationes, retenta semper illa data *DATUM CADOXÆ IN NOSTRO ABBATIALI PALATIO* E. G. *die 29. Septembris 1638.*

32 Quemadmodum vero ad arguendam, stabiliendamque plenam Jurisdictionem quasi Episcopalem nil magis attendatur, quam Sinodi convocatio, ipsaquemet Visitatio ex ponderatis penes *Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 2. disput. 2. quæst. 11. nu. 1., et 2. Campanil. divers. jur. Canon. rubr. 12. cap. 3. num. 76. Reginald. in prax. for. pœnitent. lib. 1. num. 182. Barbos. de Episc. par. 2. allegat. 25. num. 9. Rota cor. Cocc. dec. 1054. nu. 2., & cor. Dunoz. Jun. dec. 988. sub n. 4.*

Ita subsignatio, & data hujusmodi actuum in Palatio Cadoxæ manifestat eamdem qualitatem proprii, & separati Territorii, cum alias Episcopi extra propriam Jurisdictionem nequeant sibi arrogare, & facere hujusce-
33 modi actus Jurisdictionales, Teste *Card. de Luc. de jurisdict. disc. 98., & signanter n. 7. & 9., & in annot. ad Sacrum Concilium Tridentinum disc. 6. n. 1. cum seqq. Barbos. de offic., & potestat. Episcop. par. 2. allegat. 6. fere per tot. Rot. dec. 82. nu. 12. cor. sa. me. Alexandro VIII.*, & in fortiori casu *dec. 362. n. 4. cor. Emer. Jun.*

Sed præter tot Visitationes verbis, & factis univoce comprobantes Episcopalis Jurisdictionis exercitium magis forte in Cadoxa, quam in ipso Casali Novo, ulterius pariter in eadem quoque Cadoxa sive Palatio Abbatiali gesti demonstrabantur alii actus spirantes prædictam plenariam quasi Episcopalem Jurisdictionem, de quibus generice sive utriusque loci respectu etiam fuit animadversum in præterita *decis. diei 26. Junii 1711.* nempe publicationes Sententiarum factæ per Abbates prout pariter prolationes Censurarum in prædicto Abbatiali Palatio Cadoxæ, quamplures demum Carcerationes inibi expletæ, *ut in novo Summ. n. 2. 3. & 4.* addita effectiva retentione Carcerum in eo-
34 dem loco, quod sane non permittitur nisi certa, & positiva Jurisdictione suffultis, ut monet *Text. in l. fin. C. de privat. Carc. Bald. & DD. in l. imperium ff. de jurisdict. omn. judic. Card. in Clement. 2. §. Notorium de re judicat. lib. 2. vers. Consistorium num. 2.*, & plenissime *Lagunez. de fruct. par. 1. cap. 21. num. 58. cum seqq. Rota dicta dec. 69. n. 39. par. 19. Recent., & in Toletana Jurisdictionis 17. Junii 1709. §. Prabuit cor. R.mo Decano*, alias intraret asperum delictum, & conse-

35 consequutiva pœna privati Carceris, de qua *Constant. Imp. in l. unica C. de privat. Carcer. Dec. tract. Criminal. lib. 3. cap. 10. n. 1. Andreol. contr. 293. in princ. Farinacc. de Carcer. & Carcerat. quæst. 27. n. 9. Conciol. resol. 4. n. 1.*

Postremo reliquis etiam posthabitis nimirum subministratione eleemosinarum, quæ ratione siti Conventus in Territorio Cadoxæ fiunt ab Abbate PP. Cappuccinis, necnon e converso perceptione Adoæ, quoad prædictum feudum *Gualdi, & Spinazzi*, veluti pariter existens in eodem Territorio Cadoxæ, non deerat illa altera demonstratio concessionis beneplaciti, seu facultatis distrahendi quædam petiola terrarū posita in prænominato Territorio Cadoxæ ad formam ce-

36 lebris *cap. Terrulas 53. caus. 12. quæst. 2.* quod utique non nisi Episcopis etiam sine consensu Capituli, vel beneplaciti Sanctæ Sedis indulgetur, juxta tradita per *Glos. in cap. 1. in verbo commutatio de his, quæ fiunt a Prælato, Fagnan. in cap. Nulli de reb. Eccles. non alienan. nu. 24., & seqq. Calderin. cons. 7. in fin. eodem tit.* cum relatis per *Gratian. discept. 452. n. 2, & per Genuen. in prax. Cur. Archiepisc. Neapol. cap. 75. n. 3. Quaranta in Summ. Bullar. Verbo alienatio rer. Eccles. Barbos. de Offic., et potest. Episcop. allegat. 95. num. 50., et in collectan. ad d. cap. Terrulas Card. de Luc. de alienat. disc. 1. num. 105. Adden. ad dec. 444 n. 50. par. 4. tom. 2. Rec. Rot. cor. Royas dec. 444. n. 2.*

A primo igitur ad ultimum præcisive quoque ab his, quæ in præcitata prima decisione extiterunt allata pro firmanda, seu detegenda omnimoda Jurisdictione quasi Episcopali Prioris Abbatis, sive in Casali Novo sive in toto reliquo Territorio Cadoxæ, ita præcipue hodie ad normam injunctæ separatæ dubitationis unanimiter resolutum fuit.

Utraque &c.

Romana Renunciationis.

Lunæ 11. Januarii 1712.

ARGUMENTUM.

Renunciationes an, & quando, & ex quibus verbis desumatur, quod fuerint comprehensivæ omnium hereditatum ex nova causa superveniente, & de futuro renuncianti delatarum, & late, fuseque examinantur verba, quæ renunciationem etiam Juribus futuris importent. Quæ tamen verba, & clausulæ de stricta Juris censura non attenduntur quando adest mens, & voluntas renunciantis, nolle in sua renunciatione comprehendere Jura de futuro, & ex causa nova supervenientia. Affertur distinctio, quæ intercedit inter renunciationes factas a Monasterium ingressuris, & ab illis in seculo nubentibus, & quæ interpretatio circa eas capienda sit.

SUMMARIUM.

1. *Clausula* = Constito de duabus = *suspensivam appellationem importat.*
2. *Ad taxationem expensarum tunc devenitur, quando confirmatur antecedens, sive præexistens in substantia res judicata.*
3. *Signatura Justitiæ quando rescribit* Parito judicato *officit, ut exsequutioni demandari possit, ac debeat eadem res judicata a Superiore, seu Principe canonizata, & approbata.*
4. *Et si Victor exsistit in possessione vice exsequutionis hujusmodi canonizatio deservit loco confirmatæ absolutionis per rem judicatam.*
5. *Clausula* parito *operatur, ut appellans non audiatur nisi restitutis fructibus, ac refectis expensis.*
6. *A Decretis Signaturæ Justitiæ regulariter recurri nequit ad illam Gratiæ ex Constitutionibus, & reformationibus Pontificiis.*
7. *Principe declarante, sive rescribente* sine præjudicio rei Judicatæ, *non decet amplius in controversiam poni ipsa res judicata cum dubio* = An revera constet de re judicata.
8. *Principis Rescripta sunt obsequenda non disputanda.*
9. *Restitutio restitutionis non datur.*
10. *Ad effectum introspiciendi mentem renunciantis examinanda sunt verba initæ renunciationis.*
11. *Renunciatio de bonis futuris, semper intelligitur de illis bonis futuris, quæ habent causam vel de præterito, vel de præsenti, tempore factæ scilicet renunciationis, non vero subextenditur ad ea bona in futurum obventa, & quæ causam habent de futuro.*
12. *Limita si verba renunciationis sint universalia, & inclusiva etiam bonorum futurorum ex causa de futuro.*
13. *Renunciatio quando dicatur comprehendere bona, & Jura supervenientia ex causa prorsus nova, et incogitata, et ex quibus verbis id arguatur*, & num. seqq.
14. *Successio ab intestato nusquam potest evenire nisi ex causa de futuro, per obitum nempe viventium.*
15. *Renunciatio facta de quacumque successione tam ex testamento, quam ab intestato comprehendit Jura de futuro ex nova causa superveniente.*
16. *Verba* quovis Jure, quomodocumque, & qualitercumque. *apposita in renunciatione restringi nequeunt ad solum Jus præsens,* sed

sed comprehendunt quoque Jus futurum.

17. *Renunciatio Jurium*, quæ in futurum sibi competere possunt *repetita cum Dictione illa* quomodolibet *complectitur universa Jura futura, quæ possunt etiam eventualiter obtingere vel ex causa de præsenti, vel de præterito, vel de futuro.*

18. *Promissio facta de non revocando renunciationem sub quovis prætextu, & firmata cum juramento denotat, eamdem renunciationem comprehendisse Jura etiam futura, & ex causa de futuro.*

19. *Renunciatio Jus futurũ, & novum necessario comprehendit, si in alio verificari nequit.*

20. *Jus, seu causa* in re *quæ sit.*

21. *Legitima debetur descendentibus, & ascendentibus re ipsa.*

22. *Itaut Legitimarius dicatur quodammodo Dominus in vita Legitimantis.*

23. *Jus, seu causa, quæ competit* in spe, *quæ sit.*

24. *Filii, & Nepotes succedunt Parentibus ab intestato obeuntibus.*

Quinimmo Uxor respectu Viri, & Vir respectu Uxoris.

25. *Jus, seu causa, quæ competit* re *simul*, & spe *quæ pariter sit*, & num. 28.

26. *Uxori inopi debetur quarta super bonis Viri prædefuncti.*

27. *Filio, ejusque heredi debetur legitima, si filius Patri supervivat.*

29. *Renuncians ad hoc ut dicatur comprehendere voluisse Jus, quod nec re, nec spe illi competebat, requiritur, ut apponat illas expressiones nempe* ex causa nova, vel ex causa de futuro. Limit. n. 31., & seq.

30. *Intellige, quod non sufficiat sola illa expressio* ex causa de futuro, *& quare.*

31. *Declara, hasce clausulas non esse necessarias, si aliunde ex toto scilicet contextu renunciationis eruatur prægnantia, & amplitudo verborum, quæ comprehendant Jus futurum, & novum.*

32. *Maxime si adsint in renunciatione verba* = alio quovis Jure, & titulo etiam, & causa, & Testamento =

33. *Item dictio* quomodolibet *cum expressione* Testamenti; *Sed* contra a n. 50. ad seq.

34. *Jus in spe de præsenti in futurum quando sit probabile, & quando improbabile, & quando illi dicatur renunciatum.*

35. *Renuncians potest etiam ex intervallo declarare propriam intentionem a se habitam in renunciatione.*

36. *Renunciatario non potest præjudicari per testamentum superveniens, quando is de cujus hereditate agitur fuit præsens renunciationi hereditatum futurarum tam ex testamentis factis, quam in futurum faciendis.*

37. *Species renunciationum, quæ de Jure veteri fiebant.*

38. *Verba quem capere debeant intellectum secundum variam prolationem Hominum.*

39. *Verba renunciationis tantum capere debent, quantum comprehendunt, & sumenda est interpretatio, quæ quanto magis fieri potest præjudicet renuncianti*, & num. 41.

40. *Verbum* Quando *est temporis designativum*

41. *Verba renunciationis a Puella teneræ ætatis emissa stricte sunt interpretanda.*

42. *Quid dicendum esset si prolata fuerint a Viro maturo.*

43. *Mulier, seu Vir ad Connubium properans non pacta, non dotales conventiones, sed ipsam adamatæ Sponsæ pulchritudinem tantum cogitat.*

44. *Renunciatio emissa a Personis Monasterium ingressuris regulariter dicitur abdicativa, realis, & sempiterna.*

45. *Secus dicendum est de renunciatione emissa a nubente in Seculo.*

46. *Declarare renuncians, sive cedens potest se velle in futurum acquirere, quidquid obvenire sibi contingat non jam pro se, sed ad finem trahendi acquisitum suo cessionario, sive renunciatario.*

47. *Servus quidquid acquirit Domino acquirit.*

48. *Quidquid acquirit Monachus acquirit Monasterio.*

49. *Casus prorsus incogitatus, nec ullo modo imaginabilis semper in renunciationibus excipitur a quacumque verborum generalitate, & phrasi Notariorum.*

50. *Ad dignoscendum quid fuerit in renunciatione comprehensum attendi debet verisimilis mens renunciantis.*

51. *Declaratur opinio* Bartol. in l. 1. num. 4., Cod. de pactis; & num. seqq.

52. *Legitima an dicatur habere Jus in re, sive in spe.*

53. *Pactum* de non petendo *an restringatur ad taxativam personalitatem illius, cum quo fuit initum pactum de non petendo.*

54. *Verba renunciationis quando sufficiat, ut sint aliquo modo verificabilia in statu præsenti, vel de præterito.*

55. *Renunciationes, quæ fiunt a nubentibus in Seculo sunt correspectiva ad dotem, & dos censetur pretium renunciationis.*

56. *Pretium semper debet esse certum, & correspondens actui, qui exaratur, non vero incertum.*

57. *Uxor vigore* Auth. Præterea Cod. Und. Vir, & Uxor *succedit in quarta parte bonorum sui Viri.*

58. *Multiplicatio actuum inutilium in Viris lucubratis, & Maturis non præsumitur.*

59. Casu-

59. *Cautela affectata semper praejudicat.*
60. *Renunciatio non extenditur ad non cogitata, nec praesumitur aliquem renunciare voluisse id, quod non dixit.*
61. *Declaratio nil de novo importare debet, sed explanare simpliciter verba aequivoca, et declarationis capacia.*
62. *In contractibus Minorum, et Mulierum interesse debent proximiores, qui eorum Personas integrentur.*

DECIS. DLX.

NEque Viventium, neque occumbentium, quae vocantur, vel inter vivos, vel supremae voluntates, atque dispositiones alio modo possunt, quam per nutus, signa, vel verba pandi, & explicari, sed verba ceteroquin efficaciora, & regulariter magis univoca; ut plurimum, vel ab ipsis Partibus, vel ope Notariorum adhibita, & expressa in contractibus, Judiciis, vel novissimis elogiis, sunt adeo quandoque per humanam infelicitatem reddita subobscura, ut non solum ob id quotidianae insurgant Civiles dissensiones, & jurgia inter easdem Partes, sed, & inter ipsos quandoque Judices, & Tribunalia non modicae audiantur, & emergant opinionum dissonantiae super una, eademque controversia, quemadmodum accidit in praesenti,diuque etiam in ultimo spiritu agitata contentione, in qua una quidem extra *Tribunal* prodiit ab initio sententia, sive Decretum favore fratrum de Inghiramis, successive quoque confirmatum *in S.Audit.* praeviis duabus *Decis.cor.RmoD. meo Molines Decano*;Altera nimirū sub die *8. Junii* 1705.,& altera sub die 10. *Maji* 1706.

Ast deinceps, suffragantibus semper omnibus *Dominis* perpetuo triumphavit Joannes Vajus citra ullam intermediam Judicatorum in minimo discrepantiam, & haec usque dum ascenderunt ad numerum quatuor, videlicet primo coram *R. P. D meo Scotto* tribus illic *decisionibus* praecedentibus, nempe 23. *Januarii et* 15. *Junii anni* 1708. *et* 6. *Maji* 1709., *secundo cor. R. P. D. meo Crispo* in vim pariter praeambulae *dec.edita sub die* 20. *Martii* 1710. postea que tertio *cor. R. P. D. meo Priolo* in sequelam alterius Decisionis *diei* 10.*Decemb. ejusd.anni* 1710., & demum quarto *cor. R. P. D. meo Aldrovando* expedita sub *die* 3. *Augusti* 1711. Causa ad normam ejus *dec.* antea, ut moris est, publicatae sub *die* 26. *Junii ejusdem anni*.

Plures idcirco interim adversus ista posteriora judicata adivere, ut opus erat, pro obtinenda toties quoties opportuna Commissione praedicti Fratres Signaturam Justitiae, & ibi varia juxta stylum illius Tribunalis Principem repraesentantis, & gradatim in sua formula procedentis rescripta emanarunt, & signanter post Judicatum *Reverendi P. D. mei Crispi*; Tunc enim *Signatura* rescripsit *consito de duabus*, quae suspensivam Commissionem importat, prout etiam altera importasset *consito de tribus*, nisi

1 vigore Statuti Urbis duae solae Sententiae habuissent vim trium, sicuti de hisce Clausulis tractantes animadvertūt *Mart. de clausul. par.* 1. *claus.* 19. *nu.* 12., *Staphil. de litter. grat. et Just. par.* 2. *vers. Citatio personalis*, *Barbos. de Clausul. usufreq. claus.* 28. *n.*2.,*et* 4.,*Modern. Aseul. ad Stat. Urb.annot.* 52.*art.*1. *n.*172.,*Card.de Luc. de Judic. disc.* 36.*n.*54., *Rota dec.*8.*nu.*2. *et* 3.*par.*19. *rec.*

Prodeunte vero coram *R. P. D. meo Priolo* ad normam praecedentis rescripti ulteriori delegato confirmativa, & respective affirmativa resolutione,nempe *constare de duabus* scilicet memoratis duabus praecedentibus Sententiis validis, & justis, idem *R. P.D. meus*

2 *Priolus*loco alterius expeditionis devenit ad taxationem expensarum, sicuti practicatur, quando confirmatur antecedens sive perexsistens in substantia res Judicata, ut notavimus post *Scacc. de appellat. quaest.* 3. *num.* 54., *Rub. in singular. par.* 2. *circa stylum, et observantiam Rotae* §. 1., *Adden. ad Pamphil. dec.* 194. *n.* 10., *Rota cor. Mantic. dec.* 315. *num.* 5.,*et in dec.* 46. *de sententia, et re Judicata in antiquis in addit. ad dec.* 1. *num.*6., *et* 7. *inter novissime in Urbe impress. cor. me.*

Quamobrem in hoc statu noviter iisdem fratribus recurrentibus ad *Signaturam*, illa rescripsit *sine prejudicio rei judicatae*, quae praeter novam potestatem rursus deveniendi ad aliam taxationem expensarum, donec, & quousque praedictum *Tribunal* Comissionem signet cum altera Clausula *parito Judicato*,

3 efficit tamen,ut exequutioni demandari possit, & debeat eadem res judicata jam a Superiore, seu Principe canonizata,& approbata, sicuti pariter connotarunt *Capucc. de Judic. par.* 3. *cap.* 6. *art.*6.*n.*104. *cum seqq. tom.* 1.,*Lancellott. de attent. appell. pendent. par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 11. *nu.*1. *cum. pluribus seqq. Mandos. de inhib. quaest.* 106. *post med. vers. idem,et sic contra n.* 2., *Gratian. discept. for.* 349. *n.* ... *et in meis annot. ad dec.*81. *n.* 5. *inter impressas in Urbe cor. Me.*& dictum fuit *in Romana Dotis de Salviat.* 22. *Jan.* 1703. §. *Neque contrarium pariter cor. me.* Licet ubi Victor exsistat in possessione vice exse-

4 quutionis, quae tunc contra se ipsum fieri non valet, hujusmodi canonizatio deserviat loco confirmatae absolutionis per rem judicatam

catam, ad tradita post *Aretin. in l. 35. in fin. ff. de Acquir. poss. per Scacciam de appellat. quæst. 17. limit. 6. membr. 9. num. 70., et limit. 21. nu. 37., Asin. in prax. §. 32. cap. 2. limit. 22. fol. mihi 214.*

Cumque successive idipsum fuerit pronunciatum coram *Reverendo P. D. meo Aldrovando* Signatura, cui etiam (ut quandoque moris est) negotii cognitionem *Reverendissimus Sanctissimi Auditor* remiserat, tandem usa est prænominata Clausula *parito judicato, & amplius*, quæ quamvis relinquat facultatem prosequendi causam in finali devolutivo, donec rescribatur *nihil*, attamen præcise injungit, ut Judex efficiat, refundere succūbenti omnes, singulasque expensas, & ut ajunt, usque ad obulum, & omnes pariter in suis casibus fructus, alias novus Judex, sive Delegatus futurus in prædicto finali devolutivo

5 careret Jurisdictione sibi interim adepta vigore illius ablativi absoluti *Parito*, per ea, quæ subnectunt *Staphil. de litter. grat., et just. cap. quando petitur num. 8., et 9. Mart. de Clausul. claus. 82. Capuc. in prax. Judic. t. 1. p. 3. cap. 10. num. 75., Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 87. n. 1. 2. et 3., Modern. Ascul. ad Statut. Urb. annot. 6. art. 2. num. 166. tom. 1. Rot. in Compostellana Parochialis impress. apud Marthesan. de commiss. par. 1. §. 2. pag. mihi 427. num. 1., et in rec. dec. 121. n. 1. par. 4. tom. 2. dec. 412. nu. 1. par. 19.* cum aliis relatis in *Romana, seu Sabinen. Manutentionis 30. Martii 1699. dec. 81. nu. 1. inter novissimas in Urbe impressas cor. me.*

In hoc igitur statu perperam, sive inutiliter denuo recurrentibus fratribus ad eumdem *Reverendissimum Sanctissimi Auditorem*, ipse mature examinata, & præcognita Justitia tot Judicatorum Rotalium, solide denegavit accessum ad alteram Signaturam, quæ Gra-

6 tiæ nuncupatur, & ad quam regulariter etiam a Decretis Signaturæ Justitiæ recurri posse denegant Constitutiones, & reformationes Pontificiæ, & signanter *Pauli V. relat. per Card. de Luc. in addit. ad discurs. 30. in relatis Rom. Curiæ num. 30*, Quamobrem ego, cui, cessantibus tandem hujusmodi extraordinariis recursibus ultimæ reliquiæ in ipso devolutivo extiterant remissæ, Anceps eram de modo efformandi dubium super nova Propositione facienda. Illud namque utrum *constaret de re judicata* longe

7 prius erat incongruum: Principe enim jam declarante, seu rescribente *sine præjudicio rei judicatæ*, non potest, sive non decet amplius poni in controversiam ipsa res judicata per eum canonizata cum prædicto dubio, an *revera constet de re judicata*. Princi-

8 pis enim rescripta sunt obsequenda, non disputanda, ut inquit Imperator in *l. disputare C. de crimin. sacrileg., Bald. in prælud. feud. num. 6., et in l. Impetrata C. sentent. rescind. non poss. Dec. consil. 588. num. 2., Menoch. consil. 495. nu. 29. lib. 5., Gratian. discep. for. 724. n. 8., Rot. decis. 362. n. 17. par. 1., & decis. 199. num. 14. par. 18. tom. 1. rec.*

Potuisset forsan facilius hujusmodi dubium cōcipi sub alia aptiori formula *utrum constaret de causis restitutionis in integrum*, per quā juxta præmissa jam supponitur, præcessisse, & approbatam fuisse rem judicatam ad finem postea inquirendi, utrum introspecta ulla injustitia posset succurri fratribus antea per ipsā rem judicatam devictis, mediante ope prædictæ restitutionis in integrum, ex rationibus late enucleatis in illa *Rom. Dotis de Salviatis 22. Jan. 1703. §. Promovebant cū pluribus seq. cor. me*, ubi signanter afferebantur exempla antecedentia *Tribunalis* in una *Forolivien. Dotis cor. Bourlemont*, & in altera, *Romana Domus 2. Decembris 1699. cor. Jacometto*, & præseferebat attestatio Collegii Patronorum Sac. Palatii Apostolici *sub tit. 26. ac rubric. notit. Rota Romana*, & de facto in illa *Romana Dotis de Salviatis* eadem *Signatura* mutavit rescriptum, loco enim dicendi *sine præjudicio duarum*, rescripsit *consilio de duabus*, unde ad ejus normam fuit etiam *a Me* secunda vice in illa causa repropositum tale dubium *an constaret de causis &c.* ut liquet *in secunda decis. diei 26. Novembris 1708. pariter cor. me.*

Verum in præsenti omnia hæc reddebantur incongrua, dum jam coram *R. P. D. meo Aldrovando* sequuta canonizatione primæ rei judicatæ coram *R. P. D. meo Priolo* fuerat simpliciter denegata restitutio in integrum, & de facto post hoc postremum judicatū *Signatura* minime respondit *de causis restitutionis &c.* sed *Parito*, non enim datur resti-

9 tutio restitutionis, ut recte monet *Text. in l. in una C. si sap. in integr. rest. postul., Cald. in l. si Curatorem versic. implorand. nu. 36. C. de in integr. rest., Rota cor. Puteo dec. 79. lib. 3., & in Cortonen., seu Perusina fideicommissi 17. Novembris 1703. §. Alterius, & in Rom. Dotis de Salviatis 22. Januarii 1703. §. Occasio cor. me.*

Quocirca restante solo examine in puro devolutivo, sequendo morem *Sac. Auditorii*, & ea quæ dicebantur *in prædicta dec. 22. Januarii 1703. §. Promovebant cor. me* dedi dubium bipartitum, sive complicatum, *an Decretum Rotale* (nempe novissimum *R. P. D. mei Aldrovandi*) *foret confirmandum, sive potius renunciatio comprehenderet casum, de*

quo

quo agebatur, ut ita dubii amplitudo uberius complecteretur omnem substantiam ejusdẽ disputationis in prædicto devolutivo, atque huic revera *Dñi* respondentes rescripserunt *Decretum Rotale esse confirmandum & renunciationẽ non comprehendere casũ, deq̃uo agitur.*

Reassumendo etenim in specie ea, quæ fuerant etiam in præteritis *decisionibus* enarrata, & conflictata, casus erat, quod Margharita Inghiramia, occasione Matrimonii contracti sub anno 1652. cum Jo. de Vaiis jam sibi constituta dote ℣ 6500. per ejus Patrem tunc Almæ Urbis Senatorem suis germ. fratr. renunciavit (sunt vrba præcisa) *Omnia, & singula Bona avita paterna, materna, fraterna, sororia, transversalia, & alia quacumque etiam extranea, ad ipsam etiam ratione supplementi legitimæ, et Trebellianicæ, aut alias quomodolibet, et alio quovis Jure, et titulo etiam ex causa successionis tam ex Testamento, quam ab intestato, et alio quovis modo nunc, & pro tempore spectantia, & pertinentia, & quæ in futurum spectabunt, & pertinebunt etiamsi speciali nota digna essent, ac etiã omnia, et singula Jura super dictis bonis quomodolibet, quomodocumque, et qualitercumque spectantia, et pertinentia, et quæ in futurum quomodolibet spectare, et competere possent cujusvis qualitatis, quãtitatis, et speciei* = Cumq; casus evenisset, quod Cosmus Panthera illius quidem Consanguineus, sed in quinto gradu de Jure civili constitutus, & conjunctus Margharitæ eam reliquerit post 50. ferme annos heredem, hinc exorta statim est dubitatio, & respective contentio, utrum hæc Cosmi hereditas ita obventa Margharitæ renuncianti, caderet sub prænominata renunciatione, cumq; præ cæteris pro similiũ controversionum diremptione particulariter examinanda sint verba initæ renunciatio-
10 onis, ad effectum introspiciendi voluntatem ipsius renunciantis, uti monet post *Riminald. cons. 19. lib. 31. n. 1. Ruin. cons. 116. n. 10. lib. 5., Decius cons. 306. col. 1. n. 2. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 5. n. 2., Amadeus de renunc. cap. 50. num. 24. cum pluribus seqq. tom. 2. Rota cor. Emer. dec. 841. num. 14., et in rec. dec. 249., nu. 2, et 3. par. 17.*

Reputatum ab initio extitit *ab A. C.* & deinceps bina vice, non tamẽ sine magna suffragiorum scissura *cor. Rm. P. D. Molines Decano, ut in ejus geminis decisionibus* una 8. *Junii* 1705., & altera 25. *ejusdem mensis anni subsequentis*, quod præmissa verba forẽt idonea ad hunc quoque casum comprehendendum, licet enim hujusmodi hereditas proveniret ex penitus voluntaria, & inopinata causa de futuro per Testamentum Cosmi instituentis Margharitam, & regula proinde sit, quod expressiones futura bona concernentes semper intelligantur de illis quidem bonis futuris, quæ tamen habent causam,
11 vel de præterito, vel de præsenti tempore, factæ scilicet renunciationis, nusquam vero subextendantur ad illa bona in futurum obventa renuncianti, quæ habent causam omnino de futuro, & penitus accidentali, & contingenti, secundum *Bartol. doctrin. in l. qui Romæ 122. §. Duo Fratres num. 19. ff. de verbor. obligat. ibique Jason. num. 69., & in l. quod Servius nu. 4. ff. de condit. caus. dat. et in l. qui cum Tutoribus 9. in princip. num.* 1. ubi etiam *Jason. num. 2. et 3. ff. de transact. Alexand. cons. 21. num. 4. lib. 5., Surd. cons. 15. num. 28., & cons. 267. nu. 5. & 36., Menoch. cons. 27. num. 47., Corbul. de Jur. emphit. tit. de caus. privat. ob renunciat. a n. 18. usque ad 26., Cyriac contr. 292. nu. 8., Joseph de Rosa consult. 7. num. 69., Franch. dec. 181. nu. 4., Boer. dec. 147. nu. 13., Rota in rec. decis. 653. num. 12., & in Ariminen. Fideicommissi Bandi, & Æneæ de Bandis 11. Martii 1699. §. Sed quatenus cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore* cum aliis relatis *in decisione super hac eadem Causa* 8. *Junii* 1705. *§. Nec quoad primam cor. Rmo D. meo Molines Decano.*

Nihilominus cum recepta nõ minus apud Scribentes, & subsellia judicantium appareret limitatio, quoties verba adhibita in renunciationibus adeo convincantur prægnantia, & universalia, ut sint apta, & inclusiva, & de
12 eorum significatione habilia comprehendere etiam jura, & bona futura ex causa pariter de futuro, tunc talia bona, talia Jura adhuc sub prædicta forma effrenata renunciandi comprehendantur, quemadmodum declarant, *Surd. consil. 267. num. 6. & 31. Panzirol. cons. 62. nu. 8, Menoch cons. 491. num. 119. Episc. Rocc. disput. Jur. cap. 55. num. 18. in fine, Cardin. de Luc. de renunc. disc. 7. num. 9. vers. verum, Palm. Nepot. allegat. 152. nu. 18., Galerat. de renunciat. lib. 4. cap. 2. nu. 32., Rota cor. Emerix Jun. dec. 581. num. 11. dec. 351. num. 10. & 11. par. 12.,* cum relatis *in Civitatis Vetulæ transactionis 28. Aprilis 1704. §. final. cor. Me.*

Hinc perpendentes prædictæ *primæ Decisiones*, & quodammodo anatomice perscrutantes, ac librantes verba superius præmissa controversum casum versari magis in limitatione, quam in regula supradicta supputarunt. In primis quippe per illa = *Omnia, & singula Jura, actiones, quæ spectant, & in* FUTURUM *spectare possunt super bonis* vigore TESTAMENTI *vel quovis Jure*, videbatur,

batur, profectò renuncians cogitare plusquã valuisse de jure sibi superventuro etiam ex
13 nova causa Tastamenti postmodũ exarati,& prorsus de novo supervenientis,& incogitati sicuti reflectendo ad similem loquutionem connotabant *Bald. in l. tres Fratres in 4. not. ff. de pact. & in l. sub prætextu specierum C. de transact. num.* 1. *&* 2., *Alexand. conf.* 42. *num.* 8. *lib.* 1., *& consil.* 11. *num.* 12. *lib.* 2. *Cravett. conf.* 638. *nu.* 14. *Actolin. resolut.* 113. *nu.* 14. *&* 15., *Conciol. allegat.* 31. *n.* 34., *Galerat. de renunciat. centur.* 1. *renunc.* 17. *num.* 36., *Rot. dec.* 714. *nn.* 3. *par.* 2. *rec. & in* 1. *dec. hujus Causæ* 8. *Junii* 1705. §. *Quæ sane cor. Rmo Molines Decano*, & maxime adjunctis illis aliis verbis in ordine ad radicem bonorum nimirum *Avita Paterna &c.*,& postmodum,*& alia quæcumque,etiam extranea*, quæ hereditatem futuram, vel possibilem ex causa de futuro, & inopinato videbantur includere etiam quatenus opus fuisset magis augmentative, sive magis comprehensive, & explicative, per ea, quæ subdunt *Menoch. conf.* 335. *nu.* 18., *& seqq. Altograd. conf.* 66. *num.* 9. *cum tribus seqq. lib.* 1. *Palm. Nep. alleg.* 153. *nu.* 92., *Mans. consult.* 400. *num.* 124. *tom.* 5., *Rota decis.* 714. *num.* 5. *vers. ponderando par.* 2. *& dec.* 653. *n.* 9. *par.* 10. *& in supradicta decis.* 8. *Junii* 1705. §. *Secundo dignoscebatur coram Rmo D. Molines Decano.*

Fortius quia prænotata verba fulciebãtur, sive communicabantur illis aliis, *& alio quovis Jure, & titulo etiam ex causa successionis tã ex Testamento, quam ab intestato* ista etenim magis evidentẽ præseferebant intellectum, quod fuerit comprehensa, & cogitata non solum causa de præterito, & de præsenti, sed etiam de futuro ex ea præsertim ratione, quod successio ab intestato nusquam potest evenire, nisi ex causa de futuro per obitum nempe, & post obitum semper incertum eo
14 tempore, vel etiam postea viventium, ad tradita per *Rotam coram Cerro decis.* 556. *num.* 6. quibus in proposito renunciationis factæ de quacumque successione tam ex Testamento,quam ab intestato ad finem com-
15 prehendendi Jura de futuro ex nova causa superveniente, adjiciebantur *Martha conf.* 25. *num.* 34. *& seqq. Altograd. conf.* 66. *nu.* 7. *lib.* 1. *Mandel. Alba conf.* 11. *num.* 17. *vers. & quod contrahentes Gratian. discept. for. cap* 568. *nu.* 27., *Rota dec.* 581. *nu.* 11. *cor. Emerix Jun. dec.* 314. *num.* 2. *par.* 12. *rec.*, *& in Hortana Successionis* 27. *Novembris* 1705. §. *Universalitatem*, *&* §. *Rursus cor. Rmo Omanna Episcopo Giennen.*

Potissime, quia prædicta verba *etiam ex causa successionis tam ex Testamento, quam ab intestato*, immediate coronabantur verbis adeo prægnantibus,ut nimis ad tollendum omnem scrupulum demonstrarent, renunciantem cõprehendere intellexisse omne Jus, sive foret quæsitum, & radicatum de præterito, sive in expectatione, aut præsens, sive futurum, & accidẽtale,habensque proinde causam etiam
16 de futuro, sicuti in specie verborum *quovis Jure,quomodocumque, & qualitercumq;* quæ sine nimia impropriecate verificari, & restringi non poterant ad solum Jus præsens, vel præteritum, concludere videntur allati per *Rotam cor. Buratt. dec.* 310. *sub nu.* 5. *vers. quæro, et n.* 8. ibique *Adden. n.* 9. *dec.* 141. *num.* 3. *par.* 5. *rec.* repetit. apud *Gilian. ad Stat. Perusia dec.* 95. *et in Romana, seu Reatina Fideicommissi* 2. *Decembris* 1697. §. *Et demum cor. Emo della Tremoille*, cum ceteris quamplurimis adnotatis in supradicta 2. *dec. hujus Causæ* 25. *Junii* 1706. §. *Decisio Jauuen. circa fin. cor. Rmo Molines Decano.*

Ac denique palpabilius introspecta illa magis ostensiva expressione *Jurium, quæ in futurum sibi competere possunt*, repetita ulterius inibi illa dictione *quomodolibet*, cum nemo non videat, quod illud, quod quis habere potest in futurum æque verificatur, æque complectitur universa Jura futura, quæ possunt etiam eventualiter obtingere, vel ex
17 causa de præsenti, vel de præterito, vel de futuro, prout specialiter hanc verborum amplitudinem considerantes affirmarunt *Altograd. conf.* 8. *num.* 18. *lib.* 2., *Galerat. de renunciat. centur.* 1. *renunc.* 17. *nn.* 36., *Actolin. resol.* 113. *nu.* 14. *vers. & quod Tondut. resolut. civil.* 200. *nu.* 7. *par.* 2., *Peregrin. de fideicomm. art.* 52. *sub num.* 32., *Rota cor. Buratt. dec.* 226. *num.* 7. *et dec.* 310. *nn.* 8. *ibique Adden. litt. I. coram Emer. Jun. dec.* 581. *num.* 11., *et in rec dec.* 141. *nu.* 6. *par.* 5. *dec.* 653. *nu.* 4., *et* 5. *par.* 19. *rec. tom.* 2. eum aliis allatis in proxime allegata *decis. Hortana Successionis* 27. *Novembris* 1705. §. *Ulterius cor. Rmo Omanna Episc. Giennen.*

Conspirantibus in idem in quamdam uberiorem abundantiam geminis circumstantiis, altera resultãte ex progressu,& prosequutione verborum emissæ renunciationis, & altera impossibilitatis, quod eadem effrenatissima verba possent verificari de dispositionibus, vel jam tunc ad effectum perductis, vel saltem editis, circa namque verba, supra præmissis adstipulabatur jurata promissio renunciantis de non revocando factam renunciationem *sub quovis prætextu, causa, ingenio, vel quæsito colore, etiam sub prætextu inopiæ, & paupertatis supervenientia*

tia filiorum ingratitudinis, *enormis*, *& enormissima lesionis &c.* ex quibus sane universalissimis verbis, & penitus indefinita forma loquendi, & promissione de nusquam revocãdo renunciationem jam factam, mediante etiam solemni juramento, nemo non
18 poterat satis dignoscere, quod nihil amplius intendebat acquirere pro se ipsa, satisque reputaverat favore renunciatariorum plene comprehendisse omnia jura etiam futura, & ex causa de futuro per ea, quæ recte in proposito subdebat dictus *Altogradus dict. cons.* 8. *num.* 20. *lib.* 2. *et cons.* 66. *nu.* 21. *lib.* 1. *Becc. consil.* 175. *sub num.* 15. *vers. accedit*, *Rovit. consil.* 42. *nu.* 13. *lib.* 1. *Camarat. respons.* 2. *art.* 2. *num.* 60., *et* 76. *Rocc. disput. Jur. cap.* 55. *num.* 8. *versic. signanter Capyc. Latr. consult.* 77. *num.* 33. *Rota in Rec. dec.* 141. *num.* 4. *par.* 5.

Quo vero ad alteram circumstantiam impossibilitatis verificandi in alio tantam verborum amplitudinem, animadvertebatur in facto, quod de Consanguineis ex trãsverso renuncianti attinentibus neque de tempore initæ renunciationis reperiebantur exaratæ dispositiones, nedum ad effectum perductæ, unde concludendum omnino videbatur, & inferendum, quod hujusmodi, quæ tunc fiebat renunciatio comprehenderet jura futura etiam ex causa futura, & de novo supervenienti, alias, & quis non videt, quod respectu eorumdem transversalium tunc viventium, & in ipsa renunciatione expresse nominatorum renunciatio prædicta remansisset inutilis, & elusoria, nisi fuisset amplexata etiam dispositiones, ac Testamenta fortui-
19 to in futurum exaranda ad ejus favorem a prædictis transversalibus sibi conjunctis, & actu viventibus, & inter quos signanter numerabatur ipsemet Cosinus Panthera? quemadmodum in similibus observavit *Altograd. consil.* 66. *num.* 19. *et* 20. *Bero consil.* 130. *num.* 24. *Menoch. cons.* 87. *num.* 21. *et seqq. et cons.* 335. *num.* 40. *Peregrin. de fideicommiss.. artic.* 52. *num.* 32., *Gratian. discept. forens. cap.* 568. *num.* 29. *Gallerat. de renunciat. centur.* 1. *renunciat.* 17. *num.* 38. *Rot. cor. Buratt. dec.* 310. *num.* 8. *cor. Cerro dec.* 556. *num.* 6., *et in rec. dec.* 714. *nu.* 1. *versic. et nullum par.* 2. *dec.* 653. *nu.* 6. *par.* 19. *rec. et in Anconitana Primogenitura* 18. *Junii* 1685. §. *Illius cor. bo. me. Bencincasa*.

Absque eo quod proinde in oppositum obesse censerent prædictæ primæ *decisiones* editæ ab initio favore Fratrum de Inghiramis eas distinctiones Scribentium, eas auctoritates, ea ratiocinia, quæ a difensoribus Joañis promovebantur, & præcipue circa magnam differentiã, quæ per Doctores fiebat in ordine ad causam de futuro, & casus subinde ponderabiles in proposito renunciationis, nimirum, quod aliæ causæ versentur in his, quæ competunt solum *Re*; aliæ quæ valent com-
20 petere solum *Spe*, aliæ pariter quæ *Re* insimul, & *Spe*, aliæ demum, quæ non valent competere, neque spectare, sive in *Re*, sive in *Spe*. *Re* siquidem sunt Ex. Gr. illæ successiones, quæ competunt de jure secundum sanguinem ab intestato per præfinitionem juris in abstracto, ut in *l. maximum vitium C. de liber. prater.* vel etiam per eamdem legis determinationem in casu testati, & contra ipsũ Testamentum, ut est legittima, quæ descen-
21 dentibus, & ascendentibus invitis etiam a contrario respective ascendentibus, & descendentibus re ipsa, & necessario debetur, per *Textum in l. quoniam. la* 3. *C. de inoffic. Testam. et in* §. 1. *ad fin. auth. de hered. et falcid. Cagnol. in l. Papinianus* §. *quarta nu.* 5. *ff. eod*, *Merlin. de legit. lib* 5. *tit.* 1. *quæst.* 6. *nu.* 9. Itaut censeatur legitimarius quo-
22 dammodo Dominus in vita legitimam dare debentis, juxta dispositionem *Textus in l. in suis ff. de liber. et posthum.* cum aliis relatis *in Romana Legitima* 9. *Junii* 1698. *dec.* 49. *num.* 17. *inter noviter Roma impressas coram Me*.

Causæ vero, quæ non competunt *Re* ipsa, sed solum in *Spe*, ex radice tamen de præterito sunt illæ successiones, quæ tam ex Testamento, quam ab intestato probabiliter sperari possunt ab iis, qui sunt in gradu successibili, vel adstricti necessitudine amicitiæ quoad hereditates Parentum, & Con-
23 sanguineorum, ac etiam Amicorum. Nihil enim magis probabile est, quam, quod Parentes ultra quotam legitimæ, ut præmisimus, *Re* ipsa ulterius competentem, instituãt heredes filios, & Nepotes, vel quod eis ab intestato obeuntibus, forte succedant pariter filii, & Nepotes, immo & ipsa Uxor re-
24 spectu Viri, & Vir respectu conjugis, de quorum omnium successionibus apertæ sunt sanctiones jurium, seu legum, ut in *Pandect. lib.* 28. *tit.* 2. *de liber. et posthum. tit.* 3. *de injust. rupt. et irrit. Testam. et lib.* 37. *tit.* 5. *de legat. prastan. contra Tabulas, et lib.* 38. *tit.* 6. *si Tabula Testamenti nulla etc. tit.* 7. *unde liberi etc. tit.* 8. *unde legitimi, tit.* 9. *unde cognati tit.* 10. *de successor. edict. tit.* 12. *Unde Vir, et Uxor, tit.* 17. *de suis, et legit. hered. tit.* 18. *ad Senat. consult. Tertull. et Orfician. et in C. Justin. lib.* 6. *tit.* 18. *Unde Vir., et uxor. tit.* 24. *de hered. instit. tit.* 28. *de liber. prater. tit.* 29. *de posth. hered. instit. tit.* 52. *de iis, qui ante apertas tabulas tit.* 54. *de suis et le-*

et legit. hered. tit. 57. de legit. hered. tit. 58. com. de success. tit. 59. de bon. mater. & mater. gener. et in autent. collat. 8. tit. 12. de consang. u. & uter. fratr. tit. 13. ut liceat Matri & Aviæ, & collat. 9. tit. 1. de hered. ab intest. &c. & tit. 7. ut fratr. filii succedant, & in instit. Imp. lib. 3. tit. 1. 2. 3. 4. cum aliis frustra transcribendis.

In classem vero causarum, quæ competunt *Re*
25 tantum, & *Spe* primario recurrit eadem legitima, quæ licet necessario, ut diximus, debeatur, ut etiam, *ex. gr.* quarta Uxori
26 inopi, de qua in prædicta *authent. Præterea C. unde Vir & Uxor*, nihilominus æque principaliter fundatur in sperata, & verisimili contingentia, cum pendeant a supraviven-
27 tia, alias nec etiam filio, aliive descendenti, sive ejus heredibus legitima ipsa debita est, ex traditis post *Text. in l. 1. §. si impuberi ff. de collat. bonor. gloss. in l. 1. verbo actionis in fine ibique Castrens. Salicet. C. de inoffic. dot. per Becc. conf. 68. num. 2. Gratian. discept. for. 950. num. 6. Merl. de legit. lib. 5. tit. 3. quæst. 1. per tot. Franc. dec. 170. num 1. & 2. Paul. Christin. dec. Belgic. 182. n. 5. lib. 5.*

Nec *Re* denique, nec *Spe* præexsistunt illæ causæ, quæ versantur extra lineam rerum cogitabilium, in quibus profecto nulla adest fundata spes, multove minus aliquod Jus ad il-
28 lud lucrum, ad illud emolumentum, ad illa Bona consequenda, prout sunt successiones testatæ, sive consanguineorum, sive Collateralium, sive etiam Extraneorum tanquam a libito hominis pure pendentes, & idcirco comprehenduntur sub *authent. disponat de Nuptiis* quemadmodum hisce omnibus recollectis, subtiliterque observatis, atque distinctis adnotando scriptum reliquere *Bartol. in l. 1. C. de pact. volum. 2. Dec ibidem nu. 32. Jason. ibidem num. 17. versic. in tertio membro art. in l. conditionis incertum C. eod. num. 30. pag. 154. inter repetit. in 1. C. vol. 7. Pacian. conf. 132. nu. 76. Guttier. de ult. volunt. cap. 5. num. 3. inter tract. magn. tom. 8. par. 1. pag. 129. Peregr. de fideicom. art. 52. num. 35. & seqq.*

Ac propterea ad rem applicantes sibi suaderent prædicti Defensores Joannis, quod cum certe hæc Testamentaria successio delata Margharitæ per Testamentum Cosmi ejus Cognati Collateralis, esset reponenda in classe earum causarum, sive acquisitionum pure eventualium, quæve nec *Re*, nec *Spe* de tempore renunciationis ipsi ullo modo competebant, in his sane terminis ad effe-
29 ctum comprehendendi hanc quartam speciem, seu differentiam omnimode in præsenti renunciatione requirerentur, fuissent-que necessario adhibendæ illæ expressiones, quæ non aderant, nempe vel ex *causa nova*, vel ex *causa de futuro*, vel aliæ ejusmodi univocæ, & prorsus æquivalentes, sicuti sequentes *Bartolum antesignanum in l. 1. C. de pact. volum. 2. num. 4. versic. quandoque est ibi = quandoque est aliquod Jus, quod non competit nec Re, nec Spe* uno ore professi sunt *Decius in dict. l. 1. num. 32. Jason. ibidem n. 17. versic. in tertio membro, Cassan. consil. 3. incipien. statutum n. 5. versic. contrarium tamen Bardellon. conf. 63 tom. 1. num. 19. Cancer. var. res. cap. 15. de renunciat. nu. 134. par. 3. Mens. consult 635. num. 12. vers. secus autem tom. 7. Galerat. de renunciat. centur. 1. renunciat. 17. num. 37. Rota Januen. apud Cafareg. §. 12. de success. ab intestat. nu. 62. Rota Rom. in dec. 545. n. 3 par. 5. tom. 2. rec.*

Quinimmo a fortiori quoque objectarent, quod nec in præsenti sufficisssent, etiamsi fuisset apposita illa clausula *ex causa de futuro*, ex quo sub tali expressione *ex causa de futuro* veniunt ad summum illæ, quæ habent aliquam saltem speciem, & radicem aliquo modo, vel de præterito, vel de præsenti, non vero consimiles nimium casuales testamentariæ dispositiones, seu largitiones undique gratis, & ex accidenti postea sequutæ, sive initæ, sed certe de tempore
30 celebratæ renunciationis nullo modo, nisi per spiritum propheticum cogitabiles, nedum quæsibiles a renunciantibus, ad ea, quæ præ ceteris connotantur per *Cagnol. in l. 2. C. de pact. num. 80. Menoch. conf. 335. num. 9. & conf. 749. num. 6. 7. & 8. vol. 6. Castrens. conf. 448. n. 5. tom. 1., Marescott. variar. resol. lib. 2. cap. 19. num. 42., Rosa consult. 7. num. 67., Galerat. de renunciat. centur. 1. renunciat. 17. num. 37. Fontanell. dec. 427. num. 8. tom. 2.* cum aliis concordantibus adductis per *Rotam in Ariminen. Fideicomm. Blandi, & Æneæ de Bandis 11. Martii 1699. §. Sed quatenus cor. R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Ad omnia siquidem hæc respondebatur, quod quamvis neque *Re*, neque *Spe*, revera valuisset competere Margharitæ renuncianti hereditas Cosmi Pantheræ remoti ejus consanguinei, & tunc viventis, non idcirco tamen bona erat illatio, quod ad comprehensionem in renunciatione etiam istarum hereditarum neque *Re*, neque *Spe* competentium necessaria esset tamquam sonna præ-
31 cisa illa clausula *ex causa nova*, vel *ex causa de futuro*, dummodo verba renunciationis talis exstent prægnantiæ, & amplitudinis, ut nequeant arctari, salva ratione recti sermonis, ad causas tantummodo competen-

petentes de præsenti, vel de præterito, cum lex non sit imposita his, vel illis verbis præcisis, ut dicebat *Jurisconsult. in l. 10. cum duab. seqq. ff. de l. & Senat. consult.* Sed adhæreat intentioni volitæ, & voluntati intentæ per contrahentes, ac disponentes, prout tandem recte agnovit, & post diligentem examinationem idem *Bartol. Antesignanus in dicta l. 1. n. 4. Cod. de pact.* post superius relata verba = *Quandoque est aliquod Jus, quod non competit nec Re, nec Spe*, conclusit, ibi=*Et istud siquidem: verba renunciationis, vel pacti sapiant dispositionem de præsenti, nullo modo ad aliud Jus futurum porriguntur, sed si verba pacti porrigerentur in futurum, hoc modo; si quo tempore res ad me pertineret etiam ex causa de futuro, facio tibi pactum de non petendo, & verba similia, tunc puto, quod illud valeret* = En igitur, quod per verba *similia* potest comprehendi Jus futurum ex causa de futuro citra necessitatem usurpandi judaice has, vel illas formales clausulas, & verba, sicuti pariter post eumdem *Bartol.* fatentur quoque ceteri, & præcipue *Roman. in d. l. 1. Cod. de pact. n. 14. & 15. Menoch. cons. 335. num. 16. cum seq. usque ad 22. & n. 39. & 40. Surd. cons. 267. nu. 5. cum trib. seqq. Gallerat. de renunciat. lib. 4. cap. 2. num. 32. Rota dec. 401. nu. 11. & 12. par. 13. rec. in Romana, seu Reatina Fideicomm., seu renunciat. 2. Decemb. 1697. §. Et demum cor. Emo Card. de la Tremoille in Civit. Vetulæ Transact. 28. Aprilis 1704. §. final. cor. Me*, cum quamplurimis allegatis in *secunda decis. hujus Causa 25. Junii 1706. §. His tamen circa finem cor. Rmo D. meo Molines Decano*.

Ac propterea dum jam ex supra demonstratis verba emissa in renunciatione a Margharita forent tam ampla, tam effrenata, tam generalia, indefinita, & universalia, & amplexiva cujuslibet futuri, ut non possent quidquam non includere, hinc, quod etiam præseferrent, & continerent Jus futurum, ex causa de futuro, non erat ulterius ambigendum; ast nihilominus reepilogando strictius apparebat, quod dum Margharita non con-

32 tenta, renunciationem inivisse quoad bona transversalium, inter quos transversales profecto, ut diximus, numerabatur idem Cosmus Panthera, superaddidit, *alio quovis Jure, & titulo ex causa successionis tam ex Testamento, quam ab intestato*; Ecce, quod renunciaverat Bona Cosmi Pantheræ etiam ex Testamento maxime perspectis illis verbis *quovis Jure, & titulo etiam, & causa, & Testamento*, ut admonet *Jason. in l. qui cum Tutoribus num. 1. in fine §. Qui per fallaciam num. 1. ff. de transact. Catan. cons. 6. num. 16. Rota in sæpedicta Hortana successionis 27. Novembris 1705. §. Rursus renunciare cor. Rmo D. Omanna Episcopo Giennen.* cum ceteris allatis in prima decisione 8. *Junii 1705. §. Accedebant, & §. quarto loco, & 25. Junii 1706. §. Quarto augebatur cum seq. cor. Rmo Molines Decano*, ubi etiam auctoritatibus in contrarium allatis singillariter respondebatur.

Quid plus? dum Margharita superadjunxerat illa alia verba, *& alia quæcumque etiam ex-*

33 *tranea*, cum intermixta dictione *quomodolibet*, & expressione *Testamenti*, dubitari quippe posse non videbatur, quod si non aderat illa clausula, vel *ex causa nova*, vel *ex causa de futuro* superlative etiam esset comprehensa causa futuri Testamenti, dum respectu extraneorum in quantum contradistinguuntur a consanguineis, atque cognatis, ceterisque transversalibus, & attinentibus, nulla detur successio ab intestato, & illa Testamentaria sit nimium suapte natura incerta, & valde plus improbabilis, nec ullo modo sperabilis, quam forsan illa Testa-

34 menti conjunctorum, & attinentium, itaut ex hoc capite non possit etiam venire in contractu n tamquam somnium vigilantiū, ut inquit *Peregrin. de fideicom. art. 52. n. 35.* & tamen hæc Testamenta extraneorum Margharita voluit, & intellexit includere, unde multo magis illa cognatorum, & consanguineorum probabiliora, & minus incerta, per ea, quæ ad rem ratiocinantur *Roman. consil. 22. num. 3. circa fin. vers. quia renuncians, Menoch. cons. 335. num. 40. vers. Non obstat, Gallerat. de renunciat. centur. 1. cap. 17. n. 34. & seqq. Olea de cess Jur. tit. 3. quæst. 10. 11. 12. & seqq. Palma Nep. alleg. 152. n. 14. cum trib. seqq. & alleg. 153. num. 85. usque ad 89. tom. 2., Rota dec. 714. num. 6. & 8. par. 2. rec & dec. 314. nu. 4. & 5. par. 12.* & in proxime citata *Hortana Successionis 27. Novembris 1705. §. Universalitatem coram Rmo Omanna Episcopo Giennen.*

Pro coronide tandem non deesse tunc visa est ad fugandam quamlibet hæsitationem declaratio ipsius Margharitæ, ea enim sub anno 1654. novam emisit renunciationem favore eorumdem fratrum, & inibi non plus interpretative, sed clare, & expresse renunciabatur nedum juribus de futuro causam habentibus de præsenti, vel de præterito, sed etiam habentibus *causam* positive *de futuro*, ac propterea accipiendo hanc secundam renunciationem etiam pro simpliciter declarativa, utique cessabat omnis amaritudo cum Margharita indubitanter potue-

35 rit etiam ex intervallo pandere animum suum, meliusque patefacere, atque declarare propriam intentionem a se habitam in prima renunciatione, secundum ea, quæ recte admonent *Card. de Luca de Testam. disc.* 35. *num.* 4. *& de renunciat. disc.* 2. *n.* 10., *Rota cor. Seraph. dec.* 837. *num.* 14. *& in rec. dec.* 238. *num.* 1. 5. *par.* 3. *& dec.* 402. *num.* 32. *par.* 9. *tom.* 2. *in Asculana Prædii* 26. *Junii* 1699. §. *In quam sententiam cor. R.P.D. meo Scotto Alma Urbis Gubernatore*, *& in Romana Donationum* 24. *Januarii* 1701. §. *Quamobrem cor. Rmo D. meo Molines Decano*.

Addito quoque, quod huicmet secundæ renunciationi tamquam unus ex proximioribus consanguineis adstitit ipse idem Cosmus Panthera, de cujus hereditate erat quæstio, sicque ignorare non poterat, eamdem Margharitam renunciasse Testamentis non solum factis, sed in futurum faciendis ad ejus favorem, unde relinquendo hereditatem suam Margharitæ, potius ei quodammodo vi-
36 debatur illusisse, quam quod posset renunciatariis in suo conspectu a Margharita volitis præjudicare, ex traditis per *Mantam cons.* 24. *n.* 12. *&* 13. *cum seqq. & cons.* 25. *num.* 27. *vers. Sed secundo casu*, *& num.* 31. *&* 36. *cum duob. seqq. Hodiern. ad Surd. dec.* 14. *num.* 18. *Rota in Bononien. Trebellianicæ cor. bo. me. Benincasa impress. apud Palm. Nep. alleg.* 316. *n.* 10. & habetur *in pr. decis. hujus causæ* 8. *Junii* 1705. §. *Fortius autem coram Rmo D. meo Molines Decano*.

Hæc itaque fuerunt ab initio fundamenta valde apparenter præsolida, quibus innixum fuit *Tribunal* in primis duabus *Decisionibus* usque ad expeditionem causæ coram *Rmo D. meo Molines Decano*, sed altius in successivis disputationibus reassumpta, considerata, & introspecta materia, casu, & circumstantiis hujusce renunciationis mediante ea docilitate, cujus decet Judices, & magna Tribunalia, ut habetur in illa *Romana Cambii* 26. *Junii* 1697 *inter novissime in Urbe impress. in ordine la* 13. *in princip. coram. Me*, constanter deinceps, & semper censuit contrarium per quatuor uniformia, & successiva judicata, & hodie idipsum stabilivit per quintum confirmativum binæ rei judicatæ præcedentis, & declarativum *renunciationem hanc non comprehendere*, *de quo agebatur*, & ratio stetit in pluribus, atque pluribus motivis præcordia judicantium magis æque, magisque etiam juridice perstringentibus, nonminus scilicet in vim ipsius naturalis discursus, atque æquitatis, sed, & ejusdem Justitiæ, ac sensus Doctorum, atq; Scribentium in hac materia, de qua vix umbram aliquam habemus in antiquis Juribus, sive *digestorum*, sive *codicis*, sive *authenticorum*, aut etiam modernioris *Juris Pontificii* cum consimiles renunciationes in substantia fuerint introductæ occasione statutorum feminas excludentium in conflictu Juris Græcorum illas reintegrantiū, vel ex causa divinitus novæ donatæ legis per ingressum Virginum ducentium perfectum cælibatum intra septa Monasteriorum, ac etiam virorum aliquam religionem voventium, seu profitentium, cum de cetero præcisive ab his præcognitæ solum apparerent in veteri jure
37 dumtaxat illæ species renunciationum, quæ vel vertebantur in puras cessiones, aut venditiones hereditatum, aut in pacta futurarum successionum, vel illa de non petendo, ut facile colligi potest *ex l.* 1. *& tot. titul. ff. & C. de heredit. vel action. vendit. l. Juris gentium* 7. §. *Pactorum quædam &* §. *Si ante leg. acquirent.* §. *Iterum si filius familias l. videlicet* 16. *l. contra Juris &c.* §. *Si filius*, *& l. Qui in futurum* 37. *ff. de pact. & l.* 1. 2. 19. *et* 30. *C. eodem tit. cum similibus*.

Et sane ad tutius attingendam voluntatē Margharitæ renunciantis, cum profecto verba non forent adeo aperta, ut posset citra scrupulum de eadem voluntate certissime liquere, quemadmodum de per se valebat etiam præcognosci ex superius animadversis, & conflictatis amaritudinibus scribentiū, nec non opportunius quoque ex infra reflectendis apparebit; Idcirco rimandum *Domini* existimarunt complexum illorum quodammodo prædicabilium, sive adjunctorum
38 quæ etiam Logici usurpant pro lucidiori capessendo sensu, vel discretione intellectus, scilicet in qua *materia* verba existant prolata, *quando a quibus*, *& ad quem effectum* & revera *quæ*, *& quomodo*, prout ad aliud propositum exstitit quoque in simili practicatum in illa *Romana donationis* 17. *Aprilis* 1711. a §. *Præter modum cum seqq. cor. me*. Cum successiva causæ expeditione.

Incipiendo igitur *a materia* animadversum fuit quod tractabatur de subjecto renūciationis, & proinde expoliationis propriorum Jurium, quo casu quotiescumque verba non existunt adeo perspicua, ut pernecesse captivent intellectum ad præseferendam hujusmodi bonorum, juriumque volitam omnino expoliationem consequenter idcirco sunt ita restringenda, ut tantum capiant, quantum necessario comprehendunt, vel continent, & important, alias in dubio ea de-
39 sumenda est interpretatio, quæ quanto magis fieri potest, minus præjudicat renunciantí bona sua, sive præsentia, sive futura *Barr.*

con-

contr. 69. nu. 14. Rot. in Ariminen. fideicommissi Bandi, & Æneæ de Bandis 26. Junii 1697. §. Et quatenus, & 5. Martii 1698. §. Nullatenus cor. Rmo. D. Meo Molines Decano, & in Romana Renunciationis 17. Junii 1709. §. Vel ob supervenientia, & §. Et licet regulariter cor. R. P. D. meo Priolo, & in decis. hujus causa 10. Martii 1710. §. E contra cor. R. P. D. meo Crispo.

Istoque licet nimium genericè stabilito primordio Domini devenientes ad secundum
40 prædicabile nempe quando (quod est temporis designativum, ut ait Cicero de Orator. lib. 2. Officior. relat. per Barbos. dict. 307. n. 4.) ponderarunt profectò, quod renunciatio fuit facta per Margharitam tunc puellam de tempore, quo conjugium erat contractura cum Joanne, & sic ratione teneræ ætatis, non admodum capacis ad bene percipienda
41 vocabula, & phrases Notariorum, ut inquit Card. de Luca de renunciat. disc. 1. sub nu. 7. præsertim quando ipsimet Doctores, ut vidimus, adeo inter se super hac verborum intelligentia in ipsa thesi renunciationis digladiantur, & quando pariter facilius illa animum intendebat ad proximum Matrimonium, quam ad bona possibilia, vel non possibilia, futura, vel non futura, quamvis etenim ad hunc effectum locales ordinationes, & statuta salubriter pro reintegratione muliebris imbecillitatis injungant interventum Judicis, Proximiorum, & Curatorum cum similibus, attamen revera magis isti fideliter, ut praxis nos edocet, intendunt ad substantiam actus, ne mulier in eo contractu, in ea dispositione lædatur, quam ad penetrationem omnium verborum, & Juris subtilitatum, non facile ab omnibus etiam viris præstantibus comprehensarum, quamobrem potius in dubio indulgendum venit sexui fragili, ætati non perfectæ, & consideratio-
42 ni principalis agentis, quam scrupulisitati verborum per ea, quæ distinguendo inter verba in contractu per Mulierem adolescentulam, & a viro maturo prolata, non ab re animadverterunt Lanfranc. in l. Centurio n. 21. ff. de vulg., & pupill. Bald. cons. 51. prope fin. volum. 4. Decian. cons. 2. nu. 52. vol. 2. Paris. cons. 3. num. 52. volum. 3. Menoch. de arbitr. Judic. lib. 2. cas. 501. nu. 24. Mascard. de probat. conclus. 1046. num. 6., & 12. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 5. num. 7., & lib. 6. titul. 10. sub num. 11. versic. praterea, & de distractione animi Mulieris ad connubium sobrie observavit lo-
43 quendo etiam de masculis minus suapte natura imperfectis Calvin. de aequitat. lib. 1. cap. 20. num. 13. ibi = dum adolescentes prа

amore vix mente compotes &c. non pacta, non dotales conventiones, sed ipsā Adamata Sponsa pulchritudinem tantum cogitant, & refert Terent. in Eunuch. act. 1. scen. 1.

Et tadet, et amore ardeo, et prudens sciensq; Vivus, vidensque pereo, nec quid agam scio.

Descendentes postmodum ad tertium prædicabile scilicet, a quibus, seu a qua celebrabatur renunciatio, ea non fiebat a Puella ingressura Monasteriū, vel etiam in suis casibus a viro amplexaturo Religionē, in quo statu consimiles advocatæ divinitus Personæ, utique salutem solius Animæ respicientes, facilius ratificant illam abrenunciationem, quæ in ingressu ad vitam naturalem, & ad successivam regenerationem Baptismatis Patrini per suppletum ab Ecclesia mandatū pro infantibus expromittunt, nempe abrenuntio mundo, & omnibus pompis ejus, ac propterea pronius, & verisimilius intendunt se abdicare eidem Mundo, & facere renun-
44 ciationem penitus abdicativam, realem, & sempiternam, sicuti latius connotatum fuit post Donad. de renunc. cap. 50. nu. 18. Card. de Luc. de renunc. disc. 1. num. 10. versic. reales autem Franc. dec. 375. nu. 2. ibique de Luc. num. 1. in illa Rom. legitimæ 15. Maji 1699. dec. 90. num. 9. 14. 16., & 21. inter novissime in Urbe impressas cor. Me, & in Urbevetana Immissionis 20. Aprilis 1711. §. Quodque pariter cor. Me.

Verum e converso tractabatur, ut præmisimus, de Puella nubente in seculo, quæ sicuti aliæ compatibiliter, & sanctè retinentes ea, quæ possunt, pro coadjuvanda substentatione Matrimonii, dubio procul satagunt magis sibi, filiisque procreandis prospicere, quam renunciatariis semper minus conjunctis,
45 quam ipse vir, & filii, juxta ea, quæ habentur per Tiraquell. in præfatione ad tract. in l. si unquam num. 3. §. Igitur vers. ne exteros liberis, & observavit Rota in dec. hujus causa 10. Decembris 1710. §. Quod autem in fine cor. R. P. D. meo Priolo, & distinguendo inter hunc Matrimonii temporalis, & superiorem casum spiritualis, mature reflectendum esse monuerunt allati per Palm. Nepot. allegat. 307. nu. 30. Episc. Rocc. disput. Jur. cap. 56. nu. 17. Rota in Rhegine n. fideicomm. 27. Junii 1698. dec. 57. num. 38. inter noviter in urbe impressas cor. me, & in Cavallicen. Donationis 21. Novembris 1707. §. Idque frequentius cum seqq. cum aliis plena manu cumulatis in præcitata Urbevetana immissionis 20. Aprilis 1711. §. vel in omnem eventum pariter cor. me.

Fortius autem inde descebant prædictæ considerationes, adjuncta, seu prædicabilia profi-

scifcendo ad quartum prædicabile, videlicet *ad quem effectum*, nam ad effectum, ut posset fortiri in nostra hypothesi, & concreto, utilitas ulla renunciatariis, satis nequaquam erat, quod Margharita certo certius intendisset, & voluisset ad instar Virginis ingressuræ in arctissimam religionem obstrictam ridigissimo Voto paupertatis tam in proprio, quam in communi inire renunciationem validissimã, perpetuam, & prorsus abdicativam, sed oportebat ulterius, quod eadem renunciatio verteretur, ut ita dicamus, in formam hermaphroditicam, nempe ut eadem renunciatio esset abdicativa, & non abdicativa, realis, & non realis, abdicativa quoad se, non vero abdicativa, non realis, immo acquisitiva quoad renunciatarios, ut ita hereditas ei longe post insperata obventa a Cosmo Panthera non jam ab intestato, in quibus terminis operativa esse potuisset simplex renunciatio abdicativa, (in qua per remotionem obstaculi intrant quandoque renunciatarii, eorumque heredes) sed per viam liberi, & voliti Testamenti contingeret ad solum effectum, ut renuncians per modum canalis sive ductus pro se nihil hauriẽtis illam transfunderet illico, & incontinenti favore, & beneficio fratrum renunciatariorũ, cujus casus, & quæstionis regulariter non sunt termini omnium ferme auctoritatum, quæ circa substantiam interpretationis verborum initæ renunciationis circumferebantur in antiquis *Decis.*, quantũvis enim figurabile, sive possibile exsistat abstractive, quod quis declaret, se velle in futurum acquirere
46 quidquid obvenire sibi contingat non jam pro se, sed ad purum finem tradendi acquisitum suo cessionario, vel renunciatario, ad tradita per *Gabriel. conf.* 135. *num.* 3. *lib.* 2. *Ladercb. conf.* 133. *num.* 6. *et* 8. *versic. obstat Giovagnon. respons.* 91. *num.* 19. *lib.* 1. *Caren. resolut.* 97. *num.* 16. *Gratian. disceptat. for. cap.* 692. *num.* 5. *Palma Nepos allegat.* 153. *num.* 76. *Surd. decis.* 14. *num.* 2. *et* 3. *Rot. post Torr. de pact. futur. success. dec.* 127. *num.* 8. *et* 9. cum aliis *in prima decis.* 8. *Junii* 1705. §. *Sicut*, & *in secunda* 25. *Junii* 1706. §. *Denuo in fine cor. Rmo D. meo Molines Decano*.

Nihilo tamen minus inficiari nemo poterat, quod hujusmodi figurabile, seu possibile abstractivum effecisset, quod Margharita evasisset pejor quam Monialis, pejor quam Ancilla, & de grege quodammodo mancipiorum Domus Inghiramiæ, dum dato hujusmodi intellectu ipsa Margharita nec obulum, nec anulum, nec linteum, aut aliud quid minimum poterat pro se adipisci, nedum per viam successionis aut largitionis universalis vel particularis per ultimam voluntatem, sed nec quovis alio titulo, vel causa, aut alio quovis modo etiam inter vivos a personis nedum illi conjunctis, sed nec etiam a quibuslibet amicis, seu benevolis, & extraneis, prout adamussim jura in præfato genere mancipiorum decernunt tamquam volentia, quod quidquid acquirit servus Domino acquirat, & comparative Professus Religioni mancipatus nimirum, quod quicquid acqui-
47 rit Monachus acquirat Monasterio, ad ea, quæ in proposito Servorum habentur ex *Text. in princip. instit. per quas personas nob. acquir*, & *l. sicut ff. de oper. libertor. Bartol.* & *DD. in l. placet ff. de acquir. hered. Surd. de aliment. tit.* 8. *privileg.* 79. *nu.* 5. *Giurb. ad Stat.*, & *consuet. Messanen. cap.* 1. *gloss.* 3. *num.* 32., & comparative ut diximus re-
48 spectu Monachorũ prosequiuntur post *Text. in Can. quia ingredientibus caus.* 19. *quæst.* 3. *Bartol. in l.* 1. *num.* 6. *versic. quid si est institutus Monachus ff. de vulg.*, & *pupill. Angel. cons.* 133. *in princ. Barbat. cons.* 19. *nu.* 2. *versic. sed ipse lib.* 3. *Gratian. discept. for. cap.* 363. *n.* 16. *Ricc. in collect.* 2234. *Franc. dec.* 40. *nu.* 2. *Rota cor. Buratt. dec.* 394. *nu.* 2. *dec.* 689. *n.* 3. *par.* 18. *tom.* 2. *rec.*, & *in Rom. prætensæ nullitatis contractus dec.* 74. *n.* 24. *inter novissime in Urbe impress. cor. me.*

Cum itaque ex hucusque animadversis subjecta materia efflagitaret, quod verba nostræ renunciationis necessario importarent comprehensionem hujus casualiter obventę hereditatis in Margharitam, idque de tempore quo illa erat teneræ ætatis, quo illa in mente habebat, & verisimiliter in animo solum præsens matrimonium, & liberos ex eo suscipiẽdos, & potius tunc votis suis protendebat ad seculum, quam ad seculi abdicationem, videamus quoque ante descensum ad examen verborum renunciationis, quis revera esset iste casus, quem comprehendere debebant eadem verba, illeq; vestitus enitebat sequentibus circumstantiis, nẽpe, quod Cosmus Panthera, qui eam nuperrime in suo Testamento scripsit heredem de tẽpore per eam emissæ renunciationis quinque numerabat fratres, & tres sorores, cunctiq; erant ætate Juniores, quamobrem ad effectum, ut posset solũ cogitare de instituenda herede Margharita ejus remota consanguinea oportebat, quod prædictæ octo personæ non solum prædecederent eidem Cosmo, sed quod earũ nulla aliquam, vel minimam sobolem relinqueret, & quod tandem novissimus destitutus omni alia necessitudine fato cederet Cosmus; cumq; propterea hujusmodi casus in nullum cogi-

cogitatum imaginabile hominis cadere posset, iste certe præscindendo ab essentia, & similitudine Servi, & Monaci sub generalitate verborum, sub phrasi, & verbiloquio
49 Notariorum regulariter a Jure nostro semper excipitur, ut post *Bartol. in l. qui Romæ §. Duo fratres sub num.* 19. *vers. item important ff. de verb. oblig. Surd. cons.* 267. *n.* 5. *lib.* 2. *Altograd. cons.* 8. *nu.* 15. *& seqq. lib.* 1., *Cyriac contr. for.* 292. *nu.* 8. *&* 9. *cum seqq. tom.* 2., *Saminiat. contr.* 73. *num.* 28. *cum duobus seqq.*, *Rota dec.* 16. *nu.* 9. *&* 10. *par.* 11. *rec. in Rheginen. fideicomm.* 27. *Junii* 1694. §. *Atque hac dec.* 57. *inter novissime Romæ impressas coram Me*, cum ceteris adductis *in prima decis.* 23. *Januarii* 1708. §. *Quæ omnia cor. R. P. D. meo Seotto Almæ Urbis Gubernatore*, & recte ex eo, quod attendendum veniat, an resistat verisimilis mens
50 renunciantium ad dignoscendum, quod fuerit in renunciatione comprehensum; idipsū sub oculis exposuit post *Rotam dec.* 543. *nu.* 26. *&* 44. *cum seqq. par.* 5., *&* *dec.* 23. *nu.* 22. *par.* 15. *rec. in Perusina Immiss.* 15. *Maji* 1705. §. *Absque eo quod*, *&* 15. *Januarii* 1706. §. *Renunciatio*, *cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, prima *dec.* ceterarum revocatoria *cor. eodem* 28. *Jan.* 1708.

Transeundo nunc ad enunciatum verborum examen, superfluum erat in hodierna *Audientia*, & præsenti *dec.* singillariter perscrutari singula verba superius præmissa, & imorari in illorum argumentatione, & inductione, plusquam abunde diserta in superiori parte, in qua fundamenta duarum præcedentium *decisionum*, nihil dissimulando, penitus exstiterunt adducta, & quodammodo magnificata, sed relictis generalitatibus, abunde etiam sublatis, & declaratis a tot *decisionibus*, quæ præcesserūt, ac supra fuerunt specifice laudatæ *cor. RR. PP. meis Seotto, Priolo Crispo, & Aldrovando*, hoc unum satis erat, quod non erat plusquā certum ut oportuisset, quod eadem verba renunciationis necessario concluderent, intendisse unquam Margharitam sese efficere Ancillam, & Mancipium suorum fratrum, dum nec in substantia apparebat renunciatum Juri ullo modo competituro, aut in *re*, aut in *spe*, & *ex causa de futuro*, ad hunc etenim effectum solummodo prætendebatur, quod prægnantia, & amplitudo verborū tali expressioni *ex nova causa*, vel *ex causa de futuro* æquipolleret, ex quo juxta sensum aliquorum Scribentium similes clausulæ *ex nova causa*, vel *ex causa de futuro* minime requirantur, quoties aliunde colligitur idem sensus, eadem intentio, & eadem voluntas; verum tota prægnantia, tota amplitudine eorumdem verbotū introspecta, nequaquam colligi poterat talis æquipollentia: ad hunc etenim effectum opus fuisset, quod adhibita fuisset saltē illa
51 formula vere æquipollens, doctrinæ, & declarationi *Bart. in d. l. prima sub n.* 4. *C. de pact.* ubi postea verba *si quo tempore res ad me pertineret etiam ex causa de futuro facio tibi pactum de non petendo*, adjunxit, *& similia* ex quibus sane postremis verbis superius in objecto referebatur, quod *similia verba* possint adhiberi, quæ eamdem in substantia præseferant importantiam, *ac futurum ex causa de futuro* talia namque essent, si prosequendo eamdem explicationem *Bartol.* sub *num.* 10. *in fine*, dictum fuisset *puta si contingeret mihi in futurum habere aliquod Jus in tali re*, *ex tune remitto per pactum omne Jus futurum competens*; ast in tota latitudine præmissorum verborum renunciationis minime aderat, aut legebatur talis æquipollentia, quam secumfert explicatio *Bartoli*, vel aliorum diversos terminos percutientium, jungendo etenim *si contigeret*, & *ex tune*, & quis non videt, quod ponitur causa, sive contingentia de futuro, atque tunc producitur effectus anticipatæ promissionis, & pacti de facto, quod huic eidem exemplificationi non correspondeant illa etiam verba, *bona omnia etiam, quæ forsan in futurum quomodolibet competere poterunt* ad effectum non comprehendendi simplicem legitimam (quæ ut præmisimus de cetero habet Jus si non in *re*, saltem in *spe*) articulo
52 discusso firmavit *Rota* per simplicem turbationem ordinis naturæ superviventiæ nimirum Patris in ordine ad filium, quemadmodum liquet ex *dec.* 559. *per tot. decis.* 564. pariter *per tot. par.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Superaddendo demum, quod *Bartol.*, & ferme ceteri casum figurant in prima enunciata specie totalis abdicationis, & remotionis impedimenti, quasi quod renuncians sese mortuum ad sui favorem effingat, ut alteri locum præbeat, non autem ad effectum, ut mortuus sic renuncians ad sui favorem, sit vivus in beneficium sui Renunciatarii, & proinde verificari contingat scenica repræsentatio nostri celebris etiam Jurisconsulti *Sfortiæ Oddi*: *Li morti vivi*. Siquidem *Bart.* utrobique loquitur in pacto de *non petendo*, quod nihil habet commune cum prætensa renunciatione abdicativa in ordine ad Renunciantem, & translativa in ordine ad Renunciatarium, immo pactum de *non petendo* exsistit adeo dubiæ, & aridæ naturæ, ut passim relinquat disputandum, an restringatur ad taxativam personalitatem illius, cum quo

53 quo fuit initum pactum de *non petendo*, ex his, quæ lato calamo perpenduntur per *Gallerat. de renunciat. lib. 1. cap. 10. per tot.*, & signanter *num. 6. & 7. Donad. eod. tract. cap. 44. num. 34. cum plurib. seqq. tom. 2.*, *Olea de cession. Jurium tit. 5. quæst. 7. n. 13. Torre de pact. futur. success. lib. 2. cap. 1. a nu. 33.*, *Cyriac. contr. for. 211. & 212. per tot.*, *& in meis adnotat. ad dec. 90. sub. n. 38. & 39. inter meas novissime in Urbe impress.*

Nec enim prædicta verba comprehendentia renunciationem etiam ad bona transversalia, & comprehensiva subinde Cosmi sub illis adjunctis *alio quovis jure*, *& titulo ex causa successionis tam ex Testamento, quam ab intestato* transgrediebantur lineam causæ de præsenti, vel de præterito, cum potuissent tunc esse condita hæc testamenta in futurum purificanda, aperiri quoque posset intestata successio illarum personarum viventium tractu temporis citra necessitatẽ comprehendendi casum inopinabilem, & for-
54 tuito in futurum contingibilem, non solum quia ad hunc effectum superabundat, ut verba sint aliquo modo verificabilia in eo statu præsenti, vel de præterito, ex traditis per *Paeian. cons. 132. a num. 78. ad 92. Rota dec. 523. num. 21. & 22. par. 4. tom. 3. rec.*, *in Ariminen. Success. 16. Januar. 1708. §. final. cor. R. P. D. meo Aldrovando*, *& in præteritis hujus Causæ Decisionibus* scilicet *23. Januarii 1708. §. Etiamsi cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*; *& 10. Martii 1710. §. Neutra siquidem cor. R. P. D. meo Crispo*; sed etiam quia ob id dicunt Scribentes, quod cum hujusmodi renunciationes sint correspectivæ ad dotem, & dos censeatur pretium renunciationis pretium sem-
55 per debet esse certum, & correspondens actui, qui exaratur, non prorsus incertum, & nulla prorsus consideratione mensurabile, sicuti de prima propositione habetur penes *Socein. sen. cons. 135. in princip. & n. 5. vers. ex quibus infert lib. 1. Menoch. de arbitrar. cas. 88. num. 41. Rota cor. Royas dec. 267. num. 2. cor. Dunozett. Jun. dec. 528. n. 23. & 24. dec. 614. n. 10. & 11. par. 18. & dec. 446. num. 6. par. 19. tom. 2. recent.*,
56 & quoad secundam est *Text. in l. in vendit. ff. de contrab. empt.*, *& in l. 1. §. Pretium ibique gloss. instit. eod. tit. Bald. in l. in vendentis num. 6. C. de contrab. empt.*, *& Salicet. ibidem num. 4.*, *Card. de Luca de regalibus disc. 125. num. 3. vers. & quamvis*, *& de credit. disc. 23. num. 5. Surd. dec. 114. in fin. & Rota dec. 320. num. 4. par. 16. rec.*

Ejusdemque inefficaciæ præfulgebat illa alia objectatio, quod esset comprehensa quoq; successio extraneorum *tam ab intestato, quam ex Testamento*, quia præterquam modus iste loquendo non legebatur unitus in textura renunciationis, de qua agebatur, sed ad instar operis Musivi, oportebat unum verbum seorsim sumptum, conjungere cum alio opposito, & disparato, adhuc nonne citra necessitatem extorquendi sensum ad casum penitus inexcogitabilem, & causam penitus de futuro verificari poterat renunciatio in extraneo potius præsente ipsi contractui, quam incogitabili penitus, & remoto, præsens quippe erat Maritus, seu Sponsus futurus; dum procul dubio ex causa vinculi initi de præsenti correspective ad Consanguineos, & Collaterales, vel ascendentes Maritus persona est de Jure extranea à sanguine, & tamen futura Uxor valebat habe-
57 re spem de præsenti, circa possibilem successionem in hereditate ejusdem Viri, ut innuebat *Bartol. in l. qui Romæ §. Duo fratres sub num. 19. vers. probatur, ff. de verbor. oblig.*, & ostendit *prædicta rubrica prænominati Cod. Unde Vir, & Uxor*, de qua præter adductos tradunt *Crass. §. Successio ab intestato quæst. 38.*, *Capriol. de success. ab intestat. lib. 4. num. 1.*, *Petr. Gregor. lib. 45. cap. 14. num. 20. eod. tract.*, *Barry. de succession. lib. 18. tit. 4. num. 1.*, *Marta de success. legal. par. 3. quæst. 12. artic. 4. in princip.*, *Rota dec. 110. num. 1. par. 18. t. 2. rec.*

Atque ex his profligatis, ut ita dicamus robustioribus argumentis, & telis primâ conflictus, ac de cetero remissive ad omnes alias responsiones, & argumenta, atque auctoritates luculenter, & singillariter allatas in prælaudatis *sex decisionibus revocatoriis cor. quatuor RR. PP. DD. meis Scotto, Crispo, Priolo, et Aldrovando*, duæ solum restabant superaddendæ reflexiones, quæ omnẽ prorsus in concreto auferebant ansam dubitandi, quarum prima erat, quod si verba primæ renunciationis necessario importare debuissent, vel potuissent comprehensionem hujus mere eventualis casus *ex causa de futuro* ad quid de prædicto anno 1654. inire secundam Renunciationem? quam jam sedulo Margharitæ Pater utriusque Juris Consultus, & Almæ Urbis Senator voluit ab ea iterato consequi, & obtinere, nisi ex eo, quod prima renunciatio non continebat hunc, & similes casus, quos comprehendere satagit sollicitudo ejusdem Patris in secunda, ubi voluit, Margharitam non solum renunciare, sed etiam quod magis est, ut in *Cavallicen. Donationis 21. Novemb. 1707. coram Me, donare omnia, & singula bona Avita, Paterna etc. sed et alia quæcumque*

etiam

etiam extranea ad ipsam rationem supplementi legitimæ &c. ex causa successionis tam ex Testamento, quam ab intestato, et alterius cujusvis, sive cujuscumque dispositionis tam inter vivos, quam causa mortis, aut alias quomodolibet per alias quasvis personas etiã extraneas usque in præsentem diem facta, et condita &c. quam in futurum &c. tam inter vivos, quam causa mortis, aut alias quomo-
58 *dolibet, aut etiam per quasvis personas extraneas faciendas etc.* Multiplicatio enim actuum inutilium in Viris lucubratis, & maturis non præsumitur, ut inquit *Decius in l. si librarius, ff. de regul. Jur.*

Si igitur per Patrem Doctorem optatum fuit, & necessariũ existimatum devenire ad hanc secundam renunciationem pro supplenda prima, idipsum nullo modo importante, quis dicat, quod prima renunciatio habeat, vel habere possit sensum diversum ab eo, qui fuit hucusque ponderatus, & animadver-
59 sus? Sani enim non indigent Medico, & cautela affectata semper præjudicat; & quonam modo de cetero poterat scire Margharita in facienda prima renunciatione plus quam ab effectu, & in effectu intellige-
60 rent Pater Jurisperitus, & Fratres Grandævi renunciatarii, ad ea, quæ post *Palm. N.p.* in valde proximis terminis *alleg. 307. n. 37. et Rota dec. 340. num. 5. et 6. cor. Cavaler.* animadvertit prima *decisio 23. Jan. 1708. cor. R. P. D. meo Scotto Urbis Gubernatore* ex §. *Quinimmo, et secunda 15. Junii ejusd. anni 1708. sub §. Pariter quinimmo, et tertia 6. Maji 1709. §. Indeq; objectum, et 10. Martii 1710. §. Inanis cor. R. P. D. meo Crispo.*

Quin ullo modo reflexionem hanc satis oculatam, & perstringentem evitare posset refugium afferri consuetum a Scribentibus pro fratribus renunciatariis, quod hæc secunda renunciatio fuisset declarativa primæ, veluti magis suboscuræ, quoniam in primis, & quænam declaratio poterat obtineri, ne dicamus extorqueri, quæ capax foret amputandi tot absurda, tantam caliginem, & dubietatem in suppositione hujus refugii, seu solutionis præexistentem a Muliere sine Marito, tunc in Tuscis Partibus commorante, & sola in domo Patris in Urbe existente, quando non solum ipsa imbecillitas Muliebris erat ex se minus idonea, sed vix tota Doctorum Jurisprudentia sufficiebat ad opportune inserendos tot sensus, tot cautelas, tot clausulas in latino idiomate explicandas, sive explicabiles, nec facile pervias cuilibet etiam Viro litterato, & de reliquo præcisive a tot nullitatibus, quæ prædictam prætensam declarationem, sive actum secundæ renunciationis commaculabant, ut late pernotarunt *omnes* ferme præteritæ *decisiones*, & quonam modo dici poterat pura declaratio, & *similis prima renunciationi*, ut dicebatur in secunda, & *ad abundantiorem cautelam reportata* conversio tituli renunciationis in illum donationis, necnon comprehensio cujusvis dispositionis inter Vivos, de quibus nec umbra aliqua præexistebat in prima renunciatione, prout etiam Testamentorum factorum, & faciendorum per quascumque etiam personas extraneas cum similibus, de quibus plena erat secunda renunciatio, ut recte animadversum fuit in prædictis *sex decisionibus*, & ex se ipsa præsefert differentia, quæ versatur inter declarationem, & novam dispositionem, ut scilicet declaratio nihil penitus de novo debeat importare, sed simpliciter explanare aliquod verbum fortasse æquivocum, & capax hujus, vel alterius declarationis, non
61 vero aliquid de novo addere, vel disponere, aut immutare, prout hic, ex communiter affirmatis per *Text.* singularem *in l. heredes palam, §. Si quid post, ff. de Testam. et qui Testam. facere poss., Rolan. cons. 15. num. 27. lib. 3., Natt. cons. 420. num. 8., Altograd. cons. 41 num. 17. lib. 1., et cons. 95. nu. 92. lib. 2., Castill. controv. quotid. cap. 10. n. 29. vers. ubi dicit, et vers. horum omnium, Aloysius Mans. consult. 106. n. 3. versic. et hæc est propria, Bars. dec. 38. n. 7.* cum aliis relatis in *dec. 23. Januarii 1708. §. Si vero cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Secunda neque minus fortis reflexio erat, quod Cosmus Panthera, qui eidem interfuit renunciationi, veluti ad formam Statuti Urbis adhibitus tamquam proximior fuit ille, qui heredem scripsit Margharitam renunciantẽ, credibile quippe non est, quod maluerit, (ut perperam dicebatur in objecto) Mulierem benevolam, & consanguineam, illudere, ac Testamentum in ultimo suæ vitæ exarare frustratorium, quando poterat directe instituere fratres renunciatarios sibi praecognitos, & in quorum Domo adstiterat hisce renunciationibus, si scivisset, vel ullo modo intellexisset, quod Margharita erat in eisdem Instrumentis reddita Ancilla, sive Mancipium incapax acquirendi quidquam pro se, quod cum profecto abhorreat ab omni naturali discursu, consequens emergit evidentissimum, quod ipse a contrario reputavit, renunciationes fuisse factas more solito, non jam in prædicta forma quodamodo extravaganti, hermaphroditica, utpote existimans, quod hæ phrases talia vocabula essent potius formulæ Notariorum, quam

quod

quod duritiem hanc, & asperitatem possent unquam involvere, quamobrem si ex præmissis, nec ipse Proximior per somnium intellexit, quod hunc durum effectum importare possent prædictæ renunciationes, quomodo potuit intelligere, & bene capere talem vim, & efficaciam Mulier fragilis Secularis, & plena filiis! Quando potius e converso ad hunc præcisum effectum Statuta demandant, quod personæ Mulierum, vel Minorum integrentur, & in eorum imbecillitate adjuventur per assistentiam, & interventum proximiorum, ut scilicet isti prius in se capiant, & reddant postea certiorem
6 ipsam Mulierem, ipsum Minorem, quorum auctorizando contractus, personã præstant, & auctoritatem adstitricem, sicuti perbelle post *Constant. ad Statut. Urb. annot. 44. art. 2. n. 70. & 71., & Rota dec. 309. n. 4. post Cenc. de Censib., Adden. ad Pamphil. decis. 219. num 11. vers. immo nec validius* animadvertit *prima decisio 23. Januarii 1708. §. Et crescit cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*.

A primo itaque ad ultimum denuo etiam ex Officio ponderata materia, ponderatis circumstantiis temporis, personarum, & loci, necnon effectus, atque verborum *Domini* suffragantibus omnibus resolverunt Joanne informante, Juraque sua reassumente, & fratribus e converso sæpius opportune lacessitis, & diutius, sed inutiliter expectatis.

Reatina Fideicommissi de Severis Super Fructibus.

Veneris 22. Januarii 1712.

ARGUMENTUM.

Fructus a quo die sint restituendi ab eo, qui in mala fide fuit positus ob productionem Monitorii, & Jurium indicationem; Et quid dicendum, si Monitorium deficiat, vel in actis ex culpa Notarii fuerit deperditum, quo casu examinatur, an valeat illius indicatio. Fructus an bona fide percipiat is, qui fuerit semel in mala fide repositus, sed postea actor quieverit per longum temporis spatium, ac permiserit fructus percipi a reo.

SUMMARIUM.

1. *Fructus sunt restituendi a die productionis Jurium usque ad diem dimissæ possessionis in Judicio*. L. Final. Cod. de Edict. Div. Adrian. tollen., & num. 5.
2. *Simplex monitorii, & jurium indicatio in actis facta an obligare valeat ad fructuũ refusionem*, & num. 4.
3. *Deperditio Monitorii si processerit ex incuria Notarii, officere nequit litigantibus, & interesse habentibus*.
6. *Extrema necessaria, quæ sint ad effectum obtinendi immissionem vigore* L. fin.
   Et quid si deficiat extremum identitatis ibidem num. 7.
8. *Reus videns actorem a sua prætensione desistere an teneatur fructus restituere post adeo longævam acquiescentiam perceptos*, & num 9.
10. *Instantia de jure Canonico est perpetua*.
11. *Contra impeditum non currit præscriptio*.
12. *Justa causa litigandi salvare nequit reum a refusione expensarum in fine litis*.
13. *Confusio Confinium facta a Reo impedire nequit immissionem vigore* L. fin.
14. *Res judicata rotalis est supponenda*.
15. *Exceptio de Jure tertii allegari nequit, neque admitti in Judicio*.
16. *Fructus, qui effecti fuerunt a die translati Dominii creditum fideicommissarii, seu vocati, remanent in patrimonio ejusdem, & non tendunt ad beneficium ulterioris Successionis*.
17. *In Judicio Interdicti quorum bonorum, seu petitionis hereditatis, fructus sunt restituendi ab obitu Testatoris, vel illius possessoris, de cujus successione agitur*.
18. *In Judiciis non habetur ratio de præcedentibus sententiis etiam favorabilibus, ne quis compellatur ad restitutionem fructuum totius Judicii, & expensarum, sed unice respicitur quis in fine triũphaverit*.
19. *Positus in mala fide tenetur restituere fructus usque ab initio primi cõtestati Judicii*.

DECIS. DLXI.

Fatum quodammodo quarumdam Causarum, & quandoque etiam Personarum, sive Familiarum efficit, quod non obstantibus regulis, & propositionibus in una Causa intra idem Personarum genus juridice jam stabilitis, iterum gliscente nova occasione eædem ferme contentiones ebulliant, & reviviscant; Quamvis etenim inter illos ejusdem familiæ de Vecchiarellis, ut par erat, in illo conflictu prodiisset de recenti altera *Decisio* in illa *Romana restitutionis fructuum 11. Junii 1708. cor. Me*, & cui tamquam profuse ad materiam remissive memineram *in addit. ad dec. 98. sub num. 19. §. Quotidiano*, prout etiam licet solide, & singillariter exstitisset earumdem in præsenti hypothesi propositionum, sive obiectorum amaritudo discussa, ac dilucidata *cor. R. P. D. meo Falconerio 30. Januarii 1711.*; Nihilominus non sine admiratione alicuius ex *Dominis* denuo quæstio hæc excitabatur, itaut hodie disceptare necesse fuerit, utrum *Mandatum Rotale* pro summa *scutorum 835. 89* rela-

relaxatum *a prædicto R.P. D. meo Falconerio* nec ne *exsequendum foret*, & unanimi suffragiorum consensu fuit resolutum, atque responsum *affirmative*.

Ad novum igitur examen revocatis objectionibus, quæ fuerant coram prædicto *R.P.D. meo Falconerio* per Bartholomæum oppositæ, & accurate dispunctæ, atque rejectæ, firmiter visum fuit, subsistere prædictum mandatum, nullamque ex eisdem repetitis objectionibus habere vim evertendi idem Rotale mandatum, quod in conflanda prædicta summa scutorum 835. 89. ex capite debitæ restitutionis fructuum faciendæ per Reum succumbentem in Judicio Immissionis in vim *l. fin. C. de edict. D. Adr. tollen.* remanserat innixum fundamentali principio, quod cum *sub die* 29. *Maji* 1666. fuerint producta jura talia per Petrum Franciscum de Severis Actorem, per quæ poterat idem Bartholomæus de suo malo Jure pertimescere, ab illo proinde die usque ad totū mensem Junii 1710. quo dumtaxat tempore dimiserat possessionem Prædii, de quo agebatur, fructus indubitanter erant per eum restituendi, sicuti abscissa qualibet forsan

1 veteri antinomia *Sacrum Auditorium* semper tenuit, & definivit, ut videre est penes *Card. de Luca de Judic. disc.* 39. *sub nu.* 14. *vers. probabilius*, *Rota in dec.* 226. *num.* 3., & *seqq. par.* 18. *rec.*, *in Romana Hereditatis de Lanuviis* 6. *Junii* 1695. §. *Cum enim, cor. R. P. D. meo Scotto*, & 28. *Junii* 1697 §. *Confirmatione*, & §. *seqq. cor. me dec.* 15. *n.* 3. *inter noviter hactenus Romæ impressas*, cum aliis quotidie *in Romana Donationum super fructibus* 24. *Junii* 1710. §. *Verum*, *cor. R. P. D. meo Crispo*.

Non quidem obfuit prima objectatio subinclusa in illo apparatu, quod nec Monitorium litis initiativum hactenus minime reperiretur amplius in actis, quodque tantummodo absque materiali productione fuerit facta Indicatio Jurium de cetero producendorum, cum ex rationibus copiose differtis *in prædicta Romana restitutionis fructuum* 11. *Junii* 1708. *a* §. *Ceterum usque ad* §. *Compertum cor. Me*, ad inducendam vere illam malam fidem productivam obligationis refundendi fructus minime sufficeret, nedum etiam præ-

2 existens solum Monitorium, sed nec etiam indicatio hujusmodi Jurium etiam individualissima cum relatione ad diem, Notariū, Consulem, & Annum, prout etiam affirmaverat *Bartol. in l. naturaliter* 12. §. *Nihil commune* 32. *ff. de acquir. possess. Ubert. de Citat. cap.* 15. *n.* 123. *Post. de manut. observ.* 97. *n.* 15. *et seqq. Rota post eumdem dec.* 238. *n.* 11. & 12.

Quatenus namque spectabat ad hodiernam monitorii deficientiam, profecto quoties, ut ad præsens, abunde constabat tā de illius transmissione, quam de successiva illius reproductione, quæ per necessarium antecedens secumferebat illius undique realem præexsistentiam certe quod si per incuriam Actuarii, sive Notarii de præsenti noscebatur de-

3 perditum, non ob id poterat illud officere Litigantibus, & habentibus interesse, sicuti respondit *Rot. cor. Seraph. dec.* 1115. *n.* 5. *cor. Buratt. dec.* 788. *num.* 4., & *in d. præcedenti dec.* 30. *Januarii* 1711. §. *Nec officit erga medium cor. R. P. D. meo Falconerio*.

Quo vero ad simplicem indicationem, ea utique in abstracto fuisset insufficiens ex sensu *Sacræ Rotæ*, nisi forte aliunde palpabiliter Judici pateret scientia, & mala fides in Reo undique detecto injusto detentore, seu occupatore rei alienæ; Tunc etenim quia effectiva productio Jurium nequaquam ad aliū finem exquiritur, quam ad effectum certæ notitiæ, & indubitatæ impressionis ipsius malæ fidei in eodem detentore, hinc in his vel illis particularibus circumstantiis sola

4 profecto indicatio sat esse valeret, ut fuit resolutum *in illa Romana Immissionis super fructibus* 27. *Junii* 1708., & 14. *ejusdem mensis* 1709. *coram Rever. P. D. meo Lancetta*, & *fuit pariter abstractive admissum in dicta Romana restitutionis fructuum* 11. *Junii* 1708. §. *Hine non officere cum seqq. cor. me*:

Præcisive autem ab hac limitatione, illiusque quatenus oportuisset congrua applicatione casui, de quo tractabatur, *Domini* annotavere, quod non omnia Jura in hac Causa per Actores fuere dumtaxat mere indicata, sed illorum præcipua, & importantior pars exstitit quoque materialiter producta, ex qua sicut ex ungue leo poterat plusquā sufficienter Bartholomæus instrui de suo malo Jure,

5 idq; superabundar, ex traditis per *Rot. dec.* 191. *n.* 9. *par.* 15. *rec. et in Romana donationis super fructibus* 24. *Junii* 1710. §. *Verum*, & §. *sed in casu cor. R. P. D. meo Crispo*, & *bene in præterita decisione hujus Causæ coram R. P. D. meo Falconerio*.

Neque revera ullo modo oportebat actu realiter producere Instrumentum venditionis Prædii, seu Tenutæ, ad quam prætendebatur immissio, sequutæ favore illorum de Vecchiarellis, cum hujusmodi onus potius incumberet Bartholomæo detentori ad sibi parandam validiorem defensionem ad varios Juris effectus, resultantes ex titulo onerosæ acquisitionis: actori namque plusquam exuberabat docere de extremis necessariis ad assequendam expetitam Immissionem, ut

ut de facto exstitit practicatū per repetitionem Testamenti ad finem justificandi fideicommissum, necnon productionem fidei Baptismatum pro comprobanda descendentia, ac denique identitate ex Partitis Catastri, alteriusque publici Instrumenti, cum hæc sint, ut diximus, extrema solum ne-
6 cessaria pro reportanda Immissione in vim supradictæ *l. final. Test. Gabriel. conf. 45. n. 9. lib. 1. consil. 44. num. 1. & seqq. lib. 2. Menoch. de adipisc. remed. E num. 199. Peregr. de fideicomm. art. 44. n. 3., & 26. Rota post Torr. de majorat. & primog. Tom. 3. decis. 40. num. 1. §. Constat enim cor. Merlino dec. 312. num. 1. cor. Bich. dec. 161. num. 1. et dec. 103. n. 13. par. 16. rec.*, & per hoc conciliative non immerito a contrario, quia
7 præ ceteris deficiebat in actis probatio identitatis oppositum dictum fuit in prædicta *Romana restitutionis fructuum in d. Romana Immissionis super fructibus 14. Junii 1709. §. Atque ex his cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Minus relevabat secunda objectatio, quod Judicium introductum coram uno Judice diverso conquieverit per spatium 27. Annorū, & deinceps solum sub Anno 1693. fuerit restauratum coram alio Judice, ideoque per hujusmodi longævam taciturnitatem Actoris convalescere potuerit in Reo probabilis opinio bonæ fidei, & justæ possessionis, resistente utique in hoc casu naturali Dictamine, quod asperum nimis esset, ut idem Reus videns Actorem desistere a sua prætensione, teneretur postea quodammodo impetuose evomere ingentem cumulum eorum fructuum, quos minutatim in tali credulitate sub verisimili bona fide, & quodammodo
8 Justitia percepit, atque consumpsit, ut signanter conclamat *Card. de Luca de fideic. disc. 186. num. 14.*, & post reliquas *Decis. Sacri Auditorii*, animadversum quoque fuit pro firmando tertio fundamento resolutionis in prædicta *Romana restitut. fructuum 11. Junii 1708. §. Hac qua pariter cor. Me.*

Quoniam hæc undique æquitativa, & ceteroquin solida reflexio verissime congruebat illi hypothesi, omnique alteri consimili congrueret, quando, prout illic, Actor defecisset a principio in productione Jurium fundantium suam intentionem, sicuti contingebat in ea controversia, in qua Actor præceteris nihil adduxerat in sua productione, seu mavis indicatione, quod saperet, nedum attingeret probationem identitatis, ulteriusque præter passivam acquiescentiam intercedebat ex parte ejusdem Actoris activa gestio plurium Actuum quodammodo incompatibilium cum fine ad quem lis intentata tendebat, sed quoties prout hic, e converso omnia, ut supra, necessaria exstiterant a principio producta, itaut remanserit jam inflicta inexcusabilis mala fides, profecto sola taciturnitas, & silentium eamdem malam fidem minime valebat divellere, maxime dum in successiva prosecutione,
9 seu reassumptione ad cautelam repetita exstiterant eadem Jura Originarii Judicii, ut recte fuit ostensum post decisa *cor. Bich. dec. 263. num. 14. cum duob. seqq., dicta præcedentis Instantiæ cor. R. P. D. meo Falconerio, §. Minus suffragatur*, in qua ulterius extitit optime delineata, seu declarata altera *Decisio*, quæ extrinsecus apparebat contraria, videlicet *la 437. coram Priolo.*

Potissime ex quo eadem taciturnitas clare forsan promanaverat, seu saltem causari potuerat ex illis quotidianis impeditivis circumstantiis, mutationis scilicet personarum, & variæ congruentiæ temporum, absque eo, quod idcirco sola, & de per se hæc acquiescentia, seu non prosecutio posset inducere cogitatum alicujus desertionis, quando de
10 reliquo Instantia de Jure canonico est perpetua, ut habetur per *Scacc. de appellat. quæst. 15. art. 11. n. 275. Ridolph. in prax. cap. 1. num. 88. par. 2. Card. de Luca de Judic. disc. 7. nu. 20. & 21., & dec. 18. n. 34. Rota cor. Bich. dec. 395. num. 17. & seqq., & dec. 388. num. 6. & 7. par. 18. cum relatis in dec. 4. num. 8. cor. Me inter hactenus Romæ impressas*, & de facto videmus, quod ex hac Causa contingibilium immutationū, necnon faciendæ idcirco subductionis impedimentorū difficile currit præscriptio er-
11 iam civilis, ex animadversis per *Alex. conf. 58. num. 9. lib. 5. Bald. de præscript. par. 4. in princip. quæst. 3. sub n. 6. Pacific. de Salvian. interd. insp. 2. cap. 2. num. 298., Rota dec. 572. num. 3. par. 19. rec., & in Romana Salviani 2. Martii 1709. §. Obtruncabatur coram Me.*

Ejusdemque debilitatis pariformiter tertio reddebatur supposita confusio Confinium Prædii, seu Tenutæ controversæ, quasi vero illa præbere valuerit justam Causam litigandi, & consequutivam retentionem fructuum, quia præterquam in Curia nostra, nec ea alioquin justa causa litigandi inducere solet excusationem, ac refectionem etiam expensarum, in quas damnatur Reus
12 in pœnam temeræ substentationis litis, ideoque fraternizantem cum fructibus, quemadmodum testantur, & profitentur adducti *penes Vestr. in prax. lib. 8. cap. 2. num. 10., Card. de Luca in relat. Romanæ Curiæ disc. 32. num. 103. Adden. ad Buratt. dec. 921. num.*

num. 9. Rota dec. 73. num. 4. & seqq. coram Bich. dec. 168. num. 6. par. 9. rec., & in Cavallicen. Bonorum super expensis §. Penultimo coram Me.

Adhuc cum allegata confusio processerit ex facto illorum de Vecchiarellis, ea procul dubio apta nequaquam dici valebat ad parturiendam ullam probabilem, & justam causam litigandi, sicuti enim hujusmodi confusio a Reo, vel ipsius Auctoribus prove-
13 niens habilis non est ad retardandam, impediendamque Immissionem, ex congestis *per Ruin. cons. 50. num. 15. lib. 1. Simon. de Pret. de interpret. ultim. volunt. lib. 5. dubit. 4. num. 335. Card. de Luca de fideicommiss. disc. 194. n. 13. Rota cor. Merlin. dec. 405. sub num. 13., Adden. ad Gregor. decis. 575. num. 11. Rota dec. 25. num. 24. par. 17. rec. & alibi passim.*

Ita nullatenus reputari poterat idonea ad præpediendam restitutionem fructuum rei durante hac detentæ, dum ipsi fructus veniunt in sequelam Victoriæ, & immissionis, & de facto cum jam per hoc non obstante tali supposita confusione, emanasset res Judicata *in Sacro Auditorio* illa hodie erat de
14 Jure, & de stylo supponenda, sicut in fortioribus terminis etiam simplicium Decisionum nedum rei Judicatæ, dixit perpetuo Rota, *& signanter cor. Dunoz. Jun. dec. 124. num. 2. dec. 210. num. 6. par. 17. rec. in addit. ad dec. 77. num. 66. cor. Me inter hactenus Romæ impressas, & in Urbevetana Immissionis 20. Aprilis 1711. §. Detruso ex his pariter coram Me.*

Aliquam apparentem amaritudinem promovere quarto loco videbatur consideratio, quod cum primævum Judicium de prædicto Anno 1666. exstitisset excitatum a Petro Francisco, & tantummodo reassumptum sub Anno 1693. ab hodiernis Actoribus; hinc nisi iidem moderni Actores induerent vestem hereditariam Petri Francisci, nullatenus valerent assequi hosce fructus ab Anno 1666. ad Annum 1693., quasi restasset Creditum hoc in Patrimonio, & hereditate ejusdem Petri Francisci. Ultra enim, quod exceptio hujusmodi concernere videbatur alienum Interesse, & non proprium Bartholomæi, qui semper erat Reus hujusce restitutionis, ex propria mala fide descendentis; itaut in actu tantummodo reparationis, vel in ipso limine exsequutionis indaganda, & trutinanda videretur hæc exceptio, quæ tamquam de Jure Tertii non erat regulariter ad-
15 missibilis in Judicio, ut uno ore dicunt *Surd. cons. 359. num. 13. lib. 3. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 7. num. 70. & seqq., Gratian. discept. forens. cap. 526. num. 50. & 51. Rota cor. Gregor. dec. 415. Adden. num. 6. & cor. Peutinger. dec. 333. n. 7. & in rec. dec. 277. num. 7. par. 1.*

Attamen cessabat omnis difficultas, ex quo id recte forsan processisset, quoties actum fuisset de Imissione proveniente a certo, & particulari legato, seu fideicommisso, quia tunc cum Jura nostra transferant ipso legis Ministerio, & non in vim, seu sequelam ipsius Judicii dominium rei legatæ, vel particulari fideicommisso subjectæ in ipsum Legatarium, seu fideicommissarium particularem a die purificati fideicommissi, maxime ubi concurrant verba substitutionis vel traditionis directa, aut aliqua Clausula retrotractiva ex. gr. *ex nunc, prout ex tunc*, ut in proposito hujus circumstantiæ voluit *Peregr. de fideicomm. art. 49. num. 103. vers. Fovetur autem, & num. 105. fol. 458.* & generaliter fuso calamo firmatum, & demonstratum fuit in illa Romana Domus seu Palatii 31. *Januarii 1710. §. Sublatis oppositionibus in fine, & in eadem super fructibus 10. Decembris 1710. §. Respiciendo, & in altera super fructibus quoad reservata §. Jam fine cor. R. P. D. meo Crispo.*

In hoc siquidem casu optime subintrasset memorata consideratio, quod fructus tamquã effecti a die translati dominii, Creditum fideicommissarii, sive vocati remanerent in patrimonio ejusdem, & non tenderent ad
16 beneficiũ ulterioris successoris, seu substituti in eodem fideicommisso, prout adamussim dissertum, & decisum fuit *in eadem Romana Domus, seu Palatii super fructibus quoad reservata 13. Martii 1711. §. Cum autem cor. R. P. D. meo Crispo.*

Verum id minime applicabatur hodiernę thesi, in qua peragebatur de petitione, & Immissione sequuta in vim fideicommissi universalis, etsi enim in hoc existant difformia remedia etiam universalia, nempe *l. final., & Interdicti quorum bonorum, seu petitionis hereditatis*, cum in priori judicio veniant fructus a die solum motæ litis, & impressæ malæ fidei; In posterioribus vero ab obitu Testatoris, vel illius possessoris de
17 cujus successione tractetur, per ea, quæ bene distinguuntur per *Bald. in l. non est ambiguum a nu. 1. ad 3. C. famil. ercifcund. & in l. scimus C. de inoff. Testam. Peregr. de fideicomm. art. 48. num. 62. Rota cor. Merlin. dec. 366. n. 3., & seqq. cor. Cavaler. dec. 409. n. 4. & in Rec. dec. 588. n. 4. p. 19. tom. 2.*

Nihilominus quatenus attinebat ad præsentẽ quæstionem illa instantia promanans in judicio a fideicomisso universali trahebat secum

cum fructus (de cetero, ut præmisimus, solum a die impressæ malæ fidei) in beneficium illius, qui victoriam terminativam fuit assequutus, alias quippe nequaquam prædecessores fuissent quidquam assequuti, nisi reportata exstitisset actualis immissio a successore subintrante in ulteriori judicio peremptorio, mediante re judicata, unde ob id videmus, quod in judiciis nullo modo habetur ratio de præcedentibus sententiis, quæ etiamsi fuissent Reo favorabiles, adhuc
18 ei non suffragantur ad finem, ne compellatur, restituere fructus totius judicii, & respective expensas reficere, sed unice respicitur, quis in fine triumphaverit, ut citra scrupulum tradiderunt *Roman. conf.* 545. *n.* 27., *Natta conf.* 535. *nu.* 14. *& seqq. Sard. conf.* 268. *num.* 31. *&* 32. *lib.* 2., *& dec.* 136. *n.* 16. *Rota cor. Arguel. dec.* 113. *num.* 3. *&* 4. *cor. Buratt. dec.* 568. *num.* 16., *& seqq. inter impress. ad ornat. Card. de Luca dec.* 29. *num.* 6. *tom.* 7. *in Mantissa*, *& in rec. dec.* 224. *n.*26., *& seqq. par.* 17., & in terminis fideicommissi, ac restitutionis fructuum, quamvis non tam præcise, generaliter ramẽ, & bene distinguens inter plures Creditores, & inter plures vocatos ad fideicommissum, qui successive agant, quod Reus positus in mala fide obstringatur refundere fructus usque ab initio primi contestati Judicii *post Rot. dec.* 121. *nu.* 1., *&* 2. *cor. Penia impress. Venet.*, *eadem Rota in Romana Liquidationis fructuũ* 3. *Junii* 1701. §. *Quoniam cor. bon. mem. Emo Caprara*.

Rursus igitur ad exuberantiam eversis iterum repetitis objectionibus, resolutũ fuit *Mandatum Rotale esse exsequendum*: cum circa cetera leviora objecta *Domini* sese remissive habuerint, ad plene jam demonstrata in præmissa *Decisione R. P. D. mei Falconerii*.

Utraque &c.

Herbipolen. Monasterii.

Mercurii 27. *Januarii* 1712.

ARGUMENTUM.

Monasterium supprimere, vel in locoRegulariũ, seculares in eo ponere ad quem spectet; Et quibus de causis hæc conversio ad seculares fieri possit, & quæ prius præcedere debeant. Monasterium aliquod si a Religiosis relinquatur ob invasionem Hæreticorum, tunc transit in administrationem Summi Pontificis, & quid sit dicendum, si dictum Monasterium reperiatur, esse membrum alterius Monasterii.

SUMMARIUM.

1. *Clemẽtina* Quia Contingit de Relig. Dom. *quid disponat*.
2. *Quæ ex largitione Fidelium sunt ad certum usum destinata, debent, & possunt converti, & immutari a solo Summo Pontifice, vel ab ejus Delegatis*.
3. *Præsertim si hæc immutatio tendat ad remotionem Regularium, & inclusionem Secularium*, & nu. 4. ampliatur.
 Ejus est reprobare, alterare, & immutare, cujus est admittere, firmare, & approbare.
4. *Moniales continentur, et comprehenduntur sub quavis dispositione, & ordinatione juridica loquente de Monachis*.
5. *Et solum Moniales distinguuntur a Monachis, quatenus imparitas sexus, legis, seu Canonis inter se differre constringat*.
6. *Abbatissa, Priorissa, & Moniales Ordinis præmonstratensis, illarumque Monasterium Herbipolen.* anno 1409. *se receperunt sub immediata protectione S. Sedis cum omnimoda exemptione ab Ordinariis* & nu. seqq.
7. *Exemptio, Monasteriis concessa a Jurisdictione Ordinariorum efficit, ne cætera quæcumque Ordinariæ potestates possint eadem Monasteria tangere, & comprehendere*.
8. *Ad suppressionem Monasterii Monialium aliorumque Regularium an, & quo casu, & a quo deveniri possit*.
9. *In Ecclesia S. Joannis in Laterano sub ultimis sæculis præcedentis millesimi frequentissimæ sequutæ leguntur mutationes Canonicorum Regularium in Seculares, & Secularium in Regulares*.
10. *Expenditur dispositio* Text. in cap. inter quatuor de Relig. Domib., ibiq; Fagnan.
11. *Ordinarius quæ prius facere debeat, antequam in Ecclesia Regularium ponat Seculares, vel illa transferat ad Seculares*.
12. *Capitulum Sede vacante longe minora habet Jura quam Episcopus vivens*.
13. *Capitulum Sede vacante non potest supprimere, & immutare Beneficia Ecclesiastica, & Regularium Ecclesiam ad Seculares deferre*.
14. *In Capitulum non transeunt illa Jurisdictio & Jura, quæ competunt Episcopo de Jure speciali seu accidentali, & gratioso*.
15. *Aliud est commenda bonorum, ac Jurisdictionis, aliud est Titulus, prout aliud Bona, aliud Titulus Beneficii*.
16. *Confessio, sive enunciativa emissa a Procuratore, vel ministro sine speciali mandato non præjudicat principali*.
17. *Nulla lex aut Constitutio trahitur ad casus, & maxime irrite gestos de præterito*.
18. *Res semper clamat ad Dominum, eique restituenda semper est*.

19. Do-

19. *Dominium supremum altum, & directum bonorum, Ecclesiæ dicatorum stat sub potestate Romanæ Ecclesiæ, & administratione Summi Pontificis.*
20. *Monasterium dirutum si erat membrum alterius Monasterii, tunc ejus bona in istud Monasterium, in quo Monaci transierunt devolvuntur, & non ad Sumum Pontificē.*
21. *Etsi nequeunt Monaci bona in particulari detinere, devolvuntur ad superiorem ejusdem Ordinis, vel Collegii.*
22. *De Antiquo modo regiminis Monasteriorum Ordinis Præmonstratensis, & Benedictini.*
23. *Vera pertinentia, & Dominium probari debet clarissimis demonstrationibus, & conjecturis.*

DECIS. DLXII.

Celebris determinatio, & stabilita sanctio in *Oecumenico Concilio Viennensi per san. mem. Clementem V.* relata in parvo volumine ejus Decretalium, quæ a nomine Conditoris nuncupantur *Clementinæ sub tit. 11. cap. 2. lib. 3.* impulerat *Dominos cor. bon. me. R. P. D. Caffarello* ut, disceptato tunc, utrum applicatio, seu assignatio facta Monasterii Gerlachsheim per Episcopum Herbipolen., sive per Capitulum, & Canonicos ipsa Sede Episcopali vacante, inita favore Decani sustineretur, non solum *negative* responderent, sed ulterius decernerent, prædictum Monasterium fore restituendum Ordini Præmonstratensi, a quo longe prius avulsum exstiterat, sicuti luculenter habetur in *dec. 10. Junii 1707. confirmata sub die 17. ejusdem mensis anni 1709. cor. bo. mem. R. P. D. Caffarello* cum successiva prolatione sententiæ ad normam expeditionis decretæ die 2. *Augusti ejusdem Anni 1709.*

At erga hujusmodi sententiam provocantibus Episcopo, & Decano, de Viribus propterea prædictæ sententiæ renovata est quæstio *coram Me* Judice Commissario ejusdem Appellationis sub assueto dubio = *An Sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda* = quapropter *Domini* mihi in altero Turno, ut moris est, suffragium ferentes, unanimiter quidem censuerunt, memoratam sententiā, in prima sui parte indubitanter sibi *promereri omnimodam confirmationem*, super irritatione scilicet præmissæ Applicationis, sive assignationis factæ Decano, sed circa secundam, nempe restitutionem injunctam favore prædicti præclari Ordinis Præmonstratensis, maturiori pro nunc passu incedentes exoptarunt, quod uberius ab eodem ordine coadjuvarentur probationes illius dominii, & pertinentiæ.

Fundamentum respectu prænominatæ prioris partis antecedentis Sententiæ, quoad perperam expletam applicationem ad commodum Decani satis apparuit undequaque solidum, & ineluctabile, tamquam innixum
1 præcitatæ Constitutioni Pontificiæ, & insimul Conciliari *in dicto cap. 2.* seu *Clementina quia contingit de relig. Dom.* per eam quippe demandatur inviolabilis Custodia omnium locorum, & Jurium, bonorumque ad certos usus ex largitione fidelium pie designatorum, usque ad excitandam vigilantiam, & sollicitudinem Episcoporum, ut disrupta restaurent, eversa reædificent, ac dispersa recolligant, eos efficiendo ipsius S. Romanæ Apostolicæ Sedis ad hunc finem Delegatos, sed nequaquam delegatio hæc eisdem Episcopis, & Ordinariis sancita, atque attributa potestas vertenda erat in abusum, & destructionem piorum operum, ac Domorum cum alteratione, & immutatione eorum statuum, & applicatione diversa, cum hæc suprema, & præcelsior prærogati-
2 va sit infixa soli Thiaræ Pontificiæ, & Columnæ inconcussæ S. Sedis, ut ibi = *Ea quæ ad certum usum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium, salva quidem Sedis Apostolicæ Auctoritate, converti*, & deinceps, *Nos incuriam, & abusum hujusmodi detestantes, hoc Sac. Concilio approbante sancimus*. Unde non posse Ordinarios, Aliosve sese in hac re intermiscere, & intrudere, communiter sequuntur relati per *Augustinum Barbosam* in eadem *Clementina, quia contingit nu. 15., & 16.* & concordant in idem *Text. in Can. quæ semel dedicata caus. 19. quæst. 3. & Can. Pervenit il 2., & Can. Dudum quæst. 2. caus. 18.* cum ceteris inferius recensendis.

Potissime quoties hęc immutatio tendat ad remotionem regularium, qui sicuti sine approbatione Sanctæ Sedis nequaquam valent stabiliri; ita nec etiam detrudi possunt ad inclusionem secularium quorūcumque, cum ex notoriis ejus existat reprobare, alterare
3 & immutare, cujus est admittere, firmare, & approbare, & de facto *Gregorius Pontifex* vehementer increpavit super hoc Joannem Episcopum Ravennatem in *Can. 26.* alias *pervenit il 2. caus. 18. quæst. 2.*, ibi = *Pervenit ad me, quod &c. aliqua loca dudum Monasteriis Consecrata nunc habitacula, aut Clericorum, aut etiam laicorum facta sunt &c. proinde fraternitas tua hoc, qualibet in loco factum sit, emendare festinet, quia Ego nullo modo patior, ut Sacra loca per Clericorum ambitum destruantur* = & sequitur notando *Rebuff. in prax. benef. titul. de erect. Eccles. Cathedral.*

theural., *vel in alium stat um num.* 10. *&* 11. *Fagnan. in* 3. *par. decretal. cap. Inter quatuor de relig. domib. num.* 2. *et* 3. *Barbos. de Jur. Eccles. univ. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 59., *Tamburin. de Jur. Abbat. disput.* 5. *quaest.* 7. *n.* 7. *Marta de Consistorialibus Caussis sect.* 3. *pag.* 22. *num.* 23., *Moneta de commut. ultim. volunt. cap.* 11. *num.* 60. *et* 61., *Tondut quaest. benef. par.* 3. *cap.* 129. *num.* 7., *et* in nostris terminis dixit *Rot. dec.* 24. *nu.* 1. *et* 2. *par.* 9. *recent.*

Absque eo, quod in minimo obesset, quod ageretur de Monasterio Monialium, seu Religiosarum, non autem Virorum, & Religiosorum, eadem quippe ratio Religiositatis de proximo superius assignata, recurrit tam in proposito Monachorum, quam Mo-
4 nialium, quæ semper ulterius sub quavis dispositione, & ordinatione juridica, loquente de Monachis continentur, & comprehenduntur ad litt. *Text. in cap. ea quæ alias* 8. seu *final. de stat. Monach.*, ubi solum contradi-
5 stinguuntur Moniales, atque excipiuntur a Monachis, quatenus imparitas sexus, legis, seu Canonis applicationem diversificet, vel inter se differre constringat, ita inibi præcipiente *Gregor. III.* §. *ultimo* ut ibi = *Hac autem omnia etiam &c. in Monasteriis Monialium quoad articulos, Abbatissis, & Monialibus congruentes præcipimus observari* = atque ipsum sancitur in *cap. Licet* §. *Cum etiam Romanus de regular. Bartol. in leg.* 4. *nu.* 13. *Cod. de coll. illic. Cardin. in Clement.* 2. *quaest.* 7. *de regul.*, *Tamburin. de Jur. Abbatis. disput.* 2. *quaest.* 1. *n.* 7. & alii passim.

Eoque fortius in præsenti, quia istudmet Monasterium, illiusque bona, sive Abbatissas, Priorissas, & Moniales Ordinis hujusce Præmonstratensis de anno 1409. sub im-
6 mediata protectione *Sedis Apostolicæ* recepit cum omnimoda exemptione ab Ordinariis *Alexander V.* Teste *Tambur. de Jur. Abbat. tom.* 1. *disput.* 15. *quaest.* 4. *num.* 12. ubi ejusdem Alexandri Pontificis verba transcribit, ideoque præcisive quodammodo ab omnibus supradictis, hæc simplicissima exemptio Monialium Præmonstratensium ex se operabatur, ne ceteræ quæcumque ordinariæ potestates possent illas tangere, seu comprehendere, quemadmodum in ordine ad Mo-
7 nasteria exempta perpetuo dixerunt *Barbos. de Offic.*, *et potest. Episcopi par.* 3. *alleg.* 105. *num.* 12. *vers. Præmonstratenses*, *Tamburin. de Jur. Abb. tom.* 1. *disput.* 65. *q.* 2. *n.* 12., *Gonzal. in cap. Ne Dei in fin. vers. Et Abbates exempti de simonia*, *R. P. D. Petra ad Const. Eugen. III. const.* 2. *sect. unic. n.* 55. & dixit *Rota in Uratislavien. Manutentionis* 22. *Junii* 1703. §. *Non attentis cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Minusque restagari poterat suppositū (quod ideo deventum exstiterit ad hanc immutationem, & suppressionem respective status regularis, ex quo tunc temporis eædem Moniales fortasse vitam minus Religiosam ducerent, unde locum sibi vindicaret rescriptū, Constantinopolitano Patriarchæ transmis-
8 sum *ab Innocentio III.*, & insertum *in cap. inter quatuor de relig. domib.*, & plenius relatum *per Emanuel. Gonzal.*, ibi = *De Monasteriis quoq; Græcorū in seculares Canonicos convertendis fraternitati tuæ respondemus, quod quamdiu per Regulares Viros, seu Græcos, sive Latinos remanere potuerint ordinata, non sunt ad seculares Clericos trasferenda, sed si regulares defuerint, propter eorum defectum in eis seculares Clerici poterunt Ordinari.* Quapropter inibi subdit idem *Gonzalez.*, quod citra hunc casum necessitatis id facere tantum Pontifici licet ob prohibitionem Juris, de qua *in cap. quæ semel* 19. *q.* 3. *cap. Pervenit* 8. *&c.* & videtur etiam admittere *Fagnan. in eodem cap. Inter quatuor num.* 1. *&* 2. *Gratian. discept.* 473. *num.* 20.

Siquidem ultra quod prælaudatus *Gonzal.* in prædicto suo elaborato Canonum commentario ad dictum *cap. inter quatuor*, prætendit, & ostendit, ibi nequaquam agi de Monasteriis effectivis Regularium, sed tantummodo de Canonicis Regularibus facile commutabilibus in Canonicos seculares, uti etiam ad partes docent historica monumenta in Archibasilica S. Jo. in Laterano omnium aliarū Ecclesiarum Urbis, & Orbis Matre, in qua sub ultimis sæculis præcedentis millesimi, &
9 primis secundi fere djuturnæ, ac frequentissimæ sequutæ leguntur hæ mutationes Canonicorum Regularium in seculares, & Canonicorum secularium in Regulares; quod etiam revera demonstrat abundātior *litteræ Text.*, *seu rescripti prædicti in cap. inter quatuor*, quæ non invenitur in *Decretalibus recollectis per San. Raymund. de Pennafort. nostri Ordinis Auditorem* ob illa nempe superaddita verba *de Monasteriis quoque Græcorum in seculares Canonicos convertendis*, arguens idcirco de non sana interpretatione repetentes super hac *decretali*, ut latius apud eumdem *sub num.* 2.

Adhuc suppositum istud malæ disciplinæ earumdem Monialium, ut recte agnitum fuit in *Decis.* 10. *Junii* 1707. §. *Non obstat. coram bon. mem. Caffarello*, stabat dumtaxat in ore ipsius Ordinarii in subjecta materia parum attendibilis, & quādo etiam verum exstitis-
10 set, nihilominus idem *Text.* magis protendebat

debat ad favorem ipsorummet Regularium, per quos directe reformanda est prius talis collapsa disciplina, quam sint transferenda ipsa Monasteria ad seculares, juxta monitum *Fagnani in eodē cap. Inter quatuor n.* 11. non autem favebat Ordinariis, & in omnem casū servandæ omnino erant in hujusmodi morbo graduales illæ curationes, quæ habentur penes eumdem *Text.*, & respective scholam universam *Canonistarum*, quando tamen de his, nec una demonstrabatur observata, ne npe quod in primis reformaretur eadē disciplina in ipsis Religiosis delapsi Monasterii, si posset, secundo adhibitis aliis ejusdem fal-

11 tem Ordinis, tertio in omnem eventum de aliis in subsidium alterius Ordinis, quare solum in extremo quarto casu necessitatis permissa reperitur translatio ad Clericos seculares, ex doctrina *Gemin. in d. cap. Si Episcopus in fin.* 12. *quæst.* 1. de qua *Gratian. d. discept.* 473. *n.* 22. *Lapus allegat.* 68. *per tot Gonzalez. ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 8. *nu.* 44. *Garz. de benefi. secul. & Regul. part.* 7. *cap.* 10. *num.* 16. *Pignattell. consult. Canon.* 145. *nu.* 5. 6., *&* 7. *tom.* 8.

Si igitur ex tot præmissis considerationibus, atque fundamentis neutiquā facere hanc suppressionem, & immutationem valuisset ipsemet Episcopus, & Ordinarius, quid dicendum de Capitulo, Ecclesia tunc Episcopali Vacante, & faciente hanc translationem ad commodum Decani ipsiusmet Capituli?

12 quando indubitati Juris est, longe minora esse Jura Capituli, sede vacante, quam Episcopi viventis *Gloss.*, *et Doctores in cap. cum olim de major., et obedien. Lotter. de re benefic. quæst.* 28. *lib.* 1. *n.* 140., *Ricc. in praxi for. Eccles. par.* 1. *resol.* 477. *num.* 4. *Garzias de benef. par.* 5. *cap.* 4. *nu.* 145., *Barbos. de Canon., et dignit. cap.* 26. *nu.* 5., *Card. de Luc. de Regul. disc.* 29. *num.* 17. *Rot. dec.* 32. *n.* 8. *vers. In primo casu par.* 7. *rec.*, quod

13 & in specie suppressionis, & immutationis Beneficiorum, Ecclesiarumque plane connotarunt *Barbos. de offic. et potest. Episcopi p. r.* 3. *allegat.* 67. *num.* 12. *et in Summ. Apostolica collect.* 503. *num.* 15., *Card. de Luc. de Canonic., et Cap. disc.* 19. *nu.* 17., *et de Regular. d. disc.* 29. *pariter sub n.* 17., & recte firmavit prima *decisio* hujus causæ *sub die* 10. *Junii* 1707. *§. Nihilominus in fin. cor. bona mem. Caffarello.*

Atque ob id prorsus inanis evadebat rumor, qui in hodierna audientia fiebat per Defensores ejusdem Episcopi, nimirum, quod per *Decretum* Sac. Congregationis de Propagāda Fide editum sub anno 1630. attributa fuerit facultas Episcopis Germaniæ, ut bona recuperata, & recuperanda ab Hæreticis, quæque prius per ipsosmet Episcopos erant retinenda, ac conservanda ad dispositionem Sedis Apostolicæ, valerent ex tunc, ab illis, & de illis disponi, prout utilius possent, ad Catholicæ Fidei propagationem, & conservationem; Etenim non minus præfatum *Decretum* ex pluribus reddebatur palam inapplicabile, & quidem non tantum ex eo, quod ipsum loquebatur de solis Episcopis Germaniæ circa hanc applicandi bona redempta tributam potestatem, non vero de Capitulo, seu Capitulis, in quo (quidquid sit de omni alia Jurisdictione de Jure communi, Ordinariis competente) profecto non transeunt illa Jurisdictio, & illa Jura, quæ

14 competunt Episcopo, prout hic de Jure speciali, seu, ut vocant accidentali, atque gratioso ex his, quæ plena manu traduntur *per Innocent. in cap. cum in cunctis num.* 7. *de elect. Abbas in cap. verum num.* 9. *de for. compet. n. But. in eodem cap. nu.* 7. *vers. vel tertio Ursell. conclus. legal.* 138. *num.* 91., *Cast. de remed. subsid. cap.* 115. *n.* 2. *Lotter. de re benef. lib.* 1. *quæst.* 9. *nu.* 47. *vers. Assumptum vero*, *Rebuff. in praxi benef. tit. de devolut. num.* 68 cum aliis adductis per *Antonium Marchettum in prax. Vicar. cap. par.* 2. *cap.* 12. *nu.* 10. *Spercll. dec.* 111. *nu.* 42. *et Rot. dec.* 346. *n.* 4. *vers. Et ea par.* 1. *rec.*

Rursus hujusmodi *Decretum* loquitur de bonis ab hæretica manu redemptis, non de Titulis, qui semper important, & sunt quid separatum ab ipsa materialitate bonorum; Aliud quippe sunt Bona Beneficii; Aliud

15 Titulus Beneficii, prout aliud est Commenda bonorum, ac etiam Jurisdictionis; Aliud est Titulus, ut habetur apud *Felin. in cap. in nostra nu.* 2. *vers. secundo de rescript. Sylva de benef. par.* 3. *quæst.* 20. *ante fin. vers. istud est limitandum, Barbos. de Offic., et potest Episcop. p. r.* 3. *allegat.* 53. *num.* 111. *Mend. de Ordin. Militar. tit. de commend. disquis.* 10. *quæst.* 1. *sub num.* 6. *Rot. cor. Coccin. decis.* 1592. *num.* 8.

Denique nec etiam constabat, prout ulterius requirebatur, quod Monasterium, & bona Monialium Gerlachsheim essent revera recuperata ab hæreticis, nisi per simplicem enunciativam modernis temporibus emissam a nonnullis Ministris ejusdem Ordinis Præmonstratensis absque ullo, vel minimo adminiculo, seu fumo justificationis, unde nequaquam ex hac implicita confessione,

16 sive enunciativa poterat dici, aut censeri præsertim sine speciali mandato præjudicatum toti Ordini Præmonstratensi, ex passim affirmatis per *Gratian. discept. for.* 224. *nu.*

224. *nu.* 42. *Rot. cor. Buratt. decis.* 136. *nu.* 16. *ibique adden. nu.* 30. *et in rec. dec.* 44. *n.* 9. *par.* 10., *et dec.* 16. *n.* 15. *par.* 15. *dec.* 9. *n.* 28. *par.* 19. *in Camerinen. Manutentionis, seu Censuum* 23. *Junii* 1698. §. *Prout eo minus cor. Rmo D. meo Molines Decano, et in Tarraconen. Insignium* 11. *Decembris* 1702. §. *Minus cor. bo. me. Muto, & in Matheranen. Prælationis* 23. *Junii* 1710. §. *Jure vero coram Me.*

Quinimò quando etiam omnia hęc pro congrua responsione, & eversione objecti deessent, prout a contrario intercedebant, & sane tam fortiter, ut singula, ac de per se viderentur exuberare, sufficisset in omnem casum finalis reflexio, quod suppressio Monasterii facta fuerat per Episcopum de Anno 1563. proindeque non poterat post tantum ab inde temporis decursū *superventum Decretum* amplecti suppressionem per antea nulliter, & citra ullam imaginabilem potestatem expletam a solo Episcopo; ex quo nedum nullum speciale Decretum, & Gra-
17 tiosa concessio, ut ad præsens, sed nulla lex generalis, atque edita Constitutio, sive Pōtificia, sive Cæsarea trahitur ad Casus, & maxime irrite gestos de præterito, ex collectis post *Bartol. in l. omnes Popul nu.* 44. *post med. C. de Sacrosanct. Eccles. Hended. cons.* 16. *num.* 16. & 17. *lib.* 1., & alios per *Gratian.* 465. *nu.* 12. *Rota dec.* 520. *nu.* 8. *par.* 18. *tom.* 2. *rec.*, & *in dec.* 76. *num.* 8. *inter novissime Romæ impress. cor. me.*

Atque hęc citra scrupulum videbantur esse inconcussa motiva prorsus confirmandi præcedentem sententiam in prima parte denegante, licuisse Capitulo, vel etiam Episcopo, facere hanc suppressionem, & assignationem respective ad commodum Decani ejusdem Capituli, sed in ordine ad secundam partem prænominatæ sententiæ præcipientis, quodammodo in sequelam restituendum fore prędictum Monasterium Gerlascheim Ordini Præmonstratensi *Domini* pro nunc manserunt in ancipiti, quia licet valde perstringentia, solidaque apparerent motiva in favorem Ordinis constabilita in geminis *Decisionibus*, quę præcesserant eamdem sententiam *coram bon. mem. Caffarello*, ut in illa *diei* 10. *Junii* 1707. §. *Data itaque et* 17. *ejusdem mensis* 1709. *ferme per totam*. nimirum, quod satis evinceretur ex pluribus circumstantiis, & probationibus memoratum Monasterium exstitisse de Juribus, & pertinentiis prælaudati Ordinis Præmonstratensis, & idcirco resoluta, & infracta qua-
18 libet subsequuta applicatione, res videretur ad Dominum clamare, eique propterea esset restituendum, ex vulgat is juribus, de quibus *Menoch. de recuperand. possess. in præludiis in principio Gratian. discept. for.* 207. *num.* 36. *Fachin. contr. Jur. cap.* 60. *n.* 5. *Calvin. de aquit. lib.* 2. *cap.* 169. *nu.* 21. & alibi passim.

Idque adeo verum, quod non obstante, quod supremum, altum, & directum, immo, & in ambiguis utile, & rotale dominim Bonorum Deo, & Ecclesiæ dicatorum exstare dicatur, & revera exstet sub potestate Ro-
19 manæ Ecclesiæ, & Administratione Summi Pontificis, qui Summi Dei vices sustinet, & moderatur in terris, secundum perbelle notata per *Gratian. in cap. unico* §. *Confirmato de religios. Domib. in* 5. *notabil. lib.* 6. *Felin. in cap. cum dilecta nu.* 22. *de rescript. Angel. post gloss. in l. sicut* §. *Si quid* §. *Quod cujusque univ. nom. Tamburin. de Jur. Abbat. tit.* 3. *disput.* 5. *quæst.* 7. *in fin.*, *R. P. D. Petra in const.* 12. *Innoc. III. sect.* 3. *nu.* 3. *tom.* 2. *Rota dec.* 24. *num.* 4. *par.* 9. *rec.* & *in Gerunden. Eleemosynæ Panis super condonat. fructuum* 8. *Junii* 1705. §. *Non obstante coram Reverendissimo meo Kaunitz Episc. Labacen.* prout etiam demonstrat memoratum Decretum Sac. Congregationis de Propaganda Fide Anni 1630. per antea supponens in puram custodiam Episcopis bona recuperara ab Hæreticis remansisse ad dispositionem solius Summi Pontificis.

Attamen quia eadem S. Romana Ecclesia, ejusque Caput Summus Pontifex non intēdit in minimo minuere immediata Jura aliarum Ecclesiarum, sibi quomodolibet in Ordine Hyerarchico subalternanciam, hinc quoties bona immediate noscuntur attinere ad easdem inferiores Ecclesias, Collegia, vel Ordines, sive seculares, sive Regulares, ex assueta benignitate permittit, quod hujusmodi bona immediate conquisita, etsi perperam ab inimicis Ortodoxæ fidei divulsa in casu recuperationis jure quodam postliminii redeant ad eosdem Inferiores, nempe quod extincto etiam Monasterio, quod antea erat Dominus, tunc illius Bona ad aliud Monasterium, in quo transierint Monaci, vel quatenus nequeant iidem Monaci, sive Religiosi bona in particulari detinere, de-
20 volvantur ad Superiores ejusdem Ordinis, vel Collegii, ut apposite tradit *Joannes Andreas in cap. recolentes in fin. ubi Abbas nu.* 3. *de Statu Monachorum*, *Bartol. in l. ultim. num.* 22. *vers. Et hic est advertendum ff. de Colleg. illicit. Petrus de Perusio de Mutat. Stat. Eccles. in princip. num.* 7. *inter tractat. Magn. tom.* 14. *fol.* 175. *a tergo col.* a. *Pelligar. in manual. tract.* 8. *cap.* 7. *num.* 108.

Tam-

b *Tamburin. de Jur. Abbat. disput. 5. quæst.
8. num. 3. in fin. cap. 3. Rota dec. 35. nu. 1.
post. Novar. in Summ. Bullar. & in rec. dec.*
21 *24. num. 4. par. 9.*, & in secundo *Abbas in
cap. recolentes n. 3. de Stat. Monachor. idem
Bart. in d. l. ultima nu. 22. vers. quaro quidem
fiet; Sanchez super praecept. Decalog. par.
7. cap. 32. nu. 59. Murga de Benef. quæst.* 8.
n.80. Rota in dicta decis. 24. n.4 par. 9. rec.

Occasio itaque aliqualiter ambigendi versata
est in eo, quod juxta sobrie, & de cetero
recte animadversa in illa *Treveren. Unionis
cor. Cardin. Verospio* hactenus impress. *decis.
24. part. 9. recent.* in simili prætensione agnitum
fuit, quod non solum ex subjecta
materia Monasterii Monialium non poterat
præsuponi ulla unio, vel intrinseca dependentia
a Monasteriis Virorum, seu Monachorum,
nisi duntaxat in ordine ad admi-
22 nistrationem, & gubernium bonorum, verũ
etiam, quod ex Constitutionibus ejusdem
Ordinis Præmonstratensis singula illius Monasteria
erant respectu dominii bonorum
inter se penitus divisa, atque discreta, absque
aliqua Communicatione inter ipsa, ut contingit
in universalibus, & Collegiis more
veræ, & promiscuæ reipublicæ, aut perfectæ
Monarchiæ sese sub uno, eodemque capite,
seu Superiore gerentibus, quemadmodum
E. G. respectu Monasteriorum Sancti
Benedicti, quæ ultra montes sita sunt, ad
differentiam illorum, quæ sunt in Italia,
considerat, ratiocinatur, & tradit *Card. de
Luc. de Regular. disc. 76. num. 2.*

Ac propterea quamvis, ut præmisimus præfatæ
demonstrationes, & argumenta allata in decisionibus
præcedentibus admodum profecto
urgerent, adhuc ex quo judicium quodãmodo
rei vindicationis, quod in substantia
per Ordinem Canonicorum Regularium Præmonstratensium
in præsenti conflictu inten-
23 tabatur, exigebat magis severum genus
probationum, quæ plene concludant veram
pertinentiam, & dominium, secundum *Bartoli*
doctrinam *in l. quidam in suo num. 4. ff. de
condit., & demonstrat. Mascard. de probat.
conclus. 537. num. 2. Menoch. de recuperan.
remed. 11. n. 32. Gratian. discept. for. 533.
nu. 43. & seqq. Rota dec. 723. nu. 2. par. 4.
divers. Adden. ad dec. Buratt. 236. num. 12.
& 13. in rec. dec. 150. nu. 1. par. 1. & dec.
494. num. 5. par. 19. com. 2.*

Hinc *Domini* pro nunc hæsitantes, an prædictæ
usque dum Justificationes hunc in rei veritate
gradum attingerent, ad firmius capessendum
Judicium demandarunt, melius coadjuvari,
sive dilucidari probationes.

Utraque &c.

Pisauren. Emphyteusis.

Ven. 29. Januarii 1712.

ARGUMENTUM.

Licet regula sit, quod per simplicem divisionem nullatenus remissum censeatur fideicommissum, vel alium ordinem succedendi, attamen æque præpotens est limitatio, quod scilicet si in eadem divisione legantur verba, & appositæ noscantur tales clausulæ, quæ dividentium voluntatem remittendi fideicommissum demonstrent, tunc semper dicitur remissum fideicommissum. Ex quibus autem arguatur hæc voluntas, late habetur in decisione, ubi omnia quæ pro fideicomissis sunt disposita locum habent in emphyteusi.

SUMMARIUM.

1. *Emphytheusis pactionata fraternizzat cum fideicommissaria ordinatione.*
2. *Dominus directus non potest novam investituram tribuere in præjudicium alterius in ea comprehensi.*
3. *In fideicommissis si inductum apparet Jus accrescendi, sive volita in substitutionibus reciproca linearis, Masculi unius lineæ excludunt feminas alterius, etiamsi fuissent in eamdem alteram lineam ingressa bona fideicommissaria = Quod procedit etiam in Emphyteusi pactionata.*
4. *In divisionibus tolli potest vinculum fideicommissi ex pacto et conventionibus, & bona per d. divisionem in quoscumque successores transeunt libera.*
5. *Quod itidem procedit etiam in bonis Emphyteuticis.*
6. *Declara, si sermo sit cum heredibus paciscentium, & remittentium hujusmodi fideicommissa, vel Emphyteuticas ordinationes, secus in illis, qui ex persona propria veniunt.*
7. *Heres beneficiatus usquequo rationem non reddidit de bonis hereditariis, habetur ad instar heredis simplicis.*
8. *Ex simplici divisione nullatenus censetur remissum fideicommissum, sive ordinem succedendi, & quare.*
9. *Limita, si in eadem divisione appareant verba, & clausulæ, quæ dividentium intentionem remittendi fideicommissa indicent. Et ex quibus arguatur ista fideicommissi remissio in divis ne* n. se 1. us. ; ad fin.
12. *Responsio data in positionibus plenam probationem inducit, & importat.*
13. *Divisio non dicitur æqualis, si una portio fuit libera, altera vero vinculata.*
14. *De Indulto Urbani VIII. concesso in Statu Urbini super necessaria renovatione, & de ejus effectu.*
16. *Nemo præsumitur velle jactare suum.*

17. *Melioramenta regulariter non fiunt, nisi in proprio solo, non vero in alieno, & de facili devolvendo.*

18. *Bona, ex quibus præsumatur effecta fuisse libera, & allodialia.*

19. *Observantia declarativa, & interpretativa in quolibet genere dispositionum est attendenda.*

20. *Primus acquirens titulo oneroso potest de iisdem acquisitionibus libere disponere.*

DECIS. DLXIII.

FRaternizzante regulariter Emphyteusi, ubi sit pactionata pro filiis E. g. Nepotibus, & descendentibus usque ad præfinitam generationem cum ipsamet fideicommissaria Ordinatione, quæ tendat ex propria persona ad eosdem filios, Nepotes, & Descendentes, ex pluries animadversis per
1 Scribentes in hac materia una cum *Decis.* recollectis in illa *Ravennaten. Emphyteusis* 12. *Junii* 1710. *coram me sub* §. *Multo minus*, & §. *Vel etiam quidquid* Antonius idcirco, & Fratres de Zacconis expostulaverant, immitti ad nonnulla bona sub variis investituris acquisita per eorum majores a Mensa, sive Abbatia S. Juliani de Arimino sub illa formula *pro se, suisque filiis, & Nepotibus masculis tantum recta linea ex eo legitime descendentibus*. Sed sese acriter opponentibus Ludovica, & Lucretia Possedictricibus eorumdem bonorum, nedum exinde diversa invicem tam in Partibus, quam in Curia coram A. C. prodierunt judicata, sed ab his omnibus ascendente quoque provocatione *ad S. Auditor.*, prima vice conflictata causa, nempe sub die 11. *Junii* 2711 scissa fuerunt Dominorum suffragia, donec proposito negocio in hodierna Audientia, prædictæ Possedictrices voti compotes effectæ, obtinuerũt, denegari petitam a prædictis fratribus immissionem, prout etiam novissime, & recte pronunciaverat A. C. Gomez.

Non quidem ex eo, quod ipsæ præventivam reportare curassent renovationem, statimac obiit Matthæus illarum Frater, & ultimus in possessione controversorum honorũ præexistens, veluti etiam Donatariæ ejusdem fratris, ut in *Summ. Antonii n.* 7. quoniam durantibus adhuc primis concessionibus, de jure minime licebat vel eidẽ Domino directo vel eidem investito, e possessori pervertere ordinem gradualem ejusdem concessionis, & fi-
2 deicommissi implicite, ut præmisimus, per viã pactionis a principio voliti, & injuncti in Investituris, ex traditis per *Bald. cons.* 43. *nu.* 6. & 7. *volum.* 2. *Decium cons.* 144. *n.* 1. & 2. *Valasc. de jur emphyteut. quæst.* 38. *nu.* 16. *Roec. disput. jur.* 63. *n.* 29. *Fulgin. de jur emphyt. tit. de renov. quæst.* 1. *a n.* 75. *ad plures seqq. Card. de Luca de emphyt. disc.* 4. *n.* 3. & *disc.* 25. *n.* 5. & 6. *Rot. post Torr. de pact. futur. success. dec.* 78. *n.* 27. & 28. & *dec.* 136. *n.* 18. & *in rec. dec.* 517. *n.* 4. *p.* 13. & *dec.* 590. *n.* 2. & 3. *par.* 19. *tom.* 2. cum ibi relatis.

Minusque pariter ex eo, quod Antonius, ejusque fratres forent de altera linea investitorum, & præmissæ Mulieres descenderent ex diversa linea Matthæi Senioris, & respective Joannis Baptistæ earum Patris, in quam bona fuerant jam ingressa, siquidem tum eædem concessiones, & respective successivæ renovationes non solum restrictæ forent ad Masculos cum dictione penitus taxativa, & restrictiva *tantum*, sed ulterius quasi ex assueta formula extiterit semper in unaquaque investitura demandatum, sive conventum inter omnes insimul investitos reciprocum Jus accrescendi, de plano sequebatur, quod idem Antonius, illiusve fratres, & tamquam Masculi, & tamquam descendentes ab Antonio primo stipite, Matthæo, & Ludovico filiis una simul, sive solidaliter acquirentibus, detrudere possent, & excludere prædictas feminas, eorum Consanguineas, seu Consobrinas, sicuti videmus in præcitata materia fideicommissaria, quod si inducti appareat tale Jus ac-
3 crescendi, sive quod idem est, volita, in substitutionibus reciproca linearis, Masculi ipsi unius lineæ excludant feminas alterius, et ipsi fuissent in eamdem alteram lineam jam ingressi bona fideicommissaria, ex plene firmatis per *Corneum cons.* 263. *num.* 2. *volum.* 3. *Peregr. de fideicomm. art.* 27. *num.* 24. *Molin. de Hisp. Primog. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 71. *in fine*, *Card. de Luca de fideicomm. disc.* 34. *num.* 8. *Rot. cor. Ottbobono dec.* 177. *num.* 13. & 14. *cor. Bich. dec.* 287. *num.* 23. *cum seqq.*, *et in rec. dec.* 183. *a nu.* 11. *ad plur. seqq. par.* 10.

Verum totum fortalitium, sub quo confutatæ fuerunt prænominatæ possedictrices, stetit in eo, quod cum pro tempore vocari valeant ad eorum libitum remittere jura, & gradualitates succedendi, & voluntarie convenire, quod bona imposterum sive feudalia, sive emphyteutica, sive fideicommissaria, alias debita certo ordini personarum, efficiantur libera, & indifferentia, prout prosequendo eosdem terminos fraternizantes quotidie videmus in propositio fideicommissorum, quorum vincula ex pacto, & conventionibus ple-
4 rumque stabilitis in divisionibus adimuntur, ipsaque bona sic divisa imposterum in quoscumque successores transeunt, & libe-

ra

ra efficiuntur, ut habetur per *Peregrin. de fideic.art.52.n.36. per tot. Urceol.de transact. quæst.* 87.*num.* 27.*cum seqq., Rot. cor. Celso dec.* 376.*a nu.* 17.*usque ad fin. & in rec., dec.* 147.*num.* 18.*par.*9.*et dec.* 128.*nu.*3. *et* 4.*par.* 16. cum aliis congestis in *Camerinen. bonorum* 17. *Aprilis* 1711. *in §. Etsi adhuc, et §. Hinc ad declinandam cum plur. seq. cor. Me*, & de hoc quoq; in terminis emphy-
5 teuticis abstractive minime dubitavit *Rot. in Bononien. Bonor. emphyteuticorum* 26.*Jan.* 1703. *cor. bo. me. Pio, et* 25. *Junii ejusdem anni cor. R. P. D. meo Priolo, et* 12. *Januarii* 1705.*cor.Eodem, et* 22.*Martii* 1706.*cor. R. P. D. meo Lancetta*.

Subintelligendo tamen, quando quæstio sit cum heredibus paciscentium, & remittentium hujusmodi fideicommissa, vel emphyteuticas ordinationes, nam ad differentiam illorum, qui nullam induentes Vestem hereditariam venire solum intendunt ex propria persona, iique sunt simplices here-
6 redes, quamvis de cetero millies vocati ex propria persona,& jure proprio non possunt non observare, & habere ratum factum eorum Auctorum remittentium talia fideicommissa, & ordinationes, sicuti concludunt *Castrens. cons.* 17. *col.* 3. *in fin. Ruin. cons.* 7. *num.* 39. *vol.* 1. *Dec. cons.* 38. *num.* 5. *lib.*1. aliique relati per *Peregrin. art.* 33. *nu.* 10. *&* 11. *Fusar de substit. quæst.* 557. *num.* 9. *& seqq. Card. de Luca de fideic. disc.* 145. *n.* 3. *vers. obligare præcise*, & post eumdem *Rota cor. Seraph. dec.* 1157. *nu.* 1.*et* 2. *Adden. ad Buratt. dec.* 154. *num.*6. 7.*et* 8.

Absque eo quod de hoc in præsenti thesi ulla foret controversia, nimirum quod Antonius, illiusque fratres revera essent heredes Sebastiani, qui supponebantur invicem cum Petro Antonio, & Jo. Baptista remisisse fideicommissa contenta in præfatis investitu-
7 ris; licet enim forte exstitissent quoque heredes *benef.Leg. & Inventarii* suffulti,adhuc interim, & donec per eos reddita fuisset ratio, idem erat, ac si fuissent simplices heredes, per ea, quæ unanimiter dicunt *Salust. Tiber. in prax. lib.* 1. *cap.* 45. *num.* 17. *Ridolph. par.* 1. *cap.*8. *num.* 24., *Peranucc. de invent. in* 5.*par. nu.* 130. *inter tract. tom.* 8. *par.* 2. *Card. de Luca de hered disc.* 21. *ex num.* 7. *Rota post Zacch. de oblig. Camer. dec.* 269.*num.* 11. *et* 12. *cor. Merlin. dec.* 721. *num.* 2. *et in rec. dec.* 39. *num.* 8.*par.* 6., *et dec.* 147. *nu.*26. *par.* 11. *et dec.* 611. *n.* 16. *par.* 19.*tom.* 2., *et in Assisten. Pecuniaria* 16. *Martii* 1698. *dec.* 45.*num.*6. *inter novissime Romæ impress. cor. Me*, & alibi passim.

Hinc proinde amaritudo reducebatur in inquirendo,utrum prædicti Dominicus, & Sebastianus in rei veritate remisissent hujusmodi fideicommissum, sive ordinem succedendi stabilitum in investituris favore masculorũ, cum deficeret penitus Scriptura, & Instrumentum initæ de cetero divisionis de universis bonis tam liberis, quam emphyteuticis sub anno 1675. in communi prius exsistentibus inter prædictos Petrum Antonium, & Joannem Baptistam Patrem Ludovicæ, & Lucretiæ ex una, & Sebastianum, & Dominicum Patrem Antonii, aliorumque fratrum ex altera, quamvis etenim regula sit, quod per simplicem divisionem nullatenus censeatur, remissum fuisse fideicommissum, vel alium ordinem succedendi, ex quo abstractive divisio celebrata in dubio reputatur
8 ad purum finem evitandi incommoda,& jurgia plerumque ex communione provenientia, non autem alterandi dispositiones majorum & naturam illorum bonorum,quæ dividuntur, ut inquit *Cyriac. contr.* 323. *n.* 2. *et* 3. *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *cap.* 115. *a nu.* 9. *ad plur. seqq. Peregr. de fideic. art.*52. *num.* 18. *Rot. cor. Celso dec.* 357. *num.* 13., *et cor. Buratt. dec.* 89. *num.* 1. *cum plur. seq. et in rec. dec.* 8. *num.* 5. *par.* 18. *et dec.* 607. *num*, 3. *cum seqq. par.* 19., cum aliis plena manu relatis in *Maceraten. Legatorum, et Fideicommissi super prædio della Cimarella* 23. *Junii* 1710. *§. Adhuc nihilominus cor. Me, et in ejus confirmatoria in principio* 27.*Martii* 1711. *pariter cor. Me*.

Nihilominus frequenter etiam regula prædicta limitatur, quoties in eadem exarata divisione legantur verba, & appositæ noscantur tales clausulę,quæ hanc dividentium in-
9 tentionem, & voluntatem remittendi fideicommissa, aliaque vincula sufficienter indicent, & demonstrent, ex allatis post *Bart. in l. qui Roma §. Duo fratres, ff. de verb. oblig. quæsit.* 8. *n.* 21. *Soccin. Jun. cons.*116. *num.* 54. *tom.* 1. *Ruin. cons.* 133. *n.* 4. *vol.*2. per *Peregrin. de fideic. art.* 52. *nu.* 41. *vers. contrarium probavit,Galerat. de renunc. centur.* 1. *cap.* 44. *num.* 22. *vers. quapropter, Michalor. de fratr. par.* 3.*cap.* 41. *num.* 56., *Urceol. de transact. quæst.* 87. *num.* 27. *Rota post Torr. de pact. futur. success. dec.*40.*n.*6. *in rec. dec.* 324. *num.* 2. *cum seqq. par.* 12. & prosequitur in *dicta Camerinen. bonorum* 17. *Aprilis* 1711. *§. Admodum cor. Me*.

Deficiente igitur hujusmodi scriptura,per quã firmius introspici potuisset ex illius tenore, an attenta præfata divisione,sequuta de anno 1675. potius versaremur in casu regulæ, vel imitationis *Domini* substantiam, & viscera divisionis perscrutantes in facto ipso

agnoverunt, quod omnia bona emphyteutica de præsenti detinebantur ex persona Petri Antonii, & Joannis Baptistæ a Ludovica, & Lucretia illorum respective filiarum,& Neptum, quando e converso reliqua bona prorsus libera,& immunia a qualibet servitute, vinculo, & devolutione post divisionem remanserant ex persona Sebastiani, & Dominici in Antonio, ejusque fratribus, unde cum magna nimium inæqualitas procul dubio resultasset, si uni lineæ bona vinculata, & alteri libera devenissent censue-
10 runt propterea, quod hæc substantia facti plusquam suppleret impotentiam clausularum, quæ legi possent in scriptura divisionis, si illa ab initio exarata, vel hodie reperta exstitisset, quemadmodum ex se nimis patebat, & ad effectum inducendæ remissionis fideicommissi, vel emphyteusis solide demonstrarunt *Bero conf. 70. nu. 49. vers. propter æquitatem vol. 1. Bursat. consil. 173. num. 33. vers. secundo ex æqualitate, et num. 35. vers. rursus etiam Urceol. de transact. quæst. 87. num. 27. Episcop Rocc. disput. jur. cap. 21. num. 28. et 29. Card. de Luca de Fideicom. disc. 178. num. 11. vers. major igitur Rot. post Urceol. in dicto tract. de transact. dec. 172. sub num. 7.*, & fuit animadversum in dicta *Camerinen. bonorum §. Hinc ad declinandam.*

Dignoscentes vim, & efficaciam hujus demonstrationis Informantes pro Antonio, illiusque fratribus convolabant ad præsuppositionem, quod ex causa talis deformitatis bonorum divisorum Petrus Antonius, & Joannes Baptista plus fuissent assequuti de communi acervo omnium bonorum, quam Sebastianus, & Dominicus Masculorum Auctores, juxta illam compensationem, quæ in similibus casibus fieri solet ab iisdem
11 Partibus dividentibus, vel sæpe sæpius per Judices, secundum Monitum *Juliani in l. Mævius §. Arbiter ff. famil. ercifcun. Bald. conf. 91. in fin. vers. nam ex eod. contractu vol. 2. Mangil. de evict. quæst. 102. nu. 5. Gratian. discept. for. cap. 160. sub num. 28. R. P. D. Zaul. ad statut. Faventin. observat. in rubric. 26. lib. 7. sub nu. 4. vers. omissa*, & *in Bononien. bonorum emphyteuticorum 12. Januarii 1705. §. fin cor. R. P. D. meo Priolo.*

Ast nec in nudo facto subsistebat refugium, cū defensores Feminarum in novo *Summario additionali* sub hac die distributo satis ostēderent, ex ipsis æstimi, seu Catastri libris nihil plus obtinuisse unam partem ex dividentibus, quam alteram, sed de cetero hujusmodi varietatem manifeste fulciebat confessio ipsorum masculorum emissa in positionibus ad hunc effectum tendentibus, & signanter super nona positione, ubi legebatur: *Credit, portiones fuisse æquales, & propterea fuisset relicta Domus in communi, prout est de præsenti in Civitate Fani Sum. Antonii n. 4. posit. 9.* proindeque non erat ultra rimandum, an ex motivo compensandi oneris factæ fuissent materialiter partes inæquales,
12 uti prætendebatur; cum responsio data in positionibus plenam probationem inducat, & importet, ex plene collectis apud *Michalor. de posit. cap. 6. nu. 28. & seqq. Sanfelic. in Prax. sect. 48. nu. 19. Ridolphin. in prax. p. 1. cap. 10. de posit. n. 19. Modern. Ascul. ad stat. Urb. annot. 8. art. 1. nu. 111. Rot. cor. Priolo dec. 66. num. 2.* & alibi sæpissime.

Quin etiam ipsa verba *portiones æquales* virtualiter quoque, & implicite includebant remissionem cujuslibet pactionis, & servitutis in contrarium, non enim dici potuissent,
13 attenta vera intrinsecitate valoris, portiones exstitisse æquales, si una fuisset libera, & altera serva sub ea servitute, quæ nimium minuit de valore, prout reliquis genaralioribus prætermissis, in specie animadversum fuit in præcitata *Camerinen bonor. 17. Aprilis 1711. §. Etsi adhuc cum seqq. coram Me* ubi allegantur resoluta pariter per *Rot. in decis. 310. num. 5. & 10. par. 19. tom. 1. rec. & in Tiburtina gabellæ 28. Novembris 1710. §. fin. pariter cor. me.*

Adstipulabatur ulterius soliditati hujus ejusdem demonstrationis natura bonorum emphyteuticorum in illis partibus, quæ sive ex *Constitutione Urbani VIII.* sive alterius, sive ipsius consuetudinis immemorabilis cōmuniter redacta erant ad instar allodialium cum facultate alienandi, & maxime inter ipsos investitos eadem bona emphyteutica, designata plerumque in investituris tertia masculina generatione pro solo interesse
14 Dominii directi, & Ecclesiæ, quæ ad præsens nihil apponebat, immo, jam ut supra rinvestiverat prædictas mulieres, ut videtur præ ceteris, nempe præter *Alexan. conf. 91. sub n. 13. vers. et illa bulla Riminald. Jun. conf. 43. n. 59. Fusar. quæst. 630. n. 8. Fulgin de success. in bonis emphyteut. quæst. 3. n. 13. Card. de Luc. de emphyt. disc. 5. in principio, & disc. 6. num. 2. & 4. & disc. 7. sub num. 4.* firmasse, ac distinxisse *Rota in Fanen. emphyteusis 17. Junii 1695. & in Fanen. seu Senogallien. Castri, & bonor. Montis Portii 7. Maji 1708. §. non subsistente cor. Rmo D. meo Molines Decano.*

Quamobrem jungendo hanc ponderationem reliquis argumentis superius, pro arguenda remissione hujusmodi pactorum negari non pote-

poterat, quod factum verisimilius fuerit,
15 quod alias permittendo id consuetudine, vel
Principis constitutione fieri poterat, ita me-
tiendo voluntatem a potestate, prout sæpis-
sime ad rem ratiocinantur, & subcensent *Me-
noch. conf. 955. nu. 31. & 32. & conf. 1115.
nu. 12. Guidopap. conf. 215. nu. 1. Rot. cor.
Cavaler. dec. 583. n. 12. & seqq. & in rec.
dec. 166. num. 8. par. 11.*

Nec deerat a parte post vehemens quædam ob-
servantia, cum enim Auctores istarum mu-
lierum universa hæc bona emphyteutica in
eorum portionem obventa in divisione rede-
gerint in unum corpus, variaque superad-
diderint melioramenta *Summario mulierum
num. 7., & 8.* nisi velimus præsumere, quod
intellexerint jactare suum contra omnem in-
16 verisimilitudinem, de qua *Textus* est in *l. cum
de indebito 25. vers. qui enim solvit ff. de pro-
bat. & in dec. 91. num. 2. inter novissime Ro-
mæ impressas cor. me*, & in terminis dictum
fuit in *Romana Fornacis super Fructibus 10.
Maji 1709. §. Præfati in fine pariter cor. me.*
certe nimium evidens reddebatur, quod ipsi
scirent in amicabili divisione, ut par erat in-
ter consobrinos conventum exstitisse de hu-
jusmodi remissione, & futura libertate, melio-
ramenta quippe regulariter non fiunt nisi in
17 proprio solo, non vero in alieno, & de
facili devolvendo, ne eadem melioramenta
fiant irrepetibilia, & cedant ipsi solo ad *Tex-
tum in §. cum in suo solo Instit. de rer. divis.
ibique DD. & Minsinger. ibidem & in §. ex
diverso eodem tit. litt. A. Gallus de Fructibus
disput. 13. num. 3. Vincentius de Franc. dec.
506. num. 2. & dec. 527. num. 9. Rot. dec.
313. num. 11. par. 9. & dec. 704. num. 15.
par. 18. tom. 2. rec.*

Quin etiam intra lineam ejusdem observan-
tiæ validius concurrebat factum utriusque
partis, ambæ etenim de bonis sic divisis li-
bere contractaverunt, illa enim Sebastiani,
& Dominici in fundando super eorum por-
tione Patrimonium Sacerdotale Antonio fi-
lio, & respective Nepoti, & altera Petri
Antonii, & Joannis Baptistæ in effectiva
impositione, & creatione censuum super
hisce bonis emphyteuticis *Summario mulie-
rum num. 5., & 6.* quod utique, vel arguit
eadem bona ex consuetudine, vel ex præ-
citatis Constitutionibus, vel ex tacita, aut
expressa conventione partium reposita fuis-
se in libero comercio, ut circa primam pro-
positionem inspecta natura allodialitatis in-
18 fusæ hujusmodi bonis, late fuit firmatum, &
consideratum in *Ravennaten. Censuum 5. De-
cembris 1691. §. 2. & qui sane intellectus
coram b. m. Card. Caccia*, & circa secundam
respectu observantiæ declarativæ, & inter-
pretativæ in quolibet genere dispositionum
semper attendenda quotidie dicitur, & si-
19 ganter ex auctoritate *Text. in l. si de interpre-
tatione 37. ff. de leg. & l. sed & Julius 9.
§. proinde ff. ad S.C. Maced. dixit Bald. con-
sil. 245. nu. 2. vers. si posterior lib. 3. Surd.
conf. 740. n. 44. Rota cor. Ottobon. dec. 175.
num. 9., & 10. cor. Coccin. dec. 37. num. 4.
& in rec. dec. 493. num. 4. par. 13. & dec.
416. num. 4. par. 19. tom. 2.*

Denique coronabantur hæc omnia, quia non
cuncta bona, quæ Matthæus ultimo defun-
ctus sororibus donavit, & de quibus Do-
minus directus, ut præmisimus, reinvestivit
easdem sorores, proveniebant ab investi-
turis reportatis a Majoribus utriusque lineæ:
sed quædam aderāt de proprio noviter aqui-
sita per ipsum Matthæum, unde non solum is
veluti primus acquirens titulo oneroso po-
terat de eisdem aquisitionibus libere dispo-
20 nere, ut connotarunt post *Bald. in l. 1. num.
32. vers. sed si emphyteusis C. per quas perso-
nas nobis aquiritur Surd. conf. 305. sub num.
35. §. Prædicta autem Castald. consult. Fo-
rens. 299. sub n. 6. vers. succedit altera Epi-
scop. Roce. disput. jur. cap. 68. nu. 20. Card.
de Luc. de Emphyt. disc. 18. num. 4. Rot. post
Torr. de pact. futur. success. dec. 85. nu. 14.*
cum quamplurimis relatis in *dec. 721. n. 2.
cor. Emer. Jun. & in Romana Emphyteusis
24. Januarii 1705. §. Quod vero coram
bo. mem. Caprara* sed semper magis, atque
magis deneganda in hoc corpore, ut dixi-
mus, insimul citra malam fidem incorpora-
to, meliorato, & unito, Antonio, & fra-
tribus erat Immissio. Utraque &c.

Romana Spolii.

Veneris 19. Februarii 1712.

ARGUMENTUM.

Notulæ juratæ exhibitæ per Salvianistam, vel
associatarium standum est circa quantitatē
fructuum perceptorum ex bonis Debitoris.
Eadem tamen notula non sufficit ad effe-
ctum agendi. Deliberatio est nulla, si in ea
non intervenit pecunia numerata; sed vide
plures declarationes super hac quæstione.

SUMMARIUM.

1. *Nullitas in deliberatione si unam tantum
partem coinquinet eamdem deliberationē
in totum infringit.*
2. *Salvianum interdictum datur ad purum fi-
nem se se satisfaciendi de fructibus.*
3. *Principis licentia requiritur pro subbasta-
tione bonorum ex Salviano avocatorum,
& commissio obtenta Signatura Gratiæ*,
& num. 6.

4. *No-*

4. *Notula jurata exhibita per Salvianistam, vel associatarium standum est circa quantitatem fructuum perceptorum ex bonis debitoris.*
5. *Declara, eamdem notulam juratam non sufficere ad effectum agendi.*
7. *Nulla deliberatio expleri valet nisi præsente pecunia.*
8. *Nec sufficit, si per aliquod tempus, seu dies sequatur solutio effectiva.*
9. *Adjudicatio fieri permittitur vel ad limites Juris, vel secundum peculiaria Statuta ipsimet Creditori offerenti suum creditum, prævia tamen æstimatione rei positæ sub hasta.*
10. *Et ista æstimatio facienda est a Peritis a Judice eligendis.*
11. *Et Periti sunt eligendi ex eisdem locis, ubi sita sunt bona adjudicanda.*
12. *Relatio autem Peritorum esse debet jurata, & exhibita, citata parte.*
13. *Et in his æstimationibus servanda sunt consuetudines, & statuta locorum.*
14. *Et quid super hoc disponat Statutum Urbis.*
15. *Assumptio onerum, debitorum, sive accollatio, nequaquam aquivalet effectiva numerationi pecuniæ*, & n. seqq.
17. *Accollatio numquam liberat Debitorem, sed potius multiplicat Creditori alterum correum debendi.*
18. *Ad effectum liberandi debitorem necessario desideratur vera, & perfecta delegatio, & quando ista procedat.*
19. *Debitor quando liberatus censeatur in deliberatione suorum bonorum, si Creditor acceptaverit oblatores in debitores.*

DECIS. DLXIV.

Obstructum *Domini* agnoscentes ostium illius Domus, ad quam, ut in altera hodierna *Decisione* D. Marchionissa Spada efflagitabat immitti, & introduci, mediante lapide rei Judicatæ cadentis super quadam deliberatione expleta ad instantiã Eleutherii, a quo Causam desumebat Anna Maria ejus adversaria sub Anno 1666., & ad sui favorem per viam adjudicationis consũmata, provide per rescriptum *diei* 22. *Junii proxime defluxi* demandaverant, quod per eamdem D. Marchionissam impetraretur opportua Commissio adversus hujusmodi deliberationem, quare hactenus illa reportata, actisque transportatis, præmissum Marchionissa lapidem revolvere conata est ope restitutionis in integrum, & obtinuit.

Adeo namque multiplici tabe visa est laborare præfata deliberatio, sive adjudicatio, quæ postea prætendebatur ob non interpositam opportune appellationem transivisse in rem judicatam, ut nonnisi prædictum remedium restitutionis in integrum applicari posse *Domini* censuerint. Tantæ quippe erat infectionis nullitas, & Injustitia ex oculari inspectione Actorum Judicialium emergens in ipsa deliberatione, seu adjudicatione, ut etiamsi eadem nullitas, & injustitia unam tantum ejus Partem coinquinasset, ex quo bonum debet esse ex integra Causa, & malum insurgit ex quocumque defectu, totam ipsam deliberationem, & adjudicationem in totum infregisset, & prostravisset, ex
1 Juribus plena manu collectis per *Rotam post Modern. Asculan. ad Statut. Urb. dec.*88. *n.*2. *et dec.* 183. *num.* 14. *et in rec. dec.*630. *n.*3. *par.* 2., *et dec.* 407. *num.* 6. *par.* 12., *et dec.* 206. *num.* 13., *et seqq. par.* 18. *et in Bononien. Subhastationis* 7. *Junii* 1710. §. *In jure autem cor. Rmo Kaunitz Episcopo Labacen.*

Et quidem primum illius vitium, seu defectus incontinenti detegebatur, quoniam dum Eleutherius præcedenter reperiebatur immissus, seu ex propriis Juribus, sive ex illis sibi cessis a Societate Sanctæ Catharinæ
2 in hac ipsa Domo vigore assueti utilis Salviani interdicti, quod datur ad purum finem sese satisfaciendi de fructibus, *ad Text. in l.* 1. ibique *Bartol. nu.* 93. *ff. de Salvian. interdict. Scapp. eod. tract. lib.*3. *quæst.*11. *n.*4. *Pacific. eod. tract. cap.* 1. *num.* 2., *et per tot. Rot. post eumdem dec.* 3. *num.* 2. *vers. Donec ei*, *et dec.* 98. *num.* 7., *et dec.* 102. *num.* 10. apud *Posth. de Subhast.* cum aliis relatis *in Romana Salviani super Subhastat.* 23. *Martii* 1705. *in principio*, *et in Lycien. Salviani* 8. *Martii* 1706 §. *Poterat recte cor. Me.*

Cumque pariter per decennium, & ultra successive permanserit in sic obtenta possessione, ejusdemque Domus pensiones, sive fructus actualiter exegerit, & consequenter illos imputare teneretur in suum Creditum hinc non ostenso, quod ex hujusmodi perceptione fructuum non evasisse satisfactus; sed adhuc restaret Creditor in hac, vel illa quantitate, neque ubat (etiãsi sibi etiam de cetero servata fuisset forma Juris) ullo modo devenire ad Subhastationem, & deliberationem, sive adjudicationem prædictæ Domus a se detentæ, ipsum præter legis determinationem, præcise etiam requirente supplicatione, & Gratia Principis super hac,
3 ut mox dicemus impetranda, sive exigente ipsa formula Commissionis eidem Principi porrigendæ, quamve legimus registratam penes *Rodulphin. in prax par.*2. *cap.*6. *n.*43. & habetur penes *Posth. de Subhast. inspect.* 38. *num.* 27. *& seqq.*

Adeo

Adeout ad hunc effectum saltem pro facienda supputatione requiratur exhibitio notulæ tam Crediti, quam perceptionis eorumdem fructuum, solito quoque, & necessario Jura-
4 mento fulcitæ, quemadmodum hisce semper Salvianistis facere incumbit, teste *Scapucc. de util. Salvian. inter dict. quæst.* 11. *n.* 2. *vers.*, *et sub num.* 4. *lib.* 3. *Marches. eodem tract. cap.* 14. *in fin. par.* 3. *Rot. dec* 32. *n.* 2. *et* 3. *par.* 14. *rec.*, *et in addit. ad decis.* 97. *nu.* 11. *inter noviter hact nus Romæ impress. cor. Me*, & alibi passim; licet ad alterum ef-
5 fectum agendi, sola hæc notula jurata non sufficiat, ut subdit *Merlin. de pignor. lib.* 5. *tit.* 2. *quæst.* 77. *num.* 45. *vers. est tamen casus*, *et sub num.* 47. *usque ad fin.*, *Modern. Asculan. ad Statut. Urb. annot.* 58. *num.* 12. *vers. Quod talis notula*, *Rota post eumdem dec.* 185, *num.* 3. *et in rec. dec.* 175. *num.* 8. *par.* 15., *et dec.* 392. *num.* 9., *vers. pro qua liquidatione*, *et in Terracinen. Pecuniaria* 9. *Junii* 1704. §. *Nec ex exhibitione in fin.* cum aliis abunde relatis, & explicatis *in Addit. ad dictam dec.* 97. *sub nu.* 18. *inter novissime in Urbe impressas cor. Me*.

Fortius, quia huic primo defectui provenienti ab illiquiditate Crediti subnectebatur alter non minus considerabilis, atque perurgens, penitusque vitiativus ejusdem adjudicationis, nimirum, quod Eleutherius pro ineunda hac adjudicatione, seu deliberatione non habuerat congruum recursum ad Summum Pontificem, ut Supremum etiam Principem Secularem, ejusque Signaturam Gratiæ, sine quo recursu, & facultate, ac speciali desuper signanda Commissione, mini-
6 me permittitur, vel partibus expetere, vel Judicibus devenire ad ullam Subhastationem, & deliberationem, bonorum detentorum in Salviano, ex rationibus, & auctoritatibus, plena manu relatis post *Marchesan. de Commiss. par.* 1. *de appellat. in Salvian.* §. 2. *num.* 81. *per tot. in Romana Salviani* 16. *Februarii* 1699. *dec.* 75. *num.* 17. *inter noviter in Urbe impressas cor. Me*, *et in Romana Salviani super Subhastat.* 23. *Martii* 1705. §. *Praxis tamen*, *et in altera contemporanea Decisione Romana Salviani* §. *Ast quoque in fin. pariter cor. Me*.

Ceterum ulterius error pejor prioribus hucusque in præfata deliberatione perpatratis exoriebatur ex ipsamet forma practicata in obtinenda hujusmodi adjudicatione; quoniam Eleutherius nec obulum numeravit, &
7 tamen Jura præscribunt, quod nulla deliberatio valeat expleri, nisi præsente pecunia, juxta censuram *Text. in l. a Divo Pio* §. *Sed si emptor ff. de re Judic.*, ibique *Aretin. sub n.* 4. *Mangil. de Subhast. quæst.* 13. *n.* 1. *et in tractatu de evict. quæst.* 45. *n.* 18. *Salgad. in labirynt. Credit. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 2., *et seqq. Gratian. cap.* 326. *num.* 3. *et* 6. *Altimar. de Nullit. par.* 1. *rubr.* 13. *quæst.* 29. *num.* 96. *Episcop. Rocc. disput. Jur. c.* 133. *num.* 37. *Card. de Luc. d. disc.* 40. *num.* 68. *in princip.*, *et in addit. ad dec.* 96. *num.* 42. *inter noviter Romæ impressas cor. me*, *& in Bononien. Subhastationis prima Julii* 1707.
8 §. *Constitit cor R.mo Kaunitz Episcopo Labacen.*, itaut nequaquam sufficiat, si post aliquod tempus seu dies sequatur solutio effectiva, quemadmodum prosequitur *Mangil. de evict. quæst* 45. *n.* 21., *& de Subhast. quæst.* 13. *n.* 15. *Post. de Subhast inspect.* 37. *n.* 27. *Gratian. discept. for.* 326. *n.* 17. *Rota cor. Gregor. dec.* 25. *in fin.*, *& in d. Bononien Subhastationis cor. R.mo Labacen.* §. *Quoniam*.

Licet quippe replicari potuisset, quod adjudicatio ad differen iam deliberationis fieri permittatur in suis casibus, quando scilicet non invenitur ullus Oblator, secundum peculiaria Statuta, vel ad limites Juris ipsi-
9 met Creditori offerenti suum Creditum, prævia tamen æstimatione rei positæ sub hasta ex iis, quæ etiam in ordine ad differentiam ipsius æstimationis, & valoris ex varietate Statutorum, & Sententiarum scribentium pertractantur apud *Scacciam de Judiciis lib. pr. cap.* 96. *num.* 22., ubi quod adjudicatio
10 facienda sit prævia æstimatione Periti a Judice eligendi: quem sequitur *Salust. Tiber. in prax. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 15. *Axin. eodem tract. tit. de exsequut.* §. 4. *cap.* 40. *num.* 1.,
11 qui vult, Peritos eligendos esse ex iis locis, ubi sita sint bona adjudicanda *M. ngil. de Subhast. quæst.* 56. *num.* 5., ubi quod Peri-
12 torum relatio debeat esse jurata, & exhibita, citata Parte contra opinionem *Anton. Solii ad decret. Sabaud. lib.* 3. *tit.* 39. *gloss.* 3. *num.* 8., qui vult, citatione nequaquam opus esse in tali exhibitione, idem *Mangil.* tamen *quæst.* 59 *nu.* 12. *eodem tract.* subdit,
13 quod in hoc servanda præcipue sint Statuta, & consuetudines locorum, eidemque adhærent *Grat. discept. for. c.* 7. *n.* 2., *Fenzon. ad Stat. Urb. c* 194. *n.* 39. *& seq.* ubi quod tales æstimationes in Urbe faciendæ sint ad normam a dicto Statuto præscriptam, quam tamen opinionem rejecit *Rota cor. Buratt. dec.* 96. *n.* 5., *et in rec. dec.* 493. *n.* 6. *par.* 18. De-
14 clarando, quod dictum Statutū utpote mere ordinatorium servandum sit tantummodo in foro Capitolino, ceterum quod talis æstimatio facienda sit tantum in adjudicationibus, quæ fiunt pro Credito Fisci, juxta opinionem *Becc. in cons.* 95. *relat. per Surd. cons.*

conſ. 256. num. 2., *& per Gratian. diſc. for.*
545. *nu.* 20., alioſque plurimos apud *Poſth.*
de Subbaſt. inſpect. 47. num 91. & per Card.
de Luc. de Judic. diſc. 40. num. 91., & plur.
ſeqq. cum ſimilibus.

Nihilominus, neque etiam iſta in hac hypo-
theli ſervata noſcebantur; verum Eleu-
therius non in totum, ſed in parte dumta-
xat ſuppletiva excomputaverat ſuum credi-
tum, quo vero ad ꝟ 800. integrantia eam-
dem adjudicationem, aſſumpſerat onus quo-
rumdam Cenſuum cantantium ad favorem
prænominatæ Societatis S. Catharinæ *Sum-*
mar. num. 7. quando nemo non ſcit, quod
ſimiles aſſumptiones onerum debitorum, ſi-
15 ve accollationes, nequaquam æquivalent
effectivæ numerationi pecuniæ, vel excom-
putationis crediti certi omnino per prædi-
cta expreſſa Jura in actu oblationis, & adju-
dicationis requiſitæ *Mang. de ſubbaſt. quæſt.*
14. *n.* 11. *Poſth. eodem tractatu inſp. ct.* 57.
num. 32. *Gratian. diſcept. for.* 326. *num.* 15.
Giurb. dec. Sicil 53. *num.* 3. *verſ. dicimus*,
Rot. poſt Mangil. de ſubbaſt. dec. 21. *num.* 4.
& apud *Poſth. eodem tractat. dec.* 115. *n.* 16.
& cor. Duran. dec. 257. *num.* 13.

Abſque eo, quod ipſum Eleutherium, & hodie
Annam Mariam ejus ſucceditricem juvare
fortaſse poſset, quod per antea idem Eleu-
therius tranſigendo cum præmiſsa ſocieta-
te ex cauſa accollationis hujuſmodi Cenſu-
um per eum factæ obtinuerit a prædicta ſo-
cietate ſubintrantiam, ſive ceſſionem in il-
lius Jura; unde in ſubſtantia onus, quod
aſsumebat Eleutherius in adjudicatione de
ſolvendo hos Cenſus foret debitum, & reſ-
pective creditum antiquum; ideoque ad
terminos adjudicationis exuberaret, verifi-
cari, ipſum Eleutherium vigore hujus ſubin-
trantiæ, & ceſſionis effectum fuiſse quod-
ammodo Creditorem illorum de Martellis
Principalium debitorum, & quorum erat
domus, quæ eidem Eleutherio adjudicaba-
tur, & per conſequens indirecte, ſeu impli-
16 cite ſaltem ſubſiſtere poſset præfata adjudi-
catio per excomputationem etiam in hac
parte ejus, de quo ut præmiſimus in ſub-
ſtantia evaſerat Creditor, ex auctoritatibus
proxime adductis, quibus addi poſsunt
Bartol. in l. univerſa nu. 5. *C. de præc. Imp.*
offer., *Bald. in rubric. C. de reſcind. vendit.*
num. 5. *& Rot. in Aſculana Prædii* 22. *Junii*
1609. *cor. Card. Sacrato*, quæ habetur apud
March. de commiſſ. par. 3. *fol.* 46. *num.* 3.

Quoniam, & quonam modo poterat Eleuthe-
rius reputari Creditor ex Cauſa præmiſsæ
ſubintrantiæ, ſi nihil ſolverat, ſed tantum ſe
continuerat in terminis puræ accollationis,
17 quæ nuſquam liberat debitorem, ſed potius
multiplicat Creditori alterum debendi Cor-
reum, ex paſſim annotatis per *Salgad. in La-*
byrint. Creditor. par. 2. *cap.* 26. *num.* 104.,
& 105. *Rot. poſt Cenc. de Cenſib. dec.* 238.
num. 2., *& cor. Emer. Jun. dec.* 1316. *n.* 7.
& 8. cum aliis collectis in altera contempo-
ranea mea *Romana Salviani §. Secundum ita-*
que in fine deciſione nuncupata, ad effectum
18 quippe liberandi debitorem neceſsario de-
ſideratur vera, & perfecta delegatio, quæ
locum ſibi vindicat, dumtaxit, quando de
conſenſu debitoris, & Creditoris quiſpiam
ſeſe obligat ſolvere Creditori loco ipſius de-
bitoris ad *Text. in l. delegare* 11. *ff. de novat.*
l. 1. *C. eodem Bartol. in l. ſingularia nu.* 18.
& 19 *ff. ſi certum petatur*, ibi *Caſtrenſ. in*
fin. verſ tertius eſt caſus Decian. conſ. 107. *n.*
2. *verſ. nam primo*, *Mangil. de ſubbaſt. quæſt.*
13. *nu.* 18. *Salgad. in labyrint. creditor. par.*
3. *cap.* 2. *n.* 13. *Rot. poſt Mangil. dicto tra-*
ctat. dec. 12. *num.* 4. *cor. Ludoviſio dec.* 23.,
ibique Adden. num. 6. *cor. Priol. dec.* 78. *nu.*
15., *&* 16., *& in rec. deciſ.* 411. *num.* 14.
par. 5., *& in Bononien. Subbaſtat.* 1. *Julii*
1707. *§. Nec defectus in medio cor. R̃mo meo*
Kaunitz. Epiſcopo Labacen.

Evidentius autem, quia nec ipſa Societas Cre-
ditrix eorumdem Cenſuum libere præſtitit
aſsenſum huic ſubintrantiæ, non ſolum ad-
hibendo providam illam Cautelam, ut non
poſset Eleutherius ceſſionis Jura ullomodo
retorquere etiam in concurſu directe, vel
indirecte contra eamdem Societatem; ſed
ulterius expreſse etiam ſuperaddidit illam
conditionem actus quodammodo deſtru-
ctivam, prout dicebatur in §. *Et ulterius* e-
juſdem Concordiæ *Summar. n. 9. poſt litt. B.*
ibi = *Cum hac conditione, quod Societas præ-*
dicta nullo modo præjudicare vult anteriori-
tati, & potioritati prædictorum Cenſuum, ac
ſine præjudicio omnium Jurium ipſi ſocietati
quomodolibet competen., & citra novationem
innovari &c. et non alias &c. Unde ubi nam
prædicta ſimplex accollatio, & aſsumptio
oneris ſatisfaciendi eidem Societati pote-
rat æquipollere pecuniæ numeratæ, vel cre-
dito proprio limpido, & excomputabili in
pretium ejuſdem adjudicationis maxime ad
finem, ut exinde poſsent unquam cenſeri
debitores principales, quorum Domus de-
liberabatur, ſive adjudicabatur, prorſus a
credito prædictæ Societatis liberati, reſer-
vante ea ſibi priſtina Jura, quando ad ta-
lem effectum, ne debitor patiatur jacturam
bonorum, & inſimul valeat remanere impli-
catus antiquo debito, neceſsaria eſt nume-
ratio pecuniæ, vel excomputatio extincti-
va

va ejus debiti in pretium eorumdem bonorum, per ea, quæ communiter advertunt *Mangil. de subhast. quæst. 23. num. 14., & 22., & quæst. 14. n. 11. Posth. eodem tract. inspect. 37. nu. a 3. Altimar. de nullitat. par. 2. rubr. 13. quæst. 29. a num. 99. cum pluribus seqq. Modernus Foroliviem. dissert. 45. n. 48. & seqq. Gratian. discept. for. cap. 326. num. 15., & 16. Adden. ad Gregor. dec. 23. sub num. 6. Rota cor. eodem d. dec. 492. nu. 14., & 15., & in Bononien. Subhastationis 27. Junii 1701. §. Objectum cor. Rmo meo Kaunitz Episcopo Labacen.*

Igitur ex hisce tribus motivis, sive insimul junctis, sive seorsim consideratis *Domini* adversus prædictam adjudicationem lapidem, ut ab initio diximus, revolvendo, rei judicatæ responderunt, *Constare de Causis etc.*

Utraque &c.

Romana Pecuniaria, super primo Contractu.

Luna 22. Februarii 1712.

ARGUMENTUM

Habes supra Decis. 522., quæ in præsenti, juxta tamen modum exprimendum, confirmatur.

SUMMARIUM.

1. *Error calculi, non obstante qualibet subsequuta approbatione, semper per Judices, & Tribunalia reparatur.*
2. *Arbitrium Judicis versatur, quoties in aliqua re adest probatio in genere, sed in qualitate, & quantitate illius nulla capi potest resolutio.*
3. *Substantia crediti in genere quando satis superque justificata remaneat.*
4. *Æstimatoribus discordantibus, quanam æstimatio attendenda sit.*
5. *Qui potius remanet creditor optimam dicitur reddidisse rationem.*
6. *Libris Mercatorum ad commodum scribentium, ubi non vigeat statutum, regulariter fides adhiberi non solet.* Limit. n. seqq.
8. *Expensæ vel inverisimiles, vel excessivæ repeti nequeunt.*
9. *Quis allegare nequit damnum, quod ex propria culpa sentit.*

DECIS. DLXV.

Bipartito Contractui, bipartitæ Commissioni, bipartita quoque corrcsponderunt dubia per Me proposita *sub die 23. Februarii anni delapsi*, iisque resolutis partim favore heredum Bullæ, & partim Perti, prout in geminis *dec. sub eadem die* promulgatis, videlicet tam super primo, quam secundo contractu, solummodo tunc fuerunt omnes quantitates sive crediti, sive solutionis relatæ, & contrapositæ opportune *in dec.* edita super secundo contractu, prodeunte substantialiter responso *Constare de Credito Perti in summa scut. 2975., & pro totidem relaxandum esse mandatum.*

Ex benignitate autem hodie *Dominorum* præfatis heredibus Bullæ noviter Auditis, restauratæ quidem fuerunt hinc inde quædam, sed non omnes prætensiones, super quibus prima vice acriter utrinque digladiabantur, sed, & his denuo opportune examinatis, atque dispun tis, iidem *Domini* non dubitarunt quidem, aliquid a supradicto Credito in primo capta resolutione esse demendũ, de cetero autem inhærentes jam præfinitis sub prædicta die 23. *Februarii anni defluxi* responderunt, standum utique esse *in decisis* at *juxta modum.*

Facilis fuit ademptio sc. 502. 29. in ordine ad sextam partitam, de qua *in dec. super primo Contract.* actum fuerat *ex §. Inchoando cum pluribus seqq.* quoniam cum mihi relata fuissent ad creditum Perti sc. 2606. 49. prout totidem constassent tot lignamina Januam transmissa, ut supponebatur super sex Cimbis, & hoc de reliquo indubitanter bene retenta, scilicet aritmetica computatione, seu cumulatione importantiæ eorumdem lignaminum, evectorũ ab una usque ad sex Cimbas; Verum quia *Mendaces sunt homines in Stateris* ipsemet Peritus in facienda hac cõputatione, seu cumulatione, ut sæpe solet accidere, aberraverat, quodque plus est, ipsimet Collitigantes in fervore disputationis in eamdem foveam ciciderant, Cæco itaque alium Cæcum ducente; donec agnita amicabiliter per ambos contendentes rei veritate, detracta remãsit præfata sum. sc. 502. 29. tamquam devians a vero calculo, cujus error semper non obstante qualibet subsequuta approbatione per Judices, & Tribu-

1 nalia reparatur *ad Text. in l. unica C. de error. calcul.* ubi *Doctores*, & signanter *Jason. sub num. 6., & Decis. num. 2.* cum aliis relatis per *Paris. cons. 89. num. 18. 19. & 39. Cephal. cons. 506. num. 10. Urceol. de transact. quæst. 97. num. 7. & 8. Rot. cor. Merlin. Decis. 461. num. 2. & in rec. dec. 179. n. 1. cum duob. seqq., & in Romana hereditatis de Lanuviis 23. Junii 1698. dec. 56. n. 2. inter noviter Romæ impressas cor. me.*

Ademerunt quoque *Domini* summam sc. 350. 71. ab hac eadem sexta partita, vice enim certo supponendi, quod sex fuissent Cimbæ, super quibus exstitissent onerata lignamina, ob effectivam tamen in præsenti audientia animadversam incertitudinem, & ambiguitatem probationum hujus numeri

pretii judicarunt, illas nimium probabiliter fuisse quinque, unde subducta prædicta quantitate juxta præmissam detractionem, seu reductionem de sex ad quinque, repurarunt, hanc partitam prius calculatam in summa sc. 2606. 49. subducta ob errorem calculi priori quantitate scut. 502. 29., & altera sc. 350. 71. remanere in scutis 1753. 58. sic capessendo illud juridicum arbitriũ, quod in similibus materiis quoad totalem probationem in genere quidem certis, sed
2 in qualitate, vel quantitate subobscuris, vel involutis Judicum religioni praxis, & Jura relinquunt, ad ea, quæ per *Gloss. in §. Quod si frumentum verbo competit instit. titul. de rer. division. vers. vel dic, & in l. 5. ff. de rei vindicat. sub verbo apparet* tradiderunt *Gaspar. Mans. in eod. §. Quod si frumentum*, ibique *Oninotomus nu. 3. in fi e Petrus Gilchenius in fin. Georgius Truvius in Comment. super pa naest. titul. de acquir. rer. domin. exercitatione 33. themate 22. in fin.* cum aliis collaudatis *in dec. 27. ex num 2. 3. & 4. inter meas novissime Romæ impressas*.

Diximus certis in genere, placuerũt etenim *Domini* s fundamenta ad hanc genericam probationem adstruendã allata in prædicta *dec. die 20. Februarii super primo contractu sub §. Verum his*, & maxime illud indubitatæ suppositionis, sive implicitæ Confessionis Capitanei Germani, per Bullam quoque postea judicialiter ratificatæ in foro Capitolino, eo quippe ipso, quod Germanus probationes constituxit Januæ super damnis passis, super retardata lignorum incisione, seu transmissione, nec non super nolitu Cimbarum magis rigoroso, & importanti de tempore hyemali, Bulla vero tamquam illius Procurator easdem probationes reproduxit in prædicto foro Capitolino absque ulla conquestione de reditu vacuo earumdem Cimbarum, quod utique majus damnum Germano intulisset in perficienda Navi, quæ per eum parabatur, addito demum, quod nec aliunde constabat, quod alia ligna Germanus implicasset in præfatæ Navis opificium, certo docto ulterius de Incisione ex parte Perti tot lignaminum *ad uso di Vascello*, quæ sufficerent ad onerationem plurium Cimbarum, & juncta tandem ulterius solutione Gabellæ, desuper facta per eumdem Bullam,
3 substantia Crediti in genere restabat satis superque justitificata, quemadmodum in similibus tradideunt *Bartol. in l. quadam §. Nummularios nu. 3. vers. & ideo dico ff. de edend. Mascard. de probat. conclus. 837. n. 1. & seqq. vol. 2. Genua de script. privat. lib. 4. de libr. rationum Gabellar. num. 1. & 2. Capyc. latr. consult. 66. num. 37. Card. de Luc. de regal. ad mater. vectigal. disc. 151. a n. 10. ad plur. seqq. Rot. Januen. dec. 122. num. 2. vers. quia immo replicatur, Rota cor. Ottbob. dec. 172. num. 20.*, & latius in prædicta prima *decisione a §. Incboando*.

Sed non sic erat respectu quantitatis, & numeri hujusmodi Cimbarum, super quo pes sane certus figi non poterat cum nulla haberetur positiva demonstratio, quam ea, quæ resultabat ex prædicta præsuppositione, ac Confessione Germani, & Bullæ respective; Testes enim per Germanum super prædicto nolitu inducti dicebant, Januam appetiisse quatuor aut quinque Cimbas, Germanus vero asserebat, quinque, vel sex: quamobrem in hac Caligine, in qua de cetero super numero quinque per ascensum conveniebant Testes, & per ascensum pariter ad minus concordabat Germanus, existimatum fuit,
4 figendam esse probationem, & calculationem proportionabilem ad prædictum numerum, dumtaxat Cimbarum quinque, ut pariter in similibus concordationibus, sive Testium, sive inter probationum sanctius fieri solet, ex animadversis per *Valasc. in tractat. de partition. cap. 9. sub num. 5. Pinell. in l. 2. par. 3. cap. ultimo num. 4. in fin. Cod. de rescind. vendition. relat. per Cyriac. controv. forens. 159. num. 11.* & prius firmaverat *in controvers. 89. num. 9. vers. Sed etiam circa quantitatem, Rot. in Romana Grani 27. Januarii 1697. dec. 27. §. Ex toto in medio inter noviter Romæ impressas cor. Me*.

Demptis itaque prædictis quantitatibus a memorata sexta partita, dignam ulla reformatione nullatenus e converso *Domini* reperiere septimam super lignaminibus *di rifiuto* quæ superaugere intendebant heredes ultra numerum 95. de quibus in prædicta antecedenti *dec. ex §. Prædicti*. Jam enim quidquid inutiliter per eosdem heredes refricaretur super quadam Notula Garibaldi, certo constabat, quod Blancus administer pro parte Germani, seu Bullæ constanter restitetat, onerari hujusmodi ligna *di rifiuto*, dumque pariter clare liquebat, quod jam de optimis lignaminibus numerus erat 531. onera-
5 tio vero subsequuta in totũ importabat petia 626. profecto inter petia onerata non poterant adesse *di rifiuto*, nisi petia 95., quæ juncta cũ prædictis petiis 531. optimæ qualitatis, in totum constituunt adamussim numerum 626., sicut hoc argumento in genere utuntur *Cyriac. contr. for. 89. sub n. 7. versic. quo vero ad quantitatem Rot. post Zaceb. de Salar. dec. 69. sub n. 1. §. Justitia dec. 168. n. 8. & seqq. par. 14., & dec. 591. n. 1. par. 19. tom. 1. rec.*

E con-

E converso autem quoad paritas solutionum factarum ex parte ipsius Bullæ in hanc causam lignaminum, Informantes pro Perto nihil ferme opponebant contra stabilita in preterita *decis. super eodem primo contractu*, solumque retexebant ea, quæ fuerant jam in *eadem dec. sub §. superimponenda* rejecta, ex quo nempe Germanus non docuisset sufficienter de solutione sc. 500. quæ præfatis heredibus fuerant adscripta in extinctionem hujus debiti lignaminum, quasi ad minorem summam ascenderent alimenta, seu merces Operariorum, quæ licet imposita oneri ipsius Perti, fuerant subministrata per Bullam; Verum quoniam a contrario non ostendebat Pertus, tribuisse hæc alimenta, seu mercedem sufficientē hujusmodi Operariis omnino necessariis ad reductionem lignaminum *ad uso d'arte*, seu *di Vascello* quando de cetero *dignus est operarius mercede sua*, unde *Domini* non potuerunt denegare fidem libris ipsius Germani mercantiliter detentis, ac partitis ex eis juridice compulsatis, & extractis; quāvis enim de per se, ubi non vigeat Statutum
6 vel consuetudo libris Mercatorum ad commodum scribentiū adhiberi non soleat fides, ex congestis post *Gloss., et Bartol.in d.l.quadam §. Nummularios nu. 2. vers. Sed quæro, ff. de edendo penes Genu. de script. privat. lib. 4. titul. de lib. mercat. num. 2. & seqq., Gratian. discept. 113. num. 55. Conciol. ad Statut. Eugubin. lib.2. rubric.74 de libr. mercat. n. 9. in meo tract. de commerc., & mercat. disc. gener. n. 129. vers. cessante vero Statuto, Adden. ad dec. 345. n. 1. & seqq. par. 9. rec. & dec. 425. num. 4. par. 19.*

Nihilominus quoties prout hic, ex ipso defectu Perti in non docendo positive de contrario, & in demonstranda sufficienter tali subministratione hisce Operariis, profecto ex ipsius operis subsequuta confectione, & satisfactione eorumdem Operariorum mercedis; qui nec hodie nec usquam reclamarunt, exuberans emergebat primordium veritatis, nedum purus adminiculus, quamobrem in eis terminis receptum non minus est, quod libris
7 mercatorum legaliter tentis credatur in Judicio, prout in ordine ad hanc limitationem, præter adductos in prædicta *decisione sub §. quin possent*, prosequuntur *Bald. in l. rationes 6 num. 3. vers. revoco in dubium C. de probat. Roland cons. 92. num. 6. vol. 3. Surd. cons. 543. nu. 3. vers. Quod si ultra Gratian. discept. forens. cap. 171. num. 12. Conciol. ad Statut. Eugubin. dicta rubric. 74. n. 9. Card. de Luc. de judic. disc. 30. num. 18. Surd. dec. 199. fere per tot., & signanter sub. num. 11. Chart. dec. Januen. 127. num. 3. vers. de Jur. com. Palm. dec. Rot. Lucens. 33. nu. 10. Rot. dec. 321. num. 2. & 3. par. 3. & d. dec. 425. num. 4. par. 19. tom. 2. rec.* cum ibi lato calamo adductis.

Et sane perperam conabatur hodie Pertus arguere, vel de insubsistentia, vel de excessivitate præfatam solutionem mercedis, in Germani libris cantantem de præfata summa sc. 500, exhibens *in Summario sub num. 19.* quamdam attestationem super prætensa ab eo facta præstatione alimentorum eisdem Operariis, necnon exbursatione effectiva in quantitate sc. 45. 70. *d. Summ. num. 20.* addito, quod in omnem casum tanta solutio scutorum nimirum 500. fuisset semper excessiva ob conventionem ab eodem Perto initam in minori mercede, & ob temporis intervallum, quo prædicti inservierant Operarii tantam mercedē non præseferens, proindeque hujusmodi expensæ, sive tamquam in-
8 verisimiles, sive tamquam excessivæ efflagitari, seu repeti non possent, quemadmodum de consimilibus expensis, vel inverisimilibus, vel excessivis, passim habetur, & signanter apud *Rot. post Zacch. de Salar. decis. 69. n. 4. dec. 111. n. 6. p. 7., & dec. 117. fere per tot., & signanter a n. 12. ad seqq. p. 13. rec.*

Siquidem eædem attestationes super alimentis præstitis a Perto erant penitus informes, & emendicatæ ab hominibus infimæ Conditionis, quive idcirco subsignaverant easdem attestationes cum simplici signo ✠, & talis conventio ad mensuram minoris mercedis respiciebat diversam omnino pactionem, quæ contradistincte a diurna mercede nuncupatur *a cottimo*, quæve nullum habuit effectum, dum actualiter non jam Operarii Terræ Amatricis, sed Januenses a Germano Conducti dietim laborarunt, & dietim fuerunt, *ut in Evangelica Vinea* congrua mercede dimissi, unde semper recurrebat illa replicatio, quare Pertus non adhibuit Operarios ad sui electionem, suisque expensis, sed Germanum coegit, ne opus desereretur in grave ejus præjudicium conducere, quos poterat, nationis scilicet suæ ad hoc artificium idoneæ, proindeque si quis per umbram adfuisset excessus, non erat imputandus Germano, qui actu prædictam quantitatem sc. 500.
9 numeraverat, sed Perto, qui tale præjudicium, & damnum causaverat, ut inquit *Jurisconsult. in l. quod quis 204. ff. de regul. jur. c. damnum de regul. jur. in 6.* cum aliis relatis *in Romana, seu Limana Cambiorum dec. 68. n. 33. inter noviter Romæ impressas cor. me.*

Modus itaque, cum quo *Domini* temperarunt persistentiam in decisis, constitit in præmissis, Utraque &c.

Romana Pecuniaria ſuper ſecundo Contractu.

Luna 22. Februarii 1712.

ARGUMENTO

Non indiget,

Et ſi lubet vide in deciſ. 523. quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1. *Ab uno caſu, ſive inſtrumento fieri nequit illatio ad alterum caſum, ſive inſtrumentū.*
2. *Teſtis deponens ad ſui commodum, ſive exonerationem, non eſt attendendus.*
3. *Libri Mercatorū mercantiliter inſcripti atq; cuſtoditi non probant favore ſcribentis.*
4. *Minuſque ſimplex notula crediti, & debiti vel ſolutionum ſuper re inter alios geſta.*

DECIS. DLXVI.

Quemadmodum in præcedenti contextuali *dec.* fuerat reſolutum, atque concluſum reductive ad ſummam crediti reſultantem favore Perti, & Coccetti utriuſque contractus, & reſpective ſolutionum, quas in ejus excomputū cenſuerant *Domini* effeciſſe Bullam, ita & hoc ipſum practicatum exſtitit in præſenti, detractis ſiquidem, ut in altera hodierna *dec.* ex rationibus ibidem enucleatis geminis quantitatibus, altera ſcutorum 502. 29. & altera ſcutorum 350. 71. hinc tota ſumma, quæ prius aſcendebat ad ſc. 2975. 74. & pro qua dictum exſtiterat, relaxandum eſſe mandatum adverſus heredes ejuſdem Bullæ, hactenus attingebat ſcuta 2122. 14. Unde pro ea *Domini* pariter permanſerunt *in deciſis*.

Neque alia interfuit amaritudo, niſi quod oppugnabant heredes præcedentem *deciſionem* ſuper eo, quod prætendebant bonificandam ipſis quoque eſſe partitam ſc. 159. 83. (ad inſtar alterius ſcutorum 500. exſolutæ, & admiſſæ) pro ſimilibus laboreriis factis in ſaltu *della Fajola*, ſed inutiliter, quia *Domini* magnam rimantes differentiam inter unam, & alteram partitam, nequaquam potuerunt eodem paſſu, & Juris lance procedere; In illa etenim ſcutorum 500. intercedebat pactum inſtrumentale, per quod Pertus, & Coccettus ſibi onus aſſumpſerant ſatisfaciendi Operariis, quos poſtea proprio ære dimiſiſſe apparebat Germanum, de hac autem ſimili conventione non liquebat niſi per ſuppoſitionem Periti, qui tamen aſſerebat, unico eodemque contextu non fuiſſe ſuper hoc ſecundo contractu initum Inſtrumentum, ideoque cum nec aliunde de
1 hac pactione conſtaret ab uno caſu, & Inſtrumento ad alterum caſum, & Inſtrumentum non valebat illatio, ad *Textum in l. Papinianus exuli ff. de Minor. Surd. conſil. 150. num. 94. Pariſ. conſ. 18. nu. 9. volum. 1., Lancellott. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 2. n. 2. Cancer. variar. reſol. par. 2. cap. 1. n. 131. Gratian. diſcept. for. 516. n. 6. et 524. num. 58. Rot. dec. 9. num. 12. par. 19. rec.*, & alibi paſſim.

Diverſitatem etiam inter utrumque nimium apertam præſeferebat, quod in partita ſcutorum 500. Germanus, & Bulla ſolutionem effectivam depromebant ex libris Germani, campſario ſtylo fideliter, & legitime detentis, quando de hac ſolutione ſcutorum 149. nullibi coruſcabat, niſi per ſimplicem teſtificationem Viviani, qui ſine ulla alia pro-
2 batione, vel conteſte ad ſui commodum, & exonerationem deponebat, & proinde non erat attendibilis, ex quotidie affirmatis poſt *Cravett. conſ. 99. nu. 2. Caſtrenſ. conſ. 301. dubit. 8. in fin. lib. 1. et Rimnald. Jun. conſ. 315. num. 6. lib. 3.* per *Gratian. diſcept. for. 144. n. 4. et ſeqq. Maſcard. de probat. concl. 63. nu. 5. vol. 1. Rot. cor. Buratt. dec. 572. ſub n. 12. et in rec. dec. 222. n. 10. par. 17.*

Quin pondus ullum ſuperinduceret quædam notula, quæ dicebatur excerpta ex quodam compromiſſo, inito inter Bullam, & Boccar-
3 dum, quia ſi libri ipſi Mercatorum Mercantiliter inſcripti, atque cuſtoditi non probant favore ſcribentis, ut latius in altera *Deciſio-*
4 *ne*, quid dicendum de mera notula ſuper re inter alios geſta, per ea, quæ in propoſito ſimilium notularum crediti, debiti, vel ſolutionum uno ore tradiderunt *Bald. in rubr. de fid. Inſtrumentor. et Jaſon. in l. admonendi num. 81. verſ. quinto limita ff. de jure Jur. Genua de ſcript. privat. lib. 5. titul. de Scartafac. nu. 2. et 3. in meo tract. de Commerc. et Mercat. diſc. generali nu. 155. Giurb. dec. 88. num. 2. in fin. Rot. Genuen. dec. 2. n. 27. Rot. dec. 558. num. 2. par. 2. & dec. 413. n. 8. par. 19. tom. 1. rec.* Et ita utraque &c.

Albanen. Succeſſionis.

Die 26. Februarii 1712.

ARGUMMENTUM.

Egreſſus a Religione quomodo ſit admittendus ad paternam hereditatem a Fratribus in ſæculo, qui diviſionē inter ipſos eorumdem bonorum paternorum inierunt, & unus ex eis renunciationem emiſit favore aliorum in ſæculo exiſtentium. Statutum ſi recepta dote per filios eos excludat ab hereditate Patris intuitu Maſculorum in computanda poſtmodum quãtitate legitimæ, illud plus, quod eiſdem feminis deberetur ultra dotem Maſculis accreſcit. Renunciatio facta ad commodum unius nominati extendi, atque amplia-

ri

ri nuit favore aliorum non nominatorum, & jognitorum.

SUMMARIUM.

1. *erditas paterna de Jure devolvitur ad fios, & quot sunt capita tot debent esse ortiones.*
2. *mina sublata sexus differentia hodie admittuntur ad successionem paternam in concursu fratrum aeque in capita.*
. *In divisione facienda plurimum pollet, & operatur Judicis arbitrium.*
4. *Contractus emptionis, & venditionis dicitur initus, si fundus de voluntate Partium reducatur ad quantitatem, vel aestimationẽ.*
5. *Dos licet tradita in certo fundo adhuc habetur pro existenti in quantitate, quando inceptum apparet a constitutione dotis in quantitate.*
6. *Aditio hereditatis inducitur in eo, qui cessit vel renunciavit non jam abdicative, sed active, & translative alteri Personae eamdem hereditatem.*
7. *Egrediens a Religione proculdubio recuperat jura naturalis successionis.* *Quinimmo etiam bona renunciata.*
8. *Filia si per statutum recepta dote excludatur ab hereditate Patris intuitu Masculorum in computanda postmodum quantitate legitima illud plus, quod eisdem feminis debetur ultra dotem Masculis accrescit.*
9. *Cessio, & renunciatio nusquam extenditur ad eas Personas, & figuras, quae non fuerunt contemplatae.*
10. *Emptio facta ab uno alteris non acquiritur.*
11. *Transactio, seu concordia regulariter non fit nisi praecedente amicabili tractatu, & industria concordantium.*
12. *Transigens super re hereditaria nisi expresse dicat, id facere titulo hereditario, sibi acquirit, non vero hereditati quidquid ex eadem transactione acquirit.*
13. *Clausula Constituti transfert de una persona ad aliam Jura possessionis, nec operatur favore personae penitus incognitae, & tunc non existentis.*
14. *Et pro effectu ejusdem Clausulae non solum persona debet esse certa, sed etiam res.*
15. *Cedens, sive renuncians post factam cessionem, sive renunciationem in praejudicium Cessionarii vel renunciatarii nihil agere, vel declarare potest.*
16. *Clausula sine praejudicio nusquam impedit reassumptionem boni Juris in devolutivo.*
17. *Actus semper referri debet ad possibilem intellectum utilem, & non praejudicialem facienti.*
18. *Actus Procuratoris sine mandato capax non est damnificandi principali.*
19. *Clausula sine praejudicio Jurium sibi competentium quid operetur.*

DECIS. DLXVII.

IN Asse propriae hereditatis relinquens Joseph del Moro, aete tamen alieno subducto, ℣ 6996. obiit intestatus, quare tribus tantummodo filiis in seculo superstitibus, nempe Christophoro, Philippo, & Chrispino, deventum fuit inter istos ad amicabilem divisionem, & respective concordiam, cujus vigore Christophorus recepta ejus rata sub quibusdam modis sese de scaena communionis plenariae retraxit, cedendo reliqua universa Jura paterni Patrimonii ad commodum Philippi, atque Chrispini, sed e Religione, in quam fuerat ingressus, exeunte post haec Francisco altero quarto filio, statim exorta est contentio, quomodo de novo ineunda foret partitio, & opinante A.C. pro nunc manutenendum esse Franciscum in omnibus, & singulis Bonis praemissis hereditariis Josephi pro tertia parte, non fuit in hoc sensu *Tribunal*, quod in medullis boni Juris negocium reassumens, censuit, *Divisionem esse faciendam quoad Bona Patris in quatuor partes*.

Totam, si qua erat, amaritudinem, & involucrum ingerebat praedicta divisio, seu transactio, qua mediante, quodammodo videbatur, Christophorum sese particulariter separando noluisse facere numerum, nec partem amplius in hac successione, quo casu utique restantibus tribus tantummodo, non aliter divisio Paternae successionis ab intestato fieri poterat, quam in tres partes, sed quoties e converso Christophorus in rei veritate fecisset tam numerum, quam etiam partem, de qua infra, certe quatuor partes conficien-
1 dae erant de eadem hereditate, quae de Jure a Patre devolvitur ad filios in capita, & quot sunt capita, tot debent esse portiones, ad *Text. in Auth. in success. C. de suis, & legit. hered.* ibique *Doctores* communiter *Vasq. de success. ab intest. lib. 2. §. 19. num. 6. Capriol. eod. tract. lib. 1. nu. 13., Barry de success. lib. 18. tit. 1. quomodo liber. succed. sub num. 1. Mart. de success. legal. par. 4. q. 5. art. 2. num. 14.* Unde quia per antiquas leges Romanorum filiae feminae in concursu masculorum rejiciebantur a successione, & hodie supervenit jus novissimum Justiniani, illas admittens ad faciendum numerum, &
2 partem ad ipsarum favorem, sublata penitus differentia sexus, ipsaemet etiam feminae in concursu fratrum aeque in capita admittuntur, ad celebrem sanctionem ejusdem *Justiniani in l. 14. C. de legit. heredit. & in Novell.*

Novell. de hered. ab intest. Venien. collat. 8. *in princip. Mart. de success. legal. p.* 1. *quæst.* 1. *de success. descenden. par.* 1. *quæst.* 1. *in princ. Rot. dec.* 728. *nu.* 10. *par.* 18., *& dec.* 38. *num.* 14. *par.* 19. *rec.*

Quapropter applicando ad rem, *Domini* inspecto tenore memoratæ divisionis, & concordiæ datæ in *Summ. habentis Causam a Crispino Num.* 1. illico dignoverunt, nequaquam Christophorum sese sustulisse de medio, itaut voluerit non numerari inter liberos Josephi, prout contigisset, si naturaliter, vel civiliter fuisset mortuus (& prout de cetero erat e converso civiliter tunc temporis Franciscus) sed postquam in instrumento ejusdem divisionis, subdivisis tribus tunc portionibus, pro totidem eo tempore in seculo manentibus, descendit usque ad liquidationem ratæ sibi contingentis in scutis 2332. 25. ibi = *della qual somma divisa ne verrebbe a toccare a noi tre infrascritti scudi* 2332. 25., solumque nolens pro prædicta rata recipere, ut oportuisset, hæc, & illa hereditaria Bona stabilia, vel mobilia, aut semoventia, juxta illud arbitrium, & respe-
3 ctive necessitatem Judicis, & Juris, de quo ex *Text. in l. ad officium C. com. div.* late tradit *Michalor. de fratrib. par.* 3. *cap.* 38. *a n.* 15. *ad plur. seqq. modern. Asculan. ad Stat. Urb. annot.* 21. *art.* 2. *fere per tot.* & signanter *sub num.* 95. *& seqq. Boerius decis. Burdegalen.* 46. *num.* 1. *Ursill. ad Afflict. dec.* 23. *nu.* 6. *cum seqq. Rot. post dictum modern. Asculan. ad Statut. Urb. dec.* 38. *n.* 4. *cor. Buratt. decis.* 350. *num.* 4. *& in rec. dec.* 310. *num.* 9. *&* 10. *par.* 19. *tom.* 1. *rec.*

Satius, vel magis proficuum existimavit, universa Bona, suamque portionem sic jam calculatam transferre, ac etiam Jura maternæ hereditatis, correspective recipiendo non in bonis, sed in pecunia effectiva summam ♈ 2000. cum nonnullis mobilibus, ita implicite, & per actum occultum, in substan-
4 tia ineundo illum contractum emptionis, & venditionis eorumdem bonorum sub tali appretio, & quantitate, qui latet in omnibus similibus casibus, quoties fundi de voluntate Partium reducuntur ad quantitatē, & æstimationem, prout dicimus sub hac ipsa ratione in ipsa dote, quæ licet tradita in certo fundo, adhuc habetur pro existenti
5 in quantitate, quando inceptum apparet a Constitutione dotis in quantitate per *Text. in l. quoties C. de Jur. dot. Castrens. consil.* 469. *n.* 1. *vol.* 1. *Ruin. cons.* 134. *n.* 2. *vers. & sic aperte vol.* 4. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 28. *n.* 7., *Card. de Luc. de dot. disc.* 57. *num.* 5. *Rot. post Merlin. de pignor. dec.* 114. *nu.* 2. *cor. Buratt. dec.* 287. *n.* 2. *& in rec. dec.* 392. *nu.* 2. *par.* 19. & in similibus aliis quoque cumulatis exemplis fuit late demonstratum *in Perusina Camb. 1. Junii* 1709. §. *Subtiliter quippe cor. Me.*

Dum igitur Christophorus plusquam agnovit, nedum jus propriæ successionis in Paterna hereditate, sed etiam portionem sibi contingentem liquidavit, & illius vice accepta certa stabilita pecuniaria quantitate, Bona ipsa cum honoribus, & oneribus implicite vendidit, & cessit ad commodum Philippi & Crispini, per necessarium utique antecedens jam habuit pro succeditrice suam personam, immo a fortiori suffecisset ipsa simplex occulta venditio, sive cessio translativa, ac renunciatio activa per eum facta prædictis fratribus de hac sua portione, dum
6 uno ore scribentes aditionem hereditatis inducunt in eo, qui cessit, vel renunciavit, non jam abdicative, sed prout hic active, & translative alteri personæ eamdem hereditatem *Bald. cons.* 224. *in princ. versic. considerandum est, & vers. nam quatuor modis vol.* 2., quem sequitur *Caball. cons.* 156. *n.* 25. *vers. per actum translativum lib.* 1. *Soccin. sen. cons.* 183. *nu.* 1. *vers. sed tamen, Aymon. Cravett. cons.* 200. *in princip. vers. bene fateor, Cyriac. contr. for.* 244. *n.* 4. *Mans. consult. for.* 51. *n.* 7. *tom.* 1. *Rot. cor. Coccin. dec.* 1874. *n.* 32., *& in rec. dec.* 49. *nu.* 39. *p.* 12.

Efficiente itaque Christophoro indubitanter numerum, eo ipso, quod ut supra devenit ad prædictam divisionem, & concordiam, hinc si eo tempore manente in Religione Francisco, tres factæ fuerant portiones, quia tres erant filii, egresso post modum Francisco ab eadem Religione, quarto ceteroquin filio Josephi, ecce quod restituenda quoque erat huic etiam quarto sua quarta portio, cum licite egrediens a Religione procul du-
7 bio recuperet, tamquam cessante causa, Jura naturalis successionis. Immo etiam bona renunciata, ut in illa celebri *Romana Pri-*
8 *mogenitura de Casarinis primo cor. bo. mem. Albergato deinde cor. bo. mem. Emerix Jun. R. P. D. meo Lancetta & aliis*, & consonant prius tradita per *Menoch. cons.* 388. *sub nu.* 19. *vers.* 1. *perpendo, & num.* 20. *Tiraquell. in tract. cessante causa par.* 1. *num.* 32. *Pasqualig. cent.* 3. *quæst.* 273. *num.* 9. *Pellizar. in manual. Regul. tract.* 10. *cap.* 2. *sect.* 3. *n.* 72. Idem *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 36. *num.* 11. *Gratian. discept. forens. cap.* 96. *num.* 35. *Rota cor. Roxas decis.* 41. *num.* 13., *&* 14. præter lato calamo adductos *in meis adnotationibus ad dec.* 76. *n.* 56. *& seqq. inter novissime in Urbe impressas.*

Atque

Atque ex his firmata Justitia divisionis de Jure faciendæ in Capita, sive in prædictas quatuor partes, computata persona etiam Christophori, perperam satagebat Franciscus, quod illud plus, quod forte poterat importare vera rata Christophori, æquo modo, non minus ad ipsum tamquam Coheredem, quam ad Philippum, & Crispinum illius fratres, & pariter Coheredes pertinere, vel accrescere deberet. Id quippe utique locum sibi vindicasset, quoties idem Christophorus abstensive, & abdicative sese de medio tulisset, sed dum contentus prædicta summa *scut.* 2000. *Cessit*, *renunciavit omnia bona stabilia*, *mobilia &c. Crispino*, *& Philippo* nominatim, & non uti simpliciter repræsentantibus ipsam hereditatem, ecce quod voluit facere partem quoque ad favorem eorumdem nominatorum, quibus renunciavit, ut prosequendo terminos prædictos numeri, & partis passim videmus in statutis feminarum exclusivis, quod si statuta, recepta dote per filias, eas excludant ab hereditate Paterna, idque intuitu, & Contemplatione Masculorum, in computanda
8 post nodum quantitate legitimæ, illud plus, quod eisdem feminis deberetur ultra dotem, vel vigore consiliorum renunciationum, vel ex sensu Comuni scribentium, masculis accrescit, quorum contemplatione, ut diximus, ordinata fuit, & volita per statutum illarum exclusio, ex plene congestis per *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 2. *nu.* 2., *&* 14. *cum seqq. Card. de Luca de legit. disc.* 1. *&* 2. utrobique *n.* 2. *cum pluribus seqq. modern. Ascullan. ad Stat. Urb. annot.* 35. *art.* 2. *nu.* 119. *& in Romana legitima* 23. *Januarii* 1696. *§. Nihilo cor. Reverendiss. D. meo Decano*, *& in Nepesina legitima* 26. *Aprilis* 1697. *§. Tertiumque confirmata* 21. *Junii ejusdem anni cor. bo. mem. Muto*, *& in Anconitana legitima* 10. *Junii dicti anni* 1697. *§. Ceterum cor. Emo Caprara*,

Et quidem, quod Christophorus intellexerit facere cessionem, & renunciationem ad favorem Philippi, & Crispini, non autem Francisci fratris, satis, superque palpabatur. Primo quia, ut innuimus, cessionem nominatim fecit Crispino, & Philippo etiam absque
9 adjuncto heredibus, vel Coheredibus, unde regula subintrabat inconcussa, quod Cessio, & renunciatio nusquam extenditur ad eas personas, & figuras, quæ non fuerunt contemplatæ, Teste *Bero. cons.* 97. *num.* 5. *lib.* 1. *Hunded. cons.* 36. *num.* 7. *lib.* 1. *Surd. cons.* 446. *num.* 13. *Cyriac. contr. for.* 4. *nu.* 19., *& seqq. Card. de Luc. de renunciat. disc.* 5. *num.* 4. *Rot. dec.* 253. *num.* 11. *par.* 14. *& dec.* 23. *num.* 22., *& seqq. par.* 15. *rec.*, *& in Cesenaten. prætensæ successionis dec.* 12. *nu.* 2. *inter hactenus Romæ impressas cor. me.*

Secundo, quia cum perscrutando viscera prætensæ Concordiæ supra ostenderimus, quod in substantia hæc liquidatio portionum facta a principio, fuit redacta ad quantitatem per implicitum actum venditionis, & emptionis, proinde ac si Christophorus, uti de Jure fingitur, recepterit suam ratam a principio in tot Bonis vel pecuniis, & effectibus hereditariis, & postea illam vendide-
10 rit Philippo, & Crispino, recepto pretio in contanti ℣ 2000.; ideo & quando nam Emptio facta ab uno acquiritur alteris contra ea, quæ habentur *in l. cum propria*, *& l. qui aliena C. si quis alteri*, *vel sibi*, & apud *Mantic. de tacit.*, *& ambig. lib.* 4. *tit.* 22. *n.* 1. *Gratian. discept. for. cap.* 950. *num.* 41. *vers. tamen Rot. post Cene. de Cens. dec.* 170. *num.* 4. *&* 5.

Tertio fortius, quia hoc sequutum fuerat mediante effectiva transactione, & Concordia,
11 quæ non fit nisi præcedenti amicabili tractatu, & industria Concordantium, ac propterea etiam ex hoc Capite regula est, quod transigens super re hereditaria, nisi expresse dicat, non facere titulo hereditario, ibi acquiritur, & non hereditati quidquid acqui-
12 rit ex eadem transactione, quemadmodum docet ex *l. si heres* 3. *ibique Glossa verb. Decisione ff ad l. falcid. Bartol. in l. in fideicommissariam in fin. ff. ad sen. consult. Trebellian. com. cons.* 290. *nu.* 14. *lib.* 2. *Cravett. cons.* 295. *nu.* 4. *in fin. Bertazzol. cons.* 107. *num.* 58. *Peregrin. de fideicomm. art.* 6. *nu.* 34. *vers. amplia etiam*, *& num* 40. *Gratian. discept. for.* 733. *n.* 17. *Urceol. de Transact. quæst.* 82. *n.* 3. *Rot. cor. Roxas dec.* 154. *n.* 13.

Quarto demum perspectis finalibus verbis ejusdem transactionis, ut ibi = *dando facoltà a Filippo*, *e Crispino fratelli di poter pigliar possesso de' Beni Ereditarii di nostro Padre colla clausola del Costituto* = unde quanam
13 via poterat subintrare clausula Constituti, quæ debet transferre de una persona ad aliam Jura possessionis, favore personæ penitus incognitæ, & tunc non existentis in rerum natura saltem civiliter, sicuti de operatione, & intellectu prædictæ clausulæ constituti supponunt, & tradunt post *Text. in l.* 3. *in pricip. ff. de acquir. possess. Tiraquell. de Jure constit. poss. limit.* 30. *nu.* 1., *& seqq. Ridolphin. in prax par.* 2. *cap.* 5. *nu.* 00., *&* 61. *vers. trigesimo quando*, ceterique relati post *Rot. in dec.* 349. *num.* 26. *par.* 4. *tom.* 2. *rec.* Itaut pro operatione, & effectu ejusdem clausulæ, non solum persona debeat esse cer-

ta,

ta, sed etiam res, *B rt.*, & *Doctores communiter in dict. l. 3, 9. Incertam ff de acquir. possess. Tiraquell. de Jur. constit. poss. dicta limit. 19. num. 1. Menoch. cons. 222. nu. 56. Brun r. a sole in locis com. verbo clausula nu. 10. Gama dec. Lusitan. 55. fere per tot. Rot. cor. Buratt. dec. 220. n. 0. ibiq; Adden. n. 612.*

Quibus ad evidentiam ostensis atque solidatis quicquam obesse non poterat quædam posterior Transactio inita inter Franciscum, & Christophorum, cum acceptatione positiva ejusdem Francisci de observando concordiam antecedenter exaratam inter ipsum Christophorum, & Philippum, ac Crispinum, post Jus nanque quæsitum per præcedentem transactionem eisdem Crispino, & Philippo, quis dicat, quod Christophorus per novam concordiam separatam, & Fran
15 ciscus per suam voluntariam, & forsan sibi favorabilem acceptationem voluerint derogare prædicto Juri quæsito per Philippum, & Crispinum, ut de se paret ad sensum, & adnotarunt post *Surd. cons. 29. Tepat. var. resol. tit. 411. cap. 5. vers. actionibus Carpan. ad stat. mediol. tom. 1. cap. 445. n. 15. & 16. Olea de ceff. Jur. tit. 6. quæst. 8. nu. 4. Rot. cor. Cavaler. dec. 361. num. 5., & in rec. dec 362. nu. 3. in fin. par. 2., & dec. 455. num. 8. par. 18. tom. 2.*

Minusque quibat refragari, quod Crispinus, & Philippus successive cōsignaverint Francisco quamdam vineam pretio ♀ 1000., & nonnulla alia bona hereditaria, quasi quod ex hoc facto viderentur, & maxime post Judicatum A. C. agnovisse Jura Philippi pro tertia, non pro quarta parte, in qua ipsum Franciscum manuteneri demandaverat idem A. C. quoniam cum placuisset Signaturæ Justitiæ rescribere super mandato A. C. cum clausula *S. P., legitima exsequutionis* utique si etiam tertiam integram partem Francisco consignassent, non poterat id re-
16 ferri nisi coactioni Judiciali, nusquam impeditivæ reassumptionis boni Juris in devolutivo, ut ad præsens, secundum importantiam adamussim prædictæ clausulæ S. P., de qua *Ridolphin. in prax. par. 1 cap. 13. n. 493. Cappuc. in prax. tom. 2. art. 12. n. 574. & seqq Rot. cor. Peutinger. dec. 365. num. 13., & dec. 32. num. 7., & dec. 79 nu. 1. inter noviter Romæ impressas cor. me.*

Certius, quia prædicta consignatio etiam extra terminos coactionis, & necessitaris, poterat referri tam ad quartam partem, quam ad tertiam, cum prædicta vinea, & bona non excederent eamdem quartam, actus
17 quippe semper sunt referendi ad possibilem intellectum utilem, & non præjudicialem facienti, ut inquit *Julius Paulus in l. non omnis ff. si certum petatur, Merlin. de Pignor. lib. 4. quæst. 110. nu. 16. Rot. cor. Coccin. dec 318. nu. 6. cor. Priol. dec. 408. nu. 14., & in rec. dec. 92. nu. 7. par. 19. tom. 1.*

Potissime autem, & usque ad evidentiam, quia hæc consignatio fuit expleta, non jam per ipsam Societatem habentem causam, ut diximus, a Crispino, vel per aliquos officiales illam repræsentantes, sed per nudum Procuratorem absque ullo mandato Procuræ, quive etiam alterius solemniter protestatus fuerat de præservando quodcumque præjudicium ipsi Societati, ut ibi = *sine tamen præjudicio Jurium sibi quomodolibet Competentium*, quamobrem, vel actus Procuratoris absque ostensione mandati capax non extitit dominificandi Principali, vel prædicta protestatio ipsi congrue præservavit omne
18 Jus, & abstulit quodlibet præjudicium, emergere valens in contrarium, ut de prima Conclusione plena sunt volumina, & *Castren. in l. non solum ff. de Procur. Rot. dec. 285. vers. accedit par. 2. dec. 44. nu. 8. par. 10., & dec. 628. num. 6. par. 19. rec.* Et
19 de secunda tamen connotarunt *Alex. cons. 130. nu. 14. vers. quia respondeo lib. 4. Dec. cons. 460. num 10., & seqq. Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 2. num. 180. Rot. dec. 75. num. 4. par. 2., & dec. 495. nu. 9. par. 18. rec. tom. 2. & alibi sæpissime.*

Denique respectu bonorum maternorum, videlicet secundæ Conjugis Josephi, quia tres solummodo, & non quatuor ea filios susceperat, nulla fuit quæstio inter partes, quin illa dividenda idcirco forent in tres portiones, ex Juribus a principio laudatis.

Utraque &c.

Albanen. Manutentionis.

Veneris 26. Februarii 1712.

ARGUMENTUM.

Filius a Religione egrediens an consequi possit fructus a die obitus sui Patris, licet tunc temporis in Religione permanserit, illiusq; fratres eosdem fructus bona fide perceperint, puta, quia sperare poterant, eorum Fratrem fuisse in Religione professurum. Et in qua summa dd. fructus calculandi sint.

SUMMARIUM.

1. *Fructus tamquam accessorii substantiæ dimettiri debent ad proportionem, & naturam eorum principalis.*
2. *In universali Judicio familiæ Erciscundæ, & Consuccessionis, fructus debentur a die obitus Patris, non vero a legitima litis contestatione, & quare.*
3. *Filio a Religione egresso debentur fructus a die*

a die obitus Patris, licet de eo tempore in Religione permanebat, & de ratione.

4. *Quid dicendum, si ejus Fratres fructus possederint bona fide, quia credebant, Fratrem fuisse professurum*, & num. seqq.

6. *In obligatione ubi duo sunt alternative, non ambo, sed alterutrum dumtaxat prætendi potest.*

7. *Fructus Stabilium sunt taxandi ad rationem quatuor pro quolibet centenario.*

8. *Legitima est regulariter filio præstanda a die obitus Patris, unacum fructibus.*

9. *Et isti fructus commensurandi sunt ad res fructiferas, non vero infructiferas.*

DECIS. DLXVIII.

Secunda dubitatio hodie per *Me* simul proposita, etsi de cetero consequutiva videretur esse primæ, respicienti portionem Francisco religione egresso super paternis bonis hereditariis assignandã, plura adhuc ad modum Hydræ capita in se implicabat, ideoq; distinctè illa *Domini* differentes resolverunt.

Primo, quod circa portionem, a qua debiti exstitissent fructus eidem Fräcisco, ea adamussim foret, quæ corresponderet alteri principali dubitationi in altera hodierna contextuali *decisione* dissolutæ, nempe ad mensurã, sive intra spheram quartæ partis hereditatis Josephi communis Patris, prout quarta pars & non tertia exstitit inibi præfinita Fräcisco; fructus namque tamquam accessorii substantiæ Judicati nequeunt non dimetiri ad

1 proportionem, & naturam eorum principalis, ad regulam *Text. in l. cum principalis ff. de regul. Jur. Gratian. discept. forens. 282. num. 35. & discept. 832. num. 24. Card. de Luca de dote disc. 3. num. 5. Rot. cor. Seraph. dec. 287. num. 11. & in rec. dec. 147. n. 15. par. 11.* & in specie fructuum *Tex. in l. Lucius 19. ff. qui potior. in pignor. habeat Anton. de Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 76. num. 1. Tondut. quæst. Civil. par. 1. cap. 21. num. 18. Olea de ces. Jur. quæst. 1. num. 22. tit. 4. Rot. cor. Bich. dec. 406. num. 32. & in rec. dec. 502. num. 16. par. 19.*

Secundo, quod ii essent debiti usque ab initio obitus ejusdem Josephi, cum in hoc Judicio universali familiæ Ercifcundæ, & confuccessionis regulariter fructus non veniant in sequelam bonæ, vel malæ fidei, plerumque exorientis a legitima contestatione litis, sed ab imbibita quadam quidditate dominii,

2 quod a Patre moriente ab intestato defluit in filios, sive ut alii volunt, ab essentia ejusdem Judicii universalis, in petitione retrotrahibilis usque ad principium, & in hoc *Textus* est clarus in *l. item veniunt §. Fructus ff. de petit. hered.* ibique Cynus, *Bald.*, & *alii*, & *in l. non est ambiguum C. famil. Erciscund. Card. de Luca de hered. & , heredit. disc. 9. num. 5. Afflict. dec. 240. num. 2. & seqq. Rot. in Fanen. Successionis 1. Julii 1707. §. Justitia cor. Rmo D. Omanna Ep. Giennen. & in Reatina Successson. super reservatis 14. Martii 1710. §. Objectum tamen cor. R.P.D. meo Priolo*, cum aliis relatis in *Meis addition. ad dec. 49. num. 42. & dec. 98. n. 31. inter novissime in Urbe impressas cor. Me.*

Quin officeret, quod Franciscus de tempore præfati obitus Patris habendus foret pro mortuo, saltem civili, dum sæculum exiens sese Religioni mancipaverat, quoniam statim ac postea legitime, & juridice ab eadẽ Religione discessit per quoddam Jus postliminii, illico rediit ab bona usque ab initio dimissa, ac etiam renunciata, quasi per resolutionem subintellectæ illius conditionis, nempe, *si*, & *dummodo professio sequatur*,

3 quemadmodum in præcisis terminis alterius ingressi in hanc ipsam Religionem, de qua agebatur late, & punctualiter comprobat *Donat. Ant. de Marinis lib. 2. resol. quotid. cap. 195.* ferme *per tot.* & præter adductos in altera contemporanea *decisione* prosequuntur *Gratian. discept. for. cap. 96. n. 22. ibique de Luca nu. 10. & Rot. dec. 471. n. 5. par. 4. tom. 2. rec.*

Minusve relevante, quod cum Fratres ejusdem Francisci optima fide medio antecedenti tempore consumpsissent hos fructus, uti supponentes, ipsum Franciscum fuisse professurum in Religione, hinc si postea eidem Francisco libuit mutare consilium, prædicta conditio tamquam mere potestativa, & a suo libito dependens, operari non posset effe-

4 ctum retrotractivum usque ab initio in præjudicium Tertii, per ea, quæ in proposito consimilium conditionum potestativarum *in dec. 174. num. 31. par. 6. rec. fere per tot.*, & ante eam *Costa de retrotract. cap 8. casu 19 n. 19. & prius Marcabrun. de Anguillis cons. 105. nu. 16. necnon eadem Rota in Romana de Mazzatostis dec. 1652. cor. Coccino* repetit. post *Salgad. in Labyrint. Credit. dec. 99. & dec. 675. par. 4. tom. 2. rec.*

Quoniam quoties hic intrasent termini conditionis potestativæ, & non remansisset suaptæ natura Franciscus restitutus ex prædicto quodam jure postliminii ad paternam successionem, & hereditatem, adhuc potius ipsa quidditas potestativæ conditionis volitæ, & conventæ, & dependentis a placito contrahentis, alias non contracturi, admitteret proculdubio talem retrotractionem,

5 quemadmodum in præciso casu appositæ

conditionis, *quatenus Donans professionem emittat* post *Menoch. conſ.* 388. *nu.* 34. 35. & 40. & *Buratt. dec.* 381. *a nu.* 13. *usque ad fin.* demonstravit *Rot. dec.* 121. *num.* 10. *verſ. primum cum pluribus numeris ſeqq. cor. Royas* ubi ulterius *ſub nu.* 16. (ad differentiam alterius *dec.* 1 4. *par.* 6. *rec.*) ostendit, quod prædicta conditio, quatenus Donans professionem emittat, revera dici non potest mere potestativa.

Potissime dum Franciscus quatenus professionem emitteret, sibi reservaverat annuam præstationem scutorum 8. quam nuncupant *Livello*, ut in illa *Lucana Livelli* 9. *Maji* 1707. *cor. me* eamque præceperat, seu pepigerat post obitum Patris persolvi ab heredibus, illiusq; successoribus, signum evidens, quod emissam a se renunciationem, seu donationem nequaquam habuerat pro perfecta, non enim potuisset sub cōdi ione hujusmodi Livellum juxta importantiam præmissorum verborum *quatenus &c.* s d absolute ex tunc sibi reservasset hanc ventionem, seu præstationem, nisi cogit sset possibile in contrarium, quo casu non indigebat tali adjumento, utpote recuperaturus suam quotam donatæ, seu renunciatæ hereditatis: & de facto, licet præstatio hæc nusquam, nec in vita, nec post obitum Patris appareret persoluta hodie non intendebat Franciscus eam consequi, sed simpliciter fructus sibi in vim legis, ut supra a die paterni obitus communicandos, atque resti-

6 tuendos, ubi enim duo sint alternative in obligatione, non ambo, sed alterutrum dumtaxat prætendi potest, ad tradita ex *Text. in l. si ita* 13. *ff. de manumiſs. Teſtam.*, & *in cap. in alternativis de revul. Jur in* 6. per *Beccium conſ.* 189. *num.* 2. *Menoch. conſ.* 241. *num.* 3. *Tiraquell. de retract. lignager.* §. 2. *gloſs.* 3. *num.* 16. *Manſ. conſult.* 110. *nu.* 3. *tom.* 2. *Rot. cor. Cerro dec.* 567. *num.* 5., & habetur in *annot. poſt dec.* 77. *num.* 63. *inter hactenus Romæ impreſsas cor. Me*.

Tertio facile etiam censuerunt quantitatem eorumdem fructuum fore taxandam, seu liquidandam ad mentem, & præsumptionem

7 Juris in celebri *Gloſſa in Auth. perpetua C. de Sacr. Eccleſ.* ad rationem scilicet hodie temperatam ad quatuor pro centenario, non jam habito respectu indifferenter ad valorem totius substantiæ hereditatis, sed ad bona solum, vel Jura fructifera, tum quia de facto prænominata *Gloſ.* peragit solum de regulando fructu, & pretio stabilium, tum etiam quia id ipsum passim videmus in ipsamet legitima, quæ regulariter filio præstan-

8 da est a die obitus Patris, unacum fructibus, per *Text. in l. Item veniunt* §. *Fructus ff. de petit. hered.* eaque commensuratur in triente per Jus novissimum, de quo *Bartol.*, *et Doctores* cōmuniter *in l. Papinianus* §. *Quarta ff. de Inoffic. Teſtam.*, *et in l. in quartam ff. ad leg. falcid.*, *et in Auth. noviſſima C. de Inoffic. teſtam. Petra de fideic. quæſt.* 15. *Peregr. eod. Tract. art.* 36. *per tot.* ceterique relati per *Merlin. de legitim. tit* 1. *quæſt.* 1. *per tot. lib.* 1. *Card. de Luca eod. Tract. diſc.* 1. *num.* 1. *et ſeqq. Rot. dec.* 650. *n.* 8. *p.* 19. *rec.*, *et in Romana legitimæ* 15. *Maji* 1699. *dec.* 90. *inter noviſſime Romæ impreſs. cor. me.*

Adhuc in ordine ad eosdem fructus habetur ratio ad bona tantummodo fructifera, quæ

9 inessent in ipso Triente, non vero ad stabilia infructifera, similesque res nullius fructus productivas, ex communiter animadversis per *Cephal. conſ.* 56. *nu.* 49. *Peregrin. de fideicomm. art.* 36. *nu.* 69. *verſ. modo tamen Cucchius de legit. in verb. cujus portioni n.* 10. *verſ. ubi tamen hereditas Card. de Luca de Uſur. diſc.* 28. *num.* 7., & *diſc.* 33. *num.* 3. & *in tract. de Dote diſc.* 110. *nu.* 5. *verſ.* secus autem *Rot. cor. Ottobono dec.* 81. *num.* 9.

Restasset quarto finaliter dispungendū, a quo, sive a quibus ex Coheredibus, & personis forent hujusmodi fructus refundendi, sed contenti *Domini* pro nunc obtruncasse tria illa capita, quæ habere somniarunt Argivii, *Gerion*, & *Cerberus*, hoc quarrum caput ulteriori deseruerunt examini. Utraque &c.

Anagnina Dotis, & Augmenti.

Veneris 4. *Martii* 1712.

ARGUMENTUM.

Falsitas ex quibus conjecturis argui possit. Supradotatio, sive donatio facta a viro seni favore sponsæ teneræ adhuc ætatis ex quibus non dicatur de falsitate suspecta, quinimo cum ea non reputetur in Jure gratuita, sed correspectiva, nulla indiget insinuatione. Subscriptio quando probet contra subscribentem plene agitur.

SUMMARIUM.

1. *Falſitas ſcripturæ probari poteſt ex conjecturis*, & *quæ ſint* nu. seqq., & nu. 13.
2. *In Capitulis matrimonialibus explicatur*, & *continetur vera contrahentium intentio*.
3. *Suſpicio falſitatis in civilibus pro vera falſitate habetur*.
4. *Ex omiſſione ſolitarum ſolemnitatum oritur non modica ſuſpicio falſitatis*.
5. *Confeſſio dotis de recepto etſi in ſuis caſibus aliquando morte confitentis confirmetur ſemper tamen in ſe ipſa eſt ſuſpecta*.
6. *Receptæ*, & *quietantiæ ſemper præſumuntur exſtare penes debitorē qui ſolvit.*

7. Di-

7. *Diversitas characteris in corpore Scripturæ non levem ingerit suspicionem*, & nu. 9. limit. num. 11.
8. *Subscriptio generica puta* = confermo quãto sopra = *magis adaptatur simplici attestationi, quã donationi, sive supradotationi*.
9. *Testes penitus incogniti subscripti in aliqua scriptura arguunt suspicionem falsitatis ejusdem scripturæ*.
10. *Sicuti pariter ista falsitas arguitur si incertus sit scripturæ Auctor*.
11. *Serotina scripturæ productio secum trahit suspicionem falsitatis, quia Nemo tardus esse solet in exhibendo quod suum in tuto ponit interesse*, & n. seqq.
13. *Conjecturæ cum plures sunt, et simul junctæ faciunt in materia falsitatis positivam probationem*, & n. seqq.
14. *Testis etiam unicus concurrentibus adminiculis plene probat*.
15. *Præsertim si deponat de facto proprio*.
16. *Testes a auditu etiam deponentes, si tamen sint Religiosi attendi debent, præcipue si deponant contra falsitatem*.
17. *Testis cum reliquis Testibus concordans, & deponens in sui præjudicium, valde est attendendus*.
18. *Pluralitas scripturarum, actuum, & instrumentorum non præsumitur*.
19. *Supradotatio præsumitur facta a viro sene favore sponsæ juvenis*, & n. 26.
20. *Dictaque supradotatio, sive donatio dicitur correspectiva, quæ nulla de Jure indiget insinuatione*.
21. *Visio, seu discretio ocularis omnem umbram falsitatis eliminat*.
22. *In apocis, seu literis privatis totum facit certitudo subscriptionis, a qua totum robur recipit reliquum corpus*.
23. *Recognitio manus facta a Testibus notam manum habentibus plene probat*.
24. *Falsitas non præsumitur*.
25. *In falsitate positiva nulla alia causa extrinseca desideratur, nisi illud lucrũ, aut commodum, quod ex ipsamet falsitate resultat*.
26. *Causa donandi in Marito, & præcipue sene naturaliter esse potest ingens amor, & disparitas ætatis*.
27. *Non omnia, quæ occasione matrimonii inter viros probos, et honestos stabiliuntur sub simplici verbo, rediguntur in scriptis*.
28. *Plura tractantur, quæ postea non concluduntur*.
29. *Archiviationis defectus alicujus instrumenti donationis excusatur quandoque in Muliere ignara, & secreti tenace*.
30. *Archiviatio in ordine ad Apocas in Urbe exaratas non requiritur*.

31. *Quæcumque donationes fieri possunt dummodo certa sit subscriptio, vel manus etiam per Epistolam, & per quamcumque chartam privatam*.
32. *Donatio contenta in simplici folio quando fuerit a Sac. Rota habita pro tali quali judicio falsitatis*.
33. *Fortiores conjecturæ excludunt leviores*.
34. *Quietantia generalis successive confecta omnes solutiones antecedentes particulariter amplectitur*.
35. *Donatio inter Virum, & Uxorem etsi sit prohibita, morte tamen confirmatur*.
36. *Data veritate subscriptionis, nil ultra quaritur ad inducendam obligationem ejusdem subscribentis*.
37. *Subscriptio tantæ est efficacia, ut nec officiat, quod corpus scripturæ, vel Apocæ confectum fuerit ab eo, cui fiebat obligatio*.
38. *Dictio* ut supra *confirmat omnia superius expressa*.
39. *Subscriptio probat contra subscribentem, perinde acsi tota per eum fuisset scripta*.
40. *Subscriptio exarata in folio in albo quando robur habeat, & quando non*.
41. *Testes ignoti adhibiti sufficiunt ad probandam subscriptionem*.
42. *Expressum etiam dicitur id, quod venit sub generalitate verborum*.
43. *Testis de Plebis gremio non est attendendus*.
44. *Testis ad perpetuam, & metu excommunicationis deponens nihil probat*.
45. *Negligentia non præsumitur, ubi de proprio commodo agitur*.
46. *Testibus sibi contrariis, & de mendacio convictis nulla est adhibenda fides*.
47. *Testes si post eorum examen se retractarunt nullam fidem merentur*.
48. *Quod est æquivocum trahi nequit ad ullum probationis argumentum*.

DECIS. DLXIX.

QUodammodo (si dicere fas est in præsenti cõtroversia, seu negocio pluribus contendentibus referto, congruere, sive applicari posse videbatur illa *Prophetæ* exclamatio = *Multiplicasti gentem, & non magnificasti lætitiam*, cum enim in hodierna Audientia duo separata Dubia exposuissem, primum quidem generale = *An, & cui danda foret immissio*, & alterum particularem ad instantiam Annæ Uxoris Josephi Gratiani, illique superstitis, *utrum* scilicet *Apocha supradotis sustineretur, & respective constaret de credito dotis*, nulla super primo capi potuit resolutio, nimis ad invicem pugnantibus super bonis hereditariis ejusdẽ Josephi in vim fideicommissi, ac substitutionis ordinatæ per An-

tonium ejus Patrem, Arduino pariter de Gratianis ex una, illis de Rodulphis ex altera,& demum Collegio Piarum Scholarum novissimo loco substituto, necnon etiam sub Scæna ulterius latentibus aliis cognomento *de Mattis*, & Monasterio S. Claræ ex persona Agnetis Monialis, itaut prodierit rescriptum quoad eamdem primam dubitationem = *Iterum proponatur citato etiam Monasterio, coadjuventur probationes super descendentia, & dentur duo Dubia*, unum scilicet super bonis liberis prænominati Josephi, & postremum super fideicommissariis a prædicto Antonino Patre restitutioni subjugatis.

Ast non sic evenit circa secundum particulare Dubium, nam ne contra dicterium = *inter duos litigantes tertius gaudet* = lugere Anna e converso interim compelleretur, idcirco *Sac. Auditorium* justas illius preces exaudiens, eidem postremo Dubio respondit in omnibus = *affirmative*.

Licet enim Defensores Conventus erigendi ad normam laudabilis, & nimis proficui, ac pii Instituti Vener. Josephi a Matre Dei vulgo compellati Patrum Piarum Scolarum plura,& apparenter solida deducerentur motiva suadentia, Apocham non carere suspicione falsitatis, prout in primævo statu illius productionis, & comparitionis Annæ dijudicaverat A.C. intercedebat quippe pro compinguenda eadem Apocha causa valde peturgens, feminei scilicet interesse, & verisimilis voluntas transeundi(postquam tempus absumpserat cum Viro Sene)ad secunda vota cum altero Marito, illum alliciendo per viam dotis,per hanc supradotem effectæ pinguioris,juxta illud = *Veniunt a dote Sagittæ* = de quo *in Fanen. Successionis 20. Novembris 1705. §. Ita ex opposito, cor. Me*.

Neque deesse viderentur eamdem causam, & suspicionem concomitantes, ac plures, & apparenter prævalidæ conjecturæ, ex quibus emergere,& comprobari falsitatem scri-

1 pturæ certo certius dixerunt *Bartol. in l. Post contractum num. 2. & seqq. ff. de donat. Mascard. de probat. concl. 434. num. 7. & seqq. Rot. in dec. 283. num. 13. par. 5. dec. 11. n. 2. par. 7. recent. & decis. 191. num. 3. cor. Ottbob.*, & præcipue in Jure Civili, *l. fin. C. de falsi.*, *l. Damnus licentiam 23. C. ad l. Corn. de falsi.*, *Bald. in l. Si veritas col. 1. C. de fideicomm. Cyriac. contr. 62. num. 30. Rocca disp. Jur. cap. 46. num. 17. tom. 1.* cum aliis abunde relatis *in decis. 16. num. 6. inter hactenus in Urbe impressas cor. Me*.

Prima, & admodum non levis dicebatur esse illa, quæ hauriebatur ex visceribus, & quodammodo essentia quidditativa ejusdem Apocæ, Joseph quippe Vir Annæ devenisse profitebatur ad confectionem supradotis, ex quo spoponderat fratribus ipsius Annæ receptam dotem augere in tractatibus præambulis,& antenuptialibus,quando tamen nec unum verbum de hac adeo insigni,& importanti pollicitatione, vel promissione emissum, sive appositum apparebat in successiva non solum stipulatione Instrumenti dotalis, verum neque in præambulis Capitulis matrimonialibus, & tamen in illis (ad differentiam Instrumenti, quod conficitur ab in-

2 genio Notarii) explicatur, & continetur vera Contrahentium intentio, *Alexand. cons. 156. num. 8. lib. 6. Thesaur. quæst. for. lib. 1. quæst. 1. sub num. 5., Rot. cor. Pania 1350. num. 5. dec. 114. num. 4. par. 1., decis. 34. num. 28. par. 12. rec., & in Romana expensarum 24. Novembris 1698. §. fin. cor. b.m. Pio, & decis. 57. num. 10. inter novissime in Urbe impress. cor. Me*.

Secunda, tertia, & quarta in unum emergentes, valde perstringentem nexum prædictæ suspicionis falsitatis (quæ in civilibus pro

3 vera falsitate habetur) insimul complicabât, utpote directe ferientes ipsammet Chartã, ipsammet Scripturam; Inverisimile quippe nimis reddebatur, quod dum tam serio prædicti Contrahentes procurarunt, quod ultra Capitula matrimonialia celebraretur solemne dotale Instrumentum pro sola dote scutorum 8000., quodque ulterius in illo exprimeretur facultativa potestas fratribus dotantibus attributa, solvendi nempe eamdem summam in pluribus vicibus, postea super re in totum usque transcendente scuta 9., vel 10. mil. (prout tanti præseferebant cuncta contenta in Apocha prædicta) consimile Instrumentum exarare neglexerint, præsertim in Urbe, in qua ingens affluit,& exuberat copia Notariorum, unde & ob id etiã resultasset facilis(quatenus ita fuisset a Marito exoptatum) observatio cujuslibet secreti, quinimmo vice hujusce Instrumenti maluerint fidere Chartæ simplicissimæ, ac

4 folio volanti a nulla archiviatione custodito, secundum ea, quæ ad arguendam falsitatem sæpius ponderavit *Sacra Rota Tribunal*, & signanter in illa *Romana Cambiorum cor. bon. mem. Manuel inter recollect. per Palm. decis. Lucen. 17. sub num. 5. vers. Et in improbabilitate tom. 1.*, & punctualiter *in dec. 652. num. 7. par. 19. tom. 2. rec. & cor. Emerix Jun. dec. 260. num. 10.*, atque etiam *in Romana Donationis 17. Aprilis 1711. §. Concomitabatur coram Me*.

Tertia igitur in idipsum insurgebat conjectura, quod Apocha prædicta superexcedebat,

quod

quod principaliter volitum apparebat; non enimtantummodo legebatur, quod Maritus ad augmentum dotis tam considerabile deveniebat citra ullam verificationem antecedentis pollicitationis, sed etiam transiliebat ad implicandā in eadem Apocha confessionem acceptæ satisfactionis Dotis sibi pro-
5 missæ in pluribus vicibus, quando hæc ipsa confessio de recepto, etsi in suis casibus aliquando morte confitentis confirmetur, tamen in se ipsa semper est suspecta, ut habetur per *Text. in l.* 1., *& tot. tit. ff. de donat. inter Vir.*, *& Uxor. Castrensf. cons.*86. *nu.*1. *par.* 2., *De Angel. de Confess. lib.* 1. *quæst.*8. *lim.*6. *n.*50., *Card. de Luca de Dot. disc.*159. *num.* 10. *vers. contrarium*, *Rot. cor. Cerro dec.* 644. *num.* 1. *& seqq.* cum aliis abunde relatis in *Romana hereditatis* edita pendendente extensione hujus *Decisionis*, nempe 18. *Aprilis* 1712. §. *Et sane*, *cor. Me*.

Atque ideo non solum, & omittendo, & committendo, semper subjectum Apocæ adaugebat suspicionem falsitatis, sed eo magis illa incalescebat, quia nec ab Anna Maria, nec ab ejus fratribus, quamvis cum ea identificum, vel saltem conjunctum habentibus
6 interesse, aliqua saltem ex eisdem receputis, & quietantiis exhibita apparebat, illæ enim semper præsumuntur exstare penes debitorem, qui solvit, ut inquit *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumption.* 141. *ex num.* 7., *& seqq.*, *Rota in Romana Cambii* 15. *Maji* 1699. §. *Secundo certius*, *coram Me*, quæ est *inter hactenus in Urbe impressas la* 89. *num.* 39., quemadmodum similiter ad augendam falsitatem observatum fuit in præcitata *Romana Donationis coram Me sub* §. *ultimo quoque*.

Quartam pariter non levem suppeditabat conjecturam, quod corpus præfatæ Apocæ noscebatur inscriptum ab extraneo charactere, & diverso ab illo subscriptionis, in qua per pauca verba, ac sine ullo indicativo *di sopradote*, *o dono*, simpliciter legebatur = *Io Giosseppe Grattani confermo quanto sopra* = quamobrem non immerito subintrabat ea potentissima reflexio quod, Majores Nostri vigiles ad eruendam veritatē, & e converso detegendam falsitatem non parū super utraque circumstantia animadverterunt, ut in ordine ad diversitatem characteris in cor-
7 pore scripturæ, ex quo tunc difficillime confingi, & assimilari valet longa verborum periodus, & textura, prout e contra facilis evadit illa brevissimæ subscriptionis, optime ponderarunt *Alexand. cons.* 150. *sub n.* 16. *vers. prætcrea lib.* 5. *Menoch. de arbitr. Judic. lib.* 1. *cent.* 2. *cas.* 114. *sub num.* 22. *vers. Ea est ratio*, *Vestr. in prax. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 26. *Card. de Luc. de testam. disc.* 6. *num.* 9. *vers. primo*, & firmat *Rot. cor. Pamphil. dec.* 604. *num.* 3., & circa memoratam, nimiumque genericam subscriptionem *con-*
8 *fermo quanto sopra*, quæ magis adaptatur simplici attestationi, quam donationi, vel supradotationi reticitæ, plenissime habetur in præallegata *Romana Donationis* 17. *Aprilis* 1711. §. *Verum etiam*, *cor. Me*, & prius in proposito observarunt *Alciat. respons.* 495. *num.* 3., *Ruin. cons.* 68. *sub. num.* 5. *vers. Et ex sequentibus lib.* 4., ceterique allegati pro *Menoch. de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 20. *num.* 25.

Diximus superius, quod corpus totius apocæ erat efformatum extraneo, sive ignoto charactere, absque eo, quod scitus umquam fuerit illius Auctor, seu conscriptor, sed pro quinta cumulativa cum prædicto falsitatis indicio coruscabat, quod etiam Testes subsignati in calce ejusdem apocæ erant plusquam ignoti, nec potuerat umquam reperiri quinam essent, ad hoc, ut saltem valuissent examini supponi, per ea, quæ in proposito horum Testium incognitorum egregie pro typo hujus suspicionis arguit *Cravet. consil.* 827. *num.* 3., *& cons.* 862. *num.* 5. *Menoch. d. lib.* 5. *præsumpt.* 20. *nu.* 41. *Carthar. dec. Criminal.* 40. *num.* 5., & quoad incertum Auctorem scripturæ etiam connotabatur in prædicta *Romana Donationis* §. *Curavit*, *vers. Et de cetero cor. me*.

Sexta admodum impellens conjectura, sive circumstantia sistebat non solum in illa generali suspicione, quam semper secum trahit serotina productio in his materiis, ex quo nemo tardus esse solet in exhibendo, quod suum in tuto ponit interesse, nisi metus incurrendæ pœnæ, vel spatium confingendi
11 scripturam procrastinari suadeant, ex plene collectis per *Morott. respons.* 47. *nu.* 6. *Menoch. de arbitrar. jud. cas.* 194. *n.* 19. *& de præs.*4. *lib.*3. *præs.*124. *n.*44. *Farinacc. de falsit. & simulat. quæst.* 162. *num.* 208. *Rocc. disput. select. cap.* 46. *nu.* 18. *Giurb. dec. Sicil.* 22. *num.* 16. *Chartar. dicta dec. Criminal.* 40. *num.* 2. *Rot. cor. Emerix Jun. dec.* *f.* 667. *num.* 26. *& in Romana Dotis*, *& Luceri* 10. *Decembris* 1703. §. *Tertia elicitur cor. bo. mem. Muto*.

Verum eo violentius quodammodo palpare faciebat falsitatem socia consideratio, quod a principio nequaquam Anna Maria descendens in hodierna forensi palestra, seu dit, utatione ensē hujusce apocæ evaginavit, sed solum imploravit a Judice pro consequenda honesta sustentatione ratione honorifi-
cen-

centuæ primi Matrimonii præsidium, seu beneficium celebris *Authent. Praeterea*, *C. unde Vir, & Uxor*; Unde credibile ne erat, quod si præ manibus habuisset (ut postea ha-
12 bere præsumpsit, ac præsupposuit) apocam longe plus sibi tribuentem, quam miserabile refugium ad prædictã *Authenticam*, & subsidiarium asylum semper turpis ægestatis, statim, & incontinenti non produxisset hanc apocam? adversus ea, quæ ad rem conclamat *Valasc. de privil. pauper. par. 1. quæst. 4. §. 1. num. 139. & Rot. dec. 8. nu. 16. inter novissime in Urbe impressas cor. me.*

Septimo tandem loco, & veluti pro coronide transgrediente gradum procuIdubio conjecturæ, & præsumptionis, accedebat depositio mulieris familiaris, & domesticæ ipsius Annæ, quæ testificabatur, quod apopletica vi correpto illius marito occasione Festi Divi Magni illius Patriæ Protectoris prænimio non tam respectu deperditi viri, jam senis, sed propriæ indigentiæ dolore tráfixa, sive alte perculsa, ausa est ferme ergo S. Protectorẽ inferre blasphemiam sub ea ratione *per far la festa a voi non ha hauto tempo*(scilicet Joseph ejus vir) *d'aggiustar me, mentre se non faceva simil Festa, haurebbe forse proveduto alle cose mie*, & deinceps nulla interposita mora, permanente adhuc in domo ejusd. viri sui Cadavere rogavit assistitrices, & signanter prædictam mulierem testificantem, ut secum asportarent in alterutram ex domibus fraternis omne penu, omnem suppellectilem, prout successive expletum fuit; unde absque necessitate insistendi super certa ceteroquin propositione, quod conjecturæ,
13 ad instar virgarum Æsopi, cum plures sunt, & insimul junctæ, faciunt in materia falsitatis positivam probationem, Teste *Mascard. de probat. conc. 740. num. 45. Farinacc. de falsitat. & simulat. quæst. 163. n. 197. Rocc. disputat. jur. cap. 46. num. 8. Rota cor. Emerix Jun. dec. 633. num. 6. & 7.*

Superabundabat talis dispositio, etiamsi venisset adminiculative ad fulciendas prædictas cõjecturas, de reliquo prævalidas, ideoque multo certius, cum ea mereretur attendi etiam de per se, tamquam derivans a Teste de facto proprio deponente, secundum
14 ea, quæ in specie primæ conclusionis habentur ex *Bartol. in l. 1. §. Idem Cornelio nu. 2. ff. de quæst. Bald. cons. 249. n. 3. vers. Si vero lib. 1. Farinacc. cons. 28. nu. 28. Rot. cor. Seraphin. dec. 676. num. 2. & dec 1163. nu. 6. & cor. Emer. Jun. dec. 870. nu. 7. & dec. 952. num. 28. & in rec. dec 596. num. 6. & 7. par. 19. tom. 2.*, & quoad secundam tra-
15 diderunt *Castrens in l. quicumque C. de serv. fugit. Socin. jun. cons. 31. num. 33. lib. 2. Tiraquell. de retract. §. 1. gloss. 14. nu. 47. Rot. cor. Buratt. dec. 775. nu. 5. 6. dec. 56. num. 2. par. 15. rec.* cum aliis concordantibus in *in Romana fideicomm. 20. Junii 1712. §. Tantum vero in fine, cor. me*, edita pariter, ut supra pendente hujus *Decisionis* extensione.

Hæc itaque conclamabant, seu deducebant Scribentes pro Collegio erigendo Scholarum Piarum, & quidem, nisi superaccessisset juratæ explanationes, sive attestationes, de quibus proxime non parum forte idonea extitissent ad inferendam non modicam amaritudinem, quam sentiit A. C. in primo judicato, coram quo hujusmodi depositio non fuerat producta, sed vix publicata sententia ejusdem A. C. delataque illius notitia ad Civitatem Anagninam, ut habetur ex Testibus = *Conticuere omnes, intetique ora tenebant*, utpote stupore perculsi ex quo contra suppositum resultans a prædicta sententia fama publica irrepserat, & notorie gliscebat, quod Joseph vir amore plusquam magno, & maritali prosequebatur Annam ejus conjugem, eamque sufficienter provisam reliquerat, unde non solum plures Moniales unacum Abbatissa Monasterii Anagnini de immediato, & præciso auditu ab ipsomet Josepho deposuerunt, quod ipse Joseph paulo ante dixerat; = *che gli havea in qualche parte aggiustato la Signora Anna Maria Conti sua Moglie, ma che terminata la festa di S. Magno, nella quale il medemo era Contestabile, haurebbe disposto, & aggiustato tutto intorno al suo havere, e che l'intentione d'esso era di lasciare Padrona del suo havere la Signora Anna Conti &c.* ut in *Summ.* ipsius Annæ *n. 6. & 7.* Ideoque non parum eædem depositiones Testium Religiosarum sternebant viam nedum verisimilitudini, sed veritati præfatæ apocæ, etsi forent Testes de auditu, ex quo, ratione deficientis interesse in eisdem testificantibus, ratione Religionis, & ratione numeri admodũ videbantur in pretio habendæ, juxta ea, quæ in similibus ter-
16 minis in ordine ad Testes etiam de auditu deponentes contra falsitatem, habentur penes *Hector Æmil. de Testib. fol. 273.* & alios apud *Farinacc. de falsitat. & simulat. quæst. 158. num. 152. cum tribus seqq. & in tract. de Testib. quæst. 69. n. 29. & n. 48. & seqq.*

Ast etiam non parum fulciebat præmissa altera jurata depositio Arduini Gratiani, qui licet per eamdem sententiam A. C. obtinuisset tamquam proximior immitti ad possessionẽ bonorum liberorum ejusdem Josephi, & licet Anna suam actionem dirigeret vigore hujus

hujus apocæ contra bona libera per prædictam sententiam spectantia ad Arduinum, non vero contra bona fideicommissaria memorati Josephi prædefuncti, adhuc concordabat adamussim cum assertione, seu testificatione prædictarum Monialium, videlicet, & ipsum audivisse ab Josepho occasione, quod ipsi Arduino = *palesava il grande affetto, e benevolenza, che portava alla Signora Anna Conti sua moglie, ed il più delle volte le diceva, che la voleva lasciare donna, e padrona delle sue sostanze*, & rursus = *che aveva già fatta una certa scrittura a favore della medesima Sig. Anna Conti sua moglie* = quamobrem cum ipse audivisset, adversus Annam prodjisse sententiam = *sopra l'invalidità di detta apoca* = nihilominus ad exonerationem propriæ conscientiæ ipse = *benchè ridondi* (ut ajebat) *in pregiudizio per esser io stato canonizzato da Monsignor Cerri per erede ab intestato de' Beni liberi del suddetto Sig. Giuseppe ec.* = declarabat, quod existimabat, seu reputabat = *la detta Apoca di sopradote di* ♈ 5000. *per verissima per le cause dette di sopra ec., e per avermelo detto il medesimo Sig. Giuseppe d'aver fatto una scrittura a favore di detta Sig. Anna ec., premendomi più la salute dell'anima mia, che l'interesse di detti* ♈ 5000. = Ac propterea non videbatur profecto ulterius desiderandum, quãdo idem Arduinus consonans ad partes, & adamussim cum prædicta Abbatissa, & Monialibus jurejurando sic affirmabat in to-

17 tale sui præjudicium, & post jam jam reportatam victoriam ab ipso A. C. Cerro, ut in longe fortioribus *Rot. dec.* 2126. *num.* 4. *in fin. cor. Coccin. & dec.* 168. *num.* 18. *versic. Quæ omnia par.* 15. *rec. in Nullius, seu Altamuræ Immissionis* 17. *Januarii* 1701. *§. Prædicta, cor. bo. me. Muto, in Illerden. Statuti* 16. *Martii* 1705. *§. Absque in fine, cor. eod. & in Imolen. Consortii* 30. *Aprilis* 1708. *§. Accedente in fin. cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Animadvertendo in idipsum pro magis roboranda ingenuitate, & veritate hujusmodi depositionum, quod nusquam idem Arduinus dixerat, prout neque deposuerant præfatæ Abbatissa, & Moniales, quod audiverint præcise ab Josepho marito, quod ipse confecerat ullam apocam favore Uxoris individualiter, hæc, & illa continentem, sed solum generaliter = *che aveva aggiustato ec. che aveva fatta una Scrittura a favore della Sig. Anna Maria*, signum evidens, quod nihil ultra deponebant, quam quod sincere audiverant ab eodem viro, sicque eo magis cessante suspicione, vel animositate in omnibus prædictis, profecto eisdem, & conjunctim, & divisim credendum erat, ad monitum *Imperat. in l.* 3. *§. Ideoque Dominus Adrianus ff. de Testib.* Consequentia autem extrinseca, nempe quod scriptura alia, & diversa esse non posset, quam ea, quæ in hodierna Audientia fuerat exhibita, & de qua agebatur, promanabat ex ipso ministe-

18 rio Juris quotiescumque nulla alia apoca, nulla alia scriptura adducebatur, ad tradita per *Bald. in l. ultima num.* 8. *respondeo, C. de reb. credit., Cravet. cons.* 198. *num.* 1. *Carillo dec.* 352. *num.* 9. *cor. Grat. discept. for. cap.* 93. *num.* 12. *Rot. dec.* 225 *num.* 7. *cor. Emer. Jun., & in Romana census* 7. *Junii* 1695. *§. sicuti in fine cor. bo. me. Muto, & in Romana Pecuniaria super exhibitione* 2. *Junii* 1698. *§. In nihilo urgente in fine cor. eod.*

Roborabantur nimium efficaciter prædicta ex naturali, nimiaque verisimilitudine oriente ex ipsomet enunciato præambulo, quo vir capiebatur amore, ut præter eumdem Arduinum deponebant alii Testes relati in *Summ. Annæ num.* 3. quodque ulterius Joseph neminem habebat sibi proximo consanguinitatis vinculo obstrictum, quodque etiam reperiebatur e converso locuples, quodque postremo senex erat, & Anna Juvenis, seu longe disparis ætatis; quamobrem nedum non erat inverisimile, quod ex hoc postremo motivo præcisive etiam a prædictis concomitantibus circumstantiis, & preven-

19 tive expromiserit ante effectivas nuptias, deinceps compleverit prædictam supradotẽ juxta illud,

Et senis amplexum culta Puella fugit.

ut etiam ad eumdem effectum carmen istud adducendo dixit *Rot. cor. Arguell. dec.* 67. *sub n.* 46. itaut in his terminis hujusmodi supradotationes, seu donationes exuere dicantur nomen liberalitatis, & vestiant illius corre-

20 spectivitatis, ob quod neque de jure ulla indigent insinuatione, per ea, quæ plene prosequuntur *Surd. cons.* 164. *n.* 6. *Honded. cons.* 48. *sub n.* 15. *eum seqq. lib.* 1. *Mant. de tacit. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 24. *Grat. discept.* 984. *num.* 10. *& Rot. dec.* 90. *n.* 15. *par.* 13. *rec.*

Addito, quod in rei veritate oculis subjecta fidelibus ipsa apoca absque ullo fuco, vel suspicione depressionis characteris, vel affectatæ correptionis, vel oblongationis, ut posset remanere ĩpleta tota charta, alteriusve imaginabilis apparentiæ in oppositum, ex ipsamet inspectione eadem apoca coruscabat undequaque nitida, & sub unica eademque uniformi additione contemporanei atramenti subextensa tam in ipso corpore scripturæ, quam in extremo subscriptionum tam Josephi, quam Testium; quæ sane

21 Sane visio, seu discretio ocularis vehementer umbram falsitatis eliminat, ex connotatis post *Abb. & Falin. in cap. inter dilectos, de fid. Instrum. per Menoch. de arbitr. Jud. cas. 187. num. 36. & 41. Farinac. de falsit., & simulat. quæst. 153. num. 157.*

Quodque plus erat, effulgebat etiam, quod ipsa subscriptio inita ab Josepho supradotanre, & in cujus veritate, vel falsitate consistebat totum causæ momentum, exstiterat recognita per Testes habentes notam manum, seu modum scribendi ipsius Josephi *Summario Annæ num. 4. litt. A., & num. 5.*; quapropter non videbantur quærenda alia argumenta sinceritatis, vel veritatis ipsius scripturæ; cum enim, ut præmisimus, in hisce apocis, seu litteris privatis totum fa-
22 ciat certitudo subscriptionis a qua robur, & animam recipit reliquum corpus, ex congestis post *Text. in l. Divus §. Plane ff. ad l. Corneliam de fals. per Alexand. & alios in l. si ita stipulatus, §. Chrisogonus, ff. de verbor. oblig. Rebuff. in tit. de verbor signif., ad l. 33. §. Itaq; fol. 192., & in Tractatu de Commerc. & Mercat. disc. 35. num. 31. Rot. in Romana Cambiorum 10. Decembr 1706. §. Postremo erga medium, coram Me.*

Utique præfata recognitio proveniens a Testibus notam manum habentibus, solet de
23 Jure, sive ex praxi ad hunc effectum superabundare, uti testatur, & profitetur *Vestrius in praxi lib. 6. cap. 2. num. 8. Ridolphin. eodem tract. par. 1. cap. 2. num. 139., Rot. cor. Buratto dec. 475. num. 5. & 6. cor. Emerix Jun. dec. 1261. num. 2. in rec. dec. 166. num. 20. par. 8. & post Modern. Asculan. ad Statut. Urb. dec. 25. num. 2.*, & habetur *in Tract. de Commerc. & Mercat. disc. 35. n. 12.*

Hisque firmiter stabilitis, de facili argumenta, & conjecturæ in contrarium excitatæ in lance æquitatis, & Justitiæ perpensæ non fuerunt per *Dominos* æstimatæ sufficientes ad hanc falsitatem arguendam, seu detegendam, non solum quia non parum efficacibus, & opportunis responsionibus conterebantur, sed & quia etiam in dubio, vel in
24 concursu probationum hinc inde prævalet semper in judiciis honestas, & justitia adhæsiva præsumptioni veritatis, & exclusiva falsitatis, Teste *Gloss. in cap. in nostra litt. B. de Testibus, Roman. cons. 241. num 5. Neviz. cons. 68. num. 34 in fin. Surd. cons. 535. n. 7. vers. & in dubio Cyriac. contr. for. 131. n. 46. Rot. cor. Pamphil. dec. 670. num. 10., coram Emerix Jun. dec. 1334. num. 7. & in recent. dec. 423. num. 15. & 17. par. 18. tom. 2.*

Et sane reassumendo prædictas in oppositum allatas conjecturas, minime in primis applicabatur ea propositio, quæ solet regulariter in suis casibus circumferri, nempe in proposito allegandi, contractum, & scripturam fuisse simulatam, nimirum, quod ex una parte exigatur causa, & ex altera intercedant conjecturæ, siquidem quoties revera non tractatur de simulatione, sed falsitate
25 positiva, nullibi desideratur alia causa extrinseca, nisi illud lucrum, aut commodū, quod ex ipsamet (si fuisset patrata) falsitate resultasse, ut ex *Portio Alberic. & aliis tradit, Farinac. de falsitat. & simulat. q. 153. par. 10. num. 209. 213. cum seqq.*

Fortius, quia de cetero potius, ut innuimus, in præsenti præponderabat causa (si ulla requireretur) exclusiva ejusdem falsitatis, dum causa donandi in Marito nimium natu-
26 raliter esse poterat ingens amor, & disparitas ætatis, cum aliis supra consideratis, quibus addi possunt *Salycet. in l. 2. n. 3. ad fin. C. de dot. caut., Jul. Clar. lib. 4. sentent. §. Donatio quæst. 9. num. 7. ibique Add. litt. A. Boss. de Dot. cap. 8. § 2. n. 24. Barbos. in l. Quæ dotis 24. num. 56. ff. solut. Matr. Surd. dec. 166. n. 22. Rot. dec. 113. n. 14. p. 1. rec.*

Descendendo autem ad examen singillare præfatarum conjecturarum, nullum fomentum recipiebat prima elicita ex eo,, quod si in tractatibus habitis ante Matrimonium adfuisset hæc promissio supradotandi, illam tetigissent, vel apposuissent postea hinc inde contrahentes vel in capitulis matrimonialibus, vel in successivo Instrumento dotali Quoniam aliud est ad alliciendos animos fratrum, ut ei nuptui traderent sororem florentis ætatis, & egregiæ (ut prætendebatur) formæ Josephum verbotenus promisisse eidem futuræ conjugi sese tributurum hanc largitatem, aliud vero, quod voluerit sese effective publice, & palam obligare, quod sane forte non patiebatur honestas ipsius Mariti, ne videretur pretio comparare sibi hanc conjugalem Societatem, & ob
27 id non omnia, quæ occasione Matrimonii inter viros probos & honestos stabiliuntur sub simplici verbo, semper rediguntur in scriptis, ut dicebat *Tiraquell. de Nobilit. cap. 20. num. 23.* unde idcirco etiam inolevit, ad distinguendas promissiones in puris tractatibus ab effectivis conclusionibus, & sti-
28 pulationibus adagium, quod plura tractantur, quæ postea non concluduntur, ut monent *Bald. in l. Multum interest num. 3. Cod. si quis alteri, vel sibi, Decius cons. 468. n. 10. Surd. cons. 202. num. 5. Add. ad Gregor. dec. 168. num. 5. & 6. l. Cod. Card. de Luca de Dot. disc. 114. num. 2. Rot. cor. eod. Gregor. dec. 178. num. 4. & 5. & inter impress. post consil.*

consil. Farinacc. dec. 187. num. 3. dec. 104. num. 6. par. 2. divers., & in rec. dec. 677. sub num. 3. in fin. par. 2. cum aliis in dec. 40. n. 11. inter noviss. in Urbe impress. cor. Me.

Ejusdemque inefficaciæ reddi videbatur secunda conjectura, quæ in substantia reducebatur ad inverisimilitudinem, quod hanc considerabilem augmentationem Dotis voluerint simplici folio confidere citra ullum rogitum Notarii; quatenus namque pertinebat ad archiviationem &c. dictum onus incubuisset Annæ donatariæ, quæ tamquam Mulier istarum cautelarum ignara, & ut-
29 pote sperans consequi integram hereditatem ex Testamento Mariti, forte nolebat patefieri secretum amoris, ad celebre monitum *Augusti* apud *Cornelium = monuit Liviā, ne secreta domus panderentur*, quando tamen ipsa sola qualitas muliebris excusat talem defectum, etiam ubi archiviatio ceteroquin requireretur, ex affirmatis per *Mansi. consult. 100. n. 39. tom. 1. Massim. de confisc. q. 18. num. 48. et seqq., Rot. cor. Ludovis. dec. 271. num. 25. et 26. et cor. Cerro dec. 589. n. 19.*; unde multo certius, quando talis archivia-
30 tio in ordine ad Apocas in Urbe extratas minime requiritur, uti testatur *Modernus Asculanus ad stat. Urbis annot. 13. artic. 1. num. 46. in Tractatu de Commerc. et Mercat. disc. 35. num. 41., et Rot. dec. 256. nu. 14. vers. Quo vero ad archiviationem par. 14. rec., et in Romana Census 4. Februar. 1705. §. Nec relevare cor. bo. me. Omanna.*

Quo vero ad deficientiam rogitus, actum esset de omnibus donationibus, si fieri deberent semper per Instrumenta, & maxime in his casibus profluentibus ab eodem domestico amoris fonte, quando nemo est, qui non sciat, dummodo certa sit subscriptio, vel manus, quascumque donationes fieri posse
31 etiam per Epistolas, & per quamcumque chartam privatam, ex traditis per *Bartol., & DD. in l. etiam ff. de donat., & in l. Absenti ff. de donat. Paris. cons. 127. num. 34. lib. 1. Rebuff. de verbor. signific. in l. 39. §. Item per Nuncium, & seqq. folio 300. Gratian. disc. for. cap. 531. num. 57., Genua de script. privat. lib. 3. tit. de Epistol. nu. 18., Hermosill. in Addit. ad Lopez. super gloss. 1. l. 4. tit. 4. par. 5. num. 9. Julius Clar. sententiar. lib. 4. §. Donatio quæst. 12. sub nu. 2. ibique Narprect. in addit. num. 3. litt. D. Guidopap. dec. 49. num. 3., & dec. 222. num. 2., & Rot. dec. 90. num. 1. par. 13. rec.*

Absque eo, quod officerent adducta in oppositum exempla, sive propositiones, ac *Decisiones nostri Tribunalis*, in quibus quandoque fuit hujusmodi consideratio donationis contentæ in simplici folio habita pro tali quali indicio falsitatis, uti signanter in il-
32 la *Romana donationis 17. April. 1711. §. Concomitabantur, cor. me*, cum aliis supra relatis *sub §. Secundo*: Quoniam ex confrontatione casuum aliunde nimis de falsitate in prædictis *decisionibus* apparebat, itaut hujusmodi circumstantia solum deserviret pro tali quali additamento ad exuberantiam ostensivo falsitatis, præcipue, quando nulla suppetebat ratio, cur illæ donationes factæ non fuerint per Instrumentum, prout hic intercedebat, quamobrem nil mirum, si in qualibet materia admittente complexum conjecturarum quotidie videamus unā conjecturam de cetero leviorem admissam, quandoque reprobatam, uti signanter docet experientia in materia fideicommissaria, in qua etsi non agatur de delicto non præsumendo, sed de simpliciter indaganda voluntate, habet locum regula, quod fortio-
33 res conjecturæ excludant leviores, *Paris. cons. 10. num. 79. vol. 2. Alciat. cons. 68. n. 24. lib. 9., Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 12. tit. 17. num. 7. Cassad. dec. 1. nu. 9. de Testam. Rot. cor. Coccin. dec. 29. num. 7., & dec. 80. num. 28. inter hactenus in Urbe impressas cor. me.*

De implicatione, quam hæc Apoca faciebat etiam contentionis de recepto dotis scutor. 800. in tribus vicibus, nullam habendam esse rationem *Domini* reputarunt; quia quidquid esset, an necessarium existisset ostendere quietantias particulares antecedentes post quietantiam confectam successive generalem omnes propterea antecedentes
34 particulares solutiones amplectentem, juxta ea, quæ tradiderant *DD. in l. plures ff., de Acceptilationibus Bald. in l. Pactum n. 18. & 19. C. de Collat. Socein. Sen. cons. 10. nu. 9. vol. 1. Roland. cons. 27. num. 15. vol. 4., Mascard. de probat. conclus. 1259. in princip. Rot. cor. Coec. dec. 84. num. 4. & in rec. dec. 418. num. 2. par. 19.*, nihilominus quid inde resultabat? nisi quod vir gratis confitendo, quod non receperat, impinguaverit hanc partem donationis; cum enim non esset contentio cum Creditoribus confitentis, eadem confessio in tota sua amplitudine ad omne pejus vertebatur in donationem, quæ etsi prohibita inter Virum, & Uxorem, ne mutuo amore spolientur, adhuc sequuta
35 morte confirmatur in præjudiciū heredum ejusdem Confitentis, non autem Creditorum, ad distinctionem, seu mentem *Text. in l. si Maritus, Cod. de donat. inter Vir., et Uxor. Clar. in §. Donatio quæst. 9. num. 6. Urceol. consult. forens. cap. 39. nu. 2. Ursill.*

ad Afflict. dec. 315. num. 5., Rot. dec. 381. in fine par. 9. t. 2. rec., et in Romana Quarti dotalis 1. Julii 1697. n. 5., quæ est *dec. in ordine la 19. inter in Urbe impress. cor. Mc.*

Non minori sui debilitate ruebat quarta conjectura deprompta ex eo, quod corpus Apocæ appareret ignoto charactere efformatum, quodque subscriptio = *Io Giuseppe Graziani confermo quanto sopra* = magis congrueret subscriptioni alicujus attestationis, quam donationis, vel supradotationis; data quippe veritate subscriptionis, parum intererat, corpus esse extranea manu conscriptum, alias si deberet tractu temporis, nimirum quando illa Apocha, illa scriptura privata producitur, resciri, quis illam conscripserit, strages quotidie fieret omnium scripturarũ,

36 & ideo uno ore conveniunt *scribentes*, quod totum pendeat a veritate subscriptionis, qua apposite firmata, ultra non quæritur ad inducendam obligationem ejusdem subscribentis, secundum plene deducta ex *Text. in l. Emptori*, §. *Lucius*, *ibique Bart. num. 2. ff. de pact. per Paul. de Castr. cons. 209. num. 1. lib. 1. Peregr. cons. 108. num. 1. lib. 5. in tractatu de Commerc., et Mercat disc. 35. n. 4., Rot. cor. Priol. dec. 350. num. 39. cor. Pamphil. dec. 348. num. 1., et in supracitata Romana Cambiorum 10. Decembris 1706. §. Postremo in fine, cor. Me*; immo quod tanta sit efficacia subscriptionis, per quam supponitur, subscribentem legisse, & vidisse supe-

37 rius contenta, ut nec officiat, quod corpus scripturæ, vel Apocæ confectum fuerit ab eo, cui fiebat obligatio, ut ait *Card. de Luc. de Credit. disc. 81. num. 2. et 3. et de Judic. disc. 29. num. 20. 21. et 22.*

Circa autem formulam supradictam subscribendi = *Io Giuseppe Graziani etc.* argumentum exinde scaturire valens tenderet ad inferendam suspicionem, non quod character subscriptionis non esset verus, sed quod fuerit folium repletum, quod per antea erat subscriptum in albo, quia de reliquo illa verba = *confermo quanto sopra* = de sui natura, & essentia recti sermonis, si supra continebatur (prout hic) donatio vel supradotatio, subscribens confirmabat hanc dona-

38 tionem, hanc supradotationem expressam, ut in proposito dictionis, *ut supra*, frequens est, & notorium, uti videre est post *Text. in l. talis scriptura*, §. *fin. ff. de legat.* penes *Ruin. cons. 18. num. 12. lib. 2., Cephal. cons. 311. nu. 38., Gratian. discept. for. cap. 575. num. 36., Vincent. de Franch. dec. 87. nu. 4. Rot. cor. Duran. dec. 300. num. 21.*

Et quidem, dum in corpore Apocæ dicebatur, totam historiam enarrando cum verbis primam personam indicantibus = *dichiaro soddisfatto cc. nel trattato di parentela promissi di sopradotare cc. perciò in caso di morte senza aver figliuoli dichiaro cc.* superfluum, vel absurdum erat in subscriptione explicare = *dono*, vel = *sopradoto*, si jam hæc omnia nar-

39 rabantur, & continebantur in ipso corpore scripturæ, ut ex se patebat ad sensum, ideoque semper similes subscriptiones approbavit *Rot. dec. 133. num. 2. cor. Cavaler., et in rec. dec. 154. num. 1. par. 7. et dec. 276. num. 10. par. 17. repetit. dec. 255. num. 9. par. 18.* cum aliis in *Romana Pecuniaria 3. Junii 1704. §. Levissimi quoque, cor. R.mo D. Molines Decano, et in Romana Cambiorum 10. Decemb. 1706. sub §. Postremo, cor. Me.*

Quodque de reliquo ad hoc, ut subscriptio, veluti exarata in folio in albo, robur deperdat, necesse est comprobare, quod ille, qui subscripsit, solitus esset similia folia in albo retinere subscripta, quodque etiam persona

40 donataria potuerit hujusmodi folia subripere, aliis hæc omnia nequaquam præsumuntur, ut punctualiter firmavit *Card. de Luca de Credit. dicto disc. 81. num. 7. et 9. Amat. dec. March 58. num. 15. et 16. Rot. coram Merlin. dec. 90. num. 3. et per tot., Add. ad Buratt. dec. 419. n. 14. in fin.* cum aliis pluribus concordan. adductis *in tract. de commerc. disc. 35. num. 7. et 11.*

Elisa prædicta quarta objectione, velut aqua dilabebatur etiam quinta fundata in eo, quod Testes in Apoca subscripti forent ignoti, & numquam in scænam prodierint, aut tamquam tales prodire potuerint: Quia firmato, quod substantia obligationis consistat in subscriptione, parum curandum venit de Testibus, etiamsi penitus fuissent neglecti, quoties non sint pernecesse adhibendi impellente lege, vel statuto pro volita, & requisita solemnitate, & nihilominus cum tractaretur de Apoca confecta in Urbe Romana fluente, & refluente continuo accedentium, & recedentium concursu, atque defluxu, itaut, quidquid *Martialis* voluerit assentari, in specie tamen cujusdam plenitudinis, & confusionis Populi, de illa semper dici potuerit =

Nunc Roma est, olim magna Taberna fuit.

ideoque eo certius applicantur volentes, quod

41 Testes ceteroquin ignoti adhibiti sufficiant, ut in suis casibus connotavit ex *Soccino*, & aliis *Card. Tusch. concl. 216. n. 4. litt. T.*

Claudicabat etiam sexta conjectura, quam de cetero supra compellavimus potentem, stante tarda productione hujus Apocæ, quodque magis erat, experiti judicialiter remedii *Authent. præterea Cod. unde Vir, et Uxor,* quan-

quando, si eadem Apoca fuisset in manibus Annæ, & veritate fulciretur, longe exuberabat illius indigentiam: Arrisit quippe potentior replicatio, quod ex Instantia per eamdem Annam promota coram Ordinario Anagnino, ut in illius Patrum *Summario n.* 8. juncto cum altero Patrum *Summario n.* 5. aperte coruscabat, quod calidæ erant adhuc cineres Mariti prædefuncti, & quando respectu implorati præsidii memoratæ *Authentica* satisfecissent vel inscitia, vel avaritia ipsius Annæ, sexusque feminei, qui numquam plenus studet cumulare, & congregare cuncta, quæ potest, siquidem Anna non institit simpliciter pro assequendo prædicto beneficio *Authen.* (quo casu fortasse locum haberet vis conjecturæ,) sed expressam mentionem fecit in eadem Instantia *dicto Summario n.* 8. dotis, quarti dotalis, & supradotis, expostulando manuteneri in numero plurali *pro titulis*, *sive creditis*, *omni &c.* quin etiam, nisi præexstitisset Apoca

42 supradotis, nominatim citra figurationem somni valuisset in Judicio deduci, *Mans. consult.* 161. *num.* 8. *& consult.* 170. *n.* 41., *Rot. dec.* 274. *nu. final. cor. Royas, dec.* 638. *num.* 3. *cor. Bich.*, *& in rec. dec.* 498. *n.* 10. *par.* 19. cum aliis adductis *in Romana Pecuniaria* 18. *Junii* 1709. §. *Idque cor. R. P. D. meo Scotto Alma Urbis Gubernatore*.

Restabat septima, & ultima conjectura, sive demonstratio prætensæ falsitatis, eaque consistebat in depositione Mulieris supranominatæ, nempe cujusdam Angelinæ: Ast præter exceptiones in verbis, & in persona obruentes illius depositionem, nempe quod hæc Mulier foret de gremio plebis, quod simpliciter ad perpetuam fuisset testificata metu excommunicationis, in quibus terminis hujuscemodi fides in nulla ferme haberi

43 queunt consideratione, ut in specie primæ propositionis tradunt *Scribentes in* §. *Sancimus in fin. Auth. de Testib. Soccin. sen. consil.* 17. *num.* 13. *vers. item quia*, *Gabriel. de Testib. lib.* 1. *concl.* 19. *p.* 8., *Farinacc. in prax. quæst.* 57. *num.* 50., *Rot. dec.* 203. *num.* 15. *par.* 7. *dec.* 132. *nu.* 6. *par.* 15. *rec. & dec.* 8. *num.* 9. *inter Roma impressas cor. Me*, & in

44 ordine ad secundam subjungunt *Surd. consil.* 129. *num.* 33., *Menoch. de arbitr. cas.* 109. *num.* 1., *Rot. cor. Cavaler. dec.* 21. *num.* 3, *cor. Durano dec.* 207. *la prima num.* 17., *& dec.* 212. *num.* 15., *& cor. Duncz. Jun. dec.* 864. *num.* 12., *& dec.* 758. *num.* 4. *coram Emerix Jun.*, *& in Spoletana*, *seu Nullius oblationis Cera* 18. *Maji* 1705. §. *Ceterum*, *coram Me*.

Quodque cum eadem femina plures personas in Contestes allegasset, illas tamen, ut facere debuissent Patres, inducere, vel exa-

45 minare neglexissent, unde potius retorquendo monitum præsumatur stare contra illam, per ea, quæ tradit *Noæl. consil.* 5. *n.* 7., *Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 77. *num.* 3. *Amat. dec. Ferrar.* 7. *in fin. vers. hic vero tractatur*, *Adden. ad Gregor. dec.* 278. *n.* 14. *vers. & tanto magis*, *Rot. cor. Dunoz. Jun. dec.* 543. *num.* 43. *& seqq.*, *& in Romana pretii Officiorum cor. Albergato impress. apud Mans. consult.* 376. *num.* 31. Ac denique, quod femina hæc diversimode ulterius (ut est proprium hominis mendacis) narravit historiam, *dicto Summ. Patrum num.* 1. *et* 2.

46 & postremo variavit, immo revocavit, & falsam, sive impossibilem dixit omnem aliam in contrarium attestationem, ut *in Summario Anna num.* 14., ut in primis terminis arguunt *Abbas in cap. cum in tua n.* 9. *versic. aut ex intervallo*, *de Testib.*, *Card. Albit. de inconstant. in Judic. quæst.* 34. *num.* 12. *cum seqq.*, *& quæst.* 35. *num.* 15. *&* 16. *Rot. cor. Cerro dec.* 725. *num.* 4. *dec.* 514. *num.* 10., *et seqq. par.* 18. *tom.* 2. *rec.*, *et dec.* 72. *n.* 13.

47 *inter in Urbe impress. cor. Me*, & in secundis *Rot. dec.* 739. *num.* 13. *cor. Cerro*, cum aliis relatis *in Romana Donationis* 17. *Apr.* 1711. §. *Alter vero* (*alias* 40.) *prope fin. cor. Me*.

Attamen hisce omnibus exceptionibus etiam sepositis, ac introspecta ipsa substantia hujusce depositionis, in nihilo illa valebat officere, nam respectu expilationis, seu rerum amotarum a domo Mariti lethali sincope correpti, frustraneum erat habere sermonē, dum ad præsens minime agebatur de hac materia, quæ ad partes etiam in nostris *legibus* pertractatur, ut in *l. unic.*, §. *Taceat*, *C. de rei Uxor. act. & toto titul. ff. de act. rer. amot.*, *C. de crim. expilat. hered.* cum aliis etiam enucleatis in *Romana hereditat.* emanata pendente extensione hujus *Decisionis*, videlicet 18. *Aprilis* 1712. *in princip. cor. me*.

Quo autem ad conquestiones factas per Annam, quasi per inopinum casum remansam absque Viri providentia, ut ibi = *M' ha lasciato senza aggiustar le cose mie tante volte promessemi, che dopo detta festa averebbe aggiustato il tutto* facilis nimium erat replicatio elicita ex eadem muliebri, ac superius tacta animi feminarum voragine, dum sibi non existimabat consultum er simplicem Apocham, de qua tractabatur, per ante sibi pollicente Annam totam Viri hereditatem, quemadmodum in superioribus attestationibus etiam supponebatur, juxta illud = *Avarus non implebitur*; sicque non poterat trahi ad ullum probationis argumen-

tum id, quod erat æquivocum, & poterat cum suo contrario conciliari, sicuti de reli-
48 quo semper faciendum esse comonet *Gabr. cons. 180. n. 4. lib. 1., Surd. cons. 173. n. 40. Cyriac. contr. 131. nu. 12. Actolin. resolut. 70. nu. 21., Rot. cor. Priolo dec. 68. nu. 8. & in rec. dec. 451. num. 9 par. 18. tom. 2.*

Atque ita *Domini*, omnibus simul junctis, & respective collatis responderunt. Utraq;&c.

Novarien. Parochialis.

Luna 11. Aprilis 1712.

ARGUMENTUM.

Vocum paritas si concurrat in præsentatis, Ordinarius habet facultatem eligendi alterum ex præsentatis sicuti rectius putabit. Hæc tamē Ordinarii gratificatio debet fieri post delapsum terminum edictorum & inspectis prius meritis utriusque præsentandi. Potissimum in Beneficiis Parochialibus in quibus est semper is præferendus, qui est dignior, Sacerdos in concursu Clerici, & alias animarum curam exercuerit.

SUMMARIUM.

1. *Data paritate vocum patronalium Ordinarius loci habet facultatem eligendi alterū ex præsentatis sicuti rectius putaverit.*
2. *Ex consuetudine tamen, & S. Sedis praecellentia Summus Pontifex derogat medietati vocum Patronalium per viam litterarum Apostolicarū vocat* = pro præsentato.
3. *In Beneficiis Patronalibus, & Curatis provisus debet prius approbari a proprio Ordinario Loci.*
4. *Sac. Rota quando remittere soleat examen Clericorum Examinatoribus Synodalibus Almæ Urbis.*
5. *Provisus a Papa semper in dubio præferendus est*: & num. 7.
6. *Qui prior est tempore potior est Jure.*
8. *Ordinarii Locorum solent quandoque subscriptiones confingere sub ātidata in fraudem. et supplantationem S. Sedis.*
9. *Et quomodo constare debeat de gratificationibus factis ab Ordinario quoties agitur cum proviso Apostolico.*
10. *Creditor Instrumentarius semper præfertur Creditori Chirographario, & de ratione.*
11. *Patronus quomodo possit præsentare post terminum edicti.*
12. *Gratificatio per Ordinarium facta intra terminum sancitū in edicto est ipso Jure nulla.*
13. *Gratificatio debet exerceri per Episcopum indagatis prius meritis utriusque Præsentati, non vero ex abrupto.*
14. *Et quando non dicatur prius facta meritorum comparatio, & æquilibratio.*
15. *Ad Beneficia præsertim Parochialia is semper est præferendus, qui majoribus meritis pollet*, & num. seqq.
16. *In Beneficiis est semper præferendus Sacerdos in concursu Clerici.*
17. *Præcipue in Beneficiis Parochialibus.*
18. *Maxime si Sacerdos alias Animarum curam exercuerit.*
19. *Propria confessio judicialis controverti amplius nequit.*

DECIS. DLXX.

Data pariter suffragiorum, seu vocum patronalium Jura nostra tribuunt Locorum Ordinariis potestatem eligendi alterum ex præsentatis a legitimis Patronis, sicuti rectius in Domino putaverint expedire, ad
1 litteram *Text. in cap. Cum autem, ubi Gloss. in verbo Judicio Episcopi de Jurepatron., & Rota in dec. 85. n. 9. inter hactenus in Urbe impressas coram Me.*

Rationabilis autem consuetudo, & præcellentia Sanctæ Sedis sibi vindicavit, quod etiā in hoc casu, quodammodo omisso medio, recurrant Præsentati ad Gratiarum Fontem, seu Summum Pontificem Ordinarium Ordinariorum, qui indubitanter valet, & benigne solet idipsum explere per viam Litterarum Apostolicarum, quas nuncupant = *pro*
2 *Præsentato* = cum derogatione pro illa vice medietatis prædictarum vocum patronaliū, ut pariter quotidie practicatum videmus, & in suis casibus disceptatum, & signanter *in Lauden. Canonic. 3. Martii 1697. cor. Emo de la Tremoille impræs. in Mantiss. ad Card. de Luca de Jurepatr. decis.* 15. *n.* 17. cum aliis abunde relat. *in Bonon. Beneficior. de Castello super exsequut. Litt. Apostolic.* edita pendente extensione hujus *Decision.* nempe 2. *Maji curr. anni 1712. in fin. cor. R. P. D. meo Crispo.*

Prætendens igitur primam obtinuisse gratificationem a suo Diœcesano Joannes Marcellus reportavit quoque sententiam sibi favorabilem ab illius Vicario, qui eumdem Joannem Marcellum demandavit institui; Sed ad eamdem Sanctam Sedem provocante in cōtrarium Michaele Angelo Frato prædicta Pontificia concessione Gratiæ derogatoriæ medietatis. Signatura Justitiæ non dubitavit incontinenti rescribere = *ad Rotam de appellatione, circumscripta possessione, et apposito Oeconomo*: quare ad *Me* per opportunam delegationem devoluto negocio, Oraculum quidem recepi propitium Michaeli Angelo, sed latens sub cortice, & velamine rescripti = *Ad D. Ponentem*.

Motivum ita scribendi fuit, quia licet Michael Angelus de cetero præsumi posset undique aptus ad subeundam Curam Animarum Bene-

Beneficii Parochialis, de quo agebatur, veluti alias ad eandem Curam administrandā a proprio Ordinario compertus, & declaratus idoneus; nihilominus quia noviter in concreto minime fuerat ab eodem immedia-
3 to Pastore dispunctus, & (ut par erat) approbatus, secundum ea, quæ præcipit etiam in Beneficiis præsentationi Patronorum obnoxiis, *Sacra Synodus Tridentina sess. 7. de Reform. cap. 13., Barbos. in eod. cap. n. 13.*

Hinc *Tribunal*, antequam panderet prænominatum oraculum, satius duxit de hujusmodi idoneitate, & experimento certificari, *Mihique* propterea tamquam *Ponenti* sedulo injunxit, ut mediante Cedula assueta prædictum Michaelem Angelum remitterem discussioni, & approbationi Examinatorum Synodalium Almæ Urbis, idque deinde adimplens opportune ad normam styli usque ab antiquo salubriter per *Sacr. Auditorium*
4 in judiciali conflictu super hisce Parochialibus servari consueti, quemadmodum elucescit in *dec. 538. num. 1., & 4. cor. Gregorio dec. 18. num. 15. cor. Zarat. dec. 219. nu. 6. cor. Ottbobono, & in Papien. Præpositura dec. 64. in princip., & sub nu. 7., & 8. inter hactenus noviter impressas cor. me.*

Hodie propterea tandem per Eminentissimum ejusdem Almæ Urbis Vicarium in scriptis certior effectus de hac reperta idoneitate Michaelis Angeli, publicavi sensum *Dominorum* pro exequutione ejus Litterarum citra hæsitationem abeuntium.

Siquidem, cum tota amaritudo coincidens inter hosce gratificatos unice, vel apprime versetur in anterioritate obtentæ gratificationis; neglecta idcirco etiam disputatione, quis in dubio foret præsumendus anterior in hujusmodi dispensatione, & quamvis quoque quilibet respectus, & congruentia in ancipiti militaret pro Papa, ut in proposito præventionis in similibus collationibus
5 colligitur ex *Textu in cap. Si a Sede de Præbend. in 6.*, & tradiderunt *Jason. in l. 1. nu. 6. vers. Ista regula, ff. solut. Matrim. Decius cons. 169. num. 4., Socein. Senior cons. 67. n. 1., & 4. vers. Si a Sede Apostolica volum. 3., Mascard. de probat. conclus. 314. nu. 1. volum. 1., Rebuff. in tractat. de pacific. possess. num. 297. in fine versic. Etsi uterque pag. mihi 261., Gonzal. ad Regul. Cancellariæ §. 3. probamial. n. 113. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 23. nu. 7., Riec. in collect. dec. par. 4. collect. 144.* aliique per *Barbos. de Offic. & potest. Episc. alleg. 57. nu. 14.*

Adhuc apparuit etiam evidenter, quod gratia derogatoria Summi Pontificis illius manu subsignata *die 16. Decembris* Anni præterlapsi fuerit ex se ipsa prorsus anterior, & proinde debitam promereretur antelatio-
6 nem, ut est de regula omnis justitiæ, & æquitatis, ad mentem *Textus in cap. Qui prior de Regul. Jur. in 6. l. final. ff. qui potior in pign. habeat., Gen. de Script. privat. lib. 1. quæst. 16. conclus. 3. nu. 108., Merlin. de Pign. lib. 4. quæst. 15. n. 33., & 34., Rot. dec. 135. num. 21. cum duobus seqq. cor. Merlino & dec. 52. num. 14. inter hactenus in Urbe impressas cor. me*, & in terminis simplicis an-
7 tecedentis appositionis manus Sanctissimi, *Gloss., & Doctores in Extravag. ad Romanos, §. Romanis, de Præbend., & Dignitat., Abbas in cap. Cum olim num. 8. de Sent. & re judicat., Gonzal. ad dictam regul. 8. Cancellariæ §. 3. probamial. num. 113., & sequentibus, & in gloss. 52. nu. 23., Pignatell. consult. Canonic. tom. 5. consult. 44. sub nu. 1. vers. Idque duplici, Rosa de exequut. Litter. Apost. par. 1. cap. 3. num. 235.*, cum aliis per *Rot. cor. Cocc. dec. 2231. sub nu. 11.*

In nihilo curata, sive perspecta illa priorit ate temporis prima fronte inscripta per Ordinarium favore Joannis Marcelli, nimirum sub *die 13. ejusdem mensis Decembris*: Quia cum de facili valeant istæ subscriptiones
8 configi sub antidata etiam in fraudē, & supplantationem Sedis Apostolicæ, ut præcise dignovit, atque firmavit *Rot.* in celebri *Monasterien. Decanatus 28. Junii 1709. §. Quin attendi mereatur, & in ejus confirmatoria 3. Junii 1711. §. Frustra cor. R. P. D. meo Crispo*. De hujusmodi idcirco gratificationibus, quoties agatur cū proviso Apostolico de mensibus, constare necesse est in forma publici Instrumenti, sive per litteras patentes ab Ordinario subsignatas, unacum Testibus pariter inibi subscriptis, & ulterius Episcopalis Sigilli Testimonio communitas non autem a tergore nudi Memorialis (pro-
9 ut hic) absque Testibus, & sine ulla certitudine veræ datæ, alias minime attenduntur, juxta communionem Sententiam, de qua *Gonzal. ad regul. 8. Cancellariæ §. 4. probamial. num. 147., & sequentibus, Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 23. num. 11., Barbos. de Offic., & potestat. Episcop. par. 3. allegat. 57. nu. 15. versic. qua de re, Corrad. in prax. benef. lib. 5. cap. 1. num. 63. versic. Et quia sæpe* cum ceteris adductis *in Melphicten. Beneficii 26. Juni 1711. §. Et demum cor. Emo Priolo, & in Nucerina Paganorum Beneficii*, pendente extensione hujus *decisionis* edita sub *die 28. Novembris anni 1712. §. Nec ad effectum cor. Rever. P. D. meo Crispo*.

Et ob id videmus etiam abstractive, præcisi-

ve

ve ab hac controverſia inter Proviſum Apo-
ſtolicum, & gratificatũ ab Ordinario, quan-
do vis ſtat in tempore firmiter in Jure ſtabi-
litum, quod ideo Creditor inſtrumentarius
(qualis ſimilitudinarie erat Michael Ange-
lus in his indubitabilibus Litteris Apoſtoli-
cis) ſemper anteponitur cuilibet Creditori
10 Chyrographario, cum hujuſmodi particula-
ria Chyrographa, & Scripturæ plurimum,
nimiumque ſubjaceant ſuſpicioni antida-
tæ, ad limites *Cæſarei* celebris reſcripti *in
l. Scripturas, C. qui potior. in pignor. hab.,
Cardinal. de Luc. de Credit. diſc. 22. num.
9. in meo Tractatu de Commerc., & Mercat.
diſc. 82. num. 14., Rota cor. Seraphino dec.
879. num. 1. cor. Coccino dec. 1901. nu. 4.
& 5. & cor. Pamphil. dec. 377. n. 3. & 10.*

Atque hæc exuberaſſent pro tota Cauſæ reſolu-
tione; Sed ulterius perſtringenter creſcebat
& fere palpabatur prædicta antidatæ ſuſpi-
cio, ex quo tantum modo ſub die immedia-
ta antecedenti, nempe 12. *Decembris* lege-
bantur præſentationes exaratæ per Patro-
nos cum ſubſequuta affixione Edictorum
Curiæ Epiſcopalis ſub eadẽ die 12. in gra-
tiam Michaelis Angeli, & *ſub die* 13. in pro-
poſito Joannis Marcelli ſub aſſueta aſſigna-
11 tione termini novem dierum, ſicuti præſcri-
bit *idem Sac. Concilium*, & tradunt *Lamber-
tin. de Jurepatr. lib. 2. par. 2. quæſt. princ.
6. art. 22. num. 2., Vivian. eodem Tractat.
lib. 9. cap. 2. ſub num. 2., Corrad. in Prax.
Beneficiar. lib. 4. cap. 4. ſub num. 31. §. In-
ſtitutione in fine.*

Atque ita quomodo potuit Ordinarius in tam
arcto unius diei curriculo, nullo expectato
defluxu, vel labentia præfati termini præ-
fixi, devenire ad hujuſmodi prætenſam gra-
tificationem; ſi enim, ut dicebat *Cornelius
= Scelera impetu, bona conſilia mora conva-
leſcunt*, utique ſi expectata fuiſſet expira-
tio, vel extremitas ejuſdem termini, non
ita tuto valuiſſet incaleſcere prædicta cete-
roquin juridica præſumptio ſupplãtationis,
& antidatæ, ut in propoſito recte ratioci-
nantur poſt *Felin., et Abbat. in cap. Eam te,
de reſcript., Lotter. de re Benefic. lib. 2. q. 23.
num. 10. et ſeqq., Barboſ. de Offic., et Poteſt.
Epiſc. alleg. 57. num. 15. par. 3., Corrad. in
Prax. Benefic. lib. 5. cap. 1. num. 63. et ſeqq.
Rota in dicta Melphiten. Beneficii 26. Junii
1711. §. Sed peccat, cor. Emo Priolo*: Quin-
immo, quod etiam gratificatio per Ordina-
12 rium exarata intra terminum ſancitum in
Edicto ſit nulla de per ſe ipſo Jure, citra
ſcrupulum proſequuntur *Lambertin. de Ju-
repatr. lib. 2. par. 2. dicta quæſt. 6. princip.
artic. 25. n. 1. verſ. Unde conclude pag. 171.
Vivian. eod. Tract. dicto lib. 9. cap. 1. nu. 7.
Lottber. de Re benefic. lib. 3. q. 17. nu. 195.*

Cumulabatur in idem, quod cum actum
gratificationis non deceat per Epiſcopum
exerceri penitus exabrupto, ſed per antea
13 ſerie indagatis, diſcuſſiſque meris utriuſ-
que præſentati, in ipſo limine primi diei
præfatorum Edictorũ expleta fuerat ab Or-
dinario in perſonam Joannis Marcelli grati-
ficatio, palam erat, quod nequaquam ex-
ſtiterat adhibita prædicta meritorum æqui-
14 libratio, & comparatio, quemadmodum
appoſite præ ceteris animadverſum fuit *in
dec. 1148. num. 5., et 6. cor. Seraph., et in
dicta Melphiten. Beneficij 26. Junii 1711.
§. Finali, cor. Emo Priolo.*

Tantoque magis emicabat præceps Epiſcopi
Judicium in hujuſmodi gratificatione ex-
plenda, quia certe ad ejus excuſationem
cenſendum erat, quod ille in hac temporis
anguſtia non appenderit in ſtatera prepon-
derantes Michaelis Angeli prærogativas,
alias illum pro ſua religione prætulitſet, ut
15 Juris eſt in ſimilibus prælectionibus, præ-
ſertim ad Beneficia Parochialia, teſte *Gon-
zal. ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 4. num. 88.
cum ſeqq., Garz. de Benefic. par. 9. cap. 2.
de form. ſervan. in proviſ. Paroch. §. 2. num.
261., et per tot., Lottber. de Re benefic. lib. 2.
quæſt. 31. num. 132. cum plurib. ſeqq.*, cum
aliis *in Eugubina Canonicatus 4. Maji 1699.
§. Non enim, cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Præeminebat namque indiſputabiliter Micha-
el Angelus in charactere Sacerdotii ſemper
efficiente digniotitatem, & promerente an-
16 relationem reſpective ad ſimplicem Cleri-
cum, uti erat Joannes Marcellus, ut gene-
raliter annotavere *Abbas in cap. 1. num. 1. et
3. de Majorit., et Obed., Decius conſil. 542.
num. 12. et 13., Lambertin. de Jurepatron.
lib. 2. par. 3. quæſt. 5. art. 3. per tot. et art.
12. num. 2., Gonzal. ad regul. 8. Cancellar.
gloſſ. 4. num. 115. Rota cor. Zarat. deciſ. 18.
num. 4., et in meis Addit. ad dec. 85. n. 24.
inter noviſſ. impreſſ. cor. Me*, & in ſpecie
17 Beneficii Parochialis, *Lottber. de Re benefic.
lib. 2. quæſt. 31. num. 138., et ſeqq. Adden.
ad Pamphil. dec. 115. num. 7., Rota coram
Otthobon. dec. 86. num. 3. et 12., et dec. 61.
num. 1. par. 3. Rec., et dec. 115. n. 4. p. 19.
tom. 1., et in Calaguritana dimidii Beneficii
de Oronda 15. Maji 1705. §. Præſertim, cor.
clar. mem. Card. Caprara*, confirmata pen-
dente hujus *Deciſionis* extenſione *ſub die*,
nempe 27. *Junii labentis Anni* 1712. *§. Se-
cundo pariter, cor. Me.*

Quid plus? dum ultra prædictam qualitatem
Sacerdotalem Michael Angelus effulgebat
inſi-

insignitus facultate audiendi Confessiones usque ab Anno 1697.; quapropter etiam successive sæpius exercuerat Curam Animarum in administratione consimilium Parochialium, & de facto illam actu regebat in Parochiali Ecclesia de Noto: Unde quis dixerit, præscindendo a prædicta præcipitan-
18 tia, quod potuerit umquam condigne Michael Angelus in præfata gratificatione postponi, contra ea, quæ conclamarunt *Gonzal. ad dictam regul. 8. gloss. 4. nu. 143. cum plurib. seqq. Rota cor. Pamphil. dict. dec. 115. num. 2., et cor. Otthobon. dicta dec. 86. num. 12., cor. Royas dec. 485. n. 2., et 486. num. 1., et in dicta dec. 85. num. 4. inter novissime impress. cor. Me*, & latius *in ejus Addit. num. 34. cum plurib. ibi relatis*.

Hæcque omnia visa sunt *Dominis* adeo dilucida, ut supervacaneum fuerint rati perpendere, an etiam subsisteret supposita medietas vocum patronalium in Ferrerio præsentante Joannem Marcellum, itaut illius respectu locum sibi usurpare posset ad ejus commodum titulus gratificationis ab Ordinario ejus favore consumptus, stante positiva Sententia prolata per Ordinarium de Anno 1658. pro Cataneo, qui Michaelem Angelum præsentaverat, & in qua jam apparebat definitum, hujusmodi Juspatronatus privative, & in totum spectare ad Auctores ejusdem Catanei, cum ad effectum, de quo hactenus agebatur, superabundaret ex præmissis, quod citra veri præjudicium medietas saltem earumdem vocum patronalium attineret ad Cataneum, sicuti factus
19 fuerat idem Joannes Marcellus in sua hodierna judiciali colluctatione, in qua se præsentatum profitebatur a sola medietate, quod proinde amplius controvertere non valebat, ex congestis per *Rotam in Asculana Jurispatronatus 26. Januarii 1703. §. Accedunt, coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernat., in Cremonen. Beneficii 3. Decemb. 1706. §. Tandem, cor. R. P. D. meo Lancetta, in Pennen. Beneficii super pertinentia 17. Martii 1710. §. Sed hic non finit, et §. Ultra quod, cor. R. P. D. meo Aldrovando, et in Casertana Beneficii 12. Decemb. 1709. §. Neque negocium, cor. Rmo D. Kaunitz Episc. Labacen.* ita utraque &c.

Pisana Prioratus.

Lunæ 11. Aprilis 1712.

ARGUMENTUM.

Inter duos compatronos adinvicem contendentes, alterum super pertinentia, alterum super possessione, is semper est præferendus qui vigore ultimi status reperitur in quasi possessione præsentandi, & quibus de causis hoc fuerit stabilitum a Sacris Canonibus; Juspatronatus ex quibus præsumatur hereditarium. Institutio interim denegari non debet præsentato a Possessore ultimi Status saltem donec de alterius bono Jure in petitorio non constet.

SUMMARIUM.

1. *Jurispatronatus proprietas ad effectum ut præferatur quasi possessioni præsentandi, debet esse probata per rem judicatam, per confessionem Patris, vel per publicum Instrumentum.*
2. *Inter duos Patronos contendentes, alterum super pertinentia, alterum super possessione Beneficii, Institutio interim denegari non debet ei, qui reperitur in possessione ultimi Status*, & de rationibus num. seqq.
3. *Præsentationes in Jurepatronatus computantur in illius fructibus.*
4. *Juspatronatus sive præsentandi ubi sit controversum, consuevit quandoque S. Sedes manus apponere, & ad collationem devenire.*
5. *Juspatronatus magis præsumitur hereditarium, quam gentilitium.*
6. *Juspatronatus ex quibus dicatur hereditarium.*
7. *Effectuatio præsentationis, seu collationis ex quibus arguatur.*
8. *Institutio datur præsentato a Possessore ultimi status, saltem donec de alterius bono Jure in petitorio doceatur.*
9. *Sententia lata contra mortuum non sustinetur.*

DECIS. DLXXI.

Nusquam forte magis sacrosancta, & opportuna coruscabat Decretalis illa determinatio duorum vere Summorum Pontificum *Innocentii III.*, & *Alexandri* pariter *III.*; Altera in *cap. Querelam 24. de elect.*, *& Elect. potestat.*, & altera in *cap. Consultationibus 19. de Jurepatron.*, quam in præsenti causa, in qua ceteroquin de nimium intricata proprietate, & pertinentia controversi Jurispatronatus valde perantiqui, nulloque fundationis documento, seu lumine illustrati, & a tribus seculis diffusi in quinque subalternantes, seu divisas familias, derivantes ab illa Orlandorum, nempe *Orlandi dal Nicchio, Gatti del Migliarino, Gamberi, e della Saffetta* peragendum extitisset, nisi provide ambo prædicti, Supremique Sacrorum Canonum Latores statuissent, quod in adjudicandis postea Beneficiis uni, vel alteri Præsentato a pluribus diver-

diversisque respective Patronis de majoritate, vel pluralitate Vocum inter se contendentibus, is interea institueretur, vel ei adjudicaretur Beneficium, qui Jus suum ab eo desumebat, qui tempore præsentationis suæ *Juspatronatus Ecclesiæ possidebat*.

Cum igitur in prædicta caligine versari procul dubio videremur, & Marcus Antonius Casapierius alter colligitans, seu Præsentatus detrectasset in prima præsentis Causæ propositione comparere, nempe sub *die 15. Junii Anni d. fluxi*; Bartholomæus vero e contra edocuisset, nedum sibi ultimum, sed etiam plures status suffragari, prodiit tunc eidem Bartholomæo favorabilis resolutio, quæ adeo bene hodie apud *DD.* solida, atque fundata visa est, ut, etiam hactenus se opponente memorato Casapierio, ad malleum contradictionis revocata resistens confirmationem promeruerit obtinere, mediante rescripto = *In Decisis*.

Atque id ipsum fortasse quoque accidisset, quando ipsimet Patroni quoque fuissent in causa ad partes inter se disceptantes de pertinentia (prout quandoque solet contingere) quoniam etiam tunc sive una Pars, sive altera triumphasset, Victoria profecto non exstitisset in petitorio (præsertim prima vice) ideo clara & palpabilis, ut posset incontinenti possessorium absorbere, ad quem effectum requiritur regulariter, vel res judicata, vel publicum, idemque clarum In-
1 strumentum fundationis, vel Partis confessio, ex his, quæ lato calamo habentur post *Theoricam a Panormitan.* firmatam in dicto *Cap. consultationibus num. 9. vers. quod ego intelligerem penes Modernum Roman. in discept. 28. num. 2., Rota cor. Pan. dec. 630. num. 4., & in rec. dec. 735. num 9. in fin. par. 3., & in Alatrina Jurispatr. 15. Junii* 1705. §. *Nec magis suffragari cor. R. P. D. meo Scotto cum altis* relatis in illa *Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *Tetigimus supra coram Me*.

Et de facto in aliis sæpe controversiis, quando nimium Patroni simul, & semel in separato dubio agunt de pertinentia, ubi sibi consulere saltem valeant in posterum pro futuris vacationibus, nihilominus, constituto de ultimo incontrovertibili statu, nusquam denegatur interim Institutio, & adjudicatio (pendente adhuc maturiori discussione proprietatis) ei præsentato, qui ratione ultimi status edocet, sese causam sortiri ab eo, qui *Juspatronat.* (ut inquit Alexander III.)
2 *Ecclesiæ possidebat*, quemadmodum nuperrime practicatum fuit in *Matheranen. Parochialis* 11. *Januarii* 1712. §. *Quod autem cor. R. P. D. meo Falconerio*, & post præsentem decisionem resolutum fuit in *Bononien. Beneficiorum super Manutentione* 22. *Aprilis currentis Mensis cor. R. P. D. meo Lancetta*, & in altera *Bononien. Beneficii super exsequutione litterarum Apostolic.* 2. *Maji præsentis anni cor. R. P. D. meo Crispo*.

Quinimmo cum ratio in hac dubietate procedendi cum novissimo statu non solum consistat in ipsa possessione Patronorum præsentantium hunc, vel illum, quasi quod hujusmodi possessio trahere debeat etiam secum
3 beneficium fructuum, inter quos computantur hæ præsentationes, hæ collationes, ad tradita post *Abbas.*, & ceteros *DD.* in dicto *cap. Consultationibus* per *Menoch. consil.* 66. *num.* 3. *vers. hinc etiam lib.* 1., *Barbos. de Offic., & Potest. Episc. par.* 3. *allegat.* 71. *n.* 40., *Garz. de Benefic. par.* 5. *cap.* 9. *n.* 21. *Borell in Summ. decis. tit.* 33. *n.* 239. *Vivian. de Jurepatr. par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 9., *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 14. *n.* 48., *& quæst.* 34. *n.* 20., *Card. de Luca de Jurepatr. disc.* 41. *num.* 7. *in fine*, *Rota coram Seraph. dec.* 306. *num.* 8.

Ast quoque radicetur in illa honestate, & sollicitudine Ecclesiæ, ne diutius in præjudicium divini cultus, & quandoque Animarum, dum inter se digladiantur Patroni super pertinentia, Beneficia vacare contingat, consuevit quandoque in suis tamen casibus ipsamet Sancta Sedes ad collationē devenire, derogando etiam pro illa vice
4 Juripatronatus in totum per eam provisionem, quæ nuncupatur = *Attenta lite* = sicuti videre est practicatum, & demonstratum in *Asculana Benefici* 5. *Martii* 1698. *decis.* 35. *num.* 2. *inter novissime in Urbe impress. cor. Me, & in Romana Clericatus, seu Beneficiatus S. Laurentii in Damaso* 3. *Maji* 1708. §. *Solumque cor. Rmo D. Molines Decano*.

Hoc igitur unum pro rectius suo loco, & tempore postmodum dirimenda amaritudine vocum in prædictis futuris vacationibus valuerunt Domini in hodierna audientia tuto recognoscere, quod præsens Juspatronatus nullo modo poterat gentilitium reputari, sed undique palam detegeretur hereditarium non solum ex præmissa deficientia Instrumenti fundationis, & generica Juris
5 præsumptione militante magis in dubio pro Jurepatronatus hereditario, quam gentilitio, per ea, quæ fuerunt late animadversa ex *Gloss. in Clementin. plures in princip. sub* §. *Collige aliqua de Jurepatr. per Calderin. conf.* 4. *eod. tit.*, *Peregrin. conf.* 27. *num.* 1. *vol.* 2., *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quest.* 11. *num.* 19. *&* 20., *Card. de Luca de Jurepatr. disc.*

dif. 21. nu. 4., Rota cor. Merlin. dec. 798. num. 7., et coram Emerix Jun. decif. 489. num. 6. & 7., & in rec. dec. 272. num. 8., & feqq. par. 13., & dec. 233. n. 2. par. 19. & in Romana Cappellania 16. Martii 1708. §. *Licet enim*, cum aliis abunde congeftis in altera *Romana Cappellania S. Nicolai 28. Junii 1709.* §. *Quatenus enim circa med. cor. me.*

Verum etiam quia ex tota, & admodum oblonga ferie præfentationum, in quibus fuit admiffa per Ordinarios exfiftentia, five fervitus Jurifpatronatus perfpicue præfulgebat, quod Præfentantes fæpe fæpius fub expreffa denominatione, & titulo heredis, pariterque per viam quotæ, & non in capita devenerunt ad ipfam præfentationem, juncto ulterius tranfitu earumdem præfentationum non minus in defcendentes ex feminis, quam in Donatarios, ac Succefsores
6 etiam extraneos, in quibus circumftantiis ultra præfatam juridicam præfumptionem Jufpatronatus emergere hereditarium, & non gentilitium, aut familiare, aut in fuis cafibus mixtum, communiter animadvertere runt abunde relati per *Peregr. conf. 33. n. 4. & feqq. lib. 1., Rocch. de Jurepatron. verb. Competens alicui n. 2., Tondut. quæft. benef. tom. 1. cap. 32. num. 4., Lambertin. de Jurepatr. lib. 1. par. 2. quæft. 1. art. 25. n. 17. & artic. 28. num. 5., Vivian. eodem pariter tractatu par. 1. lib. 4. cap. 2. n. 38. & feqq. Rot. cor. Buratt. dec. 669. nu. 3. & cor. Merlin. dec. 798. a num. 13. ad 17., & fere per tot., & in rec. dec. 707. n. 6. par. 1. dec. 223. a num. 9. ufque ad 13. par. 19. tom. 1.* cum aliis in fæpedicta *Romana Cappell. S. Nicolai 28. Junii 1709.* §. *Citra hæfitationem cor. Me.*

His itaque præmiffis, deveniendo ad examen præfati ultimi ftatus, liquidiffimus incontinenti detegebatur ille vere ultimus, Anni fcilicet 1662., in quo Cæfar Roncionus Pater Angeli Americi præfentantis in hodierna vacatione Bartholomæum, exhibuit, five præfentavit Ordinario Petrum Matthæū de Cafapieriis Patruum ejufdemmet Antonii Oppofitoris etiam fub expreffione majoris numeri vocum, quodque plus eft, idem Petrus Matthæus citra controverfiam pacifice affequutus eft inftitutionem, & pofsef fionem, dum etiam de facto per ejus obitum præfentanea fuborta eft vacatio, quando nihil concludentius eft pro adftruenda, probandaque effectuatione præfentationis, vel alicujus in fuis cafibus collationis, feu pro-
7 vifionis, quam quod Ecclefia, vel Beneficium vacet per obitum hujus, vel alterius, juxta celebre conf. *Calderin. 12. de Jurepatr.* cum quo femper procefsere *Rip. in cap. cum Ecclefia Sutrina fub num. 93. verf. Quinto de cauf. poffeff. & propriet., Oldrad. conf. 229. num. 2., Ruin. conf. 31. num. 18. lib. 5. Bellon. conf. 51. num. 4., Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæft. 21. num. 83., Gonzal. fuper regul. 8. Cancell. Gloff. 18. num. 85. Rota cor. Seraph. dec. 337. num. 1. & 2. dec. 147. n. 1. par. 1. diverf., cor. Buratt. dec. 115. num. 8., cor. Bich. dec. 361. n. 4., cor. Ottbobon. dec. 124. num. 4., & dec. 234. a num 14. ad 16.* & in fuperius laudata *Romana Cappellania S. Nicolai 28. Junii 1709.* §. *Neque ad elidenda cor. me.*

Quin ullatenus claritatem hujus ftatus obumbraret, quod in fententia fucceffive prolata ab eodem Ordinario fuper Inftitutione Petri Matthæi, is declaraverit, feu fuerit proteftatus, nolle per hanc inftitutionem quotas, & voces Præfentantium canonizare, ibi = *Non intendentes tamen aliquo modo per præfentes quotas dicti Jurifpatronatus ad favorem Præfentantium declarare, fed Jura talia qualia cuilibet ipforum præfervare.* Hæc etenim præfervativa merito fuit adjecta per Ordinarium, ut fuis loco, & tempore remanere pofset, quatenus hoc fatagerent Patroni, difcufsa pertinentia, & proprietas Jurifpatronatus, abfque eo quod tamen id officeret quafi pofsefsioni, in qua erat Cæfar tunc præfentans prænominatum Petrum
8 Matthæum, fequendo adamuffim Pontificiam decifionem *Innocentii III.* in prædicto *cap. Querelam 24. de elect., et Elect. poteft.*, in qua Summus ille, & Papa, & Jurifconfultus approbandam cenfuit electionem factam ab illis Electoribus, qui erant in quafi pofsefsione eligendi fub ea ipfiffima præfervativa, ut ibi = *Salva quæftione proprietatis*; Sicuti non minus fuit obfervatum in prædicta *Mediolanen. Benefìcii 1. Aprilis 1707. in princip. cor. Me*, & fuit idipfum quoque refponfum nuper, pendente extenfione hujus decifionis, in illa *Bononien. Beneficii 2. Maji 1712. cor. R.P. D. meo Crifpo*, in qua fuit data Inftitutio præfentato ab exiftentibus in quafi pofseffione præfentandi, non obftante, quod etiam tunc in ultimo ftatu Ordinarius in fua fententia feciffet fimilem præfervationem, ut ibi = *Refervata fibi cognitione, pro qua parte d. Jufpatronatus pertineat ad eofdem Compatronos in actis nominatos* = & ante etiam dixerat eadem *Rota dec. 141. n. 5. coram Emerix Jun.*

Et quoniam in prætetita *Decifione*, quæ revidebatur, ultra prædictum ultimum ftatum anni 1662. in fe præfulgidum, & effectuatum, facta apparebat cumulativa mentio alterius quoque ftatus antecedentis, Anni

fcili-

scilicet 1616., placuerunt *Dominis* etiam hodie fundamenta vindicantia eumdem secundum statum præcedentem, quæve leguntur in prædicta *Decisione* ex §. *Sed quoniam ferme* usque ad finem, & signanter, quod sententia tunc lata per Vicarium Pisarum super Institutione præsentati a Camillo Patre Cæsaris cum successiva approbatione Signaturæ Justitiæ rescribentis cum clausula *S. P.* perperam prætendebatur revocata in gradu devolutivo per Judicem Commissarium secundæ Instantiæ, cum vice valendi infringere primum, & recte Judicatum, atque, ut supra, a Signatura canonizatum, in semetipsa rueret hæc secunda sententia tamquam evidentissime nulla, &
9 lata, non obstante contraria protestatione, & notificatione obitus, contra mortuum, quo nihil invalidius, ex plene deductis in prædicta præcedenti *Decisione diei* 25. *Junii* 1711. §. *Siquidem*, quibus addi possunt *Bartol.*, & *DD.* communiter in *l. penult. ff. quæ senten. sine appell. rescind.*, & *in l. Qua de re in princip. ff. de Judic.*, *Cuman. cons.* 53. *n.* 3. *Card. de Luc. de Jud. disc.* 38. *num.* 24. *Caputaquen. dec.* 140. *par.* 3., *Rot. cor. Buratt. dec.* 858. *num.* 4., *cor. Bich. dec.* 544. *n.* 3., *cor. Coccin. dec.* 2342. *num.* 39., & *in recen. dec.* 741 *num.* 2. *par.* 2.

Fortius, quia, ut etiam ponderatum fuit in præfata antecedenti *Decisione*, adeo revera nulla habita fuit, vel haberi poterat enunciata secunda sententia revocatoria tam classica nullitate laborans, ut de facto, per mortem sui præsentati devenientc Camillo patre Cæsaris ad novam præsentationem Bernardini de Ceulis, is, obtenta gratiosa subrogatione, & ulterius derogatione medietatis Vocum, assequutus fuerit ex utroque capite suarum literarum executionem, & abinde beneficium usque ad obitum possederit, ut præ ceteris etiam videre est in contemporaneis *Decisionibus* nostri *Tribunalis* variato nomine *Beneficii* ad illud hodiernum *Prioratus* coram *Merlin. la* 418. & 438.

Nec deerat aliquis ex *Dominis*, qui hisce binis, & novissimis statibus adjungeret etiam tertium Anni 1560., sub quo coruscabat, Raynerium Auctorem Camilli Cæsaris, & Angeli ultimi præsentantis consensum præstitisse resignationi factæ de hoc ipso beneficio, uti etiam tunc Patrono pro medietate cum successiva acquisitione aliarum vocum facta ab Octavio eiusdem Raynerii filio, & Patre respective Camilli, ut in *Summario BarthOlomai num.* 34., & *n.* 68. Prout neque desiderabatur aliquis alius, qui penetrando medullas ipsius proprietatis authu aret, majoritatem etiam Vocum forsan militare pro Angelo præsentante Bartholomæum; sed nihilominus, hisce uberioribus motivis in suspenso relictis, satis, superque visum, omnem obtruncari amaritudinem ex prænarratis ultimis duobus statibus nullam sane nebulam tolerantibus ad normam, & præscriptum utriusque jam recensitæ Decretalis Innocentii, & Alexandri; Ideoque in *Decisis*.

Utraque &c.

Nullius Abbatiæ S. Hilarii de Galeata.

Luna 18. *Aprilis* 1712.

ARGUMENTUM.

Observantia non nocet, non probata prius scientia, & patientia illius contra quem allegatur, eaque non currit durante minorili ætate. Feudi investitura etiamsi ex verbis facta appareat ex pacto, & providentia, quando tamen ex clausulis, pactis, & observantia præseferat facultatem alienandi investitis in præjudiciũ Successorum in Investitura comprehensorum. Abbatia a S. Hilaro fundata a quibus fuerit aucta, ac decorata ad Similitudinem alterius similis non minus celebris Abbatiæ Fulden.

SUMMARIUM.

1. *Abbas peccat non conservando*, & *recuperando bona sui Monasterii*.
2. *Renovatio*, & *immissio concedenda est successoribus in Investitura jure proprio venientis*.
3. *Consuetudo universalis ex quibus inducatur.*
4. *Observantia non nocet, non probata scientia*, & *patientia illius, contra quem allegatur.*
5. *Præscriptio non currit duräte minori ætate.*
6. *Observantia, sive præscriptio interrumpitur per judicialem reclamationem*.
7. *Alienationes factæ ab investitis possidentibus præjudicium irrogare nequeunt Successive venientibus Jure proprio*, & *ex propria Persona*.
8. *Observantia antiquissima est observanda*, *non vero recens*, *ac moderna*.
9. *Ecclesia debet Religiose servare pacta*, & *conditiones circa comprehensos in Investitura*.
10. *Clausula* ad habendum *quando nequeat immutare substantiam feudi, vel Emphyteusis vere pactionata*, & num. seqq.
12. *Bona Emphyteutica an*, & *quando alienari possint cum consensu Domini directi*, *si ipse Dominus directus apposuit pactum de non alienando*, & n. seqq.
14. *Urbini in Statu omnia fere bona sunt Ecclesiæ appodiata*.

15. *Ab-*

15. *Abbatia S. Hilarii a quibus fuit aucta, ac locupletata.*
16. *Item Abbatia Fulden. quam habeat Jurisdictionem.*
17. *Attestatio facta ab Officialibus super rebus ad eorum officium pertinentibus in dubiū revocari nequit.*
18. *Præsentatio dicitur sortita effectum mediante possessione subsequuta.*
19. *Leges, & pacta Investituræ sunt præcise, & ineluctabiliter servanda.*
20. *Conditionibus non impletis, vel contra purificatis, corruit contractus, & qualibet dispositio ab eisdem conditionibus dependens.*
21. *Bona fideicommissaria transeunt in alienatarium, si ita voluerit heres gravatus, & mandaverit Testator.*
22. *Testator si mandet, quod in casu alienationis bona devolvantur ad extraneum, hic extraneus nancisciturbona sic alienata in præjudicium comprehensorum in fideicommisso.*
23. *In omnibus contractibus sive pactis reciprocis debent hinc inde pacta servari.*
24. *In concessione Emphyteusis recte iniri potest pactio de devolutione citra beneficium, vel spem purgationis moræ, & de ratione.*
25. *Doctoribus in aliquo Foro, vel Curia versatis semper est deferendum.*
26. *Observantia, & praxis est optima interpres qualitatis bonorum, ac Feudorum.*
27. *Et quandoque est etiam ejus efficacia ut præferri debeat tenori, & legi sancitæ in Investituris.*
28. *Efficitque alienabile ipsum Feudum in præjudicium vocatorum.*
29. *Observantia ex non facto non secus ac ex facto resultat.*
30. *Feudum semel effectum alienabile in extraneos semper retinet eamdem qualitatem alienabilitatis.*
31. *Et posita alienabilitate unius Partis Feudi, idem Jus statuendum est quoad reliquas partes.*
32. *Pars a suo toto diverso Jure censeri nequit.*
33. *Singula singulis congrue referenda sunt in quacumque materia, sive dispositione.*
34. *Emphyteusis vocabulum sonat idem ac melioratio.*
35. *Unusquisque est rei suæ moderator, & arbiter.*
36. *Observantia interpretativa, & declarativa compatibilitatis, vel præferentiæ pactorum opus non habet ulla judiciali canonizzatione.*
37. *Ecclesia habet Jus a Fisco vindicandi bona de suo directo dominio per Fiscum occupata ex persona Emphyteutæ, vel Feudatarii*, & num. seqq.
38. *Societas Officii si fuerit posita sub nomine alicujus, qui mortem violentam per manus Justitiæ patiatur, creditor non amittit pecunias licet eas deperderet, si ille, in cujus nomen cantat, naturaliter obiret.*
39. *Verbum* quolibet *est æque distributivum, & æque parificativum.*
40. *Dictio* libere *omnem servitutem, omnemque obligationem respuit.*

DECIS. DLXXII.

JUra vetustissimæ celeberrimæ, & opulentissimæ olim Abbatiæ, nomenque adhuc retinens sui *S. Hilarii* Fundatoris, & cujus luculentam texit historiam plurimis, & insignibus refertam monimentis, & prærogativis *Bolland. in Act. Sanctor. sub die* 15. *Maji pag. mihi* 472. *litt. B.*, *& pag.* 473. *lit. Q.*, *& pag.* 474. *lit. T.*; saltem in eo statu, quo ejus perpetuo regimini, & administrationi *S. Sedes* illam de proximo commendaverat, juste asserere, atq; tueri satagens vigilantissimus, & ter Emeritus Emus Carolus Augustinus Card. Fabronus, statimac dignovit, quod una pars Feudi *Vallis Oppii* (inter cetera feuda nuncupata *Clusterculum, Pondus, Spinellas, Pratolina, Segunium, Saffettum, Mortanum, Mons Vetus, Sambuchetum*) ad prænominatam Abbatiam directe pertinentis perperam ab ea fuerat avulsa, curavit intrusos, sive male investitos judicialiter ejicere, atque detrudere, prout solicitudinem veri Prælati, veri commendatarii
1 plene implens, feliciter obtinuit, ipsi Abbatiæ eamdem partem reuniendo, & vindicando juxta monitum *Carthaginens. Sinodi relat. per Gregor. IX. in cap. 2. de precariis*, *& Innoc. III. in ejus Epistola* 50. *lib. 3. regestr.* 15. *relat.* per *Gonzal. in suis comment. ad d. cap. 2. de precar. in fin.*, & tradunt communiter *DD. in eodem capit. 2.*, & signanter *Abbas, Ancharan., Joannes, Andr., Bellam., & Bero in princip.*, & optime ad rem *Tamburin. de Jur. Abbat. disput.* 11. *quæst.* 7. *num.* 1. *tom.* 3., ubi etiam *quod Abbas peccat non conservando, & recuperando bona sui Monasterii.*

Rebus ita compositis, Comes Cesar, & Fratres de Malatestis, qui præfatæ distractioni, ceterisque antecedentibus (rectius tamen, quam postrema, de consensu Abbatis pro tempore subsequutis) pacifice acquieverant, ex abrupto insurrexere prætendentes nedum dividere spolia victoriæ per D. Cardinalem sua ope, sua opera, & expensis conquisitæ, sed pro se ipsis integre diripere;

Ast incassum, quia licet in ipso primo impetu, sive Instantia sortiti fuissent fieri voti cōpotes, attamen conscendente dissidio, & examine ad *Sac. Auditorium*, illico reposita est Corona Justitiæ illam promerenti, ut apparet ex *Decisione Nostri Tribunalis* de more extensa sub *die* captæ resolutionis, nempe *12. Junii 1711. cor. R. P. D. meo Lancetta* cum successiva Causæ expeditione decreta sub *die 3. Augusti 1711.* hodieque rursus ad provocationem eorumdem Fratrum delata *Mihi* nova Commissione Appellationis, nullatenus *Domini* dubitarunt absolute respondere, præmissam *Sententiam Rotalem esse confirmandam*.

Jam enim quæstio non erat de innegabili pertinentia hujus, & aliorum, ut supra, feudorum ad dominium utile, & directum prænominatæ Abbatiæ, sed tota prætensio Fratrum de Malatestis sistebat in eo, quod tam de anno 1571., quam de anno 1590. initæ fuissent concessiones a tunc temporis Abbate, seu Cōmendatario S. Hilarii Antonio Maria Episcopo, & postea respective S. Romanæ Ecclesiæ Card. de Salviatis in personam Comitis Guidonis vice, & nomine Comitis Malatestæ, & Lamberti ejus fratrum acceptantis *pro se, & suis, & eorū descendentibus per lineam masculinam in infinitum, ut in Summ. ipsorum fratrum num. 2., & 3.* Quamobrem cum hodierni Comites Cæsar, & Lambertus Juniones ejusdem Familiæ de Malatestis citra dubium descenderent a prædicto Guidone, & Lamberto Seniore iuvestitis, quemadmodum perlucebat ex Arbore in fronte eorum Informationis exposita, utique illis veluti ex pacto, & providentia eorum Majorum jure proprio vocatis debita esset omnino renovatio, & consequenter Immissio adversus Abbatiam possedtricē, ex passim animadversis, & traditis in his terminis post *Bald. in cap. ceterum num. 11. de judiciis Isern., & Alvar. in cap. 1. §. Insuper de prohibit. feud. alienat.* per *Rolan. consil. 1. num. 51. volum. 1. Surd. cons. 571. num. 5.* vers. *& hoc remedium Cald. de jur. emphyt. lib. 2. quæst. 8. num. 33., Angel. de acquir. possess. quæst. 4. art. 7. num. 188. Rosenthal. de feud. cap. 7. conclus. 8. num. 3. Card. de Luc. de emphyt. disc. 25. nu. 2. versic. unde propterea. Rot. dec. 36. n. 2. post Paitell. dec. 220. num. 3. par. 4. diverf. dec. 585. num. 22. par. 5. dec. 242. num. 3. par. 7., & dec. 275. num. 2. par. 19. rec.*

Absque eo quod ullo modo prædictam formā pactionatam ad favorem lineæ masculinæ in perpetuum præfatorum Investitorum de Malatestis posset, ut putabant Defensores Actorum, infringere generalis prætensa consuetudo, quod, eadem formula non obstante, bona de directo dominio ipsius Abbatiæ solita concedi in feudum, vel emphyteusim forent de consensu Abbatis effecta semper alienabilia, & de facto fuerint quoque alienata ferme usque a principio per Com. Franciscum alterius Columnelli de Malatestis pariter investiti favore Comitum de Pasellis, & ab illis citra ullam contradictionem transiverint in DD. de Bentivolis, & dein in Com. Bascarinum ultimum Alienatarium, & a quo, ut præmisimus idem D. Cardinalis hujusmodi bona alienata, mediante judiciali auctoritate, vindicavit. Siquidem, quatenus attinebat ad consuetudinem in genere, replicari per eosdem Defensores acerrime contendebatur, quod, cum de hac universali consuetudine nullū exhiberetur documentum, vel per aliquam concordiam, vel per aliquod Statutum, aut peculiare Principis Indultum, necesse omnino videbatur, quod ab extra saltem appareret eadem universalis consuetudo confirmata, seu comprobata per actuum frequentiam, qui fuerint initi ex causa imbibitæ
3 alienabilitatis, vel istiusmet consuetudinis, cum successiva canonizatione obtenta in contradictorio Judicio, juxta plene cumulata in *Fanen. seu Senogallien. Castri Montis Portii 14. Junii 1709. §. Auctoritates vero cor. Rmo D. meo Molines Decano*, & de cetero secundum quoque communiter connotata per *DD. in l. 2. C. quod si longa consuetudo Jacob. de Arena in l. cum aliter §. Occisorum ff. ad Syllan. Peregrin. cons. 81. nu. 16. lib. 1., & consil. 20. num. 44. lib. 4. Gob. tract. var. de præmis. feud., & emphyth. alienat. quæst. 1. num. 52., & seqq. Rot. dec. 53. n. 5., & 6. par. 18. rec., & in meis addit. ad dec. 50. num. 32. juxta novam impressionem in Urbe editam.*

Quo vero ad particularem observantiam, & factum peculiare prædicti Com. Francisci alterius Columnelli cum subsequentibus, & supra præmissis alienationibus identidem subnecti procuraretur, quod, præterquam neutiquam justificabatur ulla scientia hujusce alienationis in alio Com. Francisco Actorum patre, & insimul comprehenso, atque vocato in Investitura, & proinde non erat hujusmodi factum ullo modo sufficiens ad inducendam aliquam consuetudinem, sive interpretativam, sive perscriptivam in præjudicium ejusdem Comitis Francisci Patris prænominatorum Actorum, vel saltem data etiam per hypothesim hujusmodi scientia ea non esset capax præjudicandi eisdem Actori-

ctoribus illius filiis, & ex eorum propria persona independenter vocatis, quodque plus est, eo temporis in ætate pupillari exsistentibus, & præsertim cum iidem Actores effecti majores, habita hujusce alienationis notitia, statim reclamaverint extrajudicialiter, & multoties fuerint protestati in ipsa Abbatiali Cancellaria, per ea, quæ in proposi-
4 to primæ propositionis habentur per *Bartol. in l. 1. §. Si qui autem num. 10. ff. de itin., actuque privat., & in l. eum filius §. In hac stipulatione sub num. 4. ff. de verbor. obligat. Menoch. cons. 231. num. 48., & cons. 904. num. 58. Riminald. Jun. cons. 205. nu. 22. Gratian. discept. for. cap. 118. num. 24., Rot. post Merlin. de legit. dec. 130. num. 21. cor. Emer. Jun. dec. 457. num. 4. & in rec. dec. 349. num. 18. par. 6. & dec. 512. num.*
5 *14. par. 19.* Et in ordine ad secundam patet ex deductis post *Textum, & DD. in l. Sicut de præscript. 30., vel 40. annor. l. non incognitum C. quibus non objic. long. temporis præscript. Mandel. cons. 355. nu. 24., & 25. Ursill. ad Afflict. dec. 426. n. 11. Rot. cor. Zarat. dec. 75. num. 13. cor. Emerix. Jun. dec. 899. num. 12.* cum aliis plena manu congestis in *Pisauren. rescissionis contractus 5. Maji 1696. dec. 42. num. 16. inter novissime*
6 *in Urbe impressas cor. me.* Et respectu tertiæ tradunt *Abb., & Felin. in cap. illud n. 24. de præscript. Dec. in cap. At si Clerici n. 110. de judic. Bovi de Stat. Urb. tit. de præscript. gloss. 21. num. 16 Pigant. ad Stat. Ferr. rubr. 128. num. 22. Cancer. var. resolut. par. 1. cap. 15. num. 43. Rot. dec. 718. num. 4. cor. Seraph., dec. 613. num. 9. coram Cerro dec. 99. num. 10., & seqq. par. 8., & dec. 591. num. 16. par. 18. rec.*

Addito, quod nec generaliter, & de per se valebant cædem quomodolibet sequutæ alienationes ullum præjudicium Actoribus inferre, cum quia illæ exstiterant jam revocatæ, & annullatæ, & signanter ultima per ipsummet Dom. Cardinalem, tum etiam quia in omnem casum nemo non scit, quod hujuscemodi alienationes factæ a præsentibus, seu possidentibus Investitis nequaquam possunt præjudicium irrogare reliquis
7 succe sive venientibus jure proprio, & ex propria persona ad communiter receptam doctrinam *Bartol. in l. ut jurisjurandi §. Si liberi num. 4. ff. de oper. libert. Paris. consil. 98. num. 10. libr. 2. Roman. cons. 35. nu. 4. Dec. consil. 239. num. 6.* cum ceteris relatis per *Fulgin. de jur. emphyt. quæst. 24. sub nu. 21. Card. de Luc. eodem tractat. disc. 4. num. 5. Rot cor. Emer. Jun. dec. 653. num. 6. & 7., & in rec. dec. 157. num. 6. par. 3. dec. 373. nu. 4. par. 17. & in meis addit. ad dec. 50. num. 28. inter novissime in Urbe impress.* cum aliis adductis in *Fanen., seu Senogallien. Castri Montis Portii 7. Maji 1708. §. Ratio cor. R.mo D. meo Molines Decano.*

Potissime, quia hactenus peragebatur de feudo in hac Domo antiquissimo trium seculorum, prout etiam in ipsa reintegratione, quam huic Familiæ jure quodammodo postliminii benigne concessit *S. M. Leo X.*, expresse dicebatur; In quibus profecto terminis non nuperrima, & quæ per paucos actus
8 fuit supposita, consuetudo veniebat attendenda, sed potius observanda indubitanter erat ipsa lex, ipsa antiquissima observantia, ipse tenor investituræ clare, & limpide pactionatæ, ut post *Sylvan. cons. 15. num. 6. Menoch. cons. 812. num. 5. Bertazol. consil. civil. 89. num. 23., & cons. 90. nu. 13.* affirmavit *Cald. de permis. feud. & emphyt. alienat. quæst. 2. a num. 54. ad plur. seqq., & a num. 75. ad num. fin., & Rot. cor. Emer. Jun. dec. 1218. num. 7.*

Idque adeo in se verum exstitit, (prosequebantur iidem Defensores) ut etiam, ubi revera adsit hæc consuetudo universalis alienandi consimilia bona feudalia, vel emphyteutica, uti viget ex. gr. in Statu Urbini cum similibus, nihilominus hoc esse intelligendum authumarint *Doctores*, & *Tribunalia* in ordine ad ipsam Ecclesiam Dominam directam, non vero respectu comprehensorum in Investituris, circa quos debent ab eadem Ecclesia religiose observari
9 præcisæ leges, & pacta conventa in iisdem Investituris, ut optime præ ceteris tradiderunt *Anchar. cons. 417. num. 4. Dec. cons. 614. num. 3., & 4. Corbul. de caus. priv. ob alienat. limit. 31. num. 4., Gob. in tract. de permis. feud., & emphyt. alien. quæst. 2. nu. 54. cum plur. seqq., Gratian. discept. for. 447. num. 29., & 30., Rot. post Merlin. de legit. dec. 94. nu. 12., & post Gob. tract. var. dec. 16. num. 6., & in Fanen., seu Senogallien. Castri, & bonorum Montis Portii 14. Junii 1709. §. Sed quatenus cum seqq. cor. R.mo D. meo Molines Decano, & in Ravennat. Emphyteusis 12. Junii 1710. §. Siquidem cor. me.*

Postremo ex his inferebant memorati Defensores Actorum, quod parum officiebat clausula *ad habendum*, quæ videbatur intermixta, sive adjecta in hisce investituris, non tantum, quia, veluti plerumque phrasis apponi consueta, & præsertim in investituris (de quibus erat quæstio) solummodo in parti-
10 bus exsequutivis, ea tunc minime reputatur idonea ad corrumpendam substantiam feudi, vel emphyteusis vere pactionatæ, ut citra

10 citra scrupulum millies responderunt post
*Text. in Clem. 1. de præben. Dec. cons. 38. sub
nu. 5. & cons. 50. sub nu. 9. Natt. cons. 263.
num. 3., Paris. cons. 3. num. 13. & num. 29.
lib. 1., Peregrin. de fideicomm. art. 52. sub
num 43. versic. nam clausula in exequutivis
Franch. dec. 6. num. 7., Rot. cor. Cocc. decis.
137. num. 25., dec. 349. num. 7., & decis.
405. pariter num. 7., cor. Priolo dec. 222. n.
8., & in rec dec. 79. nu. 8. par. 16. dec. 363.
num. 12. par. 19.* cum ceteris concordanti-
bus in *Bononien. bonorum Emphyteuticorum
25. Junii 1703. §. Prout cor. R. P. D. meo
Priolo*; Et maxime cum eadem clausula *ad
habendum* appareret pure ceterata, nullate-
11 nus extensa, unde magis in hoc casu com-
patitur cum pacto provisivo futuris Agnatis,
teste *Gabriel. de fideicomm. conclus. 1. nu. 3.
& seqq., Fusar. de subst. quæst. 593. nu. 11.
& 17. Rot. cor. Buratt. dec. 89. num. 5., &
6. cor. Priolo dec. 221. num. 10., & 11., &
in rec. dec. 624. num. 4. par. 2. dec. 319. nu.
6. par. 13., & dec. 273. sub n. 5. vers. præ-
cipue quia par. 17.*, & post *Constant. ad Stat.
Urb. dec. 42. num. 12* cum aliis relatis in *Bo-
nonien. Bonorum Emphyteuticorum 22. Mar-
tii 1706. §. Absque eo quod* circa *medium cor.
R. P. D. meo Lancetta*.

Multoque minus adversari sibi blandiebantur
prohibitionem de non alienando sine licen-
tia, & beneplacito Abbatis hujusmodi bona
feudalia, sive emphyteutica, quia quidquid
dicendum esset, quoties expresse conven-
tum exstitisset absolute affirmative, nimi-
rum quod cum licentia Abbatis alienari va-
lerent, uti bene ponderant, atque distin-
12 guit *Rota* in una *Rom. devolutionis impress.
penes Sabell. var. resol. cap. 58. nu. 22., &
dec. 226. ex num. 20. cum seqq. cor. Cerro
repetit. in rec. dec. 427. par. 9. tom. 2., & in*
sæpedicta *Fanen., seu Senogall. Castri, & bo-
norum Montis Portii § Quod eo certius cor.
Rmo D. meo Molines Decano*.

Certe tale simplicissimum pactum de non alie-
nando, nisi de licentia, & beneplacito Ab-
batis, respicit tantummodo præjudicium,
quod potuisset obvenire ipsi Abbati Domi-
no directo cum permissione talium aliena-
tionum erga personas ex. gr. nimium præ-
13 potentes, vel invisas, non autem aufert, aut
imminuit Jus agnatorum, qui leguntur in
ventre investituræ comprehensi per pactum,
& providentiam positivam suorum majorum
per ea, quæ ratiocinantur *Bellon. Jun. cons.
30. num. 37. Alexand. cons. 106. nu. 2. lib.
4. Dec. cons. 395. num. 2. Ruin. cons. 37. n.
18. lib. 1. Menoch. cons. 61. nu. 24., & 25.
Cal. l. de jur. emphyt. lib. 4. cap. 20. nu. 3.
Corb. eod. tract. titul. de caus. privat. ob mort.
civil. num. 55. sol. mihi 14. Rot. in Amerina
emphytheusis 15. Februarii 1604. §. Neque
restrictam cor. bo. mem. Ursino inter additas
ad ornat. Card. de Luc. sub titul. de servit.,
et emphyt. dec. 16. n. 9., & 10., & in Fanen.
seu Senogall. Castri, & bonorum Montis Por-
tii 7. Maji 1708. §. Minusque, et 14. Junii
1709. §. Nec præmissis cor. Rmo D. meo Mo-
lines Decano*.

Tantoque fortius animadvertendo, quod tam
prævalidum est Jus Agnatorum in Investi-
tura expressè vocatorum, ut in hac eadem
Abbatia pariformiter domina directa *Mon-
tis Veteris*, & *Sambucheti* definitum remanse-
rit, quod, licet delicto læsæ Majestatis patra-
to per quemdã investitum bona devenissent
in Fiscum, atque ea deinceps Abbas a mani-
bus ejusd; Fisci judicialiter recuperasset, ni-
hilominus postea comparentes Agnati com-
prehensi in ipsis Investituris, contradicen-
te etiam eodem Abbate, & in *Sacro Audi-
torio* obtinuerint immitti ad eadem bona
feudalia, sive emphyteutica sic devoluta,
& sic recuperata, ut videre est in illa *Foro-
livien., seu Nullius Castrorum cor. bo. mem.
Albergato*, nempe *dec. 213. par. 12. dec. 267.
par. 15., et dec. 1. par. 16., et dec. 129. ea-
dem par. 16.*

Ceterum hisce omnibus merito posthabitis,
atque neglectis, *Domini*, ut præmisimus pa-
rum ambegerunt in respondendo pro *confir-
mationis Rotalis Sententiæ* præceteris per-
mittendo, quod ea allodialitas, quæ inest
hujusmodi bonis de directo dominio Abba-
tiæ existentibus, nequaquam proveniebat
ab aliqua consuetudine, Statuto, vel privi-
legio præsupponentibus expressam, vel ta-
citam appodiationem Laicorum ipsi Eccle-
siæ juxta necessitates, & congruentias illo-
14 rum temporum ad finem assequendi ipsius
Ecclesiæ patrocinium, & quodammodo A-
sylum, sicuti latius introspectum, & ani-
madversum fuit post *Card. de Luc. de emphyt.
disc. 6. n. 4., & disc. 7. n. 5. Pacion. de locat.,
et conduct. cap. 53. num. 118., et seqq., et
Rot. post Paitell. in expedit. caus. civil. dec. 6.
et 7.* utrobique *num. 1. cor. Celso dec. 193.
nu. 1., et in Nullius seu Senogallien. bonorum
13. Maji 1697. impress. apud modern. Foro-
livien. post dissert. 62. dec. 2. num. 45., et in
Ravennat. Emphyteusis 12. Junii 1710. §.
Aggrediendo cor. me*, & in reliquis ferme
casibus, & *decisionibus*, quæ emanarunt circa
bona Status Ferrariæ, Civitatis Ravennæ,
& Ducatus Urbini ab hac veritate, vel sup-
positione pendentibus.

Verum unice promanabat a mera voluntate, &
beni-

benignitate ipsius Ecclesiæ, illiusque Abbatum pro tempore, cum evidenter citra talem appodiationem omnia obvenerint bona eidem Ecclesiæ, sive jurisdictionalia, sive indifferentia, divina favente providentia, ob quam Nobiles, & potentes Viri, ipsiquemet Principes, & Reges Abbatiam sponte locupletarunt cum plurimis, & insignibus donationibus, & signanter circa añum 490. expletis a Nobili, & præpotenti Viro Oli-
15 brio Ravennatensi, qui unacum ejus tota amplissima familia baptizatus a *S. Hilaro* opes suas, & totum ferme patrimonium contulit eidem Abbatiæ, in qua Monachus effectus etiam Sanctitatis fama percrebuit, & efflotuit, necnon ad auctis successive plena manu per Theodoricum Gothorum Regem, qui miraculis, & vitæ sanctimonia *S. Hilarii* permotus de persequutore Monasterii, ut ante erat, munificentissimus elargitor evasit, quemadmodum testatur ab initio laudatus *Bolland. in Actis Sanctor. diei 15. Maji d. tom. 3. pag.* 473. sub *litt. F. num.6. col.2. & pag.* 474. pariter *litt. F. num.*8.; Adeo, & taliter ut dein, sicut humanæ fragilitatis exsistit, frigescente, seu collabente disciplina regulari, Abbas ejusdem Monasterii assuetus esset ad instar Principis Secularis sæpe sæpius bella bellare, & ingentes Equitum, ac peditum Turmas immittere, signanter in Romandiolam, ut connotando prose-
16 quitur idem *Bolland.d. tom.3. pag.*472. *litt. F. num.* 5. *col.* 2.; Eodem propemodum modo, quo nuper pervidimus in ordine ad præclaram Abbatiam Fulden. a *S. Bonifacio* ferme absque redditibus fundatā in loco horroris, & vastæ solitudinis per successivam largitionem Principum perauctam ad Statum, in quo nedum Abbas figuram Principis temporalis valde considerabilis in Germania præsefert, sed & de jurisdictione quasi Episcopali contendit cum Episcopo Herbipolensi, & cum Archiepiscopo Electore Moguntino, ut de hisce omnibus liquet ex *decisionibus* emanatis in Causa ejusdem Abbatiæ, & præcipue in illa *diei* 28. *Januarii* 1700. *cor. Emo D. meo della Tremoille*, successive confirmata de Anno 1703. & 1705. *cor. Rmo D. meo Molines Decano*, & de Anno 1708. & 1710. *coram Me*, & novissime *cor. bo.me. R.P.D. Caffarello* 15. *Junii* 1711.

Indulgentia igitur, seu benignitas Abbatum, & contingentia rerum successivis temporibus effecit, quod ipsi potius vice recipiendi bona laicalia in appodium, appodiarent bona Abbatiæ Secularibus, & signanter circa plura Castra, & Feuda ipsimet Familiæ de Malatestis cum concessione semper cantante favore Investiti *pro se, suisque ascendentibus per lineam masculinam in infinitum*, addita tamen illa conventione, & pacto præciso, quod bona tali pactione concessa *nullo modo sub quavis specie qualiscumque contractus alienari possent absque consensu, & licentia D. Abbatis, necnon quoties Investiti defecissent in solutione canonis spatio annorum duorum &c. sive etiam quod deficeret linea masculina ejusdem Investiti, vel quod Investitus, vel aliquis ex ejus Successoribus per lineam masculinam in infinitum contrafaceret alicui de prædictis pactis &c. in unoquoque eorum intelligerentur dicta bona &c. ipso facto, & ipso jure devoluta ad Abbatiam &c. absque eo quod praecedere debeat aliqua declaratio, sive Judicis decretum, vel Sententia, vel ulla purgatio moræ attenaeretur &c.* ut latius testabantur Notarii, & Cancellarii ejusdem Abbatiæ, ad tenorem formalæ, &
17 documentorum, de quibus *Summar. D. Cardinalis num.* 2. & 3.; Quin posset eorum attestatio tanquam facta per Officiales super rebus ad eorum officium pertinentibus in dubium revocari, ex passim affirmatis post *Glos. in cap. cum parati in verbo suus Nuncius de appellat. Bartol. in l. 2. C. de ponderat., & aur. illat. lib.* 10. *Ruin. cons.*56. *n.*5. *lib.* 1. *Mandel. cons.* 318. *nu.* 39. *Gabriel. de Test. concl.* 1. *num* 19. *Adden. ad Ludov. dec.* 204. *in fin. Rot. cor. Dunozzet. Jun. dec.*376. *num.* 5., *in recent. dec.* 525. *num.* 5. *par.* 2. *dec.* 98. *num.* 26. *par.* 19. & in *meis addit. ad dec.* 85. *nu.* 104. *inter novissime in Urbe impressas coram Me*.

Fortius, quia id ipsum ad unguem continebant geminæ investituræ, quæ per eosdem Actores afferebantur *summario num.*2. & 3. tam scilicet illa anni 15 1. extracta per tunc Episcopum de Salviatis, quam altera añi 1590. per eumdem Antonium Mariam effectum Cardinalem ad favorem Comitum de Malatestis circa Castrum Cluserculi, & signanter etiam *Vallis Olpii*; ea namque concepta quidem apparebat, ut supra, *pro se, et suis ascendentibus per lineam masculin. in infinitum*, sed in fine præseferebat cuncta pacta jam enarrata cum sola ampliatione, vel dilatione canonis de biennio ad triennium ibi = *cum pacto etiam, quod dicti Comites &c. et suorum Successores, si defecerint per triennium in solvendo dictam libram ceræ annuatim pro censu, & canone &c. vel dicta castra, et loca alienarent in totum, vel in parte sine licentia, ut supra* (scilicet Abbatis, vel ejus Successorum) *in quolibet casu prædictorum, et etiam defectu lineæ finita dicta castra &c. libere revertantur ad dictam Abbatiam Sancti*

Eti titulari de Galeata &c., quæ omnia dictæ Partes ad invicem Unus Alteri promiserunt observare &c. Quamobrem firmato hoc principio incontrovertibili, nec controverso tanquam utriusque Partis fundamento, per ea, quæ frequenter dicimus in occasio-
18 ne vacationis beneficii per obitum alicujus personæ inter plures contendentes super illius assequutione, juxta *Oldrad. consil. 129. num. 2., Ruin. cons. 31. num. 18. lib. 5., Bellon. cons. 51. num. 4., Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 21. num. 83., Gonzal. ad regul. 8. cancell. glos. 18. n. 85., Rot. cor. Seraph. dec. 337. num. 1. et 2., dec. 147. n. 1. par. 1. divers., cor. Buratt. dec. 111. n. 8., cor. Bich. dec. 361. num. 4., cor. Ottbob. dec. 224. n. 4. et dec. 234. a nu. 14. ad 16. in Romana Cappellaniæ S. Nicolai 28. Junii 1709. §. Neque ad elidendum, et in Pisana Prioratus 11. currentis Mensis Aprilis 1712. §. His itaq; cor. me.*

Restabat unice inquirendum, an abstractive, & generaliter, vel etiam præcisive in casu, de quo agebatur, prævalere deberet formula pactionata favore descendentium comprehensorum *in infinitum*, vel potius observatio aliorum pactorum in suis casibus undique compatibilium cum eadem formula pactionata, & circa hoc pariter generice concordabat utraque Pars, veluti non dubitans, quod leges, & pacta Investituræ, quo-
19 ties aliquod potentius obstaculum non obstat, sunt præcise, & ineluctabiliter servandæ ut respondit Imperator Juliano Præfect. præt. in *l. cum dubitabatur Cod. de Jur. emphyteut. Surd. cons. 127. num. 36. lib. 1., et cons. 153. num. 11. lib. 2. Honded. consil. 70. num. 11. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 92. num. 1. et 2. Cald. de jur. emphyt. lib. 4. cap. 21. num. 10. Fulgin. eodem tractat. quæst. 1. num. 1., et 2. titul. de var. cautit. Torr. de majorat. et primogenit. Ital. titul. de success. feud., et emphyt. respons. 2. artic. 1. num. 9. tom. 2. Capyc. Latr. dec. 70. n. 25. Rota dec. 69. n. 4. par. 5. et dec. 175. num. 7. par. 13. rec.*

Applicando itaque ad rem, quod prædicta pacta conventa in Investitura essent prefetibilia formulæ pactionatæ, de qua supra, vel saltem forent compatibiliter ante omnia observanda, liquido coruscabat; quatenus quippe concernebat consuetudinem generalem bonorum Abbatiæ, res videbatur in comperto, nimirum quod servanda quidem foret, & sacrosancte custodienda formula pactionata favore Investiti, illiusque descendentium masculorum in infinitum; ast hoc quando, & nisi aliqua ex prædictis tribus pactionibus, seu casibus superadditis intervenirer, nempe quod vel linea investiti deficeret, aut Investitus, vel ejus successores devenirent ad alienationem in totum, vel in parte bonorum acquisitorum cum, vel sine licentia, & consensu Abbatis, vel denique pariter deficerent in solutione conventa censuum, & canonum, cum hæ forent adeo insitæ, & imbibitæ conditiones, ut,
20 illis non impletis, vel e converso purificatis, necessario corrueret ipse contractus, & quælibet dispositio ab eisdem conditionibus dependens secundū notissima principia in omni materia exornata per *Bartol. in l. si is, quipro tempore 15. in 5. quæst. ff. de usucapion. Socc. sen. cons. 170. n. 9. Alex. cons. 20. num. 1. lib. 6. Paris. cons. 19. nu. 48. et seq. lib. 2. Aym. cons. 340. n. 2. Mantic. de tacit. et ambig. lib. 14. tit. 42. num. 1. et seq. Gratian. discept. for. 207. num. 1. Rota cor. Cerro dec. 92., sub num. 1. et in rec. dec. 86. n. 9. par. 13. et dec. 85. et 389.* utrobique *nu. 4. par. 19. et in Nucerina Paganorum etc. 17. Junii 1699. dec. 98. num. 9. inter noviter Romæ impressas cor. me.*

Cum hac sola differentia respectu secundi casus, sive pactionis, quod, ubi deveniri contingeret ad aliquam alienationē in totum, vel in parte de consensu, & licentia Abbatis, tunc bona sic alienata conjunctim a Domino utili, & permissive a Domino directo extent de prima Investitura ceteroquin cōprehensiva alienantium, eorumq; Descendentium, & transirent in alienatarium, qui postea ab Abbate susciperet suam novam investituram independenter a prima, & in hoc sensu verificabatur universalis illa allodialitas, quæ inerat iis bonis, scilicet volente domino, utili alienare, & permittēte directo, ut quotidie practicatur etiam de jure in ipsis fideicomissis gradualibus descensivis, & perpetuis, nimirum quod, eodem fideicommisso non obstante, bona transeant in alienatarium, si ita voluerit heres gravatus, &
21 permiserit, & mandaverit Testator E.G. pro solvendis suis debitis, vel dotandis feminis, ad tradita in his terminis per *Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 21. de transmis. n. 210. et 211. Peregr. de fideicom. art. 40. num. 45. versic. Et alienatio, Fusar. de subsit. quæst. 734. n. 4. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 5. gloss. 1. par. 2. num. 49. cum plur. seq. Rota cor. Royas dec. 117. num. 35. cor. Emer. Jun. dec. 662. n. 7.* versic. *Quia sicuti*; Concurrit enim tunc in alienante tam voluntas, quā potestas illa attributa ab antiquo bonorum domino, & fideicommittente.

Ubi autem e converso alienatio celebretur sine permissione, & consensu Domini, deci-
di

dit tam Investitus, quam omnes ejus suc-
cessores, qui sub hac lege, & non alias ad
investituram leguntur vocati, & sunt in ea
comprehensi, idque sub eadem pariter, li-
cet in hoc casu etiam duriori similitudine
fideicommissorum, quæ, licet de per se fa-
ciant censeri vocatos fideicommissarios, &
substitutos ex propria persona, nihilomi-
nus, mandante Testatore, quod in casu
prohibitæ alienationis bona devolvantur ad
alium extraneum, vel differentem substitu-
22 tutum, hic extraneus, & differens substitu-
tus nanciscitur bona sic alienata in præju-
dicium omnium comprehensorum in ipso
fideicommisso, ac in eo vocatorum, sicuti
pariter apposite videre est post *Cuman.*, &
DD. communiter in *l. pater familias num. 3.
ff. de hered. instit. Ruin. conf.* 150. *n. 9. lib. 3.
Cephal. conf. 243. n. 20.* & alios *apud Molin.
de Hispan. primogenit. lib. 3. cap. 7. num. 4.
Roxas de incompatibilit. par. 3. cap. 1. n. 80.
Torr. de majorat. & primogenit. Ital. par. 2.
quæst. 56. num. 10. & 11. Rota cor. Emerix
Jun. dec. 403. num. 5. & in Romana Domus,
seu Palatii 3. Januarii* 1710. *§. Explosis cor.
R. P. D. meo Crispo*, cum aliis abunde rela-
tis in *Carpentoraten. fideicomm. 26. Junii*
1709. *§. Constitit enim, & §. Porro cum seq.
cor. bo. me. R. P. D. Caffarello* confirmata
*sub die 19. Februarii proxime elapsi cor. R. P.
D. meo Priolo.*

Tali igitur retento, & præcognito intellectu,
mirifice verificabatur illa postrema clausu-
la in hisce investituris apposita, ut ibi: *Quæ
omnia dictæ Partes ad invicem unus alteri
promiserunt observare &c.* Abbatia quippe
ex parte sua promisit, & promittit observa-
re legem investituræ a se factæ, durantibus
Investitis, omnibusque eorum descenden-
tibus masculis in infinitum, idque sane nus-
quam recusavit, aut recusat implere, quo-
ties nempe, ac dummodo Investiti, eorum-
que successores etiam in æternum beneficiũ
capessentes investituræ concessæ per Abba-
tem (non in vim alicujus externæ consue-
tudinis, cum tractetur de bonis propriis, &,
ut supra, potius ab Ecclesia appodiaris,
quam a Secularibus) ex eorum etiam parte
reciproce observent tria prædicta pacta, &
signanter duo, quæ possunt pendere ab eo-
rum voluntate (tertium enim lineæ finitæ
provenit a divina dispositione) videlicet
solvendo canones, & ad nullam devenien-
23 do alienationem cum, vel sine consen-
su, & licentia Abbatis, & hoc semper ni-
mium est rationabile, & æquum, immo &
justissimum in omnibus contractibus, & pa-
ctis reciprocis, atque correspectivis *Bald.
conf. 317. in fin. lib. 3. Becc. conf. 45. n. 33.
Tiraquell. de retract. convent. §. 1. glos. unica
num. 8. in fin. Gratian. discept. for. cap. 924.
num. 2. Giurb. decis. Sicil. 85. num. 13. Rota
cor. Buratt. dec. 336. nu. 7. & 8. cor. Cerro
dec. 532. num. 12. cor. Coccin. dec. 686. sub
num. 3. & 4.*

Idemque est etiam circa secundam pactionem,
defectus scilicet in solutione canonũ, quod
absolute valeat, & recte iniri pactio de de-
volutione citra beneficium, vel spem pur-
gationis moræ (ceteroquin ex canonica æ-
quitate in Ecclesiasticis Tribunalibus sem-
24 per introductæ, & admissæ) nam, quemad-
modum dominus directus posset non con-
cedere rem suam, nisi sub hac conventione
moræ non purgabilis, ita valent concessio-
narii acquirentes rem non suam eidem pur-
gationi moræ renunciare, ut habetur ex
*conf. Cephal. 26. num. 37. vol. 1. Fulgin. de
jur. emphyteut. tit. de solut. canon. quæst. 6.
num. 15. & 24. Afflict. dec. 174. num. 4. &
in Romana Canonum Tenuta Nuntiatellæ 2.
Decembris* 1711. *§. Siquidem cor. bon. mem.
R. P. D. Caffarello.*

Planius vero, & citra ullam imaginabilem hæ-
sitationem hæc omnia procedere videban-
tur, ex quo ultra attestationes allatas a me-
moratis Notariis, & Cancellariis ipsius Ab-
batiæ perspicue etiam ulterius affirmanti-
bus, quod, revolutis omnibus Actis ejus-
dem Cancellariæ, & signanter ab anno
1550. usque ad hodiernam diem, inconcus-
se semper exstiterint de consensu Abbatis
admissæ, & effectuatæ alienationes cum re-
novatione investituræ favore alienatariorũ,
quantumvis primævæ cantarent in personas
alienantium *pro se, & filiis masculis in infi-
nitum*, itaut ad præsens exstarent quoque
personæ de comprehensis in antiquis in-
vestituris minime reclamantes, utpote scien-
tes hanc indubitatam consuetudinem loca-
lem, quod bona, ad quæ erant investiti,
actualiter manere posent, ac deberent in
his casibus penes extraneos alienatarios;
Oculis *Dominorum* ex parte D. Cardinalis
in *Summ. num. 3.* exhibebantur quoque do-
cumenta hanc ipsam veritatem adstruentia,
signanter nempe ita deponebant practice
25 Doctores in illo Foro, & Curia versati,
quibus in similibus non parum semper de-
ferre *Tribunal* consuevit, quemadmodum
videre est apud *Gabriel. commun. concl. lib. 1.
de probat. concl. 4. n. 2. Massol. trismegistr.
legal. ratiocin. 69. num. 23. Rot. cor. Cava-
ler. dec. 497. num. 6. cor. Buratt. dec. 211.
num. 28. cor. Dunozzet. Jun. dec. 265. n. 6.
cor. sanct. mem. Alexandro VIII. decis. 165.*

num. 20. & cor. Emerix Jun. dec. 750. n. 3.

Atque ita fine alio progressu, & improbo labore satis demonstrata rationabilitate, & justitia observandi prædictas conventiones, junctaque prædicta consuetudine generali, clarum remanebat, quod plusquam ad evidentiam exsistebat detecta, & declarata prædicta formula pactionata, & qualitas feudorum, de quibus agebatur: quoniam

26 observantia, & praxis non solum de sui natura est optima interpres qualitatis bonorum, ac feudorum, ut dicebat *Gozzadin. cons. 24. sub num. 16. Oldrad. cons. 159. in 2. dub. num. 2. Dec. cons. 588. sub num. 15. vers. Postremo, Surd. cons. 105. num. 15. Rodoer. cons. 10. n. 31. & seqq. Hodiern. contr. 47. num. 44. Caren. resol. 10. num. 6. Capyc. Latr. consult. 3. num. 191. & consult. 74. in fin. lib. 1. Palm. Nepos alleg. 94. num. 2. cum seqq. Rota cor. Coccin. dec. 1715. num. 75. & in rec. dec. 93. num. 58. & 98. par. 5. & dec. 113. n. 8.* versic. *Et observantia p. 13.*

Sed ejus est præpotentiæ, & efficaciæ, ut et-

27 iam hujusmodi observantiam præferendam esse quodammodo tenori, & legi sancitæ in Investituris, dixerint adducti per *Mans. consult. 291. num. 40. Saminiat. contr. 12. nu. 225.* versic. *Observantia. Rota cor. Dunozzet. dec. 748. n. 63. cor. Cavaler. dec. 634. n. 11.*

Et magis in specie ad finem quoque alterandi rigorosam naturam feudi ex pacto, &

28 & providentia., efficiendique alienabile ipsum feudum in præjudicium vocatorum censuerint post *Bald. in cap. 1. comment. super pace Constantiæ,* verbo *Si qua controversia in princ. Afflict. de jur. protbomis. fol. 45. num. 21.* versic. *In contrarium Cyriac contr. 581. n. 15. & seqq. Schrader. de feud. p. 5. cap. 2. n. 45. Altograd. Jun. contr. 5. n. 75. Saminiat. contr. for. 12. num. 126. Rota cor. Buratt. dec. 206. num. 22. & seqq. cor. Dunozzett. Jun. dec. 749. num. 63. cor. Cavaler. dec. 634. num. 11.* & consonant animadversa per eamdem *Rot. coram Otthob. decis. 265. num. 70.*

Ceterum præter hæc, & ultra generalem consuetudinem, & observantiam comprobatam usquedum in abstracto horum feudorum, prævalida nimium reddebatur illa, quæ individue concernebat practicatum ab ipsis Comitibus de Malatestis, qui licet per largitatem *san. mem. Leonis X.* exstiterint reintegrati ad plura, & plura Castra, Feuda, Oppida, & Villas, Curtes, & Curias per eos acquisitas ab antiquissimis Investituris Abbatum tali modo conceptis *pro eorum descendentibus in infinitum*, & præsertim quoad ipsum Castrum Vallis Oppii, ut in *Sum. Actorum n. 1. & 2.* Nihilominus quid hodie possident Malatesti? quid de eisdem locis, consentiente Abbate, non fecerunt? signanter namque nonne quoad Castrum Cluserculi de anno 1571. Fabritius a Balneo emit ab Alberto Malatesta portionem ejusdem Castri, prout etiam deinceps alteram portionem de anno 1600. ab altero Comite Malatesta de Malatestis? *Summario D. Cardinalis n. 6. & 7.* nonne pariter alii de Malatestis anno 1601. cum consensu ejusdem Abbatis domini directi distraxerunt quamplura Feuda, seu Castra, nempe Pondi, Spinelli &c. in Principem Aldobrandinum? & de anno 1611. alia pariter Castra Montis Veteris, & Sambucheti alienarunt in illos de Bentivolis? *dicto Summ. num. 8. & 9.*; Ac propterea quænam major exoptari poterat observantia circa præfatam consuetudinem, & respective naturam bonorum Abbatiæ, quam illamet practicata per tot Comites de Familia Malatesta, & de ipsomet, proprioque Actorum Columnello, absque eo quod ullus umquam de eorum descendentibus ausus fuerit hasce distractiones impugnare, aut controvertere sub prætextu, quod forent comprehensi ex pacto, & providentia in præcedentibus investituris; signum profecto palpabile, quod ipsi eamdē consuetudinem, & naturam optime callen-

29 tes sese semper agnoverunt destitutos omni jure, & actione pro eisdem bonis recuperandis, ex annotatis per *Rotam cor. Bichio dec. 660. num. 17. dec. 647. num. 3. par. 4. divers. r. et dec. 291. num. 11. par. 9. rec. & inter impress. ad ornat. Card. de Luca dec. 45. n. 17. ad mater. de fideic. t. 10. in Mantissa.*

Quid plus? dum circa hoc ipsum formale Castrum Vallis Oppii alii Comites de Malatesta alienarunt de anno 1659. portionem, seu quintam partem ejusdem Castri Fratribus de Firmianis, & præcedenter de anno 1621. seu 1622. alteram portionem Comiti de Pasellis, & hæc deinceps transivit in Comitem de Bianchinis, donec, prævia devolutione ejusq; acceptatione, sub anno 1670. exstitit vindicata per Mensam Abbatialem, & successive sub eodem Investituræ titulo concessa Comiti Veronesio, qui de anno 1691. privatus remansit hujusmodi portione ex causa perpetrati delicti, eademque propterea portio rursus exstitit concessa Dominis de Bentivolis, & ab his postremo devenit in Bascarinum *Summ. Mensæ num. 11., & seqq.* Quamobrem & quænam efficacior observantia interpretativa, & declarativa desiderari umquam potest, quam ea, quæ, non obstante prædicta formula, *pro se, suisque*

quæ descendentibus per lineam masculinam in infinitum, fuit practicata per istammet Familiam super istomet Castro? Feudum namque ex eorum facto semel effectum alienabile in Extraneo semper retinet eamdem qualitatem alienabilitatis, ex cumulatis per *Adden. ad dec. 26. par. 3. rec. nu. 7. & seqq. Socc. cons. 67. num. 30. versic. sexto respondetur vol. 1. Natt. cons. 122. num. 2. Surd. cons. 105. num. 13. vers. Et quod feudum, Mans. consult. 291. num. 20. Cald. de jur. lib. 2. quæst. 23. nu. 70. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 19. nu. 32. Rot. dec. 316. num. 5. & 6. & cor. Coce. dec. 1888. n. 13. & in rec. dec. 82. nu. 8. par. 19. tom. 1.* Immo, posita alienabilitate in parte ejusdem Castri dependentis ab eadem Investitura,

31 Idem Jus citra scrupulum statuendum est quoad reliquas partes, si quæ supersunt ejusdem Castri, ut ait *Card. de Luc. de feud. disc. 49. num. 21. §. Difficultatem*, & est regula notissima, quod pars a suo toto diver-
32 so jure censeri non potest, ad tradita per *Surd. cons. 311. num. 12. vers. cum ergo bona Natt. cons. 446. num. 9. Saminiat. contr. for. 12. nu. 69. vers. & judicetur, Rot. dec. 93. num. 83. vers. unde sicut cum duob. seqq. par. 5. & dec. 220. num. 5. par. 15. rec.*

Hisce semper firmis constabilitis ante descensum ad particularia, & quatenus oportuisset, perstringentiora motiva exclusiva cujuscumque Juris Actorum mole sua ruebant quæcumq; genericæ objectationes superius adductæ; Ea enim, quæ dicebantur de non attendenda consuetudine, quoties non exsistat justificata per aliquam concordiam, vel per aliquod statutum, aut particulare Principis Indultum, aut saltem per canonizationem obtentam in contradictorio judicio, jam apparebant ex hucusque insinuatis evulsa, dum allodialitas nequaquam proveniebat a comprobata, vel supposita appodiatione bonorum laicalium ad Ecclesiam, dum demonstravimus totum in nostra facti specie stare in oppositum, & dum pacta, quæ erant certo certius servanda, vel insimul compatiebantur, vel in omnem casum prævalere debebant cuicumque discursui, qui fiebat super efficacia Investituræ pactionatæ, per quam regulariter ab actu possidentibus præjudicari nequit successoribus ex propria persona vocatis; Antiquissima vero detentio horum feudorum ab hac Familia Malatesta palam retorquebatur, quoniam per successivam ab eisdem Comitibus factam alienationem manifestabatur, quod forte per antea Familia hæc, ut revera erat, stipata reperiebatur bonis, & affluentia fortunæ, atque potentiæ, ideoque non indigebat ad ullam alienationem devenire, sed quando per humanarum rerum vicissitudinem contigit aliqua depressio, vel indigentia, de facto pluries, & pluries alienarunt: argumentum palpabile, quod formula pactionata, ut præmisimus, optime compatitur, & congruit cum ceteris pactis, & præcipue nisi sequatur alienatio, vel libenter, vel invita Ecclesia, seu Abbatia; Non sequuta namque ulla alienatione, solutis Canonibus, & durante linea masculina, hæc feuda, & bona poterant in sempiternum restare apud eamdem Familiam ad formam
33 pacti, & providentiæ, ita singula singulis referendo, juxta regulam, de qua *Text. in l. si ita stipulatio ff. de oper. libertor. Aretin. consil. 149. in fin. vers. Præterea, Bellamer. cons. 9. num. 4. in fine Surd. cons. 104. a num. 3. ad 6. lib. 1. Gratian. discept. for. cap. 301. n. 57. & 58. Vincent. Franch. dec. 23. nu. 9. Rot. dec. 4. in fin. p. 2. dec. 128. n. 14. par. 16. Rec., & dec. 90. num. 24. inter noviter in Urbe impressas cor. me.*

Et ob id inutilia etiam reddebantur illa alia ratiocinia, quod prohibitio, seu pactum de non alienando respiceret tantummodo præjudicium Ecclesiæ, quodque allata pro parte Eminentiss. Abbatis consuetudo non appareret, ut mox innuimus, canonizata in aliquo formali judicio; Circa etenim primũ ratiociniũ utique pactum de non alienando respiciebat interesse Ecclesiæ, & ob id illud semper constantissime voluit inserere in medullis cujuscumque Investituræ, ast non in sensu superioris objectationis; Verum ex quo ipsa rationabiliter concedendo libere, & voluntarie bona propria personis extraneis quodammodo ea aliis appodiando, vel
34 tribuendo ad meliorandum, ut sonat vocabulum emphyteusis, teste *Glos. in §. Adeo verbo emphyteuseos instit. de locat. & conduct. Natt. cons. 49. nu. 6. Valasc. de jur. emphyt. quæst. 2. nu. 4. & Fulgin. eod. tract. in prælud. quæst. 2. num. 3.* intendebat velle ad sui arbitrium auctorizare alienationem, vel propria bona, & feuda recuperare, quoties neglectus exstitisset interventus ejus beneplaciti, & consensus, cum unusquisque rei suæ sit moderator, & Dominus, ut ait *Imperator in l. in re mandata C. mandati, Roman. cons. 277. n. 2. vers. consequens est Cephal. cons. 121. n. 10. Dec. cons. 48. in princip. tom. 2. Escobar. de ratioc. cap. 90. nu. 50. Card. de Luca de servit. disc. 38. n. 4. Rot. dec. 43. n. 1. par. 2. rec.* cum ceteris quamplurimis collectis per *Barbos. in Axiomate 199. nu. 1.*

Circa autem consuetudinem non probatam in con-

contradictorio judicio satis profecto erat animadvertere, quod potius ipsa non contradictio illorum Familiæ de Malatestis investitorum non in genere, sed in individuo justificabat hanc consuetudinem, seu qualitatem bonorum Abbatiæ, quando de cetero, ubi agitur de consuetudine solummodo, ut toties diximus, interpretativa, & declarativa compatibilitatis, vel præferentiæ pa-
36 ctorum, opus non est ulla judiciali canonizatione, quemadmodum uno ore considerarunt *Menoch. conf. 23. nu. 15. Surd conf. 111. num. 45. lib. 1. Corn. conf. 81. num. 83.* post medium *lib. 2. Gratian. discept. for. 716. n. 20., & 756. num. 25. Card. de Luc. de dot. disc. 134. num. 7. de emphyt. disc. 28. num. 14. Rot. cor. Caval. dec. 80. nu. 5. & 427. num. 2. & in rec. dec. 21. num. 25. par. 19. & 520. num. 15. par. 13.*

Denique quoad exemplū alterius feudi Montis Veteris, & Sambucheti præter responsionem attributā in *prima decisione* hujus causæ 12. *Junii* 1711. §. *Nec adversus coram R. P. D. meo Lancetta*, nempe quod eædem *decisiones* in contrarium allatæ approbarent potius, ac collaudarent consuetudinem alienandi, quodque in eo casu perdurabat adhuc linea Alienatarii, sive primi Emptoris, strictius advertebatur, quod illa hypothesis sequutæ confiscationis per delictū emphyteutæ, seu feudatarii non de comprehensis in investitura, unde posset Abbatia recuperare, & retinere pro se bona incorporata per prædictum crimen, & delictum; Quamvis enim Ecclesia habeat jus a Fisco vindicandi bona de suo directo dominio per Fiscum occupata ex persona emphyteutæ, vel feudatarii, ex quo hujusmodi bona Ecclesiastica, & maxime pactionata non cadunt sub qua-
37 cumque confiscatione, ex collectis per *Alciat. conf. 522. num. 6. Ruin. conf. 23. num. 24. vers. Multo minus vol. 5. Roland. conf. 29. num. 18., & seqq. volum. 3. & conf. 98. num. 17. & seqq. vol. 2. Corb. de caus. priv. nu. 24. late Mantica de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 30. a n. 4. ad 11.*, & fere per tot. *Fulgin. de jur. emphyt. quæst. 4. tit. de succes. in bonis emphyt. n. 4. & seqq. Surd. dec. 254. n. 18. Magon. dec. Lucen. 12. n. 8. vers. in Emphyt. Ecclesiastica Rot. cor. Cerro dec. 281. n. 15. & 16.*, & probant deducta per eamdem *ni dec. 268. num. 30. & seqq. par. 15. rec.*

Attamen id utique potuit efficere, & effecit, quod Abbas tunc temporis juste recuperaverit eadem sua Ecclesiastica bona de manibus Fisci, sed non idcirco, quod privandi essent comprehensi in Investitura, cum confiscatio, vel casus delicti minime legeretur inter pacta conventa, prout legitur voluntaria alienatio, & de facto hæ punitiones, quę proveniunt a delicto neutiquam sub ullo pacto includuntur, exemplo Societatis Officii, quæ si fuerint posita sub nomine alicujus, qui mortem violentam per manus Justitiæ patiatur, creditor non amittit pecunias
38 datas ad ipsam Societatem, licet eas deperderet, si ille in cujus caput, seu nomen cantat, naturaliter obiret, ex adductis per *Castrac. de Societ. offic. cap. 29. num. 11. et per tot. Card. de Luca eodem tit. disc. 1. num. 4. et disc. 12. num. 25. Rota post Zacch. eodem tract. dec. 45. per tot.* & signanter *num. 8.*

Hæcque omnia sive junctim, sive seorsim fundamenta adeo visa sunt *Dominis* ineluctabilia, ut de cetero remissive ad alia, quæ habentur in prædicta *prima dec. cor. R. P. D. meo Lancetta*, & præsertim in ordine ad consensum Comitis Cæsaris præstitum de anno 1622. sequutæ alienationi, itaut nequirent Actores, veluti heredes ejusdem Cæsaris illam impugnare, sicuti habetur in §. *Siquidem pro coronide prædictæ decisionis usque ad finem*, hoc unum tantummodo in præsenti Audientia superaddidere, quod in individuo hujus Investituræ Castri Vallis Oppii casus seu pactum erat nimis litterale, & quodammodo jugulatorium, attento quod in præmissa, seu præmissis Investituris cautum expresse fuit, quod tam in casu lineæ finitæ, quam non soluti Canonis, quam & demum sequutæ alienationis in quolibet ipsorum *dicta Castra* (sunt verba præcisa) *libere revertantur ad dictam Abbatiam S. Hilarii de Galeata*; Quapropter quemadmodum in casu Canonis non soluti, quemadmodum in casu lineæ finitæ conventa in visceribus cōcessionis erat pactio, ut bona *libere* reverterentur ad Abbatiam, quare non erat id ipsū statuendum in casu prædictæ alienationis stante uniformi gramaticali expressione *in quolibet casu prædictorum*? Nemo enim igno-
39 rat, quod illud verbum *quolibet* sit æque distributivum, & æque parificativum ex his, quæ habentur apud *Alex. conf. 118. num. 5. vers. Et tanto magis Natt. conf. 7. num. 13. Ruin. conf. 76. num. 4. vol. 1. Tiraquell. de retract. lignag. §. 31. gloss. unic. n. 12. Card. Tusc. pract. concl. 269. n. 15. tom. 2. litt. P. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 17. num. 6. vers. nam illa dictio Rot. decis. num. 5. versic. Et illud verbum par. 1. et decis. 42. num. 14. par. 8. et dec. 135. num. 22. par. 16. rec.*

Atque hoc supposito, nil magis diametraliter repugnat, quam, ubi reversio debet esse libera, si contrario deberet ad sensum Actorum remanere ligata servitute, & obliga-

tione

tione reinvestiendi comprehensos, secundū ea, quæ in proposito hujus dictionis *libere* omnem servitutem, omnemque obligatio-
40 nem respuentis, unanimiter affirmant, & docent post *Gloss. in Clem. dudum, verbo libere de sepult. Dec. cons. 360. num. 5. vers. verbum libere tom. 2. Aretin. cons. 76. num. 5. Gozzad. cons. 58. num. 2. Tiraquell. ad l. si umquam verbo revertatur nu. 135. Menoch. de arbitr. Jud. lib. 1. quæst. 7. nu. 34. vers. Est enim maxima vis. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 45. nu. 11. et seqq. Cald. de Jur. emphyt. quæst. 8. de renovat. emphyt. nu. 12. et seqq. Card. de Luca de servit. disc. 60. nu. 5.* aliique lato calamo adducti in *Giennen. Juris mutandi* 20. *Februarii* 1699. *dec. 76. num. 10. inter novissime in Urbe impressas cor. me.*

Et ita, reassumpto etiam noviter negocio, licet Actores comparere detrectatent, visa est confirmatione omnino digna sententia supradicta *Tribunalis*, quæ præcessit.

Romana Hereditatis.

Luna 18. Aprilis 1712.

ARGUMENTUM.

Amovibilitas, seu abstractio bonorum hereditariorum Viri facta a Vidua ex quibus probetur, & quæ exigantur probationes in materia adeo difficili. Alimenta, quæ juxta Statutum Urbis per sex Menses debentur Viduæ in domo Viri prædefuncti, taxari debent juxta conditionē Personarum, & quantitatem Dotis.

SUMMARIUM.

1. *Quod est male ablatum semper est vero Domino restituendum.*
2. *Argumentum de toto ad partem, & de parte ad totum quando fieri possit.*
3. *Exceptio de Jure tertii non est attendibilis in Judicio.*
4. *Testibus contestibus, & de facto proprio deponentibus plena fides præstanda est.*
5. *Quinimmo etiam unico si deponat de facto proprio, & congruis suffultus sit adminiculis*, & num. 14.
6. *Amotio, & subreptio reputatur materia difficilis probationis, & ad eam probandam admittuntur Testes aliquam etiam exceptionem patientes*, & num. 13.
7. *Qualitas mulieris in Testibus non officit, nisi aliud obstet.*
8. *Sola paupertas in Personis honestis non attenditur in testificando.*
9. *Socii Criminis confessio contra complicem, & consocium an faciat in Judicio aliqualem conjecturam, & præsumptionem.*
10. *Et quando requiratur in eo tortura.*
11. *In Civilibus Socius criminis idoneus Testis esse censetur.*
12. *Testibus metu censurarum testificantibus, nec plene formiter repetitis, an sit integre fidendum.*
15. *Lex potius præsumit hereditatem locupletem, quam arctam.*
16. *Testes ad propriam exonerationem deponentes nil probant.*
17. *Actori spoliato permissum est jurare in litem, & reus ad summam juratam condemnandus est.*
18. *Declara, taxationem quantitatis, pro qua jurandum est religioni Judicis remitti.*
19. *Laudum semel acceptatum nequit amplius in controversiam deduci.*
20. *Restitutio peti nequit absque consignatione.*
21. *Confessio de recepto facta a Marito favore Uxoris constante matrimonio sustineri nequit tamquam in fraudem prohibitæ alienationis.*
22. *In Civilibus sola falsitatis suspicio habetur pro falsitate.*
23. *Inventarium probat, pecuniam, vel mobilia non exstare in hereditate, si in eo non reperiantur descripta.*
24. *Alimonia quando dicatur ĕgrua pro Vidua remanente in domo Viri per sex menses.*
25. *Frustra quid petitur, quod intus habetur.*
26. *Omnis præsumptio amovibilitatis, seu distractionis capienda est contra convictam de amotione, et subreptione.*

DECIS. DLXXIII.

Vere Novercalibus amaritudinibus afflicta Margarita ex primo thalamo filia Nicolai, coacta fuit porrigere querelam ab initio Criminalem, posteaque ad civilem dissensionem redactam contra Antoniam ejusdem Nicolai prædefuncti novissimam, sive secundam Conjugem super dilapidatione, & amotione rerum paternarum sæpe sæpius contingente per solitam, nimiamque Mulierum Marito superviventium sollicitudinem, & avaritiam, expresse etiam præcognitam, & damnatam a Jure nostro in toto *titulo, seu rubrica C. rer. amot.* Cumque jam ab Antonia incusata dilapidatrice, recuperata fuisset ea dos, quam extradiderat Nicolao, cessabant illæ quæstiones super importantia hujus exceptionis *rerum amotarum* exagerari consuetæ, nimirum an hæc exceptio foret idonea retardare ullo modo dotis restitutionem adversus determinata *per Justinianum Cæsarem in l. Unica §. Taceat C. de rei uxor. act. ob Text.* vetustiores, quive apud nonnullos in hoc etiam casu videntur inter se diametraliter pugnare, *ut in l. rei judi-*

judicata §. *Heredi ff. solut. Matrim.*, *& in l. divortio*, §. *Ob donationes*, *eodem titul.* cum ceteris apud *Barbos. in eodem* §. *Taceat. n.2. vers. quare*, *Faber in C. lib.5. tit.8. defin.4.* & plenius *in Romana Dotis 2. Jul. 1700. cor. me.*

Quamobrem merito *R. P. D.* tunc *A.C. Cerrus* pendente interim extensione hujus Decisionis, ut postulabat Justitia, *ad nostri Ordinis* fastigium assumptus, urgente eadem Margharita gemina relaxavit Mandata; Alterum nempe ♈ 1000., utpote complectens ea Jocalia, ea mobilia, Cædulas, & pecunias, quæ nedum fuerant per Antoniam amota, sed etiam distracta, & dissipata: Et alterum de consignando ulterius Margharitæ quædam alia mobilia ad Nicolai Patris hereditatem procul dubio spectantia, & respective existentia in Civitate Castellana, frustra vero deinceps ab hoc undique justo judicato provocante ipsa Antonia, *Sacrum* hodie *Tribunal* illud penitus approbando censuit, *utrumque Mandatũ esse exsequendũ.*

Et sane respectu hujus ultimi Mandati de consignando, nulla poterat coincidere dubitatio; cum enim enunciata mobilia fuerint per Fiscum amplissime recognita pro spectantibus ab hereditatem memorati Nicolai, & idcirco penes eumdem Fiscum detinerentur, planum erat, quod Margharitæ filiæ, & heredi ipsius Nicolai restituerentur, cum res semper clamet ad Dominum, qualis ef-
1 fecta fuerat Margharita filia, & heres, non autem extranea, ut erat Antonia, ex passim traditis per *Balduc. dec. & rer. judic. tit. 1. dec. 4. nu. 19. Rot. cor. Emer. Jun. dec. 456. num. 3. & in Rec. dec. 414. n. 80. par. 12.*

Quin ullatenus obsistere appareret Antoniæ prætensio, quod eadem Mobilia penes Fiscum remansa pertinerent ad Cherubinum, ejusque Uxorem, & respective Consanguineos ejusdem Antoniæ. Ultra enim, quod Testes per eam super allati id minime perstringebant, adhuc jam Fiscus in agnitionem pertinentiæ ad Margharitam, mandante Reverendissimo Auditore Sanctissimi, aliam partem hujusmodi mobilium restituerat eidem Margharitæ, ideoque facile erat
2 evadere objectionem, ducto solito argumento de toto ad partem, & e contra, de quo *Text. in l. de tota ff. de rei vindicat.*, *Soccin. Jun. cons. 36. n. 10. vol. 1.*, *Riminald. Jun. cons. 277. nu. 25. Rota dec. 222. n. 5. par. 2. rec.*, *et dec. 466. num. 3. et 4. par. 19. tom. 2. et in Romana restitutionis fructuum 11. Junii 1708.* §. *Ac demum*, *cor. Me*, & alibi passim.

Fortius vero, & evidentius, dum neque coram A. C., neque in *Sac. Auditorio* umquam comparuerunt Conjuges prædicti, prout cõparere non destitissent, quoties præfatæ res ad ipsos attinerent; unde nimium manifeste elucebat, quod hæc in rei veritate reddebatur exceptio *de jure Tertii* non attendibilis in Judiciis, juxta notoria principia,
3 de quibus pariter *Alex. in l. fin. nu. 23. vers. si allegatur*, *C. de edict. D. Adrian. tollen. Peregr. de fideicomm. art. 48. num. 46. Rot. dec. 65.*, *& 180.* utrobique *nu. 8. cor. Celso dec. 1303. nu. 3. cor. Emer. Jun. in rec. dec. 601. num. 10. par. 18.*, *et dec. 56. num. 1. inter hactenus Romæ impressas cor. me.*

Transeundo autem ad alterum Mandatum ♈ 1000., aliqua si forte aderat ansa ambigendi, residebat in eo, quod *R. P. D. Cerrus* duo supposuerat; in primis scilicet, quod Antonia in genere subripuisset, posteave alienasset præfata Jocalia, atque mobilia, & postea ea æstimaverat, seu liquidaverat in præcitata quantitate ♈ 1000., sed circa primam partem res absque scrupulo plana coruscavit oculis *Dominorum*, sive ageretur de rebus existentibus in Urbe, sive in præfata Civitate Castellana repositis: nã quoad easdem res remanentes in Urbe, & ubi Nicolaus Margharitæ Pater Domicilium contraxerat, & Tabernam, sive Officinam Coriariorum detinebat apertã, & (ut vulgo dicitur *di Concie*, utique probatio clarissime emergebat ex formali, judicialique depositione Trium Testium, uti plene liquebat toto *Summario* Margharitæ, & signanter *num. 13.*, *et*
4 *seqq.* Cumque ulterius isti forent inter se contestes, & de facto proprio testificarentur, absoluti Juris erat, quod eis omnimoda fides præstanda foret ad *Text. in cap. in omni negocio, et cap. licet de Test. l. ubi numerus ff. eod. titul. Castr. in l. quicumque C. de servit. fugit. Socc. Jun. cons. 31. num. 31. lib. 2. Dec. cons. 93. nu. 2. lib. 1. Gratian. discept. for. cap. 629. num. 7. Rota cor. Buratt. dec. 775. num. 5.*, *et 6. et in rec. dec. 272. nu. 3. par. 2. et dec. 56. num. 1. par. 15.* cum aliis relatis pendente extensione hujus decisionis *in Rom. fideic. 20. Junii 1712.* §. *Tantum vero cor. Me*; itaut amplient in hoc postremo casu *scribentes*, quod unico etiam Testi de
5 facto proprio deponenti credendum veniat, ubi congruis suffultus existat adminiculis ad tradita per *Farinac. de Testib. quæst. 63. nu. 35. Card. de Luc. de fideicomm. discurs. 183. num. 5.*, *et de judic. disc. 32. num. 58. Rot. apud Buratt. in adden. ad dec. 111. nu. 17. dec. 172. num. 5. et in addit. ad eamdem dec. num. 9. cor. Greg.*, *et in Fulginaten. Census 11. Martii 1671.* §. *Quod fuerint*, *cor. bo. mem. Albergato*, quæ est *la 347. num. 2. par. 19. rec.*

Et

Et ob id minime refragari poterat, quod duo ex prædictis Testibus forent Mulieres pauperes, necnon Sociæ criminis in perpetranda prædicta amotione: Præterquam enim ipsa natura Judicii, in qua versabamur, talem eliminabat scrupulositatem, ex quo hujusmodi rerum subreptio, & amotio clam expletur, sive tamquam opus tenebrarum occulte nimis, & secrete committitur, itaut reputetur materia difficillimæ probationis, quæve proinde pernecesse Judicem
6 impellat ad admittendum etiam Testes aliquam patientes exceptionem, quemadmodum habetur ex *cap. veniens il secondo in fine, de Testib. Gabr. de Test. concl. 7. per tot. Frideric. Pruckmann. de different. inter masful., et femin. par. 1. membr. 2. art. 9. nu. 17. Rot. cor. Royas dec. 159. num. 14. cor. Cerr. dec. 294. nu. 7. et in rec. dec. 314. nu. 27. par. 6.*

Nihilominus etiam de Juris censura videbantur eæ lem personales exceptiones ceteroquin parum officientes, eum nisi aliud obstet, nec qualitas Mulieris in Testibus neque paupertas sola in Personis honestis reji-
7 ciatur a testificando, uti de prima propositione. *Textus est in l. 18. ff. de Test. ibi = colligitur etiam, Mulieres in Judicio Testimonii dicendi jus habere l. qui Testamento, §. Mulier, ff. de Testam. l. ex eo, ff. de Test. Speculator eod. tit. §. Primo, Abb. in cap. quoniam de Test. num. 2. Gomez variar. resol. tom. 3. cap. 12. nu. 13. Rudolph. Wolemar. de Testib. cent. 2.*
8 *concl. 79. cum duob. seqq.*, & de secunda post *Text. in cap. si qui*, ubi *Butr.*, *& Felin. n. 8. de Test.* tradunt *Specular. eod. tit. dicto §. Primo num. 61. Cæsar. de Graff. dec. 9. num. 5. dec. 12. num. 1. & 2. par. 5. Rec. decis. 57. num. 14. par. 12., & dec. 37. nu. 4. par. 18. & dicta dec. 347. num. 19. par. 13.*

Quo vero ad circumstantiā complicitatis, certe melior justificatio in hac subjecta materia, in q a confidentialiter semper committitur delictum, neque potest melius expleri, quam per Personas domesticas, vel viles, profecto nequit etiam rectius pandi, quam per eos eorumdem comparticipum, qui de reliquo valent quoque a labe delicti quandoque evadere immunes, veluti forsan innocue reputantes, quod ad finem licitum, & minime criminabilem hæc, vel illa mobilia
9 amoveantur, & obcludantur, unde præcise versari non videbamur in illa rigorosa Societate criminis, de qua obloquuntur *Roland. cons. 51. num. 29., & in cons. 73. n. 22. lib. 1. Jul. Clar. in pract. Crimin. quæst. 35. vers. scias etiam Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 5. cas. 454. a num. 50. ad plur. seqq. de Angel. de Confess. quæst. 19. nu. 5. & 6., Sabell. in summ. divers. litt. S. §. 20. n. 48., Conciol. resolut. Crimin. in verbo Socius Criminis resol. 1. num. 3. & 4.*, itaut ad abstergendam maculam hujusce societatis in vero, & proprio delicto, & ad finem testifi-
10 candi requireretur quæstio, & tortura eorūdem Sociorum, quemadmodum prosequuntur *Idem Clar. lib. 5. recept. Sent. quæst. 45. versic. Ceterum si Reus, Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 86. num. 56. & seqq., Cartar. in pract. inter Reos lib. 4. cap. 1. n. 14. Farinac. de indic. & tortur. quæst. 43. num. 136., & seqq., Conciol. ubi supra resol. 2. n. 15. & 16. de Angelis d. quæst. 19. num. 6. cum seqq.*

Ceterum corruebat de per se etiam omnis amaritudo, quia cum, uti præmisimus, subducta criminalitate, versum foret negocium in mere civile dissidium, in quibus terminis
11 etiam criminis Socius sufficienter idoneus Testis esse censetur, ad *Text. in cap. per tuas, de Simon., & in cap. 1. de Test. Salicet. in l. quoniam liberi num. 5. Cod. de Test, Ruin. cons. 105. in fin. lib. 4., & cons. 158. n. 15. lib. 5., Boer. quæst. 319. num. 15. vers. sed intellige, Menoch. de arbitr. Judic. lib. 2. cent. 3. cap. 474. num. 66., Wolemar. de Testib. cent. 5. concl. 13. num. 46. & seqq.*

Idipsum, quod ostendimus hucusque circa mobilia Urbis, nonminus evidenter liquebat pariter quoad cetera mobilia existentia in Civitate Castellana, dum circa illorum expilationem, seu amotionem aderant depositiones plurium Testiū metu Censurarum, ut moris est, testificantium; quidquid enim sit, an solis eisdem Testibus ple-
12 ne ex post formiter non repetitis integre fidendum esset, ex adnotatis post *Bald. in l. quoties §. primo ff. de probat., Soccin. Jun. cons. 87. num. 8. lib. 3. per Mascard. de probat. volum. 2. concl. 682. n. 7., Franc. decis. 366. num. 6. & seqq., Rot. cor. Emer. Jun. dec. 758. num. 4., & in Spoletana, seu Nullius Oblationis Ceræ 18. Maji 1705. §. Ceterum, cor. Me*; Quodque in hac thesi admit-
13 tantur leves, & quodammodo imperfectæ probationes, unanimiter conveniunt *Gabr. de Testib. conclus. 7. fere per tot., Card. de Luc. de Dot. disc. 183. n. 11., Rota dec. 34. num. 27. par. 6. rec., & dec. 159. num. 14. coram Royas.*

Exuberantes ulterius intercedebant demonstrationes, nempe fulcimentum formalis examinis alterius Testis, *dicto Summario* Margaritæ *num. 22. & 23.*, & altera, quod intercedebant, necnon alia undique coadjutricia, & perurgentia adminicula, de quibus sparsa constabat ex toto alio *Summario* Mar-

Margharitæ; In hoc autem casu nemo est, qui ambigat, (maxime in his circumstantiis difficillimæ probationis,) quin Testi-
14 bus etiam informibus, ex toto tamen complexu efficaciter adminiculatis, credere debeamus, ad tradita per *Bald. in l. Instrumenta num. 1. Cod. de probat., Jason. cons. 129. col. 2. num. 1. vers. primo quia lib. 1., Rot. in dec. 112. num. 7. par. 2., dec. 402. nu. 3. par. 18., & dec. 92. n. 11. par. 19. rec.*

Præcisive quippe a reliquis, qui facile potuissent coacervari adminiculis, exstabant tam in prima specie mobilium Urbis, quam in hac Castellanæ Civitatis positivæ confrontationes, & fides Artificum uberrime recognoscentium Jocalia, Argenta, & similia cum notis, & signis prædefuncti Patris Margharitæ, quodque plus est, adstipulabatur negativum quidem, sed vehemens adminiculum, nimirum quod Antonia exarans notulam, seu quamdam informem descriptionem mobilium ejusdem Nicolai sui Viri demortui, nullas transcripsit pecunias, nullas vestes, nulla linteamina, cum similibus conficientibus pænum semper quorumcumque etiam Hominum cujuslibet inferioris conditionis, unde multo magis id verisimilitudinem, & fidem adjiciebat supradictorum Testium depositioni, præsertim in Nicolao negociis, & Mercimoniis dedito, pluresve exercenti Apothecas, exsistente profecto undique applicabili ad hunc effectum illa suspicione, & operatione legis, quæ militat contra conficientes has mancas, & imperfectas descriptiones in eisdem ter-
15 minis status hereditarii, circa quem lex potius præsumit hereditatem locupletem, quam arctam, per celebrem *Textum Justinianeum in Auth. de hered., & falcid. cap. 2. in fin. vers. & non videri, Jason. in l. final. §. In computatione num. 1. Cod. de Jur. deliber., Covarr. in cap. si heredes num. 9. vers. Item illud adnotandum in fine, de Test., Gratian. discept. for. cap. 729. num. 12. Castald. consult. for. consultat. 105. num. 5. tom. 1., Card. de Luc. de Feud. disc. 108. n. 5., Rot. dec. 349. num. 5. par. 5. tom. 1. & dec. 31. num. 9. par. 11., & dec. 77. nu. 10. par. 15. rec., & in Romana de praxis cor. Verospio impress. post Modern. Asculan. ad Stat. Urb. dec. 176. num. 5.*

Incassum vero adversus hæc pro parte Antoniæ deducebantur aliqui Testes in contrarium, excludere solum satagentes amotionem plurium scripturarum, & ex quibus ultra cetera mobilia magis premebatur eadem Antonia, cum facile potuerit inter easdem scripturas abscondere ea credita, eas Cedulas, quas Nicolaus uti Vir industriosus, & Negociator probabiliter nimium in suo Patrimonio reliquerat: Siquidem neque etiam in hoc proposito iidem Testes poterant contraponi probationibus pugnantibus ex diametro pro Margharita, non solũ quia nequaquam formiter id asseruerant in Judicio, sed quod plus erat, tamquam inculpati de hujusmodi abductione, contrarium dicere satagentes, utique ad propriam exo-
16 nerationem ferebant Testimonium, & ideo nullo pacto erant considerabiles, ex plene congestis post *Text. in l. nullus ff. de Test. l. omnibus C. eodem per de Angelis de Confess. lib. 2. quæst. 61. nu. 1. Gratian. discept. for. cap. 293. n. 6., Rot. cor. Seraph. dec. 768. n. 2. & cor. Cerro dec. 33. num. 25.; dec. 180. n. 4. & dec. 894. nu. 7., et in Romana Pecuniaria, seu Locorum Montium 13. Junii 1701. §. Neque obstare cor. Rmo D. dell' Olmo Episcopo Conchen.*

Firmata igitur ex præmissis plusquam sufficienti probatione in genere prænominatæ amotionis, & consequutivæ dispersionis mobilium tot diversarum specierum, visum est *Dominis* R. P. D. Cerrum recte pariformiter æstimasse, ac liquidasse valorem hujusmodi rerum expilatarum in scutis mille, dum ex toto complexu earumdem probationum comprehendentium etiam bollectina, seu Chirographa Montis Pietatis præseferentia oppignorationem nonnullarum rerum, & signanter cujusdam quoque Crumenæ oloserricæ plenæ monetis occultationem, juncto demum, quod plus etiam profecto habuisse Nicolaum, & reliquisse in sua hereditate de mobilibus, & rebus perperam abductis, & ereptis præsumibile erat, quare cum super abunde eadem solertia, & prudentia Judicis vice simpliciter adhibendi illud suppletivum legale remedium juramenti suppletivi, vel in litem, per quod potuisset Margharita expoliata longe plus jurare, ac prætendere, & æstimare amissum interesse,
17 juxta eam juridicam libertatem, de qua disponit *Textus in l. Argentarius §. Cum autem. ff. de edend. Salycet. in l. prima nu. 50. C. eod. tit. Paris. cons. 41. num. 4. lib. 1. Pacian. de probat. lib. 1. quæst. 66. num. 143., Mans. consultat. 396. num. 9. et 10. Rot. in Romana Primogenituræ de Cæsarinis super juramento in litem 8. Aprilis 1707. §. Constito cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Religiose refrenandam potius censuerit hujusmodi libertatẽ, præfigendo, ne ead. Margharita posset subextendere idem juramentum in litem ultra scut. mille, nulla ratio suppetebat, quod Mandatum ad prædicta sc. 1090.

tam

tam sobrie coarctatum exsequi non deberet,
cum ex præmissis rigide fuerit observata et-
iam illa reflexio, quam faciunt *Scribentes* in
18 hisce casibus juramenti in litem, de qua
practice habetur penes *Quasad. Pilo contr.*
for. cap. 24. num. 15. vers. in quem scopum,
Card. de Luc. de hered disc. 20. num. 14., et
de Jud. disc. 24. sub num. 23. §. Et quarto,
& plene *in meo tractatu de Commerc., et Mer-*
catur. disc. 73. n. 25., & prosequuta etiam
fuit *Rota in Romana Pecuniaria super jura-*
mento in litem 4. Junii 1700. *§. Nullatenus*
cor. bo. mem. Muto, et in supradicta Romana
Primogenitura de Casarinis super juramen-
to in litem 8. *Aprilis* 1707. *eodem §. Constito*
erga finem, cor. R. P. D. Lancetta.

Ast ultra hæc, quoniam ad satisfaciendum
Antoniæ prætendenti, nonnulla alia credita
adversus hereditatem Nicolai Mariti sibi
competere, præmisso dubio, exsequutioni
nimirum mandatorum R. P. D. Cerri, super
adjeceram quoque = *An constaret de ejus cre-*
dito; Verum *Domini* minime dubitarunt re-
spondere penitus *Negative*. incipiendo ete-
nim a Credito dotis scut. 800., elisa statim
remanebat quæcumque prætensio, cum ejus-
dem Dotis præfinita jam fuisset restitutio
in eisdem stabilibus, ad hunc effectum ab
Antonia in Dotem extraditis, mediante
Laudo positivo, quodve proinde veluti ac-
ceptatum, & emologatum ab ipsa Antonia,
nequibat amplius per eam refricari in con-
19 troversiam, ex passim cumulatis per *Text.*
in l. cum antea, in verb. fin. autem, C. de re-
cept. arbitr. per Ramon. cons. 24. num. 12.,
Palm. cons. 17. num. 2. Caren. resolut. 104.
num. 12. in meo tract. de Commerc., et Mer-
cat. disc. 52. num. 30. Rot. cor. Ottobon. dec.
25. num. 23. dec. 574. num. 2. par. 3. dec.
509. num. 15., et seqq. par. 18., et dec. 16.
num. 38. par. 19. rec.

In idem coincidebat consimile prætensum cre-
ditum aliorum scutorum 100. ex causa tot
mobilium, seu suppellectilium promissorum
pariter in Dotem; Nullibi quippe constabat
de eorum successiva consignatione, ac pro-
20 pterea perperam expectabatur illorum resti-
tutio, ad litteram *Text. in l. mævia ff. solut.*
Matrim. Jason. in l. quæ Dotis nu. 5. vers.
Tertio nota ff. eod. titul. Paris. cons. 95. nu.
6. lib. 2. Campeg. de Dot. par. 2. quæst 79.
per tot. Rot. cor. Pamphil. dec. 271. nu. 10.
cor. Cerro dec. 647. num. 5. in rec. dec. 307.
num. 40. par. 7., et in Bonon. Dotis, et Ante-
fati super negocio principali 6. Aprilis 1696.
§. Firmata igitur cor. bo mem. Muto, quæ est
la 365. num. 13., et 14. inter dec. divers. col-
lect. per Palm. Nep. tom. 4.

Et sane ad hujusmodi consignationem justifi-
candã in nihilo refragabatur quædam con-
fessio, quæ dicebatur emissa in quadam quie-
tantia per Nicolaum, dum ea non solum la-
21 borabat in genere illa suspicione, quam se-
cumfert simplex confessio facta per Maritum,
& de qua *Text. in l. 1. et tot. titul. de donat.*
inter Virum, et Uxor. Castr. cons. 86. nu. 1.
par. 2., Sanch. de Matrim. tom. 1. lib. 6. titul.
de donat. inter Conjuges disput. 9. num. 5. de
Augel. de Confess. lib. 1. q. 8. limit. 6. n. 50.
Card. de Luc. de Dot. disc. 159. n. 10. vers.
contrarium, Mart. Medic. dec. Senen. exam.
51. sub num. 40. vers. crebriorem autem Rot.
cor. Cerr. dec 644. num. 1., et seqq. cum aliis
relatis *in Romana Quarti Dotalis prima Ju-*
lii 1697., quæ est *dec.* in ordine la 19. *sub*
num. 4. inter meas in Urbe hactenus impress.

Sed quod eamdem suspicionem præmaxime
augebat, illud erat, quod hujusmodi con-
fessio, seu quietantia legebatur exarata *die*
16. *Aprilis* 1708., & sic nimis prope mor-
tem ipsius Nicolai, & præcise tempore, quo
tamquam correptus morbo apopletico, lo-
quendi usum amiserat, quare etiam his su-
peraccedente reflexione, quod dum quoque
deinceps, ejusdem Nicolai morte sequuta,
non fuerunt prædicta mobilia confessata,
nec ullo modo per Antoniam descripta,
certe locum sibi usurpabat dilemma, quod
vel ista mobilia, sicuti omnia cetera, de qui-
bus supra, eadem Antonia non minus sub-
ripuerat, vel quod prænominata confessio
fuisset, per Moribundum tam graviter la-
22 borantem extorta, nequaquam vera, pro-
cedẽdo quoque cum generali propositione,
quod in civilibus solamet suspicio falsitatis
redolet imaginem, ex passim affirmatis post
Text. in l. damus licentiam 23. in verbo Ci-
vilis, C. ad. l. Cornel. de fals., et l. Jubemus
C. de probat. per Cravet. cons. 134. nu. 26.
Grat. discept. for. 899. n. 18. Card. de Luc.
de Jud. disc. 26. sub num. 14. vers. in altera
vero, Rota cor. Roxas dec. 474. num. 7., et
in rec. dec. 23. num. 3. et decis. 173. num. 5.
et dec. 164. num. 12. par. 10., et dec. 162.
num. 14. par. 19. tom. 2., et in Romana Do-
nationis 17. Aprilis 1711. §. 5. cor. Me.

Eoque magis, cum eadem mobilia forent so-
lidæ materiæ, ac proinde intra paucos Men-
ses præsumi nequivissent attrita, atque con-
sumpta, itaut non debuissent saltem descri-
bi per Antoniam, alias contra eam ipsa con-
fectio descriptionis probabat abunde nega-
23 tivam inexistentiæ, & per consequens nus-
quam factæ traditionis, Teste *Bart. in l fin. §.*
licentia C. de Jur. delib. Rot. cor. Duran. dec.
1. num. 16. Romana Transactionis 3. Junii
1702.

1702. §. *Nec vis cor. clar. mem. Cardinali C prara, in Romana Salviani 15. Februarii 1704.* §. *Maxime quia cor. R.P.D. meo Lancetta, et in Romana Jocalium super Margharitis 27. Aprilis 1711.* §. *Probationi, cor. Rmo D. Molines Decano.*

Super alio prætenso credito alimentorum per sex Menses competentium Antoniæ ratione suæ viduilis superviventiæ ad formam *Statuti Urbis*, necnon super quarto Dotali pariter debito ex eadem municipali censura, *Domini* parum immorati fuerunt; Nam quatenus pertinebat ad alimenta, existimarunt, Antoniam illa sufficienter recepisse, justificabatur enim, illam consequutam fuisse scuta tria pro supradictis mensibus, in quibus in Domo Viri prædefuncti inhabitavit, ab extra vero scuta tria cum dimidio, quam sane quantitatem satis esse demonstrabant Testes dati in *Summ.* Margharitæ *num.* 37. asserentes, quod etiam minus, vivente Marito, is consueverat expendere pro hac alimonia, quæ certe ulte-
42 rius sufficiens erat, attenta conditione Personarũ hinc inde necnon quantitatis Dotis, cum similibus ad *Text. in l. 2. et. 3. ubi Pupill. educ. deb. Alex. cons. 72. num. 7. lib. 5. Menoch. de arbitr. Jud. cap. 169. num. 1. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 157. n. 32. Surd. de aliment. tit. 9 quæst. 39. num. 3. Rot. cor. Cels. dec. 67. num. 7., et in Rec. dec. 418. n. 5. par. 4. tom. 2. et dec. 572. num. 10. par. 19. tom. 2.* cum aliis adductis *in Romana Dotis 3. Martii 1587.* §. *Deberi cor. Rmo D. meo Molines Decano impress. ad ornat. Card. de Luca tom. 1. lib. 6. dec. 13. num. 2.*

Circa vero quartum Dotale, jam illi satisfecerat Nicolaus compensativa ejus Uxori relinquendo appretium melioramentorum, quæ fecerat in fundis dotalibus ad ipsam spectantibus, proindeque licet diceretur, Antoniam huic Legato renunciasse, non per hoc separavit, nec restituit memoratum pretium prædictorum melioramentorum, quod exiverat de crumena Mariti; Cumque ex *Sum. Margharitæ ex n. 40. cum seqq.* pateret, eadem melioramenta ascendere plusquã ad scut. 200. quæ importasset quartum dotale,
25 nimis de plano occurrebat replicatio, frustra petis, quod intus habes, ad *Text. in l. bona fides ff. de reg. Jur. Corn. cons. 64. num. 10. vers. si autem lib. 2. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 2. quæst. 69. nu. 13. Gratian. discept. for. 731. num. 27. Rot. dec. 329. n. 9. par. 17. dec. 620. num. 3. par. 18. rec., & in Romana fideicommissi 6. Maji 1709.* §. *Minusque cor. me*, & alibi passim.

Remansisset anulus Sponsalitius, sed neque de ejus sibi facienda restitutione Antonia conquesta est *in S. Auditorio*, & quidem merito quia nec in præfata descriptione apparebat designatus, & ubi defecisset, facile supponendum erat, quod Antonia inter cetera Jocalia illum amovisset, & occultasset, omnis quippe præsumptio tam respectu ejusdem anuli, quam respectu præcedentium, & de cetero insubsistentium creditorum capienda erat semper, & tuto Judicio contra
26 convictam de amotione, & subreptione rerum hereditariarum sui Mariti, ad regulam *Text. in cap. semel de reg. Jur. in 6. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 6. num. 15.*

Atque ita a primo ad ultimum *Domini*, etiam in hoc negocio de paupere Regno, omnem curam expendentes, responderunt, & *Mandata A. C. esse exsequenda, & de nullo credito Antoniæ penitus constare.*

Utraque &c.

Romana, seu Neapolitana Societatis Cymbæ.

Veneris 22. Aprilis 1712.

ARGUMENTUM.

Plures afferunrur conjecturæ, sive Argumenta ex quibus arguitur Societas communis, prout sunt Epistolæ a Sociis hincinde trãscriptæ, confessiones, & lucra communiter ex Societate percepta.

SUMMARIUM.

1. *Societas quid sit.*
2. *Probatur ex epistolis ab uno Socio alteri directis.*
3. *Et ex quibus verbis illa inducatur*, & n. 5.
4. *Societas perantea exsistens apud tres, quando dicatur perseverata, & continuata apud duos.*
5. *Verba* di V. S., e mia *in negocio*, *quod disputatur an sit commune*, *non possunt importare nisi verum*, *& proprium condominium.*
6. *Confessio qualibet per errorem evitatur.*
7. *Error habetur quoties factum suppositum apparet insubsistens.*
8. *Error non inducitur nisi plene justificetur oppositum etiam per exclusionem possibilis in contrarium.*
9. *Persolutum in unam causam non excludit, nec quidquam commune habet cum alia.*
10. *Negociatores non ita facile præsumuntur jactasse suum, & sibi præjudicasse.*
11. *Confessio non destruitur per exceptiones involventes obscuritatem, & indaginem.*
12. *Publicum instrumentum quascumque exceptiones turbidas, & illiquidas rejicit.*
13. *Epistola remanere semper solent in manus illius, cui sunt directa.*

14. *Quie-*

14. *Quietantiæ restant penes debitorem ad cujus favorem initæ sunt.*

15. *Societas arguitur ex lucro ex illa percepto.*

DECIS. DLXXIV.

Cum Societas in rerum humanarum negociatione, super qua latiorem tractatum edidit *Joseph Gibalinus*, nihil in substantia aliud importet, aut existat, quam *duorum, pluriumve ob commodiorem usum, & uberio-*
1 *rem quaestum rationabilis conventio*, ut post *Gloss. in rubr. Instit. de Societ. Azor. in summ. C. pro Socio* concludit *Franc. Rocc. in suis notabilibus post ejus responsa edita sub tit. de Societ. Mercat. notab. primo in princ. centur. 1.* Hinc Stephanus cognomento Marescа per sententiam Rotalem condemnatus, & obstrictus agnoscere in Socium Carolum Dubinum, eidemque consequutivam reddere rationem ejusdem Societatis per eum administratæ, & respectivæ initæ super proprietate, & lucro retrahendo cujusdam Cymbæ trajectitiæ, ut plene liquebat ex *Decisione*, quæ præcesserat eamdem Rotalem Sententiam *coram R. P. D. meo Falconerio sub die 16. Martii 1711.*, contendebat adhuc excludere hujusmodi conventionem, non solum veteribus innixus objectationibus, sed etiam novis (acuente ingenium pugna) excogitatis, & adductis; ast novum quoque naufragium perpessus in hac Cymba, hodie audivit *Dominos* respondere, *sententiam Rotalem esse confirmandam.*

Et quidem, quod in abstracto de societate sufficientissime constaret ex propria ipsius Mareschæ confessione, plusquam abunde in præcedenti corruscaverat Instantia, per literas nimirum missivas ab eodem Marescha conscriptas, & successive transmissas Dubino. Ex hujusmodi namque Epistolis ab uno
2 Socio alteri directis Societatem probari nemo est, qui ambigat, ex deductis per *Soccin. sen. cons. 162. n. 13. lib. 2. Decian. resp. 97. n. 28. & seqq. Menoch. cons. 153. n. 11. & seq. Mascard. de probat. concl. 1316. n. 6. Cirocc. discept. 65. n. 3. Felic. de Societ. c. 11. num. 11. de Rosa consult. 8. n. 20. Michalor. de fratr. par. 2. cap. 14. n. 21. in meo tract. de Commerc. & Mercat. disc. 50. num. 11., & disc. 51. num. 13. Rota dec. 354. sub n. 1. par. 13., dec. 28. num. 7. par. 7. rec., & in Decisione præterita Instantia 16. Martii 1711. §. primo cor. R. P. D. meo Falconerio.*

Aderat quippe prima Epistola exarata sub die *5. Julii 1696.* aderat, & secunda paulo post conscripta, nempe sub *die 14.* ejusdem Mensis, & anni; aderat, & tertia subsignata sub *die prima Decembris* ejusdem Anni; aderat ulterius præter ceteras frustra numerabiles etiam quarta *diei primæ Octobris 1697.*; In prima namque generaliter apparebat, quod in subjecto Cymbæ constructæ usurpata fuerant per Mareseam nomina socialia, & in plurali, = *avemo fabbricato*, & *nostri*, & in secunda magis explicite idem vocabulum in plurali, & in communi applicabatur etiam portioni medietatis, ut ibi = *stiamo a metà con V. S.*, per ea, quæ in proposito hujusmodi verborum communionem præsefe-
3 rentium in plurali ad arguendam societatem, dixerunt adducti per *Mascard. de probat. d. concl. 1316. num. 10. & seqq. Rocc. de Societ. Mercat. notab. 95. num. 203. fol. 420. tom. 1. Mans. consult. 439. num. 24. Joseph de Rosa d. consult. 8. num. 26. in d. meo tractatu de Commerc. & Mercat. disc. 50. nu. 10. Rota cor. Rembold. dec. 280. num. 3., in Romana, seu Aquilana Societatis 14. Maji 1706. §. Et demum cor. R. P. D. meo Scotto, & in Bononien. Societatis 14. Martii 1707. §. Hisce adstipulatur, cor. bo. me. Omanna Episc. Giennen.* & circa expressionem positivam lucrorum pro medietate, quo exinde (alio non apparente in contrarium) eliciatur non solum societas, sed condominium per *Text. in l. Societas, l. quæstus, ff. pro Socio*, unanimiter affirmant *Bartol. in l. si Patruus sub num. 5. vers. nam primo, C. commun. utriusque judic. Soccin. sen. cons. 87. sub num. 14. vers. confirmantur vol. 1. & cons. 162. n. 9. lib. 2., Mascard. de probat. d. concl. 1316. num. 23. vol. 3.*

In tertia vero subnectebatur notitia non solum lucri respicientis portionem ipsius Dubini, sed & exclusionis Capitanei, seu Rectoris ejusdem Cymbæ, qui remanserat, ut in prædicta Epistola dicebat Marescha, satisfactus, & dimissus pro suo præcedenti proportionabili interesse = *Noi avemo aggiustato il conto con il Patron Gasparo di Martino, e per la parte di V. S., che tiene sopra detta Tartana, di sua porzione si è guadagnato Ducati 35., e tre Tarini*; quando enim adest intermixtio tertii comparticipis in lucro, posteaque de illius exclusione habetur sermo per
4 Epistolas negari non potest, quod societas per antea existens apud tres perseveraverit, & firma steterit apud duos, ut in simillimo casu resolvit *Rot. cor. Seraph. dec. 1368. a principio usque ad num. 3.*, & recte ponderavit *præfata Decisio 16. Martii 1711. §. Utriusque circa medium coram R. P. D. meo Falconerio.*

In quarta demum, ac postrema, aperta nimis legebatur iterata confessio prorsus fugativa omnis ambaginis per illa verba, quod di-

misso penitus prænominato Rectore=la *Tartana è quasi tutta la nostra, di V. S., e mia* cum eadem verba = *di V. S., e mia* in negocio, quod disputatur, an sit commu-
5 ne, non possint importare, nisi verum, & proprium condominiũ, ut tradunt per *Text. in l. si quis Servos ff. de legat. 3., & Gloss. in Can. quo jure, verb. mea est, dist. nct. 8. Menoch. cons. 456. n. 6. Barbos. in tract. var. de appell. verbor. appell. 151. nu. 2., & in præallegata dec. 16. Martii 1711. §. Cujus veritas in fin.*

Atque hæc, & similia hodie revera per Defensores Mareschæ quasi jam expresse, vel admodum implicite, & virtualiter admittebantur, ideoque noviter ad evertendas has Epistolas, & inevitabiles confessiones recur-
6 rebant ad Asylum subsidiarium erroris, per quem regulariter omnis efficacia cujuslibet confessionis evitatur, Teste *Valenzuel. cons. 27. n. 10. & seqq. Ruin. cons. 10. sub n. 18. vers. non obstat, Mascard. de probat. concl. 378. num. 2. & 3. Cyriac. contr. 35. nu. 16. & 17. Gait. de Credit. cap. 2. tit. 8. n. 2633. Angel. de Confess. lib. 3. quæst. 20. num. 54 Rot. dec. 245. num. 11. & 12. par. 17. rec.*

Hujusmodi autem error in eo prætendebatur sistere, quod intantum Marescha præsupposuerat, Dubinum esse socium in tot Epistolis, inquantum transmiserat eidem Mareschæ ducat. 690., sed cum dinceps ex facto, & contrapositione hujus quantitatis in causam negociationis vini facta per Dubinum appareret, illa fuisse in aliam omnino, & diversam causam a Capitali Cymbæ transmissa, ecce (conclamabant iidem Defensores) quod aptior manifestatio erroris haberi ne-
7 quibat, quam quoties factum suppositum, prout hic appatebat insubsistens, & in contrarium, ex *Bald., & DD. in l. non idcirco C. de Juris, & facti ignor., in l. 1. C. de falsa causa adject. legat., & in l. nihil consensu ff. de regul. Jur. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 12. num. 60. Mascard. de probat. concl. 645. num. 1.* cum aliis *in Tract. de Commerc., & Mercat. disc. 22. num. 12.*

Verum statim corruere hujusmodi etiam novum objectum, *Dominis* visum est, ex quo ad clare demonstrandum, quod hæc transmissio ducatorum 690. nusquam potuerit progignere talem errorem in Marescha, illico advertebatur, quod valor Cymbæ superexcedebat scut. 2000. unde nequaquam valebat Dubinus in socium agnosci pro medietate ascendente ad ducata mille, & ultra, quando deficiebant ad hanc summam complendam ad minus ducat. 310., quamobrem iste discursus tamquam improportionatus, vel æquivocus non poterat traduci ad justificandum errorem, qui minime indu-
8 citur, seu verificatur, nisi plene justificetur oppositum, etiam per exclusionem possibilis in contrarium, ut inquit *Urceol. de transact. quæst. 95. n. 6. Palm. Nepos alleg. 357. num. 7. & 8. Bonden. collect. leg. 30. n. 62. Angel. de Confess. lib. 3. quæst. 20. num. 34. & quæst. 21. n. 12. Rot. cor. Coccin. dec. 1291. num. 3., cor. Bichio dec. 390. num. 13., cor. Emerix Jun. dec. 1214. num. 12. & in rec. dec. 261. num. 25. par. 7. & in dec. 9. n. 32. inter hactenus in Urbe impress. cor. Me, & in Asculana Dotis, & Legitima 21. Junii 1709. §. Quamobrem, cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Et sane si vera est in se, ut est verissima in materia probatoria regula *non probat hoc esse &c.* quidnam eliciebatur a contrapositione hujus remissæ circa negociationem vini in ordine ad Cymbam? plusquam enim existebat compatibilis exbursatio distincti Capitalis aliunde pro contrahenda societate super eadem Cymba, juxta varia genera, seu species negociationum, quæ passive contin-
9 gunt inter Mercatores, itaut persolutum in unam Causam, nec excludat, nec quidquam commune habet cum alia, ex deductis *in Tract. de Commerc., & Mercat. disc. 72. num. 1. Rot. cor. Coccin. dec. 972. sub n. 2. vers. quia fuit responsum, & in rec. dec. 424. per tot. par. 19. tom. 2.*, & alibi passim.

Potissime, dum ex se nimis inverissimile reddebatur, quod si Dubinus descripsisset, & transmisisset prædictos ducat. 690. in causam Vini, Marescha adhuc fuisset confessus Dubinum exstare creditorem medietatis lucrorum Cymbæ, nisi aliunde, ut diximus, idem Dubinus immisisset in ipsa Cymba integrum, & ad eum pertinens Capitale ducat. mille, quod jam etiam requisiverat ab ipso Dubino pro eadem summa præcisa ducat. mille, & id mediante cedula bancaria per Lazzarum Abium facienda, *Summario Actoris Num. 1.*, cum non ita facile negociatores, semper suapte natura sagaces, &
10 industrii, præsumantur jactasse suum, sibique præjudicasse, secundum animadversa per *Soccin. sen. cons. 87. sub. n. 12. erga fin. vers., & hoc maxime lib. 1., & in meo Tract. de Commerc., & Mercat. disc. 16. num. 8.*

Quod nihilominus si Scrupulus superesse valuisset super effectiva, atque distincta transmissione Capitalis pro hujusmodi negocio Cymbæ, id suo loco, & tempore poterat objicere Maresca in actu successive, postmodum reddendæ rationis ejusdem Cymbæ, quin ad præsens exceptio hæc attendi mereretur, itaut infringere quiret tam seriam, & replicatam confessionem ejusdem Mare-

schæ,

scham, cum confessio in jure parificata Instrumento publico, & rei judicatæ, non destrua-
11 tur per exceptiones involventes obscuritatem, & indaginem, ex vulgatis Juribus, de quibus in proposito prædictæ parificationis, & comparationis *Text. in l. cum te la 5., & ibi gloss. C. de transact. Castr. cons. 24. nu. 20. vol. 3. par. 2. Angel. de Confess. lib. 1. quæst. 7. effect. 19. num. 5. Riec. dec. Neapol. 172. num. 5. Rota cor. Cocc. dec. 1724. nu. 2.*, & quotidie alibi, & in specie publici In-
12 strumenti rejicientis hasce turbidas exceptiones *Cyriac. contr. for. 513. n. 23. Mans. consult. 280. num. 181. Gratian. discept. for. cap. 740. nu. 40., & 41. Card. de Luc. de Credit. disc. 60. num. 6. Rot. dec. 58. a nu. 4. ad fin. par. 4. divers., & in rec. dec. 155. num. 2. par. 15., dec. 122. nu. 15. par. 18. tom. 1., & dec. 501. nu. 16. par. 18. tom. 2.*

Incassum denique, sive in ultimum subsidium opponebatur, quod cum, ut ab initio præmissimus, societas sit *duorum pluriumve conventio*, apparere utique posset ex hucusque firmatis, Mareseham ex parte sua contraxisse societatem, sed non identidem coruscaret, quod Dubinus illam acceptasset ex parte sua; Ultra enim, quod hoc nimium probabiliter potuisset facillime evinci ab Epistolis, & responsionibus Dubini, imo verisimiliter factis ad Epistolas sibi per Mareschā directas, quoties idem Marescha eas æquinanimiter exhibuisset, cum similes scriptu-
13 ræ remanere soleant semper in manibus illius, cui fuerunt directæ, quemadmodum loquendo de Epistolis, recte animadvertit post *Abb. cons. 18. num. 7. vers. tertio dixi lib. 2. Cravett. cons. 40. num. 3. Card. Tuscus pract. concl. Jur. tom. 5. conclus. 374. num. 53. litt. L. Rot. dec. 64. num. 8. par. 6. rec., & dec. 87. num. 14. par. 15., & in Romana Pecuniaria, seu Transactionis 20. Januarii 1702. §. Nil officiente cor. Me*, & in simili-
14 bus quietantiis restantibus penes debitorē, ad cujus favorem initæ sunt, prosequitur *Abbas. in cap. Ecclesia il secondo num. 17., ut lite pendente Bald. in l. unica §. Ille autem n. 3. C. de latina libert. tollen. Menoch. de præs. lib. 3. præs. 141. ex nu. 7. & seqq. Rot. dec. 56. num. 5. par. 15., & dec. 488. num. 12. par. 18. rec., & dec. 89. num. 39. inter hactenus in Urbe impressas cor. Me.*

Attamen nonne Dubinus plura lucra ab eadem Cymba provenientia receperat? quo casu sicuti dici solet = *fumus ergo ignis*, ita lucrum, ergo societas, cum ad amussim ex verbis illius definitionis in principio transcri-
15 ptis, societas sit ad quæstum, prout connotarunt quoque per *Text. in l. 1. in fine, & l. si id, quod, ff. pro socio Dec. in l. si poscenda num. 13. C. de pact. Riminald. Jun. cons. 218. num. 95., Falic. de societ. cap. 9. num. 42. Rot. cor. Arguelles dec. 51. num. 5. & in rec. dec. 221. num. 4. pa. 12., & dec. 289. num. 17., & 18. par. 17.*

Accedente ex abundanti, quod circa hujusmodi lucra ex necessaria præcedentia societatis palpabile signum, seu testimonium afferebant Periti utrimque electi super amicabili illorum confrontatione, seu, quod idem est super mutua confrontatione interesse utriusque super istamet Cymba, ex traditis per *Falic. de societ. cap. 38. num. 46.*, & latius in prælaudata *Decis. R.P.D. mei Falcon. 16. Mar. 1711. ex §. Et quamvis*, ad quam etiam *Domini* sese remissive habuerunt quoad ceteras inutiliter refricatas, & ab eadem *dec.* plusquam luculenter dissertas, & dilutas exceptiones.

Et ita utraque &c.

Fanen. Fideicommissi.

Veneris 29. Aprilis 1712.

ARGUMENTUM.

Detractiones ob non confectionem Inventarii quando præsumantur consumptæ, & quando istæ dicantur excedere alienationes. Inventarium penes quem exstare præsumitur.

SUMMARIUM.

1. *Qui sentit commodum, & incommodum sentire debet.*
2. *Possessio in bonis fideicommissariis detractionibus tueri potest.*
3. *Detractiones præsumuntur semper consumptæ, si heres non fecerit Inventarium, et alienationes concurrant.*
4. *Inventarium præsumitur exstare penes successores illorum, qui illud confecerunt.*
5. *Fideicommissarius agens adversus alienatarium possidentem probare debet, tot fuisse factas præcedentes alienationes, a quibus detractiones fuerint consumptæ.*
6. *Heres gravatus quidquid alienat de bonis fideicommissariis, cedit incomputum suarum detractionum.*
7. *Detractiones quādo dicantur excedere alienationes.*
8. *Instrumentum emptionis, et venditionis regulariter arguit rei valorem.*
9. *Donatio aufert dominium a donante, illudque transfert in Donatarium.*
10. *Circuitus inanis non est tollerandus, sed evitandus in Judicio, et n. 12.*
11. *Heres gravatus solvens debita Testatoris, potest pecuniam herediariam in propriam satisfactionem convertere.*

DECIS. DLXXV.

SEcundum naturam, dicebat *Paulus Juris Consultus in lib. 3. ad Sabinum* alias *in l. 10. de reg. Jur.* quisque debet incommoda sen-
1 tire ejus rei, cujus commoda sortitus est;
Quare cum Octavius in præcedenti Judicio per eum intentato vigore fideicommissi per alterum Octavium seniorem ad sui favorem injuncti, & respective purificati adversus Patres Oratorii Civitatis Fani assequutus fuerit Immissionem tam *cor. A. C.*, quam in *Sac. Nostro Auditorio* super Prædio *delle Lenze*, ex quo signanter detractiones, quæ erga prædictum fideicommissum eorum Auctoribus competiissent, præventive exstitissent consumptæ ex antecedentibus alienationibus per illos expletis, & præ ceteris in distractione Predii compellati *del Ponte*, necnon alterius *delle Case nuove*, ut latius videre est in præfata altera *Fanen. Fideicomm: 18. Junii 1703., & 4. Aprilis 1704. cor. cl. mem. Card. Caprara*.

Congruum, & Justitiæ consonum omnino reddebatur, quod reassumpta postmodum per eumdem Octavium prætensione alterius Immissionis contra Joseph, & Mariam Jugales de Carrariis legitimos ceteroquin acquisitores, & possessores utriusque postremi Prædii, iisdem annis, quibus antea vicit, hodie repelleretur, prout *Domini* unanimiter resolverunt.

Constitit siquidem, quod præcisive a quantitate scutorum 1000. ex titulo dotis maternæ delatæ in Andream, necnon a quodam Prædio libero nuncupato *della Durante*, & ex persona ejusdem Andreæ unius ex prædictis Auctoribus Jugalium de Carrariis remanso apud eumdem Octavium actoré, detractiones spectantes ad distractores tam unius, quam alterius Prædii nuncupat. *del Ponte, e delle Case nuove*, nempe ad prælaudatum Andream, & Marcum Antonium ejus Patruum ascenderent ad importantiam scutorum 10445. sicuti dilucidaverat Peritus, & revera non erat apud Patres in controversia; quamobrem de plano omnino sequebatur, quod iidem Jugales, tamquam tertii Possessores ex oneroso titulo emptionis, & venditionis, proportionabiliter ad eamdem summam possent Octavium arcere ab expe-
2 tita Immissione, quemadmodum ad effectum tuendi Possessorem Clypeo similium detractionum millies respondit *Rot.*, & signanter *in Romana Immissionis 19. Februarii 1711. §. Minus denique cor. Emo Priolo*.

Nec poterat Octavius initi fundamento, quod eædem detractiones non forent allegabiles, & deducibiles, ex quo primi heredes gravati Octavii senioris in illius hereditate sese immiscuerint absque beneficio Inventarii, quo casu, junctis præcipue aliis alienatio-
3 nibus, detractiones, sive (ut vocant) legales, sive accidentales, præsumi semper solent consumptæ, & satisfactæ, ex congestis per *Rocc. disput. Jur. select. cap. 10. nu. 71. Rodulph. alleg. 115. n. 24. Rot. cor. Peuting. dec. 391. num. 7. cor. Priolo dec. 420. n. 11. dec. 307. num. 5. & 6. par. 19. rec. in Reatina fideicomm. super detractionibus 14. Decembris 1705. §. Siquidem cor. R. P. D. meo Lancetta in Bononien. fideicomm. 28. Januarii 1707. §. fin. cor. Rmo Kaunitz Episcopo Labucen, & in altera Bonon. fideicomm. de Beninis 8. Maji 1711. §. Ceterum cor. Me*.

Quoniam neutrum præsidium, sive refugium, præsertim erga Tertios, ut diximus, onerosos possessores, fomentum veritatis recipiebat: Quatenus enim attinebat ad Inventarium, si de illo plene non docebatur per eosdem Possessores, nec etiam condigne doceri poterat, quia satis eis erat, suppositum, & enunciatum illud exstitisse Inventarium tanquam jam exaratum in Divisione inter primos heredes fideicomittentis subsequuta de anno 1634. *Summ. Jugalium nu. 2. litt. A.*: si enim hactenus minime proferebatur, nequaquam quoque valebat tale Inventarium reperiri in manibus ipsorum Jugalium,
4 qui erant Tertii prorsus extranei, & ignari, sed bene præsumebatur exstare, & reperiri penes Octavium, tamquam filium, & respective Nepotem eorumdem Dividentiũ, juxta præsumptionem, de qua in proposito *Gloss. in Clementina 1. §. Ceterum vers. compellendos de usur. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 61. num. 8. & 9. Alden. ad Ludovis. dec. 129. n. 8. Rot. cor. Buratto dec. 278. n. 10.*

Claudicabat quoque subalternum suppositum aliarum alienationum, quæ junctæ cum omissione Inventarii valerent efficere præsumibilem præfatam consumptionem, seu satisfactionem Detractionum; ad hunc etenim effectum oportuisset (firma tamen hypothesi defectus Inventarii ex mox firmatis minime de cetero allegabilis) ostendere, quod non solum eædem alienationes initæ per primos Gravatos forent antecedentes illis, quæ prætendebantur hodie recuperari per immissionem, sed & in valde considerabili quantitate consumptæ, unde Judex quiret prudenter arguere, & plusquam probabiliter suspicari, quod aliæ, & aliæ forsan ma-
5 jores alienationes præcedenter intercesserint, prout distinguendo, ubi agatur contra tertium Possessorem, vel adversus heredem here-

heredis gravati, quotidie firmatum legitur per *Mangil. de Imput. quaest. 136. num. 51. Peregr. de fideicom. art. 39. num. 13. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quaest. 4. nu. 2. Cyriac. controv. 5. num. 26. & seqq. Card. de Luca disc. 25. num. 55. de Legit. Rot. cor. Emerix Jun. dec. 1118. num. 3. & in rec. decis. 142. num. 11. par. 16. & in dicta Romana Immiss. 19. Febr. 1711. §. finali, cor. Emo Priolo.*

Cessantibus igitur in facto hisce praecedentibus, & insignibus alienationibus, ut in comperto erat, etiam inspectis *Decisionibus* praedicti *clar. mem. Card. Caprara*, illa potestas, quam ad evitandum delictum Jura nostra supponunt, & admittunt in Gravatis, eligendi scilicet in sibi competentes detractiones, quidquid ab eis repetitur distractum, utique cadebat, sive applicabatur venditionibus utriusque Praedii, nempe *delle Case nuove* sequut. de Anno 1636. & *del Ponte* de Anno 1641. & consequenter militabat pro praedictis Possessoribus tota prae-
6 sumptio, tota dispositio famigeratae *l. Marcellus, §. Res quae ff. ad Sen. Consf. Trebell., & in l. quartam, ff. ad l. falcidiam, Peregr. de fideic. dicto art. 39. num. 2. & 3., Fusar. de substit. quaest. 543. num. 1. Marta de success. legal. par. 3. quaest. 21. art. 10. nu. 61. Rota cor. Emer. Jun. dec. 967. n. 1. in praelaudata Rom. Immissionis 19. Febr. 1711. §. Minus, cor. Emo Priolo, & in Romana Trebellianica* pendente extensione hujus *Decisionis* edita *sub die 10. Junii currentis Anni 1712. in princ. coram Me.*

Et sane ad rem propius applicando, cum, ut diximus, praemissae detractiones ascenderent ad ☧ 10445., pretium vero Praedii *del Ponte* non excederet ☧ 6000., & alterum *delle Case nuove* ☧ 3219. 98. ecce, quod facta computatione, seu supputatione arit-
7 metica potius eaedem Detractiones plus importabant, quam alienationes, ut in proposito etiam dixit *Cyriac. controv. for. 89. sub num. 7. vers. quo vero ad quantitatem, Rota post Zacch. de Salar. dec. 96. sub n. 1., & in Romana Pecuniaria super primo Contractu 22. Febr. praeteriti §. Demptis itaq; cor. me.*

Sentiebant Defensores Octavii plenam efficaciam hujusce contrapositionis, & Calculi, ideoque contendebant ex una valorem Praedii *del Ponte* peraugere, & respective minuere ad alium effectum importantiam Praedii *delle Case nuove*, asserendo, quod primum fuerat in Divisione reputatum voloris scut. 7173., & alterum venditum per Hieronymum Marco Antonio duntaxat pro rata sc. 2979. 96. Verum circa secundum facile erat respondere, quod quanto magis minuebatur illius pretium, tanto minus erat imputabile in Detractiones: Circa vero alterum Praedium *del Ponte*, profecto, quidquid amicabiliter fuerit in Divisione suppositum (ut passim in similibus fieri solet ad effectum coaequandi portiones) nihilominus, alio non
8 ostenso, standum erat posteriori Instrumento hujusce venditionis, utpote stabilitivo pretii duntaxat scut. 6000. cum Instrumentum emptionis, & venditionis, regulariter attendatur pro comprobando valore, ex collectis per *Bald. in l. si fundus in fin. ff. de reb. cor. Pinell. in l. 2. par. 3. cap. 4. num. 43. C. de rescind. vendit. Menoch. cons. 358. n. 23. Rot. cor. Gregor. dec. 553. num. 2., & coram Peuting. dec. 50. fere per tot.*, & signanter *num. 3., & dec. 135. num. 16. par. 6. rec., & dec. 232. num. 2. & seq., & n. 6. par. 15. & in Maceraten. fideic. 16. Martii 1703. §. Et circa valorem, cor. Rmo D. meo Molines Decano.*

Praesupposuimus usquedum in confuso, quod alienationes hujusmodi Praediorum *del Ponte, e delle Case nuove* explete fuerint a primis heredibus gravatis recta via quodammodo in eosdem Conjuges hodie illorum Possessores; quando revera Praedium *del Ponte* distractum fuit a Marco Antonio, & Praedium *delle Case nuove* ab Andrea filio Hieronymi, sed hoc non immutabat rei substantiam, quia jam Hieronymus usque de Anno 1636. vendiderat praedictum Praedium *delle Case nuove* pro enunciato pretio scutorum 2979. 96. cumque id peragere procul dubio valuisset ratione medietatis detractio-
9 num, sibi competentium in summa scutorum 5222., utique Praedium liberum evasit, seu pertransivit in Marcum Antonium, & ab hoc in Andream, qui novissimo loco illud distraxit in Conjuges de Carrariis mediante donatione exarata per ipsum Marcum Antonium ad commodum ipsius Andreae, juxta *Text. in l. 1. & 2. ff. de Donat. Card. de Luca de Donat. disc. 28. num. 6.*

Addito ulterius, quod Hieronymus in venditione Praedii *del Ponte* celebrata per Marcum Antonium favore Conjugum sese principaliter, & insolidum obligaverat, unde omnia Jura detractionum sive unitim, sive ad partes spectantia ad Hieronymum, & Marcum Antonium in praecitata quantitate scut. 10445. remanserunt transfusa, & obligata in sempiternum pro evictione utriusque alienationis, & sic semper quoque inutilis evaderet circuitus, quoties Octavius obtinuisset Im-
10 missionem, & Jugales instarent pro consequutione detractionum utriusque Gravati eis obligatorum, quod non esse tolerandum,

dum, sed continuo evitandum in Judicio, nemo non scit, ad *Text. in l. eum fundus §. Servum, ff. de reb. Credit., Bald. in cap. in præsentia n. 3. ubi Dec. in 2. notab. de probat. Paris. cons. 12. n. 115. lib. 2. Card. de Luca de fideic. disc. 189. num. 6. Rota decis. 184. nu. 8. par. 5. rec., & in Sutrina Immiss. 29. Jan. 1712. §. Hinc allegare cor. Emo Priolo.*

Majorem denique circuitum induxissent prætensiones, quæ pariter subalternanter adducebantur per Octavium, vel super eo, quod præfati primi heredes Hieronymus, & Marcus Antonius retrovendiderint quemdam Censum fideicommissarium scutorum 300. proindeque quod, & hæc quantitas imputanda foret in consumptionem præfatarum detractionum, vel ex quo non minus imputari deberet valor Argentorum, & Jocalium hereditariorum fideicommittentis, de quibus ratio non videbatur reddi per Conjuges; ultra enim, quod hujusmodi signanter Argenta, & Jocalia legata legebantur per fideicommittentem ejus Nurui cum onere extinguendi Censum passivum ejusdem Testatoris, & Nuru renuente lagatum acceptare, eumdem Censum positive extinxerant heredes gravati, ac propterea æqua lance foret eidem retrovenditioni contraponenda hæc acquisitio Crediti, ut in specie ex-
11 tinctionis debitorum fideicommittentis factæ per Gravatos quotidie apparet firmatũ per *Rot. dec. 37. num. 3. post Torr. de pact. futur. success., & dec. 254. n. 3. & dec. 320.* pariter *num. 3. cor. Buratt., dec. 790. nu. 4. par. 19. tom. 2. rec. in Illerden. hereditatis de Gomar. 4. Junii 1703. §. Quid plus, & in Maceraten. fideicomm. 6. Maji 1709. §. Et ex his, coram Me.*

Adhuc, si aliquid per hypothesim, vel ex capite prædicti Census scutor. 300. retrovenditi, vel ex altero horum Argentorum remaneret protendens ad extenuationem prędictarum detractionũ calculatarum in summa præfata scutor. 10445., nonne (ut non inutiliter supra meminimus) in manibus Octavii remanebat, & in præsenti exstat præter dotalem Matris quantitatem scut. 1000. attinentem ad Andream, etiam Prædium *della Durante* valoris scutor. 3000. liberum ab omni nexu fideicommissi, & consequenter negabilis non esset in omnem casum regressus Carrariis ad hujusmodi Prędium *del-*
12 *la Durante*; quamobrem a primo ad ultimum (licet quodammodo ex abundanti) ad effugiendos etiam hos omnes circuitus justissime semper a *Dominis* denegata fuit Immissio, ut etiam in fraternizantibus terminis alias practicavit *Rota in Romana restitutionis Dotis 20. Martii 1711. §. Profecto, cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & in prædicta Sutrina Immiss. 29. Januarii 1712. §. Hinc allegare, cor. Emo Priolo, & in Reatina Manutent.* pendente extensione hujus decisionis edita *sub die 27. Junii 1712. §. final. cor. prælaudato R. P. D. meo Scotto.* Et ita &c. utraque &c.

Firmana fideicommissi.

Lunæ 2. Maji 1712.

ARGUMENTUM.

Filii positi in conditione quando censeantur dispositive vocati, & quid dicendum, si non modo filii, sed etiam ulteriores descendentes fuissent pariter sub conditione vocati. Reciproca linealis ex quibus conjecturis inducatur, & quando arguatur volita a Testatore inter substitutos, & descendentes ulteriores, & etiam remotiores. Identitas bonorum fideicommittentis ex quibus probetur juxta celebrem præsumptionem *Fulgos. cons. 145.*

SUMMARIUM.

1. *Substitutio facta sub conditione* si sine filiis *expirat, morientibus institutis cum filiis.*
2. *Quod procedit etiamsi dictum fuerit* = absque filiis, & descendentibus in infinitum =
3. *Substitutio facta decedenti sine filiis, aut filiorum filiis, & descendentibus operatur, ut donec aliqui supersint, non admittantur substituti, non tamen facit, ut illis deficientibus censeantur vocati substituti.*
4. *Prædicta tamen regula non procedunt quoties vel verba Testatoris, vel conjectura ex ipsis visceribus dispositionis desumpta aliter suaderent.*
5. *Filii, & descendentes positi in conditione per verba importantia tractum successivum, & concursum plurium graduũ, censentur dispositive vocati.*
6. *Explicatur* Decis. 454. Cavaler. *super conditione illa* si sine filiis.
7. *Ad hoc ut verificari possit, quod descendentes ex una linea succedant Descendentibus ex altera, omnino requiritur, ut fideicommissum exsistat in qualibet linea progressivum.*
8. *Unicitas lineæ quando volita præsumatur per Testatorem.*
9. *Fideicommissum lineare reciprocum facilius inducitur inter Descendentes a Testatore.*
10. *Ex reciproca facta inter primos institutos arguitur ad reciprocam linealem inter substitutos, & descendentes remotiores.*
11. *Amor semper descendit.*

12. *Vo-*

12. *Vocatio a Testatore facta* in stirpes, & non in capita *supponit*, *quod fideicommissum de una stirpe*, *seu linea ad aliam lineam directum fuerit*.
13. *Substitutio facta ultimo morienti inducit qualitatem reciproca*.
14. *Argumentum a fortiori deductum est validissimum*.
15. *Exclusio unius*, *vel aliquorum importat inclusionem aliorum*.
16. *Verba Testatoris præsuppositiva etiam sine præcisa alia dispositione disponunt*.
17. *Quem non honoro non gravo*.
18. *Reciproca linearis præcipue inducitur ex sola abstractiva prohibitione alienationis*.
19. *Item ex conservatione bonorum in perpetuum*, *& in infinitum*.
Voluntas Testatoris in ultimis voluntatibus semper venit observanda.
20. *Immissio ad bona fidecommissaria denegari nequit constito de fideicommisso*, *illiusque purificatione*, *& bonorum identitate*.
21. *Identitas juxta* cons. Fulgos. 145. *probatur quoties heredes gravati reperiuntur possidere bona controversa in eadem Regione*, *sive Contrata*, *in qua possidebat Testator*; Limita num. 23.
22. *Terminus terminatus non potest esse idem cum termino terminante*.
23. *Si in hereditate gravati reperitur major quantitas bonorum*, *intrat præsumptio*, *quod ab ipso fuerint acquisita*.
24. *Ad probandam identitatem melior justificatio haberi nequit maxime in antiquis*, *quã enunciativa confinium*, *& novissima confrontatio per Testes*, & num. 25.
26. *In antiquis ad identitatem probandam leviores probationes*, *& infirmiora argumenta superabundant*.

DECIS. DLXXVI.

Immissionem expetentes adversus Monasterium S. Augustini effectum heredem Nicolai, veluti in prædicta Religione professi, Andreas, & Joanna, duo adinvenerunt obstacula; Alterum, quod fideicommissum, cui insistebant Actrices, foret expiratum, & alterum, quod etiam posita duratione, & purificatione fideicommissi ad ipsarum favorem, non posset in omnem casum a prænominato Monasterio divelli quædã Domus posita in Contrata, seu Regione *S. Angeli* Terræ, seu Loci Montis Sancti Firmanæ Diœcesis, cujus de cetero erat Originarius Incola Nicolaus Credentiatus prætensus fideicommittens: Sed iisdem objicibus serio rimatis, & introspectis, memoratas Actrices immitti mandavit *A. C. Cerrus*, non solum in ordine ad quoddam Prædium, verum etiam super hujusmodi Domo *S. Angeli*; Conscendente autem litigio ad *Sac. Tribunal*, unanimiter *Domini* existimarunt, hujusmodi Judicatum, tamquam undique justum, omnino *fore confirmandum*.

Frustra quippe expiratio fideicommissi deducebatur ex eo, quod etiamsi Nicolaus Testator substituisset in infinitum filios filiarum heredum institutarum, earumque Nepotes, & Neptes, & descendentes ex eis, nihilominus substitutio hæc quantumcumq; progressiva, penderet ab ea conditione *si sine filiis*, ut ibi: *Et si aliquis ex dd. suis heredibus*, *& filiabus absque filiis*, *& filiabus*, *Nepotibus*, *& Neptibus decederent*, *& deinceps in infinitum*, *substituit supraviventes*; Quamobrem cum Cæsarea, una ex prædictis filiabus, & heredibus decesserit cum Nicolao filio, & Magdalena filia, & deinceps cum Spiritu Nepote, & Catharina Nepte, usque ad inclusionem alterius Nicolai Aonepotis, ut supra professi, ecce, quod expiraverat omnis progressiva vocatio, cum omnes etiam succedaneæ substitutiones adhærere dicantur a præfata conditione *si absque filiis*, eaque propterea non verificata, rumpantur omnes anuli subsequentes, sicuti eiam frangitur, dissolviturque Catena
1 primo anulo dissoluto, sive disrupto, ad celebre *cons. Oldradi il* 21. ex plene traditis per *Surd. cons.* 448. *nu.* 11. *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 11. *tit.* 6. *num.* 6. *Cyriac. contr. for. cons.* 521. *num.* 21., *Rot. cor. Emer. dec.* 437. *num.* 2., *& dec.* 1216. *num.* 1. *in rec. dec.* 89. *n.* 1. *par.* 19. *& dec.* 526. *num.* 1. *eadem par.* 19. *tom.* 2., *& in Romana Donationum* 24. *Januarii* 1701., quæ *dec.* est impressa post *Constant. ad Stat. Urb. la* 203. *num.* 2., *& in Macerat. fideicommissi* 6. *Maji* 1709. *in principio cor. Me*; quod que prædictum *Consilium* locum sibi vindicet ex
2 præmissa ratione conditionis non impletæ, etiamsi dictum fuerit = *absque filiis*, *& descendentibus in infinitum* = prosequuntur ampliando *Dec. cons.* 218. *n.* 5. *in fine*, & plene *cons.* 419. *nu.* 3. *lib.* 3. *Menoch. cons.* 45. *nu.* 45. *Giovagn. cons.* 39. *nu.* 5. *lib.* 1. *Fusar. de Substit. quæst.* 480. *sub nu.* 16. *vers. Sed adverte Palm. Nep. allegat.* 227. *n.* 32. *Rot. cor. Caval. dec.* 454. *num.* 12.

Stare enim insimul valet, quod non solum filii, sed Nepotes quoque, ac Descendentes in infinitum sint positi in cõditione, ad effectum, ut donec aliquis ex eisdẽ filiis, Nepotibus, & Descendẽtibus præexsistat, demandata substitutio locũ sibi non vindicet; Sed minime ob id infertur necessario, quod eis-

3 dem mox enunciatis deficientibus, deinceps isti censeantur gravati restituere Bona substitutis, ut ex Doctrina *Joannis Andreæ in addit. magn. ad Speculator. versic. Nec obstant*, *Decius conf.* 218. *sub nu.* 7., *& conf.* 291. *num.* 5. signanter dixit, *Rot. cor. Cavaler. dec.* 454. *sub nu.* 10.

Siquidem facile omnia hæc corruebant; nam quemadmodum vera erat in abstracto præfata regula sæpius admissa, & juxta facti, seu Testamenti circumstãtias passim cum prædicto *Consilio Oldradi* canonizata per *Sac. Rotam* ita non minus recepta apparebat, & suffulta innumeris propemodum *Decisionibus Tribunalis* limitatio, quod ea non procederet, quoties, vel verba Testatoris, vel

4 conjecturæ ex ipsis visceribus dispositionis desumptæ aliter suaderent, juxta vulgatas resolutiones, & exempla, de quibus *Rota cor. Seraph. dec.* 1373. *num.* 1., *&* 2. *coram Emer. Jun. dec.* 203. *num.* 5. *in rec. dec.* 185. *num.* 5. *dec.* 385. *num.* 20. *par.* 9. *& dec.* 142. *num.* 5. *par.* 10.

Verba autem Testatoris, & conjecturæ erant adeo perstringentes, ut nedum importarent præfatum recessum *a Consilio Oldradi*, & inducerent respective omnino progressivum fideicommissum, seu descensivum, sed etiam alterum longe durius, quod nuncupatur lineale, idest de linea ad lineam, ut mox evincetur: quare citra repetitionem subsequentium verborum, & conjecturarum præseferentium quoque reciprocam linealem, plusquam abunde sufficiens effulsit *Dominis* quod, quidquid dictum fuerit superius in objecto, nullo modo poterat revera congruere *Consil. Oldrad.* eo ipso, quod non fuerunt positi in conditione dumtaxat filii primorum heredum, sed etiam omnes Nepotes, & Descendentes in infinitum: Tunc enim dici nequit, pendere reliquas substitutiones a prima substitutione, seu gravamine injuncto sub conditione *si sine filiis*: Non enim per hanc gradualitatem filiorum, & filiarum Nepotum, & Neptum, & Descendentium in infinitum oportuisset progredi

5 ad tot gradus, necessario semper implicantes eamdem conditionem = *si sine filiis* omnino subintelligendam vigore *Textus in l. cum Avus* 101. *ff. de condit., & demonstrat., & l. cum acutissimi* 30. *C. de fideicom.* quoties satis exstitisset, primam conditionem in primo gradu expirasse ad terminos *Consilii Oldradi*, quemadmodum distinguendo connotarunt, *Torr. var. quæst. Jur. lib.* 1. *quæst.* 1. *num.* 6. *tit.* 2. *fol.* 207. *Rota cor. Buratt. in addit. ad dec.* 385. §. *Septima est*, *dec.* 326. *num.* 10. *par.* 14. *rec.*, *& cor. Emerix Jun. dec.* 471. *sub num.* 1., *in Lucana fideicomm.* 14. *Decembris* 1708. §. *Assumptum cor. Rmo Kaunitz Episcopo Labacen.*, *& in ejus confirmatoria* 12. *Junii* 1711. §. *Maxime*, *cor. R. P. D. meo Crispo*.

Absque eo, quod proinde præ ceteris obesset allegata in contrarium *Decis. Cavalerii* 454. Quoniam ibi Testator habuerat respectum mortis solius primi unici heredis gravati cum dictione prorsus restrictiva ad talem casum, ibi *tali casu*, ulteriusve in eodem casu *Cavalerii* respectu filiorum, & descendentium stabat in parte ipsa conditionali conditio *si sine filiis &c.* ast non insimul (prout in præsenti) in parte pariter activa substitutorum, ibi = *ipse Testator ejus filias, si supervixerint, unacum defunctarum filiarum filiis, & filiabus, Nepotibus, & Neptibus, & deinceps in infinitum substituit*; Et de

6 facto præmissis modo se ipsam interpretata est *decisio* prædicta *Cavalerii ex num.* 6. *cum seqq.* allegans in prima ratione *Alex. & Peregrin.* cum *Rota*, & in secunda *Gabriell. conf.* 123. *num.* 17. *&* 18. *lib.* 2. ultra ceteros mox supra in præsenti *Decis.* collaudatos.

Ceterum, relictis etiam aliis verbis, & conjecturis facile cumulandis in serie testamentaria, de quibus agebatur, obtruncabat omnem dubitationem illa jam facta consideratio, quod Testator non solum induxerat, & ordinaverat fideicommissũ descensivum, sed etiam reciprocum de linea ad lineam, unde a fortiori manifeste recesserat *a Consil. Oldradi*, cum nemo non sciat, quod ad hoc, ut queat verificari, quod Descendentes ex una linea succedant Descendentibus ex altera, omnino, & per necessarium antece-

7 dens exquiratur, ut fideicommissum exsistat in qualibet linea progressivum, & descensivum, ad tradita in *Romana fideicomm. de Goris* 9. *Maji* 1701. §. *exsistente cor. me*.

Quod autem satis perspicue adesset hæc reciproca de linea ad lineam injuncta per Testatorem, generice desumebatur, ex quo idem Testator, quinque lineas instituendo, & honorando, erat omnium Stipes, & Ascendens, in quibus terminis cessabat illa propositio, quod ubi fuerunt substitutæ, & invitatæ ab initio plures distinctæ, & separatæ personæ, seu lineæ, censeri debeat, quamlibet lineam discretive dumtaxat remansisse inter suos palmites, & successores honoratam, quia cum in præsenti idem esset fons omnium istorum rivorum, seu personarum, ac linearum, idemque amor æque

8 descendens in omnes quascumque lineas descenderet ab eodem Disponente, cunctæ reputabantur, ut unica, eademque linea, per

per ea, quæ optime advertunt, *Peregrin. cons. 54. num. 8., & cons. 56. num. 17. lib. 1. Menoch. præsumpt. 62. num. 35. lib. 4. Fusar. de substit. quæst. 475. nu. 20., Card. de Luca de fideicomm. disc. 104. n. 5. vers. Præsertim, & disc. 204. num. 10., & in Summa ejusd. tract. sub n. 173. Rota cor. Emer. Jun. decis. 264. num. 6. & 7. in rec. dec. 465. num. 34. par. 14. & dec. 531. num. 3. par. 19. tom. 2.*, & ob id, quod fideicommissum lineare re-
9 ciprocum facilius inducatur inter Descendentes a Testatore, profitentur, *Altograd. cons. 81. n. 39. lib. 2. Surd. cons. 349. n. 17. Rota dec. 326. num. 2. cor. Merlin. decis. 1. num. 26. cor. Otthobon. & dec. 300. num. 9. par. 1. rec. in Romana fideicom. de Palazzolis 4. Julii 1698. §. Concursus autem, vers. Quoniam, cor. Rmo dell'Olmo Episc. Conchen. & in Reatina fideicomm. 20. Martii 1700. §. Primo namque cor. Me.*

Maxime, dum expresse idem Ascendens jam prælignaverat, & ordinaverat hujusmodi reciprocam in primis gradibus, & consequenter nulla suppetebat ratio, quin ex eadem dilectione progressiva, & ostensa erga
10 omnes descendentes, unam; eamdemque lineam dilexisset, sicuti arguunt, *Riminald. Jun. cons. 676. n. 5. lib. 6., Surd. cons. 344. num. 11. Soccin. cons. 110. num. 39. versic. Qui etiam lib. 3., Fusar. de substit. q. 475. num. 35., Menoch. de præsumpt. lib. 4. dicta præs. 62. sub n. 37. vers. Ceterum, Rodulph. allegat. 33. num. 11., Rot. cor. Otthob. dicta dec. 1. num. 25. & in rec. dec. 266. num. 20. par. 1., & dec. 474. n. 7. par. 13. dec. 570. num. 20., & dec. 609. num. 5. par. 19. rec. & in Bononien. fideicomm. de Ursis 26. Martii 1705. §. Et tamen, cor. Rmo D. Molines*
11 *Decano*; præsertim cum amor semper descendat, ex notoriis adductis *in Voto decisivo* per Me edito in Causa *Neapolitana Commutationis voluntatis*.

Eoque fortius concurrente in activa vocatione eorumdem descendentes collective substitutos Clausula *in Stirpes, & non Capita*, per quam sane clausulam, sicuti apparent in unum invitatæ stirpes ceteroquin distinctæ, debet etiam reputari, quod fideicommissum de una stirpe, sive de una linea ad
12 aliam lineam directum fuerit, prout vim ejusdem Clausulæ *Alciatum* ponderasse, testatur *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 59. num. 13., & in ejus cons. 376. num. 33.*, & sequuta est *Rota in Forolivien. fideicom. de Torellis*, impressa apud *Modern. Forolivien. post dissert. 16. dec. 1. num. 29.*

Quodque plus erat, eamdem Clausulam = *in stirpes, & non in capita* = repetierat in casu, quo omnes filiæ Testatoris institutæ Defunctæ exstitissent, vocando pariter filios Masculos, *& feminas, Nepotes, & Neptes descendentes ex eis*; ideoque dum æquo modo ex prædicta *l. Cum Avus* singulis filiabus per legalem subintellectum foret adjicienda Clausula *si sine filiis*, ecce conjectura potentissima, quod substitutio palam sic facta ultimo de singulis morientibus sine filiis, &
13 Descendentibus induebat necessitatem reciprocæ qualitatis, ex connotatis per *Decian. cons. 3. n. 64. lib. 1., Soccin. Jun. cons. 151. nu. 25. lib. 3. Menoch. cons. 325. n. 10. Mantica de conjectur. lib. 7. tit. 5. num. 7. & seqq., Torre de Majorat. quæst. 27. num. 19. Rot. dec. 183. num. 1. par. 10., & dec. 283. num. 11. par. 13.*, & fere in nostris terminis dixit *eadem Rota dec. 361. nu. 9. par. 1. rec., & cor. Rembold. dec. 610. num. 7.*

Rursus accedebat, quod cum certe ex his supposuerit Testator, filios quarumcumque filiarum fore successuros, & consequenter temporalem usumfructum Bonorum etiam fideicommissariorum pertinere potuisset, & respective debuisset ad Maritos earumdem filiarum, seu Patres illarum filiorum, & Descendentium, eosdem Maritos, & Patres in casu transitus ad secunda vota privavit usufructu, & hoc ad commodum filiorum, & descendentium de aliis lineis, juxta clarissima verba apposita sub §. *Ejusdem Testamenti = Item ipse demandavit* ibi = *quod Mariti prædictarum suarum filiarum tam viventium, quam defunctarum in eventum, in quem transierint ad secundas nuptias, tunc eo casu sint privati, & ipso Jure perdant legitimum usumfructum sua hereditatis, & portionem tangentem eorum filiis, & dictus ususfructus cadat, & totus sit ad utilitatem, filiorum, & filiarum suarum filiarum defunctarum, vel eorum Descendentium, & deinceps in infinitum* = Signum profecto evidens, quod si reciprocum lineare injunxit in sola temporali fruitione usufructus, utique multo magis illam fategit, & voluit in ipsa proprietate Bonorum, in qua vere fideicommissum, & substantia substitutionis consistit, ducto solito argumento a minori ad ma-
14 jus, seu (ut dicitur) a fortiori, *ad Text. in Auth. Multo magis, Cod. de Sacrosanct. Eccles. Rot. dec. 75. num. 34. & dec. 89. n. 14. inter hactenus Romæ impress. cor. Me, & in Asculana Successionis 9. Maji 1707. §. Ceterum, pariter cor. Me.*

In id ipsum pro lucidiori manifestatione volitæ hujus reciprocationis de linea ad lineam, conspirabat, quod non solum ab institutione, sed ab omni emolumento hereditatis

exclu.erat Virginiam, & Octaviam, etiam descendentes a Petra Nicola, ejusdem Testatoris sexta filia præmortua, tamquam congrue dotata; unde ad quid enixe eamdem exclusionem noviter ordinare in casu decessus aliarum filiarum, sine filiis, Nepotibus, & Descendentibus in infinitum cum substitutione filiorum pariter, Nepotum, & Descendentiū in infinitum ab aliis filiabus institutis, nisi forte dubitasset, vel potius certe præsupposuisset, quod licet ab initio exclusæ ab institutione, possent censeri restitutæ ad Successionem in substitutione postmodum reciproca, quam injunxerat in posterioribus gradibus de linea ad lineam; alias quippe suapte natura absque tali præsuppositione id minime oportebat exprimere, exclusis jam præcedenter, ut diximus, omnino prædictis Virginia,& Octavia, non solum ex regula, quod exclusio u-
15 nius, vel aliquorum importat inclusionem aliorum, ex congestis etiam in Jure nostro post *Textum in l. quamvis C. de pignor.*, *& in l. ait Prætor. ff. Minor.*, *per Decian. cons. 64. num. 11. lib. 2. Symon. de Pretis de interpret. ultim. volunt. lib. 2. dub. 3. n. 32.* cum aliis apud *Barbos. axiom. 120. num. 1.*, sed etiam quia recepta passim reperitur conclu-
16 sio, quod verba Testatoris, præsuppositiva, etiam sine alia præcisa dispositione, disponunt, *ad Text. in l. cum proponebatur 66. ibique Gloss. in 2. figur. casus ff. de legat. 2. Dec. cons. 23. sub num. 4. vers. quia verba*, *& cons. 58. num. 2. Castill. contr. lib. 4. de conject. ultim. volunt. cap. 46. nu. 19. Card. de Luc. de Fideicomm. disc. 118. n. 7.*, *Rota cor. Emerix. Jun. dec. 116. n. 6. & dec. 138. num. 9. & in rec. dec. 460. num. 16. par. 1.*, *& in Romana Cappellaniæ 16. Martii 1708. §. Quod autem, cor. Me.*

Coronabantur hæc omnia ex nimium enixa prohibitione alienationis usque ad interdicendam permutationem, & hypothecam, seu obligationem non tantum primis heredibus institutis, & gravatis indubitanter sub conditione *si sine filiis*, sed etiam eorum filiis, & Descendentibus, quosve propterea oportebat omnino existimare voca-
17 tos, alias non gravasset ista prohibitione alienandi, juxta regulam, *quos non honoro, non onero*, ut semper arguerunt *Alex. consil. 24. num. 5. lib. 3.*, *Peregr. de fideic. art. 33. n. 37. Grattan. discept. for. 666. n. 18.*, *Rota dec. 58. n. 1. par. 18. Rec.* Quemadmodum ex sola quoque abstractiva prohibitione alienationis præmaxime robur recipere præ-
18 sumptionem ordinatæ reciprocæ linearis affirmarunt post *Bartol. in l. qui Romæ §. Coheredes ff. de verbor. oblig.*, *Ruin. cons. 140. num. 9. Soccin. Jun. cons. 168. nu. 78. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 62. sub nu. 37. vers. secunda sit.*, *Card. de Luc. de fideicom. disc. 101. nu. 3.*, *Rota cor. Emer. Jun. dec. 264. num. 8.*, *& dec. 471. num. 9. par. 14. Recent.*

Addito, quod ultra ipsum præceptum prohibitivum, seu negativum alienationis aderat etiam positivum conservationis Bonorum in sempiternum, ita ut *salva esse* deberent (sunt verba præcisa) *prout nunc*; Quomodo enim valebat aptari illa Clausula *prout nunc*, nisi quia sicuti de tempore Testamenti conservabantur Bona penes unum, eumdemque Testatorem, ex post etiam permanerent intra omnes Descendentes a filiabus institutis per modum unius, quod proculdubio aperte nimis implicabat soliditatem, & reciprocationem, ne aliqua pars Bonorum staret penes eosdem substitutos, & altera penes extraneum, qualis foret, & est Mona-sterium, contra tam expressam voluntatem
19 Testatoris, quæ semper religiose venit observanda *ad Text. in l. in conditionibus ff. de condit. & demonstrat. l. cum quæstio in fin. C. de Legat. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 3. tit. 3. nu. 1.*, *& seqq.*, *Rot. cor. Emerix decis. 927. n. 2.*, *& dec. 1312. n. 21.*, & alibi passim.

Patefacta igitur ad oculum insubsistentia prioris obstaculi, quodque subinde circa Prædium *S. Angeli*, utpote digito demonstratum pro existentre in Bonis Testatoris de
20 tempore obitus, plana redderetur Justitia Immissionis, in hac parte attributæ favore Actricium, ex quo constito de fideicommisso, illiusque purificatione, Bonorū que identitate, ea nusquam denegari solet, aut potest ita ordinante *l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll. Honded. cons. 64. num. 56.*, *& seqq. lib. 1. Menoch. de adipisc. remed. 4. nu. 199. Peregr. de fideicomm. art. 2. num. 60.*, *& seqq. Rot. dec. 452. num. 1. par. 19. tom. 2. rec.*, *& in Reatina fideicomm. de Severis 11. Aprilis 1707. §. Exsistentia cor. R.mo Omanna Episcopo Giennen.*

Verum prorsus non similiter concludendum erat circa secundum obstaculū ab initio insinuatum, sive quoad Domum pariter *di S. Angelo* quæ detinebatur per idem Monasterium, palam quippe corruebat ejus quoque respectu omnis hæsitatio; Licet enim prætenderetur ex parte ejusdem Monasterii, locum habere non posse præsumptionem elicitam ex celebri *cons. Fulgosii 145.*, volentis, identitatem eo ipso probatam remanere, quoties heredes gravati reperirentur possi-

possidere bona controversa in eadem Re-
21 gione, seu Contrata prout hic erat illa *S. Angeli*, ex nimium frequenter firmatis, & signanter per *Peregr. de Fideicomm. art.* 44. *n.* 22. *Fusar. de substit. quaest.* 618. *num.* 45. *Episcop. Rocc. disp. Jur. cap.* 10. *n.* 55., *Rota cor. Ottbob. dec.* 145. *nu.* 15. *cor. Cerr. dec.* 246. *n.* 1., *& seqq. & in addit. ad dec.* 46. *n.* 37. *inter hactenus in Urbe impress. cor. Me*.

Idque demonstrare contenderent Informantes pro eodem Monasterio, ex quo in praenominata contrata doceretur, sitam exstitisse aliam Domum seorsim pertinentem ad Ulyssem Caesateae Maritum, respective Abavum Nicolai ultimi defuncti, uti liquebat ex eodemmet Fideicommittentis, necnon ex altero Instrumento divisionis successive sequutae, in quibus ipsi Domui Testatoris assignabatur pro confine altera Domus prae-
22 nominati Ulyssis, cum impossibile sit confine esse unum, & idem cum confinato, ut ait *Bald. cons.* 422. *post princip. Hieronym. a Monte de fin. regundor. cap.* 107. *nu.* 4. *Rot. dec.* 520. *nu.* 74. *par.* 14. *rec. & in Romana seu Portuen. Tenutarum super excessu, quoad Palum* 26. *Martii* 1708. §. *Verum accepto*, *cor. Me*, & fuit etiam dictum in *Nullius, seu Caputaq. Jurisdictionis* 14. *Decembris* 1711. §. *De reliquo* pariter *cor. Me*.

Ac propterea docto de acquisitione, seu descensione hujus Domus in Nicolaum Abnepotem ab Ulysse, cessaret prorsus eadem praesumptio *Fulgosii*, & subintraret solem-
23 nnis limitatio in hoc casu a nemine controversa, uti videre est *apud Surd. cons.* 505. *num.* 10. *& dec.* 339. *num.* 9. *cum seqq. Rot. cor. Gregor. dec.* 575. *num.* 9. ibique *Add. n.* 11. *cor. Emer. Jun. dec.* 428. *num.* 4., *& in rec. dec.* 131. *num.* 5. *par.* 1., *& dec.* 135. *num.* 4. *par.* 11.

Placuit enim responsio tradita per Defensores Actricium, nempe quod quidquid esset in rei veritate, utrum Domus Ulyxis assignata pro confine alterius Domus Testatoris in eadem Contrata, seu Vicinia, transiverit, necne in Nicolaum ultimum defunctum, certe amplius ambigere fas non videbatur, quod Domus hodie petita per easdē Actrices positive non esset illa eadem, quae erat de Dominio Fideicommittentis, cum omnino invicem correspondérent Confinia, adamussim respiciētia Domum ipsius Fideicommittentis, sicuti fulgide coruscabat, introspecto praefato publico Instrumento divisionis sequutae de Anno 1604. hodie verificato, & comprobato cum Testibus in omnibus ipsius partibus, melior namque haberi non potest justificatio, maxime in antiquis, quam enunciativa Confinium, undique innegabilis, & novissima confrontatio
24 per Testes, ad ea, quae pro comprobanda certo certius identitate asseruntur per *Dec. cons.* 146. *num.* 14. *Paris. cons.* 104. *nu.* 24. *& seqq.*, *Rot. dec.* 41. *num.* 4. *post Paciebel. de distant. dec.* 340. *nu.* 4. *par.* 15. *rec.* cum ceteris adductis *in Aquinat. Fideicomm. prima Junii* 1699., quae est *dec.* 91. *sub nu.* 6. *inter noviter in Urbe impressas cor. me*.

Instrumentum quippe praefatae divisionis, de quo *Summ.* Actricium *num.* 4. *litt. B.* in ordine ad Domum controversam ita recensebat Confinia = *juxta Viam publicam a parte anteriori*, *Bona D. Ulyxis eorum Patris*, *a latere*, *& parte inferiori dd. Curatorum* = Quia sane Curatores jam fuerant in eodem instrumento divisionis praecedenter expressi, nimirum Quintilianus, & Alexander de Rotundis: Cumque, ut praemisimus, haec eadem Confinia exstiterint recognita praecise per geminos Testes deponentes, quod ista pervenit ad manus Monasterii *d. Summ. nu.* 10. verificabatur alterum extremum, cum
25 quo omnis identitas, omnia Confinia confrontantur, ut prosequuntur *Bartol. in tract. de Testib. num.* 28. *versic. hanc. eamdem rem Ruin. cons.* 115. *num.* 10. *vers. secundo de identitate lib.* 5. *Gratian. discept. for. cap.* 949. *num.* 15. *Rota in Nullius, seu Senogall. Bonorum super manutentione* 23. *Januarii* 1697. §. *Opitulatur in fin., & in eadem super bono Jure* 13. *Maji ejusdem Anni* §. *Ulterius cor. bo. mem. Muto*.

Absque eo, quod in minimo obesset, quod hujusmodi Testes nequaquam exstiterint formiter examinati; Quoniam iidem Testes in substantia concludebant illud idem, de quo etiam deposuerat usque de anno 1643. alter Testis formiter examinatus, atque registratus *in Summ.* Actricium *num.* 9. *litt. C.*, *& E.* Quapropter junctis omnibus hisce Testibus, & sustinente, sive adminiculante moderniores Testes ad perpetuam allatos, altero supra spatio 60. annorum inducto, & formiter discusso nimis absonū videbatur, juncta etiam praesumptione *Fulgosii*, rigidiores probationes exquirere, cum in adeo peraniquis ad identitatem comprobandam probationes, & infirmiora argumenta superabūdent, ex plene cumulatis per *Ruin. cons.* 50. *num.* 17. *Rolan. cons.* 67. *num.* 17. *lib.* 2. *Peregr. de fideicomm. art.* 44. *nu.* 50. *vers. amplia Rot. in rec. dec.* 435. *num.* 18. *par.* 19. *tom.* 2., *& in Sabinen. Census* 10. *Januar.* 1698. quae est impress. *post Modern. Ascul. in ordine la* 119. *n.* 22.

Et ita utraque &c.

Majo-

Majoricen. Beneficii.

Lunæ 2. Maji 1712.

ARGUMENTUM.

Habes supra in Decis. 476., quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1. *Juspatronatus ubi competit Personis uti Universis, & aliquod Collegium repræsentantibus, nequit fieri præsentatio nisi majori parte in unum conveniente.*
2. *Consules, sive Priores in Italia vocanturii, qui repræsentant Universitatem, sive Collegium.*
3. *Gratia a S. Sede sub contrario supposito extorta est nulla.*
4. *Juspatronatus pertinens ad Collegium, sive universitatem, illius exercitium residet penes illius repræsentantes, sive Priores, sive Consules.*
5. *Libris, vel testificationibus publicorum Ministrorum, sive Officialium plena fides præstanda est.*
6. *Pro obtinenda gratia derogatoria medietatis vocum requiritur expressio, quod Præsentantes erant in quasi possessione præsentandi.*
7. *Juspatronatus non acquirit, qui in illius fundatione nec obulū quidem implicavit.*
8. *Donatio facta ex mera liberalitate numquā dicitur onerosa, sed libera, & proprium efficitur patrimonium Donatarii.*
9. *Juspatronatus non acquiritur iis Fidelibus, sive Benefactoribus, qui ex stimulo pietatis impulsi contribuunt ipsi Fundationi.*
10. *Non omnia Beneficia, quæ sunt erecta in aliqua Cathedrali, vel Collegiata, sunt de Jurepatronatus Canonicorum earumdem.*
11. *Leges, Constitutiones, Edicta, & Decreta nisi aliter contineatur in Littera, numquam amplectuntur præterita, sed habent oculos ante, & non retro.*
12. *Dos pro Beneficio erigendo approbari debet ab Ordinario, ad quem pertinet de congruitate, & sufficientia.*
13. *Electio, & nominatio Jurispatronatus facta ab Officialibus Universitatis ejus liberam Administrationem habentibus dicitur valida.*
14. *Consuetudo præsumitur uniformis, ubi ratio diversitatis non assignatur.*
15. *Actus Resignantis firmat Statum contra Resignatarium.*

DECIS. DLXXVII.

Nulla fuerat etiam in prima conflictatione, in qua per tres usque vices dubia stetit victoria, abstractive difficultas in Jure, nimirum, quod ubi Juspatronatus pluribus competit personis, non uti singulis, sed uti universis aliquod Collegium, aut Universitatem repræsentantibus, nequeat subinde illius exercitium ad praxim deduci nisi majori parte eorumdem singulorum, seu
1 personarum Universitatis in unum placitum conveniente, ut intersint, juxta *Sacrum Eloquium*, vox una, Anima una, & habetur etiam ex generali regula, seu præscripto *Gregorii IX*. desumpto a *Concilio Lateranense*, & stabilito *in cap. primo de his, quæ fiunt a majori parte Capituli*, ibi = *Prævaleat semper, & suum consequatur effectum, quod a majori, & seniori parte Capituli fuerit constitutum*, prout de facto specialius, & uberius in eisdem terminis Jurispatronatus late quoque fuerat ostensum *in præcedenti decisione diei 6. Decembris 1709. sub §. Hujusmodi vero, & §. In primis namque*, in quibus ulterius citra inutilem repetitionem ratio intrinseca exponebatur, quare Jus istud præsentandi, & in suis casibus vox pertinens ad Collegium, vel Universitatem, uti quid individuum non posset recipere divisionem, sive umquam in geminas medietates bipartiri.

Verum tota amaritudo in eodem primo certamine resedit in verificatione, seu applicatione hujus propositionis, utrum scilicet Beneficium ab initio erectum, nempe de Anno 1651. in Ecclesia Matrice Oppidi de Binissalem, ceteroquin, ut infra, indubitanter fundatum de crumena Universitatis ejusdem Oppidi, atque remansum ex littera ejusdem fundationis exercibile, seu explicabile ad præsentationem illius Juratorum, quosve in Italia uti repræsentantes ipsam
2 Universitatē compellaremus Consules, seu Priores, per ea, quę connotantur per *Giurb. ad Consuet. Messan. cap. 1., verb. Et toto Regno cap. 9. a num. 39. cum seqq., Card. de Luca de Praemin. disc. 30. num. 1. & 2., & in Relat. Roman. Curiæ disc. 57. nu. 6. et 7., Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 1. rubr. 9.* ibique *Romaguer. in Addit. ex n. 17. et seqq.*

Verum inquam in rei quidditate, & facti substantia ad prædictos Juratos in effectu spectaret pro tempore uti singulos, vel uti efformantes, seu repræsentantes solummodo, ut præmisimus, eamdem Communitatem per modum Collegii; cumque tunc *Domini* post trinam, ut diximus, propositionem, & examen, censuissent pertinere tale Juspatronatus, & consequutivum illius exercitium ad prædictos Juratos, non tamquā singulos, sed tamquam universos, idque perpensis, & serie libratis omnibus, & singulis Facti circumstantiis, necnon perscrutato

tato tenore verborum ipsius fundationis; utique in necessariam consequentiam quoque reputarunt, Gratiam resignationis a S. Sede sub contrario supposito extortam per Jacobum Ferrer, & Noguera cum simultanea derogatione medietatis vocum, nullam ex defectu intentionis Summi Pontificis sibi promereri exsequutionem, ut latius *in prædicta mea præterita Decisione*,& quemadmo-
3 dum etiam in simillimo casu definiverat antiquius *Tribunal* in una *Aquilana Jurispatr. cor. Card. Corrado impress. apud Vivian. de Jurepatr. dec.* 142. *la* 2. *n.*9. *in fine*, *et n.*10. ibi = *Narravit*, *quod a modernis Patronis*, *seu ab eorum majori parte*, *vel saltem dimidia fuerat præsentatus*, *quæ sane verba denotant Jus spectans ad plures uti singulos*, *non autem universos unicū corpus constituentes*,*quia huic non bene conveniunt*, *cum reputetur individuum*, *ita quod præsentatus a dimidia Universitate censeatur a nemine præsentatus.*

Quamobrem hodie reassumptis iisdem ponderationibus, & circumstantiis, ac verbis fundationis de novo perpensis, solidius in primis semper apparuit, quod prædicta fundatio plenarie fuerat expleta per ipsam Communitatem, seu Universitatem de Binissalem, itaut consecutive prædicti Jurati nequaquam distinctam facerent inibi figuram quoad eorum singulos, sed solummodo repræsentativam ejusdem Universitatis, ut clare habebatur in eadem fundatione sequuta de anno 1051., ut ibi = *Donamus*, *et assignamus doti prædicti Beneficii triginta unam libras &c nimirum viginti octo libras*, *quas facit Universitas Villæ prædictæ de Binissalem virtute venditionis*, *& nova onerationis per nos dictos Juratos nomine dictæ Villæ factæ pro dote dicti Beneficii &c. restantes libras nobis dedit ad effectum fundandi præsens Beneficium magnificus Jacobus Garriga*,& consequenter firmo remanente, quod fundatio fuerit facta per Universitatem, dubitari amplius nequibat, quod Jurispatronatus exinde eidem Universitati acquisitum, indueret
4 prædictam individuitatem, licet illius exercitium deflecteret in Juratos illius Jura, & acta explicare per modum Collegii consuetos, & hoc in excambium, seu vice (ut in reliquis occurrebat Negociis) coadunandi generalia Comitia totius Consilii, quoties vacatio accidisset ejusdem Beneficii, teste *Ancharan. in cap. Pastoralis nu.*11. *de Jurepatr.*, *Lambertin. eodem Tract. lib.* 2. *par.* 2. *quæst.* 2. *art.* 11. *num.* 1. *&* 2., cum ceteris jam allatis *in præcedenti Decis. sub* §. *Quod autem*, *& sub* §. *Et denique ad evidentiam*, *coram Me*.

Id ipsum quoque extrinsece præfulgebat ex *novo Summario* per Juratos hodie distributo *Num.* 4., in quo exhibebatur etiam justificatio desumpta ex libris Regii Patrimonii, in quibus occasione prætensæ amortizationis registrari solent hujusmodi Beneficiorū Erectiones, inibi pariter quippe elucebat, quod prædicti Jurati ex bonis Communitatis, & uti illam repræsentantes,Beneficium,de quo agitur, erigebant, & non ipsi Jurati, vel aliæ personæ particulares in particulari; Unde juncto etiam hoc intrinseco documento magis ineluctabile reddebatur assumptum, de quo proxime, fundationis nempe hujus Beneficii expletæ per Communitatem per organum simplex suorum Officialium, seu prædictorum Juratorum, cum hisce publicis Libris, vel respective testificationibus pu-
5 blicorum Ministrorum omnimoda, seu saltem non modica fides adhibeatur, ex connotatis per *Gabr. de Test. concl.* 4. *num.* 39. *Card. de Luca de Regal. disc.* 14. *num.* 5., *& de Benefic. disc.* 9. *num.* 8., *Rota cor. Coccino dec.* 24. *num.* 7., *cor. Pamphil. dec.*696. *n.*3. *ibique Adden. num.* 8., cum ceteris *per Me* adductis *in annot. ad dec.* 86. *nu.* 104. *inter hactenus impressas cor. Me*.

Neque ad enervanda, seu conetutienda hujusmodi munimenta, & effectus subinde resultantes quidquam faciebat, quod aliquid licet minimum de proprio etiam huic erectioni contribuerint aliæ personæ: Præterquam enim, etiam supposito hoc augmento, in nihilo officiebatur basi resolutionis hucusq; stabilitæ, dum Jacobus nusquam per umbram obtinuerat præsentationes istarū suppositarum personarum, sed solum duorum ex prædictis quatuor Juratis ipsius Communitatis,unde semper incontrovertibile erat, quod considerando etiam Communitatem pro simpliciter Patrona, ipse Jacobus ratione præmissæ individuitatis non habebat integram vocem ejusdem Universitatis, nec ei poterat adjungere alias voces aliarum personarum, quarum præsentationes non fuerat sortitus, saltem non docto, quod isti
6 alii Præsentantes essent in quasi possessione præsentandi, ut requiritur in impetratione Gratiæ derogationis medietatis vocum, ex congestis per *Lambertin. de Jurepatr.art.*1. *quæst.* 3. *par.* 1. *lib.* 2. *num.* 8., *& art.* 23. *quæst.* 9. *par.* 3. *eodem lib.* 2., *Garz. de Benefic. par.* 5. *cap.* 1. *ex num.* 585. *cum seqq. Rosa de Exsequut. Litter. Apostolic. cap.* 6. *num.* 121. *&* 122., *Rota cor. Cels. dec.*256. *num.* 5. *&* 6., *cor. Priolo dec.* 113. *num.* 1., *&* 34., *& in Rec. dec.*471. *n.*6. *par.*4. *tom.*2. *dec.* 169. *num.* 27., *&* 293. *num.* 8. *par.* 16.

Cete-

Ceterum in Facto nequaquam verificabatur, quod quidquam in hac fundatione, animo saltem acquirendi Juspatronatus, quispiam contribuerit; quatenus etenim attinebat ad Joannem Pons, ultra responsiones attributas *in anteacta Decisione a §. Quodq; demum cum duob. seqq.*, accedebat quoque, quod idem Joannes fecerat quidem oblationem contribuendi, sed nec obulum successive in effectu in hac erectione implicavit, ac pro-
7 pterea sola ista velleitas, seu oblatio ad actum non perducta, illum nequaquam efficere valebat confundatorem, per ea, quæ optime norunt *Abb. cons. 106. sub n. 2. par. 2.* & alii, quos refert *Garz. de Benef. par. 5. cap. 9. num. 44. Rota cor. Mantic. dec. 360. num. 5., cor. Ubald. 461. n. 10., & in Rec. dec. 488. num. 9. par. 14., et in Senogallien. Fundationis 13. Decembris 1709. §. Cui oneri cor. Emo Priolo, et 16. Maji 1710. §. Nec loco cor. Rmo D. Molines Decano.*

Quo vero ad Antonium Coll, cujus executorio dumtaxat nomine quidam Garriga superius nominatus, tres libras, ultra viginti octo Communitatis, adjunxerat, perspicuum erat, quod ipse nullatenus intellexerat cum hac adjunctione ullum adipisci Juspatronatus, sed, ut liquebat prædicto *Sum. n. 5.*, hasce tres libras tantummodo fuerat elargitus per donationem non jam dicto tam beneficio erigendo, sed ipsi Universitati, ejusque contemplatione Juratis, absque ullo onere desuper adjecto, usque ad illa proferenda verba = *gratis &c. dono donatione pura, mera, & simplici &c.*, proindeque non poterat hæc donatio considerari, nisi tamquam effecta de libero Patrimonio Universitatis donatarię, non curato ad effectum,
8 de quo agebatur, unde proveniret, ut in proposito animadvertunt *Doctores in cap. Filiis 16. quæst. 2., Abb. cons. 106. num. 2. vers. nam ex dotis, Lambertin. de Jurepatr. par. 1. lib. 1. quæst. 6. art. 1. n. 2., Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæst. 8. num. 33. Garz. de Benef. par. 5. cap. 9. n. 59. Rot. dec. 167. num. 3. par. 2. divers., & cor. Puteo dec. 369. n. 3. lib. 2., & cor. Seraph. dec. 113. num. 1.*

Indeque ex hac eadē ratione passim videmus, in hisce fundationibus nullum acquiri Juspatronatus ab iis Fidelibus, qui veluti potius Benefactores ex stimulo pietatis impulsi contribuunt ipsi fundationi, quia potius in hoc casu magis intrat libertas ejusdem
9 Beneficii, quam ulla servitus Jurispatronatus favore Contribuentium, secundum ponderata per *Abbat. in cap. 3. n. 10. de Jurepatr., Lambertin. eodem Tract. lib. 1. par. 1. quæst. 7. art. 8., & 9., Sanchez. cons. Moral. lib. 2. cap. 3. dubit. 7. num. 6., Modern. Clericat. de Benef. disc. 4. nu. 23., Rot. cor. Cocc. dec. 106. num. 2. & final.*

Evanida non minus erat illa oppositio, quod in omnem casum referenda majus foret hujusmodi fundatio ad Collegium, seu Communitatem Presbyterorum Ecclesiæ, in qua fuerat erectum Beneficium, ex quo illud admiserat ad ejus Consortium hujusmodi novum Beneficiatum; Siquidem, ut liquebat ex ipso contrario *Summ. Jacobi num. 1.*, id evenisset mediante compensa, quod novus Beneficiatus solveret annuas libras sex eidem Collegio, seu Communitati Presbyterorum, ut ibi = *La Reverenda Comunità de' Preti ha dato anoi Giurati, che si fondi il Benefizio, con patto, che si dia alla Comunità de' Preti ciascheduno anno lire sei, e sarà ammesso come l'altri Organisti a detta Comunità* easdemque libras sex eadem Communitas Beneficiatorum ampliaverit ad octo, ut in prædicto *Summ. Jacobi num. 3.*, neutiquam idcirco posita hujusmodi recompensa poterat eadem Communitas Beneficiatorum effici ullo modo Patrona prædicti Beneficii, alias non solum in hisce Ecclesiis receptitiis, sed in quibuscumque Collegiatis, & Cathedralibus omnes Canonicatus, omnia Beneficia fierent de Jurepatronatus earumdem Ecclesiarum, in quibus ex voluntate Particularium fundantur hujusmodi Beneficia, seu Canonicatus, secumferentes necessariam admissionem ad Commune Consortiū
10 etiam ipsius Chori, & distributionum, contra ea, quæ in terminis præcisis advertit *Lotter. de re Benef. lib. 2. quæst. 8. num. 81. Rot. in Placentina Jurispatr. 23. Martii 1703. §. Ceterum, & 10. ejusd. mensis 1704. §. Quandoquidem, cor. Rmo D. meo Molines Decano.*

Seclusis igitur ex hucusque deductis quibuscumque aliis compatronis, parum profecto valebat objicere, quod verisimile non foret, erectum extitisse Beneficiū favore Communitatis, dum illa aliud non contribuebat quam parvam quantitatem librarum vigintiocto, unde non videbatur appretianda tam parum servitus illius Jurispatronatus, maxime cum Constitutiones Synodales exquirerent, pro dote cujuscumque Beneficii ad minus assignari annuos redditus librarum triginta duarum, ut in *Summ.* prædicti *Jacobi nu. 8.*; Quoniam eæ Constitutiones Synodales emanaverant de Anno 1691., & clare disponebant de Beneficiis noviter erigendis, ut ibi = *Nova Beneficia Ecclesiastica erigi non permittantur absque sufficienti dote pro sustentatione Beneficiati*, quamobrem

opus

opus non erat recurrere ad præsidium certissimæ ceteroquin regulæ, quod omnes Leges, & Constitutiones, Edicta, & Decreta,
11 nisi aliud contineatur in littera, nusquam amplectuntur præterita, sed habent, ut dicitur, oculos ante, & non retro, ex collectis post *Bartol. in l. Omnes Populi num. 54. C. de Sacros. Eccles., & in l. Jubemus, §. Quæ imposterum, C. de Testam.* per *Honded. cons. 16. nu. 14. & seqq. lib. 1., Gratian. discept. for. 465. num. 12. Rot. dec. 250. nu. 8. par. 18. rec., & in Romana, seu Firmana Successionis inter impressas cor. me in ordine la 67. num. 16., & in Romana Societatis Officii tertia Junii 1709. §. Sublato*, pariter *cor. Me*.

Potissime, dum hoc ipsum clare præsupponebant ipsæmet prælaudatæ Constitutiones Synodales per ea verba = *Beneficia Ecclesiastica fundare permittebantur tam modicis, ac tenuibus redditibus dotare &c.* itaut infra alia reperirentur fundationes in eodem Oppido non excedentes libras octo, *hodierno Summ.* Juratorum *num. 12.*; De cetero præcisive ab aliqua ordinatione legitimi Superioris in contrarium, nulla reperitur in Jure præfinita taxatio, seu quantitas dotis tribuendæ Beneficio erigendo, satisque est, ut dos ap-
12 probata exstiterit ab Ordinario, ad quem pertinet agnoscere de congruitate, & sufficientia, secundum connotata per *Scribentes in cap. 1. de Præben. in 6.*, & signanter *Ancharan. col. 1. num. 1., Lambertin. de Jurepatr, lib. 1. par. 1. quæst. 5. art. 11. nu. 1. Menoch. de arbitrar. Jud. cas. 216. n. 13. Barbos. de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 4. nu. 22. Rot. dec. 521. num. 1. par. 2. rec.*

Atque ex his remissive de cetero ad præcedentem *Decisionem* superfluum *Domini* judicarunt alia supernectere fundamenta, & præcipue in proposito observantiæ, super qua fuerat aliqua quæstio in præteritis propositionibus, utrum namque ad magis justificandam individuitatem hujusce Jurispatronatus intercederet etiã observantia, nimirum quod præsentatio, seu unio Consensus Juratorum ad præsentandum assueverit fieri, & practicari per modum Collegiativum, & non seorsim, & ab unoquoque ad partes; Sed nihilominus ultra exempla recensita *in Summ. eorumdem Juratorum n. 13. 14. 15. et 16.*, tangentia consuetudinem totius Provinciæ, seu aliorum Oppidorum Regni Majoricen., & signanter quoque præ-
13 ter jam firmata in eodem proposito per *Rot. dec. 295. num. 1. par. 17.*, & in illa altera *Majoricen. Beneficii 15. Junii 1699. cor. Me, et 29. Maji 1700. cor. bo. me. Muto*, adeout
14 generalis observantia Regni, & Civitatis Majoricen. ex se sufficeret, ad theoricam *Joannis Ananiæ in cap. In Genesi num. 51. de elect., Garz. de Benef. par. 5. cap. 4. n. 93., Barbos. Vot. dec. 101. n. 64., Rot. cor. Veral. dec. 229. par. 1., cor. Seraph. dec. 624. n. 4. et in Leodien., seu Aquisgranen. Decanatus 20. Junii 1701. §. Tum etiam, cor. cl. mem. Card. Caprara impressa apud Modernum Romanum discept. Eccles. 24. num. 66.*

Utique superabundat sola confessio, & factum ipsiusmet Jacobi, qui cum reportasset singulariter, &, ut dicebamus, ostiatim consensum a duobus Juratis, nullatenus juvare eum posse existimavit talem assensum suæ resignationi, sed inutiliter curavit actum hujusmodi explere in forma vere Collegia-
15 tiva, ut plenius fuerat annotatum in præcedenti *Decisione diei 6. Decembris 1709. §. final. cor. Me*, que etiam hodie roboratur in facto cum novo *Summ Juratorum n. 7. et 11.* necnon quodammodo in Jure cum doctrina *Flamin. Paris. de Resignat. lib. 1. q. 16. n. 20.* per quam habetur in specie, quod actus Resignantis firmet statum contra Resignatarium. Et ita &c. utraque &c.

Romana prætensæ Reintegrationis.

Lunæ 6. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

Investimentum fructuum totius hereditatis bonorum fideicommissariorum an, & quando præsumatur injunctum heredi gravato, vel usufructuario, quem Testator rantopere in votis habuit, ac prædilexit. Gratia Supremi Principis nunquam remanere debet elusoria, & inanis. Quoties Testator restitui dumtaxat proprietatem injungit post mortem, nusquam potest substitutus prætendere fructus maturatos, pendente conditione fideicommissi, & ab herede perceptos.

SUMMARIUM.

1. *Summi Pontifices quoties impartiuntur facultatem alienandi bona fideicomissaria, quam soleant adhibere providentiam, ac sollicitudinem.*
2. *Consensus alicujus, si in investimento faciendo requiritur, censetur requisitus favore ipsius consentire debentis.*
3. *Multiplica raro ad finem perducuntur.*
4. *Princeps debet profuse impartiri Gratias, sed quantum fieri potest absque præjudicio Tertii.*
5. *Venalitas Officiorum vacabilium, & Clericatuum Cameræ tuetur* a Card. de Luc.
6. *Volenti, & cõsentienti injuria non fit*, & n. 62.
7. *Loca Montium inter stabilia recensentur.*
8. *Trebellianica an debeatur Uxori instituta here-*

heredi usufructuaria, insimulque gravata restituere post mortem Proprietario.

9. *Testator potest injungere alicui, ut quem vult nominet heredem super bonis ipsius Testatoris.*

10. *Versio pecuniæ in quamnam causam fieri debeat.*

11. *Subrogatio ubi cetera sunt paria, non aufert sed plene subit vicem illius, cui subrogatur*, & n. 18.

12. *Principem præcisive a Tertii jactura decet esse gratiosum, beneficum, & liberalem.*

13. *Pecuniæ recepta cum obligatione solvendi prioribus, & potioribus dicuntur exstare in Banco Judicis.*

14. *Dictio* libere *semper respuit quodcumque vinculum, & onus.*

15. *Partitæ Banci S. Spiritus faciunt probationem undique probatam.*

16. *Conventio, & reconventio pari passu ambulant, & eisdem juribus censentur.*

17. *Pensiones domus dicuntur fructus Civiles, & appellatione fructuum continentur.*

19. *Obligatio facta* in omnibus, & per omnia *nullum onus, nullumque gravamen excluait, sed ad omnia, & singula onera, & gravamina obligantem adstringit.*

20. *Pensiones domus solvuntur a locatore, vel Domino extraneo, numquam vero a proprio Domino, seu acquisitore.*

21. *Argumentum a fortiori deductum est validissimum.*

22. *Gratia Principis anxie petita, ac recte obtenta remanere nō debet inutilis*, & n. 66.

23. *Gratia subreptitia dicitur quando si Papa fuerit veritas expressa, vel Gratiam non concessisset, vel saltem difficilius.*

24. *Data subreptione gratia habetur pro non concessa.*

25. *Subreptio non inducitur ex quo Pontifici non fuit narratum, quod erat incertum, & non exsistens.*

26. *Papa numquam præsumitur derogare voluisse Juri tertio quæsito*, & n. 36., & 37.

27. *Neque illi censetur derogatum sine aliqua expressa mentione.*

28. *Gratia attributa intelligitur rebus sic stantibus, non vero mutatis per novas contingentias, & a Principe ignoratis.*

29. *Clausula* non alias *requirit præcisum implementum, alias removet consensum ab actu aliter sequuto.*

30. *Obligatio Cameralis comprehendit ea omnia, quæ veniunt in necessariam consequentiam, licet non fuerint expressa.*

31. *Investire obligatus, & non investiens tenetur ad fructus, qui ex Investimento fuissent percepti.*

Idque absque alia mora, vel interpellatione num. 32.

33. *Pensiones domus, quando sunt restituendæ, idem prorsus est eam habitare, ac locare.*

34. *Derogationes uti stricti Juris quoties tollunt unum obstaculum, trahendæ non sunt ad auferendum etiam aliud.*

35. *Gratia Principis non debet esse inanis, bene autem perpetua.*

37. *Gratia quæ læsionem, & præjudicium Tertio infligit, exsequutioni demandari nequit.*

38. *Jus fideicommissi, seu alterius successionis conditionalis, mortuo Testatore, reputatur Jus considerabile, & radicatum, neque in dubio censetur ei derogatum.*

39. *Substitutiones semper ordinari solent sub aliqua conditione puta* si sine filiis &c.

40. *Papa de Tertii præjudicio in concessione gratiæ est certificandus, alias Gratia est subreptitia.*

41. *Auctoritates, & discursus si ad casum non adaptantur, non merentur attendi.*

42. *Interesse Tertii remotum, incertum, & eventuale non est capax rumpendi Gratiam Pontificiam.*

43. *Substituti conqueri non possunt de multiplico non facto, quando Testator non obligavit institutum ad illud conficiendum.*

44. *Conventio facta cum aliqua Persona, & restricta ad certos effectus, extendi nequit ad alias Personas diversas.*

45. *Multiplicum aliquibus Personis demandatum non extenditur ad alias diversas Personas.*

46. *Heres gravatus omni jure interim facit fructus suos, & ex communiori sententia jure etiam dominii, licet suo loco revocabilis*, & num. 61.

47. *Testator semper præsumitur se conformare voluisse dispositioni Juris, nisi contrarium dixerit.*

48. *Substitutus nequit prætendere fructus maturos pendente conditione fideicommissi, & ab herede perceptos, si Testator injunxerit post mortem heredis restitui proprietatem.*

49. *In donatione, quam Pater fecit filio per verba amplissima an veniat legitima eidem Patri in bonis filii prædefuncti debita.*

50. *Testator non præsumitur gravare voluisse heredem, quem tantopere diligebat*, & num. seqq.

Et illum eludere, atque ad impossibile cogere. num. 51., & num. 53.

52. *Heres sequi præsumitur vestigia Testatoris.*

54. *Quod est favore alicujus inductum, retorqueri nequit in illius odium.*

55. *Clau-*

55. *Clausula* in omnibus, & per omnia, *quomodo sit intelligenda*.
56. *Fidejussio perimit sequestrum*.
57. *Omnis lex, sive dispositio impetratur, & regitur a sua causa*.
58. *Gratia* motu proprio *concessa, non potest redargui de subreptione*.
59. *Præjudicia consequutiva quando in nulla consideratione habenda sint*.
60. *Derogatio amplissimis verbis concepta tollit quæcumque impedimenta, quæ gratiæ possunt obstare*.
63. *Consensus, qui ad actum alterius requiritur, Judicis auctoritate agi potest, vel suppleri*.
64. *Subrogatio, seu permutatio de uno corpore fideicommissario, vel vinculato in aliud corpus, seu permutationem æquipollentem sæpissime fieri solet*.
65. *Fructus etiam investiti post aditam hereditatem non augent illam, sed cedunt lucro, & commodo heredis gravati, non vero fideicommissarii*.

DECIS. DLXXVIII.

VErens clar. mem. Cardinalis Ludovisius, ne in emptione Status nuncupati *Zagarolæ* pro pretio scutorum octingentorum sexaginta mille sibi contingeret, quod tractu temporis aliquis sive jure dominii, sive hypothecæ quomodolibet sibi rem emptam, sive prædictum Statum judicialiter auferret, vel abduceret, juxta monitum *Pomponii Jurisconsulti in l. si pro re §. fin. ff. de evict.*, & *Modestini in l. Herennius §. Caja Seja ff. eodem*, expresse pepigit cum Petro Francisco Duce Columna ejusdem Status venditore, quod quantitas scutorum 50. m. ipsius pretii reinvestiri deberet in tot locis Montium non vacabilium sub ea ulteriori in litteris patentalibus, seu acquisitionibus eorumdem Locorum facienda expressione, quod ea provenirent ex pretio prædicti Status, semperque, atque in perpetuum proinde itare deberent pro conficiendo jugiter multiplico, quousque attingeret, seu repleret eamdem integram summam sc.860 m., idque adamussim ad præcisum effectum occurrendi insinuato *Pomponii, aliorumque Jurisconsultorum* periculo superventuræ ablationis, & abductionis ejusdem Status, itaut idem multiplicum primario maneret obnoxium securitati, atque tuitioni ejusdem Emptionis, & consequenter secundario quorumcumque Comparentium, sive prætendentent vocationem aliquam antiquorum fideicommissorum, vel quodlibet aliud creditum, seu hypothecam super bonis ejusdem Ducis Venditoris, *Summario D. Ducissa num. 1.* sequendo Contrahentes in hoc illam exemplarem providentiam, & solicitudinem, quam specifice quoque habere consueve-
1 runt ipsi Summi Pontifices, quoties facultatem impartiuntur ex aliqua honesta causa alienandi bona fideicommissaria, ut patet signanter in illa *Reatina Pecuniaria 20. Januarii 1712. cor. R. P. D. meo Falconerio*, & habetur apud *Card. de Luc. de fideicommiss. disc. 14. num. 6. de Regal. disc. 13. & de credit. disc. 59. in princ.*, *& dec. 1021. n. 46. & seqq. cor. Coccino, et dec. 641. in princip. cor. Emerix Jun.*

Coacervata in hunc modum summa investienda, & respective multiplicanda scut. 50. m. insuper in eodem Emptionis Instrumento exstitit attributa Duci Venditori potestas de fructibus ejusdem summæ scutor. 50. m. ab inde investiendis, & multiplicandis acquirendi tot alia loca Montium, vel totidem comparandi equivalentia bona stabilia tuta, quæve forent obstricta ejsdem vinculis, quibus subjacebat ipsum multiplicum, dum-
2 modo Emptio hujusmodi stabilium fieret *cum consensu D. Cardinalis, et suorum* juxta pariter exempla in similibus casibus allata, atque differta in *dec. 238. n. 7. vers. in proposito cor. Mantica, et dec. 278. n. 5. p. 9. rec.*
3 vivis in hoc Statu prærepto Duce Columna Venditore, Pompejus Gallicani Princeps, & respective filius ejusdem Ducis supplices san. mem. Alexandro VIII. preces porrexit, in quibus enarrando, quod multiplicum usque tunc remanserat perductum spatio 35. annorum ad notabilem ascensum, seu quantitatem, quod fideicommissa antiqua exstiterant, vel extincta, vel consopita mediante transactione sub ulteriori san. mem. Pauli III. munimine, & confirmatione roborata, quodque Princeps Ludovisius successor prænominati Cardinalis evaserat plusquam cautus de quacumque possibili evictione tum vigore ejusdem multiplici adeo perausti, tum etiam ratione subintrantiæ, & cessionis aquisitæ a Creditoribus Venditoris dimissis ex præfato pretio, idcirco exorabat Pontificis beneficentiam, ut dignaretur suspendere progressum ejusdem multiplici, ad hoc ut ipse Orator urgentibus æris alieni pressus angustiis posset ad honestatem suæ conditionis vitam producere, & voti compos exiiciit effectus, nempe, quod exceptis tantummodo fructibus locorum 250. jam redactis in capitale, & in futurum multiplicandis, reliqui fructus ejusdem totius multiplici in suos usus posset implicare, & convertere per spatium annorum 20. *dict. Summario*

mario num. 2., quemadmodum ad occurrendum consimilibus calamitatibus, & easibus quotidiana leguntur exempla ex magnificentia Pontificum, & præsertim apud *Card. de Luc. de fideic. disc. 265. in princ.*

Ast non integre, immo parum Princeps Pompejus perfrui valuit Gratia Pontificis, interim quippe fato cessit, & liberum heredem inscripsit Stephanum Columnam Bassanelli Ducem, qui, & ipse ferme immediate præcedentem Gratiam ab eodem Summo Pontifice in se retraxit ex causa incundi Matrimonium eum D. D. Lucretia Columna filia Marci Antonii Magni Neapolitani Regni Comestabilis *dict. Summ. num. 8. in princip. et litt. A.*, sed quia nimium de raro accidit, prædicta multiplica, prout ceteræ humanæ
3 scrutationes ad finem revera perduci, prout loquendo de istis multiplicis inquit *Card. de Luc. sub titul. de fideic. disc. 273. n. 16.*

Hinc eadem conjugali necessitate devictus etiam successive prædictus Stephanus Bassanelli Dux a san. mem. Clemente IX. non absimilem suspensionem, & Gratiam obtinuit, geminis tantummodo superadditis conditionibus; Altera quod eadem suspensio, & respective Gratia locum sibi vindicaret usque ad complementum, seu mensuram scutorum 48. m., & non ultra; Et altera, quod pro ulteriori indemnitate heredum Cardinalis Ludovisii, cujus favore conventum, & injunctum fuerat multiplicum, obligationem relevatoriam de proprio subirent tam idem Stephanus, quam Julius Cæsar Columna
4 Carboniani Princeps, ejusq; Pater *dicto Summ. nu. 8. litt. O.* ita semper decente Principem Gratias quidem profuse impartiri, sed quantum fieri potest absque præjudicio, & detrimento Tertii, ut ait *Vulpian. in l. 2. §. si quis a Principe ff. ne quid in loco publico*, *Decian. cons. 86. n. 41. & seqq. lib. 3. Surd. cons. 203. nu. 44. & 45.*, *Mangil. de evict. quæst. 167. num. 3.*, *Tiraquell. in tract. de Judic. in reb. exig. foren. vers. Sexagesimo primo num. 71.* & tradunt relati per *Adden. ad dec. 215. n. 37. & seqq. par. 9.*, *& in Romana Primogenituræ, & fideicommissorum de Corsinis 10. Decembris 1710. §. Nullaque ex recensitis, & in ejus confirmatoria 17. Aprilis 1711. §. Etenim cessatio in fine cor. R. P. D. Aldrovando.*

Atque hæc usquedum processerant, & steterant in linea meræ suspensionis multiplici, scilicet in ordine ad concessam fruitionem fructuum retardata, sive dilata obligatione illos reinvestiendi, & multiplicandi, verum tam ante, quam postea prænominatus Dux Bassanelli promeruit ulterius exaudiri quoad partiales pro tempore distractiones, seu dispositiones ejusdem substantiæ multiplici, sive summæ jam multiplicatæ, & investitæ, præcedenter quippe idem san. mem. Alexander VII. de anno 1666. impartiri dignatus est eidem gratiam, qua mediante posset implicare summam ejusdem multiplici scutorum 25. ad effectum, ut Alexander Columna ejusdem Stephani frater valeret in munere Prælaturæ, Apostolicæ Sedi deservite, mediante emptione unius Cameræ Clericatus, qui tunc erant Principe annuente connumerati inter Officia Urbis Vacabilia, & dein per *glor. mem. Innocentiū XII.* sublata venalitate, liberæ dispensationis Summi Pontificis remanserunt, ut habetur in celebri *Constitutione 13. registrata in ejus parvo Bullario, seu collectione Bullarum*, quamvis de cetero
5 veterem eorumdem Officiorum venalitatem ab invidis, & injustis detractorum dentibus tueatur *Card. de Luc. de regul. disc. 2. a n. 15. ad final.*, *& in relatione Romanæ Curiæ disc. 33. num. 28. cum plur. seqq. & de Offic. vacabil. cap. 4. num. 7.*

Successive pariter san. mem. Clemens IX. indulsit sub anno 1669. eidem Duci, quod distrahere posset loca Montiū subjecta multiplico, quot importaret summa scut. 26. m., idque ad finem emendi Villam Tusculanam tunc possessam, & venditam a Jo: Principe Ludovisio hujusmodi Indulto, quoties eadem Villa comparanda subrogaretur conditionibus, & multiplico; unde quia forsan agebatur de locis Montium citra Principis assensum non exsistentibus in libero commercio, Pontificia Auctoritas (quamvis, ut infra sufficeisset illa Judicis) implorata fuit, & intercessit. Posito namque præfato assensu Principis Ludovisii, pro cujus indemnitate, & evictione cantabat multiplicum, Gratia non excedebat limites Ju-
6 stitiæ, volenti siquidem, & Assentienti Injuria non fit, ut ait *Vulpian. in l. 1. §. Usque adeo ff. de injur.*, *& famos. Libel. l. cum Donationis C. de Transact. cap. Scienti ubi gloss. de reg. jur. in 6. l. Nemo videtur fraudare ubi gloss. Dec., & Cagnol. ff. eodem Titul.*, *Menoch. cons. 98. num. 13. cum seq. Surd. decis. 194. num. 1.*

Ejusdem naturæ exstitit non absimile Indultum sanct. memor. Clementis X., qui successive de anno 1670. pro emendis quibusdam domibus ejus conspicuo Palatio in Piatea nuncupata a Magnate ejusdem familiæ = *di Sciarra* = contiguis in Via *delle Muratte* attributus est facultatem prænominato Duci Bassanelli illorum pretium extrahendi per proportionabilem alienationem locorum Montium ejusdem multiplici, pari

fi-

siquidem modo Pontifex donec, & quousque compleretur prædictum conventionale multiplicum,injunxit, quod eædem Domus comparandæ penitus subjacerent eisdem obligationibus, & vinculis multiplici, ut complexive de supradictis omnibus prænarratis Indultis constabat *Summ. num. 9. litt A. B. C. D.*, in his etenim terminis præfata Gratia potius vertebatur in quamdam permutationem, vel subrogationem stabilium loco præfatorum Locorum Montium,
7 quæ pariter inter stabilia recensentur, ut firmant *Gabriel. cons. 141. num.22. & seqq. lib. 2., Cenc. de cens. quæst. 29. n. 13., Pacific. de Salvian. interdict. inspect. 3. cap. 2. num. 630., Card. de Luc. de regal. disc. 43. num. 2.* cum aliis quamplurimis relatis per *Modern. Ascul. in disc. de loc. Mont. impress. post annot. ad Stat. Urb. art. 1. sect. 4. n. 120. & in meo tractatu de commerc., & Mercat. disc. 95. nu. 10.*, & consonat *Rota dec. 133. num. 13. post Merlin. de pignor. decis. 178. num. 38. par. 5. et dec. 184. n. 1. par. 9. rec.*

Ita rebus se habentibus in vita tam Pompeii, quam Stephani, novissime is de anno 16 3. prædefunctus inscriptam de toto asse reliquit heredem prælaudatam D. D. Lucretiã hodie Ducissam Poli Conjugem sibi dilectissimam, superaddita tamen triplici, jux a casuum futurorum contingentiam, moderatione, seu declaratione, videlicet in casu, quo Testator sobolem haberet superstitem, tunc proprietas ad eam incontinenti deferretur, plenarius vero totius hereditatis ususfructus remaneret,vita durante, penes eamdem D. Ducissam, ad effugiendam forte illam quæstionem satis frequentem circa deductionem trebellianicæ, de qua insti uta
8 herede usufructuaria Uxore, eaque insimul gravata post mortem restituere alicui proprietario, acriter disceptarunt *Bald. in l. id quod pauperibus in quæst. 14. nu. 27. vers. Testator reliquit Uxorem, C. de Episc. & Cleric. Spada cons. 438. num. 7. Bellon. de Jur. accrescen. cap. 7. quæst. 16. ex nu. 252. cum pluribus seqq., Capyc. Latr. consult. 112. n. 18., & consult. 14. num. 14. lib. 2., Card. de Luc. de legitima disc. 33. num. 3. & seqq. Rot. cor. Merlino dec. 505. num. 7., & cor. Emerix Jun. dec. 793. num. 10., & in rec. dec. 143. num. 2., & seqq., & 196. num. 7. & 11. par. 18. tom. 1., & in meis Additionibus ad dec. 7. nu. 22. inter hactenus in Urbe impressas cor. me.*

In casu autem, quod nulla ei proles superesset, & prænominata ejus Uxor heres, ut supra instituta, nequaquam ad secunda vota transiret, ordinavit, illam evadere, seu perseverare in totali amplitudine liberi heredis, itaut posset disponere ad ejus libitum de eadem hereditate, quoties vero seligeret novum inire matrimonium, eo casu de tempore mortis suæ posset, seu mavis teneretur nominare quem mallet in heredem de filiis Magni Neapolitani Regni Comestabilis *d.*
9 *Summ. num. 10.* juxta adamussim disposita, & in suis casibus varie disputata in famigerata *l. unum ex famil. de legat. 2.*, quam late exornant *Ruin. cons. 115. nu. 5., & cons. 116. num. 15. lib. 2. Fusar. de substit. quæst. 511. n. 5. et seqq Peregr. de fideicomm. art. 32. num. 33. Card. de Luc. de donat. disc. 36. num. 19. Molin. de Hispaniar. Primog. lib. 2. cap. 4. num. 10., Tondut. quæst. civil. 50. n. 53., Rot. cor. Cocc. dec. 2157. cor. Bich. dec. 571. num. 41. & in Romana restitutionis hereditatis cor. Emer. Jun. inter ejus impress. dec. 1073. num. 4. & seqq. dec. 1093. nu. 1. & 1323. n. 2. confirmata 14. Decemb. 1699. & 15. Junii 1705. cor. R. D. P. meo Lancetta, & die 4. Aprilis 1710. cor. Emo Priolo.*

Adivit subinde D. Ducissa Viri sui hereditatem, & convolans ad beneficium Inventarii, inter cetera opportune descripsit signanter Loca Montium subjecta prænominato multiplico *d. Summ. num. 11.* donec insurgentibus, atque expetentibus ad eadem bona hereditaria immissionem superius enunciato Julio Cæsare Columna Principe Carboneani, & Ægidio Duce Anticoli Patre, & respective fratre Stephani Ducis Testatoris, disputata exstitit hujusmodi controversia *coram Emo Panciatico tunc dignissimo A. C. Locumtenente*, qui re mature degustata Immissionẽ concessit utrinque Colligantibus, nempe pro duabus partibus eidem D. Ducissæ, & pro tertia præfatis Principi Carboneani, & Duci Anticoli, adjecta finaliter ea reservatione favore ejusdem D. Ducissæ *quorumcumque jurium, quæ possent ipsi competere de jure super ipsa tertia parte attributa memoratis Julio Cæsari, & Ægidio d. Summ. num. 12.*, & de cujus reservationis effectu, & importantia plenius differetur in altera inter has Partes acriter *in nostro Tribunali* disceptata Causa, cui titulus inditus *Romana Trebellianicæ sub hodierno die, & deinceps sub die 10. Junii mensis currentis cor. me.*

Verum cum in eadem hereditate Ducis Stephani sic per sententiam prædicti D. Cardinalis subdivisa, compertum fuerit, exstare non leve æs alienum attingens ad summam scutorum 65. mil. ambæ propterea Partes prius invicem contendentes, junctim postea supplicandum esse duxerunt eidem San.

mem.

... Clem. X. pro facultate alienãdi tot lo... Montium toties enunciati multiplici, quę ...erent pro extinguẽdo præfato ære alie..., illorumque precibus annuit equidem ..., sed sub gemina, undequaque provi... conditione. Prima nempe, quod iidem ...plicantes sese positive de proprio obli...ent reintegrare multiplicum tamquam ... nul volens = *mostrare in loro gl'effetti del... beneficenza, e cumular grazie, e favori ... provedere insieme all'indennità degl'Ere... e successori tanto universali, che particola... del Cardinal Ludovisi*; Et secunda, quod ...tium retrahendum ex prædicta venditio... Locorum Montium deponeretur in Sacro ...te Pietatis ad finem, ut vere, realiter, & ...fective converteretur in extinctionem ... in æris alieni *d. Summ. num.* 14. Sic-
1 ... nõ posse ambigi de illa versione in cau... volitam, & super qua versione de ce... quotidianæ audiuntur in foro quæstio...es, ut videre est apud *Surd. cons.* 181 *num.* ... *Episc. Roc. disput. jur. cap.* 111. *n.* 48. *et seqq. Card. de Luc. de credit. disc.* 1. *num.* ... *Surd. dec.* 55. *num.* 7. *Rot. post Modern.* ... *ad Stat. Urb. dec.* 47. *num.* 13., *et in* ... *Fanr. seu Fan. Census* 16. *Aprilis* 1706. §. *Nec obstat, et* 16. *Martii* 1711. §. *Qua ver...* *cor. bo.me. Caffarello*, &novissime *in ead. ... Fanr. seu Fan. Census quaincipit Rotam Cen...* 17. *Junii* 1712. §. *Ita junctis cor. Me.*

10 Lugens nihilominus adhuc in hoc statu D. Ducissa, pro sua privata necessitate, & respective magnatitia congruentia, decenti Palatio, & habitatione, exoravit eumdem sa. mem. Clementem X., ut ipsi indulgeret, quod posset retrahere scut. 60. m. a duabus partibus præfati multiplici penes eã remanentibus, ad hoc ut valeret sibi comparare congruũ Palatium, quamobrem ex una parte Summus Pontifex precibus Oratricis inclinans, & ex altera constanter nolens lędere Jura Domus Ludovisiæ, illiusque heredum, & successorum, ut supra, utique benigne indulsit petitioni de anno 1674. ast dummodo Domus, seu Palatiũ subinde coemendum restaret subrogatum = *nel modo, e forma, che stante presente li detti luoghi de Monti di alienarsi, e non altrimenti*, sicuti legitur *dicto Summ. n.* 15. atq; ita, mediante hujusmodi ordinata subrogatione, satis consultum credidit indemnitati ejusdem Domus Ludovi-
11 siæ, cum ubi cetera sunt paria, quælibet subrogatio non auferat, sed subeat plene vicem illius cui subrogatur *Decian. cons.* 52. *num.* 55. *Dec. consil.* 189. *alias* 190. *num.* 3. *et* 5., *Capyc. Latr. consultat.* 120. *num.* 63. *et seqq. Card. de Luc. de regal. disc.* 35. *sub num.* 11. *vers. suffragante*, *Rot. cor. Cerro dec.* 52. *num.* 11., *et in rec. dec.* 489. *nu.* 12. *par.* 9. *tom.* 2. *dec.* 251. *nu.* 5. *par.* 18. cum aliis connotatis *in dec.* 80. *num.* 25. *inter noviter in Urbe impressas cor. Me.*

Ceterum cum hæc indefinita supplicatio, & Gratia respective, potestatis scilicet emendi Palatium, non fuisset adhuc ad affectum, & exercitium deducta, renovavit idcirco D. Ducissa suas preces eidem san. mem. Clementi X., exponendo, quod adinvenerat Palatium Domitillæ Cæsiæ situm prope Ecclesiam Divi Marcelli, illudque convenerat comparare, seu coemere pro scutis 46. m., unde quoad reliqua scuta 14. m. complentia scuta 60. m., de quibus Gratia præcedens obloquebatur, obsecrabat, ut eam implicare posset in meliorationibus, seu reaptationibus ejusdem Palatii, *ed in oltre* (sunt verba precisa) *di poter usufruttuare liberamente, e non ostante il vincolo di detto moltiplico per la detta somma di scudi* 60. *m. dal giorno, che gli fece la prima Grazia, ad effetto di potersi più comodamente mantenere conforme al suo stato, e cõdizione*; atq; ex his sane precibus Pontifex permotus (quantumvis postea Gratia hæc nullum habuerit effectũ) simpliciter petitioni indulsit *per continuare* ut ipse inquit, *gl'effetti della nostra beneficenza, e cumular grazie, e favori d. Summ.*
12 *num.* 16., quemadmodum præcisive a Tertii jactura Principem decet esse Gratiosum beneficum, & liberalem, ut ait *Innoc. in cap. Grandi de supplen. neglig. Prælat. in* 6. *Bald. in l. Quoties nu.* 1. *vers. nota quod Princeps C. ubi Senatores, vel clarissimi Viri, Bero cons.* 65. *num.* 11. *lib.* 1., *Cravett. cons.* 889. *nu.* 6., *Molin. de Hispan. Primog. lib* 1. *cap.* 3. *num.* 20., & 21., *Barbos. in collect. Doctor. in lib.* 2. *sext. decretal. cap. Abbate sane n.* 3. *Carol. Marant. respons.* 33. *num.* 29. & 30. *par.* 4., *Card. de Luc. in ejus opusculo, cui tit. Il Principe pratico cap.* 20. *num.* 1.

Uberior tandẽ his superaccessit novissima Gratia ejusdem Summi Pontificis registrata *in Summario num.* 18. rursus quippe fuit impartitus eidem Dominę Ducissę facultatem disponendi de sorte ejusdem multiplici pro summa scutorum 36. mil., & circa fructus per hæc verba: *in avvenire di poter parimente esigere li frutti de' restanti luoghi soggetti a detto moltiplico, non ostante le condizioni, prohibizioni ec. in conformità dell'Instrumento di vendita di Zagarolo ec.* penitus proinde ad geminos supradictos effectus derogando eisdem vinculis, etiã si non fuissent in eadem Gratia citati, & auditi heredes, & successores Domus Ludovisiæ, aliique,

que; desuper habentes interesse, sub alia ulteriori idcirco opportuna derogatoria regulæ de jure quæsito non tollendo, quoties tamen Domina Ducissa sese obligaret generaliter de proprio *per la reintegrazione di detto moltiplico per la detta somma di scudi 36. mil. come anche per li frutti, che in avvenire esigerà liberamente a favore degli Eredi di Casa Ludovisi*, aliorumque habentium interesse *per l' evizione di detti Castelli*, eodem adamussim modo, qui practicatur in consignatione pecuniarum, quæ quodammodo provisionaliter fiat alicui Creditori in Judicio concursus, facta tamen prius obligatione de restituendo prioribus,& potioribus Creditoribus, in quibus sane terminis, quoties obligatus sub hac forma de cetero queat supplere de proprio erga Creditores anteriores, & potiores, fortuito postea supervenientes, neque Judex, neque Princeps in facienda sic consignatione ul-
13 lum lædit, cum pecuniæ taliter receptæ dicantur exstare in banco Judicis, *ut post Text. singula in l. Procuratoris §. fin. ff. de tribut. action. Castr. cons. 86. in princip. lib. 1. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 5. gloss. 8. par. 7. nu. 35., & seqq. Salgad. in labyrint. Creditor. par. 1. cap. 10. nu. 68., & seqq. Anton. de Amat. resol. 51. num. 10. Merl. de pignor. lib. 4. tit. 1. quæst. 34. num. 4. Olea de cession. Jur. tit. 3. quæst. 2. num. 48., & 49. Episcop. Roec. cap. 138. nu. 10., & seqq. Card. de Luc. de eredit. disc. 2. sub num. 7. vers. procedere dicebam. Rot. cor. Dunozzet Jun. dec. 650. num. 33. post Zacch. de obligat. Camer. dec. 199. in rec. dec. 114. nu. 6. par. 4. tom. 2., & in Romana Status Zagaroli 10. Decembris 1703. §. Quia prædicti cor. bo. mem. Caffarello.*

Obtemperans, ut par erat, Jussioni Pontificiæ Generalis Cameræ Thesaurarius, qui tunc erat cl. mem. Cardinalis Ginnettus, recepta ad normam Chirographi prius obligatione Dominæ Ducissæ abstulit a libris Cameræ, seu Montium gemina vincula, quæ eidem Gratiæ adversabantur,absolute nempe demendo omne, & quodcumque vinculum, tam in substantia fortis, quam fructuū multiplicandorum pro prædicta rata scutorum 36.mil., In ordine autem ad fructus restantium duarum partium multiplici obventarum D. Ducissæ per sententiam *Emi Cardinalis Panciatici*,ut superius enunciavimus, delevit vinculum solius multiplici,idque ad eumdem expressum finem, ut D. Ducissa ad
14 limites Gratię Principis valeret in suos usus libere potiri prædictis fructibus, nihil enim magis repugnat libertati, quam vinculum, quod semper respuit dictio *libere* aa *Text. in cap. quamvis de procurat. in 6., & in Clement. fin. de atat., & qualit., & in cap. 1. in princ. verbo libere de regul. jur. in lib. 6. Alex. cons. 214. volum. 5. Dec. cons. 360. num. 50. Socc. Sen. cons. 13. in fin. lib. 1. Soce. Jun. consil. 72. num. 7. lib. 2. cum quamplurimis allatis per Barbos. tract. variar. diction. 190. n. 3., & in dec. 76. num. 9. inter noviter in Urbe impressas cor. me.*

Hujusmodi supremis Gratiis innixa Domina Ducissa, ac degere non valens in prædicto conspicuo sui primi Viri Palatio sito *in Piazza di Sciarra* ad quod alibi permanentem Ægidium Ducem Anticoli in extranea, & conductitia habitatione, remeare dignum erat, utpote Illustrium illius Majorum, atque ita præstans sufficienti habitatione destituta (ex quo ut præmisimus, Palatium exsistens penes Ecclesiam Divi Marcelli in effectu minime emerat) tamdem pro pretio scutorum 57. mil. acquisivit Palatiū, ubi etiam hodie commoratur, *ad Fontem Trivii*, & deinceps in dissolutionem præfati pretii scutorum 57.mil. implicaverit solummodo scut. 38561. 14. a toties memorato multiplico provenientia, quemadmodum patebat *d. Summ. num. 19. usque ad* 24. idque per partitas publici Banci Sancti Spiri-
15 tus, quæ faciunt probationem undique probatam, ut ait *Bartol. in l. quædam §. Nummularios num. 4. ff. de edend. Gratian. discept. for. cap. 727. num. 16., & 26. Card. de Luc. de judic. disc. 29. nu. 11., & in meo tractatu de comm., & mercat. disc. 89. n. 10. Rot cor. Cerro dec. 76. num. 5. dec. 289. nu. 2., & dec. 832. num. 7., et in rec. dec. 221. num. 32. par. 16., et decis. 424. num. 21. par. 19. tom. 2.*

Post omnia hæc, retenta facti serie usquedum prolixius, quam forsan oporteret exposita, sed adhuc necessario enarrata pro faciliori hodiernæ resolutionis intelligentia, & quantum fieri potuit ad effugiendam asperitatem, & tædium aridæ hujus historiæ cum coincidentibus opportune nostræ facultatis propositionibus exornata, insurrexit clar. mem. Magnus Comestabilis Columna, utpote filiorum jura tueri naturaliter, & juridice obstrictus, ex quo, ut jam meminimus, Dux Bassanelli in casu, qui contigit, secundi talami Dominæ Ducissæ,per verba deprecativa obligaverat eamdem Dominam Ducissam ejus Conjugem, & heredem ad relinquendam proprietatem Alicui ex filiis ejusdem Comestabilis, idcirco in Judicium lacessivit præfatam Dominam Ducissam ejus Sororem, existimans, ipsam obligatam esse rein-

reintegrare non solum præfatum multiplicũ conventum, & ordinatum pro evictione Status Zagaroli, sed alterum quoque injunctum pro simili evictione Castrorum *Olevani*, & *Montis Fortini*, super quo non absimilem Gratiam Domina Ducissa reportaverat a vere San. recordationis Innocentio XI. *dicto Summario num.* 24. E converso autem opposuit ipsa Domina Ducissa, sese reperiri creditricem ingentis quantitatis in ordine ad hereditatem prænominati Ducis Bassanelli primi sui Viri, & Auctoris ob grande
16 æs alienum ab ea exsolutum, juxta illas reconventiones, quas quotidie experimur in Foro, & *in Jure nostro Canonico* ponuntur *sub rubric. de mutuis petit., ut in lib. 2. tit. 4. Decretal. Gregor., de qua Hunded. consil. 21. num. 14. lib. 1. Surd. cons. 222. n. 19. Tiraquell. de retract. tit. 2. §. 1. glos. 5. num. 4. et 5. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 44. n. 1. et 2. Scacc. de judic. par. 1. cap. 12. num. 93. Barbos. in l. qui prior num. 7. cum seq. ff. de judic. Afflict. dec. 173. a nu. 1. ad plur. seq. Franc. dec. 193. num. 3. Rota dec 39. nu. 3. par. 1. Recent.*

Delata itaque ad *Sacrum Auditorium* utriusq; contendentis prætensione, sanctius existimavit *Tribunal* sternere viam maturiori discussioni, ac definitioni, mediante Peritia, quæ lumen afferret indagini favorum, & partitarum, quæ plusquam certo erant examinandæ, sed quia nimium forte longus, & operosus erat labor adstruendæ Peritiæ (suspenso idcirco in reliquis Judicio) disputationi exposuit, ac successive interim definivit respectu Palatii *ad Fontem Trivii* nuperrime tunc empti cum Locis Montium obnoxiis vinculo multiplici pro evictione Status Zagaroli *Ducissam teneri pensiones ejusdem Palatii decursas a die interpellationis, et in futurum decurrendas investire, et multiplicare, et pro ante decursis sese obligare, prout de jure*, ut latius videre est in præcedenti, quæve hodie revidebatur, hujus Causæ *Decisione sub die* 28. *Junii* 1688. *coram bon. mem. Benincasa*.

Statim opportune, ut par erat obtinuit Domina Ducissa noviter audiri, & ab inde citra obdormiente dissidio, *Ego* ad Instantiam hodierni Domini Comestabilis tamquam successor ejusdem *bon. mem. Benincasæ* post tantum temporis deduxum, concordata cum Partibus die destinata certamini, negociũ repropofui cum assueto dubio = *An standum foret, vel recedendum a decisis*; *Domini* vero dixerunt *Recedendum*.

Fundamenta, quibus nitebatur prima *Decisio Benincasa*, in eo sita erant, quod cum Palatium prædictum *ad Fontem Trivii* exstitisset coemptum cum pretio Locorum Montium usque ad summam scutorum 60. m. ex prædicta lege conventionali adjecta in Instrumento venditionis Status Zagaroli multiplicandorum, omnis idcirco ratio expostu-
17 lare videbatur, quod proportionabiles pensiones ejusdem Palatii, utpote fructus Civiles, & appellatione fructuum contentæ, per *Textum in l. et ex diverso, ibique Gloss., et Bartol. num. 1., et in l. si navis ff. de rei vindicat.* eodem modo investiri, & multiplicari debuissent, sicuti indubitanter multiplicandi fuissent fructus prædictorum Locorum Montium; Mutatio quippe fundi, seu speciei, & a qua fructus enascuntur, cõcessa per Principem, non alterat naturam subrogationis, quæ incontinenti communicat subrogato omnia pacta, omnia vincula, qui-
18 bus subjacebat res, in cujus locum facta exstitit eadem subrogatio, ut præter supra adductos in §. *Indigens* confirmant post *Text. in l. si eum*, §. *Qui injuriarum ff. si quis caution Arctin. cons. 162. n. 9. Cyriac. controv. for. 685. num. 29. Gratian. discept. for. cap. 446. num. 30. et cap. 776. nu. 37. in meo tract. de commerc., et mercat. disc. 57. num. 35., et disc. 82. num. 12. Rota post Modern. Ascul. ad Statut. Urb. dec. 171. nu. 9. cor. Pamphil. dec. 43. num. 9., et decis. 249. num. 6., et in rec. dec. 171. num. 11. par. 12.*

Certius, quia propriæ, & juridicæ quidditati, seu naturæ subrogationis correspondebat peculiaris animus, & obligatio per Dominam Ducissam suscepta, dum ipsa in eodemmet Instrumento emptionis (sunt verba dividua) *supposuit, et subrogavit dictum Palatium cum Casino omnibus vinculis, quibus erant supposita Loca Montium, et in omnibus, et per omnia in locum &c.* quapropter non erat hæsitandum, quod sicuti præmisimus, Loca Montium habebant imbibitam necessitatem, quod fructus ab eis producendi forent investiendi, & multiplicandi, ita pariter sese alligaverit Domina Ducissa, nimirum quod pensiones civiliter, ut supra succedentes loco fructuum essent adamussim investiendæ, & multiplicandæ; id etenim importabant prænarrata verba, illorumq; amplitudo *in omnibus, & per omnia*, quæ nul-
19 lum onus, nullum gravamen excludunt, sed ad omnia, & singula onera, & gravamina sese obliganrem adstringunt, ad *Text. in l. 1. ibique Doctores ff. de legat. 1., Surd. consil. 412. num. 29. vers. Adest etiam clausula, Alciat. cons. 751. num. 1. Mandos. in reg. Cancell. quæst. 2. num. 2. vol. 2. pag. 95. tom. 1. Rebuff. in concord. tit. de for. litter. exsequut.*

man-

mandan. Apost. in vers. Omnia, & singula pag. 633. Rota dec. 8. num. 5. & seq. par. 2. diversor., & cor. Buratt. dec. 193. num. 1.

Neque obesse putavit eadem decisio, quod cum Domina Ducissa reportavisset duplex Chirographum a san. mem. Clemente X. alterum, de quo supra meminimus, scutorum 6m. in. dicto Summ. n. 14. = Ad effetto di erogarli in compra, o aquisto di una Casa, o Palazzo qui in Roma per sua abitazione, = hinc intentioni Principis largitoris nimium repugnaret, quod postea eadem Domina Ducissa teneretur solvere ejusdem Palatii pensiones, quæ de jure non sunt solvendæ

20 nisi locatori a Domino extraneo, nusquam vero exbursantur a proprio Domino, & Acquisitore, cum res sua nemini serviat, ad Text. in l. Uranius 72. ff. de fidejussor. l. si qui ades ff. de servit. urbanor. Prædior. Surd. consf. 195. nu. 6. lib. 2. Gratian. discept. for. cap. 876. num. 10. Rota post Cenc. de censib. dec. 71. num. 8. cor. Coccin. dec. 1959. n. 10. & in rec. dec. 278. n. 6. §. Rursus non obstat.

Et alterum pariformiter recensitum in dicto Summar. num. 18. in quo cum Domina Ducissa secundam, & undique distinctam a Principe munificentiam fuisset assequuta, excorporandi nimirum de substantia multiplici jam confecti scuta 36.m. omnesque ulterius integros fructus duarum partium substantiæ ejusdem multiplici apud eam remansi, idque libere penitus, & absque ullo alio onere faciendi amplius multiplicum, multo minus reduplicative opinandum erat, quod largitas, & amplitudo Principis voluisset onerare eamdem Dominam Ducissam de exigendis a semetipsa pensionibus, illisque postea multiplicandis, obsistente nimis as-

21 sueto argumento, quod nuncupatur a fortiori, de quo in auth. multo magis Cod. de Sacros. Eccles. cap. si ergo 8. quæst. 1. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Glos. 9. §. 2. num. 24. Solorzan. de jur. indiar. tom. 2. lib. 1. c. 14. num. 92. & lib. 2. cap. 22. nu. 26. cum aliis in Romana Cambii 15. Maji 1699. decis. 89. n. 14. inter noviter in Urbe impress. cor. Me.

Ac denique, quod si juxta ipsam legem conventionalem appositam in Instrumento emptionis, dicto Summ. num. 1. litt. A. Domina Ducissa de simplici consensu Domus Ludovisiæ potuisset ad sui libitum, completo jam multiplico scutorum 50.m. reliquos fructus, & effectus multiplicando erogare in emptionem quorumcumque stabilium, quorum fructus deinceps multiplicari debuissent, ad quid deservisset gratia Supremi Principis super facultate emendi Palatium? si postea pensiones Palatii, quod præcisive ab eadem gratia Principis ex se emere valuisset, eodem modo forent multiplicandæ, unde nequaquam credi valebat, quod huic multiplico obstringere unquam somniasset Pontifex Dominam Ducissam, quando idem Princeps supremus professus fuerat in elargienda tali gratia, = continuar gli effetti della nostra beneficenza, e cumulargli grazie, e favori, & quando regula est, quod

22 gratia Principis, & maxime tam anxie petita, & recte obtenta, numquam remanere debeat prorsus inutilis, ex mente Text. in cap. decet de regul. jur. in 6. Caputaquen. dec. 128. n. 3. par. 1. Rota cor. Coccin. dec. 2148. nu. 3. repetit. in 11. parte rec. dec. 358. n. 4., & dec. 707. in fin. par. 18. tom. 2. rec.

Adversus etenim hæc ceteroquin perstringentia motiva respondit præfata Decisio bo. me. Benincasa, quod prædictum duplex Chirographum remanebat elisum exceptione evidentis subreptionis, Domina siquidem Ducissa in supplicationibus pro eorum obtentione porrectis, utique narraverat, quod Loca Montium alienanda subjacebant vinculo multiplici pro evictione Status Zagaroli, sed nec unum verbum dixit, quod copulative idem multiplicum comprehendebatur sub Testamentaria dispositione Ducis Bassanelli favore filiorum, sive unius ex filiis Magni Dñi Comestabilis; itaut, si & hoc onus, ac vinculum fideicommissarium fuisset expressum Pontifici, vel nullo modo in præjudicium prædictorũ filiorum gratiam signasset, vel saltem difficilius, & in omnem eventum non omisisset consuiere memoratis filiis, quemadmodum mediante obligatione injuncta Dominæ Ducissæ, ali-

23 quo modo providerat securati, & respective periculo evictionis Status Zagaroli; sicuti enim hoc satis est, ut gratia habenda sit pro subreptitia, per Text. in cap. dudum il 2. vers. Insuper de elect. & in cap. super litteris ubi gloss. in verbo dedissemus de rescript., ita posita subreptione, prædicta Chirographa,

24 in quibus se fundabat Domina Ducissa, habenda erant pro non concessis, Teste Decio in dicto cap. super litteris num. 4. de rescript. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 54. num. 9. Rota cor. Bichio dec. 479. n. 3. cor. Otthobon. dec. 115. num. 2. & cor. Celso dec. 144. n. 9. & in rec. dec. 543. nu. 2. vers. Unde in hac parte par. 18. tom. 2.

Absque eo quod ad effugiendam hujusce subreptionis notam, quidquam relevaret (uti prosequebatur eadem Decisio bon. mem. Benincasa,) quod cum de tempore obtentionis eorumdem Chirographorum Domina Ducissa reperiretur adhuc in statu Viduvilli, &

proinde nondum esset purificatum ullum Jus filiis Domini Comestabilis, illudq; per meram possibilitatem foret purificabile, & remaneret in omnem casum eventuale, & incertum, hinc si hujusmodi Jus actu non existens, & ratione futuri eventus solummodo incertum, non fuit Pontifici narratum,
25 illud nequaquam tamquam tale erat aptum ad inducendam ullam subreptionem, juxta doctrinam *Felini in cap. in nostra sub nu. 17. vers. septimum corollarium de rescript.*, *Paris. cons. 5. n. 96. lib. 4.*, *Caputaquen. dec. 337. num. 2. & 3. par. 1.*, *Rota cor. Merlino dec. 343. num. 15. vers. & de jure incerto, & in rec. dec. 360. num. 24. §. Cum hoc igitur*.

Dupliciter namque huic objectioni responsum fuit in prædicta *Decisione*; Primo nempe, quod, quamvis præfatum Jus, tamquam respiciens futurum contingens, dici posset abstractive eventuale, & incertum, ideoque inefficax ob illius reticentiam ad subreptionem causandam, attamen ex quo habebat in concreto causam de præterito, scilicet a Testamentaria dispositione Ducis Bassanelli, vel reputari proinde debebat adeo con-
26 siderabiliter radicatum, ut non solum æquiparari mereretur Juri jam acquisito, ex *Grotio in l. omnes populi num. 73. ad med. alias num. 132. vers. & sic puto utramque, ff. de justit. & jur.*, *& cons. 269. num. 9. & seq. Adden. ad Molin. de Primogenit. lib. 1. cap. 8. n. 28. vers. & cum auctore*, *Rota dec. 479. num. 12. par. 18. rec.* Sed, & quod nec il-
27 li umquam censeri valeret sine expressa mentione derogatum, uti prosequitur *Alex. cons. 64. nu. 6.*, *Sarnan. super regul. de jur. quæsit. non tollen. quæst. 4. vers. secundus casus*, *Rota cor. Amato Dunozzet. decis. 737. num. 5.*, *& in rec. dec. 128. num. 2. par. 2.*

Et secundo, quod etiam concesso, quod de tēpore impetrationis eorumdē Chirographorū hujusmodi Jus ratione incertitudinis perseverantiæ Viduvilis dici nequaquam posset adeo dignum, & firmū, ut esset ex se exprimendum, adhuc tamen verificato deinceps transitu Dominæ Ducissæ ad secundas Nuptias, utique in his terminis idem Jus redditum fuerat certum, & indubitabile, & propterea saltem ab inde citra Gratia cessare debuisset, cum illa intelligeretur attri-
28 buta *rebus sic stantibus*, non vero diversimode mutatis per contingentias de novo suborta, & a Principe prorsus ignoratas, ad tradita per *Cravett. cons. 95. nu. 40.*, *Natt. cons. 425. num. 16.*, *Tiraquell. in tract. constante causa num. 116.*, *Rota coram Coccin. dec. 598. num. 3.*, *et in rec. dec. 237. nu. 5. par. 7.*, & ceteris relatis firmat *prima Decis.* *hujus Causæ cor. bon. me. Benincasa §. final.*

Hucusque progrediebatur præfata *Decisio b. m. Benincasa*, cujus fundamentis in hodierna Audientia Scribentes pro Domino Comestabili nonnulla quoque de novo superaddebant, quæ magis, atque magis eadem fundamenta roborare videbantur, & signanter, quod circa illud principale præjudicium ejusdem *Decisionis* ratione subrogationis, quam Pontifex mandavit fieri de domo, seu Palatio emendo loco præexistentis multiplici, ponderandum ulterius erat, quod eo fortius voluntas Principis quoad inducendam eamdem veram, perfectamque subrogationem clare manifestabatur, quia post injunctam eamdem subrogationem *della casa, o Palazzo da comprarsi nel modo, e forma, che stanno di presente li detti luoghi de' Monti*, superadjecerat illam efficaciorem, & irritativam clausulam, *E non altrimenti*, quæ sane ipsam Gratiam alienationis, seu devinculationis locorum Montium ita connectebat cum volita subrogatione, & illius conditionibus, ut tamquam insepa-
29 rabilis in casu con rario omnem intentionem, & consensum Principis derogantis adimeret, & excluderet, ex collectis per *Rot. cor. Gregor. dec. 192. num. 1. post Salgad. in Labyrint. Creditor. dec. 36. num. 13. et cor. Emerix Jun. dec. 1243. num. 3.*, *et cor. Priolo dec. 358. num. 5.*, *et in rec. dec. 365. ex n. 9. ad plur. seqq. par. 16.*, *in Romana Emphiteusis 10. Februar. 1702. §. Prædicta cor. Emo de la Tremoille*, *et in Romana, seu Albanen. bonorum 27. Junii 1707. §. Præsertim cor. R. P. D. meo Aldrovando*.

Comunire non minus satagebant subalternās motivum præfatæ *Decisionis*, scilicet, quod etiam Domina Ducissa talem subrogationem omnimodam Palatii plenarie agnoverit, & acceptaverit; unde, licet alio non opus esset ad effectum, ut investire, & multiplicare teneretur pensiones correspondentes Palatio, ejusque jam factæ subrogationi; nihilominus ipsa, quatenus oportuisset etiam tacite saltem, & virtualiter ad idipsum quasi se positive obligaverat; cum præfatam obligationem susceperit in forma Cameræ, cujus latitudo, & importantia comprehensiva consequutivorum efficiebat, ut sese obstrinxisset favore habentium interesse ad omnia accessoria ad eamdem subroga-
30 tionem, & consequenter multiplici, ad quod filii Domini Comestabilis erant substituti, ex sæpe affirmatis per *Tribunal*, & signanter *dec. 84. nu. 7. et 8. apud Zacchiam de obligat. Camer. cor. Cerro dec. 260. num. 6. et cor. Dunozett. Junior. decis. 283. nu. 12.*, *et dec.*

et dec. 313. num. 2., et coram Seraph. decis. 955. num. 2.

Dein prælaudatæ *Decisioni* aliquid etiam ulterius addendum esse de jure itidē Defensores opinabantur; quoniam, cum *Decisio* condemnasset tantummodo Dominam Ducissam a die interpellationis, idcirco subnectebant, quod neque erat necessaria alia interpellatio, sed damna, & interesse erant ex se reficienda usque ab initio neglecti multiplici, eo etenim, quod quis ex ista obligatus, prout erat Domina Ducissa vigore Instrumenti venditionis Status Zagaroli, ad faciendum multiplicum, quod importasset non solum refusionem, & investimentum eorumdem fructuum, sed etiam augmentum illius pluris, quod condasent fructus fructuum multiplicandi, nempe illi fructus, qui

31 ex fructibus investitis postea multiplicati, & producti extitissent, ad *Text. in l. si Procuratorem, §. Mandati actio per mandat. Gratian. discept. for. 920. num. 26. et seqq. Carol. Anton. de Luca ad Goltn. de Procurat. par. 5. cap. 4. num. 1., et in meo tractat. de Commerc., et Mercat. disc. 62. ex num. 50., et 51., Rota post Cenc. de Censib. dec. 175. n. 2. et cor. Priolo dec. 294. num. 14.* cum aliis in *Romana Locorum Montium super fructib. 28. Novembris 1703. §. Occasio cor. me.*

Indispensabiliter profecto ex ipso non implemento, ex ipso multiplico non facto oriebatur tale debitum Justitiæ, ut absque alia mora, vel interpellatione sic obligatus restaurare teneretur totum damnum, quod

32 passus erat habens interesse super confectione ejusdem multiplici, ut unanimiter affirmant *Gratian. discept. for. cap. 67. nu. 3. & 4. Rot. cor. Penia dec. 766. num. 8., & cor. Merlino dec. 665. num. 25.* cum aliis in *Rom. commutationis bonorum 7. Maji 1708. §. Nec Celso cor. R.mo D. meo Molines Decano.*

Quin adjuvare posset Dominam Ducissam, quod ipsa nullas exegisset pensiones, ideoque nec eas investire, neque multiplicare teneretur, aut posset, siquidem statimac ea Palatium inhabitavit, & inhabitat usque ad præsens, hinc non sibi ipsi tamquam Dominæ, sed tamquam obligatæ fructus locorum Montium, sive Stabilium investire, & multiplicare, reduplicando figuram formalem in eadem materiali, solvere cogebatur easdem pensiones, cum in similibus casibus reductive ad finem, &

33 effectum restitutionis idem existat habitare, ac locare, ad mentem *Text. in l. Summā 65. §. In frumento*, ubi *Bald. ff. de condit. indebit., Surd. de aliment. tit. 6. quæst. 8. num. 22. vers. & ratio est, Rot. cor. Ottbob. dec. 193. n. 10. & seqq. cor. Dunozet. Jun. dec. 672. num. 6. §. Quoad tertiam partem, & in Bonon. fideicommissi de Pepulis 5. Maji 1679. §. primo cor. bo. mem. Rondinino.*

Redcūtes vero postea memorati Defensores ad objecta, quæ prædicta *Decisio bo. mem. Bernincasa* evaserat auxilio subreptionis, noviter connotabant, quod Gratia concessa Dominæ Ducissæ, ut ipsa posset emere Palatium, pro sua habitatione, nullo pacto merebatur extendi ad auferendam copulative succedaneam quoque obligationem investiendi, & multiplicandi pensiones; non enim parum commodi, parum liberalitatis Summus Pontifex impartiebatur Dominæ Ducissæ, illi permittens, quod pro evitandis incommodis in mutatione habitationum occurrentibus, eidem Dominæ Ducissæ suffragari, seu favere intendisset mediante attributa ei facultate extrahendi prompte, & expedite in publica platea pecunias, non obstante interdicto, & prohibitione originalis Instrumenti emptionis, sive acquisitionis Status Zagaroli pro comparanda ad sui libitum fixa habitatione, absque eo quod Pontifex præjudicare cogitasset ulterius etiam eidem multiplico, illud privando fructibus, & pen-

34 sionibus multiplicandis; derogationes etenim tamquam stricti Juris, quotiescumque tollant unum obstaculum, trahendæ nequaquam sunt ad auferendum etiam aliud obstaculum, ut cum multis comprobat *Grat. discept. for. cap. 397. num. 38., Rot. cor. Ludovisio dec. 87. sub nu. 3. par. 2.*, & in terminis multiplici *Rot. cor. Cocc. dec. 1133. n. 4.*

Potissime dum san. mem. Clemens X. utriusque Impartitor Chirographi, sive Indulti, adeo enixe intendit conservationi ejusdem multiplici, ut de eodem multiplico cum sua correlativa importantia scientiam habens indubitatam in ordine ad sortem, ipsosque fructus multiplicandos, ut aperte liquebat ibi = *del sudetto multiplico proveniente tanto dalla sorte principale, quanto de' frutti moltiplicati*, nullam fecit mentionem de ejusdem multiplici suspensione, seu fructuum, ac pensionum Palatii non convertione in idem multiplicum, ut videre erat in toto *d. Summ. num. 15.*, prout e converso quando suspensionem voluit, expressit *dicto Summ. n. 18.*, nempe quoad fructus superexistantes duarum ex tribus partibus ejusdem multiplici remansurum penes Dominam Ducissam, quinimmo potius a contrario positive injunxit, quod D. Ducissa subrogare teneretur idem Palatium emendum *in omnibus, & per omnia* eidem multiplico, ad quid enim deservisset talis tam plenarie,

& enixe volita subrogatio, nisi significaret, quod sicuti loca Montium servabāt substantiam Multiplici in suo capitali, illudque peraugebant cum fructibus, ita illud conservari deberet in Palatio, pariterq; loco ipsorum fructuum peraugeri cum pensionibus ejusdem, itaut ubi per hypothesim vellemus supponere diversum, aut contrarium, eadem
35 subrogatio remansisset ferme penitus elusoria contra mentem præservativam Pontificis concedentis, ipsamque dispositionem Juris, de qua post *Text.*, *& Doctores in cap. decret. de reg. jur. in 6.*, *Capyc. latr. cons.* 145. *num.* 6., *Mans. consult.* 501. *num.* 11. *Palma Nepos allegat.* 327. *num.* 87. *tom.* 4. *Rot. dec.* 297. *num.* 2, *& dec.* 485. *nu.* 12. *par.* 4. *tom.* 2. *rec.*, *& dec.* 358. *num.* 4. *par.* 11., *& dec.* 707. *num.* 40. *par.* 18. *tom.* 2.

Postremo tandem firmius vallare satagebant principale fundamentum prædictæ *Decisionis bo. mem. Benincasæ*, nimirum subreptionis utriusque Chirographi, quibus nitebatur, animadvertendo, quod in tantum, generali tantummodo subrogatione Palatii in locum locorum Montium, contentus quodammodo fuisse videbatur Pontifex, absque clara ulteriori ordinatione, quod Domina Ducissa expresse teneretur investire, & multiplicare pensiones ejusdem Palatii, in quantum eadem Domina Ducissa nihil dixit de substitutione, & vinculo fideicommissi demandati per Ducem Bassanelli ad favorem filiorum Domini Comestabilis; Si enim hoc Papa scivisset, quomodo credibile exstitisset umquam, quod ipse voluisset eidem fideicomisso, & filiis D. Comestabilis in eo vocatis præjudicare, tollendo de medio ipsum multiplicum, quod spectasset ad eosdem filios Domini Comestabilis, sicque donando Dominæ Ducissæ, quod ad ea n non spectasset, & quod denique ejusdem, purificato casu transitus ad secunda
36 vota, esse numquam poterat, contra ea, quæ in proposito conclamant *Palma Nepos alleg.* 1. *num.* 17., *& seqq. Rot. cor. Seraph. decis.* 601. *num.* 2. *vers. potest in casu*, *& cor. Peutinger. dec.* 457. *num.* 2., *& seqq.*, *& in rec. dec.* 469. *num.* 1. *par.* 5., *& dec.* 363. *num.* 23., *& seqq. par.* 10. cum aliis in *dec.* 479. *num.* 11. *par.* 18. *tom.* 2.

Insuper prædicti Defensores adjungebant, quod nec etiā in facto, sive in effectu fovebat ullam subsistentiam quod Domina Ducissa tunc exsisteret in statu viduvili; quamvis etenim hoc esset verum respective ad Signaturam Chirographi, quæ sequuta legebatur de Anno 1674., adhuc idem Chirographum remanserat in suo esse, nec fuit exsequutioni demandatum per emptionem Palatii, & distractionem locorum Montium, nisi de anno 1678., quando jam de præcedenti, nempe sub anno 1677. Domina Ducissa ad secundas nuptias convolaverat: unde antequam Gratia ullum peperisset effectū, jam Domina Ducissa non erat amplius in statu viduvili, & jam evaserat delatum, & purificatum fideicommissum favore filiorum Domini Comestabilis, ideoque nequaquam poterat exsequutioni demandari ea
37 Gratia, quæ tantam læsionem, & præjudicium Tertio inferebat, ut in fortioribus habetur apud *Spada cons.* 142. *num.* 3. *&* 201. *n.* 15., *& seqq. lib.* 1. *Rot. cor. Millinodec.* 291. *nu.* 13. *in Romana Salviani* 2. *Junii* 1706. §. *Minus obesse coram Eminentissimo Priolo*, *et in Romana Status Zagaroli super mandato de restituendo* 29. *Novembris ejusdem anni* §. *Non attento cor. R. P. D. Meo Lancetta.*

De cetero (quoque subdebant) quod nec erat necesse respicere ad tempus exsequutionis ipsius Gratiæ, quando etiam perspecto tempore impetrationis, & Signaturæ Chirographi, radicatum jam erat Jus substitutorum, mediāte Causa physica, & præexistenti ejusdem substitutionis scriptæ, & ordinatæ in Testamento Ducis Bassanelli, nam hoc Jus & respective præjudicium saltem in spe efformatum, erat adeo considerabile, ut Papæ prorsus reticendum non esset, per ea, quæ
38 post *dec. bo. mem. Benincasa sub.* §. *Responsum namque fuit*, optime eidem objectioni occurrentes docebant *Alexand. cons.* 64. *n.* 6., *& cons.* 269. *nu.* 9. *Peregr. de fideicomm. art.* 23. *n.* 62., *&* 63., *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 11. *tit.* 11. *num.* 3., *Rot. decis.* 128. *num.* 1. *&* 2. *par.* 2. *rec.*, *& cor. Dunozet. Jun. dec.* 737. *num.* 5.

Et ratio omnium erat, quod cum semper præsumptio sit, nolle umquam Principem, & maxime Papam Jure Tertii derogare, immo in casu præsenti effective potius voluerit sedulo consulere, & providere favore omnium personarum, aliquod habere tractu temporis valentium Interesse super multiplico, ut fuissent ex. gr. Creditores etiam ex post detecti Domus Ludovisiæ, ita certe non minus providisset (si scivisset) filiis Domini Comestabilis in eodem multiplico substitutis, alias nulla Jura substitutorum, nulla Jura fideicommissariorū in mente Principis aliena a præjudicio Tertii, præservarentur, cum substitutiones signanter, & firme semper ordinari soleant sub aliqua conditione ex. gr. sine fine filiis, si navis ex Asia venerit, si
39 Uxor vitam viduvilem servasset cum similibus, sicuti præter ea, quæ pariter deducta

exsti-

exstiterant in præfata *Decis. Benincasa §. Quoniam contra utrumque* tradiderunt *Burfatt. conf.* 80. *num.* 27. *vers. tum etiam quia licentia Molin. de primog. hispan. lib.* 1. *cap.* 18. *sub num.* 10. *vers. ultimo, & lib.* 4. *cap.* 7. *sub n.* 1., *& sub num.* 5. *vers. his tamen non obstantibus*, *Rot. cor. Peuting. dec.* 476. *num.* 1., *& nu.* 4. *cor. Priolo dec.* 317. *nu.* 16., *& seqq., & cor. Emer. Jun. dec.* 12. *n.* 1.

Addito finaliter, quod cum puri, & purificati eadem sit ratio, atque conditio, eo ipso, quod substitutio filiorum Domini Comestabilis ad unguem exstitit purificata, tanto magis Pontifex erat de eodem purificabili præjudicio certificandus, alias subintrabat pœna inexcusabilis subreptionis, dum Jus eorumdem filiorum in potentia erat certum, & in

40 actu evasit indubitatum ex *Dec. in cap. super litteris nu.* 4. *de rescript.*, *Ros. de exsequut. litterarum Apostolicarum par.* 1. *cap.* 6. *nu.* 13., *& seqq. Garzia de benef. par.* 8. *cap.* 3. *n.* 19. *& seqq. Episcop. Rocc. disput. Jur. cap.* 189. *sub nu.* 4. *Card. de Luc. de Regal. disc.* 4. *sub num.* 12. *vers. secus autem quoad tertium, Rot. dec.* 41., *&* 363. *par.* 10. *rec.*, *et in Majoric. Beneficii* 6. *Decembris* 1709. *§. Principale igitur cor. me.*

Hæc igitur omnia erāt, quæ fideliter recensita; suæque luci restituta, fundare videbantur intentionem Domini Magni Comestabilis. Ast *Domini* mature perpensa tota serie facti, æque fideliter superius exposita, authumarunt, non applicari thesim prædictorum discursuum, & rationum ad nostram hypothesim, itaut logico, seu dialectico modo po-

41 tuisset responderi, concedo totum, & nego consequentiam, juxta regulam, de qua est *Text. in l. Papinianus in fin. ff. de Minor., et l. inter stipulantem §. Sacram vers. sed hac dissimilia ff. de verbor. obligat. Abb. conf.* 10. *in princ. lib.* 1., *Socc. Jun. conf.* 1. *num.* 46., *et conf.* 12. *num.* 5. *lib.* 3.

Præmisso enim, quod prætensio Domini Magni Comestabilis circa multiplicum ex se restringebatur ad casum, quo Domina Ducissa, ut evenit, secundum thalamum ascendisset, & insimul copulative multiplicum ex una parte non evictum, & ex altera confectum remansisset inter reliqua bona hereditaria, quæ Baisanelli Dux per viam amplissimæ generalis Institutionis reliquit eidem Dominæ Ducissæ, tunc enim cum ipsa ex testamentaria lege sui primi Viri constricta foret restituere generaliter proprietatem omniū bonorum uni ex prædictis filiis Comestabilis prædefuncti, hi adinvenientes in eadem hereditate tale multiplicum, vigore substitutionis contendissent in eo succedere, cum eodem tamen vinculo, & obligatione multiplici usque ad summam ℣ 850.m., quanti importabat pretium Status Zagaroli ex conventione replendum cum multiplico, sed hoc interesse pure remotum, incertum, & forsan eventurum inutile ex se non obligabat Dominam Ducissam a parte antea ad multiplicandum favore substitutorum, multoque minus erat capax rumpendi tot Chirographa Pontificia, Principisque Gratias,

42 per ea, quæ uno ore de hoc interesse remoto, eventuali, incerto, & forsan consequutive inutili, affirmarunt *Felin. in cap. in nostra sub nu.* 15. *vers. septimum corollarium de rescript., et in cap. quæ in Ecclesiarum sub num.* 21. *in* 2. *ampliat. vers. adde de constit. Ruin. conf.* 189. *num.* 16. *lib.* 2. *Decian. resp.* 5. *n.* 67., *et seqq. lib.* 1 *Tiraquell. in tract. cessante causa limit.* 22. *num.* 23., *Sanchez. de Matrim. lib.* 8. *de dispens. disput.* 21. *n.* 26. *Flamin. Parif. de resign. benef. lib.* 6. *quæst.* 2. *num.* 87., *Monet. de commutat. ultim. voluntat. cap.* 6. *quæst.* 3. *conclus.* 3. *nu.* 144., *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. Gloss.* 45. *§.* 1. *a n.* 45. *ad* 48., *Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæst.* 54. *num.* 31. *Rot. cor. Seraph. dec.* 351. *nu.* 29., *et dec.* 1410. *num.* 23. *cor. Celso dec.* 395. *num.* 3. *post Merlin. de legit. decis.* 60. *num.* 3., *& in rec. dec.* 455. *num.* 8. *par.* 1. *dec.* 687. *num.* 16. *par.* 2. *dec.* 24. *num.* 15. *par.* 5. *tomo* 1. *dec.* 273. *nu.* 26. *par.* 6. *dec.* 122. *n.* 13. *par.* 11. *cum ceteris relatis in dec.* 360. *num.* 24., *&* 25. *par.* 18. *tom.* 1.

Diximus, quod hujusmodi multiplicum, seu lex multiplici nullo modo angebat D. Ducissam sive obligabat favore signanter, & præciso filiorum cl. me. Comestabilis, illam etenim eorum respectu non compellebat, aut conventio, aut lex, aut volūtas Testatoris, unde merito millies *Sac. Rota* dixit in hoc casu, immo

43 etiam in fortioribus terminis, similes substitutos conqueri non posse de multiplico non facto, ut videre est apud *Card. de Luc. de regal. disc.* 23. *num.* 24. *vers. id enim procederet, & dec.* 278. *n.* 6., *&* 7. *par.* 9., *& dec.* 60. *per tot. post Merlin. de legitima, et cor. Emer. Jun. dec.* 1143. *n.* 9. *vers. quia præter quod.*

Et sane incipiendo a conventione, illa, quæ aderat in nostra hypothesi, nequaquam erga eosdem filios ligabat Dominam Ducissam, non solum quia numquam ipsa talem conventionem fecerat cum ulla persona, sed etiam, quia ad summum, repræsentando in figura heredis heredum Petrum Franciscum Ducem Columnam venditorem Status Zagaroli, & ad id obligatum ex pacto, nequibat ad plus arctari, quam ad formam conventionis initæ a prædicto suo mediato Au-

ctore

ctoie Petto Francisco cum Cardinali Ludo-
visio Originario Emptore, qui ut in *dicto*
Summ. num. 1. pepigit cum prædicto Petro
Francisco venditore de conficiendo multi-
plico pro periculo evictionis, quæ posset
insurgere, vel ex capite fideicommissorum,
quæ fuissent super dicto statu ordinata ab
Antenatis, seu Majoribus ejusdē Petri Fran-
cisci, vel ex Altero Creditorum, qui bona
empta per Cardinalem quoquo modo ha-
buissent tunc temporis obligata, & affecta;
unde cum filii cl. mem. Comestabilis pro-
fecto induere non possent personam Cardi-
nalis Ludovisii, neque valerent ostendere
ullam vocationem ad fideicommissa Majo-
rum Petri Francisci, neque demum haberent
ullum creditum super bonis, & corporibus
Status Zagaroli, ecce quod conventio facta
cum præmisso Cardinali, & ad hos tantum-
modo effectus arctata, non poterat ullo mo-
do extorqueri, & extendi ad alias personas,
quæ non fuerunt contemplatæ, & cum qui-
44 bus fuerat inita eadem specialis conventio,
ut ultra generalia, de quibus post *Text. in*
l. si eum barmes 7. *C. locat. l. Item quæritur*
14. *§. Qui impleto ff. eodem* tradunt *Gabriel.*
cons. 43. *nu.* 8. *lib.* 1., *Mantic. de tacit. lib.*
16. *tit.* 21. *sub n.* 2., *de Marin. resol. quotid.*
lib. 1. *cap.* 136. *per tot.*, et *signanter nu.* 5.,
Salgad. labyrint. Creditor. par. 2. *cap.* 27. *n.*
37. cum quamplurimis allegatis per *Rot. dec.*
161. *num.* 1., *et* 2. *par.* 14. *rec.*, *et in Roma-*
na Pecuniaria, *seu reintegr. depositorum* 17.
Decembris 1708. §. *Et rationem cor. Rmo*
D. meo Molines Decano, in specie multiplici
45 perbelle connotarunt, *Spad. cons.* 354. *n.* 3.
lib. 2., *Card. de Luc. de regal. disc.* 23. *num.*
24. *& de credit. disc.* 59. *ex nu.* 6. *usque ad*
fin., *Rot. cor. Priolo dec.* 364. *num.* 10. *et in*
rec. dec. 30. *sub n.* 14., *et* 15. *par.* 12., *et dec.*
26. *num.* 17., *et dec.* 361. *num.* 5., *et* 7., &
melius *dec.* 249. *num.* 18. *par.* 17.

Minusve Jus ipsum, sive lex ex se ipsa citra
conventionem poterat esse obligatoria Do-
minæ Ducissæ, ut ea ullo modo teneretur
conficere tale multiplicum, cum onus con-
ventionale, quod aderat multiplicandi non
respiceret, ut præmisimus, eosdem filios,
& ad mentem legis in abstracto libere D.
Ducissa posset perfrui, & gaudere fructi-
bus hereditatis pendente conditione obi-
tus, fidei suæ per Testatorem commissæ, il-
losque in suos usus ad sui libitum conver-
tere, cum heres gravatus omni jure interim
faciat fructus suos, & ex communiori Sen-
tentia jure etiam dominii licet suo loco, &
46 tempore adveniente obitu revocabilis, ex
plene deductis post *Text. in l. in fideicom-*
missariam, *& l. Mulier §. si heres ff. ad Tre-*
bell. per Menoch. cons. 183. *nu.* 50. *Mantic.*
de conject. lib. 7. *tit.* 10. *nu.* 7. *Card. de Luc.*
de alienat. disc. 25. *nu.* 15. *& de fideicomm.*
disc. 191. *num.* 4. *& Rota in Romana resti-*
tutionis fructuum 11. *Junii* 1708. §. *Et ex*
hac in fine cor. me.

Neque tandem voluntas Testatoris, sive Ducis
Bassanelli talem per umbram obligationem
inuerat D. Ducissæ, non tantum, quia sem-
per Testator disponere censetur ad normam
47 Juris, tale onus multiplicandi in se, & respe-
ctive in herede gravato minime agnoscētis,
& cui præsumitur sēper se conformare Testa-
tor, nisi dixerit, & disposuerit in contrariū,
juxta regulam, de qua *Text. in l. Gallus §.*
Quidam recte cum ibi *notat. ff de lib. & post-*
hum. Bald. in l. 2. *in fin. C. de condit. instit.*
Jason. in l. 1. *num.* 15. *vers. confirmatur ff.*
de vulgar. & pupillar. Ruin. cons. 169. *num.*
7. *lib.* 2 *Rot. cor. Ludovis. dec.* 56. *num.* 5.
cor. Cocc. dec. 67. *num.* 17., *& in rec. decis.*
453. *num.* 1.

Verum etiam quia, quatenus oportuisset, vo-
luntas Ducis Bassanelli potius ex diametro
detegebatur manifeste prona in oppositum,
quia ipse in ejus Testamento *d. Summ. nu.*
10. post constitutam *Dominam*, ejus vita du-
rante totius usufructus D. Ducissam, illam
simpliciter gravavit restituere proprietatem
alla morte sua alli figliuoli del Contestabile
Colonna, quoties namque Testator restitui
dumtaxat proprietatem injungit post mor-
tem, nusquam potest substitutus prætendere
fructus maturatos, pendente hujusmodi cō-
48 ditione fideicommissi & ab herede perce-
ptos, ut post *Text. in l. facta § si heres an-*
te restitutam ff. ad Sen. cons. Trebell. Peregr.
de fideicomm. art. 35. *ante nu.* 11. *vers. nec*
juste causari, *seu conqueri*, *& articul.* 49. *n.*
37. *fol.* 449. *Card. de Luc. de fideicommiss.*
disc. 187. *nu.* 3., *& in Summ. sub n.* 356. §.
Seclusa, *& Rot. post Merlin. de legit. dec.* 60.
in principio, *& in Macerat. Fideicomm.* 16.
Maji 1704. §. *Posito siquidem in princip. cor.*
Rmo D. meo Molines Decano.

Evidentius, quia non solum Dux Bassanelli ani-
mum dilectionis profusum in eamdem D.
Ducissam adeo demonstravit, ut pro ea in-
scribenda plenaria herede proprium usque
Genitorem præterierit, nempe Principem
Carboniani, qui ulterius fuerat insignis ejus-
dem Ducis Bassanelli benefactor, donando
illi omnia bona sua usque ad successivam
necessitatē disputandi, an sub eadem dona-
tione comprehenderetur ipsa legitima, cete-
roquin interverso ordine naturæ per mor-
49 tem filii donatarii debitā ipsi Principi Car-
boniа-

boniani donatori, juxta postea disceptata in illa *Romana donationis* 26. *Junii* 1680. *cor. bo. mem. Vicecomite, quæ est decisio* 559. *inter impress. par.* 19. *tom.* 2. *rec. & in ejus confirmatoria dec.* 564. *ejusdem partis.*

Sed & id ipsum verbis admodũ perspicuis expressit illam nuncupando *dilettissima Consorte, & assoluta Padrona di tutto l'usufrutto di tutta la mia Eredità*, addito quòd & hoc repetiit etiam post casum transitus ad secunda vota, & post demandatam D. Ducissæ restitutionem proprietatis favore filiorum Comestabilis cum illa adversativa, *ma dell' usufrutto sia padrona sempre farne quello che vorrà, senza mai poterle riveder i conti*; credibile ne igitur est, quod in gratiam substitutorum gravare voluerit heredem sic tenerè dilectam illo onere, ad quod eãdem heredem nec conventio, nec lex adstringebat? & quod illam privare somniaverit fruitione usufructus pro insigni rata tangente multiplicum ad favorem non comprehensi, vel in vim pacti, vel in vim legis
50 in ipso multiplico? secundum ea, quæ in fortioribus habentur penes *Curt. Jun. cons.* 22. *n.* 8. *Paris. cons.* 18. *n.* 71. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 95. *num.* 28. *& seqq., Fusar. de substit. quæst.* 713. *num.* 18. *Torr. de majorat. Ital. lib.* 1. *cap.* 37. *§.* 10. *num.* 89. *fol.* 343. *Rot. cor. Dunozet. Jun. dec.* 648. *nu.* 4., *& dec.* 232. *num.* 12., *&* 15. *par.* 15. *rec.* cum aliis relatis *in Spoletana Hereditatum* 13. *Junii* 1704. *§. Quoniam cor. R.mo Episcopo Giennen.*

Augebaturque manifestatio hujus voluntatis Testatoris (quatenus oportuisset) potius in contrarium, ex quo ille, instituendo nominatim D. Ducissam etiam heredem quodãmodo super multiplico multiplici *d. Summario nu.* 10. *litt. A.* in quantum in se erat, volebat, illi elargiri omnes fructus omnium suorum bonorum, quæ in ipsa institutione intellexerat, & consequenter etiam ejusdem multiplici pariter inibi connumerati, alias si intellexisset de fructibus postquam multiplicum fuisset completum, ad hoc utique verificandum pene miraculum, pene portentum reddebatur necessarium, nempe quod vita D. Ducissæ nimis, atque nimis extenderetur, cum multiplicum tunc non excederet scuta 130. mil. circiter, atque ita debuisset bis iterum iterumque duplicari ad complendam summam scutorum 860. mil.
51 quod sane tamquam impossibile, vel elusorium penitus fiebat incredibile, considerata præsertim dispositione exarata per virum adeo adamantem ejus Uxoris, juxta mentem, seu ponderationem *Text. in l.* 3. *ff. de milit. Testamen.* ibique *Gloss. Bald. in l. Mævius* .. *in princ. de legat.* 2. *Card. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 2. *tit.* 14. *n.* 13. *vers. item non præsumitur Anton. Gobb. consult. dec.* 530. *nu.* 13. *et* 14. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Neque deerat occasio juste opinandi, quod Dux Bassanelli Testator, quantum in se, ut diximus, valuisset, optaret, quod D. Ducissa revera frueretur fructibus ejusdem multiplici, dum multiplicum usque a principio, in vita scilicet Pompei primi heredis obligati ad illud conficiendum assueverat pati, ut ita dicamus in sempiternum deliquia istarum suspensionum, atque gratiarum, quemadmodum supra fuit ex industria enarratum in §. *E vivis*, & dein vitam traducente eodem Duce Bassanelli plura Chirographa, & ipse reportavit, eaque importantia non solũ eamdem suspensionẽ, sed etiam eam transgredientia cum effectiva derogatione ipsi multiplico, ut in §. *Subseq.* & respective *Summario num.* 8. *litt. E. et D.* necnon *num.* 13. & prius *n.* 9. *litt. A. B. C. D.* quapropter dum reliquit heredem ipsam D. Ducissam etiam nominatim super ipso multiplico, facile erat inferre, quod ipse credidisset, eam posse frui etiam fructibus ejusdem multiplici, vel mediante consensu Domus Ludovisiæ, ab ea causam habentium, vel ope similium gratiarum, quæ transitum fecerant quodammodo in consuetudinem inspectis exemplis ejusdẽ Testatoris, illiusque Auctoris Pompei, non enim præsumi potest, quod in quantum va-
52 lebat, noluerit heredẽ sequi ejus vestigia, ut ex *Text. in l. Paulus ff. rem. ratam haber.* affirmarunt *Paris. cons.* 34. *n.* 54. *lib.* 2. *Palm. Nep. allegat.* 359. *num.* 9. *lib.* 4. *Rot. dec.* 370. *nu.* 3. *par.* 15., *et in Romana Multiplicorum* 3. *Aprilis* 1699. *§. Majorem summam cor. R.mo D. meo Molines Decano.*

De reliquo namque, quoties a contrario vellemus umquam supponere, quod Testator instituendo Dominam Ducissam signanter etiam super multiplico, intendisset illam gravare de eo prosequendo favore substituti, nedum sequuta palam essent omnia enunciata, & usquedum demonstrata absurda, sed & quod pejus erat, attentis gravaminibus hereditatis ratione debitorum, annuorum legatorum, aliorumque onerum, de quibus exhibebatur calculus ex parte Dominæ Ducissæ in *Summario num.* 13. nihil, aut parum remansisset pro substentatione ipsius dilectissimæ Uxoris, quam non solum Patri prætulerat, ut diximus, sed etiam
53 quodammodo ipsi filio nasciture primogenito, uti constabat ex lectura ejusdem Testamenti *nu.* 10. *litt. D.* contra ea, quæ ad rem ponderarunt *Riminald. Sen. cons.* 231. *nu.* 12.

num. 12., *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 4. *tit.* 5. *art.* 10. *num.* 18., *Rot. cor. Gregor. dec.* 358. *num.* 5., *& ad ornat.*, *Card. de Luc. tom.* 1. *lib.* 6. *dec.* 25. *num.* 11. *&* 12.

Ostenso itaque, quod multiplicum faciendum non erat in gratiam substituti, repugnante nimis conventione, pacto, & casu ejusdẽ multiplici, repugnante pariter lege, & mente Juris, & obsistente demũ voluntate Testatoris, incontinenti, & de per se, absq; alia responsione decidebanr omnia fundamenta superius coordinata, sive forent primæ *decis.* editæ *cor. b. mem. Benincasa*, sive adaucta, & corroborata per Defensores D. Comestabilis, nisi (ut subjungebant Domini) mallemus, vice increpatæ in contrarium, & maxime in *Decisione bon. mem. Benincasa* subreptionis utriusque Gratiæ San. Mem. Clementis X. (quæ cessante jure filiorum clm. Comestabilis ex præmissis procul dubio non erat amplius allegabilis) cogitare, quod illud, quod non effecerant pactum, neque lex, neque voluntas, facere, & inducere intellexerit Summus Pontifex, & quidem in Actu, sive Actibus, in quibus expresse profitebatur velle cumulare erga D. Ducis-

54 sam *Grazie, e favori*, quod neutiquam est dicendum per regulam notissimi *Textus in l. quod favore C. de l. cap. Quod ob gratiam* 61. *de reg. jur. in* 6., *Dec. cons.* 231. *in fin.*, *Mantic. de tacit.*, *& ambig. lib.* 2. *tit.* 12. *n.* 27. *Scacc. de commerc.*, *& camb.* §. 2. *gloss.* 5. *n.* 308., *Gratian. discept. for. cap.* 651. *n.* 21. *&* 656. *num.* 17. cum aliis relatis *in decis.* 13. *n.* 8. *inter noviter in Urbe impress. cor. Me.*

In nihilo igitur officiebat, vel applicabatur, quod idem San. Mem. Clemens X. voluerit subjugare Palatium emendum ipsi multiplico *in omnibus, & per omnia, e non altrimenti*, quomodo enim clausula hæc poterat efficere, quod Palatium tali modo subrogatum censeretur subjectum ulterius illi vinculo ad commodum substitutorum, quod non fuerat injunctum, vel infixum in sua radice per pactum, nec postea per Legem, aut Testatorem, eadem quippe clausula ad effu-

55 giendos absonos intellectus intelligitur in omnibus quidem, & per omnia, sed prout de jure decernitur, & exsistit, ut limitando declarat *Jason. in l.* 1. *num.* 22. *ff. de l.* 1., *Ant. de Butr. cons.* 19. *n.* 9. *& seq. Card. Tusc. pract. concl. tom.* 1. *litt. C. concl.* 354. *n.* 18. *&* 24., *Barbos. de clauf. clauf.* 67. *num.* 6.

Verum enimvero præter hæc nimis apertum erat, quod eædem Gratiæ, seu Chirographa San. Mem. Clementis X. nec cogitarunt, nec curarunt de alio vinculo, quam illo evictionis primordialiter adjecto in Instrumento venditionis Status Zagaroli; non equidem cogitarunt, dum in tota facti serie, superius ut diximus, fideliter, & accurate recensita, quoad tempus, & numerum Gratiarum, quæ etiam præcesserant hasce binas posteriores San. Mem. Clementis X. totæ stabant in consulendo evictioni Status Zagaroli pro indemnitate Domus Ludovisiæ, & ab ea causam habentium, quod utique erat unicum vinculum, & Causa ejusdem vinculi, & multiplici, ut satis erat vatebat ex demonstratis supra a *dicto* §. *E vivis* usque ad §. *Uberior*, idque solum ceteri etiam Antecessores Pontifices Alexander VII., & Clemens IX. sollicite procurarunt, & sanxerunt, vel ad hunc effectum subrogando alia stabilia, vel faciendo sese obligare de proprio Indultarios ad supplendum evictioni, quæ contingeret; medianti-

56 bus siquidem hujusmodi cautionibus nedum delentur, vel suspenduntur hujusmodi vincula, sed etiam tolluntur ipsa sequestra Judicialia, ad *Text. in l. si fidejussor.* §. *Si satisdat. ff. qui satisd. cog.*, *Caracc. de sequest. par.* 4. *quæst.* 2. *n.* 1., *Gallesi. de obl.* §. *Camer. quæst.* 37. *n.* 39., *Ridolphin. in prax. par.* 1. *cap.* 14. *nu.* 168., *Rot. dec.* 754. *n.* 5. *par.* 2. *dec.* 381. *num.* 2. *par.* 3. *rec.*, & plenius *in Meo Tract. de commerc. & merc. d. sc.* 92. *n.* 8.

Quinimmo, & iste solus respectus, & unica consideratio, nempe quod multiplicum extitisset tantummodo ordinatum ad favorem Domus Ludovisiæ, ob casum, seu periculum evictionis, dedit ansam primæ Gratiæ, primo exemplo harum suspensionum, & derogationũ multiplici, cum effective Pompejus primus heres Petri Francisci venditoris Indultum impetraverit a S. Mem. Alexandro VIII. libere convertendi in suos usus fructus multiplici per spatium 20. annorum, ex quo Princeps Ludovisius Successor Cardinalis Emptoris evaserat satis cautus de eodem periculo evictionis per cessionem jam reportatam a Creditoribus Petri Francisci dimissis cum pretio numerato per eumdem Cardinalem, necnon simultanee per multiplicũ usque tunc confectum per intercapedinem annorum 35., & hoc motivum semper exstitit repetitum, atque ponderatum tam in subrogatione Villæ Tusculanæ, quam in aliis, quotquot fuerint, suspensionibus, vel derogationibus, quæ deinceps a Summis Pontificibus emanarunt, & signanter quando tam D. Ducissa, quam Princeps Carboniani reportarunt illam derogationem ad finem extinguendi debita Ducis Bassanelli usque ad summam scut. 65. m. uti monuimus supra in §. *Verum cum*; ibi = *Con provede-*

vedere insieme all' indennità degli Eredi, e Successori tanto universali, che particolari del Cardinal Ludovisi, prout etiam replicavit idem Pontifex Clem. X. *dict. Sum. n. 15.* ac propterea tantum abest, quod idem Pontifex voluerit per subrogationem *in omnibus, & per omnia* subjugare Palatium oneri non contento in toto Instrumento venditionis Status Zagaroli, & afficere D. Ducissam pro eo multiplico, ad quod, ut toties diximus, non tenebatur vel ex conventione, vel de jure, vel ex voluntate Testatoris, ut potius semper, & unice præ oculis habuerit causam causativam multiplici, quæ erat periculum evictionis, si vera est regula, prout
57 est verissima, quod omnis, & quæcumque lex, omnis dispositio interpretatur, & regitur a sua Causa, Teste *Baldo in l. si quis servo num. 10. C. de furt.*, *Antunez. de donat. reg. lib. 1. prælud. 2. §. 3. num. 78. & seqq. & in meo Tract. de commerc., & mercat. disc. 34. num. 18.*, *Rot. cor. Durano dec. 40. n. 42. & in rec. dec. 193. sub num. 7. vers. & facit quia p. 1., & dec. 620. n. 9. et 10. p. 19. t. 2.*

Itidem (si oportuisset) etiam subsidiarie diximus, quod idem Pontifex non curavit de ullo alio extrinseco interesse, vel præjudicio, præter præmissum casum, & periculum evictionis; nam præ ceteris in concessione novissimæ Gratiæ superius ordine suo prænarratæ sub §. *Uberior*, alias *dict. Sum. n. 18.* posteaquam indulserat D. Ducisæ facultatem extrahendi de multiplico scuta 36000., & gaudendi libere super exstantibus fructibus duarum partium post sententiam Eminentissimi Panciatici ei remansarum, addita conditione, dummodo eadem D. Ducissa valide sese obligaret de proprio, deinceps absolute derogavit, ne de cetero Gratia per ipsum ob prædictam obligationem ita temperata quomodolibet rumperetur omnibus non solum Juribus heredum, & successorum Cardinalis Ludovisii, etiamsi nec auditi, nec vocati exstitissent, sed *& di qualsivoglia altre persone, che ei avessero, o potessero per qualche capo, titolo, e causa aver interesse alcuno; supplendo Noi a qualsivoglia difetto ancorchè sostanziale, e formale, non ostante ec. la regola de jure alteri quæsito non tollendo, necnon le convenzioni, e patti stabiliti, e giurati apposti nell' istesso Istromento di vendita, e ogn' altra cosa, che in qualunque modo faccia, o possa fare, e disporre in contrario, alli quali tutti, e singoli avendo i loro tenori qui per espressi, e de' quali si dovesse fare espressa, e specifica menzione, deroghiamo*; Unde clare nimium apparebat, quod etiam Pontifex cogitando de quocumque alio interesse, adhuc de eo non curavit, sed quomodolibet derogavit sub extensa clausula *quorum tenorem* cuicumque etiam dispositioni in contrarium, & sic qua sane ratione poterat inferri, quod subrogando Palatium in omnibus, & per omnia intellexerit favere aliis personis, aliis dispositionibus, quam simplici evictioni per obligationem D. Ducissæ jam suppletæ, itaut si aliquis in hoc Chirographo se læsum ostenderet, indigeret saltem Signatura Gratiæ ad infringendam tam enixam Principis voluntatem,
58 & maxime communitam tot clausulis adeo effrenatis, contentis in *dicto Summario nu. 18. litt. D.* idest *motu proprio &c. quod obreptionis, & subreptionis defectum opponi numquam possit, quemadmodum uno ore dicunt Scribentes super cap. si Motu proprio de præbend. in 6. Menoch. cons. 1. n. 3. & cons. 378. num. 22. & de arbitr. judic. casu 201. nu. 8. & de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 13. nu. 11. Sanchez. de matrimon. lib. 8. disp. 21. n. 47. Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 6. concl. 5. n. 157.* cum aliis allatis per *Roec. disp. 89. n. 2. & per Rot. cor. Coccin. dec. 2252. n. 1.*

Sed ad quam Signaturam Gratiæ poterat appellari, poterat recurri, & quæ umquam læsio valebat favore D. Magni Comestabilis excogitari? Figuremus quippe, quod San. Mem. Clemens X. in hujusmodi Indultis vocare, & audire intendisset filios bon. mem. Comestabilis, quid opponere umquam quivissent? Prætendissentne Chirographum, seu Gratiam præpedire, dicendo, quod D. Ducissa esset obligata facere multiplicum ad eorum intuitum, ad quod, illorum respectu, ut necesse habemus repetere, neque conventio, neque lex, neque voluntas Testatoris illam obstringebat? Sed tota prætensio eorumdem filiorum poterat ad summum excitari in solo casu, quo multiplicum fuisset, ut supra tetigimus, voluntarie per eam, vel alias accidentaliter confectum; illud enim nusquam attenditur, ut toties diximus, hujusmodi namque Jura, seu præ-
59 judicia consequutiva in nulla prorsus habentur consideratione, ut præter supra deducta firmarunt quoque post *Geminian. in cap. quamvis num. 10. & 15. de pact. in 6., & Cravett. de antiq. tempor. inter tract. magn. tom. 17. fol. 173. vers. circa præmissa n. 15. Spad. cons. 24. num. 4. lib. 3. Sarnen. ad reg. de jur. quæsit. non tollen. quæst. 3. per tot., Rot. cor. Martin. Andr. dec. 48. nu. 3. vers. nempe quod jus Capituli cor. Seraphin. decis. 1251. num. 22. cor. Puteo dec. 472. num. 2. lib. 2. & in rec. dec. 278. num. 7. par. 9. & in Toletana Decimarum de Capilla quoad Parochos*

rocbos 3. Junii 1702. §. *Et minus*, confirmata 12. *Martii* 1703. §. *Minus urget cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*.

Præsertim quando si ulla alia persona præter successores particulares, vel universales Cardinalis Ludovisii potuisset in mente Pontificis observari, seu cadere, ista esse non poterat, nisi adamussim illa substituti nominandi per D. Ducissam in casu transitus ad secunda vota, & huic, qui dumtaxat, & non alius valebat comprehendi, plusquam virtualiter, & æquipollenter in Chirographo fuit derogatum sub illis verbis: *Altra persona, che avesse, o potesse per qualche capo, titolo, o causa aver interesse alcuno*, quemadmodum ei poterat ex præmissis citra cla-
60 morem, & injustitiam tuto derogari, ad tradita per *Alexandr. cons. 3. num. 10., & 11. lib. 6. Riminald. Jun. cons. 393. n. 53. Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloss. 9. §. 2. n. 56. Episcop. Rocc. disput. Jur. cap. 89. num. 14.* cum aliis in *Perusina, seu Fulginaten. Pecuniaria 14. Januar. 1701. §. Verum in fin. cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*.

Figuremus non minus pro abundantiori claritate, quod durante, seu vigente conflictu oppositionis D. Comestabilis, vel ejus filiorum etiam antequam Gratiam Pontifex signasset, interea successores tam particulares, quam universales Cardinalis Ludovisii exemisent ab hoc multiplico D. Ducissam, debebat ne D. Ducissa illud amplius conficere ex ea solum ratione, quam adducere quivisset D. Comestabilis, quod multiplicum, si fuisset factum, pervenire potuisset tractu temporis cum suis commodis, & incommodis post ejusdem D. Ducissæ mortem ad illius filios? Certe quod non, cum nulla intercedente conventione, nulla eam adstringente Juris obligatione, sive actione in contrarium, & denique cessante voluntate Testatoris, fructus pendente conditione maturati, & respective decurrentes pertinuissent ad ipsam etiam vigore prædicti dominii revocabilis, uti conditionaliter gravatam, nusquam vero ad substitutum, pro quo idemmet gravatus tamquam interim exsistens verus Dominus, etsi revocabilis, ut jam diximus, non tenetur facere con-
61 tra se Factorem, Exactorem, & Ministrum, ut tradunt superius laudati sub §. *Verum etiam*, & signanter *Peregr. de fideic. artic. 35. ante nu. 11. vers. nec juste causari, seu conqueri, & art. 49. num. 37. fol. 449., Card. de Luc. de fideicomm. disc. 187. num. 3. & in Summa sub num. 556. §. Seclusa*.

Exemplum lucidissimum habemus in non absimili gratia superius indigitata sub §. *Post omnia hæc*, videlicet, quod quando de tempore san. semper mem. Innocentii XI. Domina Ducissa ab eodem expostulavit suspensionem alterius multiplici faciendi pro evictione Castrorum *Olevani, & Montis Fortini*, statim ac accederet consensus Principis Burghesii emptoris, qui super eisdem Castris *Olevani, & Montis Fortini*, primarium, atque directum habebat interesse super hujusmodi evictione, & multiplico, & respective accedente consensu filiorum Magni Comestabilis jam per istum oblato, non dubitavit gratificare (facta per eam prius obligatione de proprio) D. Ducissam, itaut gratia quodammodo in hoc casu evaserit Ceremonialis, cum, consentientibus Gratiæ illis, qui desuper habent interesse, Supre-
62 mus Princeps nulli faciat injuriam, prout numquam fit volentibus, & consentientibus, ut inquit post *Text. in l. 1. §. usque adeo ff. de injur. cap. scienti de reg. jur. in 6. l. Nemo fraudare 188. tit. eodem, Menoch. cons. 98. num. 13. S. Thom. 2. 2. quæst. 59. art. 3. Barbos. axiom. 127. num. 1. Cyriac. controv. 170. num. 28., & in dec. 88. num. 9. inter noviter in Urbe impress. cor. Me*.

Prorupimus in illum terminum *Ceremonialis*, quia revera ubi adsit consensus illius Partis, quæ lædi possit, vel si non adsit, irrevocabiliter denegetur, potest citra Principem adiri etiam Judex, ut præter generalia
63 de consensibus a Judice supplendis, quando injuste fuerunt denegati, ac de quibus obloquuntur *Card. de Luca de servit. disc. 107. num. 7. de dote disc. 1. num. 18. de Canonic. & cap. disc. 1. num. 9. Rota cor. Mantic. dec. 238. nu. 9. & cor. Gregor. dec. 117. num. 8. & 9.* etiam in specie hujusmodi subrogationum, & permutationum de uno corpore fideicommissario, vel vinculato in aliud corpus, seu permutationem æquipollentem, practicant quotidie Tribunalia, & sancitum reliquit *Text. in l. Imperator §. fin.*
64 *de legat. 2.* de quo præ ceteris *Decian. cons. 55. num. 58. lib. 3. Peregr. de fideic. art. 40. num. 35. Fusar. de substit. quæst. 530. nu. 1. & 7. Rosa consult. 33. n. 1. Molin. de Hispan. Primog. lib. 4. cap. 4. num. 1. & 12. Torr. de majorat. & primog. par. 2. quæst. 34. n. 77. & seqq. Card. de Luca de fideicom. disc. 157. num. 7. & disc. 273. sub num. 18. Rota dec. 807. num. 29. par. 18. Rec.* prout etiam sæpius practicavit Congregatio Baronum, & signanter in illa *Romana Aperitionis oris 24. Maji 1708*.

Et ut semper cresceret Oratio *Domini* superaddebant, quod dato, & supposito etiam, quod e converso D. Ducissa voluntarie devenisset

ad

ad effectivam confectionem multiplici in omnibus suis partibus; adhuc inferri, ex præmissis fortasse valuisset, quod fructus ita sponte multiplicati, & investiti haud spectare potuissent ullo modo ad filios D. Comestabilis, quia dum multiplicum erat, ut toties insinuavimus, institutum, ordinatum,& conventum respectu solius Emptoris status Zagaroli, utique ubi non intrabat idem respectus, & commodum Emptoris,hi fructus attinuissent ad heredem D. Ducissæ, cum non præsumatur, Testatorem voluisse adimere heredi eosdem fructus,nisi expresse de hoc disponat, fructus quippe etiam investiri post aditam hereditatem minime augent eamdem hereditatem ad favorem fideicommissarii, sed præcisive a conventione, cedunt lucro, & commodo heredis, per ea, quæ in terminis super hoc articulo fructuum

65 etiam investitorũ consuluit *Spada conf.354. per tot.* & signanter *ex nu. 2. §. Nibilominus cum sequentibus*, & approbavit *Rota* in eadem causa recedendo a prius decisis *cor. Remboldo*, quæ habetur impressa post eumdem *Spadam* inibi post *num.6.*, & signanter *num. 7. & 8.* & legitur repetita penes Auctorem *dec. 231.*

His igitur apud *Dominos* mature libratis, & de per se captam resolutionem firmare valentibus,profecto illis addere, & respective connectere ad majorem evidentiam ea, quæ dicta fuerant in *Decisione bo.mem.Benincasa* & ab eadem admissa, & solum evitata ex motivo subreptionis jam explosæ, superfluũ djiudicarunt;In omnem vero casum absque ulteriori supervacanea repetitione sufficere existimarunt habere se remissive ad ea, quæ fuse in hoc proposito certæ voluntatis Pontificis gratificandi D.Ducissam,& ultro admissæ in præcedenti etiam contraria *decis. Benincasa* superius animadversa extiterunt *a §. Obesse*, usque ad *§. Adversus hæc*.

Eoque maxime circa inverisimilitudinem, & inutilitatem Gratiæ Principis, quæ alias ocaulariter resultasset,quoties sa. me. Clem. X. D.Ducissã prosequi, illamque cumulare favoribus professus, eamdem postea obligasset emendo Palatium, illud subjugare præter evictionem ulterius etiam ipsi multiplico in beneficium non comprehensorum in eodem multiplico, itaut ipsa in primis teneretur cum semetipsa honeste convenire de pensione, hanc statis temporibus pariter a se ipsa sollicite exigere,& denique incontinenti investire, & multiplicare, & hoc in simplicẽ correspectivitatem,& adjutorium, quod recipiebat in paranda propritudine pretii necessarii ad emptionem ejusdem Palatii cum extractione a multiplico, quando illi satius exstitisset capessere illud idem, vel aliud sibi benevisum Palatium sine Gratia, & beneficio Principis per viam liberæ conductionis ad tanti quid determinati,sive etiam libere comparare loco pretii conveniendo de fructibus recompensativis facile solvendis ex eisdem fructibus multiplici,ad eam, & non ad substitutum, ut supra pertinentibus, adversus ea, quæ in horrorem si-

66 milis interpretationis Gratiarum Principis supra connotavimus *§. Ac denique*, & obstrepunt quoque *Bartol. in l. conficiuntur §. Codicilli ff.de jure Codicillorum Roland.conf. 71. num. 47. lib. 2. Rot. cor. Cocc. dec.2148. n.3. dec.461. n. 5. par. 1. & dec. 61. nu. 6. vers. ne foret inutilis par. 15. rec. & in Avellina seu Nullius præstationũ 9.Maji 1698. §. Pro responsione cor. R.mo dell'Olmo.*

Et ita posthabita etiam tamquam ex præmissis supervacanea consideratione, seu trutinatione, quid effective D. Ducissa de multiplico immiserit in emptionem Palatii,quod forsan merito illius Defensores dicebant ascendere solum ad sc. 38561. 14. resolutum fuit.

Utraque &c.

Anagnina redditionis rationis.

Veneris 10. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

Ratio præsumitur reddita, si post dimissionem Tutelæ Tutor per lapsum triginta, vel quadraginta annorum numquam fuerit ad eam reddendam interpellatus. Heres cogi nequit ad novam redditionem rationis, ad quam non teneretur defunctus si viveret; Maximè si hujusmodi prætensio promota fuerit post obitum illius, qui erat optime informatus.

SUMMARIUM.

1. *Heres succedit in omnibus Juribus, et actionibus sui Auctoris.*
2. *Rationem non tenetur reddere, qui non administravit.*
3. *Administrator tenetur tantum rationem reddere de iis, quæ ad ejus manus pervenerunt.*
4. *Testes pendente lite producti, & informiter deponentes non sunt attendendi.*
5. *Actore non probante, reus absolvitur.*
6. *Ratio præsumitur reddita si post dimissionem tutelæ Tutor per lapsum triginta annorum numquam fuit ad id interpellatus.*
7. *Præscriptio non currit impedito, & absenti.*
8. *Creditor non tenetur excutere bona difficilis excussionis, præsertim extra statum exsistentia.*
9. *Divisio per longum temporis decursum, & pa-*

pacificam obſervantiam præſumitur ſequuta.

10. *Mater quanto amore proſequitur filios, eadem averſione reſpicit Privignos.*

11. *Nemo præſumitur jactare ſuum.*

12. *Redditio rationis peti nequit poſt obitum illius, qui erat optime informatus, tunc enim hujuſmodi petitio præſumitur calumnioſa.*

13. *Legatum relictum favore Debitoris a Teſtatore, præſumitur cedere in compenſationem ſui debiti.*

DECIS. DLXXIX.

POſt quinquaginta Annorum, & ultra defluxum de repente inſurrexit Petrus Paulus Thomæ Thomaſetti filius adverſus Vener. Conventum S. Mariæ (qui, ad ceterorum diſcrimen, Neapoli denominatur *in Porticu*) pacifice de reliquo quieſcentem, & penitus ignarum eorum, quæ ab ipſo poſtulabantur; Hocque in ſubſtantia erat, quod Patres ipſius Conventus, tamquam Heredes ſcripti, quoad Bona tamen dũtaxat exſiſtentia in eodem Regno Neapolis, per Dominicum Antonium Fratrem ſolumodo Conſanguineum prælaudati Petri Pauli, obſtringerentur rationem reddere adminiſtrationis Hereditatis Paternæ, ex quo idẽ Dominicus Antonius eam de anno 1659. tam ſuo, quam Fratrum nomine adiverat, & unico inſimul contextu eorumdem Bonorum exarando Inventarium ſeſe ulterius obligaverat de illis opportunam exhibere rationem; ſed hujuſmodi aggreſſio terminavit uſque dum exitu parum Petro Paulo felici, nam, & Judex in prima inſtantia, nempe R. P. D. Gomez ſedens eo tempore in Tribunali A.C., nunc vero R.C.A. Clericus adſcitus, necnon poſtremo hodierna die *Sacrum Rota Tribunal* unanimi *Dominorum* ſuffragio Conventum abſolvendum eſſe reputarunt ab impetitis.

Licet enim primo intuitu fundata Petri Pauli videretur intentio, ſtante prædicta individuali obligatione Dominici Antonii de diſpungenda, reddendaque ratione Bonorum communis Patris, eademque ſane obligatio non uti jã in forma aſſueta prætenſa ad normam Juris, ſed utpote exſequntive in forma Cameræ ſuſcepta per Dominicum Antoniũ, ſimili modo transfunderetur in Conventum

1 ipſius pro ſua ſaltem medietate Perſonam, & Jura repræſentantem, ut dicunt in his iiſdem terminis *Dec. conſ.* 110. *num.* 7. *verſic. iſta redditio, Cancer. var. reſol. par.* 1. *cap.* 7. *num.* 83., *Guttier. de tutel. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 2. *Montan. eod. tractat. cap.* 39. *n.* 81. *Rot. dec.* 609. *num.* 9. *in fin. cor. Cerr. dec.* 995. *num.* 1. *cor. Emer. Jun.*, *& in rec. dec.* 211. *num.* 1. *par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 69. *num.* 2. *par.* 11., *in Faventina redditionis rationis* 20. *Martii* 1705. §. *Ratio cor. R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, *& in Romana redditionis rationis* 3. *Junii* 1707. §. *Coruſcabat cor. eodem.*

Defecit tamen Petrus Paulus in primo ſalutari, nempe in probatione veræ, & effectivæ adminiſtrationis poſtmodum initæ, ſeu impletæ ab eodem Dominico Antonio, cum omnis obligatio reddendi rationem neceſſario involvat, & præſupponat, quod probatum ſucceſſive extiterit, ſubſequutam fuiſſe actualem adminiſtrationem eorũ Bonorum, de quibus agebatur, & cantabat quælibet juridica, & conventionalis obligatio, alias ſiquidem, niſi de hac actuali, ac ſubſequenti adminiſtratione conſtiterit, notorii Juris eſt, quod nemo reddere compellitur ullam rationem, cum ejuſdem obligationis Mater exſiſtat non mera, & abſtracti-

2 va promiſſio, ſed effectiva dein juſtificata adminiſtratio, ad tradita unanimiter per *Michalor. de Fratrib. par.* 3. *cap.* 44., *& nu.* 1. *& per tot.*, *& Rot. dec.* 61. *num.* 1. *cor. Arguel.*, *& dec.* 178. *n.* 6. *poſt Duard. de Cenſ. repetit. poſt Cenc. eod. tractat.* pariter *deciſ.* 178., *dec.* 98. *nu.* 4. *cor. Cavaler.*, *dec.* 30. *num.* 4. *cor. Gregor.*, *dec.* 34. pariter *num* 4. *poſt Conſtant. ad Stat. Urb. tom.* 3., *& dec.* 80. *per tot. coram Emer. Jun. & in Romana Aſſociationis de Alberinis* 5. *Maji* 1700. §. *Poſito*, *&* 21. *Junii ejuſd. anni* §. *Recurrit cor. R. P. D. meo Lancetta*, *& in Ariminen. reddit. rationis* 13. *Jan.* 1711. §. *Quidquam cor. R. P. D. meo Scotto.*

Neque vices hujus in effectu requiſitæ adminiſtrationis ſupplere poterant ea, quæ regiſtrabantur in *Summario Petri Pauli num* 5., videlicet quod per prænominatum Dominicum Antonium initæ coruſcarent plures inſtantiæ tam judicialiter, quam extrajudicialiter cõtra nonnullos Debitores Paternæ Hereditatis, quod facere ne quiviſſet, niſi effective exercuiſſet (poſt ſuſceptum munus adminiſtrandi) eamdem adminiſtrationem Paternæ Hereditatis: Quis enim non videt, quod hujuſmodi petitiones quomodolibet expletæ quidquam non relevant, aut inferunt ad probandum aliud, quam abſtractum uſum, & exercitium aſſumptæ adminiſtrationis, ſed non inde concludunt ad concretum finem, quod talis Inſtans, & Petitor teneatur ad reddendam ullam rationem de eo, quod poſtea non exegit, alias quippe quilibet ſimplex Procurator ad exigendum, faciendo inſtantiam ad tenorem ſuſcepti man-

mandati pro consequenda exactione, curiose nimis deberet reddere rationem de his, quæ bene, & diligenter gessit, quando obstringebatur dumtaxat illam dispungere de pecuniis, quæ ad ejus manus pervenerunt, & ideo passim dicimus, quod nullus Administrator arctatur reddere rationem, nisi de
3 iis, quæ pervenisse constet ad ejus manus, quemadmodum prosequuntur *Roman. cons. 113. num. 4., Aymon. cons. 251. num. 14. Bero cons. 191. num. 3. vol. 1., Castald. consult. 251. num. 7., & seqq. lib. 2. Rot. dec. 220. num. 3., et dec. 274. num. 2. cor. Ludovis., et cor. Millin. dec. 150. num. 2., et cor. Peutinger. dec. 203. num. 2., et 3. et in rec. dec. 470. num. 4. par. 1., dec. 241. nu. 19. par. 5., dec. 297. num. 19., et 20. par. 10. dec. 155. num. 3. par. 19. et dec. 625. n. 5. ead. par. 19. tom. 2. et in Romana Pecuniaria 6. Junii 1701. §. Ita etiam cor. bo. me. Muto et in Asculana redditionis rationis 27. Januarii 1710. §. Absque eo quod cor. Me, et in Romana Pecuniaria super primo contractu 23. Februarii 1711. §. Circa vero pariter coram Me.*

Minusque eamdem actualem, & effectivam administrationem coadjuvare per imaginationem poterant quidam Testes informiter asserentes in eorum extrajudiciali fide exarata post lapsum medii Seculi, & ultra, quod Dominicus Antonius, suscepta paulo ante hujusmodi administratione, moram trahens in Urbe ad instar Filii prodigi vixerit in illa luxuriose; Non solum, quia in dicto hi duo Testes nihil firmum circa talia exagerata dispendia concludebant, & affirmabant, quinimo in hoc, de proprio facto, ac de non laudabili complicitate deponebāt; Nullibi demum apparebat, an ita se tractare valuerit Dominicus Antonius, necne, & de propria substantia: Nihilominus adversus hujusmodi Testimonia, licet simpliciter ad defensam, Scribentes pro Conventu objiciebant alios Testes forte magis perstringētes, quod non antiquis temporibus, sed nuper ipsemet Petrus Paulus expilaverit in considerabili importantia hereditatem Fratris in ea parte, quæ tangebat Conventum S. Mariæ, nempe Neapoli, unde *Domini* ægre audientes hasce vociferationes præsertim inter Fratres, compensando unam blatterationem cū altera, maturius responderunt, quod etiamsi aliquem relevantiæ gradum utrinque pos-
4 sent constituere, essent hic, & nunc rejiciendi, aut saltem non admittendi, tamquā pendente lite producti, & in figura penitus informi deponentes, ex passim congestis per *Surd. cons. 129. num. 33., Menoch. de Arbitr. cas. 109. num. 1., Rot. cor. Buratt. dec. 611. num. 5., & cor. Dunozzet. Junior. dec. 864. num. 12., & cor. Ottbobon. dec. 160. n. 15., & cor. Emer. Jun. dec. 894. nu. 7., & in rec. par. 6. dec. 342. num. 15., par. 7. dec. 306. nu. 21., & par. 15. dec. 304. nu. 3. & par. 18. dec. 8. num. 17., & par. 19. dec. 316. n. 20., & in Rom. Emphyteusis 7. Junii 1706. §. Ex quibus cor. Rmo Kaunitz Episcopo Labacen., & in Reatina Jurispiscandi 13. Januarii 1710. §. Hunc itaque cor. Me.*

Corruente itaque basi, seu salutari, ut præmisimus, non probata effectivæ administrationis, superfluum quodammodo erat ulterius tempus conterere, & divagari super hoc ne-
5 gocio, exuberante regula de Actore non probante, de qua *Text. in l. Actore non probante C. de probat.* cum concord. passim adductis per *Rot. dec. 98. num. 2. cor. Caval., & in Bisinian. Præminentiarum 10. Febr. 1710. §. final. cor. me*, & alibi passim.

Sed penitus ibat in præceps, seu fugabatur omnis umbra implicativa ullius dubitationis ex ipso solo lapsu non tantum annorum 16., ut præscribit *Urbis Statutum in cap. 158.*, sed & 30., & 40., ac demum 50., & ultra, qui in præsenti hypotheci intercedebat, id namque superabundabat, ut etiam quando fuisset concludentissime probata vera, & effectiva administratio Bonorum in Inventario adamussim descriptorum, atque susceptorum etiam gesta per Tutorem legitimæ ætatis, & non Fratrem minorem, prout hic, annorum 18., plusquam exuberanter de Jure præsumenda foret subsequuta qualibet redditio prætensæ administrationis, quiætantia, & satisfactio non solum in ordine fructuum, pecuniarum, & similium sub hac administratione cadentium, sed & ipsorum Bonorum in substantia, quæ fuerunt apposita in Invētario, & in effectu habita per eumdem Tutorem, seu Administratorem, juxta
6 celebrem *Decisionem Afflicti la 13.*, cum ceteris ibi oblongis *Additionatoribus*, & late jam dixi in *Tract. de commerc., & mercatur. disc. 62. num. 12.*, ubi allegantur *Munoz. Excobar. de Ratiocin. cap. 41. Felic. de Societat. cap. 37. num. 7., & num. 55. cum seqq. Antonell. de temp. legal. cap. 77. nu. 5. Rot. dec. 1238. num. 18. cor. Emer. Jun., & in rec. par. 17. dec. 197. num. 3., & in Camerin. Census 16. Maji 1692. §. Ceterum cor. cl. mem. Card. Caprara, in Anconit. Dotis 16. Martii 1704. §. Ex temporis lapsu cor. Rmo D. Molines, & in Favent. redditionis rationis 20. Martii 1705. §. Non obstat cor. R. P. D. meo Scotto, & in Bonon. relevat. indemnitatis 25. Februarii 1707. §. Potissime coram Rmo*

Moli-

Molines, & bene in *Sutrina Immissionis super fideicommisso* 19. *Aprilis* 1709. *cor. eodem*, *et in Asculana reddit. rationis* 27. *Januarii* 1710. §. *Quod demum cor. Me*.

Quin ullam excusationem tantæ taciturnitatis, & temporis dilapsus parere valeret frigida illa reflexio, quod intantum Petrus Paulus abstinuerit ab instantia erga Fratrem Viventem, & informatum, illamque distulerit contra Conventum, & Patres penitus inscios, & ignaros, in quantum Dominicus Antonius ejus Frater semper absuisset ab Urbe: Sed præterquamquod actum esset de *lege heres absens* 19. *ff. de Judic.*, super quo integrum, & egregium tractatum compilavit *Petrus Barbosa*, & de his, quæ examinantur apud ceteros *Scribentes de foro absentis*, si talis excusatio juvaret Auctorem, immo
7 ea solum in suis casibus suffragatur ipsi soli absenti in hac ipsa materia præscriptionis, ex traditis in proposito per *Bald. de præscript. in prima par. par.* 6. *principal. n.* 15. *& seq.*, *Card. de Luca de Cens. disc.*27. *n.*4. *& de Testam. disc.* 72. *num.* 8., *Rot. coram Mantic. dec.* 30. *num.* 2., *cor. Seraph. decis.* 997. *num.* 3., *cor. Buratt. dec.* 519. *num.* 1. cum aliis adductis concordan.*in dec.*62.*n.*3. *inter hactenus in Urbe impress. cor. Me tom.*1. & magis in specie in *Caputaquen. Molendinorum* 20.*Martii* 1111.*sub* §.*Hujusmodi rationabili*, *cor. R. P. D. meo Crispo*.

De reliquo nonne idem Petrus Paulus, in humanis adhuc existente fratre, Neapolim appulit, unde ei crimen prædictæ expilatæ hereditatis præfati Testes objectarunt, quapropter nescitur, cur in Patria, quare Neapoli, mediante saltem Procuratore, non valuerit Fratrem urgere ad sibi hanc rationem reddendam? præsertim, quia certo certius exstabant bona in Statu Ecclesiastico sufficientia pro satisfactione hujus asserti Cre-
8 diti, ad differentiam quando tractaretur de bonis extra Statum, juxta connotata per *Petrum Barbosam in d. l.Heres absens*, §.*Proinde*, *ff. de Judic.in artic. de foro rei sitæ*, *& num.* 1. *cum seqq.*, *Amat. Panorm. resol.*33. *nu.* 18. *& seqq.*, *Carleval. de Judic.par.* 1. *disput.* 2. *quæst.* 3. *& nu.* 1., *& fere per tot.*, *Card. de Luca de Jurisdict. disc.* 62. *sub n.*9. *vers. Quod tamen*, *& disc.* 75. *num.* 4., *& de success. disc.* 9. *num.* 5., *Franch. dec.*177. ibique plene *Addentes*, *et dec.*389., utrobiq; *per tot.*, *Thor. in compend. dec. Urb.Remissio Causæ assistentia p.* 2., *et verb. Remissio Causæ intentatæ par.* 3., & concordat *Rota dec.* 305., *et num.* 4. *par.*7., *et dec.* 229. *num.*5. *par.* 19., *et in Romana Pecuniaria* 31. *Jan.* 1700. §. *Sunt equidem cor. Rmo D. Molines*.

Temporis adeo diuturni præscriptionem, vel, ut rectius dicamus, præsumptionem subsequutæ redditionis rationis, & omnimodæ quietantiæ, roborabant aliæ fortissimæ in idipsum demonstrationes,& signanter, quod statim, sive paulo post prætensam initam administrationem, de mense scilicet Maji ipsiusmet Anni 1660. promota noscebatur lis, & controversia inter eumdem Petrum Paulum, & Dominicum Antonium, sive inter filios primi, & secundi thalami, coram bon.mem. A. C. Bulgarino super divisione bonorum hereditariorum communis Patris, cum contemporanea Peritorum electione ad instantiam utriusque Partis subsequuta, *Summario Conventus num.* 1. *et* 2.; quapropter cum ab inde ultra nulla amplius fuerit audita conquæstio per totum spatium Annorum 54., credere necesse erat, quod unusquisque fuerit assequutus quidquid expetere, & consequi poterat ab altero, cum
9 secum hoc ferat ipsa divisio, quæ etiam per tantum temporis decursum, & pacificam observantiam præsumitur sequuta, secundum firmata per *Gloss. in l.Major.*4. *C.commun. dividund.*, *Peregr. cons.* 94.*n.*2.*lib.*6. *Grat. discept. for.* 951. *num.* 3. *et* 18., *Menoch. de Præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.*60.*n.*3., *Card. de Luc. de Hered. disc.* 32. *n.* 10. *Thesaur. dec.* 205. *num.* 1., *Rota dec.*127. *n.*17. *et seqq.*, & signanter *num.* 19. *par.* 7. *rec.*, *et in Romana Hereditatis de Rivaldis* 1. *Feb.* 1709. §. *Ex triplici*, *et* 5. *Maji* 1710. §.*Solida*, *et* 4. *Febr.* 1711. §. *Præsumpta namq; divisio cor. R. P. D. meo Scotto*.

Diximus, quod præfata, & omnimode præsumenda divisio secum trahebat necessarium suppositum, quod quisque fuerit assequutus quidquid ei debebatur; quia eidem præsumptioni, & discursui naturali consonabat etiam factum positivum, quod de eodem mense Maji 1660. Francisca Coletta Mater Petri Pauli, aliorumque filiorum secundi Thori, non solum fuit enunciata, sed prævio documento publico demonstrata fuerat jam esse Tutrix ejusdem Petri Pauli, ceterorumque filiorum, *Summario Conventus num.* 4. unde possibile non est, quod Mater, adimplendo munus suum, materna etiam charitate non procuraverit, quod Privignus redderet rationem de sua præcedenti administratione, quæ si revera substitisset in facto, adhuc ad paucos menses reducebatur, cum Mater, & maxime Tutrix, & de Jure
10 teneatur, & naturaliter quanto amore prosequitur filios, eadem aversione respicit Privignos, ut circa primam propositionem habetur per *Text. in Auth. Matri*, *et Aviæ*, *Cod.*

Cod. Quando Mulier Tutel. Offic. fung. poss. apud *Guttier. de Tutel. par.* 1. *cap.* 5. *n.* 10. *Antonell. de Tempor. legal. lib.* 2. *c.*22.*n.* 23. *Rota cor. Buratt. dec.* 67. *num.* 6., *et in rec. dec.* 209. *num.* 7. *par.* 16. *et dec.* 253. *n.* 4. *par.* 18., & consonant deducta in *Firmana Legitimæ* 1. *Julii* 1709. §. *Falsitas, versic. Primo nempe, et* §. *Et sane, cor. Me*, & quoad secundam tradunt *Gloss., et Doctores in Auth. Hoc locum. Cod. de secund. nupt., et in l.* 1. *Cod. Ubi pupill. educar. deb., Riminald. Jun. cons.* 428. *num.* 9. *et seqq., Episc. Roec. selectar. Jur. disput. cap.* 112. *num.* 10. *lib.* 2. *Surd. de Aliment. tit.* 4. *quæst.* 13. *num.* 16., *et quæst.* 14. *num.* 4., & erudite de more *Tiraquell. ad ll. Connubial. Gloss.* 9. *num.* 196. *Guidopap. dec.* 539. *num.* 3., *Mart. Medic. dec. Senen.* 62. *num.* 20., *et dec.* 80. *num.* 48.

Æque præpotens, immo rem faciens manifestam erat illa altera demonstratio, quod pulsante tunc Zenobio Baldinotto cunctos filios f... mæ communis Patris, uti illius Credi ore, & divexante etiam prædictam Colettam pro redditione rationis Tutelæ, ac administrationis bonorum prænominati Thomæ, ipsimet Fratres ad eumdem Zenobium repellendum exhibuerunt Processum effectivum hujusce redditionis rationis, *dicto Summ. Num.* 6.; Quamobrem si Dominicus Antonius per præfatos paucos menses potuisset esse debitor alicujus summæ ex causa præcedentis administrationis, utique vel ipse Baldinottus, vel ipsemet Petrus Paulus, aliique Fratres perquisivissent, si vel unum obulum ad formam Inventarii re-
11 mansisset in manibus ejusdem Dominici Antonii, ex simplici vulgata regula = *Jactare suum &c.* = de qua *J. C. in l. Cum de indebito* 25. *verf. Qui enim solvit ff. de probat. Honded. cons.* 35. *num.* 42. *lib.* 2., *Gobb. consult.* 71. *n.* 11., *Rota dec.* 253. *n.* 27. *par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 250. *nn.* 73., *& dec.* 520. *n.* 72. *et seqq. par.* 14. *dec.* 11. *num.* 1. *par.* 18. *& dec.* 185. *par.* 19. *Rec.*, cum aliis in *dec.* 69. *num.* 14., *et dec.* 91. *num.* 20. *cor. Me juxta Romanam impressionem*, & alibi millies.

Hisce omnibus pro lucidiori coronamento accedebant aliæ conjecturæ magis quidem generales, sed tamen ad nodum effulgentes, quod nempe Petrus Paulus adeo ferociter movit hoc Judicium, expectavitque mortem Fratris plenius informati, molestiamque excitavit illo Defuncto contra Patres heredes, omnino, ut supra diximus, inscios, & ignaros, quod sane non parum considerant *Cyriac. controv.* 280. *num.* 9., *Excobar. de Ratiocin. cap.* 37. *sub n.* 10., ubi hanc præ-
12 sumptionem fortissimam, & urgentissimam appellat, *Menoch. de præsumpt. lib.* 3 *præsumpt.* 135. *nu.* 10., *et de Arbitrar. cas.* 88. *num.* 17. *et seqq., Merlin. Pignatell. contr. for. centur.* 1. *cap.* 87. *num.* 12., *Palm. Nep. alleg.* 334. *num.* 15., *et alleg.* 357. *num.* 26. *Mart. Medic. dec. Senen.* 85. *n.* 8. *Rota dec.* 344. *sub num.* 3. *cor. Millin., et in rec. dec.* 256. *num.* 1. *par.* 19., *et in Romana Redditionis Rationis cor. bon. mem. Ursino impress. in Mantiss. ad ornat. Card. de Luca super mater. de Donat. dec.* 43. *num.* 10. *et in Asculana Dotis* 25. *Junii* 1700. §. *Ceterum cor. R.mo dell' Olmo Episcopo Coneben.*

Rursus accedebat comprobata ejusdem Dominici Antonii integritas, & practica opinio ejusdem integritatis longo tempore habita de illius Persona in Administratione, & regimine Vassallorum, bonorumque divitis, & qualificati Principis Neapolitani; Quodque demum, prætermissa etiam inspectione compensationis, in fine dilectionem, & liberalitatem, & non usurpationem ostendit in ejus postremo Elogio, in quo scripsit eumdem Petrum Paulum heredem circa bona Status Ecclesiastici, necnon ulterius eidem reliquit scuta 200., cum Equo, & Horologio, quæ omnia certo certius potuissent
13 deservire pro dissolvendo, si quis in minimo aderat, reliquatu prætensæ, & adeo brevis Administrationis, uti in proposito, sive in proximis optime respondit *Rota in Romana Hereditatis de Rivaldis* 1. *Febr.* 1709. §. *Hancque, et* 5. *Maji* 1710. §. *Legali cor. R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, confirmata 4. *Februarii* 1711. *cor. Eodem*.

Negative idcirco tam quoad redditionem rationis, quam quoad relaxationem illius mandati, plenarie *Domini* responderunt; Utraque &c.

Romana Trebellianicæ.

Veneris 10. *Junii* 1712.

ARGUMENTUM.

Egregia, & exēplaris vere hæc dici potest Decisio magistraliter plures tractans quæstiones, quarū prima est; An legitima Patris, vel Matris in bonis filii cum Testamento decedentis, qui germanos fratres quoque habet sit tertia tertiæ, vel tertia totius, & quid si filius ab intestato prædecesserit, an Patri sive Matri pro sua legitima competat tertia tertiæ, vel tertia totius, quæ ab intestato habere possent. Trebellianicæ prohibitio ex quibus arguatur, & quando verba integritatem, sive totalitatem importantia adjecta in restitutione facienda fideicommissario, illius prohibitionem importent. Facta prohibitione primo heredi, ne detrahat Trebellianicam

nicam, illam detrahere potest heres fideicommissarius, sive substitutus, quoties ipse non apparet æque prohibitus, juxta doctrinam *Salicet. in l. Sancimus §. Cum autem C. ad Senat. Cons. Trebell.*, & quid dicendum de hered e extraneo.

SUMMARIUM.

1. *Alienationes per heredem gravatũ, statimac adivit defuncti hereditatem, fieri possunt ex tittulo Trebellianicæ.*
2. *Testamentum Patris, in quo fuit filius præteritus, illico beneficio contratabulationis rumpitur, quod procedit etiam in Testamento filii.*
3. *Et tunc fit locus successioni ab intestato itaut ascendens sive descendens vigore clausula Codicillaris teneatur restituere hereditatem illi extraneo, qui legitur institutus in Testamento rupto, retenta pro se dumtaxat legitima, vel Trebellianica.*
4. *Utraque detractio legitima, et Trebellianica eo solum permittitur, quoties fideicommissum non est pure, sed sub conditione, suoque tempore restituendum.*
5. *Legitima est tertia pars, seuquota omnium bonorum.*
6. *Trebellianica vero, et Falcidia exsistit solum quarta pars.*
7. *Legitimarius habet facultatem eligendi sive optandi quid ei magis expediat vel legitima, vel Trebellianica.*
8. *Trebellianica numquam bis detrahi potest* & num. 12., & nu. 21., & 35.
9. *Ad intestatam filii successionem æque admittuntur Pater, et Fratres filii prædefuncti.*
10. *Et in hoc casu sicuti Patri debetur legitima detractio, ita Fratribus seorsim a Patre debetur Trebellianica.*
11. *An legitima Patris, vel Matris in bonis filii cum Testamento decedentis, qui germanos fratres quoque habeat, sit tertia tertiæ, vel tertia totius.*
12. *Trebellianica semel deducta, et cum legitima confusa non potest iterum detrahi.*
13. *Trebellianica non detracta ab herede gravato facit impinguare legitimam.*
14. *Ea datur in præmium restitutionis, quæ fit hereditatis.*
15. *Prohibitio detractionis Trebellianicæ fieri debet primo heredi gravato, cui illius detractio competit.*
16. *Testator si voluit, ut integra hereditas restitueretur fideicommissario, tunc censetur Trebellianicæ detractionem prohibuisse.* *Secus si verba integritatem importantia adjecta fuerint in institutione heredis.*
17. *Successio qualibet Jus Testatoris, seu obeuntis universum in se continet.*
18. *Heres ab intestato gravatus restituere hereditatem heredi scripto, detrahit pro se Trebellianicam, si Testator mediante clausula codicillari expresse illam prohibere non intellexit,* & n. seqq. limit. n. 54.
20. *Hereditas duplici, aut triplici detractione gravari, aut abscindi nequit.*
21. *Trebellianica non detracta a primo herede, an detrahi possit per secundum,* & num. seqq.
23. *Trebellianica ad hoc ut detrahatur ab aliquo, necesse est quod ipse exsistat heres directus, et rogetur uti heres,* & n. 48.
24. *Heres gravatus si non vult detrahere Trebellianicam, illam detrahit secundus heres idest fideicommissarius.*
25. *Non vero eam detrahere potest heres extraneus.*
26. *Prohibitio detractionis Trebellianicæ facta primo heredi absque alia expressione censetur facta etiam omnibus.*
27. *Variata rerum statu, resolutiones etiam variare necesse est.*
28. *Patrem, vel Matrem, et Fratres habens si extraneum instituat, et Matrem, aut Patrem in re certa, & isti agant ad supplementum legitimæ, quanta sit hoc casu legitima,* & nu. seqq.
30. *Legitima Patris in bonis filii quando sit tertia tertiæ, vel tertia totius, conciliantur opiniones Bartholi, et Butrigaris, et affertur distinctio.*
31. *Trebellianica ubi detrahitur ab herede gravato restituere, tunc legitima ante illam, et ante omnia legata separari debet favore legitimarii.*
32. *Secus si Trebellianica detrahenda est a Fratribus, vel sororibus defuncti, quia tunc per antipartem subducitur ante omnia Trebellianica, et de ratione.*
33. *Transactio inita de tempore, quo vigebat una opinio in aliquo Tribunali, non ideo facile est rescindenda, quamvis postea idem Tribunal mutaverit sententiam.*
34. *Corruente supposito antecedenti, ac principali, corruit perunecesse omne consequens, accessorium, ac derivatum.*
36. *Trebellianica a Testatore tam tacite, quam expresse prohiberi potest.*
37. *Legitima vero nullo modo prohiberi potest per Testatorem, nisi adhibita cauthela Socini.*
38. *Verbum* totam *pluries a Testatore repetitũ in restitutione facienda de sua hereditate inducit prohibitionem detractionis trebellianicæ.*
39. *Potissimum si dicto verbo addatur clausula* omni meliori modo *quæ importat, ut tota,*

tota, & integra hereditas deferri debeat ad fideicommissarios.

40. *Et dictio* liberamente, *qua omne onus, omneque vinculum diminutivum emolumenti excludit.*

41. *Heredes etiam venientes ab intestato gravari utique possunt a Testatore legato, vel relicto.*

42. *Testator rogando per clausulam Codicillarem heredes ab intestato restituere hereditatem, quando intelligatur ad formam Juris nempe detracta Trebellianica.*

43. *Legatum quodcumque, sive relictum fraternizzat cum relicto.*

44. *Dictio* Tutto *adjecta in legato importat prohibitionem detractionis Falcidiæ.*

45. *Trebellianica si fuerit primo heredi prohibita, eam detrahere potest heres fideicommissarius, sive substitutus, quoties ipse non apparet aque prohibitus.*

46. *Prohibita filiis non extenditur ad Nepotes.*

47. *Item prohibita heredibus ab intestato venientibus non censetur prohibita heredibus scriptis.*

49. *Nemo dat, quod non habet.*

50. *Exclusio unius est inclusio alterius.*

51. *Trebellianica prohibita in uno casu, & quoad unam personam non intelligitur prohibita in altero casu, & in altera Persona.*

52. *Discretiva locutio in ultimis voluntatibus a Testatore facta multum operatur, & attenditur.*

53. *Præcipue si concurrat diversitas rationis, qua stante majorem vim habet d. discretiva locutio.*

55. *Si ratio inductiva prohibitionis facta primo heredi tendit ad favorem secundi, tunc in istius odium retorqueri nequit.*

Declarantur contraria Auctoritates n. 56.

57. *Omnis exceptio, sive reservatio nusquam excedit limites regulæ, a qua fit exceptio, seu reservatio.*

58. *In summa majori, minor etiam includitur.*

59. *Conjux, sive heres gravatus post mortem, licet eum aliqua mentione ususfructus, occasionaliter adjecti, detrahere procul dubio valet Trebellianicam.*

DECIS. DLXXX.

Opinans, & insimul prætendens D. D. Lucretia Columna, hodie Ducissa Poli, heres plenarie instituta a Stephano Duce Bassanelli ejus primo Viro, prævenire casum, quo foret ex præcepto Testatoris obstricta, mortis suæ tempore restituere hereditatem ejusdem Ducis Stephani uni ex filiis Magni D. Comestabilis, illud præmium restitutionis sibi injunctæ anticipate nancisci, quod Trebellianicæ a *Sen. Conf. Trebelliano*, nomen assumpsit, effective in hanc causam paulo post aditam hereditatem devenit ad nonnullas alienationes, quas de cetero omni jure per heredem gravatum, statim ac adivit defuncti hereditatem, fieri
1 posse ex prædicto titulo Trebellianicæ, expresse jura ipsa permittunt, ad celebrem *Textum in l. Marcellus §. Qua res ff. eodem, & in l. in quartam ff. ad l. Falcidiam*, *Peregrin. de fideicomm. artic.* 39. *num.* 2., & 3., *Fusar. de Substit. quæst.* 543. *num.* 1., *Grat. discept. for. cap.* 265. *num.* 5., *Mart. de Success. legal. par.* 4. *quæst.* 21. *artic.* 10. *nu.* 61. *Rota cor. Celso dec.* 20. *num.* 3. & 73., cum aliis in *dec.* 895., 967. *utrobique nu.* 1. *cor. Emerix Jun.*

Verum hujusmodi prætensioni acriter se opponente clar. mem. D. Comestabili, ejus filiorum Jura ob patriam auctoritatem, & legis ministerium repræsentante, commissum illico remansit Judiciale prælium inter Partes *coram Sacro Auditorio*, negocium tunc proponente *bon. mem. Albergato* eo temporis ejusdem Ordinis *Decano*; Et licet prima vice nulla fuerit per *Tribunal* capta resolutio, successive tamen, nempe sub *die* 23. *Julii* 1684. prodiit responsio, *Alienationes factas in causam Trebellianicæ non sustineri*, quemadmodum ulterius enarrata facti, & quæstionis serie prælucet in *decisione sub eadem die* edita ab eodem *Albergato*, quæve hactenus legitur impressa inter *decisiones* recollectas *ad ornat. Card. de Luc. super ejus lib.* 9. *ad mater. de Testam. in ordine la* 51., eademque sub *die* 19. *Februarii subsequentis Anni* 1685., non solum exstitit, informante tantum D. Comestabili, approbata, sed tertia quoque vice, nempe *sub die* 11. *Maji* 1686., in vanum tunc comparente D. Ducissa novæ confirmationis robur obtinuit, ut habetur pariter in prædictis recollectis *decisionibus* immediate sequentibus, scilicet *la* 52., & 53., ad quarum quoque normam pronunciata finaliter fuit consequutiva Sententia.

Domini eo tempore subsellia *Sac. Tribunalis* implentes, ad ita censendum, & pronunciandum, permoti ad tenorem earumdem *decisionum*, noscebantur ex pluribus in idem coincidentibus fundamentis; Et quidem primo, quod cum Testamentum Ducis Bassanelli primi Viri D. Ducissæ, in quo illa reperiebatur *omni meliori modo* in tota hereditate instituta, insurgente deinde Julio Cæsare Carboniani Principe, & Patre respective Testatoris, ob omnimodam illius præ-

præteritionem undique nullum detectũ fuerit; ideoque ruptum remanserit beneficio
2 illius contratabulationis sancitæ in *Auth. ex causa C. de lib. præterit.*; Statim proinde redacta exstitit causa ab intestato, itaut in hujusmodi casu idem Pater, quemadmodum quilibet alius Ascendens præteritus directe capiat hereditatem veluti intestatam, sicuti caperet filius, vel alius descendens pari modo præteritus in dispositione paterna,& Avita,restante solum tali Ascendenti, seu descendenti necessitate vigore clausulæ codicillaris obliquantis directam institutionem, restituendi pure, & subito eamdem hereditatem illi extraneo, qui le-
3 gitur institutus in Testamento rupto, retenta pro se dumtaxat Legitima, vel Trebellianica, ut habetur apud *Alexan. conf.* 123. *num.* 10. *lib.* 1., *Cephal. conf.* 138. *num.* 31. *vers. iste posthumus lib.* 1., *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 32. *num.* 2., *Merlin. de Legit. lib.* 5. *tit.* 2. *quæst.* 4. *n.* 2. *cum seq. Peregr. de fideicom. art.* 7. *num.* 49., *Mantica de conject. ultim. volunt. lib.* 7. *art.* 12. *num.* 31., *Card. de Luca de Testam. disc.* 59. *num.* 7. & 8., *Surd. dec.* 251. *num.* 5., *Rot. dec.* 579. *in fin. par.* 5. *Rec.*

Diximus legitima, vel Trebellianica; in beneficium quippe ejusdem heredis extranei instituti, ac per Testatorem prædilecti, & pro sustinenda quantum fieri potest uberiori modo voluntate ejusdem defuncti, leges non admittunt, quod una, eademque hereditas unico contextu restituenda duplicem patiatur dissecationem, nempe legitimæ simul, & Trebellianicæ, quæ solum permittuntur, quoties fideicommissum non sit pure, sed sub conditione, suoque tempore restituendum, in quibus profecto terminis
4 permissa est Legitimario utraque detractio, ex juribus notissimis, & de quibus post *Text. in cap. Raynutius, & cap. Raynaldus*, ibique *Gloss. de Testam.*, *Bartol. in l. Papinianus* §. *Meminisse num.* 5. *versic. Glos. distinguit ff. de inoffic. testam.*, *Bero in cap. in præsentia num.* 448. *vers. placet de probat.*, *Alexand. conf.* 142. *num.* 5. *lib.* 2., *Mantic. de conject. ultim. volunt. dicto lib.* 7. *tit.* 12. *num.* 31. *cum innumeris relat. per Rocc. disp. jur select. cap.* 41. *num.* 6., *Card. de Luca de Testam. disc.* 59. *nu.* 7. *et* 8., *Rota dec.* 303. *num.* 19. *et seqq. par.* 14. *Rec.*

Hinc ad rem redeundo, prænominatus Carboniani Princeps, & Pater insimul præteritus prælegit pinguiorem retentionem, quæ alternanter ex præmissis duabus detractionibus, sibi competebat, nempe legitimæ, cum hæc sit ex beneficio Juris novissimi effecta tertia pars, seu quota omnium bonorum,
5 quando e converso Trebellianica exsistit solum quarta pars, ut de legitima *Text. est in Auth. novissima C. de inoffic. Testam.*, *et in* §. *primo Auth. de Semiss et Trient.*,& de Tre-
6 bellianica, & in suis casibus de Falcidia pariter est *Text. in l.* 1. §. *Si is qui cum duobus seqq.*, *et in dicta l. Marcellus* §. *Item Pomponius ff. ad Sen. Conf. Trebell.*, utendo sic illa facultate præeligendi, sive optandi, quam
7 jura eadem tribuunt Legitimario, juxta communiter tradita post *Gloss.*, *et Doctores in l. Quamquam C. ad l. Falcid.*, *Bero in d. cap. in præsentia num.* 448. *in fin. versic. Secundo limita de probat.*, *Bald. in d. l. Papinian* §. *Meminisse num.* 3. *vers. Non ergo ff. de inoff. testam.*, *et in l. Autem num.* 6. *vers. in l. Autem C. ad Senat. Conf. Trebell.*, *Gabr. conf.* 113. *num.* 5. *in fin. lib.* 1., *Merlin. de Legit. lib.* 1. *tit.* 3. *quæst.* 1. *num.* 16. *Cyriac. contr. for.* 316. *num.* 5., *Tondut. quæst. civil.* 93. *in fin. vers. notandum lib.* 1., *Rota decis.* 111. *num.* 4. *et seqq. par.* 4. *tom.* 2. *Rec.*, *et in d. dec.* 51. *post Card. de Luc. num.* 22.

Dum igitur (dicebant tunc Domini) semel fuerat per Principem Carboniani extracta jam Trebellianica tamquam implicite, & virtualiter inclusa, atque comprehensa in ipsa Legitima, nulla erat ratio, propter quam, tali semel defalcatione sequuta, & præmio restitutionis hereditatis obtento, deberet iterum detrahi eademmet Trebel-
8 lianica,quæ velut a Jure demandata præter, vel contra voluntatem Testantis numquam bis detrahi potest, ex connotatis per *Bald. in l. Scimus num.* 3. *Cod. de inoff. testam.*, *Cephal. conf.* 189. *num.* 24., *Rota cor. Gregor. dec.* 380. *sub num.* 4. & 5., & *cor. Durano dec.* 88. *num.* 12., & *dec.* 183. *sub num.* 7., & *cor. Priolo dec.* 347. *sub nu.* 1., & firmavit *dicta secunda decis. sub n.* 2. *cor. Albergato la* 52. *post Card. de Luc. sub tit. de Testam.*

Secundo fortius (subnectebant) quod, cum ex præmissis, redacta causa ab intestato, idcirco ad eamdem intestatam hereditatem Ducis Bassanelli concurrissent pro sua virili quoque duo fratres ejusdem Ducis, nempe Ægidius Dux Anticoli, & Alexander Columna Prælatus, secundum, ea quæ præcise disponuntur in terminis intestatæ successio-
9 nis obeunte filio cum Patre, & fratribus superstitibus, per *Authentic. Defuncto Cod. ad Senat. Consult. Tertull.*, utique abstractive Trebellianica in hoc casu per eosdem Fra-
10 tres non participantes de legitima seorsim a Patre detrahi potuisset, ut citra difficultatem ostendunt *Gabriel. conf.* 94. *n.* 19. *vers. tertium lib.* 1., *Bellon. de jur. accrescend. c.* 16. *num.*

num. 172., *& seqq.*, & plurimis cumulatis dixit *Rota in Romana, seu Januen. Legitimæ super modo detrahendi Trebellianicã impress. apud Card. de Luca de Testam. dec.* 28. *n.* 1. *cum seqq.*

Quod si iidem fratres, ne forte per hujusmodi concursum, seu detractionem Trebellianicæ proprio Genitori præjudicarent, circa consequutionem integri trientis pro sua legitima, sequuti fuerunt Consilium insignis *J. C. Card. de Luca* Mei olim Præceptoris, & de quo Consilio meminit *dicta decisio* 51. *sub §. Cum hac sic ordinata*, & clarius apparet

11 *in discurs.* ejusdem *Actoris* impress. *sub tit. de Legitima in ordine il* 40., renunciando ad favorem ejusdem Patris Jura successionis jam agnitæ, & in quibus circumstantiis legitima remanet in sua integra tertia parte, ex bene firmatis per *Bald. in l. unica* §. *In primo num.* 11. *vers. nisi frater C. de caduc. tollen.*, *Carolus Anton. de Luc. ad decis. Franc.* 63. *num.* 1. *in fin.*, *Bellon. de jur. accresc. dicto cap.* 6. *quæst.* 16. *num.* 22., *Merlin. de Legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 7. *num.* 9. *vers. amplius §. Cum aliis, apud Dunozet. Jun. decis.* 730. *num.* 5., *& in decisionibus præteritis nempe la* 51. *num.* 21., *& dec.* 52. *num.* 5. *& seq. post Card. de Luc. in mater. de Testam.*

Evidentius profectò, & citra detractionem liquebat Trebellianicam esse mediante hac renunciatione, sub inclusam in ipsa legitima, & tamquam semel deductam, vel cum ea-

12 dem legitima confusam, non potuisse iterum detrahi, ex adductis per *Barthol. in dicta l. quamquam num.* 2. *vers. ergo si detrahetur C. ad l. falcid., & in d. l. Papinianus* §. *Meminisse num.* 3. *vers. ultimo Gloss. ff. de inof. Testam. Peregr. conf.* 93. *n* 3. *lib.* 6., *& de fideicomm. articul.* 3. *n.* 49. *Mangil. de imput. quæst.* 116. *nu.* 62. *Mart. de success. legal. par.* 4. *quæst* 19. *art.* 6. *nu.* 11., dixit *prima dec.* 51. *num.* 21., *&* 22. *cor. Albergato, & in secunda scilicet la* 52. *num.* 7. *impress. post Card. de Luca in Mantiss. tom.* 1.

Absque eo quod obesset, quod in præfata fratrum renũciatione favore Patris nulla fieret mentio Trebellianicæ; Non enim opus erat expresse de illa mentionem facere, nec indigebat Pater renunciatarius (eadem renunciatione utens solum indirecte per remotionem scilicet obstaculi eorumd:) verbum pariter proferre de Trebellianica, quoniam submoto per hujusmodi renunciationẽ concursu fratrum, ex ipsa operatione Juris incontinenti resultabat idem effectus, ac si renũciatio quasi nominatim facta diceretur Trebellianicæ, cum aliud non haberent fratres renunciantes, quod posset renunciare, nisi ipsã Trebellianicam, & ex altera Patri sufficeret, quod virtualiter (eamdem renunciationẽ acceptans) Trebellianica uteretur, cum illa solũ posset impedire Patrem, ne integram tertiam pro sua legitima consequeretur, quamobrem eadem Trebellianica renunciata fuit tantũmodo in causam, propter quam ea non volita per Fratres fecit impinguare legitimam Pa-

13 tris, illamque ascendere ad integrum trientem, sicuti in substantia concludunt *Bald. in d. l. unica* §. *In primo nu.* 11. *vers. quia tunc C. de caduc. tollen. Bellon. de Jur. accresc. d. quæst.* 16. *num.* 22., *&* 23., & melius *ex num.* 132. *cum pluribus seqq., & sub n.* 174. *vers. at si simus in fin., & versic. nec obstat Merlin. de legit. lib.* 1. *titul.* 4. *quæst.* 7. *num.* 13. *Rot. post eumdem dec.* 39. *num.* 15., & advertit *Cardinal. de Luc. d. disc.* 40. *nu.* 7. *de legitim.* cum ceteris in prædictis *dec.* 51. *n.* 21., *& seqq., & dec.* 52. *sub n.* 5. *ad ornatũ Card. de Luca super materia de Testam.*

Tertio non minus consequutive ad præmissa, quam etiam de per se visum eo tempore fuerat, non posse Dominam Ducissam prætendere aliam detractionem Trebellianicæ; quia firmo, quod Trebellianica detur in præmium restitutionis, quæ fit hereditatis, ea in terminis præsentibus debebatur solum (si potuisset ad Partes, & in omnem casum etiã implicite per renunciationem fratrum, ut diximus) soli Principi Carboniani tamquam illi, qui solus remansus, & velut heres gravatus vigore prædictæ clausulæ Codicillaris etiam ab intestato effective restituebat he-

14 reditatem Dominæ Ducissæ, facienti tantummodo figuram Fideicommissarii, & non gravati, ad *Text. in l. prima* §. *Denique vers. inde de Notario ubi Gloss. verb. quartam ff. ad Trebell. Cravett. conf.* 13. *sub num.* 11. *Fusar. conf.* 106. *num.* 11. *Ruin. conf.* 149. *num.* 8. *vers. nam qua ratione Peregrin. de fideicomm. art.* 3. *num.* 5., & habetur *in sæpedicta dec.* 51. *impressa post Card. de Luca in mater. de Testam. tom.* 1.

Supposito itaque, & comprobato, quod hæc Trebellianica fuerit per Principem Carboniani juridice detracta, vel confusa, & quod non posset ideirco iterato detrahi per Dominam Ducissam, in nihilo obstare videbatur, juxta sensum eorumdem *Dominorũ*, quod hæc Trebellianica extiterit prohibita per Testatorem mediantibus illis verbis Institutionis, integram hereditatem, & totalitatem designantibus, ut ibi = *in tutti gl'altri miei beni ec.*, & rursus *alla quale lascio tutta la mia heredità nel suddetto, e in ogn'altro miglior modo*= quatenus quippe etiam prædicta verba in sua importantia præseferre potuissent

ſent hanc prohibitionem, nihilominus hoc locum ſibi vindicaret, quoties actû foret de duobus heredibus, & illorum alteri fuiſſet injuncta prohibitio; Non enim tunc eadem prohibitio facta uni alligaret alterum Coheredem non prohibitum; Secus autem quando, prout hic prohibitio facta generaliter percutiebat heredem ſive ex Teſtamento, ſive ab inteſtato, itaut quæſtio eſſet inter quomodolibet gravatum prohibitum, & inter fideicommiſſarium non prohibitum; in iis namque circumſtantiis ſatis eſt, prohibitionem factam fuiſſe eidem quomodolibet heredi gravato citra ullam aliam expreſſionē,
15 vel prohibitionem, ne illius detractio valeat poſtea competere Fideicommiſſario, Teſte *Petro Gregorio in Sintagmat. Jur. par. 3. lib. 24. titul. 31. num. 14. Urceol. conſult. 38. num. 5. Rot. cor. Merlin. dec. 776. num. 13.* cum aliis cumulatis per *Andreol. contr. for. 33. ſub num. 10., & 11.*, & proſequuntur *deciſiones* præteritæ nempe *dec. 51. num. 32. & dec. 53. num. 18. impreſſa poſt Card. de Luc. ſuper materia de Teſtam.*

Sed, & ulterius ex ſenſu ſupradictorum *Dominorum* in ipſo facto ceſſare videbatur omnis hæſitatio, quoniam prædicta verba quæ poſſent totalitatem, & integralitatem importare, necnon clauſula, *omni meliori modo*, minime legebantur appoſita in reſtitutione facienda fideicomiſſario, ex quo tunc Teſtatore volente totam, & integram hereditatem reſtitui, per neceſſarium antecedens dubio procul intendebat, obligatum ſic reſtituere, non poſſe detrahere Trebellianicā, alias non reſtitueret totam, & integram hereditatem,
16 ſi deduceret Trebellianicam, ut recte unanimiter ponderarunt poſt *Gloſſ. in l. decem verbo tota, & in addit. ff. de fideicomm. libert., Ruin. conſil. 47. num. 17. volum. 2., Menoch. conſ. 1084. num. 20., & 21. volum. 11., Mangil. de imputat. quæſt. 115. num. 6., & 29. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 198. num. 15. Gratian. diſceptat. for. 868. num. 21. Cyroch. diſcept. 3. nu. 19. Rot. poſt Merlin. de legit. dec. 129. nu. 6., & cor. Buratto dec. 480. num. 2. ibique adden. n. 18. cum aliis in præcedentibus deciſionibus coram Albergato, & ſignanter in dec. 53. num. 7.*

Præfata namque verba quatenus etiam revera, ut diximus, præſeferrent hanc totalitatē, quæ deflecteret integralitatem, noſcebantur appoſita in ſola inſtitutione facta de herede, & non in reſtitutione facienda per heredem Fideicommiſſario, quemadmodum ſupponebant omnes *Auctoritates* de hac detractione Trebellianicæ tractantes, alias ſi talia verba adjecta in Inſtitutione ſufficerent ad prohibitionem Trebellianicæ inducendā, numquam obliquato Teſtamento, & effecto per præteritionem herede, & inſinul gravato eodem Aſcendente præterito, nuſquam, in quam, diſcurri poſſet de deductione Trebellianicæ, cum omnis Inſtitutio fieri ſoleat ſub hiſce adamuſſim, vel æquipollentibus Clauſulis, aut in omnem caſum de Jure eædem
17 Clauſulæ perneceſſe ſubintelliguntur; quælibet enim ſucceſſio Jus Teſtatoris, ſeu obeuntis univerſum in ſe continet ad *Text. in l. hereditas ff. de regul. Jur.*, & ut latius ratiocinata eſt ead. *dec. 51. nu. 29. ad ornat. Card. de Luc. ubi ſupra*, & rurſus. *dec. 52. ſub n. 4.*, ubi reſpondens clauſulæ *omni meliori modo*, conſiderat, quod ea tamquā adjecta Inſtitutioni, & non gravamini in reſtitutione poterat quid. omne melius, ſed nō plus operari.

Quin ullo modo officeret, quod clauſula Codicillaris in iſtomet caſu præteritionis operando inverſionem, & obliquationem Inſtitutionis deflecteret quoad effectum in reſtitutionem faciendam ad favorem heredis ſcripti, & ob id eadem verba prohibitiva Trebellianicæ, licet adjecta in ipſa Inſtitutione, habenda eſſent pro oblique repetitis etiam in reſtitutione, in quam ſubſtantialiter inducebatur efficacia ejuſdē Inſtitutionis; quia hoc verum extitiſſet, quoties de tali caſu cogitaſſet Teſtator, & heredi gravato ab inteſtato per clauſulam codicillarem intendiſset prohibere Trebellianicam, alias abſque tali expreſſione, vel indicatione ſufficienti ipſo jure ab inteſtato gravatus reſtituere hereditatem heredi ſcripto, dedu-
18 cit pro ſe Trebellianicam, ad *Textum* ſatis præclarum *l. 2. in fin. ff. de Jur. Codicillor.* ibique *Gloſſ. verbo falcidia Altograd. conſ. 69. num. 69., Fuſar. conſ. 106. num. 11., & poſt Reuſen. ad C. cap. 7. n. 14., & 15. Graſſ. de ſucceſſ. ab inteſtato §. Trebellianica quæſt. 3. nu. 3.*, & cum aliis quamplurimis relatis in ſupradictis *dec.* nempe *in 51. n. 3., & 30. & dec. 52. num. 5., & dec. 53. num. 1. poſt Card. de Luc. ad mater. de Teſtam.*

Potiſſime quoniā de ſui natura eadem inflexio, & obliquatio, quam ſecumfert clauſula codicillaris, efficit quidem, quod poſſit importare conſervationem voluntatis defuncti, qui omni meliori modo per jus codicillorum voluit ſupplere ſolemnitati Juris, quod per vitium præteritionis, vel alterum diſrumpit Teſtamentum: unde Teſtator ſategit *omni meliori modo* ſervari ſuam voluntatem ſaltē per obliquum; ſed ſi non habuit a principio exaratæ Inſtitutionis voluntatem, neque intentionem per prædicta verba totalitatis, & integralitatis prohibendi proculdubio ul-

lam

lam Trebellianicam heredi scripto, aut ei quomodolibet præjudicandi, quomodo postea per hanc obliquationem eadem verba
19 poterant habere diversum intellectum, & infundere diversam voluntatem concedendi Trebellianicam, ut cum *Bero cons. 63. in fine vol. 2.* plene tertia *dec.* præcedentis Instantiæ In ordine 53. *ad ornat. Card. de Luc. ex num. 7. cum plurib. seqq.*

Quarto etiam loco innitebantur tunc prælaudati *Domini* facto positivo successivæ transactionis initæ per Dominam Ducissam cum Domo Carboniana; Ea namque mediante, etiam ex voluntate Dominæ Ducissæ remanserunt ad favorem ejusdem Domus Carbonianæ quatuor unciæ; Unde, vel hoc extitit gestum in agnitionem, quod Principi Carboniani per subinclusionem Trebellianicæ in legitima, vel confusionem ejusdem Trebellianicæ cũ Legitima erat debita Trebellianica, & in his terminis nequibat postea Domina Ducissa prætendere novam Trebellianicam, utpote de Jure jam detractam; Aut vero relictæ fuerunt in Domo Carboniana hujusmodi quatuor unciæ contra jus, & in se excessive, & in hujusmodi pariter supposito sibi imputare debebat Domina Ducissa, si voluntarie consensit, quod Princeps Carbonianus de facto illas fuerit assequutus; Sicuti enim injustum est quod hereditas duplici, immo triplici de-
20 tractione gravetur, atque abscindatur, per ea, quæ animadvertit *Gabriel. d. cons. 94. sub num. 18. lib. 1.*, ita non debet esse in potestate Transigentium, quod bis ab eadem hereditate Trebellianica extrahatur contra
21 ipsum jus, & bonum publicum, ut præter superius allegatos ponderavit *Tondut. quæst. Civil. 93. ex num. 7. usque ad fin. tom. 1., Rot. 303. num. 20. par. 14. rec.*, & recte utrumque argumentum reassumens protestatur prima *dec.* præcedentis instantiæ in ordine, ut supra 51. *ad ornat. Card. de Luc. num. 18., & 25.*

Pro quinto etiam fundamento asserebatur a *Dominis* tunc in *Rota* sedentibus, quod eo minus valebat eadem totalitas adjecta in institutione, & non in restitutione favore Dominæ Ducissæ operari, quod Trebellia-
22 nica non detracta a primo herede detrahi quiret per secundum, ut admittunt *Gloss., & Doctores in l. 1. §. Denique in fin. ff. ad Senat. consult. Trebell. Peregrin. de fideicommiss. art. 3. num. 6. Molin. de Hispan. Primog. lib. 1. cap. 17. num. 31., Facchin. controv. Jur. lib. 1. cap. 7.*, cum aliis per *Gratian. discept. for. cap. 821. num. 18.*, quia ad hunc effectum duo requiruntur; Alterum nempe, quod Trebellianica ad hoc, ut de-
trahatur ab aliquo necesse est, quod ipse
23 exsistat heres directus, & rogetur uti heres, juxta *Text. in l. Mulier 22. §. ultimo ff. ad S. C. Trebellian. Bartol. in l. Acceptis in principio, ff. ad l. Falcid. Roman. cons. 206. nu. 2. Peregr. de Fideicomm. art. 2. num. 104. Mantic. de conject. lib. 7. tit. 11. num. 3., Rot. post Merlin. de Legitim. dec. 93. nu. 5. & in dicta dec. 53. num. 13. apud Card. de Luc. de Testam.*

Et alterum, quod, si ipse non vult detrahere Trebellianicam, illam postea detrahat secundus heres, quive alio nomine nuncupatur heres fideicommissarius, & hoc vigore, seu beneficio legis sibi trãsfuso in sui gratiã per primum heredem voluntarie abstinen-
24 tem ab hac detractione Trebellianicæ, per *Text. in l. 1. §. Denique ff. ad S. C. Trebellian.* ibique *Bartol., & Roman. lib. 3. vers. Quarta conclusio*, & fusius per eamdem *dec. 53. ex n. 11. cum seqq., & prius dec. 51. n. 35.*

Ast talis urbanitas, tale beneficium mediante abstensione nequibat reputari transfusum in Dominam Ducissam a Domo Carboniana, a qua erat extranea, & eum qua ipsa
25 tam acriter litigaverat, quemadmodum post *Peregr. de Fideicom. art. 36. n. 6. Simon de Pret. ultim. volunt. fol. mihi 367. sub. n. 28., Facchin. contr. Jur. lib. 5. cap. 7. vers. Sed contrarium*, ponderavit tam prima *decisio 51. sub num. 34.*, ubi respondebat *cons. Præsidis de Philippo 47. num. 28.*, quam tertia alias *la 53. num. 19. & 20.*

Sexto denique superaddiderunt, quod retento quomodolibet sensu, quod Testator per sæpius ponderata verba totalitatem importantia intellexerit prohibere primis heredibus etiam venietibus ab intestato detractionem Trebellianicæ, nihilominus hoc ipsum retorquebatur contra Dominam Ducissam, quoniam, quidquid sit, ut alias præmisimus, quando duo fuerunt instituti heredes, & uni, & non alteri facta prohibitio; Profecto, si ad sensum Dominæ Ducissæ cuncti heredes ab intestato, nempe Fratres, & Pater Ducis Bassanelli exstiterant interdicti capessere Trebellianicam, id exuberabat, ne ipsa, nec quilibet ulterior fideicommissarius posset amplius eam detrahere, eum prohi-
26 bitio facta primo heredi absque alia expressione censeatur facta etiam omnibus, per ea, quæ observat *Menoch. cons. 272. sub nu. 51. vers. Nam respondetur lib. 3., Ruin. cons. 126. num. 3. lib. 2., & cons. 115. num. 25. lib. 3., Bursatt. cons. 13. n. 42. lib. 1., Simon de Pret. interpret. ultim. volunt. fol. mihi 366. num. 24., Rot. cor. Coccino dec. 253. num. 3.,*

alii-

alii que relati *in sæpius dicta dec.* 51. *nu.* 32. *& dec.* 53. *num.* 18. *impress. ad ornat. Card. de Luc. de Testam.*

Cæterum, cum ab inde nimirum ab anno 1688. hujusmodi, & alia controversia, de qua in altera *Decisione super reintegratione* inter has Partes per vicennale, & ultra silentium quasi consepulta, noviter super prædicta reintegratione instaurari, & reviviscere cœperit, exarsit quoque rursus super præsenti colluctatione dissidium circa Trebellianicã; Cumque idcirco proponi per *Me* etiam contigerit; An prædicta Sententia super denegatione Trebellianicæ lata de anno 1686. foret confirmanda, vel infirmanda, prima quidem die cadentis propositionis nempe *die* 6. *Junii proxime delapsi* ad hodiernam Audientiam pro maturiori examine faciendo, dilata fuit resolutio, ast hodie tandem audivi, responderi *Sententiam esse infirmandam*.

Agnoverunt quippe *Domini*, quod eadem præcedens Sententia probabilibus, ut vidimus de cetero fulcita fundamentis, quæve hucusque methodice quantum fieri potuit, supra curavimus retexere; edita tamen fuerat de tempore, quo celebris, & ferox ebulliebat contentio inter DD. de Rospigliosis, & Dominum Centurionum in illa quodammodo fraternizante Causa *Romana, seu Januen. Legitimæ cor. clar. mem Card. Matthejo*, de qua mentio fit in eadem prima *Decis.* hujus Causæ *la* 51. *nu.* 28., *& dec.* 52. *n.*6., *& dec.* 53. *num.* 3. *ad ornat. Card. de Luc. sub tit. de Testam.*, & quando non adhuc formiter in scænam comparuerant Dominæ de Pallavicinis, & Lomellinis sorores Principis Civitellæ, qui prætereundo præfatum Dominum Centurionum ejus Avum maternum, insimulque prædictas ejus sorores, inscripserat heredem clar. mem. Cardinalem Lazzarum Pallavicinum in hac materia extraneum, etsi Patruum Testantis, a quo postea causam desumpserunt præfati DD. de Rospigliosis, hinc cum *Tribunal* foret sub prædicto initio illius famigeratæ litis in sensu, a quo subinde per plures, ac plures propositiones, discussiones, *Decisiones*, atque Sententias recessit, nil mirum si iidem *Domini* tunc in hac Causa suffragantes, quasi ad illam eamdem causam correlative parem Sententiam quoque pronunciarunt contra Dominam Ducissam; Verum ad præsens advenientes variatum exstitisse solide, & in melius prædictum primum sensum, & Judicium, cui etiam Partes finaliter acquieverunt, obstricti pariter fuerunt infirmare prædictam correspondentem Sententiam *b. m.* *Albergati* eo fere contextuali tempore pro-

27 latam in præsenti causa, cum variato rerum statu, etiam resolutiones variare necesse sit, ex *Tiraquell. in tract. cessante causa sub litt. G. n.*131., *Card. de Luc. de Donat. disc.*2. *n.*29.

Primus itaque sensus *Tribunalis* in prædicta *Romana, seu Januen. Legitimæ cor. cl. mem. Card. Matthejo*, exstitit quod, contratabulato Testamento per Avum maternum, ac petente eo integrum trientem pro sua

28 Legitima, reputatum fuit, quod eadem Legitima foret totius hereditatis, sequendo potius in hoc opinionem *Butrigarii* contra *Bartolum* relatam per ipsum *Bartolum in l. Pater filium num.* 8. *ff. de inoffic. Testam.*, ut apparebat ex *Decisione cor. eodem Matthejo* edita sub *die* 14. *Junii* 1680. quæve hodie habetur impressa apud *Torr. de Majorat. decis.* 35.

Postea vero admissis ad causam præfatis Pallavicinis, & Lomellinis sororibus Principis Civitellæ Testatoris, omnibusque *Dominis* suffragantibus, ob illarum idcirco concursum, qui ad normam sanctionis *Auth. defuncto, Cod. ad Senat. Consf. Tertullian.*, redacta jam causa ab intestato, eas efficiebat coheredes æquales insimul cum Avo, ex beneficio prænominatæ *Auth. defuncto, Cod. ad Senat. Consf. Tertull.*, *Rota* relinquens opinionem *Butrigarii*, sequuta fuit alteram oppositam *Bartoli ubi supra*, nempe Legitimam ejusdem Avi præteriti esse debere ter-

29 tiam tertiæ, & sic tertiam illius portionis, quæ alio non scripto herede extraneo in vim prænominatæ *Auth. defuncto*, eidem competiisset ab intestato æqualiter cum sororibus, quemadmodum identidem liquet ex *Decisione* memorati *Cardinalis* extensa sub *die* 28. *Aprilis* 1681., pariterque noscitur registrata penes *Torr. de Majorat. dec.* 36., quæve postea confirmationem obtinuit, nempe *die* 5. *Aprilis* 1683. *&* 10. *Martii* 1684., quarum prima penes eumdem *Torr.* legitur *decis.* 48., & secunda *dec.* 58.

Idque cum præsupposito, quod eædem sorores, redacta, ut diximus, causa ab intestato, adhuc per clausulam codicillarem gravatæ nequaquam forent heredes nomine tantum, sed cum effectu consequutionis, seu detractionis Trebellianicæ, ut signanter habetur *dicta decis.*48. *§. fin.*, in qua dictum idcirco fuit, Trebellianicam non fuisse per Principem Testatorem prohibitam per solam clausulam = *Omni meliori modo*.

Reassumpta vero formiter disputatione, an ipsa Trebellianica revera in Testamento Principis Civitellæ foret necne prohibita vigore ejusdem clausulæ = *Omni meliori modo*,

do, necnon aliorum aliquorum verborum effective non importantium prohibitionem hujusce detractionis sub eadem *die* 10. *Martii* emanavit alia distincta, & contemporanea *Decisio cor. Card. Matthejo*, super competentia scilicet Trebellianicæ, & de qua, ut præmisimus, meminit eadem *Rota coram bon. mem. Albergato dicta dec.* 51. *num.* 28., *& dec.* 52. *num.* 3. §. *Aliud*, & in hoc rerum statu prodierunt prædictæ tres *Decisiones*, ac respective Sententia *cor. bon. mem. Albergato* contra Dominam Ducissam.

De reliquo noviter ab illis *Decisionibus* reclamante Centuriono Avo, & idcirco nova per eum obtenta Audientia *Sacra Rota* ea docilitate, quam petjit *Salomon* a Summo Deo, noviter etiam, firmiusque libratis rationibus post, prima viee, 19. scilicet *Januarii* 1685. dilatam resolutionem, redivit in ordine ad legitimam ad primo loco decisa, videlicet *in dicta decis.* 35. *post Turr. de Majorat.* nimirum legitimam Avi esse tertiam totius hereditatis, & in hanc Sententiam constanter postea perseveravit usque ad finem, sicuti videre est *in decis.* 26. *Martii* 1685., *&* 15. *Junii ejusdem anni cor. Card. Matthejo*, quarum postrema apposita est in *Mantissa ad Card. de Luc. dec.* 67. *ad titul. de Testam.*, & demum 23. *Januarii* 1685. *cor. eodem*, quæ emicat in altera additione, quæ pro lucro Impressorū circumferuntur, & reemuntur, & nuncupatur ad *ornat. Card. de Luc. sub eod. tit. de Testam. dec.* 68. post autem tot *Decisionum* numerum remansit in hunc primum, & respective postremum sensum pronunciata Sententia ab eodem *clar. mem. Cardinali Matthejo*.

Ratio potissima hujusce finaliter conclusi, seu Judicati stetit in quadam mediatrice, seu conciliatrice distinctione adinventa per *Baldum* concordare satagente *Bartolū cum Butrigario* in suis commentariis, seu repetitionibus in *Auth. novissima*, *C. de inoffic. Testam. num.* 10. inibi reputantem, quod tunc habeat locum opinio *Bartoli* volentis, legitimam esse tertiam tertiæ, quoties causa Testati ita, & taliter reducatur ad causam intestati, ut nulla omnino adsit differentia inter fratres, seu sorores, & Ascendentem circa coæqualem effectivam partem successionis; ast quando obsistente clausula codicillari fratres, vel sorores non obtinent hujusmodi coæqualem successionem, sed consequuntur ad summum quid minus, nempe solam Trebellianicam, quæ minime æquat in sua quantitate, seu quota legitimam

30 Patris, vel alterius Ascendentis, in hoc casu recipienda sit Sententia *Butrigarii* volentis, legitimam esse tertiam totius hereditatis, istamque rationem, pariterque primam, ac posteriores *Decisiones*, necnon Sententiam *Card. Matthei* approbarunt intrepide cunctæ successivæ *Decisiones*, & Sententiæ *Nostri Auditorii*, nimirum *coram bon. mem. Benincasa* 17. *Junii* 1686., ut in *Decisione* impressa *ad ornat. Card. de Luc. de Testam. decis.* 69., & progressive bis *coram Card. Caccia*, ut in *Decis. diei* 11. *Decemb.* 1686. alias pariter ad eumdem *ornat. dec.* 70. *&* 14. *Aprilis* 1687. *in Mantissa dec.* 29. & tandem *cor. bon. mem. Ursino* 20. *Februar.* 1688. relata in eadem *Mantissa ad eumdem Card. de Luca decis.* 31.

Constabilito igitur tandē hujusmodi principio in prædicta Causa *Romana*, *seu Januen. Legitimæ* cum totali prædictæ litis terminatione, scilicet quod Trebellianica non esset prohibita, quod non obstante tali deductione, legitima conservanda foret in suo juridico triente totius hereditatis; Prætermittendum non est, quod suborta fuerat quoque intermedia quæstio, quomodo postea in effectu esset deducenda eadem Trebellianica sororum correlative ad legitimā Avi, sed facile exstitit determinatum hujusmodi Trebellianicam detrahibilem a Fratribus, vel Sororibus (quidquid esset, ubi eadem Trebellianica detraheretur ab Extraneo gravato restituere, in quibus terminis legi-

31 tima veluti quoddam naturæ debitum, & sic quodammodo æs alienum ante omnia separatur favore legitimarii, & sic ante omnia Legara, & ante quamcumque Trebellianicam deducitur, juxta Theoricam *Cagnoli in l. Papinianus*, §. *Meminisse num.* 21. *versic. statim*, *& incontinenti lib.* 1. *f. l. mihi* 232. *Soccin. Jun. consf.* 132. *num.* 8. *lib.* 1. *& consf.* 50. *num.* 16. *lib.* 4. *Peregr. de fideicom. art.* 4. *n.* 14. *Barry de success. lib.* 15. *cap.* 6. *num.* 10. *Rot. post Merlin. de. legit. dec.* 38. *num.* 68., *& dec.* 219. *num.* 19. *par.* 6. *rec.* cum ceteris adductis in *prædict. decis.* 67. *num.* 1. *post Card. de Luc. de Testam.*

Utique quando ex opposito Trebellianica detrahenda non est ab Extraneo, sed a fratribus, vel sororibus Defuncti, qui de cetero cōsuccederent cum Legitimario, sive Ascendente, tunc priori loco absolute, & ut dicunt Scribentes, per antipartem subducitur Trebellianica ipsis fratribus, & sororibus debita, introspecta siquidem sanguinis ra-

32 tione, necnon illa coæqualitate successionis, qua potiri deberent iidem fratres, seu sorores ab intestato insimul cum Avo per prædictam *Authenticam Defuncto*, ne quantum fieri potest pejoris idcirco exsistant con-

conditionis prædicti fratres, & sorores, qui minus recipiunt, quando de jure deberent tantumdem adamussim recipere cum Ascendente, rationabiliter proinde *Doctores*, & *Tribunalia* inclinarunt, quod fratres, & sorores passæ in vim clausulæ codicillaris hujusmodi inæqualitatem successionis respective ad Avum, saltem in quoddam restaurum suas duas uncias detrahant pro Trebellianica ante omnia, & ante ipsum Patrem, sive Ascendentem, integrum vero triens postea subducat Pater, vel Ascendens a tota reliqua hereditate, sicuti in substantia per alias quoque rationes perbelle firmavit *Rota* (ut diximus intermedie) *sub die* 15. *Junii* 1685. coram toties memorato *Card. Matthejo* in *Decisione*, quæ habetur *la* 67. *ad ornat. Card. de Luc. de Testam.* hancque fuisse opinionem *Rota* præcedentem agnovit idem *Card. de Luc. dict. disc.* 40. *de legit. sub num.* 4. *vers. agnoscendo*, & prius *disc.* 10. *nu.* 27. juxta revera *Decisiones* per antea punctualiter editas *cor. Dunozet. Jun. la* 308. *& la* 732.

Cumque *Decisio* hæc in ordine *la* 67. *ad ornat. Card. de Luc.* primordialiter edita super hoc puncto Trebellianicæ, seu modo eam detrahendi innixa appareret solidissimis rationibus, & principiis etiam perantea retentis per *Tribunal*, confirmata merito, & inconcusse roborata exstitit in ceteris subsequentibus *Decisionibus*, quarum aliquæ penes *Me* asservantur, tamquam eo temporis munus Advocationis, & signanter in eadem Causa *Romana*, *seu Januen. Legitima* exercentem, ut est illa *cor. eodem Matthejo* 15. *Junii* 1685. illa *cor. Benincasa* 17. *Junii* 1686., *&* 9. *Decembris ejusdem anni coram Card. Caccia*, licet, & hæc postrema appareat registrata *in Mantissa ad de Luc. dec.* 28. prout, & subsequens *diei* 14. *Aprilis* 1687. reperitur in eadem *Mantissa dec.* 30. *coram eodem*, & novissima pariter *diei* 20. *Februarii* 1688. *cor. Ursino ibidem decis.* 32.

Effectus itaque, sive substantia ejusdem nodosi, & celebris conflictus in prædicta *Romana*, *seu Januen. Legitima*, *& Trebellianica* resedit in eo, quod sorores præteritæ duas uncias obtinuere per antipartem ex toto Asse hereditario, deinde D. Centurionus Avus suum trientem ex reliquo remanente Asse detraxit; quare nisi Trebellianica in casu nostro exstitisset, ut supra innuimus, a contrario prohibita per Ducem Bassanelli cunctis heredibus ab intestato, Consilium extraditum in hac causa a *Card. de Luc. Meo Præceptore*, non fuisset omnino favorabile illud Accipientibus, cum in eodem nostro casu (præcisive a prædicta prohibitione Trebellianicæ) Ægidius Anticoli Dux, & Alexander Columna Prælatus ejus frater obtinere debuissent ad formam exitus præfatæ Causæ *Romana*, *seu Januen. Legitima* duas uncias per antipartem, & Princeps Carboniani trientem ex residuo hereditaris, quando in effectu etiam mediante concordia aliud Domus Carboniana consequuta non est, quam tertiam partem totius hereditatis.

Sed *Consilium* prædictum fuit plusquam laudabile, perspectis circumstantiis illius temporis, aliarumque tunc vigentium circumstantiarum; non etenim erat adhuc recte præcognitum, vel examinatum, an Trebellianica esset necne in præsenti nostro casu prohibita, quo casu nempe posito, quod non, Domus Carboniana e converso minus recepisset, non erat pariter adhuc solide, & resolutive firmata Sententia *Rota* circa opinionem *Butrigarii*, vel *Bartoli*, & ulterius plures aliæ concurrebant disputationes efformandæ, ut ipse quoque Auctor egregie protestatus fuerat in eodem *discurs.* 40. *de legit.* quapropter a simili verificabatur illud eo tempore, quod passim videmus recte per *Doctores* inferri, nimirum quod Transactio inita de tempore, quo vigebat una opinio

33 in aliquo *Tribunali* non ideo facile sit rescindenda, quamvis postea idem *Tribunal* muraverit Sententiam, ut inquit idem *Card. de Luc. de alienat. disc.* 66. *n.* 8. *& in Miscell. Eccles. disc.* 5. *nu.* 28. *Rot. dec.* 25. *ex n.* 12. *cum plurib. seqq. cor. Alexandro VIII. & dec.* 675. *num.* 2. *&* 3. *cor. Cerro*, *& in Romana*, *seu Firmana successionis* 10. *Decembr.* 1698. *cor. Me impress. post Constant. ad Stat. Urb. dec.* 168. *num.* 10., *& inter meas noviter in Urbe impressas dec.* 67. *num.* 9.

Ostenso itaque, quod Sententia bon. mem. *Albergati* lata in præsenti Causa fuerit contēporanea opinioni, quæ tunc regnabat apud *Tribunal*, nempe quod concursus Fratrum, vel Sororum minueret Patris, seu Avi legitimam, itaut *Decisiones*, quæ eam præcesserant, cōmendaverint Consilium traditum a *Card. de Luc.* in hac eadem præsenti Causa, dum effecit, quod Fratres Ducis Bassanelli eorum Patri renunciando illorum Jura, sive successionis, sive trebellianicæ, remaneret consequenter legitima ad favorem ejusdem Patris detrahenda in suo inregro triente; itaut in hunc modum deficeret occasio reservationis appositæ in altera præcedenri Sententia *Emi Panciatici* de discurrendo amplius (cessante jam prædicto concursu Fratrū) utrum legitima revera esset Tertia Tertiæ, vel Tertia totius, certe rebus sic stantibus, &

per-

perdurante statu ejusdem opinionis *Tribunalis*, memorata Sententia sibi fortasse promeruisset confirmationem, sed in melius, & firmius variante *Sac. Auditorio* hujusmodi sensum, & corruente etiam, ut diximus, applicatione illius potentissimæ circumstantiæ, nimirum, quod Trebellianica non fuisset prohibita per Testatorem, prout apparebat prohibita in casu nostro, profecto mole sua decidebant ferme omnia fundamenta ejusdem Sententiæ bon. mem. *Albergati*, sublato quippe supposito, sive suo antecedenti,
34 ac principali, ruit pernecesse omne consequens, omne accessorium, & omne derivatum, ut ait *Paulus in l. cum principalis* 129. *ff. de reg. jur. Surd. cons.* 118. *n.* 5. *Menoch. de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 21. *num.* 26., *& in meis Adnot. ad dec.* 71. *in princip. inter noviter in Urbe impressas tom.* 1.

Et quidem manifeste labebatur tam primum, quam secundum, quam etiam tertium supra præmissum fundamentū Sententiæ bo. mem. *Albergati*, scilicet totum id, quod in hac parte fuit insinuatum in *decisionibus* 51. 52., *&* 53. *ad ornat. Card. de Luc. tit. de Testam.* & superius quoq; in præsenti *decisione* reassumptum a §. *Domini* usque ad §. *Quarto etiam*, videlicet quod absona redderetur prætensio D. Ducissæ circa detractionem Trebellianicæ, dum ea, si debebatur, vel attinebat ad Principem Carboniani, tamquam effectum per renunciationem ejus filiorum unicum heredem gravatum, vel tamquam evasum successorem in Juribus eorundem Fratrum, si forte illis Trebellianica competiisset, prout competere declaraverat *Rota* in toties laudata *Romana*, *seu Januen. Legitima*; eo enim ipso, quod iidem Fratres inierant renunciationem præfatam favore Patris, transtulerant in illum saltem per remotionem obstaculi Jura cujuslibet successionis, ac Trebellianicæ, quevæ propterea tamquam de facto impinguativa legitimæ Principis Renunciatarii remanserat cum eadem legitima in effectu confusa, & respective detracta, unde nefas erat, & absurdum, vel quod Trebellianica iterum, seu bis deberet abscinde-
35 re unam eamdemque hereditatem contra prædictum Monitum *J. C. in l. falcidia* 47. §. *Numquam ad Legem Falcidiam*, vel quod in fideicommisso puro una, eademque hereditas tolerare deberet duplicem detractionem Legitimæ scilicet, & Trebellianicæ, contra ea, quæ monuimus supra in §. *Diximus Legitima*, quibus addi possunt in idem *Cagnol. in d. l. Papinianus* §. *Meminisse nu.* 21. *ff. de inoffic. Testam. Dec. cons.* 242. *n.* 5., *Paris. cons.* 60. *n.* 20. *& seqq. lib.* 2. *Bursatt. cons.* 88. *num.* 23. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 22. *sub nu.* 2. *vers. nam filius. Tondut. quæst. civil. lib.* 1. *cap.* 93. *num.* 14. *Rot. cor. Bichio dec.* 471. *num.* 4. *&* 12. *dec.* 17. *num.* 24. *& dec.* 124. *num.* 12. *par.* 16. *rec.*

Posito etenim, atque demonstrato in oppositum, quod Trebellianica fuerit per Ducem Bassanelli vetita, & interdicta heredibus ab intestato gravatis, hereditatem suam restituere D. Ducissæ heredi scriptæ, ecce quod præfata renunciatio juncta cū *consilio Card. de Luc.* reddebatur inanis, cum memorati Fratres non haberent, quid possent, mediante renunciatione transferre in Patrem Renunciatarium, non equidem jura successionis, quia per clausulam Codicillarem hæc jura versa in fideicommissum restabant inutilia penitus, & inoperativa, non pariter jura Trebellianicæ, cum ea a Testatore fuisset prohibita, uti prohibere potest tam expres-
36 se, quam tacite, secundum communiter, & indubitanter relata per *Ruin. cons.* 59. *num.* 9. *& cons.* 163. *num.* 21. *lib.* 2. *Soccin. Jun. cons.* 170. *num.* 36. *volum.* 1. *Mantica de conject. ultim. volunt. lib.* 7. *tit.* 12. *nu.* 10. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 198. *num.* 10. *Adden. ad Gregor. dec.* 421. *n.* 16. *& ad Buratt. dec.* 480. *num.* 29. *Rot. dec.* 423. *nu.* 7. *par.* 13. *rec.* & habetur in *Addit. ad dec.* 77. *num.* 8. *inter noviter in Urbe impressas cor. me*.

Punctus proinde hodiernæ controversiæ, submotis præmissis hodie effectis extraneis argumentis, reducebatur ad geminas inspectiones: Alteram videlicet, an in rei veritate Trebellianica in nostro Testamento foret prohibita, nec ne prædictis heredibus ab intestato, & alteram, quatenus affirmative, utrum D. Ducissa Trebellianicam hanc heredibus ab intestato gravatis interdictam posset ad sui favorem detrahere.

Assumentes igitur *Domini* prædictam primam inspectionem parum ambigebant, quod verba emissa per Testatorem in Institutione facta in personam D. Ducissæ certo certius de sui intrinseca natura, & plusquā virtuali comprehensione præseferrent omnimodam prohibitionem Trebellianicæ, injunctam illis heredibus, qui gravati quomodolibet fuissent ab intestato hereditatem restituere D. Ducissæ, eo etenim ipso, quod eam instituebat *in tutta la sua eredità*, itidemque ei relinquebat *Tutta la sua eredità nel sudetto, e in ogn' altro miglior modo*, de plano sequebatur, quod non possent prædicti heredes ab intestato in vim Clausulæ Codicil-

laris gravati restituere totam hereditatem Dominæ Ducissæ heredi scriptæ, quidquã prorsus pro se, vel unum obulum ratione Trebellianicæ detrahere, excepta sola Legitima favore Patris, alteriusve ascendentis, ex quo eadem legitima a contrario non po-
37 test prohiberi ullo modo per Testatorem ad *Text. in l. scimus §. Cum autem C. de inoffic. Testam.*, nisi forte in suis casibus observata fuerit notoria cautela *Soccini*, de qua *Peregrin. de fideicomm. art. 36. num. 32., Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 7. tit. 8. nu. 11. Fusar. de substit. quæst. 269. nu. 58. & 61. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæst. 7. num. 9., Card. de Luc. eod. tract. disc. 17. num. 2., & disc. 18. nu. 5.* aliique relati in *dec. Addit. ad dec. 77. num. 25. inter noviter in Urbe impressas cor. me.*

Alias namque, quoties potuissent iidem heredes quidquam, vel minimum detrahere, quod non esset, uti legitima, debitum necessarium, unum de duobus oriretur absurdum, vel quod non posset Testator etiam tacite prohibere Trebellianicam, prout e contra firmavimus superius pro indubitato, vel quod ejus heredes non tenerentur observare liberam illius voluntatem; detrahendo enim quid minimum ratione ejusdem Trebellianicæ non restituerent totam hereditatem, sicuti ipse indubitanter præcepit, & quemadmodum pariter supra compro-
38 bavimus in §. *Sed & ulterius*, & prosequendo efficaciam verbi *Totam* bis repetiti per Testatorem præcisive ab omni alia clausula, uno ore contra detractionem Trebellianicæ conveniunt *Mascard. de probat. concl. 1395. num. 7. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 7. tit. 12. num. 14., Cirocc. discept. 3. num. 19. Gratian. discept. for. cap. 868. num. 2., & 888. num. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 198. num. 19., Rot. post Merlin. de legit. dec. 129. num. 7. Adden. ad Buratt. dec. 480. num. 19. Rot. cor. Ubaldo dec. 92. num. 5.*, & firmarunt relati in *dec. 940. nu. 8., & seqq. cor. Emer. Jun. & dec. 578. n. 12. par. 18. tom. 2. rec.*

Fortius vero, quia, quidquid esset ubi Testator usurpasset diversam formulam loquendi, prout legebatur in illa *Romana, seu Januen. Legitima, seu Trebellianica*, utique in præsenti, ut vidimus, ulterius concurrebat clausula illa *omni meliori modo*, taliter ultra verbum *totam* alligata suæ intentioni per Testatorem, ut non posset sonare in sensum sustinendi tantummodo institutionem *omni meliori modo*, jam enim ipse providerat huic substentationi suæ voluntatis, seu dispositionis sub illis verbis *vaglia per ragion di Testamento ec. e se per tal ragione non valesse, voglio che vaglia per ragion di codicillo, donazione per causa di morte, e di qualũque altra mia volontà, e disposizione, ED IN OGNI ALTRO MIGLIOR MODO*, quocirca dũ eamdem clausulam extra præservationem suæ Testamentariæ dispositionis denuo repetiit, & apposuit quoque in relicto toties hereditatis, ut ibi = *alla quale lascio tutta la mia eredità nel sudetto, e in ogn'altro miglior modo*, citra dubium volebat, quantum in se erat omni meliori modo totam hereditatem
39 pervenire ad D. Ducissam, & sic non diminutam in obulo, nedum adeo considerabiliter per detractionem Trebellianicæ, sicuti distinguendo locum, ubi sit apposita eadem clausula *omni meliori modo* etiam in longe fortioribus tradunt *Cyriac. contr. 11. num. 19.*, & prius firmaverat *Gabr. conf. 86. nu. 20. & seqq. lib. 1. Ruin. conf. 146. num. 10. & 16. lib. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 198. nu. 31. Rot. post Merlin. de legit. dec. 21. num. 11.* ubi de restitutione facienda in vim clausulæ codicillaris, aliique relati per *Ureeol. consultat. forens. 6. num. 36. & seqq.*

Addito demum, quod adeo verum erat, quod Testator Amantissimus Uxoris suæ concupiverit, totam hereditatem absque ulla minima defalcatione devolvi ad D. Ducissam, ut quasi non contentus dixisse = *E in tutta la mia eredità instituisco, faccio, e voglio, che sia mia erede universale la Signora D. Lucrezia Colonna mia dilettissima Consorte* successive, immo immediate adjunxerit, *libera-*
40 *mente*, quæ sane dictio omne onus, omne vinculum diminutivum emolumenti semper excludit, ad tradita per *Butr. conf. 53. num. 1. in fin. Socein. Jun. conf. 113. n. 53. vers. attento quod lib. 1. Mantic. de conject. lib. 7. tit. 12. sub nu. 15. vers. illud autem Card. Tuscus practicar. concl. 306. n. 8. litt. D. Barbos. var. dictione libere num. 11. Rot. cor. Biebio dec. 294. n. 2. & in rec. dec. 42. nu. 45. par. 10.* Maxime cum de cetero non posset eadem dictio *liberamente*, saltem fortasse referri ad exemptionem a substitutionibus, dum jam præcise eamdem heredem conditionaliter successive gravavit, quin etiam iterum non contentus eam instituisse *libere* in tota hereditate repetiit, ut jam notavimus, *alla quale lascio tutta la mia eredità*, quod certe fuisset plusquam superfluum geminare, statim enim, ac quispiam aliquem inscribit heredem in toto asse, indubitanter ei relinquit totum suum assem, & hereditatem, sed dum ad partes rursus reliquit totam suam hereditatẽ, satis proin-

de,

de, superque declaravit, quod sequuta etiam contratabulatione Testamenti facta per Ascendentem, intendebat totam hereditatem Conjugi heredi scriptæ etiam per viam relicti, vel legati, quo possunt gravari heredes
41 venientes quoque ab intestato, pervenire, ut in iisdem terminis prosequuntur *Cyriac. contr. for. 6. n. 33. & 35. Rot. in supradicta dec. 11. ex n. 10. ad final. post Merl. de legit.*

Prorupimus in illa verba *non obstante contratabulatione Patris*, quia hæc circumstantia repetitionis, *tutta l' Eredità* post institutionem factâ etiam in relicto, subvertebat illud fundamentum, nempe quod, stante obliquatione institutionis in substitutionem vigore clausulæ codicillaris, Testator non videretur cogitasse amplius de importantia hujus verbi *tutta*, ut fuerat supra in objecto indicatum sub §. *Præfata*, & §. *Qui nullo modo*, quodque rogando per clausulam codicillarem heredes ab intestato restituere
42 hereditatem intellexisset ad formam Juris, nempe detracta Trebellianica, ad *Text. apertissimum in l. 2. in fin. ff. de jur. codicill. ibique gloss. in verbo Falcidia, Altograd. cons. 69. num. 69.* in aliis eum *dec. 51. num. 30. post Card. de Luc. sub tit. de Testam.*

Quoniam in primis facilem retorsionem hujusmodi pateretur argumentum, ex quo si Testator non cogitavit de hac obliquatione institutionis in substitutionem, sive injunctam restitutionem, certe a contrario credidit, sive habuit in mente, quod D. Ducissa ejus heres capesseret totam hereditatē, nec in minimo obulo diminutam, semperque idcirco exemptam ab omni detractione, ab omni periculo diminutionis. Verum hujusmodi objectum, utique procedere valuisset, quando Testator profecto non ignarus, quod Patrem vivum relinquebat, non procurasset, sicuti procuravit, etiam hunc casum prævidere, dum supposita contratabulatione illam totalitatem, quam expresserat in institutione, voluit duplicare in relicto, sive fideicomisso, cum quo fraternizat quod-
43 cumque legatum, & relictum, juxta *Text. in l. 1. ff. de legat. & fideicomm. 1., & l. si res mihi ff. de legat. fideicomm. 3.* quamobrē plusquam studiose repetens in legato, seu relicto illud *tutta*, voluit evitare censuram *Text. in d. l. 2. C. de jur. codicillor.* eodem modo, quo ubi ageretur de legato, utique prohibitionem falcidiæ fraternizantis cum Trebellianica importaret verbum consimile,
44 scilicet quod legatum præstaretur *tutto*, sive integre, vel sine diminutione *Bald. in Auth. sed cum Testator num. 7. vers. quæro quid si Testator ibique Barbatus in addit. lit. A. C. ad l. falcidiam Alexand. cons. 201. n. 6. & 7. vers. ubi patet lib. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 198. num. 16. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 9. tit. 14. num. 17. vers. secunda est conject. Molin. de Hispan. Primog. lib. 1. cap. 17. n. 15. & 17.* cum aliis per *Rot. allatis in Romana Falcidia impress. ad ornat. Card. de Luc. ad mater. de Testam. dec. 25. num. 2. in Mantissa.*

Atque hinc *Domini* manifeste expediti a prima inspectione, facile transierunt ad secundam, utrum D. Ducissa valeret detrahere eā Trebellianicam, quæ tamquam prohibita heredibus ab intestato venientibus, nequaquam fuerat ab illis detracta, & citra scrupulum in abstracto ex veriori, & communiori sententia regula erat, quod nedum prohibitio detractionis Trebellianicæ facta uni personæ, uni coheredi minime impediebat alteram personam, alterum coheredem, quin illam valeat detrahere, secundum superius animadversa in §. *Sexto denique*, sed etiam, quod absolute facta prohibitione primo heredi, ne detraheret Trebellianicā, illam detrahere possit heres fideicommissa-
45 rius, seu substitutus, quoties ipse non apparet æque prohibitus, punctualis, & celebris est *doctrina Saliceti in l. sancimus §. Cum autem C. ad Sen. Cons. Trebell. sub num. 8.* ibi = *Et ex hoc addo unum tertium casum, videlicet si Testator prohibuit heredem detrahere quartam suo fideicommissario &c. est detrahenda a secundo*, & melius explicat *Marcabrun. ab Anguillis cons. 81. ex num. 36. & duob. seqq. circa finem* ibi = *sed ex prohibitione facta per Testatorem propter verba directa, super quibus vocat primum fideicommissarium, impeditur heres detrahere primo fideicommissario, sed si secundum fideicommissum non est factum verbis directis, & sic eadem prohibitio non est facta in primo fideicommissario, ideo secundum decisionem Saliceti potuit primus fideicommissarius detrahere*, strictius *Cancer. var. resol. p. 1. cap. 1. n. 31.* ibi = *quando tamen heres fuit privatus Trebellianica, tunc regulariter eam detrahit fideicommissarius, ut censuit Senatus die 17. Septembris 1602., & Menoch. cons. 85. n. 11.*
46 ubi ait prohibitionem factam filiis non extendi ad nepotes *Peregr. cons. 109. sub n. 11. lib. 3. vers. eo magis, Monet. de commut. ult. volunt. cap. 9. sub nu. 276. vers. idem fore*, idem *Peregr. de fideic. art. 3. num. 122.* ubi post *Dec. cons. 157. in fin.* ait, quod si prohi-
47 bita sit Trebellianica heredibus venientibus ab intestato, non censetur prohibita heredibus scriptis, *Rot. dec. 441. num. 5. cor. Cavaler., & cor. Coccin. dec. 1651. n. 10.*

Constabilito tali principio, ex se ipso ibat in præceps quintum fundamentum sententiæ *bon. mem. Albergati*, quod supra retulimus sub §. *Pro quinto etiam*, nempe quod in tantum Trebellianica non possit detrahi a fideicommissario, ex quo ad finem faciendæ hujus detractionis desideratur, quod quis exsistat heres directus, & rogetur uti heres, qualis profecto non est fideicommissarius, quodque nolente primo herede directo, atque rogato ad sui favorem deducere Trebellianicam, tunc ex beneficio legis transfuso in fideicommissarium per eumdem heredem in ejusdem fideicommissarii gratiam, ipse fideicommissarius ex hoc capite desumat postea Trebellianicam, unde cum D. Ducissa non fuisset prima heres directe a principio gravata restituere, nequiverit propterea ullo modo detrahere Trebellianicam, prout nec etiam posset allegare, Do-
48 mum Carbonianam abstinuisse ab hac detractione in gratiam illius, dum cum ea acriter, & tamdiu litigaverat, ex *Peregrin. de fideicom. art. 36. num. 6. fol. mihi 367. Fachin. controv. Jur. lib. 5. cap. 7. versic. sed contraria*, & aliis adductis in *d. dec. 53. n. 19. cor. Albergato ad ornat. Card. de Luc. de Testam.* cum ceteris superius recensitis in §. *Pro quinto etiam*.

Siquidem a contrario in primis, quod D. Ducissa esset gravata, seu rogata, ut heres, liquido apparebat tam in casu, quo Testatoris filii nascerentur, quam etiam in altero, quo ipsa secundo nuberet, quemadmodum inferius opportunius per ipsamet verba de manu Testatoris conscripta innegabiliter demonstravimus; de cetero *doctrina* mox punctualiter recensitæ minimæ relinquebant locum objecto, seu subsistentiæ prædicti quinti fundamenti sententiæ *bon. mem. Albergati*; Eæ etenim *Auctoritates* percutiebant ad unguem terminos non jam primi heredis directi, seu gravati, sed illos fideicommissarii, detrahere valentis Trebellianicam, & dum rationem fundant in prohibitione facta primo heredi directo, quod non idcirco fit prohibitus fideicommissarius, ecce quod detractio, quæ in his terminis permittitur fideicommissario, non provenit ab abstensione heredis gravati, aut ab ulla illius beneficentia, seu gratia erga fideicommissarium, dum si primus heres erat prohibitus (quemadmodum prohibitam ostendimus Domum Carbonianam) detrahere hanc Trebellianicam, non habebat prædicta Domus Carboniana, quomodo etiam non litigando, & undequaque benevola posset gratiam ullam ostendere erga D. Ducissam,
49 cum nemo det, quod non habet, ut in proposito habetur ex *Text. in l. nemo ff. de reg. jur.* ibique *Cagnol.*, & apud *Roman. consil. 159. in princip. nu. 1. Roland. cons. 6. n. 32. lib. 2. Surd. cons. 194. num. 17. & cons. 247. num. 10. Gratian. discept. for. 730. num. 3. Rot. cor. Dunozet. Jun. dec. 706. num. 19. & dec. 836. num. 1.*

Robustius vero (& in hac animadversione versabatur magna pars Causæ) ponderando, quod eadem ratio, quam habuit Dux Balsanelli prohibendi Trebellianicam quibuscumque heredibus contratabulantibus, vel ab intestato venientibus includat motivum concupiscendi ex illius parte, quod eam detraheret D. Ducissa, ratio siquidem præfata prohibendi sistebat in eo, quod volebat Testator, D. Ducissam capere totam hereditatem, cumque ex opposito non prohibuerit in præsenti casu, D. Ducissam Trebellianicam, ut juris erat, accipere; Profecto si voluit in ipso primordio suæ intentionis, quod totum caperet, magis voluit, quod saltem caperet partem ejusdem totius, qualis erat Trebellianica, unde verificabatur non minus philosophicum, quam juridicum
50 axioma, exclusio unius est inclusio alterius, de quo *Decian. cons. 64. num. 11. lib. 2. Menoch. cons. 106. num. 314. & cons. 141. n. 9. & de arbitr. lib. 2. cas. 64. num. 18. & cas. 356. n. 104. Mangil. de imputat. quæst. 60. num. 3.*, & dixit *Rota in Romana, seu Sabinen. Dotis dec. 80. num. 7. inter novissime in Urbe impress. cor. Me*, & hoc argumento de facto utuntur illi, qui dicunt, Trebellianicā prohibitam uno casu, & quoad unam perso-
51 nam non intelligi prohibitam in altero casu, & in altera persona, in qua diversa præsertim militet ratio *Dec. cons. 257. n. 3.* ibi = *Non obstat, quod Testator prohibuerit venientibus ab intestato Trebellianicam detrahere, unde id videtur in heredibus institutis, quia tale argumentum non procedit propter diversitatem rationis, nam venientibus ab intestato fuit prohibita in favorem Institutoris, quibus erat facienda restitutio, ut ipsi haberent totam hereditatem; secus vero est in casu nostro, ubi si Trebellianica detrahi non potest, hoc cederet in præjudicium ipsius heredis scripti, Gratian. discept. for. 888. n. 11. Bellon. de jure accresc. cap. 9. quæst. 49. n. 61. Peregrin. de fideicom. dicto art. 3. num. 122. vers. quod si Rot. dec. 399. num. 11. & 12. par. 5. & dec. 279. num. 9. par. 14. rec.*

Augebaturque evidentia talis discursus, reflectendo ad manifestam super hoc discretivā adhibitam a Testatore, & revera nimis explicativam voluntatis per eum fixe, & constan-

stanter habitæ, tam in ordine ad eamdem Trebellianicam, quam in ordine ad ipsam D. Ducissam; idem quippe Testator, quando cogitavit, posse filios relinquere post se, tunc in illorum gratiam, & naturalem, ac superlativum affectum erga propriam Sobolem juxta illud *Virgilii*, super quo egregium discursum, seu Commentarium nobis demandavit Torquatus = *Omnis in Ascanium Carissat cura Parentis* prohibitionem, quam tacite injunxerat Domui Carbonianæ, sive heredibus ab intestato venientibus, libere reperjit etiam D. Ducissæ per illa verba = *Se a Iddio piacesse darmi, e concedermi figli maschj, voglio, che il primo figlio sia erede di TUTTA la mia roba; dopo però la morte della Signora D. Lucrezia*, adamussim adhibendo eamdem dictionem *Tutta*; quando vero descendit ad casum minus impellentem, de quo agitur, consulto prætermisit repetere idem verbum *TUTTA* dicendo solum, & simpliciter, *e volendo essa Signora D. Lucrezia mia moglie, ed erede rimaritarsi, e che non vi fossero figli, sia padrona dell' usufrutto, e alla morte sua la proprietà alli figli del Contestabile Colonna, che potrà nominarlo uno, chi vorrà la mia Erede*; signum palpabile, quod, quando voluit prohibere detractionem Trebellianicæ non tantum venientibus ab intestato, sed etiam D. Ducissæ, scivit adhibere illud verbum *Tutta* hoc præcise importans, ut jam ostendimus, quan-
52 do vero voluit permittere hanc detractionem, illud verbum *Tutta* prætermisit juxta vim, & efficaciam discretivæ loquutionis, de qua ex *Text. in l. unica §. Si vero in fin. vers. sin autem ad deficientis Cod. de caduc. tollen.* habetur penes *Menoch. cons. 215. num. 69. & 70. Surd. cons. 416. num. 1. & cons. 554. num. 7. & 8. Adden. ad Ludovis. decis. 301. num. 18. cum seqq. Rot. dec. 279. n. 9. p. 14. rec.* cum aliis *in dec. 93. num. 27. inter novissime in Urbe impress. cor. Me*.

Efficacius vero, ut innuimus, considerata etiam præmissa diversitate rationis vigentis inter filios proprii corporis, & extraneos, quæ
53 sane concurrente etiam majorem vim infert discretivus loquendi modus, ut ajebat *Bald. cons. 495. num. 12. & 15. lib. 5. Gabr. cons. 97. num. 28. vers. tamen verior lib. 1.*, aliique per *Mans. consult. 611. num. 5. & 6. cum plurib. seqq. tom. 7. Rota dec. 630. n. 4. & 5. cor. Dunozett. Jun.* Siquidem in primo casu, quo adhibuit verbum *Tota* peragebatur de faciendo herede Conjuge dilectissima, quamve idcirco unice instituendo usque antepostuit ipsimet Patri, cunctisque Fratribus, in secundo pariter quando negocium tractabatur de filiis propriis ex illo amore, qui semper descendit, pariter adhibuit rogando D. Ducissam quantumvis dilectissimam, restituere hereditatem ejusdem filiis, verbum *Tota*; in præsenti vero, in quo res erat de filiis D. Comestabilis valde remotis, & quodammodo extraneis, & quoad personam incertis, atque ob id minus dilectis, quam foret ipsa D. Ducissa, quæ etiam habebat facultatem præeligendi quem mallet, tunc Testator prorsus abstinuit a prædicto verbo *tutta*, sic relinquendo legi suam libertatem, intelligentiam, & operationem, quodque proinde D. Ducissa eamdem hereditatem restitueret eisdem filiis D. Come-
54 stabilis, retenta Trebellianica, ad normam *Textus* supra in contrarium allegati *in l. 2. ff. de jur. Codicillorum ibique gloss. in verbo falcidia* cum aliis *in dicta decis. 51. num. 30. decis. 52. num. 5., & decis. 53. num. 1.* de quibus supra meminimus *in §. Quia ullo modo*.

Et ex his quoque non minori facilitate ruebat pariter sextum, ut supra fundamentum sententiæ *bon. mem. Albergati* super allatum *in §. Sexto denique* nimirum, quod exuberaret, Trebellianicam fuisse prohibitam primo heredi ad hoc, ut citra aliam expressionem pariformiter vetita censeri deberet secundis, & ulterioribus heredibus, quoniam, cum ratio ipsa inductiva prohibitionis factæ primo heredi tenderet in favorem secundi, non erat procul dubio umquam iste
55 favor retorquendus in odium, contra *Text. in l. nulla ff. de legat. & l. quod favore C. eodem*, & in specie nostræ Trebellianicæ *Decius dicto cons. 257. nu. 3. in fin.* maxime cum præcitatæ punctualissimæ *auctoritates* ambulantes cum theorica *Salieeti*, & quibus jam supra relatis sub §. *Atque hinc* addi pos-
56 sunt *Barry de success. lib. 15. tit. 8. de trebellian. & falcid. num. 27. vers. item prohibita, Pacion. alleg. 100. num. 37. Ferrer. in tractat. variar. tit. ad S. C. Trebell. cap. 14. fol. mihi 197. Rot. post Constant. ad Statut. Urb. dec. 7. num. 17.*; Figurent, & præsupponant identifice casum, quod prohibitio detrahendi Trebellianicam sit facta primo heredi; ast non propterea, quoties ab eo non potuit ex capite prohibitionis detrahi, concludunt, affici secundum, seu fideicommissarium; immo potius firmant expresse, quod idem fideicommissarius valet eamdem Trebellianicam sibi non prohibitam desumere; contrariæ vero auctoritates loquuntur, vel intelligendæ sunt quoties omnibus, seu per viam regulæ ab initio sit prohibita Trebellianica, ex recte animadversis per

Ruin.

Ruin. conf. 146. *ex num.* 12. *lib.* 3. *Thomasin. variar. resol. tit. de Trebell. tract.* 5. *tit.* 6. *num.* 154., *Fachin. controv. jur. lib.* 5. *cap.* 6. *vers. bis loquitur*.

Firmata itaque quoad hanc secundam inspectionem præliminari illa propositione, quod quoties non exstitit detracta Trebellianica per primum heredem, sive ascendentem contratabulantem, vel quia noluit, vel quia non potuit, ea veniat omni jure detrahenda per secundum heredem, sive fideicommissarium, & maxime in casu nostro ob particulares circumstantias adstitricis voluntatis, defuncti dispositionem Juris, & intelligentiam *Doctorum* mirifice corroborantis, & successive non minus explosis cum explicatione, sive expositione eorum, quæ interim successerant in illa Romana, seu Januen. Legitimæ, seu Trebellianicæ coram diversis *sacra Rota Auditoribus*, quinque usquedum ex sex fundamentis excerptis a primis *decisionibus* in hac Causa nempe *dec.* 51. 52. & 53. *cor. b. me. Albergato*, quæ sunt impressæ ad ornat ũ *Card. de Luca de Testam.*

Provide, vel saltem non inopportune fuit omissum respondere quarto fundamento superius recensito sub §. *Quarto etiam loco*, etiamsi ordo ceteroquin expostulasset illud suo loco, & tempore dissolvi, cum in eo magis enixe pateat, quod, ut diximus, circa primum, secundum, & tertium contrarium argumentum, seu fundamentum memoratæ sententiæ *bon. mem. Albergati*, nequaquam de facto in rei veritate, & in substantia fuit a Domo Carboniana quidquam detractum pro Trebellianica, nec quidquam sub nomine ejusdem Trebellianicæ confusum cum Legitima relicta in manibus Principis Julii Cæsaris, seu Domus Carbonianæ, & sub quo contrario supposito colorem aliquem inducere potuisset saltem in parte prædictum quartum objectum, seu fundamentum præseferens illud dilemma, quod aut eadem Trebellianica, seu illius pars retenta fuit per Domum Carbonianam in agnitionem Juris, ei super prædicta Trebellianica competentis, tuncque non poterat eadem D. Ducissa illam denuo detrahere, vel D. Ducissa hoc excessive, vel gratuito penniserat, eoque casu debebat sibi imputare, ut latius supra in dicto §. *Quarto* etiam loco.

Dignoverunt quippe apertissime *Domini*, quod nec unum obulum exstitit petitum, exstitit concessum, exstitit demum in effectu retentum pro Trebellianica per Domum Carbonianam; Non quidem petitum, quia præfata Domus adepta statim possessione omniũ bonorũ Ducis Bassanelli, veluti effecta heres ab intestato per præteritionem, & nullitatem ejus Testamenti, satagebat *cor. Emo Panciatico* eadem bona retinere præfato titulo hereditario, absque tamen ulla, vel minima mentione Trebellianicæ; Neque pariter fuit Trebellianica alicui ex Partibus contendentibus concessa per eumdem *Eminentiss. Panciaticum*, ut in sententia, de qua *in Summ. D. Ducissæ super reintegrat.* 6. *Junii n.* 12. inibi enim exstitit ex opposito attributa immissio pro duabus D. Ducissæ ex tribus partibus hereditatis bo. mem. Ducis Bassanelli pro indiviso cum Principe Julio Cæsare, addita reservatione ad favorẽ ejusdem D. Ducissæ Jurium, si quæ ei competerent super reliqua tertia parte eorumdem bonorum ratione acerrimi conflictus tunc vigentis, an Legitima esse deberet tertia tertiæ, vel tertia totius, prout connotavit etiam prædicta *dec.* 51. *a num.* 10. *ad plures seqq.*, & mox quoque detegetur.

Denique non fuit in effectu ulla Trebellianica habita, vel retenta per eamdem Domum Carbonianam, sed solum nuda, & pura Legitima, quia sententiæ *Emi Panciatici* rescribente Signatura Justitiæ cum clausula *sine præjudicio* Partes devenerunt ad exsequutionem, & assignationem istarum duarum partium faciendam ad commodum D. Ducissæ, & ipsa ut habebatur *in hodierno Summ. n.* 2. ad formam memoratæ sententiæ ejusdem *Emi Panciatici* solemniter ulterius protestata fuit quod retentio, permissa Principi Julio Cæsari pro altera tertia parte, ratione Legitimæ numquam intelligeretur approbata in tanta quantitate, casu quo eadem Legitima esset tertia tertiæ, & non tertia totius, unde ad quid discurrere an Trebellianica fuerit in effectu detracta, si nec ea fuit nominata, sed solum Legitima, & pro ejusdem etiam Legitimæ diminutione emissa prædicta reservatio, & respective protestatio, quando de cetero nemo non scit, quod omnis reservatio, omnis exceptio nusquam excedit limites regulæ, a qua fit

57 exceptio, vel reservatio, ex collectis per *Cassan. conf.* 33. *nu.* 99. *Rot. cor. Ludovis. dec.* 85. *num.* 15., & 16., & *in rec. dec.* 75. *sub num.* 5. *vers. ita dicendum par.* 2., & *in Annot. ad dec.* 34. *num.* 12. *inter noviter in Urbe impress. cor. me.*

Manifestius quia & hoc ipsum fuit volitum, atque firmatum in transactione inita postea sub anno 1680. inter eamdem D. Ducissam, & Domum Carbonianam, cum præsentia, & interventu etiam Magni D. Comestabilis; Siquidem, ut legebatur *in præsenti Summ.*

D. Du-

D. Ducissa num. 3., præmissa apparebat historia facti, & dissidii inter Partes suborti in nihilo discordantis ab antecedenti Instrumento divisionis, sive assignationis, solumque ad tollendum omne aliud futurum possibile dissidium de duobus exarata fuit pactio specialis. Primo scilicet, quod cum Princeps Julius Cæsar universa bona donasset in vita Duci Bassanello, postcaque prætenderet, quod Legitima, cujus vigore retinebat, ut præmisimus, tertiam partem hereditatis ejusdem Ducis Bassanelli, non esset comprehensa in eadē donatione, hinc super hac dubietate conclusum fuit, stari debere Judicio *Sacri Auditorii* præviis duabus Decisionibus, juxta quod ubi *Tribunal* existimasset, legitimam non esse comprehensam in donationem, firma remaneret tam subsequuta assignatio, quam ei superaccedens Transactio; in casu autem contrario corrueret ipsa Transactio, & Partibus liceret ad eorum jura redire in ordine ad sententiam *Emi Panciatici*. Quare cum postea *Rot. cor. bo. mem. Cardinali Vicecomite* censuerit, legitimam non esse comprehensā in eadem donatione, juxta *decisiones* 559., & 564. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.* firma proinde jure merito stetit Transactio.

Et secundum, quod si de cetero interesset tam D. Ducissæ, quam D. Comestabili Legitimā esse tertiam tertiæ, & non tertiam totius hereditatis, nihilominus in gratiā Transactionis favore Principis Julii Cæsaris uterque renūciabat huic prætensioni, quæ paulo post in rei veritate in prosequutione alterius prædictæ fraternizantis Causæ *Romana, seu Januen. Legitima* exstitit reputata injusta, ut in *dec.* 14. *Junii ejusd. anni* 1680. *cor. Matthejo*, & perpetuo deinceps semper (demptis aliquibus intermediis, & postmodum revocatis *decisionibus*) in toto cursu illius Causæ, quemadmodum supra demonstravimus, licet Sorores contratabulato Testamēto venerint, & admissæ fuerint ad Causam.

A primo itaque ad ultimum ex hucusque latius quidem, sed forsan necessario discertis agnito per *Dominos*, quod Trebellianica fuerit prohibita primis heredibus ab intestato per rupturam Testamenti venientibus, quodque ex hoc eodem capite deberetur e contra D. Ducissæ non prohibitæ in restitutione facienda uni ex filiis D. Magni Comestabilis, quodque demum Legitima competens Ascendenti præterito in utraque Causa foret tertia totius hereditatis, & finaliter quod D. Ducissa nihil egerit in contrarium, non dubitarunt iidem *Domini* pro sententiæ pronunciatæ a *bo. mem. Albergato INFIRMATIONE* respondere; sed quia aliqua discrepantia inter *Dominos* intercessit, An hæc Trebellianica consistere deberet in duabus unciis, vel in minori quantitate, reputantibus aliquibus, quod ea deberetur in duabus unciis exstantis hereditatis, deducto prius integro triente pro Legitima, secundum ea, quæ distinguendo inter Trebellianicam detrahibilem in concursu Legitimæ ab extraneo, vel a fratribus, & sororibus definierat *Rot. in d. Romana Legitimæ, seu Trebellianicæ cor. Cardinali Matthejo, Benincasa, Caccia, & Ursino*.

Aliis vero arithmetice, & ad normam opinionis in substantia, seu in effectu quodammodo practicatæ in eadem *Romana seu Januen. Legitima* censentibus, eandem Trebellianicam in hoc casu non excedere unam unciam cum alia tertia alterius unciæ; Hinc proinde quia in hac minori parte aderat solum resolutio concors sufficientium suffragiorum, adjecerunt Infirmationi prædictæ modum, qui est supradictus, semper enim in capessendis resolutionibus Tribunal practicat, quod resolutio firmetur pro correctione in ea saltem minori parte, sive summa, in qua alii plus dantes, attamen necessario conveniunt ad regulam, quod in majo-

58 ri summa includitur minor, ut ait *Dec. cons.* 385. *sub num.* 2. *vers. his tamen non obstantibus Surd. cons.* 112. *num.* 11. *Afflict. dec.* 362. *in fin. Rot. cor. Cocc. dec.* 427. *num.* 3. & *dec.* 229. *nu.* 6. 7. & 8. *par.* 17. *rec.* cum aliis relatis in *Romana Prælatura de Vecchiarellis* 9. *Decembris* 1697. *dec.* 21. *nu.* 1. *inter noviter in Urbe impressas cor. Me.*

Convenerunt de reliquo ulterius *Domini* non posse exaudiri motivum Defensorum hodierni D. Magni Comestabilis, qui prætendebant, D. Ducissam, uti in hoc casu restitutionis proprietatis faciendæ uni ex filiis prædefuncti D. Comestabilis, effectam simpliciter Usufructuariam, non posse prætendere Trebellianicam, quia revera nimis perspicue D. Ducissa emicabat volita, & inscripta semper Heres, & a principio etiam unica, & plenaria, & deinceps gravata diversimode, secundum contingentiam casuum obvenientium post ejus mortem, in quibus terminis nulla amplius est amaritudo apud Scribentes, & præsertim apud *Nostrum Tribunal*, quod Conjux, vel alius Heres sic gravatus post mortem, licet cum aliqua mentione usufructus occasionaliter adjecti, detrahere proculdubio valeat Trebellianicam,

59 ad ea, quæ plena manu habentur post *Cephal. cons.* 563. *num.* 39. *et Card. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 4. *tit.* 5. *art.* 7. *num.* 6. per

6. per Rot. dec. 505. num. 29. cor. Merlino, cum aliis satis abunde relatis *in dec. 7. per tot.*, atque *in Addit.* ad illam *sub num. 22. 26. et seqq. inter noviter in Urbe impressas cor. me*, & tetigimus etiam in altera præcedenti *decisione super reintegratione 6. currentis sub §. Ita rebus se habentibus pariter coram Me*.

Et ita Causa per duas Rotas, & Partibus utrinque mirabiliter disceptantibus, dispuncta, Resolutum fuit.

Bononien. Fideicom. de Bavosiis. Super Expensis.

Luna 17. Junii 1712.

ARGUMENTO

Non indiget.

SUMMARIUM.

1. *Expensa in Partibus erogata pro compilatione Processuum sunt reficienda.*
2. *Quod procedit etiamsi in partibus postea coram Judice appellationis succumbens liberatoriam ab eisdem expensis sententiam obtinuisset.*
3. *Clausula* = Parito Judicato = *refusionem omnium expensarum absolute, & inviolabiter injungit.*
4. *Signatura Justitiæ sub mera possibilitate gravaminis, rescribere solet cum clausula* = ab excessiva =
5. *S. Rota honoraria Defensorum taxare solet pro qualibet instantia* ♈ 10.

DECIS. DLXXXI.

MOdeste agens Universitas Creditorum Hieronymi Bavosii, diu ceteroquin defatigata in unoquoque passu per circulum plurium Judicatorum, abstinuit hodie, quando tractabatur de recuperatione illarum expensarum, quas subire coacta fuerat etiam in arcenda molestia, & prætensione, quam fovebant Vincentius Maria, aliique fratres pariter de Bavosiis assequendi in omnem casum graduationem inter eosdem Creditores ratione cujusdam reintegrationis fideicommissi præexsistentis, & a Joanne ordinati; abstinuit inquam ab expetenda etiam refusione non levium expensarum, quas compellente Partis provocatione profuserat in compilatione, sex usque ingentium processuum completorum in Partibus *cor. clar. mem. Card. Bonaccursio* tunc Bononiæ Legato cum successiva illorum transmissione ad Urbem, productione in Tribunali A. C., ac deniquetransportatione *ad Sacrum Auditorium coram Reverendiss. Archiep. Turonen. Hervaoult*, & tamen certum erat, quod etiam hujusmodi expensæ in

1 Partibus erogatæ veniunt reficiendę, ad tradita per *Barbos. in l. Eum, qui temere n. 87. ff. de Judic.*, *Ginrb. dec. 81. num. 1.*, *Rota dec. 240. num. 5. cor. Puteo lib. 2. dec. 259. n. 1. cor. Carillo, & in Rec. dec. 168. nu. 1. & 2. par. 9.*, *& in Æsina Expensarum 7. Junii 1681. cor. Paulutio impress. post Constant. ad Stat. Urb. dec. 189. n. 5. & 6.*; etiamsi in Partibus postea coram Judice Appellationis

2 succumbens, liberatoriam ab eisdem expensis Sententiam obtinuisset, ut late dissertum, & firmatum fuit in illa *Lugduna Juris pascendi super Expensis 11. Junii 1708. §. Nec obstare, & §. seqq. cor. Me*, comprobata nuper *in celebri Melevitana*.

Expostulavit igitur tantummodo refusionem illarum expensarum, quas exbursaverat in successivo, & obligato progressu *in Sac. Rota* coram tribus *Auditoribus*, nempe *RR. PP. DD. meis Scotto, Aldrovando, & Lancetta*, quorum omnium Judicata cum fuerint plenarie canonizata per Signaturam Justitiæ mediante clausula = *Parito Judicato*, quæ

3 hujusmodi refusionem absolute, & inviolabiliter injungit, ut passim habetur apud *Mart. de Claus. claus. 82. Cappuc. in prax. judic. tom. 1. par. 3. cap. 10. num. 65.*, *Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 87. n. 1. 2 & 3. Modern. Ascutan. ad Stat. Urb. annot. 6. art. 2. nu. 166. tom. 1.*, *cum ceteris abunde relatis in Romana Renunciationis 11. Januarii Anni currentis §. Cumque successive*, & novissime *in Romana, seu Cavallieen. Pecuniaria 1. Julii 1712. §. Ita condemnati, cor. Me*.

Hinc non alius modus protrahendi prædictam effectivam refusionem per Oppositores valuit adinveniri, quam illud appodium styli ejusdem Signaturæ in rescribendo ab hisce taxationibus expensarum sub mera possibilitate gravaminis in liquidatione cum illa

4 clausula *ab excessiva*, de qua *in Romana Alimentorum super expensis 22. Januarii 1700. §. Et idcirco, cor. Me, & in meis Addit. ad dec. 1. n. 7. inter meas noviss. in Urbe impr.*

Ceterum nullum aderat in hac Causa possibilie gravamen, nulla coincidere valebat liquidatio, cum enim expensæ tantummodo prætensæ, & taxatæ ocularitèr consisterent in totidem Judicialibus erogatis, quæ vel alio modo vivæ nuncupantur, adjuncta solum tenui refectione pro honorariis Defensorum scutorum decem pro qualibet Instantia, certe non poterat nedum inveniri, sed nec ex-

5 cogitari ullus excessus, ut quotidie in hac expensarum specie protestata est, atque firmavit *Rota in Alexanen. Manutentionis 15. Junii 1703. §. Cedula cor. bon. mem. R. P. D. Caffarello, & in Romana Multiplici dec. 1. n. 2.*

n. 2. *inter noviter in Urbe impress. cor. Me*; unde res reducebatur ad purum calculum, non vero ad ullam indaginem liquidationis, per ea, quæ in proposito distinguuntur per *Rot. cor. Cavaler. dec. 323. nu. 4. in fin. cor. Ottbobon. dec. 201. n. 4., & in Rec. dec. 608. num. 5. par. 3., & dec. 576. num. 3. par. 5. tom. 2.*, cum aliis relatis *in meo Tractat. de Commerc. & Merc. disc. 62. num. 55. & in suprad. mea prima dec. inter in Urbe impress. sub num. 3.*

Et sic non constare, nec apparere de excessiva agnitum fuit, eadem Creditorum universitate informante.

Pisauren., seu Fanen. Census.

Veneris 17. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

Qualitas hereditaria ex quibus dici debeat inducta. Legitima est portio portionis ejus, quod competit ab intestato: Et in tantum compellatur quota bonorum, & non hereditatis, in quantum Legitimarius probabiliter solvere tenetur alienum æs defuncti, ipsaque legitima semper intelligitur deducto prius ære alieno. Emi Magni Magistri Sac. Religionis Hierosolymitanæ solent sæpissime facultatem concedere etiam Professis, libere disponendi de bonis signanter patrimonialibus.

SUMMARIUM.

1. *Hereditatis jacentis bona dicuntur male occupata, si non fuerit illi datus Curator.*
2. *Sacra Religio Hierosolymitana est heres, sive de Jure successibilis Æquitum suorum.*
3. *Judicium cum Persona legitima continuatum, illaque non contradicente ab omni nullitate redditur immune.*
4. *Maxime si provocatus vice faciendi ullam oppositionem acriter litem sustentaverit, curaveritque se de facto tueri.*
   Qualitas hereditaria ex quibus concludenter probata remaneat, & num. seqq.
5. *Legitima est portio portionis ejus, quod competit ab intestato.*
6. *Et in tantum dicitur quota bonorum, in quantum Legitimarius proportionabiliter solvere cogitur alienum æs defuncti, cum ea intelligatur deducto ære alieno.*
7. *Lis sustentata cum qualitate, & titulo heredis, hereditatis aditionem optime concludit.*
8. *Sacra Religio Hierosolymitana an sit heres bonorum patrimonialium suorum Æquitum præcisive acquisitorum a redditibus Commendarum.*
9. *Magni Magistri ejusdem Sac. Religionis solent sæpissime concedere facultatem etiam professis libere disponendi de bonis signanter patrimonialibus.*
10. *Clausula* Si quid exsequendum *præservat viam exsequntivam.*
11. *Signatura Justitiæ non dubitans de exsistentia crediti contra beredem passim rescribit* = S. P. = *quoad bona hereditaria, &* = S. Q. E. = *quoad bona libera.*
12. *Allegans cautelam Angeli ostendere debet, se possidere bona hereditaria alio titulo, quam hereditario.*

DECIS. DLXXXII.

Diversitas personarum, & earum ætatis differenti, amultiplicari, sive bipartiri fecit in hac Causa ab initio Sententias, & Judicata ab A. C.; cum enim ageretur de passiva impositione Census scutorum 2000. expleta per quatuor Fratres de Bertozzis unacum Ludovica eorum Matre, reputavit ab initio idem A. C. perspecta minori ætate, in qua reperiebatur Joseph alter ex prædictis Fratribus, memoratam impositionem penitus claudicare defectu nullitatis, sed tamen conscendente Negocio ad *Sac. Tribunal*, ibique per Dominum Comitem Franciscum, & Abbatem Germanum Fratrem de Ondedeis demonstrato, quod Joseph major effectus in quadam divisione in se assumpserat, & aecollaverat ratam scut. 1500. ejusdem Census, quodque in omnem casum aderat portio Thomæ Equitis Hierosolymitani, qui de tempore memoratæ impositionis minorem ætatem fuerat supergressus, *Rota* proinde *sub die 16. Aprilis 1706.* reservata sibi eognitione quoad importantiam, & efficaciã prædictæ aecollationis, pro tunc censuit *cor. bon. mem. Caffarello* = *Constare de credito pro portione bereditaria Thomæ, necnon Ludovicæ, & contra eadem bona hereditaria relaxandum esse mandatum*; Iterumque deinceps *sub die 16. Martii 1711.* ad novum examen revocata hujusmodi resolutione, perstitum fuit = *in Decisis*, sequutaque ad utriusque *Decisionis* normam subinde expeditione, habitoque per succumbentem recursu ad Signaturam Justitiæ, Ea *Mihi* Causam delegavit cum clausula = *Si quid exsequendum*; quamobrem hodie sciscitatus sum *Dominos* = *Utrum mandatum Rotale foret exsequendum*, & unanimi voce audivi *Mihi* respondeti *Affirmative*.

Non enim comprehensibile videbatur, quomodo idem Joseph satageret impugnare validitatem, & Justitiam prælaudati mandati. Licet enim in ordine ad validitatem speciosius appareret prætextus, quod cum ipse Joseph non probaretur esse heres prædicti Tho-

Thomæ, immo talem se esse mordicus denegaret, quoties idcirco prætendebant Actores reportare mandatum adversus illius Bona hereditaria, omnino adstringerentur præventive citare non solum eumdem Josephum, sed geminos alios ejus Fratres, ut declararent, an vellent, necne esse heredes Thomæ, nulloque reperto, qui se faceret heredem, insistere debuissent apud Judicem pro deputatione Curatoris hereditati ja-
1 centi ejusdem Thomæ, juxta praxim assuetam, necnon illam censuram Juris, quam profitentur, & firmant post *Gloss. marginal. in l. Debitor meus in principio, ff. de negoc. gest., Bartol. in l. 1. num. 1., ff. de Cur. bon. dand., Alexand. cons. 100. num. 10. lib. 5., Saluft. Tiber. in praxi cap. 27. versic. quoad secundam, Ridolphin. eodem tract. par. prim. cap. 5. n. 46., Card. de Luca de Judc. disc. 40. num. 7., Rota cor. Gregor. dec. 206. num. 7., cor. Durano dec. 84. num. 9., cor. Otthobon. dec. 116. n. 10., & in Rec. dec. 24. n. 7. p. 16.*

Respectu autem Justitiæ subjungeret Joseph, atque objectaret, quod nulla Bona Thomæ penes se retineret, quæ ad eumdem Thomam, illiusque hereditatem spectarent, unde ad quid procedere exsequutive contra prædicta Bona hereditaria, ipso citato dumtaxat, qui nihil habebat agere cum Thoma, illiusque hereditate, quando si quæ Bona umquam Thoma reliquisset, ea certo certius, devoluta transiliissent in Sacram Reli-
2 gionem Hierosolymitanam cujus idem Thomas erat Miles professus, & cujus proinde erat heres, sive de jure successibilis ipsamet Religio, ad tradita per *Gratian. disceptat. for. cap. 363. num. 24., Achill. dec. 9. n. 3. de Praben., Rota cor. Puteo dec. 382. lib. pr. & cor. Gregor. dec. 109. num. 3.*

Nihilominus redeundo ad validitatem, & cur Joseph lacessitus a principio, & semper, vigore propriæ obligationis, & in vim accollationis, & alias omni meliori modo a Comitibus de Ondedeis pro cõsequutione eorum crediti, quod indubitanter habebant contra Ludovicam, & contra Thomam, qui sese non poterat obtegere sub umbra minoris ætatis, restitit acriter in omnibus, itaut directe cũ eo fuerit facta per *Tribunal* prædicta reservatio circa accollationem cum illo speciali rescripto = *Et quoad accollationem scribatur particulariter* inter ceteras suas impugnationes, & oppositiones nullum umquam verbum dixit, sese non esse heredem Thomæ, sese non esse heredem Matris; cum enim ille non jam solus, ut in objecto supponebatur citatus, sed unacum aliis fratribus provocatus, talis utriusque innegabiliter de Jure communi dici mereretur, & foret, & non opposuerit, se non esse heredem illorum, utique Judicium directe a Dominis
3 Comitibus, ipso non contradicente continuatum ab omni prorsus nullitate reddebatur imune, ut post *Suarez. in repet. ad lectur. l. Post rem judicatam extens. 2. num. 3. ff. de re judic., Alexandr. cons. 72. num. 1., & 2. lib. 5., Galles de obligat. Cameral. quæst. 4. num. 18., Saluft. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 44. nu. 4.* tradit *Ridolphin. eodem tract. p. 1. cap. 5. in observ. n. 25., 36. & 37. Bocr. dec. 171. n. 19. Rota cor. Gregor. dec. 88. n. 1. & 2., Beltramin. ad decis. ejusdem 264.*

Fortius vero, quia satis abunde Joseph provocatus ut supra, videbatur, sese declarasse heredem, & Matris, & Fratris, dum vice faciendi ullam oppositionem in hoc particulari, acriter litem substentavit, curavitque de facto tueri, ac defendere ipsa Bona he-
4 reditaria Matris nedum, sed etiam Fratris, secundum ea, quæ habentur per *Textum in l. Pro herede 20. §. Papinianus in fine, ff. de acquir. hered., Bald. cons. 223. in princip. lib. 2., Mans. consult. 51. nu. 7. Cyriac. contr. for. 244. num. 4. Addcn. ad Pamphil. dec. 348. sub num. 10. vers. Aditio, Rota dec. 129. num. 1. cor. Celso dec. 110. nu. 8. cor. Otthobono, dec. 337. in fine cor. Priolo, & in rec dec. 310. num. 8. par. 18.*

Quodque revera, saltem ad præmissum effectum abstergendi impictam nullitatem præcedenti mandato, Joseph tamquam heres utriusque litem mordicus tueretur, & sic sese habuerit pro herede, undique liquebat, quia circa Ludovicam Matrem, & si ea scripsisset heredem Joannem Mariam alterum fratrem ipsius Josephi, suam tamen legitimæ ratam dubio procul fuerat assequutus *Summ. Comitum n. 11.*, unde nullo modo poterat evitare concursum pro sua quota tam implicitæ successionis sub legitima in-
5 clusæ, cum ea sit portio portionis ejus, quod competit ab intestato, ad *Textum in l. Maximum vitium C. de lib. prærerit., & in §. final. instit. de hered., quæ ab intestato defer. §. primo Auth. de Triente & semisse, Card. de Luc. de legit. disc. 1. n. 1., & seqq., Rot. in Rom. Legitima 15. Maji 1699. dec. 90. in princ. inter noviter in Urbe impress. cor. me, & in Albanen. Manutentionis 26. Februarii 1712. §. Tertio cor. Me.*

Quam etiam ratione ejusdem Legitimæ, quæ in tantum compellatur quota bonorum, & non hereditatis, in quantum legitimarius proportionabiliter solvere cõstringitur alienum æs defuncti, ipsaque Legitima semper
6 intelligitur deducto ære alieno, ut patet ex

Tex-

Textu in §. penultimo Instit. ad l. Falcid., *& in l. Papinianus §. Quarta ff. de inoff. testam. Ruin. conf. 131. num. 19. lib. 3. Paris. conf. 86. n. 10. cum seqq. lib. 3., Merlin. de Legit. lib. 1. tit. 1. quaest. 2. n. 2. Urceol. consult. for. cap. 18. num. 23. Card. de Luc. de Legitim. disc. 19. n. 10., Rot. post Merl. d. tract. dec. 20. num. 4. & dec. 89. nu. 6. in rec. dec. 338. num. 1. par. 18., cum ceteris relatis in meis Additionibus ad dec. 49. n. 44. inter novissime in Urbe impress. cor. me.*

In ordine autem ad Thomam fratrem nonne ipse Joseph professus fuit in Instrumento divisionis *d. Summ. Dominorum Comitum nu. 4.*, quod dividentes in communi possidebant Bona *Paterna*, *e dall' Eredità paterna provenienti*; Quamobrem cum post obitum Patris in communi paterna Bona possiderentur etiam per Thomam, ecce quod illius portio, quaeve ei tunc superviventi suisset quoque obventura in eadem divisione longe post exarata, exstitit ipso defuncto divisa ab aliis fratribus cum Josepho non alio utique titulo, quam hereditario, & tamquam de re in communi possessa cum Thoma, *e dall' Eredità paterna proveniente*. Sicque juncto adminiculo hujus in rei veritate subintelligẽdae hereditariae qualitatis respectu Thomae, eo magis praecincta coruscabat vis, quae hucusque ad hunc effectum exstitit ostensa ejusdem qualitatis hereditariae ex ipsius litis substentatione, secundũ
7 ea, quae in proposito adminiculatae litis prosequuti fuerunt *Aretin. conf. 136. in princ. Dec. conf. 449. num. 11. vers. quia cum lib. 2. Mantic. de Conject. lib. 12. tit. 10. num. 14. Rota dec. 55. num. 17. & dec. 366. num. 15. par. 18. rec., & in Reatina Fideicomm. de Severis 11. Aprilis 1707. §. Fuisse vero cor. R.mo Omanna Episc. Giennen.*

Diximus saltem ad effectum abstergendi nullitatem mandati relaxati contra bona hereditaria Thomae, dum si alio titulo, quam hereditario ejusdem Thomae detinebuntur in aliqua, vel in minima parte a Josepho, poterit uberius suo loco, & tempore consummandae exsequutionis recognosci, prout pariter plenius examinari, an bonorum ejusdẽ Equitis Thomae fuerit necne heres Religio Hierosolymitana, cum haec sit materia admodum ardua, & nodosa, in quantum agitur de bonis patrimonialibus eorumdem Equitum praecisive ab acquisitis a redditibus Commendarum, quin etiam saepe saepius Eminentissimi Magni Magistri ejusdem Religionis solent concedere facultatem etiam Professis libere disponendi, & transmittendi
8 di ad suos heredes bona signanter patrimonialia, ex traditis circa primam propositionem per *Gratian. discept. for. cap. 363. nu. 23. & 24. Sperell. dec. for. Eccles. 21. fere per tot., Rot. cor. Ludovis. dec. 87. num. 3. cor. Cerro dec. 28. n. 6., & inter collectas ad ornat. Card. de Luca dec. 7. num. 6., & dec. 8. num. 2. ad lib. 2. de regal. tom. 1., & in Lithuana Donationis 21. Februarii 1684. §. Et particulariter cor. Caccia*, successive confirmata *cor. Emerix Jun. in ejus dec. impressa 1278. per tot. & cor. Ursino die 10. Martii*
9 *1698.* Et super secunda *idẽ Gratian. discept. for. cap. 880. a num. 12. ad plur. seqq. Rota apud Balduc. in tract. de re jud. dec. 52. in princip., & in supradictis dec. impress. post Card. de Luca* nempe *dec. 7. num. 1., & dec. 8. num. 3. & 4.*

Ceterum quando haec omnia adhuc aliquam amaritudinem pati possent, submovebatur omnis haesitatio ex ipso Oraculo, seu rescripto Signaturae Justitiae, quae non obstante petita per succumbentem circumscriptione istiusmet mandati, ex opposito simpliciter rescripsit adversus idem mandatum cum enunciata clausula *si quid exsequendum* ac propterea etiam in dubio ambigere fas non erat de qualibet validitate (concurrente de cetero, ut inferius Justitia) & sic de via etiam exsequutiva ejusdem mandati, prout fuerat saltem relaxatum simpliciter contra Bona hereditaria, ut millies dixit,
10 & protestata est, attento supremo rescripto ejusdem Signaturae, *Rota*, & signanter *cor. Seraph. dec. 1412. nu. 2. post Zacch. de oblig. Cam. dec. 12. num. 4., & dec. 156. num. 2. cor. Emerix Jun. dec. 1148. n. fin. in rec. dec. 154. num. 14. par. 11. dec. 242. nu. 1. par. 15. & in Romana Dotis de Salviatis 23. Januarii 1703. §. Quod autem cor. Me cum ceteris adductis in Ariminen. Fideicomm. Bandi de Bandis super reintegratione quoad Pradiũ S. Maria in Cerreto 19. Junii 1711. §. Quoad validitatem cor. R. P. D. meo Falconerio.*

Atque ex his nimium forte, quam oportuisset differtis, atque dilucidatis circa validitatem praedicti mandati, planior, & brevior sternebatur via demonstrationi ejus Justitiae, de qua, ut a principio diximus, comprehensibile non erat, quomodo Joseph conquereretur, nisi vel absolute tamquam heres, vel alio modo detineret Bona hereditaria, eaque tueri, ni dicamus abscondere tentaret, quid enim ad ipsum attinebat increpare de nullitate, & Injustitia mandati tantummodo relaxati contra bona hereditaria, quando praesertim eadem Signatura Justitiae non dubitans de exsistentia Crediti passim, & citra haesitationem rescribit *Sine*

Præjudicio quoad bona hereditaria, & *sic ex-*
11 *sequendum* quoad bona propria, uti dicunt, & videre est penes *Card. de Luca de Judic. disc. 40. num. 15., & de hered. disc. 21. sub num. 1., Modern. Ascul. ad Stat. Urb. tit. de appellat. annot. 52. art. 1. sect. 6. in fine, & in illa Romana Dotis de Salviatis 26. Novembris* 1708. §. *Qui quidquam cor. Me*.

Siquidem vel Joseph effective nihil habebat in manibus de hisce effectibus hereditariis, & quia mandatum non erat contra ejus personam, & bona propria, sua non intererat, nec ei incumbebat onus adinveniendi hæc bona hereditaria, vel aliquam portionem apud se detinebat, & detinet, profecto citra impugnationem mandati poterit deinceps allegare consuetá *Angeli Cautelam*, & ostendere, quod eadem bona hereditaria possidet alio Titulo, quam hereditario Thomæ, juxta
12 praxim, de qua frequenter, & opportune *Ridolph. in prax. Judictar. par. 1. cap 9. n. 26. & seqq. Card. de Luc. disc. 40. num. 19. Rot. cor. Gregor. dec. 22. num. 2*, repetit. post *Salust. Tiber. in praxi post cap. 17. lib. 3. & in rec. dec. 383. n. 1. p. 15. & dec. 67. pariter n. 1., & dec. 370. n. 7. par. 19. & alibi passim* & præcise fuerat in eo statu servatum, & practicatú in altera contemporanea Causa, ac *dec. cor. b. m. R. P. D. Caffarello 16. Martii §. fin.* Et ita &c. Utraque &c.

Pisauren., seu Fanen. Census.

Veneris 17. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

Minor si contrahit censum pro extinguendo primo sub majoribus usuris convento, rem gerit utilem, nec ex defectu solemnitatum secundam obligationem impugnare potest: & hoc procedit etiamsi primus census fuerit ex tali pariter defectu solemnitatum nullus, dummodo tamen fuerit a minore facto majore ratificatum, atque approbatum, & hæc nullitas numquam controversia a majore, allegari nequit ab ejus herede. Versio pecuniarum in extinctione census, sive debiti anterioris ex quibus argumentis, & conjecturis probata dici possit.

SUMMARIUM.

1. *Accollatio nil aliud est, quam subrogatio facta ad commoda, vel incommoda Crediti.*
2. *Minor si censum imponit ad finem extinguendi primum, cujus usuræ majores erant, etiamsi id faciat absque solemnitatibus, impugnare nequit secundam impositionem.*
3. *Limita si primus census fuerit nullus ratione minoritatis ætatis, quia tunc nulla adest Minoris utilitas.* Declara limitationem num. seqq.
5. *Explicatur* Decis. 579. ex num. 10. cum seqq. par. 19. rec.
6. *Nullitas contractus inducta favore Mulieris, Minoris, vel Eccl. sia, intelligitur inducta, quatenus ipsi ea uti velint.*
7. *Heres non potest impugnare obligationem a suo Auctore ratificatam, pluriesque adprobatam*, & num. 11.
8. *De versione pecuniæ dubitari nequit, probato primo extremo conventionis, & secundo exsequutionis.*
9. *Probatio versionis arguitur ex indigentia debitoris pecuniam recipientis pro extinguendo alio debito.*
10. *Eaque inducitur etiam ex inditiis, conjecturis, & adminiculis.*
11. *Heres nequit allegare eam nullitatem, quam non allegavit, immo potius factus major adprobavit illius Auctor.*
12. *Argumentum a contrario sensu deduci etiam valet in Sententiis.*
13. *Dictio* donec *quid importet.*

DECIS. DLXXXIII.

Ratam Census in majori summa sc. 2000. constituti pro quantitate scut. 582. in quadam divisione inita sub anno 1681. inter ipsum, ejusque fratres in se susceperat Joannes Maria de Bertozzis favore Ludovici Abbatis de Hondedeis Acquisitoris, & respective Creditoris, quamobrem promoto per eumdem Abbatem opportuno Judicio *cor. clar. mem. Card. Caprara tunc A. C. Locumtenente*. Is præfatum Joannem Mariam ad debitam condemnavit solutionem, eodemque mandato condemnativo in Judicatum transacto, præbuit ansam *bon. mem. R. P. D. Caffarello* in ulteriori decursu causæ proponendi Dub. = *An constaret de re judicata, itaut mandatum A. C. esset exsequendum, & novum respective relaxandum, quod sub die 16. Aprilis 1706. in omnibus affirmative exstitit responsum*; deinceps vero *coram bon. mem. Caffarello* reproposito negocio *die 16. Martii 1711. steterunt quidem Domini in decisis, sed juxta modum*, de quo successive occasione novæ audientiæ conquestus Dominus Comes de Hondedeis pervenit ad *Me* interim quoque e vivis prærepto eodem *R. P. D. Caffarello* Commissio delegatoria totius controversiæ, eaque, ut necesse erat, subdivisa, prout in altera contextuali *decisione coram Me* quoad personam *Josephi aliorumque fratrum*, quatenus pertinebat ad præno minatum Joannem Mariam denuo iidem *Domini* permanserunt *in decisis*, adjuncta pariter illa Cauda rescripto *juxta modum*, qui fuit, ut modus prima vice superimpo-

impositus, & de quo differemus inferius, penitus adimeretur.

Peragendo igitur de rei quidditate, & substantia merito *Domini* judicatum *cl. mem. Card. Caprara* non solum prima vice, & secunda *cor. Caffarello*, sed etiam hodie tertio approbarunt *cor. Me*. Erat siquidem in comperto, quod Abbas Ludovicus creator, & respective Creditor prædicti Census scutor. 2000. cum fratribus de Bertozzis totidem pecunias exbursaverat sub hac lege, ut eædem implicarentur in dimissionem debitorum, quibus iidem fratres premebantur, cumque illarum rata scutor. 500. fuerit de facto erogata in satisfactionem alterius Census ejusdem summæ unacum aliis sc. 82. in causam fructuum ejusdem Census, pro quo citra dubium præfati fratres de Bertozzis reperiebantur obligati ad commodum illorum de Rinalduccis, consentaneum nimis erat Justitiæ, quod Joannes Maria exsistens peranteà, & ipse certitudinarie obstrictus in prædicto Censu extincto, & accollans pro præmissa rata scutor. 58 :. postremum Censum satisfactorium præcedentis, teneretur in eadem quantitate susceptam obligatio-
1 nem implere, quemadmodum est de natura, & efficacia cujuslibet accollationis, ex deductis per *Cenc. de Cens. quæst. 73. n. 16., Felician. eod. tract. tom. 1. lib. 3. cap. 6. n. 6. Gratian. discept. for. cap. 64. num. 1., Card. de Luc. de usur. disc. 20. num. 13., Rot. post eumdem Cenc. dec. 91. & dec. 147. utrobiq; num. 1. cor. Coccino dec. 1457. num. 8. & in rec. dec. 120. num. 5. par. 19. tom. 1.*

Absque eo quod in minimo posset obstare, quod de tempore hujus postremi Census, ut nuncupavimus, satisfactorii præcedentis creati de anno 1672., Joannes Maria reperiretur in minori ætate constitutus, cumque forte non servaverit solemnitates a patrio statuto præscriptas, in tali quippe minori ætate non erat, quando occasione prædictæ divisionis de anno 1681. subivit accipiendo contracambium in tot aliis bonis, & effectibus præmissam accollationem, & nihilominus quoties secundus Census per Minorem imponitur ad finem extinguendi alterum magis gravativum pondere usurarum, Minor tanquam effectus potius locupletior per liberationem a primo magis præjudiciali, nequit ratione turpis lucri, & utilitatis, quam capesseret ex aliena pecunia, & jactura etiamsi sine aliis solemnitatibus con-
2 traheret, secundam obligationem, seu impositionem Census impugnare, sicuti pleno ore conclamarunt *Surd. cons. 9. num. 9. 11., & seqq. a Ponte cons. 1. num. 84., Tiraquell. ad l. Connubial. l. 16. gloss. 8. n. 62. & seqq. Merlin. Pignatell. contr. for. centur. 2. contr. 74. num. 41. Modern. Ascul. ad Statut. Urb. annot. 44. art. 6. num. 680. lib. 2., Rot. dec. 160. num. 5. par. 2. dec. 160. num. 8. par. 8. & dec. 337. num. 19. par. 19. tom. 1. rec.*

Parumque refragari visa est eadem replicatio, quod cum (ut prætendebatur) census quoque a principio initus cum Rinalduccis eadem nullitate peccaret tamquam impositus de tempore non minus ejusdem minoris ætatis Joannis Mariæ, hinc parum faceret motivum utilitatis, cum potius damnosum foret Minori sese remanere obligatum pro secundo contractu, quando nullatenus erat obligatus ex primo, qui proinde voluntarie, & quodammodo, & prodigaliter sine
3 minimo illius lucro remansit extinctus, juxta in his terminis tradita per *Rot. dec. 579. par. 19. rec. num. 10. & seqq.*, ubi refert, & sequitur *dec. 355. n. 14. par. 12., & dec. 292. num. 5. par. 15. rec.*

Siquidem ultra, quod clare admodum minime apparebat de nullitate prædicti Census præcedenter debiti, & exstincti cum Rinalduccis, cum sæpe sæpius in foro interno, atq; etiam in altero externo Juris æquitatis, & honestatis congruum, & justum ex istac unicuique satisfacere etiam obligationi de juris fortasse subtilitate nullæ, nihilominus hoc aliquale fomentum habuisset quoties tacite, vel expresse Joannes Maria de hac nullitate quomodolibet opposuisset, sed dum optima, seu plusquam bona fide nedum quievit, fructus exsolvit, sive illorum solutionem approbavit, & major factus censuerit in se, vice reclamandi adversus utrumque Censum, specifice obtento ex cam-
4 bio, & signanter portione Thomæ efficaciter omnino tamquam majoris obligati, suscipere, & accollare secundum, nulla æquitas, nulla ratio patiebatur, quod credentes pecuniam maxime sub minoribus usuris pro dissolvendo primo contractu usque tunc nullatenus controverso, & prius in implicito statu validitatis existente fraudati remanere debeant eorum Credito, & pecuniis; ut ponderatis omnibus circumstantiis, quæ nullatenus per umbram concurrebant *in decisionibus* supra relatis, opportune tradiderunt, atque firmarunt *Panimol. dec. Civit. 53. annot. 7. n. 2. Rot. post Cenc. de Cens. dec. 29. num. 4. & 5. cor. Bichio dec. 599. num. 19. cor. Emer. Jun. dec. 529. nu. 4. & 5., & in rec. dec. 495. num. 8. & 9. par. 13. cum aliis adductis in utraque præcedenti decisione hujus causæ cor. bon. mem. Caffarello; videlicet in prima diei 16. Aprilis 1706. §. Quidquid enim*

enim, *& in ſecunda 16. Martii* 1711. *§. Parum relevante*.

Et de facto tantum aberat, quod prædicta *de-
5 ciſio* 579. *ex n.* 10. *eum ſeqq. par.* 19. in eiſdem noſtris circumſtantiis (quæ ſemper ſunt in diſcuſſione cauſarum expendendæ) loqueretur, & reſpective intellexiſſet contrarium, quinimmo præciſive etiam ab eis conſiderationibus, ſubſequutæ nimirum accollationis de tempore majoris ætatis Joannis Mariæ cum retentione, & fruitione prædicti contracambii ob correſpective initam diviſionem, & comprehenſionem in illa Bonorum Petri, citra ſcrupulum obligati, adhuc inibi *Rota* ſub hoc eodem motivo, quod nullitas primi contractus non eſſet adeo clara, & quia primus contractus claudicabat, dumtaxat Eccleſia, vel minore
6 volente, quodque idcirco verſabatur in implicito ſtatu validitatis admiſit *deciſionem coram Millino oppoſita Sententiæ vindicem repetitam poſt Cenc. de Cenſ. deeiſ.* 29. *num.* 4. *in dec.* 495. *nu.* 10. *par.* 13. *rec.*, *& dec.* 529. *n.* 44., *& 5. cor. Emer. Jun.*

Super eo autem, quod ſecundus contractus Cenſualis non fuerit directe initus ab ipſo Joanne Maria, ſed ejus nomine procuratorio per Equitem Thomam illius fratrem, nequaquam *Domini* exiſtimarunt immorandum, dum ipſe Joannes Maria ſatis illum ratificavit mediante prædicta accollatione accipiendo excambium, & conſequendo proportionabiliter bona ejuſdem Thomæ, quare liquido apparebat, quod ipſe ſatius duxit honeſtius, & utilius eumdem ſecundum contractum ad ſui nomen initum per ejus fratrem acceptare, quam reſpuere, prout ab eo nec etiam poſtmodũ, & quamdiu vixit, nullatenus explicite, vel implicite reclamando, exſtitit impugnatus; quapropter non erat cur hodie foret audiendus in hac exceptione heres ejuſdem Jo: Mariæ, dum illius Auctor factus major expreſſe contrariam ſuſcepit obligationem, & tam ante, quam poſt de nihilo in hoc apparebat con-
7 queſtus, ut præter adductos in ſpecie, licet in fortioribus etiam circumſtantiis, quã in noſtris, judicaſſe profitetur, & firmat *Conſtant. ad Stat. Urb. tom.* 2. *tit. de contract. minor. annot.* 44. *art.* 3. *num.* 192. *Rot. cor. Emer. Jun. dec.* 529. *num.* 4., *& in rec.* 378. *num.* 18. *par.* 9., *& dec.* 495. *n.* 9. *par.* 13., *& in Romana Cenſus* 22. *Februarii* 1685. *§. Secunda autem cor. bon. mem. Urſino impr. poſt eumdem Conſtant. dec.* 146. *n.* 8. *&* 9.

Agnoſcebant profecto Scribentes pro prædicto herede Joannis Mariæ robur, æquitatem, & Juſtitiam præmiſſorum, unde iterum conrendere ſatagebant, quod pro parte D. Comitis Actoris non probaretur verſio effectiva pecuniæ per Abbatem Ludovicum numeratæ occaſione creationis ſecũdi Cenſus in extinctione primi cum Rinalduccis; verum rurſus pariter evaneſcere coruſcavit objectum, dum in præfato Inſtrumento ſecundi cenſus conventa legebatur de prædictis pecuniis ſecundi extinctio alterius cenſus Rinalduccii, & de eadem extinctione po-
8 ſtea actu, & indubitanter ſequuta intra terminum conventum abunde liquebat, in quibus ſane terminis probato primo extremo conventionis, & altero exſequutionis difficile eſt, poſſe dubitari de prædicta verſione, ex plene relatis per *Menoch. de arbitr. judic. caſu* 432. *num.* 38., *& de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 55. *nu.* 8., *Panimol. dec.* 3. *annot.* 6. *num.* 51., *Rot. cor. Emerix. Jun. dec.* 748. *num.* 5., *& cor. Bichio deeiſ.* 310. *num.* 29., *& in rec. dec.* 714. *num.* 3. *par.* 3., *& in Romana Cenſus* 2. *Febr.* 1687. *§. Similiter cor. Emo Caccia*.

Cumque nimia duriries exſtitiſſet conſtito de extinctione ſubſequenti, & de promiſſione extinguendi præcedenti, atque præambula, exoptare ad comprobandũ verſionem pluſquam ſufficientem, quod eædem adamuſſim pecuniæ traditæ per Abbatem in ſecundo cenſu fuiſſent in Sacculo obſignatæ in præſentia Teſtium, & Notarii, & per certum delatorem de Civitate Piſauri tranſmiſſæ ad illam Fani, ibique eodem Sacculo reſerato, denuo coram Teſtibus ſolutæ apparerent Jugalibus de Rinalduccis, nihilominus neque deerat alia palpabilis demonſtratio, quod alia pecunia utique diſſolvi, & extingui nequibat prædictus Cenſus cum Rinalduccis eo ipſo, quod tunc temporis Fratres de Bertozzis premebantur tot debitis in Inſtrumento ſecundi Cenſus enumeratis, ſi-
9 cuti namque hujuſmodi indigentia vehemens reputatur conjectura, & quaſi probatio verſionis, Teſte *Gloſſ. in Auth. hoc jus porrectum verbo probat. ibique Bald. nu.* 23. *Cod. de Sacr. Eccl.*, *Ruin. conſ.* 76. *ſub n.* 4. *prope fin. vol.* 4., *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 55. *n.* 5., *& de arbitr. caſu* 432. *n.* 34., *Gratian. diſcept. for. cap.* 107. *n.* 20. *& ſeqq.*, *Adden. ad Buratt. dec.* 546. *n.* 9., *& cor. Ludoviſ. dec.* 31. *num.* 2., *& cor. Bichio dec.* 310. *num.* 33.

Ita junctis prædicto pacto præambulo cum ſubſequto dein breviter effectu, ulteriuſque ſuperaddita declaratione poſitiva ſolventium, nequaquam poterat ambigi per Judicis Religionem de ſufficientiſſima juſtificatione verſionis, quando ea ex conſenſu *Docto-*

rum,

rum, & *Tribunalium* etiam ex inditiis, con-
10 jecturis, & adminiculis comprobatur, ita docente *Bartolo in l. Civitas num. 12. verf. nota primo ff. fi cert. petat.*, *Bald. conf. 125. fub num. fin. verf. item fi effet lib. 1. Menoch. de arbitr. judic. 432. num. 33.*, *& in tract. de præfump. concl. 55. num. 4. Rot. cor. Emer. dec. 1121. num. 8.*, *& cor. Buratto dec. 546. num. 4.* ibique *Adden. num. 9.*, *& dec. 289. n. 21. par. 18. rec.*; & optime animadvertit *prima dec. bujus Caufa 16. Aprilis 1706. §. Non obftat cor. b. m. Caffarello*.

Ceterum reflecti quoque poterat ex abundanti, quod rigor ifte comprobandæ verfionis in praxi; & in jure neutiquam femper admiffus, efficere folum valuifset, quod cenfus fecundus forte per malam hypothefim fubfiftere non potuifset crude, & directe, ex quo pecuniæ numeratæ in fecundo cenfu phifice, materialiter, & refpective mathematice non apparent converfæ in veram, & formalem extinctionem primi, fed non idcirco ruerent alia fundamenta, quod hanc extinctionem recte fciens Jo: Maria, & plufquam hactenus illius heres, nequaquam illam impugnavit, immo in fe, ut toties præmifimus potius e converfo accollavit hanc eamdem ratam cenfus identifici, dum pofitive vidimus, & oftendimus, quod ne-
11 quit heres allegare eam nullitatem, quam non allegavit, immo potius factus major approbavit illius Auctor, ut præter fupra relatos cenfuerunt *Dec. conf. 323. num. 1. Surd. de aliment. tit. 8. privil. 36. num. 80. in fin. Scacc. de judic. lib. 2. cap. 2. n. 384. Fenzon. ad Stat. Urb. annot. ad cap. 151. n. 51. & feq. Ofafc. dec. 94. nu. 23. & feqq.*, *& dec. 385. num. 4. par. 1. divers. dec. 59. num. 19.*, *& dec. 154. a num. 4. ad 10. poft Conftant. ad idem Urb. Statutum*.

Conftabilita proinde per tres uniformes Refolutiones re judicata *coram Card. Caprara* cum fuccelliva exfequutione Mandati, & novi relaxatione, juxta defluentiam ab inde fructuum cenfualium; fupererat modus noviffimus indicatus in hodierno Refcripto; aft, quemadmodum tetigimus, ifte modus erat tollendi modum intermedie fuperadjectum in fecunda *decif. b. m. Caffarelli*, ubi fub fundamento, quod prædictus heres Jo: Mariæ, tamquam perfruens beneficio Inventarii declaratus fuerit a tunc A.C. Petra, citato etiam. Abbate Ludovico, creditor potius prædictæ hereditatis Jo: Mariæ in fcut. 700. occafione redditæ per ipfum rationis prædictæ hereditatis, præfervandus idcirco efset idem heres ab omni exfequutione Mandati, ut latius legebatur in fecunda *Decifione diei 16. Martii 1711. cor. eodem b. m. Caffarello* ubi traditæ *cor. Eo* in altera *Romana redditionis rationis 16. Junii 1710. §. Parum obftat*, *& §. Quare cum refiduum*, referebantur conclufiones, ceteroquin etiam de per fe indubitabiles, nempe quod heres beneficiatus, reddita per eum fufficienti ratione non debet in proprio condemnari.

Ratio igitur refiliendi a prædicta in noftro cafu propofitione, & refpective modo, verfata fuit in eo, quod A. C. Petra nullatenus judicium protulit fuper fubfiftentia crediti, nec ne heredum Abbatis Ludovici, fuper quo pendebat cognitio *cor. Card. Caprara*, unde cum eadem Caufa pendens *cor. Caprara* non fuifset de eo tempore terminata, recte idem *A.C. Petra* in Sententia diftributa per heredem Jo: Mariæ in veteri propofitione fub *die 16. Martii 1711. Summ. N. unico* declaravit *heredes &c. D. Abbatis Ludovici nullo modo fuiffe, nec effe graduandos &c. inter Creditores q. Jo: Mariæ, donec caufa fuper eorum affueto credito non terminetur*. Verum, quia jam comperta fuit, & canonizata in binis antecedentibus *Decifionibus*, & in præfenti res judicata, unacum Mandato *cl. mem. Card. Caprara* non poterat non graduari D. Comes heres Abbatis Ludovici, & juxta ejus anterioritatem fatisfieri fuper effectibus hereditariis memorati Jo: Mariæ, prout juris eft in hifce concurfibus cefsante effectu, voluntate, & poteftate A.C. Petræ, qui eamdem graduationem fufpendit tantummodo donec, & quoufque ad purificationem cafus, qui hodie jam evenit, agnitionis fcilicet crediti ejufdem D. Comitis,
12 deveniretur, vel ex regula illius argumenti, quod a contrario fenfu deduci valet etiam in Sententiis, per *Text. in l. Pomponius §. Sed, & is in fin. ff. de procur.*, *& in l. fi inter me, & te ff. de except. rei judicat.*, vel ex altera
13 dictionis fufpenfivæ *donec* in oppofito cafu refolutæ, de qua *Tobias Nonius conf. 12. n. 14. Cephal. conf. 158. nu. 39. Menoch. conf. 151. num. 40. Surd. conf. 186. num. 15. Hondcd. conf. 6. num. 36. vol. 1. Pacific. de Salvian. interdict. infpect. 4. cap. 1. Rub. in fingul. Rota tom. 2. par. 4. concl. 289. num. 3 Rota in Bononien. attentatorum 3. Julii 1705. §. Maxime cor. R.mo D. meo Molines Decano*.

Et ita &c. Utraque &c.

Romana Fideicommiffi.

Luna 20. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

Filiationis probationes quæ in uno cafu, quæve in altero faciendæ fint præclare, ac docte diftinguitur, & quinque afferuntur diverfi,

cafus

casus, in quibus enucleantur probationes, & argumenta, quæ in eis requiruntur. Expenditur *Papiniani* Responsum relatū in famigerata *l. Miles §. Quod privilegium vers. Defuncto ff. ad l. Jul. adulter., & Stup.*, & quomodo istud sit intelligendum, cui contraponitur alterum non minus celebre, sed magis distinctum, ac præcisum Oraculum *Ulpiani* pariter registratum in *l. Filium 6. ff. de his qui sunt sui, vel alien. Jur.*, & denique referuntur Auctoritates pro intelligentia hujus postremæ legis, & rejiciuntur contrariæ. Testium quo casu, & in quibus circumstantiis stari debeat primo, vel secundo loco dictis.

SUMMARIUM.

1. *Restitutio in integrum tunc conceditur, ubi vacillat Justitia Judicati antecedentis, & constat de læsione.*
2. *Filiationis certitudo nedum difficilis, sed quasi phisice impossibilis reputatur.*
3. *Proindeque recurri oportet ad illas præsumptiones, & argumenta, quæ per æquipollens valeant perstringere Judicis intellectum.*
4. *Filiationis quæstio ubi examinetur ad purum finem decernendi alimenta, quæ nuncupantur provisionalia tantum non solum exuberat præsumptio* l. Miles *sed leviores etiam probationes sufficiunt.*
5. *Si vero agatur de alimentis perpetuis, tunc conjectura, & argumenta debent esse plene concludentia, & attingere perfectum probationis gradum.*
6. *At quoties agatur de ascensu ad successionem, tunc rigidiores omnino exiguntur probationes, quæ filiationem quantum fieri potest in se strictius, & plene convincant.*
7. *Confessio Patris probat filiationem ad effectum succedendi in illius hereditate.*
8. *Limita, si confessio tendere possit in subversionē Constitutionum Apostolicarum super bonis Emphyteuticis, & Ecclesiasticis.*
9. *Quod si autem prætensus filius obtinere contendat bona per tertios possessa, & jure prorsum independenti a prætenso Patre venientes, tunc in gradu quodammodo superlativo exiguntur probationes*, & nu. 31.
10. *Nec sufficit ultra tractatus qualibet confessio etiam asserti Patris.*
11. *Femina in defectum masculorum ad successionem admittuntur, si illa post talem defectum substitutæ legantur.*
12. *Nativitas filii a muliere actu Conjugata est manifesta probatio firmandi possessionem filiationis, & trahit ad se omnimodam proprietatem, & certitudinem.*
13. *Quod procedit etiamsi de tempore conceptionis Uxor cum pluribus concubuerit.* Declara nu. 37.
14. *Et hæc ab omnibus nuncupatur fortissima præsumptio etiam ad effectum succedendi tertiis Possessoribus, & Jure proprio venientibus.*
15. *Uxor quoties potuit ex Marito concipere numquam filius ex adulterio susceptus præsumitur.*
16. *Maritus si fuerit carceribus detentus, vel absens, vel aliter impeditus, adhuc per possibile præsumitur habere potuisse congressum cum Uxore ad evitandum crimen adulterii.*
17. *Itaut neganti filiationem necesse sit coarctare prorsus impossibilitatem hujus accessus, & congressus, quodque Maritus nullo modo cum Uxore congredi potuerit.*
18. *Testis deponens de re ad suum Officium spectante plene probat.*
19. *Idemque dicendum est de Teste de facto proprio deponente.*
20. *In ore duorum, vel trium stat omne verbum.*
21. *Ad effugiendam subornationis suspicionem maxime in vilibus, & gregariis Personis facile verificabilem inter duo juramenta statur semper primo dicto Testis, et non secundo.* Declaratur nu. 48., & 49.
22. *Præcipue si retractatio vera non detegatur.*
23. *Ad effectū controvertendi filiationem ejus, qui natus erat in constantia Matrimonii, requiritur quod de eo tempore Adultero ad illam Mulierem pateat accessus.*
24. *Testes de bona fama deponentes etiamsi sint numero pauciores, sunt præferendi in concursu aliorum de mala fama oblaterantium.*
25. *Pro honestate semper est præsumendum.*
26. *Filiatio præsumitur per denominationem factam a Patre in Epistolis, et quod communiter ab aliis reputabatur pro filio.* Limita num. 57.
27. *Alimentatio, educatio, et similia provenientia a Patre fortissimam filiationis probationem constituunt.*
28. *Negativa filiationis, seu possibilis generationis ex parte Patris semper ex suo non facto, ex suo non concubitu certa est.*
29. *Verba prolapsa fervore iracundiæ non sunt attendenda.*
30. *Expenditur dispositio* Text. in l. Filium la 6. ff. de his qui sunt sui, vel alieni Jur. *cujus verba transcribuntur, et afferuntur concordantes*, & num. seqq.
31. *Veritas, et justitia supra omnes Virtutes est.*

32. Fi-

32. *Filius, probata viri impotentia, sive illius absentia, non præsumitur Viri, sed Adulteri*, & num. 33. 34.
35. *Filiatio respectu Mariti non probatur, ubi præter matrimonium nil aliud concurrit.*
36. *Maritus assidue cum Uxore commorans nequit postea non agnoscere filium ex sua Uxore natum.*
37. *Ex tali enim assidua cohabitatione Mariti cum Uxore arguitur, filium ex eis fuisse natum, etiamsi cum aliis Femina concubuerit.*
38. *Quod procedit etiamsi Vir non fuerit assidue cum Uxore commoratus, dummodo tamen per æquippollens non impedito facilis ei potuerit esse, et ad sui libitum accessus ad Uxorem.*
39. *Explicantur contraria Auctoritates, se fundantes in præsumptione* l. Miles.
40. *Exclusa remanet filiatio, quando Maritus est carceratus, vel aliquo modo sub justitia detentus.*
41. *Si maritus raro adeat Uxorem, non per hoc præsumitur, filium natum fuisse ejusdem Mariti, cum ad hunc effectum requiratur assidua cohabitatio.*
42. *Officiali, quando deponit de re probibita Officio suo, non creditur, nisi insimul verificet interventum scientia, sive consensus.*
43. *Testes soli in dicto sive singulares nullam fidem promerentur.*
44. *Testis veritati contradicens circa differentiam temporis, et anni dicitur mendax et propterea non attendendus.*
45. *Quando vis tota stat in tempore, illud præcise, et concludenter probandum est.*
46. *Copula numquam commissa præsumitur in præsentia, & conspectu aliorum.*
47. *Testi inverisimilia deponenti non creditur.*
48. *Testium dictis non primo, sed secundo standum est, quando Testes secundo loco non destruunt, sed declarant primum dictum.*
49. *Maxime, si secunda testificatio exarata formiter dignoscitur, prima vero facta sit extrajudicialiter, & ad perpetuam.*
50. *Sequens alterius fidem extinsatur, si is ab eodem fidente fide dignus reputatus sit.*
51. *Oblivio præsumitur post lapsum decennii.*
52. *Error tendens ad manifestationem veritatis potest detegi, declarari, & emendari semper, & omni tempore.*
53. *Error, seu æquivocum firmius demonstratur, quando errandi causa adducitur, & verificatur.*
54. *Secunda testificationi statur, & non prima quoties secunda magis est adminiculata, quam prima.*
55. *Fortior probatio in Judicio sæper prava let.*
56. *Evidentia facti, & ocularis ipsa inspectio superat omne genus probationum.*
58. *Attestatio Sacerdotis, & Parochi in materia cohabitationis, & Animarum, & negativã coarctans est omnibus præferenda.*
59. *Melior explanatio, & declaratio tractatuum, & rerum gestarum exoptari nequit, quam ea, quæ provenit ab eodem prætenso tractante.*
60. *Confessio facta per pretensum Patrem, & maxime morti jam proximũ, aliquem non esse suum filium, sed ex Matre adultera ortum, adulterinam filiationem probat.*
61. *De natura subscriptionis est, ut vel expresse, vel tacite includat, repetat, & affirmet, quod est extensum, atque contentum in scriptura subscripta.*
62. *Instrumentum confessionis dotis recepta licet contra se habeat Juris repugnantiam, tamẽ fortiter adminiculatur, quoties præcessit documentum Constitutionis, & promissionis ejusdem dotis.*
63. *Res judicata tamdiu approbata pacifice, & scienter, rumpi non meretur.*

DECIS DLXXXIV.

Papiniani Responsum insertum in *libro singularium de Adulter.*, & relatum in famigerata *l. Miles* §. *Quod privilegium versic. Defuncto ff. ad l. Juliam de Adulter., & Stup.* sub illis substantialibus, & succo plenis verbis ab hoc acutissimi Ingenii Viro occasione repellendi dilationem a Muliere Adultera efflagitatam differtis, ut ibi = *Defuncto Marito Adultera Rea Mulier postulatur, quæ propter impuberem filium vult dilationem ab Accusatore impetrare; Respondi non videtur mihi confugere ea ad justam defensionem, quæ ætatem filii prætendit ad eludendam legitimam accusationem*, sub ea ratione, *nam non utiq; crimen adulterii, quod Mulieri objicitur, Infanti præjudicat. CUM POSSIT ET ILLA ADULTERA ESSE, & impubes defunctum Patrem habuisse* = Non minus successive præbuit ansam Scribentibus inferendi, quod ille qui nascitur in constantia Matrimonii præsumatur in dubio filius Mariti, & non Adulteri, sed & Philippo Innocentio, alias Angelino post triginta, & plurium annorum decursum injecit animum aspirandi ad successionem fideicommissariam Victoriæ Francipanæ; non obstante quod interim pacifice defuncto Æmilio prætenso ejus patre, eadem bona Testatricis detinerentur ex hujus ordinatione Testamentaria a Flavia Nepte prænominatæ Testatricis, sed procedente *de Voto Sac. Auditorii R. P. D. meo Aldrovando tunc eximio Prælato ab A.C. deputato*, postea-

ſteaque *Emerito Noſtri Ordinis Auditore* Angelinus ſuccubuit, uti conſtat ex conſequutiva *Deciſione diei* 18. *Junii* 1700. *edita cor. Rmo D. meo Molines Decano*, ut moris eſt de natura ſimilium commiſſionum de *Voto Rotæ* effectu ultra aſuetum numerũ quatuor Correſponſalium Ponente, & Votante.

Ab inde citra conquievit uſque ad nuperrima tempora Angelinus, quando interim fato cedente prædicta Flavia quadraginta annorum, & ultra poſſeditrice *Mihi* ex inopinato noviter transferri, ſeu delegari Cauſam reportavit, ſed exorta ſubito difficultate circa modum procedendi poſt effluxum tanti temporis, & Signatura Reſcribente *ad Rotam prout de jure*; Ego ſic redacto negocio ad ordinarium curſum Rotalem ideoque remanſus ſimpliciter Ponens dedi dubium poſt tantam intercapedinem aſſuetum = *An conſtaret de re judicata, ſeu potius de cauſis reſtitutionis in integrum*. Cui *Domini* mature denuo rimata, & ſedulo introſpecta tota facti, & controverſiæ Maſſa, unanimi ſuffragiorum conſenſu reſponderunt = *Conſtare de re judicata*.

Non enim exiſtimarunt, poſſe ullo modo ſuccurrere Angelino per viam ſecundæ partis dubii alternantis, nempe cum conceſſione reſtitutionis in integrum, quoniam reputarunt, caſum verſari potius in omnibus ſuis circumſtantiis in ſuppoſitione, & diſpoſitione alterius *Textus in l. filium ff. qui ſunt ſui, vel alien. jur.*, quam in generica abſtractaque præſumptione præfatæ *l. Miles ff. de Adul.* Unde ceſſante prorſus in concreto quolibet gravamine, & Injuſtitia præteriri Judicati coram prælaudato *Rmo D. meo Molines Decano*, nequibat ulla impartiri in integrum reſtitutio, quæ ſolum conceditur,
2 ubi vacillat Juſtitia Judicati antecedentis, & conſtito de ejus Injuſtitia, reſultat illa læſio, quæ ad conſulendum Indemnitati ſuccumbentis viam aperit prædictæ reſtitutioni in integrum, ut quotidie habetur, & ſignanter per *Text. in cap.* 1. ibique *Abb. n.* 1. *de reſtit. in integr.*, *Barth. in l.* 1. *num.* 8., & 9. *C. ſi adverſus rem judicatam*, *Ridolphin. in prax. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 449., & *ſeqq. Rot. in Romana Domus* 16. *Junii* 1690. §. *Mandatum quippe cor. Rmo meo Molines*, & *in Romana Fideicommiſſi de Avila ſuper reſtitutione in integrum* §. *Reſpectu autem* 15. *Maji* 1711. *cor. R. P. D. meo Lancetta*, cum ceteris relatis in *Romana Dotis* 20. *Novembris* 1711. §. *Jam enim cor. me*.

Pro faciliori autem dilucidatione materiæ, & ſucceſſiva applicatione theſis ad hypotheſim plures *Domini* regulas præmittendas eſſe cenſuerunt; cum enim nedum difficilis,
2 ſed quaſi phiſice impoſſibilis reputetur perfecta certitudo filiationis ab hac, vel illa determinata perſona, juxta illud Homeri,

Ex illo natum Mater me dicit, at ipſe
Neſcio; Nam certum quis poſſit ferre Parentem.

proindeque neceſſe reddatur omnino recurrere ad illa approximantia genera probationum, quæ haberi poſſunt, & reſpective reflectere ad illas conjecturas, ad illas præſumptiones, & argumenta, quæ valeant per æquippollens perſtringere Judicis intel-
3 lectum, ſecundum ea, quæ ſerio ponderantes monuerunt *Bald. in l. non poſſunt nu.* 6. *ff. de l.* & *in l. ut vim num.* 9. *verſ. Modo de juſt.* & *jur. Menoch. de arbitr. judic. in Proœmio ſub num.* 4., & 5., *Mantic. de tacit. lib.* 1. *tit.* 15. *ſub n.* 19., *Manſ. conſult.* 130. *n.* 8. *tom* 2., *Rot. dec.* 818. *n.* 25. *p.* 18. *tom.* 2. *rec.*

Ad hunc itaque obtutum ſeparantes *Domini* caſum a caſu, & diſtinguentes effectũ ab effectu pro prima regula propoſuerunt, quod ubi quæſtio filiationis ſimpliciter examinetur ad purum finem decernendi alimenta, quæ nuncupantur tantummodo proviſionalia, ſive ad tempus favore Titii prætendentis, eſſe filium Mævii, idque ſuper bonis ejuſdem Mævii, & eo caſu non ſolum exuberet præſumptio derivans ab intellectu prædictæ *l. Miles*, ſed quod leviores probationes, con-
4 jecturæ, vel tractatus proculdubio ſufficiant, concors eſt ſententia eorumdem ſcribentiũ, ſicuti videre eſt penes *Bald. in l. eam quam ſub nu.* 8. *C. de fideicomm.*, *Natt. conſ.* 423. *num.* 6., *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 112. *num.* 12. *cum plur. ſeqq. Covar. pract. quæſt. cap.* 6. *num.* 8., *Rot. cor. Buratt. dec.* 7, 6. *num.* 4. & *in rec. dec.* 289. *num.* 1. *par.* 1. *dec.* 430. *num.* 20. *par.* 5. *dec.* 151. *nu.* 27. & 28. *par.* 18. *tom.* 1. *dec.* 100. *num.* 2., & *dec.* 212. *n.* 2. & 3., & *dec.* 544. *n.* 1. *p.* 19.

Quando vero (ceteroquin non exeundo ſpheram ſimplicium alimentorum) peragitur de alimentis non amplius proviſionalibus, ſed perpetuis, tunc probationes, conjecturæ, adminicula, argumenta, & demonſtrationes nequaquam debent eſſe tam leves, ſed aſſumere pro ſecunda regula gradum in ſuo genere perfectum probationis, unde ſaltem omnibus ſimul junctis parum ambigat Judex, quod Titius pluſquam probabiliter, ſeu moraliter ſit filius Mævii, prout diſtin-
5 guendo inter primum caſum, & hunc ſecundum animadverterunt *Bartol. in l. non ignorat C. qui accuſ. non poſſ. Abbas in cap. pervenit* ubi *Dec. num.* 4. *qui filii ſint legitimi Covar. de Sponſal. par.* 2. *caſ.* 8. §. 3. *n.* 6., *Ab-*

6., *Alciat. de præsumpt. reg. præsumpt.* 38. *num.* 6., *Surd. de aliment. quæst.* 12. *nu.* 11. & sic distinguendo tenuit *Rot. dec.* 289. *n.* 1. *par.* 2. *rec. dec.* 167. *num.* 1., *&* 2. *par.* 8. *dec.* 43. *num.* 1. *&* 2. *par.* 17. *dec.* 151. *n.* 27. *ad* 28. *par.* 18 *dec.* 100. *nu.* 2. *dec.* 144. *nu.* 1. *par.* 19., *& in Romana Filiationis super bono jure* 8. *Aprilis* 1707. §. *Siquidem cor. Rmo Omanna Episcopo Giennen.*, *&* 21. *Novembris* 1710. §. *Quoniam cor. R. P. D. meo Aldrovando.*

Ast quoties a linea alimentorum etiam perpetuorum transitus fieri occurrat ad alium importantiorem ascensum successionis, quæ secum trahat perpetuã acquisitionem proprietatis, & dominii, tunc profecto rigidiores omnino exiguntur probationes, quæ filiationẽ quantum fieri potest, in se strictius,
6 & plene convincant, atque concludant. Teste pariter in his diversis, & durioribus terminis ex *Textu in l. si quis a liberis* §. *Si vel parens*, *& l. si neget ff. de lib. agnoscen.*, *Bald. in d. l. eam quam sub nu.* 8. *vers. Dic. pro solut. C. de fideicomm.*, *& cons.* 180. *sub num.* 3. *vers. Præterea lib.* 3. *Gabriel. cons.* 21. *sub nu.* 44. *vers. Tamen*, *& nu.* 45. *vers. Credo igitur lib.* 1. *Roland. cons.* 22. *num.* 30. *lib.* 3. *Bursatt. cons.* 384. *sub n.* 18. *vers. Secundo dicitur*, *Rot. post Zacch. quæst. medic. legal. dec.* 90. *num.* 4., *& cor. Celso dec.* 334. *nu.* 9. *in rec. dec.* 289. *nu.* 1. *par.* 1. *& dec.* 164. *sub nu.* 9. *versic. Atque hæc par.* 3. *dec.* 114. *nu.* 19. *par.* 6. *dec.* 214. *num.* 1. *par.* 10., *& dec.* 347. *num.* 32., *et* 33. *par.* 12. *& dec.* 388. *num.* 11., *et* 12. *par.* 13.

Neque hic, retento eodem themate successionis, desinit Amaritudo, quia pro quarta regula ad alteram distinctionem Juta, & *Doctores* nostri opportune descendunt, nimirũ, quod si controversia versatur super successione illius, cujus respectu prætenditur filiatio, & in hac hypothesi desideretur quidem præmissus probationum modus, undique perstringens, ne prejudicetur quandoq; famæ ipsius defuncti, quandoque æstimationi familiæ, quandoque ceteris aliis, qui remoto prætenso filio succederent in eisdem bonis Mævii: Verum nihilominus admittantur ea genera probationum etsi concludentia, quæ locum non haberẽt in sequenti distinctionis membro, ut est E. G. si adsit confessio Mævii prætensi Patris, quia tunc si super ejus bonis, & de ejus libera successione tra-
7 ctetur, confessio, quæ sive expressa, sive necessario resultans retinet regulariter suam naturam æquiparationis publico Instrumẽto, & rei judicatæ, tunc ea probet filiationem Titii contra bona, & hereditatem Mævii cofitentis, ex collectis per *Menoch. de præsumpt. præsumpt.* 53. *num.* 23. *lib.* 6. *de arbitr. cas.* 89. *n.* 72. *Paleott. de not., et spur. cap.* 22. *in fine Gratian. discept. for. cap.* 562. *num.* 78., *Rot. cor. Bich. dec.* 101. *num.* 9., *et in rec. dec.* 317. *num.* 18. *par.* 9., *et dec.* 388. *num.* 11. *par.* 13. Nisi tamen eædem probationes, & eadem confessio tendere possent in subversionẽ legis, nimirum Con-
8 stitutionum Apostolicarum super bonis emphyteuticis, & Ecclesiasticis cum similibus, ut præ ceteris advertit *d. dec.* 317. *num.* 18. *par.* 9. *rec.*

Quintam igitur, & prorsus inconcussam regulam sibi sternit, ac statuit alter profecto durior casus, & omnibus hucusque præmissis, ut ita dicamus, crudelior effectus, nempe quando Titius obtinere, & evellere satagat tamquam filius Mævii bona, & successiones delapsa, atque possessa per Tertios ex persona propria, & jure prorsus independente ab ipso Mævio prætenso Patre venientes, tunc etenim non omnes, & solæ probationes licet admodum perstringentes, quæ sat essent in proximo, & præcedenti casu, sufficerent in hoc quinto, non enim simplices, quamvis certi tractatus, non positivæ confessiones ipsius Mævii prætensi Patris, qui non potest præjudicare post se vocatis, jure, ut diximus proprio, & independenti recipe-rentur, sed probationes perfectissimę, & omnino concludentissimæ desiderantur in gra-
9 du quodammodo superlativo, secundum in hac præcisa suppositione perpensa per *Fermosin. de probat. cap.* 10. *quæst.* 2. *num.* 12. *& seqq. tom.* 1. *Socc. Jun. cons.* 86. *sive per tot.*, & precipue *nu.* 43., *et* 44. *lib.* 2., *Spad. cons.* 251. *num.* 6. *tom.* 2. *Roland. cons.* 49. *num.* 48. *lib.* 4., *Alciat. respons.* 201. *n.* 58. *Riminald. Jun. cons.* 329. *num.* 64. *a Ponte cons.* 3. *sub nu.* 41. *volum.* 2., *Cravett. cons.* 981. *num.* 9. *vers. Et in universam*, *et cons.* 896. *num.* 28., *Eugen. consil.* 26. *num.* 11. *vol.* 2., *Rot. cor. Zarat. dec.* 73. *n.* 1., *et seqq. dec.* 214. *num.* 1., *et seqq. par.* 10. *dec.* 347. *num.* 13. *par.* 12., *et dec.* 535. *num.* 7. *par.* 14. Et quod ultra tractatus, quælibet con-
10 fessio etiam asserti Patris nihil faciat in his terminis, prosequitur *Jason. cons.* 89. *nu.* 2. *vers. dico quod ista assertio*, *et cons.* 206. *lib.* 2. *num.* 1. *Surd. cons.* 552. *nu.* 21. *Rot. dec.* 164. *num.* 8. *par.* 3. *rec. dicta dec.* 535. *sub nu.* 24. *par.* 4., & plurimis collectis optime prosequitur in proposito *d. dec.* 90. *sub num.* 10. *post Zacchiam.*

Atque ex his applicando ad rem nostram indubitatum erat in facto, quod Victoria Francipana Testatrix in casu, quo non exsisterent amplius

amplius Masculi ab ea invitati ad sibi succedendum, subjunxerat atque injunxerat, *e non v'essendo mascbj, voglio succedano le femine nel medesimo modo*. Quamobrem cum Masculus novissimus a Victoria honoratus foret Æmilius, certe quoties is absque filiis Masculis objisset, penitus independenter ab eodem Æmilio filio, sive ultimo masculo purificabatur, prout de facto per pacificam adeptionem possessionis purificata fuit substitutio favore Flaviæ feminæ primogenitæ Matris D. Hieronymi Columnæ legitimi hodie bonorum, de quibus agitur, possessoris, ut passim contingit, quando defectis Mascu-
11 lis, leguntur litteraliter feminæ substitutæ, ut firmat *Dec. cons.* 40. *nu.* 32. *lib.* 1., *Menoch. cons.* 359. *num.* 10., *et cons.* 585. *num.* 35. *Socc. Sen. cons.* 76. *num.* 107. *lib.* 1. *Peregr. de fideicomm. art.* 27. *num.* 13. *Fusarius de substit. quæst.* 379. *num.* 29. *Card. de Luc. in summa fideicomm. nu.* 264., *Rot. cor. Emer. Jun. dec.* 1262. *nu.* 2. *tom.* 3.

Jactoque proinde hujusmodi fundamento incontrovertibili, præmissisque regulis ante oculos semper retentis, remanebat disquirendum, an Philippus adduceret illam quintam speciem probationum in gradu superlativo, de qua supra meminimus, & maxime veniens tam sero, scilicet post fere 50. annorum decursum, & totale silentium a principio post ejus ortum, & respective obitum Æmilii asserti ejus Patris per 30., & ultra annos, & sane tota series earumdem probationum, super quibus acriter insistebant ejus Defensores, versabatur in primordio illius fortis præsumptionis ab initio tactæ secundum Responsum *Papiniani* in prædicta *l. Miles* §. *Quod privilegium vers. Defuncto ff. ad l. Juliam de adulter.* cui adhæsive perspicue demonstrabatur *in Summ. ejusdem Philippi nu.* 3., quod Æmilius prætensus ejus Pater, & Genitor contraxerat validũ undequaque matrimoniũ cum Euphrasia, quodque tamquam natus durante hujusmodi Conjugio ab eodem Æmilio, ipsaque Euphrasia, apparebat prædictus filius Innocentius sive Philippus ex fide baptismatis *d. Summ. nu.* 5. Quare non videbatur, quodammodo ulterius exoptandũ, dum sola nativitas a Muliere actu conjugata, vel est præsumptio Juris, & de Jure, vel in omnem casum reputa-
12 tur adeo evidens, & manifesta, ut ipsa sola perimat, & quasi superet omnes contrarias præsumptiones, atque emendicatas probationes, & inserviat nedum pro firmanda quasi possessione filiationis, sed etiam trabat ad se omnimodam proprietatem, & certitudinem ex *Paris. cons.* 10. *nu.* 2., *& consil.* 13 *col.* 1. *lib.* 2., *Poleott. de not.*, *& spur. cap.* 19., *& Menoch. de arbitr. judic. cas.* 89. *nu.* 19. *vers. qua sane conjectura lib.* 2. *cent.* 1. *Sperell. dec.* 174. *a n.* 51. *cum plurib. seqq.*

Robustius, quia de facto adeo vehementem hanc probationem, seu præsumptionem subcensuit *Bartol. in dicta l. Miles* §. *Quod privilegium vers. Defuncto ff. ad l. Jul. de adulter.*, ut eam credat vim, & efficaciam quoque fortiri quantumvis, ut ipse exemplificat, comprobaretur in oppositum, eamdem
13 Uxorem, seu Mulierem cum decem Scholaribus tempore conceptionis concubuisse, quod & amplexati sunt *Cynus*, *& Alberic. in l. si Vicinis num.* 3. *C. de nupt. Vasquez. controv. illustr. quæst.* 48. *num.* 21. *lib.* 1., *Valens. consf.* 169. *num.* 98., *Menoch. de arbitr. d. cas.* 89. *num.* 20. *& seqq. lib.* 2. *centur.* 1. & supradictus *Sperellus dec.* 174. *num.* 5., *& 48. cum seqq.* Quin etiam hanc eamdem solam præsumptionem satis esse, immo exu-
14 berare etiam in prædicto quinto casu, ni mirum succedendi in fideicommissis, extenderunt idem *Alberic. in l. non ignorat. Cod. qui accusar. non possint*, *Ruin. cons.* 143. *nu.* 23. *lib.* 5., *Alciat. regul.* 3. *præsumpt.* 46.

Absque eo, quod (in sensu Philippi) valeret obesse ad quomodolibet enervandam prædictam præsumptionem Juris, & universam concomitantem cohortem Scribentium, cum ea ambulantium, quod undique liqueret, Æmilium de tempore conceptionis Philippi, sive Angelini exsistere detentum in Carceribus Urbis, quoniam præmissa in primis illa propositione, quod in hac materia magis præsumendum veniat pro honesto quomodolibet possibili, quam pro inhonesto, nedum mere possibili, sed etiam magis verisimili ex ea juridica, & civili congruentia
15 circumamicta cum pietate Christiana semper custodienda, ut recte præ ceteris animadvertit *Arias de Mesa lib.* 3. *variar. c.* 39. *num.* 18. ibi = *quoties Uxor potuit ex Marito concipere numquam filius ex Adulterio susceptus præsumitur*, & unanimiter de cetero conveniunt *Menoch. de arbitr. judic. in sæpe citato casu* 89. *num.* 22. *lib.* 2. *cent.* 1., *Rocc. disput. jur. cap.* 43. *num.* 24., *Rot. cor. Coccino dec.* 7. *num.* 1. *cor. Cerro dec.* 672. *n.* 4. *& cor. Ubaldo dec.* 235. *num.* 10.

Hinc ad excludendum præfatum possibile honestum, parum consequtive solet officere absentia, vel carceratio Mariti, aut quodvis aliud impedimentum cohabitationem præpediens, dato quippe eodem possibili honesto, quod Maritus non obstante materiali, & accidentali separatione habitationis, & contubernii ex causa absentiæ, carceratio-

nis,

nis, vel alterius impedimenti adhuc per possibile congressum habere potuerit cum Uxo-
16 re, minime tunc curatur de hac separata cohabitatione, de hoc accidentali impedimento, quodque filius in Domo, vel extra Domum Mariti nascatur, ex his, quæ plena manu habentur post *Andr. Sicul. consil. 58. lib. 2., Dec. cons. 657. sub num. 1., Decian. cons. 1. nu. 18. lib. 3., Peregr. cons. 16. vers. sic etiam si Uxor habitaret seorsim a Marito Paleot. de noth., & spur. cap. 24. n. 1., Mascard. de probat. concl. 788. num. 9., Sperell. d. dec. 174. sub n. 14. vers. dicens, & n. 48., & Rot. dec. 135. n. 8. cum seq. par. 2. divers.*

Quinimmo ad efficacius stabiliendam, firmandamque præsumptionem filiationis in nato, constante Matrimonio, & ad magis magisq; evincendam in hoc casu sufficientiam possibilis accessus Mariti ad Uxorem, vel Uxoris ad Maritum DD. postremo concludere videntur, quod a contrario ex parte negantis filiationem necesse sit coarctare prorsus
17 impossibilitatẽ hujus accessus, & congressus, itaut Maritus nullo modo cum Uxore congredi potuerit, uti docet, & profitetur *Philippus Decius cons. 617. nu. 3.* ibi = *nisi probatio negative concludat necessario in oppositum, Peregr. cons. 65. num. 3.* ibi = *Nisi per impossibilitatem facti, aut natura Maritus in tempore conceptionis cum Uxore coire non potuerit lib. 4.*, & magis præcise idem *Decius lib. 5. cons. 16. sub num. 3.* ubi etiam addit: *Duo necessaria probanda sunt: Primo, quod tempore conceptionis Maritus non poterat cum Uxore commisceri: Secundo, quod de eo tempore adultero ad illam patebat accessus*, & infra *sub num. 9.* ibi = *Necessaria est probatio, quæ liquido, & constanter tollat presumptionem ex facto matrimonii causatam, & hoc fieri non potest, nisi per causas de facto removentes possibilitatem generandi* sequitur *Palleot. de noth., & spur. c. 24. n. 2. vers. ideoq; & n. 3. Petr. de fideic. q. 11. n. 361. & seqq. Sperell. dicta dec. 174. sub n. 14., & Rota dec. 135. num. 9.* ibi = *Partum quamdiu possibile est nasci ex matrimonio, legitimum esse, & ex eo natum præsumi par. 2. divers.*, & in terminis absentis *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 6. glos. 2. par. 4. num. 16.* ubi testatur, ita fuisse decisum per Senatum, & hæc addit. *Inde fit, non dari pro sufficienti eam absentiam, quæ non est talis, quod impossibilitet accessum, & Rot. dec. 151. p. 13. rec.*, ubi agebatur de Uxore existente Romæ, & Viro in Civitate Vetula.

Tantum vero aberat, quod de hac physica impossibilitate congressus Æmilii Mariti cum Euphrasia Uxore, coarctata præberetur ulla justificatio, ut ex opposito Philippus effective justificaret nedum adventum Euphrasiæ ad Urbem tempore præciso conceptionis, videlicet de Mense Martii anni *1666. Summario ejusdem Angelini Num. 32.* verum etiam comprobaverit ingressum positivum intra Carceres ipsos, in quibus detinebatur Æmilius, & qui tunc erant laxiores, ut dicitur *al passeggio, ed alla larga*, id enim præcise atque sub juramento deponebat, sequutum fuisse eodem Mense Martii, immo sub die felicissimæ recordationis Sanctissimæ scilicet Annunciationis Beatissimæ Mariæ Virginis ipsemet Carcerum Custos, qui Euphrasiam introduxerat *con licenza di Monsignor Governatore di Roma, e Cristoforo Mordente Capitano delle Carceri* superaddens *col quale*, idest Æmilio, *stiede, e dimorò tre giorni nella sua stanza, e sempre stettero assieme*, ac propterea cum nedum pro parte opponentis minime coarctaretur impossibilitas hujus congressus, sed e converso de tã diuturna mora testificaretur ipsemet Custos, & introductor, quid ultra erat expetendum, dum eidem Custodi tamquam de re spectante ad suum Officium, & de facto proprio deponenti cum tot, & tantis
18 circumstantiis fides procul dubio denegari non posset, per ea, quæ de Teste deponente de re officii sui dixerunt *Ruin. cons. 56. num. 5. lib. 1., Mandell. cons. 310. num. 39. Gabriel. de Testib. concl. 1. num. 19., Menob. de arbitr. judic. casu 99. num. 3., Tiraquell. de retract. lignager. §. 8. glos. 9. num. 10. & 11., Grat. discept. for. cap. 626. n. 8. c. 653. num. 6., & cap. 697. num. 13., Rot. coram Dunozett. Jun. dec. 376. num. 5., et in rec. dec. 98. num. 26. par. 19., et in meis addit. ad dec. 96. n. 104. inter novissime in Urbe im-*
19 *press. cor. Me.* Et de facto proprio concordant *Castrens. in l. quicumque C. de ser. fug. Soccin. Jun. cons. 31. num. 33. lib. 2., Dec. cons. 93. nu. 2. lib. 1., Tiraquell. de retract. §. 1. glos. 14. n. 47., Vasquez. contr. illustr. cap 34. n. 2., Gratian. discept. for. cap. 626. num. 7., Rot. cor. Buratto dec. 775. num. 5. et 6., Adden. ad Ludovis. dec. 351. num. 50. et in rec. dec. 272. num. 3. par. 2. et dec. 56. num. 2. par. 15.*

Evidentius autem, quia delato pariter sibi Juramento, idipsum testificabatur Uxor ejusdem Custodis percutientis adamussim idem semper recordabile tempus Annunciationis Deiparæ, & præbens optimam scientiæ causam, nempe quod de facto ipsa *dalle finestre* tunc alloquebatur cum Æmilio carcerato, ejusque Maritus Euphrasiam traducebat ad Carceres ad eumdem Æmilium invisendũ, unde

unde nisi sola fides Mariti Custodis de reliquo contra mox firmata suffecisset, ecce quod præsertim in materia tam favorabili concurrebant duo Testes, in quorum ore
20 *ostat omne verbum* juxta Divinum oraculum, & tradunt *Jason. in l. si quando num. 11. C. unde vi, Farinacc. quæst. 63. num. 2. & 3., Pax Jordan. lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 18. n. 25. & seqq., Grat. discept. for. 551. n. 29., Card. de Luc. de eredit. disc. 33. num. 7. Rot. dec. 309. num. 18. par. 19. rec. dec. 83. n. 25. & dec. 95. num. 24. inter hactenus in Urbe impress. cor. Me, & in Romana Dotis 20. Novembris 1711. §. Utique pariter cor. Me.*

Quin idcirco ullo modo huic possibilitati nedum non exclusæ per Defensores D. Hieronymi, sed positive plusquam probatæ actualitati Congressus Euphrasiæ cum Æmilio adversari per umbram posset subsequura dein illa retractatio facta prioris examinis ab eodem Custode Carcerū, illiusque Uxore, tum quia nemo non scit, quod ad effugiendam subornationis suspicionem, & maxime in vilibus, & gregariis personis facile
21 verificabilem inter hæc duo juramenta statur super primo dicto Testis, & non secundo, ut passim connotarunt post *Innocen., & Hostiens. in cap. preterea de Test. cogen., Cephal. cons. 234. n. 15. lib. 2., Honded. cons. 103. num. 38. lib. 1. Card. de Luc. de Judic. disc. 32. num. 71. & 77., Rot. cor. Buratt. dec. 176. num. 4. ibique Adden. n. 7. dec. 66. num. 4. par. 6.*

Tum etiam, quia hujusmodi retractatio penitus convicta, & ex se ipsa non vera detegebatur ob eamdem causam adductam a se retractantibus, nam prædictus custos, illiusque Conjux errorem temporis, nempe quod accessus Euphrasiæ fuerit de anno 1669., & non 1666. desumere prætendebant ex schedulis occasione præcepti Communionis Eucharistiæ per S. Romanam Ecclesiam Fidelibus suis salubriter injunctæ reportandis, & confrontandis a Parocho ad ita demonstrandum illius implementum in Augustissimo Festo Dominicæ Resurrectionis, & tamen actu eædem schedulæ, de quibus *Summario Philippi Num. 39. litt. C.* percutiebant annum 1665., & 1666., quodque magis est ulterius cum de anno 1666., & non 1669. prædicti Carcerum Custodes inhabitarent intra Parochiam S. Blasii in Insula compellata *Confalonis dicto Summ. Num. 41. & 42.*, & ab ea quidem poterat haberi prospectus ad Carceres, & allocutio cum Carceratis, non autem ab illa S. Nicolai de Incoronatis, in qua de prædicto anno 1669. prædicti Conjuges trahebant incolatum, propterea ensi

quod profligata penitus Causa retractationis, magis roborata remanebat regula, quod
22 standum veniat magis primæ attestationi Juratæ, quam secundæ, secundum in proposito affirmata per *Abbatem in cap. cum in tua num. 10. de Testib., Dec. cons. 175. n. 7. & cons. 189. num. 10., Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 29. n. 7. Jul. Clar. sententiar. jur. §. fin. quæst. 53. vers. Tertius casus est., Menoch. de arbitr. Judic. lib. 2. casu 108. num. 10., Card. de Luc. de judic. disc. 32. num. 71., Rot. dec. 89. n. 11. par. 7. & dec. 53. n. 14. par. 18. tom. 1. rec.*

Ceterum hisce solidis fundamentis constipantibus nedum præsumptionem, sed etiam quodammodo apertam demonstrationem ejusdem præsumptionis, duo ex parte eorumdem Scribentium pro Philippo ex abundanti quodammodo adjungebantur genera probationum, & circumstantiarum, alterum scilicet, quod cum ad normam præcitati
23 Consilii *Philippi Decii 16. sub. nu. 3. lib. 5.* secundario desiderarentur ad effectum controvertendi filiationem ejus, qui natus erat in Constantia Matrimonii, *quod de eo tempore Adultero ad illam Mulierem patebat accessus.*

Utique in casu nostro non solum hoc neutiquam comprobari valebat, sed de omnimoda honestate Euphrasiæ neglecto Testimonio quarumdam vilium personarum, quæ se etiam retractarunt, *ut in Summar. a num. 17. usque ad 24.* positive docebatur ex parte Philippi merito Matrem suam defendentis nimirum, quod non tantum illa erat de civilioribus familiis suæ Patriæ *d. Sum. n. 13.*, sed sibi consanguinitate junctos ostendebat plures Sacerdotali caractere insignitos, & signanter Patruum Archipresbyterum Terræ Tusi ejus communis Patriæ cum Euphrasia, cumque is etiam jure Parochi invigilare obstringeretur Animarum Custodiæ, absonum nimis erat cogitare, quod ante proprios oculos permittere voluisset propriæ Neptis inhonestatem, illiusque adulteria, unde insimul juncta testificatione Priorum, seu Syndicorum ejusdem Terræ Tusi *dicto Summario num. 15.*, ac etiam aliorum plurium, fidem undique promerentium, optimeque Informatorum Testium *Summ. num. 14. & 16.*, profecto hisce tamquam deponen-
24 tibus de bona fama etiamsi fuissent numero pauciores, erat in concursu oblaterantiū de mala deferendum, juxta cumulata, & exornata post *Dec. in cap. dilecti num. 61. de appellat., & Gabriel. de Testib. concl. 4. n. 24. per Rot. cor. Ubaldo dec. 155. n. 9. cor. Mantic. dec. 274. num. 12., & cor. Coccino dec.*

1759. *num.* 7. *dec.* 1790. *num.* 36., *& in rec. dec.* 99. *nu.* 5. *& seqq. par.* 16.; quamobrem exinde certius saltem confovebatur Eu-
25 phrasiæ honestas, pro qua semper est præsumendum, & judicandum, ad *Text. in l. si qua Illustris*, ubi *Cagnol. num.* 5. *C. ad S.C. Orfit. Alberic. in l. filium eum definimus ad fin. ff. qui sunt sui, vel alien. Jur. Rot. dec.* 154 *num.* 5. *par.* 15., *& dec.* 377. *num.* 15. *par.* 19. *tom.* 1. *rec.*

Alterum genus erat, quod ipsemet Æmilius Pater, ceteroquin Nobilis Nobilitate Romana ex parte sua expressissime, ac sæpissime agnoverat Philippum in filium per Epistolas ei conscriptas cum inscriptione *Carissimo figlio*, & subscriptione *Padre, che vi benedice Emilio ec. dicto Summario n.* 8., ultra ea, quæ itidem addunt desuper Testes *dicto Summario num.* 7. 9., *&* 10., declarantes, quod non solum Æmilius Philippum nominabat, & tractabat uti filium, sed talis communiter ab aliis nominabatur, & habebatur per ea, quæ in specie ad communiendam præsumptionem filiationis circa denomina-
26 tionem factam in Epistolis, ait *Bald. in l. nob. Epistolis n.* 2. *C. de probat. Felin. in cap. per tuas num.* 12. *eod. tit. Alexan. conf.* 181. *col.* 1. *et* 2. *vol.* 7. *Mascard. de probat. conc.* 793. *num.* 10. *vol.* 2., & in proposito tractatus, & nominationis filii ab ipso Patre, & ex ceteris *Rot. cor. Ubaldo dec.* 66. *num.* 5., *et dec.* 155. *num.* 4. *cor. Buratto dec.* 725. *n.* 1. *et in Carpentoraten. fideicom.* 12. *Januarii, et* 1. *Julii* 1699. §. *Deficit. coram bon. mem. Emo Caprara.*

Superaccedente quoque infra eamdē lineam tractatus, & nominationis Paternæ potentissima illa circumstantia, & reflexione, quod si per imaginationem Æmilius fuisset certus, quod Philippus non foret ejus filius, quemadmodum certo scire debebat per modum saltem negativum cōgressus cum Uxore durante ejus Carceratione (quæ erat Achilles defensorum D. Hieronymi) quomodo vir, ut diximus Prænobilis permisisset
27 eidem Euphrasiæ eumdem tamquam ejus filium educare, illumque ipsi Æmilio præsentare, quodque plus est, quomodo Philippum penes se retinuisset cum aliis duobus ejus filiis indubitatis multo tempore in Castro Sancti Angeli, negativa quippe filiationis, seu possibilis generationis ex parte Patris semper ex suo non facto, ex suo non concubitu certa est, licet e converso non ita facile possint Parentes respectu Uxoris um-
28 quam obtinere securam certitudinem, ut lepide inquit *Paleot. de not., et spur. cap.* 21. *Menoch. de arbitr. judic. lib.* 2. *cent.* 1. *c.* 89. *nu.* 5. *Zacch. quæst. medic. legal. lib.* 1. *tit.* 5. *q.* 4. *n.* 1. *Sperell. in sæpedict. dec.* 174. *n.* 109.

Haud umquam vero hisce tam claris tractatibus, demonstrationibus, & agnitionibus Paternis contraponi merebatur una, vel plures Epistolæ, quæ dicebantur scriptæ ab Æmilio ipsi Euphrasiæ, necnon Jacobæ ejus Commatri, per quas apparebat, Æmilium eamdem Euphrasiam objurgasse de nimia inhonestate, *ut in Summario ex adverso n.* 18. usque ad dicendum. *Non so se'l Diavolo vi tien li capelli a farvi precipitare con vostro disonore, e vituperio, e mi rincresce di venire a qualche risoluzione per esser stata mia Moglie*, quoniam ultraquod obstupebant summopere prænominati Defensores Philippi, quomodo hæ epistolæ reperirentur in posse Partis adversæ, maxime quando idem Æmilius totum contrarium dixerat de eadem Uxore, *ut Summario Philippi n.* 54.; adhuc tamen simplex ista lectura hujusmodi Epistolarum nihil aliud manifeste continere in substantia videbatur, quam merum animi impetum, & assueta confidentialia jurgia Maritorum cum Uxoribus, juxta illud Poetę

Semper habet lites, alternaq; jurgia Lectum.

ideoque tamquam prolapsa fervore iracundiæ in omnem casum habendæ, præsertim
29 in conflictu omnium præmissorum, erant pro non scriptis, ut respondit *Paulus in l. divortium la* 2. *ff. de divort. et repud. Bartol in l. quidquid de regul. jur. num.* 1. *Barb. in cap. ex litter. quinta num.* 5. *de divortiis Rub. ad dec.* 56. *num.* 152. *par.* 9. *Pax Jordan. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 2. *Rota dec.* 883. *num. fin.* §. *Demum nihil cor. Dunozz. Jun.*

Hæc itaque erant, quæ junctim cum præcitato *Papiniani Responso in dicta l. miles ad l. Jul. de adulter.* acriter promovebatur per Informantes pro Philippo ad finem ostendendi gravamen præcedentis rei judicatæ, sternendique viam expetitæ in integrum restitutioni; verum *Domini* tota negocii colluvie, tota massa facti perspecta, seduloque cribratis *Legum, & Doctorum* sententiis, ac respective definitionibus, nequaquam valuerunt sese abstinere potius a canonizanda in oppositum re judicata; quatenus enim attinebat abstractive ad *Leges*, & *Jura* super hac materia, & controversia disserta, & promulgata, Responso *Papiniani* juxta illius verba a principio registrata potius occasionaliter ad finem excludendi dilationem ab Adultera quæsitam præsupponenti filiationē, quam clare in præcisis facti circumstantiis illam decidenti, contraponebant alterum non minus celebre, sed magis distinctum, ac præcisum *Oraculum* æque insignis Juris-

con-

consulti *Vulpiani* ab eo pariter insertum in
Lib. 9. scripto ad Sabinum, & pro lege trans-
portatum sub rubrica *lib. 1. ff. de his, qui sui
vel alieni jur. sunt sub l.*, quæ incipit *Filium
la 6.*, cujus verba referre non piget, cum
ea aperuerint *Doctoribus* etiam in supposito
30 constantiæ Matrimonii ansam introspicien-
di, trutinandique circumstantias, in quibus
hypothesis ab Judice resolvenda resideat,
ea igitur sunt hæc = *Filium eum definimus,
qui ex Viro, & Uxore ejus nascitur: sed si
fingamus absuisse Maritum* (verbi gratia)
*per decennium, reversum anniculum invenis-
se in domo sua, placet nobis Juliani sententia,
hunc non esse Mariti filium. Non tamen fe-
rendum Julianus ait, eum, qui cum Uxore sua
assidue moratus, nolit filium agnoscere quasi
non suum. sed mihi videtur (quod, & Scæ-
vola probat) si constet, Maritum aliquandiu
cum Uxore non concubuisse infirmitate, vel
alia causa, veluti si ea valetudine Paterfami-
lias fuit, ut generare non posset hunc, qui in
Domo natus est, licet vicinis scientibus filium
non esse*: quem *Textum* non minus expen-
dunt iidem *Doctores*, quam alterum *Papinia-
ni*, ut liquet præ ceteris ex *Bartoli, Baldi,
& Jasonis commentariis in lib. 1., & 48. Di-
gestorum, ex Alciato, & Menoch. in tract. de
præsumpt. Mascard. de probat. Surd. de ali-
ment. Zacch. quæst. Medico legal.* cum aliis
frustra transcribendis.

Eoque magis id necessarium, vel opportunum
videbatur, quia vel attento conflictu utrius-
que *Responsi*, vel agnita præponderantia ex
causa forsan majoris accurationis, & distin-
ctionis illius Responsi prolati per *Vulpianum*
scribentes connotatum reliquerunt, quod
etsi etiam ubi versaremur in quinta specie
casuum, seu differentiarum, quos supra re-
tulimus, ac præmisimus, censura *l. Miles*
possit admodum deservire pro adstruenda
filiatione ad evocanda etiam bona contra
tertios possessores, & omnino indepen-
dentes ab assueto Patre, nihilominus quia
durissima hæc est ultima quinta species, &
Provincia, in qua agens tamquam filius di-
recte tenetur, & plusquam concludenter
probare suam intentionem, sola, & ex se
utique præsumptio *l. Miles* minime sufficiat
tamquam simpliciter potius tendens ad ho-
nestatem, congruentiam, & respectum Ma-
31 trimonii, non vero totaliter firmans, & de-
tegens veritatem, & Justitiam, quæ est su-
pra omnes virtutes, & considerationes, per
ea, quæ in specie, non obstante eadem *l.
Miles* in hac quinta specie ponderavit *Bur-
satt. cons. 88. sub nu. 5. circa medium lib. 1.
Rot. cor. Gregor. dec. 223. num. 2. versic. &
filiatio dec. 73. num. 1. & 2. & dec. 99. n. 1.
cor. Zarat., cor. Ubaldo dec. 161. n. 1. & 3.
& in Bononien. fideicom. de Casareis impress.
apud Mans. consult. 342. num. 36. tom. 4.*

Quamobrem perpendendo *Text. in d. l. Filium*
recte *Vulpianus* obloquens, & ipse in casu
Matrimonii, reflectendum objecit, quod
eodem Matrimonio non obstante, quoties,
ut vidimus, Maritus reperiatur per decen-
nium E. G. absens, & reversus anniculum
inveniat in domo sua, ei placet *Juliani sen-
tentia, hunc non esse Mariti filium*, quemad-
modum pariter respondit etiam in altero ca-
su impedimenti non totali, ac materiali ab-
sentiæ nempe positivæ, sese eidem absentiæ
32 admodū approximante per quamdam æqui-
pollentem moralem impossibilitatem, nimi-
rum si Maritus ea *valetudine fuerit, ut gene-
rare non posset hunc, qui in domo natus est, li-
cet vicinis scientibus filium non esse*, quod &
hosce casus, & consimiles connumerando
profitentur *Purpurat. cons. 302. in fin. Paris.
cons. 10. num. 36. lib. 2., & cons. 29. eodem
volum. Mascard. de probat. concl. 788. num.
40. Rot. cor. Ubaldo dec. 235. n. 9. cor. Merl.
dec. 716. num. 2. & cor. Buratt. decis. 725.
num. 25. & in rec. dec. 347. num. 3., & 4.*
33 & in specie de Marito inabili ob ægretudi-
nem *Gozzadin. cons. 13. num. 45. Roland.
cons. 32. n. 32. vol. 3. Giovagnon. cons. 6. n. 45.
lib. 1. Socc. Sen. cons. 65. nu. 2. vol. 3. Socc.
Jun. cons. 86. nu. 45. vers. quinimmo lib. 2.
Mascard. de probat. d. concl. 788. a num. 41.
ad 44. Surd. dec. 83. num. 20.*, & in terminis
34 viri absentis de tempore conceptionis fir-
mat *Peregr. cons. 16. nu. 1. lib. 5. Mascard.
de probat. d. concl. 788. sub eodem num. 40.
& Rot. cor. Zarat. dec. 73. sub num. 28., &
in rec. dec. 409. num. 25. & 26. par. 5. tom.*
1., itaut minime sufficiat (quidquid abstra-
ctive nonnulli superius allegati existimave-
rint) quoddam, ut ita dicamus possibile chi-
mericum junctum cum Matrimonio, sed re
vera requiratur possibile prudentialiter, mo-
raliter, vel naturaliter, Teste *Decian. respons.
primo num. 125. lib. 3. Surd. cons. 1. nu. 55.
a Ponte cons. 3. num. 36. tom. 2. Castr. cons.
115. sub num. 3. lib. 1. Angel. de confess. lib.
2. quæst. 7. num. 65. Rot. cor. Merlin. dec.
488. num. 19., & cor. Buratto decis. 725.
num. 21. et 22.*

Hinc rationabiliter admisit e contra *Vulpianus*
medium, qui dari valet, casum, quando
Maritus *assidue* cum Uxore sua commoratus
fuerit, in casu etenim hujus assiduæ commo-
rationis negate, ex eadem *Juliani* sententia,
35 Maritum posse natum ex Uxore sua postea
non agnoscere in filium, ut ibi *non tamen fe-
ren-*

rendum, ait *Julianus*, *eumque qui cum Uxore sua*
35 *assidue moratus nolit filium agnoscere quasi non suum*, unde pariter ubi intercedebat hæc *assidua* conversatio, seu commoratio Mariti cum Uxore, & non alias inter cetera ulteriora requisita cũ Vulpiano postea reepilogando convenit Magister *Bartolus* = ibi = *Et nota practicam, ex hac lege qualiter probetur filiatio. Primo, quod inter Titium, et Sejam fuit contractum Matrimonium legitime, et quod isti erant habiles ad Matrimonium contrahendum; Item, quod Titius, et Seja ut Vir, et Uxor insimul habitabant, et sic ad invicem se tractabant* ibi = *assidue etc. et quod talis eorum filius fuit natus ex d. Seja, et quod dictus filius fuit, et est in quasi possessione filiationis, et quod dicti Titius, et Seja eum tractaverunt, et tractant, ut filium suum, et ita tenetur, et reputatur ab eis, et ab aliis eum cognoscentibus*, quodque propterea præsumptio *l. Miles* derivans a Matrimonio possit ex quadam honestate suadere quidem filiationem nati ex Muliere Conjugata, sed quod in rei quidditate solum Matrimonium non sit radix, & principium constitutivum filiorum, ast potius hujusmodi constitutivum exsistat cohabitatio Conjugum, ob quam revera naturale nimium, & urgens insurgit argumentum, quod si durante ea cohabitatione, & concubitu oriatur filius, censeatur magis provenire a Marito, etiamsi, ut etiam bene in hoc casu *assidua* comorationis fundabat *Bartolus* comprobaretur, Uxorẽ cum decem scholaribus tempore conceptionis
37 concubuisse, nihilominus quippe data hac *assidua* cohabitatione prævalet in hac concubitorum collusione Maritus, sive præsumptio filiationis ab eo, prout quoque tradiderunt *Menoch. de præs. lib. 6. præs. 53. num. 3. Alexand. cons. 88. num. 8. lib. 7., et cons. 157. num. 2. Alciat. præsumpt. 37. par. 3. Covar. de Sponsal. par. 2. cap. 8. §. 3. nu. 8. Rocc. disput. Jur. select. cap. 43. num. 17. Rot. cor. Merlin. dec. 488. nu. 18. dec. 164. num. 1. par. 3. et dec. 347. nu. 3. cum seqq. par. 12. rec.*

Nec ulterius defuere, qui in gratiam ejusdem præsumptionis in dubio pro Matrimonio militantis adjecerunt, quod quamvis Maritus ad formam *Text. Vulpiani in l. Filium* omnino non fuerit *assidue* moratus cũ Uxore, adhuc sufficiat quodammodo per æqui-
38 pollens saltem, quod eodem Marito ceteroquin non impedito, facilis ei potuerit esse, & ad sui libitum accessus ad Uxorem, per ea, quæ exemplificando præ ceteris dixit *Rot. dec. 43. nu. 7. & 8. in fin. par. 1.* ibi = *cum igitur ex prædictis constet, nec viro, qui prout est in confesso apud Patres, de eo tempore commorabatur Centum Cellis v. g. Civitavecchia, & ideo ratione vicinitatis poterat facillime ad Uxorem accedere, nec aliis prohibitum fuisse eum ipsa concubitum, & dec. 151. num. 14. par. 18. rec.* & prius firmavit *Fontanell. de pact. Nuptial. claus. 6. gloss. 2. par. 4. num. 16. & 17. & Sperell. dec. 174. num. 9. et 65.*

Verumtamen nec etiam hanc præsumptionẽ, sive probationem filiationis resultantem in Marito non impedito, ob ejus ad libitum, & facilẽ accessum *Scribentes, et Tribunalia* receperunt, firmaruntque absolute, & ad omnes effectus ut supra in quinque speciebus discretos, atque distinctos. sed solummodo ad leviores primos præmissos casus & effectus alimentorum, vel successionis, & capacitatis ad beneficia cum similibus; De cetero in suo robore semper a contrario permanente illa durissima quinta specie, quoties nimirum pertractetur de avocandis bonis possessis a Tertiis possessoribus prorsus independentibus, & ex propria persona ad illa eadem bona per eos possessa vocatis; *Sperelius* siquidem rem forsan non om-
39 nino non suam tueri contendens in prædictis *decisionibus 173. et 174.* agit non jam de detrudendo Tertio vocato, sed ad finem simplicis capacitatis assequendi beneficia absque ullius positiva injuria, & præjudicio bursali Justitiæ, *Fontanella* vero *de pact. nuptial. claus. 6. gloss. 2. par. 4. et Rot. dec. 43. par. 17. et dec. 151. par. 18. rec.* nullo pacto ad hos rigidiores terminos descendunt, sed feriunt punctum duntaxat Alimentorum, prout etiam extraneos terminos percutiunt *Peregr. cons. 65. vol. 4. et cons. 16. vol. 5. Dec. cons. 1. lib. 3. Rocc. disput. Jur. cap. 43. Rot. cor. Coec. dec. 7. & dec. 161. cor. Ubaldo dec. 135. par. 2. divers., & in rec. dec. 164., par. 3. dec. 363. par. 5. tom. 1. & dec. 347. par. 12.*, cum aliis qui unquam recenseri possunt.

Prostrato ex his, vel saltem admodum in ipsa medulla Juris extenuato primordio prætensionis Philippi innixo præsumptioni prædictæ *l. Miles* resultanti ex causa, & constantia Matrimonii Æmilii cum Euphrasia, *Domini a* fortiori abundius deflectebant, ut præmisimus, ad totam negocii colluviem, & facti massã, considerando præ ceteris ante omnia, quod non solum supra viginti quatuor annos comprehenso toto tempore ante, & post verificabatur absentia ejusdem Æmilii ab Uxore per mediam intercapedinem, ac materialem separationem usque sexaginta stadiorum, seu milliariorum, sed 1400 plus, est

ponderabant hujusmodi absentiam conjunctam stare cum altero physico impedimento nempe continuæ detentionis Æmilii in Carceribus Urbis, vel in Castro S. Angeli ob grande scelus fratricidii ab eodem Æmilio perpetratum, itaut proculdubio admodum videretur insudandum ad effectum, ut probationes filiationis etiã, ut vidimus, in Constantia Matrimonii, ascenderent ad eum gradum in hac quinta specie fideicommissaria, quæ superarent tantum spatium corporalis distantiæ, & postea rumperent impedimenta Carcerum, & Fortalitii, quan-
40 do ex hoc solo, quod agatur de Marito carcerato vel aliquo modo sub justitia detento, exclusam remanere filiationem, individualiter tradidit *Giovagn. conf. 6. num. 9. & 10. lib. 1. Petr. de fideicomm. quæst. 11. n. 361.* & jam relati in præcedenti *decis. 18. Junii 1700. §. In casu autem cor. R.mo D. meo Molines Decano.*

Dignovere Scribentes pro Philippo amaritudinem, & asperitatem eorum assumpti in solo appodio *l. Miles*, unde secundum ea, quæ superius præmisimus, procurarunt ab extra justificeare, quod & de tempore conceptionis, nempe mensis Martii anni 1666. Euphrasia transmigraverit, seu descenderit ad Urbem a Terra Tusi distante per supradictum intervallum sexagesimi lapidis, & quod ex testimonio Custodis Carcerum, illiusve Conjugis, nedum habuerit ingressum in Carceres, sed commodum inibi commorandi cum Æmilio per triduum: Sed quando hæc omnia transire potuissent etiã sine difficultate, & potius non remanerent palpabiliter interversa ex mox dicendis, non adhuc res pro Philippo ponebatur in tuto saltem ad finem, ut verificarentur ad rigidum finem fideicommissariæ successionis verba *Juliani*, & *Vulpiani*, qui ambo in hoc de cetero non contradicentes *Papiniano* undique cum eisdem æque Classicis Jurisconsultis conciliabili in *d. l. Miles* requiruntur quod Maritus *assidue commoratus sit* cum Uxore, prout nec similis ingressus, & suppositæ cohabitationis per triduum simpliciter contentari visi sunt unacum *Bartolo*, qui inter cetera ut supra requisita *assiduam* desideravit commorationem *in d. l. Filium sub num. 1. vers. item quod Titius Soccin. Jun. conf. 86. num. 40. lib. 2.*, qui præcise loqui-
41 tur in casu prædicto durissimo excludendi alium a successione, & bonorum possessione, & in fortioribus *Mascard. de probat. concl. 788. num. 11.* ubi considerat = *Si Maritus raro adiret Uxorem &c.* & refert *Alciat. in tract. de præs. regul. 3. præsumpt. 37. n. 11.* qui ponderans *Text. in d. l. Filium*, inquit = *Lex considerat, quod Maritus sit assidue versatus cum Uxore.*

Non enim facile existimatur, quod bona debeant avelli a Tertio vocato independenter per pure quidem possibilem, sed non admodum in praxi usu frequentem in tam brevi tempore securitatem generationis, itaut parum diversata femina ad instar Bersabeæ eum viro possit illi nunciare *Concepi*, & concepi ex Te, ex quo in contrarium ejus Vir longe detinebatur in Castris, aliqui etenim ex *Dominis* etiam abstractive nequaquam ad hodiernum effectum fidem de facili dari posse opinabantur, quoad hanc historiam narratam a Testibus valde vilibus, & singularibus tam in ordine ad adventum Euphrasiæ ad Urbem, quam in ordine ad illius ingressum, & commorationem in Carceribus cum obdormitione per triduum; quamtumvis enim Uxores detentorum in Carcere ex benignitate Superiorum habeant quandoque solatium invisendi Viros, non tam facile auditur, ut possint ingredi eorum cubicula, & inibi pernoctare; Quamobrem cum de hac re solum deponerent prædictæ duæ personæ nimium viles, plebejæ, & Mercenariæ quæve etiam ad finem reddendi credibilem eorum attestationem allegabant licentiam Gubernatoris Urbis, & consensũ Capitanei eorumdem Carcerũ, absque eo quod ostenderent hanc licentiã, & hunc consensum, aut de his perhiberent ullam imaginabilem ju-
42 stificationem; profecto credi de jure non poterat ulli etiam Officiali, quando deponit rem prohibitam officio suo, nisi insimul verificaret saltem aliquo modo interventum ejusdem licentiæ, ejusdem consensus, ut bene ad rem *Cyriac. contr. for. 235. nu. 2. Fulgin. de jur. emphyteut. titul. de alienat. quæst. 3. num. 1. Conciol. allegat. 46. num. 10. & 11.*

Quid igitur dicendum, quando ut diximus, hæ prætensæ probationes Philippi sive respicientes accessum Euphrasiæ ad Urbem, sive successivum illius ingressum in Carceres, palpabiliter corruebant, vel radicitus intervertebantur; Quatenus enim pertinebat ad accessum simpliciter ad Urbem, duo tantummodo Testes afferebantur, quive patiebantur omnes legitimas exceptiones, quæ dari possunt in materia Testium, nempe quod fidem simpliciter extrajudicialem retexerunt absque ullo formali examine, & apparerent hæ simplicissimæ attestationes lite pendente emendicatæ; at quod magis erat convincebantur in eorum dicto singulares; Alter enim profitebatur incidisse in Euphrasiam prope Civitatem Tiburis, eam ad Urbem usque

usque associasse; Alter vero dumtaxat illam inspexisse in Urbe seorsim tamen ab
43 alio Teste, proindeque cum ultra ceteros ut supra juridicos defectus essent soli in dicto, sive singulares fidem nequaquam sibi poterant promereri, ex his, quæ passim consarcinari solent penes *Castren. in l. 2. §. Idem labeo n. 2. vers. Si tamen ff. de aqu. pluv. arcend. Farinacc. de Test. quæst. 64. num. 39. Cyriac contr. 478. num. 1. Rot. cor. Coccino dec. 1385. num. 2. dec. 2011. num. 57. & dec. 2341. num. 35., & in rec. dec. 700. n. 33. par. 2. dec. 177. num. 15. par. 5. & dec. 103. num. 26. par. 10. & dec. 579. nu. 24 par. 19. tom. 2.*

Certius autem, quia primus eorumdem duorum Testium præter mox connotatam singularitatem ulterius quoque mendax esse convincebatur in valde considerabili, & essentiali circumstantia, cum enim asserere satageret, sese cum Euphrasia, ut præmisimus a Tibure fuisse profectum in Urbem de anno 1666. ausus est superaddere, quod eo tempore Æmilius *stava nelle Carceri nuove, & aveva la sua stanza da per se, Summ. D. Heronymi nu. 13.* quando ex contraria depositione Testis, & Testis Sacerdotis, de qua *dicto Summ. num. 15.* manifeste constabat, quod *fù provisto di stanza nel fine dell'anno 1668., e prima di detto tempo stava alla larga nella Camera detta di S. Filippo, dove stavano più letti, e più carcerati*, ac propterea quænam fides adhiberi poterat huic Testi, ceteroquin informi, & singulari, dum etiam in re tam substantiali, prout erat differentia temporis, anni scilicet 1668. & 1666.
44 tam manifeste contradicebat veritati, ut in proposito similis mendacii conclamarunt *Gloss. in cap. licet verbo contradicant de probat. Butr. in cap. in nostra n. 5. ibique Abbas num. 3. de Testam. Cephal. cons. 98. num. 3. Rot. cor. Greg. dec. 298. nu. 3. & cor. Bichio dec. 19. nu. 5. & cor. Celso dec. 40. n. 4. & in rec. dec. 311. n. 7. & 8. & dec. 753. nu. 14. par. 18.* quando enim tota vis stat in tem-
45 pore, illud præcise, concludenter, & perfecte probandum est, ut advertit *Jason. cons. 46. num. 27. lib. 3. Purpurat. cons. 498. num. 2. Card. de Luc. de benef. disc. 15. num. 7. Caesar. de Graff. dec. 21. num. 6. de probation., Rota cor. Celso dec. 19. num. 2. & dec. 149. num. 4. par. 4. divers.*

Diximus in re tam substantiali, cum enim aperte convinceretur de hujusmodi tam aperto mendacio respectu temporis anni 1666. duo inevitabiliter sequebantur. Primo quod debilitata remanebat etiam succedanea, & magis perstringere debens depositio, de qua mox disseremus, Custodis Carcerum, ejusque Uxoris circa ingressum Euphrasiæ intra Carceres, dum ii in prima eorum attestatione conabantur percurere eumdem annum 1666., quasi quod Æmilius haberet *la sua stanza da per se*, quando longe post, & adamussim de tempore vicino anni 1669., quemadmodum se postea retractatunt, Æmilius tali separato potiebatur cubiculo; Et secundo quod si Æmilius manebat de anno 1666. *nella Camera di S. Filippo, dove stavano più letti, e più carcerati*, quomodo opinabile, erat, vel moraliter possibile, quod Euphrasia diu, noctuque per triduum usque steterit cum Æmilio, & cum eo convenerit
46 in præsentia tot aliorum Carceratorum, quodque id Superiores tolleraverint, contra ea, quæ ad rem consideravit *Tiraquell. in l. connubial. 9. gloss. 1. par. 9. ex num. 182., et 183. et l. 15. gloss. 1. par. 15. num. 155.*

Facile ob id transeundo ad alteram secundam probationem ingressus Euphrasiæ intra Carceres ad oculum inconrinenti recurrebant universa, quæ usq; præmisimus, nempe quod prima depositio *Summ. Philippi nu. 34.* Custodis Carcerum, ejusque Uxoris deponentiũ de hujusmodi ingressu sub anno 1666. præcisive a retractatione per eos subinde facta, ut inferius de plano detrudebatur, atque ruebat, dum pariter non tantum languebant eodem vitio informitatis examinis, & qualificatæ ulterius expositionis, nimirum suppositionis licentiæ Gubernatoris & consensus Capitaneorum Carcerum, quin de hujusmodi licentia, & consensu ullatenus doceretur, verum etiam ex mox demonstratis, & ex recensita attestatione Sacerdotis convincebantur iidem Conjuges clare de mendacio respectu prædicti anni 1666., in quo Æmilius *non nella stanza da per se*, sed in communi tunc aliorum Carceratorum *nella Camera di S. Filippo* commorabatur, quamobrem ex eadem ratione, vel mendacii, vel saltem nimiæ improbabilitatis introductionis Mulieris in communi reddebantur iidem Conjuges prorsus fidei, & probabationis incapaces, per ea, quæ præcisive ab aliis fundamentis in simplici circumstan-
47 tia Testis, inverisimilia deponentis, collecta leguntur apud *Rotam cor. Celso dec. 280. nu. 4. cor. Emerix Jun. dec. 132. num. 10., & dec. 153. num. 2. cor. Coccino dec. 715. nu. 17., & cor. Ludovis. dec. 510. num. 4. dec. 556. num. 44. & dec. 668. num. 15., & 16. par. 19. tom. 2. rec.*

Et ob id ad infringendam eamdem attestationem Custodis Carcerum, illiusque Conjugis, & consequenter quamcumque possibilita-

litatem ingressus Euphrasiæ intra Carceres cum successivo concubitu cum Æmilio, minime indigere putabant *Domini* subsequuta deinceps declaratione, seu retractatione ejusdem Custodis Carcerum, illiusque Uxoris, sed nihilominus quodammodo ex abundanti cum eadem revera non esset retractatio positiva, sed mera declaratio, & explanatio erroris, sive æquivoci incursi circa annum *1666.*, & *1669.* nequibat, ubi opus fuisset ea non haberi in maxima consideratione, præscindendo etenim ad adminiculo præfati Sacerdotis, qui eumdem errorem, & æquivocum clare explicabat, & pàdebat, & dabat ansam concomitanti cuilibet declarationi, utique regulæ supra in objectum recensitæ, nempe quod magis sit credendum primæ, quam secundæ juratæ depositioni validius opponebatur duplex, & unaquæque fortissima limitatio. Altera quod eadem propositio non est tuta, neque subsistit quoties idem Testis secundo loco non destruit, sed declarat primum dictum, ut etiam ipsi Conjuges opinabantur dicentes *l'attestazione, che io feci a favore della Signora D. Flavia l'istessa, che feci a favore di N. toltone una cosa, che consiste nell' anno solamente.*

48 In his quippe terminis attenditur non prima, sed secunda potius depositio declarativa, ex firmatis per *Innoc. in cap. præterea num. 3.* ibique *Butr. num. 13. vers. Si vero vult addere de Test. cogen. Bald. in authent. at qui semel num. 9. vers. sequitur videre C. de probat. Farinac. de Test. quæst. 66. num. 25.*, *Menoch. de arbitr. judic. cent. 2. cas. 108. num. 4.*, *Gratian. discept. for. 753. num. 25. Rot. cor. Peuting. dec. 179. nu. 9.*, *& in rec. dec. 538. sub num. 26. par. 18. tom. 2.*, *& in Carpentoraten. Parochialis dec. 72. nu. 14. inter noviter in Urbe impress. cor. Me.*

Et altera, quod præmissa regula intelligitur ceteris paribus, non vero quando secunda testificatio exarata dignoscitur formiter sub torculari interrogatoriorum Judicis, & Partis, prima vero exhibita dumtaxat fuerat in forma, & figura mere extrajudiciali, & ut dicitur per simplicem fidem, vel ad perpe-
49 tuam &c. sicuti pariter in ordine ad hanc secundam limitationem subcensent *Falin. in cap. cum in tua sub nu. 7. & 8. de Test. Dec. in cap. per tuas in fin. de probat.*, *Bald. in l. nullum nu. 2. & 3. vers. quod deponit in Judicio Cod. de Test. Covar. variar. resol. lib. 2. cap. 13. n. 7.*, *Menoch. de arbitr. judic. lib. 2. d. casu 108. nu. 22. Albit. de inconstant. Judic. quæst. 34. num. 91. Rot. cor. Peutinger. dict. dec. 179. num. 8. & cor. Cerro dec. 210. num. 9. & seqq.*

Et quidem assumendo primam limitationem, nempe quod secunda depositio prænominati Custodis, ejusque Conjugis exsisteret simpliciter declarativa, non autem retractativa secundæ ultra jam superius annotata ex ore eorumdem Testium, qui id opinabantur, manifeste liquebat, quoniam cum ageretur de explananda prima alia præcedenti testificatione, ea exarata noscebatur post decursum annorum circiter 32. nempe ab anno *1666.* suppositæ introductionis ad annum *1698.* respective factæ postmodum attestationis, recte profecto se Conjuges poterant explicare, quod post tempus adeo diuturnum amplius minime recordati fuerant temporis præcisi, sequutæ nimirum introductionis Euphrasiæ intra Carceres, quodque idcirco intantum confecere prædictam primam attestationem de anno *1698.*, inquantum remanserant assecurati, quod potius de anno *1666.*, quam de anno *1669.* fuerit sequuta talis introductio ab ipsomet *N.*, qui præfatos Testes requisierat, & conjunctus de reliquo erat sanguine cum Philippo, idque *in parola d' onore, e di Gentiluomo, e in sua coscienza*; quamobrem si cæca fide tunc subsignaverant eamdem primam attestationem; referendum erat prædictæ credulitati, & lapsui temporis tam oblongo, cum
50 Jura nostra prone excusent sequentẽ fidem alterius, si is ab eodem silente fide dignus reputetur, & respective supponat oblivionem post lapsum simplicis decennii, quemadmodum circa primam conclusionem tradiderunt post *Speculatorem de arbit. §. Fin. col. 14. circa med. num. 45. vers. Sed quid si sub fide Nevizzan. cons. 68. num. 49. Cravett. cons. 68. n. 49.*, *Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 24. n. 2. & 3. Grat. discept. for. 722.*
51 *sub num. 5. & 10.*, & super secunda *Gloss. in l. licet Cod. de acquir. possess. Alexan. cons. 156. num. 13. lib. 5.*, *Angel. cons. 256. n. 4.*, *Socein. Sen. cons. 38. col. 8. vers. nam per decennium lib. 1.*, *Gozzadin. cons. 9. num. 25. Tiraquell. de præscript. §. 1. gloss. 4. in fine*, *Menoch. de arbitr. judic. lib. 2. cas. 26. n. 1. Card. de Luca de feud. disc. 94. nu. 7. Mantic. dec. 372. num. 12.*, *& in rec. dec. 289. num. 8. par. 17.*

De reliquo postmodum agnita, & intellecta in concreto per Testes importantia differentiæ unius anni ab altero, & mente accuratius revoluta rei gestæ recordatione, prædicti Testes adinvenerunt formale æquivocũ & errorem, qui semper tamquam tendens,
52 ad manifestationem veritatis potest detegi, declarari, & emendari, ex congestis per *Butr. in cap. final. col. 10. de confess. Berous*

cons.

cons. 101. num. 15., et cons. 194. n. 1. lib. 3. Paris. cons. 131. num. 35. cum seqq. lib. 1., Gratian. discept. for. 707. num. 58. et seqq., Mascard. de probat. concl. 378. in princ. vol. 1. Angel. de confess. lib. 1. quæst. 3. nu. 10. Rot. cor. Emer. Jun. dec. 1153. num. 20.

Ad hunc igitur effectum Custos serio alloquẽs Uxorem, illam interrogavit, & requisivit, *quando venne la Signora Eufrasia a Roma non stavamo Noi al Vicolo della Corda?* Cumque Uxor ei respondisset, quod sic, inde consurgens perquisivit supra in objecto memoratas schedulas, seu bollectina Eucharisticæ Communionis, quibus edoctus agnovit, quod *al Vicolo della Corda* non morabatur de anno *1666.* tamquam tunc degens in omnino diversa Parochia S. Blasii, quodque per consequens introductio Euphrasiæ non antea per eum præcognitæ sequi poterat solummodo de anno *1669.*, & quando adamussim habitabat in altera Parochia S. Nicolai, ideoque incontinenti detecto errore, quod introductio Euphrasiæ evenerit de prædicto anno *1669.*, quia tunc, & non prius inhabitabat *al Vicolo della Corda* in Parochia S. Nicolai, & non de anno *1666.*, quando non stabat *al Vicolo della Corda*, sed in prædicta diversa Parochia S. Blasii expurgare satagit veterem errorem, suæque conscientiæ consulere, ac propterea negari nequaquam poterat, quod hæc nedum non foret perfecta retractatio, sed esset simpliciter pura declaratio, & emendatio erroris; firmius quippe detegitur æquivocum, & de-
53 monstratur error, quando relata errandi Causa adducitur, & verificatur, ex notatis post *Text., et DD. in l. de ætate §. fin. ff. de interrogat., et in l. cum de indebito §. Primo ff. de probat. per Cravett. cons. 157. num. 8., Socc. Sen. cons. 15. n. 3. lib. 4. Alex. cons. 168. num. 2. lib. 5., Dec. cons. 351. nu. 4. Cephal. cons. 562. num. 10. lib. 4., Grat. discept. for. 759. num. 15. aise. 823. num. 32. et seqq., Rot. coram Cerr. dec. 455. num. 7., et in. rec. 548. num. 3. par. 5.*

Idque adeo verum est, ut in oppositum regulæ superius allatæ pro tertia limitatione ad finem etiam sustinendi secundam depositionem in confrontationem primæ, subintrasset in quamdam exuberantiam illa propositio,
54 quod secundæ testificationi statur, & non primæ, quoties secunda magis est adminiculata, quam prima, secundum observata per *Cravet. cons. 75. num. 32., Menoch. de arbitr. judic. cas. 108. n. 7. cum seqq. Prosp. in addit. ad Jul. Clar. lib. 5. Sentent. §. final. quæst. 53. sub vers. Quartus casus est litt. y. post med. Card. de Luca de judic. disc. 32. n. 42.*

Nilque propterea ad offuscandam hujusmodi causam, vel adminicula erroris incursi in prima depositione juvabat, quod Custos, ut dicebatur in objecto, produxerit schedulas, seu bollectina anni *1665.*, & *1666.*, quæ correspondebant habitationi in Parochia S. Blasii, ut in *Summario Philippi n. 39. litt. C.* hujusmodi namque productio recte, & quodammodo necessario facta fuit pro demonstrando juxta discursum a Teste habitum cum Uxore, quod de anno *1665.*, & *1666.* non morabatur *al Vicolo della Corda*, dum annuam Dominicam Communionem in prædictis annis *1665.*, & *1666.* receperat in Parochia S. Blasii, quæ nullo modo erat comprehensiva *del Vicolo della Corda* ubi deinceps habitabat, quando prima vice cognovit Euphrasiam, illamque introduxit intra Carceres, quodque e converso habitaret *al Vicolo della Corda*, & in Parochia S. Nicolai solummodo de anno *1669.* loco schedularum pro hoc demonstrando deduxit depositionem Parochi S. Nicolai factam *cor. R. P. D. Aldrovando tunc Judice Deputato*, & faciente accessum ad hæc lymitropha loca controversa, & quod magis erat, ipsomet N. præsente, & acquiescente, *ut in Summario D. Hieronymi num. 17.* unde procul dubio hæc depositio Sacerdotis, & Parochi facta coram Judice in actuali occasione, & figura accessus cum subsequta Partis aquiescentia pleniorem fidem obstruebat, quam si facta fuisset simplex exhibitio prædictorum bullectinorum anni *1669.*, dum ea possunt etiam aliunde facile obtineri ab alio, ex quo nomen recipientis non habeant inscriptum, prævalente pro regula semper
55 in omni Judicio illa probatione, quæ est fortior, ad tradita per *Genuen. cons. 27. in princ. num. 11. Soccin. Sen. cons. 270. nu. 3. lib. 2., Natta cons. 372. in fin., Menoch. de retinen. remed. 3. num. 718. Gratian. discept. for. cap. 526. num. 49., Rota coram Gregor. dec. 449. num. 5. cor. Buratt. dec. 572. n. 12. cor. Coccin. dec. 962. n. 3., & in rec. dec. 278. ex num. 5. & 6. par. 16.*

Non minus incassum conabatur Philippus roborare primam, & obnubilare secundam depositionẽ Conjugum sub eo prætextu, quod Uxor ejusdem Custodis alloqui confessa fuerit cum Philippo e fenestra, quod sequi non potuisset, quoties commorata extitisset de tempore introductionis Euphrasiæ *al Vicolo della Corda* in Parochia S. Nicolai, quoniam ex prædicto *Summario num. 17.* opposita emergebat dilucidatio, nimirum, quod e converso habitatio retenta *al Vicolo della Corda* stabat e conspectu

Car-

Carcerum, & ex ea introspiciebatur cubiculum nuncupatum di *S. Giovanni* in altera vero domuncula Parochiæ S. Blasii poterat quidem haberi similis aspectus, sed alloquutio fieri non valebat cum stante in cubiculo di *S.Giovanni*, sed solum cum altero detento in cubiculo di *S. Filippo*, sicque dum jam superius demonstravimus, quod de anno *1666.* Æmilius claudebatur in cubiculo S. Philippi, quod erat in communi cum aliis carceratis, & quod solum de anno *1669.* traductus fuit ad alterum di *S.Giovanni*, in quo solus permanebat, & idcirco ad eum fuit etiam introducta Euphrasia, ecce quod non solum enervabatur, & penitus corruebat præfata oppositio, sed magis, atque magis verificabatur justa, & vera secunda depositio facta per Conjuges, nempe, quod Euphrasiæ introductio sequuta fuerit de anno *1669.*, & non de anno *1666.*, qui fuerat ille conceptionis Philippi, ad regulam, quod
56 evidentia facti, & ocularis ipsa inspectio Judicis superat omne genus probationum, ut post *Bald. conf. 399. n. 6. vol. 1. & Curt. Sen. conf. 70. nu. 16.* sequuntur *Joannes de Monte in tract. de fin. cap. 3. n.8. Mascard. de probat. concl. 8. num. 19. & 20. colum. 1. Capyc. latr. consult. 22. nu. 21. lib. 1. Card. de Luc. de servit. disc. 29. sub num. 13. vers. quinta Sperell. dec. 178. num. 18. Rot. coram Emer. Jun. dec. 1103. num. 11., & in rec. dec. 562. num. 5. par. 19. tom. 2.*

De altera autem limitatione, nempe quando secunda depositio ad contrarium primæ simplicissimæ facta coruscaret sub torculari Interrogatoriorum, palam effulgebat eo ipso, quod præter aliam extrajudicialem depositionem, de qua *Summ. D. Hieronymi n. 10.* pro illius parte *Dominorum* oculis subjicebatur integer restrictus hujusce formalis examinis excedens, non obstante hac refectione, plura, ac plura folia, quo certe perlecto non tantum manebat memorata secunda limitatio justificata, sed sibi locum facile in ei credendo usurpabat *Responsum Callistrati in l. 3. sub §.Ideoque ff. de Test.* ubi = *Tu magis scire potes, quanta fides habenda sit Testibus.*

Cum itaque, ex hucusque latiori forsan calamo, sed forsan non inopportuno stabilitis, *Domini* agnoverint, quod citra aliam divagationem undique constabat de Justitia præcedentis rei judicatæ, ex quo ad conciliationem, & intellectum utriusque *l.* nempe *Miles*, & *l. Filium*, vel cessabat quæcumque phisica possibilitas commercii Euprasiæ cum Æmilio, vel quod forte non sufficiebat etiam probata aliqualis introductio, vel transitorius accessus unius ad alterum ad satisfaciendum Legi *assiduam commorationem*, & non ephimerum ingressum possibilem exposcenti; vel denique, quia etiamsi ubi contra omnem inverisimilitudinē, & præsumptionē ephimerus accessus, & congressus fuisset subsequutus, minime percutiebat tempus conceptionis Philippi, anni scilicet *1666.*, superfluum proinde omnino existimabant immorari super examinanda honestate, vel inhonestate Euphrasiæ, super tractatibus, vel recusationibus Æmilii circa agnitionem Philippi in suum; exclusa quippe possibilitate congressus, vel legali præsumptione concipiendi cum Marito, quævis Mulier etiam ceteroquin reputata honestissima, non potest umquam profecto ab eo prolem suscipere, quemadmodum pariter nec etiam ullo modo quicumque tractatus, quæcumque agnitiones prætensi Patris possunt facere filium, qui non sit, neque ullatenus operari, quod præsertim in hac quinta signanter specie filiationis, & avocationis respective bonorum a tertio in-
57 dependenti possessore haberi queant in aliqua, vel minima consideratione, secundum constantem sententiam, de qua ultra jam relatos videre est *Bald. in l. eam sub num. 8. vers. dico pro solutione C. da fideicomm., & cons. 180. num. 3. vers. præterea lib. 3. Bursat. cons. 284. sub num. 8., Gabriel. cons. 21. num. 44. vers. tamen, & num. 45 vers. dicitur lib. 1. Grat. discept. for. cap. 744. n. 31. Rota dec. 164. n. 9. vers. atque hæc par. 3. rec.*

Fastidiebant itaque modeste, & rationabiliter *Domini* ingredi Provinciam hujus utriusque indaginis circa qualitatem Euphrasiæ, & circa prætensos tractatus paternos, cum hæc omnia hodie reddita apparerent superflua, & saperent materiam nimis objectivam, quæ necessitate non impellente parum decere quodammodo videbatur Majestatem *Tribunalis*; verum ad ea, quæ pro justificando utroque assumpto illata fuerant pro parte Philippi, & fideliter relata superius extiterunt a *§. Utique cum plur. seq.* iidem *Domini* non poterant impellente Justitia, penitus non tangere quædam, quæ in contrarium pandebantur a sex Textibus saltem remissive super publica inhonestate Mulieris, ut in *Summ. D. Hieronym. toto num.3.*, quodque ipsemet Philippus ultra vilia exercita ministeria, quæ legitime genito ex nobili Viro minime conveniebant, ut in *d. Summ. n. 7.* plerumque nec ausus est aliud cognomen usurpare, quam maternum, nempe *Angelinum*, signanter in notabilissimo actu Sacramenti federis Matrimonii, in quo denomi-

natus

natus apparet *Philippus Angelinus TerraTusi* sese conjungens cum *Sancta Marchangeli d. Summ. num.6.* quodque pariter non obstante, quod Parochus Terræ Tusi Patruus foret, sive Avunculus Euphrasiæ, & Philippi, & ob id in parte compulsus dissimulare gesta Neptis, nec etiam ipse in fide baptismatis per eum data, atque subscripta cognomen asserti Patris ejusdem Philippi simpliciter exprimere præsumpsit *d. Summ. D. Hieronymi num. 5.*, dicendo solum *nato ex D. Æmilio Romano*, ne ceteri forte de Parentela insurgerent, & reclamarent, quodque demum tantum aberat, quod (sicuti in contrarium ut supra magnificabatur) Æmilius apud se umquam retinuisset Philippum in Castro S. Angeli, quemadmodum deponere contendebat quidam Solpharinus metu excommunicationis per simplicem fidem revelans de audito ab Æmilio, & de publica voce, & fama, ut in *Summ. Philippi n. 10.* in *§. Thomas Sulpharinus*, quin potius e diametro Parochus administrans Sacramentū in prædicto Castro S.Angeli distinctè referens personas quotannis commorantes in eadem Adriana Mole cum Æmilio numeret quidem Euphrasiam, numeret Pirrum filium certum, & legitimum, & ab eodem Æmilio pro tali recognitum, numeret usque quamdam Aucillam, insimul, & Neptem Euphrasiæ, sed quod magis est coarctet, nunquam invenisse descriptum ullum Philippum, quæ sane attestatio Sacerdotis, & Parochi in ma-
58 teria cohabitationis, & Animarum, & negativam coarctans prævalere procul dubio debebat prædicto Sulpharino, ad ea, quæ in deterioribus sæpe dixerunt *Gratian. discept. for. cap. 468. num. 40. & 41., Rot. cor. Peutinger. dec. 179. num. 13. & 14., & coram Cerro dec. 761. num. 12. & 13., & in rec. dec. 315. num. 3. par. 3.*

Similiter postremo loco non absque repugnantia descendere *Domini* coacti ad prætensam agnitionem Æmilii circa Pupillum in suum filium, invenerunt quod non solum in confrontationem simplicium Testium, qui super omnibus prætensis tractatibus adducebantur ab Informantibus pro Philippo, Defensores D.Hieronymi afferebant alios plures Testes in contrarium, & magis individualiter deponentes, ut in *Summ. ejusdem D. Hieronymi num. 20. & 23.*, sed ulterius positive trāscribebant plures Epistolas ipsius Æmilii in *Summario nu. 18.* conscriptas nedum Jacobæ ejus commatri, sed ipsimet Euphrasiæ, in quibus nimis lato ore illius damnabat impudiciriam, & de ea aperte conquerebatur usque ad perquirendū, quasi quod illos posset, aut deberet ignorare, quot filios haberet, & ulterius proclamandum eidem Uxori = *Mi rincresce di venire in qualche risoluzione per esser stata mia Moglie ec. metterò ogni rispetto da parte, vi farò castigare severamente dalla Corte ec. obbedite ec. Eportate i vostri figli se fossero cento*, & certe hæc non sonabant in agnitionem hujus, vel alterius filii pro suo, sed ostendebant Æmilium penitus ignarum rerum, quas gerebat illius Uxor distans in Terra Tusi per intercapedinem sexaginta stadiorum de tempore, quo ille per tot, & tot annos continue detinebatur in Carceribus Urbis, & hæ pariformiter non erant profecto illæ lites, illa Jurgia, de quibus canebat Poeta superius allegatus in *§. Haud vero Semper habet lites, alternaque jurgia Lectum*. cum concordantibus inibi relatis.

Quid ultra exsequar, dum Æmilius tandem propria manu Scribentes D.Flaviæ ejus Sorori inquit, loquens de Philippo, *farò publico Instrumento, e dichiarazione, che l' è un bastardo ec., che non ha da far niente con Me, d. Summ. nu. 22.*, & de facto hujusmodi pollicitationi postea plene satisfecit mediante solemni declaratione de proprio pariter caractere exarata, *Che Filippo pretesso mio figlio non è mio figliuolo, per esser concepito, e nato nell' anno 1666. in tempo, che non ho avuto commercio con Eufrasia mia Moglie* subdens, *e benchè abbia fatto alcune dimonstrazioni di trattamento con il suddetto Filippo, come figlio &c., dichiaro aver ciò operato per tener occulto il mancamento d' Eufrasia di tanto mio pregiudizio ec. d. Summ. num. 21.*, nequit enim exoptari melior istarum tractatuum, & respective rerum gestarum expla-
59 natio, & declaratio, quam ea, quæ provenit ab eodem prætenso tractante, & ipsum actum agente, vel non agente, ut ait *Bartol. in l. Theopompus num. 1. & 2. ff. de dot. prælegat.*, & in terminis, quod Confessio facta per prætensum Patrem, & maxime prout hic morti proximum, aliquem scilicet non
60 esse suum filium, sed ex matre adultera subortum, adulterinam filiationem probet, scriptum reliquere *Paris. cons. 10. num. 54. lib. 6. Barz. dec. 92. num. 8. Castald. consult. 202. sub num. 10. vers. quinimmo, Rot. cor. Merlin. dec. 684. num. 20. & 21.*

Opponebant adversus adeo in omnem casum stringentem, ac fatalem declarationem Informantes pro Philippo, quod formula subscriptionis prædictæ Apocæ declaratoriæ parum congruere videbatur simplici declarationi ob illa verba = *Affermo, prometto, e m' obbligo a quanto di sopra*, sed hæc opposi-

tio

tio assumere potuisset aliquem gradum discursus, & probabilitatis, quoties etiam in ipso corpore non dixisset Æmilius: *Affermando con giuramento quanto si contiene nella presente, promettendo sempre di mantenerlo, e ratificarlo, al qual effetto anche mi obbligo in forma Camera Apostolica.* Quamobrem si talem formulam adhibuit quoque in subscriptione, potius præseferebat majorem impulsum veritatis, quam sub omni obligatione inrendebat manutenere, & comprobare; & de cetero, id est de natura subscriptionis, ut vel expresse, vel tacite includat, repe-
61 tat, & affirmet quod extensum, atque contentum est in Scriptura subscripta *Alex. cons.* 147. *num.* 10. *lib.* 2., *Decian. cons.* 29. *n.* 3. *lib.* 2. *Menoch. de præsumpt. præs.* 60. *nu.* 7. *lib.* 3. *Card. de Luc. de Testam. disc.* 66. *n.* 7. *& de Fidejuss. disc.* 29. *num.* 2., *Rot. coram Cocin. dec.* 1166. *& decis.* 1809. utrobique *num.* 7., *& in rec. dec.* 50. *num.* 4. *par.* 2., *& dec.* 312. *num.* 4. *&* 5. *par.* 18. *tom.* 1.

Circa hæsitationem autem, quia hujusmodi Apocam sub tali formula subscriptam præcesserat enunciata Epistola per antea de proximo directa D. Flaviæ ejus Sorori, in qua promiserat etiam plus, nempe faciendi publicum Instrumentum, unde nil mirum si usurpavit in corpore subscriptionis verba æquipollentia publico Instrumento, ad effectum scilicet ut de veritate ejusdem Apocæ declaratoriæ conscriptæ ad hunc finem nefas esset amplius ambigere, cum omne postmodum subsequutum ab antecedenti promissione robur confirmationem, & certitudinem recipiat, ut passim videmus in omni materia & quotidie præsertim in Instrumentis confessionum dotis receptæ, quæ li-
62 cet habeant contra se Juris repugnantiam, attamen fortiter adminiculantur quoties præcessit documentum constitutionis, & promissionis ejusdem dotis, ex collectis per *Roman. in l. si vero* §. *de viro n.* 31. *ff. solut. matrim., & cons.* 445. *sub n.* 3. *Menoch. de præsumpt.* 15. *num.* 21. *per Fachin. contr. jur. lib.* 8. *cap.* 81. *per tot., Marescott. var. resol. cap.* 8. *n.* 13., *Grat. dec. Mareb.* 103. *num.* 7., *Rot. dec.* 145. *nu.* 1. *post Pacific. de Salvian. interdict. cor. Ludovis. dec.* 62. *n.* 2. *cor. Durano dec.* 419. *n.* 6. *&* 428. *n.* 1. *tom.* 2. *& in rec.* 163. *num.* 5. *par.* 2., *& dec.* 456. *num.* 11. *par.* 18. *tom.* 2.

His itaque a primo ad ultimum sive seorsim, sive insimul junctim perspectis, atque libratis motivis, & fundamentis *Domini* permoti, & respective innærentes, unanimiter, ut ab initio præmisimus, censuerunt adeo constare de re judicata, ut necesse non habuerint iterum reflectere, quod multo minus merebatur rumpi eadem præexistens res judicata, quando perantea pacifice, uti verisimiliter conscius per triginta annos ab initio Philip-
63 pus conquieverat, & quando per duodecim post ipsam rem judicatam pariter conticuerat, resistente consideratione Jurisconsulti in *l. si quis forte ff. de pœnis* ibi = *magisque esse puniendos, qui tamdiu conticuerunt &c. nec enim debebant tam magnam rem tamdiu reticere.* Utraque &c.

Tridentina Beneficii.

Lunæ 20. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

liquet ex Summario.

SUMMARIUM.

1. *Ultima morientium elogia, & maxime ad Divinum incrementum, causasque pias protendentia, sunt quam celerrimme exsequutioni demandanda.*
2. *Factum sui Auctoris impugnare nemo valet.*
3. *Præsentatio, seu nominatio facta ad Beneficium etiam erigendum sustinetur.*
4. *Quodlibet argumentum sequitur naturam subjecti principalis, cui facta noscitur argumentatio.*
5. *Sac. Rota vigore notissimæ* Clement. Auditor de Rescript. *subit vices Ordinarii.*
6. *Et concedens alicui Beneficii adjudicationem, eo ipso dicitur devenire ad formalem erectionem.*
7. *Decisiones Sac. Rotæ quando aliquid non exprimant, debent tamen ex actis interpretari.*
8. *Præsentatio admissa ab Ordinario revocari nequit a successive venientibus in Jurepatronatus.*
9. *Quod procedit etiam in casu, quo d. præsentatio fuerit successive per judicatum a Sac. Rota approbatum.*
10. *A diversis fieri nequit illatio.*
11. *Juspatronatus in Testamento aliquibus reservatum, iis privative competit Jus nominandi perpetuum Cappellanum, & non alteri.*
12. *Jurispatronatus reservatio ad favorem alicujus, qua fuit perfecta, alia posterior non venit consideranda.*
13. *Verba* = nel numero, e modo che le piacerà = *in quoddam arbitrium sonantia, quid importent.*

DECIS. DLXXXV.

Quandoque superseminat inimicus Homo (quem *Sacri Expositores* merito Diabolum succensent) Zizaniam, ubi præcipue melior fruges, seu Messis exspectetur, prout accidit

cidit in præsenti Thesi, in qua Carolus Aloysius Jo: Antonii ejus Avi piam largitionem, seu dispositionem sancta emulatione superare contendens in ejus Testamento ordinaverat Faustinæ illius heredi, quod quoddam antecedens Legatum pro celebratione duarum Missarũ in qualibet Hebdomada relictum a prænominato ejus Avo per eamdem Heredem peraugeretur, ulterius injuncto, statimac subsequutum extitisset demandatum augmentum formali transitu dicti Legati in effectivum titulum Beneficii, ut ibi = *sia tenuta, ed obbligata disporre a favore di Cause pie, accrescendo le due Messe della Casa a quel numero, e modo, che li parerà, e piacerà; ordinando, che siano ben fondate, quando non vi fosse la sufficiente fondazione, ed in caso di tal fondazione, o dell' augmento suddetto sia poi sotto titolo di Cappellania semplice, o Benefizio formale*.

Contigit siquidem, quod Faustina heres laudabiliter a principio utique devenit ad hanc accretionem, sive augmentum de anno 1688. superaddendo nimirum duobus præcedentibus sacrificiis alia tria, rursusque insinuando, quod hæc pia dispositio (uti Carolus Aloysius præceperat) = *sia in titolo di Benefizio, ovvero Cappellania*, ac uno demũ, eodemque tempore totam voluntatem prælaudati Testatoris adimplens, singillariter expressit sub eodem Testamento, quod primus interim Sacerdos deberet esse Dominicus de Grassis, eoque e vivis prærepto activum jus nominandi, seu præsentandi ad eamdem Cappellaniam, seu Beneficium deflecteret *al Signor Gio: Battista Guerinoni, e suoi Discendenti*, quemadmodum quoque idipsum in effectu præcise cooptaverat toties enunciatus Carolus Aloysius, sic observando eam insimul congruentiam, & necessitatem exsequendi ultima morientium elogia,

1 & maxime ad Divinum incrementum, Causasque pias protendentia, ut inquit *Divus Gregorius in Can. ultima voluntas caus. 13. quæst. 2., & Constantinus Augustus in l. 1. in fin. de Sacros. Eccles.*

Verum superaccedente forsan prædicto super semineo zizaniæ eademmet Faustina post 21. annorum defluxum, nempe de anno 1709. assueta Mulierum mobilitate animi magis, ut credendum est, quam pravitate, tota a semetipsa mutata per actum inter vivos non solam manum in largitate Missarum abbreviavit, adjungendo unum tantummodo sacrificium, sed prædefuncto quoque intermedie Dominico, nominavit nedum in Cappellanum amovibilem, sed & perpetuũ Bernardinum de Mancis, qui etiam usque ad ejusdem Faustinæ obitum in actualitate celebrationis earumdem Missarum, non sine tamen contradictione permansit, præsumentibus nempe contrarium aliis de eadem agnatione, & Familia utriusque Testatoris, uti plenius elucescit in anteacta disputatione super hoc conflictu habita in Sacro Auditorio in Causa *Tridentina Cappellaniæ 11. Martii 1699., & 17. Junii ejusdem anni cor. bo. mem. Muto*.

Rebus ita se habentibus fato cessit Faustina, delatoque negocio fundationis hujus Beneficii ad Capitulum Cathedralis legitime jure instituendi suffultum, istud enarrata prima Testamentaria ordinatione ejusdem Faustinæ, & reticita altera posteriori inter vivos prædictam primam dispositionem approbando, mediante positiva erectione communivit sub contextuali assignatione fundi, & reservatione juris nominandi, seu præsentandi ad favorem præcitati Jo: Baptistæ Guerinoni, ejusque Descendentium: Quamobrem persistẽte adhuc Bernardino in spe consequendæ antelationis super hac ipsa etiam in titulum erecta Cappellania in concursu Joan: Caroli de Guerinonis a prædicto Jo: Baptista, sive Alexandro ejus filio præsentati, idem Capitulum, cujus pariter muneri incumbebat, pronunciavit favore postremi, nec (ascenso ad S. Sedem dissidio) dissimile hodie prodiit oraculum *in Sacra Rota*.

Si qua namque erat difficultas, tota residebat in eo, quod cum Carolus Aloysius in arbitrio, & placito Faustinæ ejus heredis prorsus remisisset, juxta verba superius transcripta, potestatem peraugendi antecedens, & pium legatum Missarum, ipsa vero eodem utens arbitrio devenerit ad hanc Missarum augmentationem, relicto prius in Testamento jure præsentandi ejusdem Guerinonis, & deinceps citra ullam revocationem ejusdem Jurispatronatus in donatione postmodum exarata sub sola superadditione ad Dominicum Cappellanum prædefunctum Bernardini de Mancis, profecto nequibant Guerinoni respuere eumdem Bernardinum, & alium præsentare, tum ex regula, quod ne-

2 mini licet impugnare factum ejus, a quo causam habet, ex *Text. in l. cum a Matre C. de rei vindic. Card. de Luc. de Feud. disc. 127. nu. 14. Rot. cor. Cerr. dec. 41. nu. 11. in Mediolan. Prioratus super qualitate agnatitia 18. Junii 1703. §. Quinto comprobatur cor. R. P. D. meo Scotto almæ Urbis Gubernatore, & in Imol. Jurispatronatus 27. Januarii 1710. §. Maxime, cor. R. P. D. meo Lancetta*; tum ex quo Auctrix illa dicenda erat

Beneficii erigendi, ut firmat in his fere terminis *Rot. dec. 327. sub num. 7. vers. & in omnem casum par. 15. rec.*

Nulla cadente hæsitatione, quod forsan termini non essent pares, dum quando Faustina devenit ad nominationem Beneficii, seu Cappellaniæ, ea non adhuc erat in titulum erecta, cum nemo non sciat, valere, atque
3 subsistere præsentationem, vel nominationem factam ad Beneficium etiam erigendũ, ad plene tradita per *Zabarell. cons. 82. nu. 2. in fin., Lambertin. de Jurepatr. lib. 1. par. 1. quæst. 9. art. 1. nu. 48.*, & signanter *vers. quia hic Testator, Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 17. num. 9., & Rot. in recent. dec. 107. num. 7. par. 11.*

Fortius vero, quando, ut mox præmisimus, prænominatus Bernardinus non solum reperiebatur in actuali, & Canonica possessione redditnum ejusdem Beneficii in eo statu, quo stabant ante formalem erectionem, & per consequens omnis ratio expostulabat, quod etiam idipsum practicaretur, superveniente additione eorumdem redditnum, & subsequuta erectione, cum quodlibet augmen-
4 tum sequatur naturam subjecti principalis, cui facta noscitur augmentatio, uti connotarunt *Dec. in l. unica in prima lect. nu. 11. Cagnol. in rubr. C. quando non petent. par. n. 14. vers. sed cum Juri Socc. jen. cons. 153. num. 10. vers. confirmatur vol. 2., & cons. 67. n. 6. vol. 4., Brun. de augment. concl. 5. nu. 15. Rot. cor. Manzaned. dec. 98. n. 1. & seqq. cor. Priolo dec. 28. num. 28.*, & magis in specie nostra portionis perauctæ, *Bellon. de Jur. accresc. cap. 9. quæst. 47. num. 1., & seqq., & quæst. 46., & 47. per tot. Rot. in Gerunden. Prioratus super reservatis 14. Decembris 1703. §. Prout neque officere, cor. R̃mo D. meo Molines Decano.*

Ast eo validius, quoniam non tantum idem Bernardinus reperiebatur in prædicta Canonica actuali possessione ejusdem Beneficii, vel Officiaturæ, sed & in ea (quod plus est) fuerat ulterius confirmatus judiciali auctoritate *Sac. Tribunalis*, per quod ei quoque exstiterat concessa formalis adjudicatio; quod sane *Tribunal* cum vigore notissimæ
5 *Clement. Auditor. de rescript.* subeat vices Ordinarii, idcirco prædictam adjudicationem Bernardino impartiendo; eo ipso dicebatur implicite devenisse ad formalẽ ere-
6 ctionem, juxta perpensa *in Colon. Canonic. 13. Junii 1704. §. Illud etenim cor. R̃mo Kaunitz. Episc. Labacen., & 9. Decembris 1707. §. Absque eo quod cor. Me.*

Potissime, dum (sicuti patebat ex prædictis *Decisionibus cor. bo. mem. Muto*, & ulterius ex actis illius Causæ) non solum exstiterat productum Testamentum Jo: Antonii primi Testatoris, in quo demandabatur, sive efflagitabatur assignatio eorumdem redditnũ, verum quoque ad ejusdem Testamenti tenorem fuit attributa prænominata adjudicatio; ac propterea eo evidentior emergebat prædicta implicita erectio vice Ordinarii per *Rotam* inita, & virtualiter firmata, dum
7 quando etiam eædem *Decisiones* hoc non exprimerẽt, debebant sic ex Actis Causæ interpretari, ex traditis per *Rot. dec. 470. n. 6. cor. Ludovis. dec. 30. n. 82., & seq. cor. Duran., & in rec. dec. 349. n. 11., & 12. p. 12.*

Atque ex his opus non erat (uti sibi blandiebantur Informantes pro Bernardino) habere etiam recursum ad alterum fulcimentum, nempe, quod etiam Ordinarius Collator admiserat præsentationem ejusdem Bernardini pro quando subsequuta fuisset erectio, ut in ejus *Sum. n. 11. in fine*; Unde nequibant Guerinoni successive venientes in eodem Jurepatronatus revocare hanc præsentatio-
8 nem, jam admissam ab Ordinario, ut in specie comprobat *Lambert. de Jurepatr. lib. 3. quæst. 5. art. 1. num. 1.* quoniam, præcisive ab eadem admissione Ordinarii, utique de per se judicatum Rotale canonizans eamdem præsentationem ipsius Bernardini præpediebat, ne possent iidem Guerinoni subvertere institutionem ei datam a Superiore
9 Ecclesiastico, ad normam *Text. in cap. querimoniam, de Jurepatr. Lambert. eodem tract. lib. 2. par. 2. quæst. 7. art. 2. num. 5. & par. 3. quæst. 2. art. 4. num. 1.*

Ceterum, his minime refragantibus, *Domini*, merito parum attendentes quidquid actum fuisset in Partibus, & inter Partes, & in ipsa Rota *cor. bo. mem. Muto* antequam vere formiter foret erectum in titulum hodiernum Beneficium auctoritate Ordinarii, ex quo tunc quæstio erat de jure dumtaxat deputandi Cappellanum pro celebratione Missarum simpliciter demandatarum a Jo: Antonio, & de facto in similibus deputationibus, quæ erga plures Sacerdotes expletæ fuerant, ut in *Summ. Jo: Caroli num. 8.* nulla legebatur per umbram facta mentio de Testamento, novaque dispositione Caroli Aloysii, nisi ad effectum dumtaxat qualitatis hereditariæ Faustinæ, quin etiã nec tunc quidquam exstitit indigitatũ de Testamento condito per camdem Faustinam in sequelam præfatæ dispositionis Caroli Aloysii, multoque minus novissimi actus inter vivos gesti per ipsam, sed negocium undique versabatur, ut mox diximus super Pio legato relicto per prædictum Jo: Antonium,

ac propterea a rebus gestis in ordine ad
10 unum statum puri legati nulla valebat fieri illatio ad verum, & purum statum erectionis effectivi Beneficii, ad regulam, de qua *Abb. cons.* 10. *in princ. lib.* 1. *Socc. Jun. cons.* 1. *num.* 46., *& cons.* 4. *num.* 20. *lib.* 3., *Tusch. concl.* 510. *num.* 2. *litt. A.*, & in nostris terminis post *Felin. in cap. ex parte il* 2. *nu.* 2. *de rescript.* & alio dixit *Rot. dec.* 101. *n.* 1. *cor. Amat. Dunoz.*

Solummodo propterea ponderarunt ipsam erectionem, quæ ad instantiam Exsequutoris Testamentarii exstitit subsequuta de anno 1710. ut in *Summ. Jo: Caroli nu.* 10.; Cum enim in hujusmodi erectione inita in sequelam novissimæ dispositionis Caroli Aloysii, necnon alterius Testamentariæ Faustinæ illius heredis, nihil dictum fuerit de Bernardino, & ad limites utriusque ordinationis fuerit reservatum Jurispatronatum illis de Guerinonis, ipsis proinde privative compe-
11 tebat Jus nominandi perpetuum Rectorem, seu Cappellanum, & non alteri cuicumque, per ea, quæ uno ore perbelle firmant *Berous cons.* 120. *num.* 4. *lib.* 2. *Covar. var. res. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 7. *Episc. Rocc. disput. Jur. cap.* 3. *num.* 6. *&* 12. cum aliis in longe fortioribus adductis, ac firmatis *in Asten. Priorat. super pertinentia* 20. *Januarii* 1708. *§. Non attenta, cor. R. P. D. meo Lancetta*, *&* 7. *Decembris ejusdem anni §. Vis igitur*, *cor. R. P. D. meo Aldrovando*.

Diximus, in fortioribus, quoniam in prædicta *Asten.* idemmet Fundator illius Prioratus expresse sibi reservaverat facultatem immutandi nonnulla in suo Testamento, & de facto postmodum plura immutaverat: sed quia Ordinarius ad actualem erectionē devenit pure, & absolute ad normam primæ dispositionis, ostensum fuit, quod omnia, quæ restabant extra limites ejusdem erectionis, in nihilo erant attendenda ad effectum præsentationis, & nominationis, sive Jurispatronatus, veluti remanentia tamquam nuda, & pura materia sine forma, quæ solum
12 velut anima imprimitur per assensum, & approbationem Episcopi, ut ait *Lambertin. de Jurepatr. lib.* 1. *par.* 1. *quæst.* 2. *princip. art.* 5. *n.* 2., *Lotter. de re Benef. lib.* 1. *quæst.* 31. *num.* 4. *Rot. dec.* 316. *num.* 19. *par.* 10. *& dec.* 107. *n.* 19. *p.* 11. cum aliis *in d. Asten. Priorat. super pertinent.* 7. *Decembris* 1708. *d. §. Vis igitur, cor. eod. R. P. D. Aldrovando*.

Quod si forte Bernardinus prætendebat, præferendum esse in assequenda approbatione actum posteriorē Faustinæ inter vivos, debebat in suo loco, & tempore repræsentare, & quatenus Ordinarius noluisset retractare seu moderari erectionem, debebat provocare, & appellare, ut fit ab omni gravamine Ordinarii, ut in his eisdem terminis dixit *Rot. in eadem mox allegata Asten. Prioratus super pertinentia* 7. *Decembris* 1708. *§. Nihilque refert*.

Addito ex abundāti, quod etiamsi particulariter Bernardinus appellasset ab hac erectione, prout minime seorsim appellavit, perperam probabiliter id egisset, cum nec posset Faustina alterare substantiā dispositionis, & ordinationis injunctæ sibi per Carolum Aloysium, qui immutato statu (ut exoptaverat) Beneficii de puro legato, seu de quadā Cappellania pro celebratione Missarum amovibili in titulū perpetuum, reliquerat Juspatronatus prædictis de Guerinonis; prædicta enim verba potestativa in quoddā arbitrium sonantia, ac Faustinæ directa = *nel numero, e*
13 *modo, che le parerà, e piacerà* = nullo modo valebant immutare substantiam Jurispatronatus, de quo absolute disposuerat, sed ad summum respiciebant circumstantias numeri, & modi Missarum, quemadmodū recensita verba effective præseferebant, & non ultra, ac in longe durioribus respondit etiam *Rot. cor. Merlin. dec.* 393. *nu.* 1., *& in rec. dec.* 240. *nu.* 6. *& seqq. & dec.* 283. *nu.* 15. *par.* 17.

Et ita &c. Utraque &c.

Romana Donationis, seu Cappellæ.

Mercurii 22. *Junii* 1712.

ARGUMENTUM.

Nullæ Statutariæ solemnitates requiruntur in obligationibus factis per Mulierem favore causæ piæ, seu in beneficium animæ, & ex causa correspectiva, & onerosa. Obligatio, sive promissio facta extra Testamentum, immutari, ac revocari nequit in Testamento. Donatio si fiat inter vivos per actum de præsenti, licet successive de morte fiat mentio, eo casu mortis tempus reputatur designatum exsequutioni, non vero alligatum substātiæ dispositionis effectæ jam revocabilis.

SUMMARIUM.

1. *Infidelis, & stulta promissio Deo displicet.*
2. *Promissio, & obligatio Mulieris, vel Minoris si causam respiciat omnino piam in Divini cultus, & animæ beneficium, non indiget ullis solemnitatibus.*
3. *Vestes, & Jocalia tamquam Dotis appendices illius induunt naturam, & Mulier illa promittens etiam absque solemnitatibus, eadem promissa servare tenetur.*
4. *Nullæ solemnitates desiderantur in contractibus correspectivis, & onerosis Mulierum, seu Minorum.*

5. *Quæ-*

5. *Qualibet ultima dispositio remanere debet in suo esse libertatis, ac revocabilitatis, usque ad extremum vitæ spiritum, alias nulla, & irrita dicenda est.* Amplia num. seqq.

7. *Juramentum inficitur eadem revocabilitate, qua subjicitur actus principalis, cui noscitur appositum.*

8. *Expenduntur Text. in* l. Final. ff. de solut. & l. Cum quis decedens §. Qui Testamenta ff. de Legat. 3.

9. *Pacta contrahentium mutua, ac reciproca, debent ad invicem constantissime servari.*

10. *Correspectivorum uno sublato, corruit & alterum.*

11. *Testator si extra testamentum per actum promissivũ se obligat dare, vel relinquere, tunc non potest in testamento revocare ea, quæ jam extra Testamentum promiserat.*

12. *Donatio si fit inter vivos per actum de præsenti, licet successive de morte fiat mentio tunc mortis tempus est designatum exsequutioni, non vero alligatum dispositioni effectæ jam irrevocabili.*

13. *Promissio de faciendo licet non sit factum, nihilominus quando factum dependet a promittente, habetur pro ipso facto ad finem inducendi obligationẽ in promittente.*

14. *Approbatio, sive mandati ratihabitio ipsi mandato plusquam æquipollet.*

15. *In dubio sumenda est qualibet interpretatio favore piæ causæ, et pro ipsa pronunciandum est.*

DECIS. DLXXXVI.

1 QUia *Deus non irridetur*, eidem propterea omnipotenti Deo displicet *infidelis, & stulta promissio*, ut habetur in *Ecclesiast. cap. 5. n. 3.* Quamobrem cum Nobilis ceteroquin Matrona Anna Flavia Palumbaria postquam enixas preces porrexerat Cõgregationi PP. Ministrantium Infirmis pro obtinenda in Urbe Cappella sita in Ecclesia, cujus titulus est S. Mariæ Magdalenæ, eaq; Beatissimæ semper Virgini dicata, ad finem illam exornandi *con marmi, ed oro fino alla spesa di scudi* 3000., Congregatio vero prædicta rescripserit admissive = *Con che la medesima faccia obbligo, secondo il costume, di lasciare i suddetti scudi* 3000. *Moneta Romana, senza che resti mai mancante questa sua volontà* = cum consequutiva conventionali obligatione ad formam ipsarum precum, & de facto sub eadem die Testamentum confecisset, in quo legaverat in eamdem causam præfata ♈ 3000., adhuc non expavit juxta assuetam Mulierum volubilitatem, seu vertiginem intellectus intra circulum unius dumtaxat Anni revocare ipsum legatum, freta fortasse Clypeo insinuatæ sibi disceptationis a *Scribentibus* conflictari solitæ *in l. fin. in princ. ff. de solut.* ibique *Bartol.* qui & pariter eamdem quæstionem re exit *in l. cum quis decedens 35. § Qui Testamento ff. de l. 3.* cum ceteris inferius enucleandis.

Hinc proinde re ad forensem palestram delata, neque dubitavit A. C. relaxare ad normam prædictæ promissionis Mandatum opportunum, neque hodie *Sac. Tribunal* ambegit idipsum statuere; proposita quippe per Me congrua dubitatione Dominis = *An Instrumentum promissionis foret exsequendum, vel potius sustineretur illius revocatio* = li responderunt *affirmative* quoad primam partem, & *negative* prorsus quoad secundam.

Præsupposito enim, quod de sui natura hujusmodi promissio, & obligatio facta ceteroquin inter vivos elidi non posset, seu revocari sub prætextu, quod inita exstitisset per Mulierem minime observatis solemnitatibus præscriptis ab *Urbis Statuto* in contractibus Mulierum, idque tum quia agebatur de promissione, & obligatione respiciente causam omnino piam in Divini Cultus, &

2 Animæ beneficium, in quibus terminis nequaquam solent exigi, & practicari ullæ solemnitates, ad tradita post *Text. in l. 1. C. de Sacros. Eccles. per Hieron. Scurpf. cons. 31. num. 5. cent. 1. Tiraquell. de privileg. piæ caus. privil. 124. per tot. Grat. discept. 782. nu. 24. Joachim Wibel. de contract. Mulier. cap. 4. nu. 173. cum duob. seqq. Castald. consult. for. 122. num. 11. Modern. Ascul. ad Stat. Urb. cap. 151. annot. 44. art. 6. n. 660. Card. de Luca de donat. disc. 60. nu. 43. Rot. cor. Buratt. dec. 574. n. 15., & cor. Dunoz. Jun. dec. 773. num. 11. & in rec. dec. 239. num. 19. par. 17.*

Eodem quippe, immo fortiori modo decernendum erat, sicuti djiudicandum exstitisset, quoties Anna Flavia vice dotandi ipsam Cappellam Deiparæ, adhuc illam prout hic promisit exornare, ac si qualibet Mulier spopondisset tradere Puellæ non dotem, sed vestes, & Jocalia, eæ etenim tamquam ejusdem dotis appendices, illius induunt na-

3 turam, & qualibet Mulier in hoc casu etiam absque solemnitatibus promissa servare cõpellitur, ex connotatis per *Gabr. cons. 10. num. 6. lib. 1., Tiraquell. de retract. consanguin. §. primo glos. 18. num. 130.; Modern. Ascul. ad Stat. Urb. d. annotat. 44. artic. 6. num. 627. Rot. dec. 433. num. 1. cor. Coccin. dec. 819. num. 4. cor. Dunozet. Jun.*

Tum & certius, quia præcisive a quolibet favore

vore Animæ, seu præcellentia Causæ piæ secundum Sacros a principio adductos Textus fastidientes hac inconstantiam, & revocationem, etiam e per se hujusmodi promissio, atque obligtio apparebat undique
4 correspectiva, & remunerativa concessionis Cappellæ, in qbus circumstantiis nullæ etiam in contractibus ita correspectivis, & onerosis Mulieru desiderantur, & exposcuntur solemnitates, uti ex *Bartol. in l. filius familias num. : in secunda oppos. ff. de donat.* tradit *Ruin. cons. 126. num. 19. lib. 3. Natta cons. 609. num. 29. Tiraquell. ad l. si unquam verb. donat largitus num.* 141. cum aliis per *Rot. post Fazin. ad Stat. Urb. dec.* 133. *§. Nam quando, & per tot., & in rec. dec. 241. num. 27. par. 5.*

Nullam fluctuationem adjiciente propositione superius indicata, quod obligatio assumpta per Annam Flaviam esse adhæsiva Testamento, sive accessoria legato in eo scripto, & propterea quemadmodum nullo pacto fieri potest, quod quælibet ultima dispositio non remaneat in suo esse libertatis, & revocabilitatis usque ad extremum vitæ Spiritum, in quo adhuc voluntas hominis semper est ambulatoria, ita non valeat coarctari unquam eadem libertas, ac propterea ea-
5 dem obligatio citra scrupulum perseveraverit in sui natura revocabilitatis, in qua remanserat legatum, vel in omnem casum veluti arctativa liberi arbitrii nulla, & irrita omnino dicenda esset, prout alterutri, vel utrique rationi nitentes animarunt *Bartol. in l. cum quis decedens 35. §. Qui Testamento ff. de legat. 3., & in l. fin. ff. de solut. Bald. in l. Sancimus Cod. de Testam. ibique Barbos. litt. A. Soccin. Jun. cons.* 114. *num. 8. lib. 5. Natta cons. 475. num. 17. Ruin. consil. 182. num. 21. lib. 1. & cons. 61. n. 7. lib. 2. Surd. cons. 264. nu. 38. Tortiol. cons. 47. ex n. 23. cum plur. seq.* juncto *n. 35. Peregr. de fideic. art. 51. nu. 44. Cancer. variar. resol. lib. 1. cap. 8. de donat. num. 68., Cutell. de donat. par. 2. disc. 1. special. 77. nu. 36. Capon. de pact. & stipul. quæst. 30. num. 48. vers. quæ tamen opinio, Torr. de pact. fut. succ. lib. 3. cap. 12. num. 22. Mans. consult. 20. n. 16. Card. de Luc. de feud. in contr. Bosce. art. 2. num. 85. & 174.* cum aliis per *Rot. in Romana annuæ præstationis 16. Januarii 1702. §. 24. cor. Card. Caprara.*

Id ampliantibus nostris Communiter Interpretibus etiam ad casum, in quo intervenisset stipulatio, & receptatio Partis, cum ea non efficiat, quin semper censeatur stipulatum
6 ad normam conventionis inhibitæ prædicta revocabilitate, uti prosequuntur *Ruin. cons.* 129. *num. 7. lib. 1. Socc. Jun. d. cons. 144. sub n. 3. vers. Nec obstat lib. 3. Natt. cons. 73. & cons. 94.* utrobique *n. 3. Valenzuel. cons. 63. num. 38.*, & latius *cons.* 119. *ex num.* 102. *cum plur. seqq. Surd. cons. 170. num. 14. & cons. 264. num. 38., & dec. Mantuan. 127. num. 6. & seqq.*

Prout non minus accedente quoque quolibet Juramento, ultra enim quod jam eadem Anna Flavia ab ejusdem Jurisjurandi vinculo obtinuerat præcedenter absolvi a Judice Ecclesiastico, nihilominus hujusmodi Juramentum nihil addit, cum accessorie labatur, seu inficiatur eadem revocabilitate, qua subjicitur actus principalis, cui noscitur ap-
7 positum licet confirmative, & roborative idem Juramentum, Teste in eisdem terminis *Bartol. in l. si quis in princip. num. final. ff. de l. 3. Bald. in l. 1. par. num. final. Cod. de Sacros. Eccl. Ruin. dict. cons. 120. num. 4. lib. 1. Socc. Jun. dicto cons. 144. n. 5. lib. 3. Surd. dict. cons. 264. num. 35. cum seqq. Cephal. cons. 378. num. 9. Bottiglier. de success. ab intest. cap. 2. Theor. 45. nu. 20. Thesaur. dec. 225. num. 6. & seqq.*

Siquidem quidquid foret de vera intelligen-
8 tia prædictorum *Textuum in l. final. ff. de solut., et l. cum quis decedens, §. Qui Testam. ff. de l. 3.*, qui potius abstractive stare videntur pro substentatione obligationis; cessabat penitus applicatio prædictæ cõtroversiæ excitatæ per prædictos nostri Juris, ut diximus, Interpretes ex ipso nudo facto: quoniã in casu nostro tam legatum, quam successiva obligatio conventionalis inter vivos adhærebant, & fundabantur in longe antecedenti pacto, & stipulatione, seu acceptatione inter vivos inita inter Annam Flaviam ex una parte, & Congregationem Generalem, quam appellant *Consulta* PP. Ministrantium ex altera, uti liquido patebat ex precibus, quas ipsa porrexerat, & acceptaverant PP. prædicti sub die 24. Augusti 1710. usque ad impediendam revocabilitatem expetitæ concessionis Cappellæ ex latere eorundem PP., ut in eorum *Summario Nu.* 1. ibi = *E perchè teme, che intanto non possa essa Cappella esser domandata da altri, pertanto ne fa istanza presentemente*: quamobrem cum PP. se etiam obstrixerint inter vivos, nec possent amplius pœnitere, & revocare concessionem, quare, ex quo fuit factum deinceps legatum in adimplementum ejusdem conventionis, valet ullo modo subjacere revocabilitati obligationis expleta post legatum ab Anna Flavia? pacta enim contrahentium mutua,
9 & reciproca debent ad invicem constantissime servari, ex notissima propositione, de

qua

qua *Text. in l. Jurifgentium 7. §. Ait Prator ff. de pact. Bald. conf. 343. col. 1. verf. quia non eft vol. 1. Cyriac. contr. for. contr. 129. num. 13. & feqq., & Rot. in dec. 79. n. 37. inter bactenus in Urbe impreff. eor. Me*, itaut ficuti conceffio Cappellæ exarata per Partes ante quodcumque legatum erat effecta irrevocabilis, reddebatur fane etiam obligatio Annæ Flaviæ illam ornandi perneceffe irre-
10 vocabilis, ex regula correfpectivorum, de qua eft pariter *Text. in l. Julia §. Si Procurator, ff. de action. empt. l. fin. Cod. de fruct. & lit. expenf. Marc. Antonin. var. lib. 3. ref. 9. num. 2. Barbof. axiom. 61. num. 3. Cyriac. contr. 23. nu. 43. Rota cor. Buratt. dec. 469. num. 6., & cor. Ninot. dec. 36. num. 4.*

Potiffime perfpectis illis verbis = *ne fa l'iftanza prefentemente*, quæ etiam in nuda littera eamdem correfpectivitatem inferebant de præfenti, & ante quodcumque legatum infcriptum, proindeque de præfenti quoq; fuit jam tunc orta actio contra promittentē, illa enim promiffio = *fino alla fpefa di fcudi 3000., quale intende obbligarfi di lafciar in Teftamento per tal effetto* = fic ftabilita, & fir-
11 mata extra Teftamentum, & ante ipfum Teftamentum exuebat naturam fimplicis legati, ut punctualiter diftinguit *Peregr. de fideic. art. 31. num. 10. circa fin.* ibi = *praterea fecundo refpondetur, objectionem procedere, cum Teftator per viam legati depofuit, & fic per viam pro fui natura revocabilem, ideoq; non potuit fe aftringere ad non revocandū legatum ipfum de fui effentia revocabile; diverfum eft, cum extra Teftamentum, & ultimam voluntatem per actum promiffivum fe obligat relinquere, & promittit eam rem non legare, vel de ea non teftari &c.*, & magis generaliter, fed ad rem *Andr. Barbat. in addit. ad Bald. in d. l. fancimus litt. A. Cod. de Teftam. Roman. in l. ftipulatio hoc modo 5. ff. verb. obligat., & conf. 293. num. 3. Dec. conf. 293. fub num. 2. verf. 1. ergo, Fufar. de fubftit. quæft. 308. num. 77.* cum aliis apud *Torr. de pact. futur. fucceff. lib. 1. cap. 4. num. 3. ad fin., et lib. 3. cap. 13. num. 179.*

Neque eft in Jure noftro novum, quotidie practicari actus vare inter vivos, qui non fubftantiam difpofitionis, fed illius exfequutionem longe poft etiam mortem concernunt uti frequenter habemus in donatione, quæ fi fiat inter vivos per actum de præfenti, licet fucceffive de morte fiat mentio, eo cafu equidem mortis tempus reputetur defigna-
12 tum exfequutioni, non vero alligatum fubftantiæ difpofitionis, effectæ jam irrevocabilis, juxta quotidiana exempla, de quibus *Grat. difcept. for. cap. 272. num. 36. Card. de Luca de fideicom. dic. 141. num. 4. et 5., Rot. dec. 56. num. 2. par. 17. rec. dec. 573. n. 2. par. 18., et dec. 33. n. 1. p. 19. t. 1. rec.*

Addito, quod neque ambigi poterat, utrum hæc promiffio correfpectiva ad conceffionē Cappellæ obftringeret de præfenti: Quamvis enim regula fit, quod promiffio de faciendo non fit factum nihilominus, quando
13 factum dependet a promittente, habetur pro ipfo facto ad finem inducendi obligationem in eodem promittente, ex doctrina *Jo: Andrea in addit. ad fpecul. in rubr. de obligat., et folut. Canet. variar. refol. par. 3. cap. 7. fub num. 114. verf. fecus tamen eft, Vreeol. de Tranfact. quæft. 59. n. 29. et feq. Card. de Luca de fidec. difc. 138. n. 11. cum feqq., et Rota in dec. 34. num. 1. inter hactenus in Urbe impreffas eor. Me.*

Agnofcebant profecto fcribentes pro Anna Flavia periculum, & importantiam prædictarum precum cum illarum acceptatione correfpective fequuta, ideoque illam evadere fatagebant, ex quo non conftaret de mandato ipfius Annæ Flaviæ porrigentis eafdem preces: ed quæ dubitatio defuper haberi poterat, tum, poft habita qualibet alia præfumptione eadem Anna Flavia fub die 2. Octobris, & de eifdem precibus uti a fe porrectis expreffe meminit, & de acceptatione fubfequuta ex parte Congregationis Generalis eorumdem PP., *Summ.* ejufdem Flaviæ *Num. 2.*, quamobrem vel indubitanter præcefferat expreffum ipfius mandatum, vel innegabilis reddebatur illius
14 approbatio, e ratihabitio, quæ ipfi mandato plufquam æquipollet, ad *Text. in cap. ratihabitionem de reg. Jur. in 6. Rot. dec. 2. num. 1. de cauf. poffeff., & proprietat. in antiquis, & cor. Gregor. dec. 525. nu. 4. & 5.* cum aliis per *Adden. ad eumdem dec. 295. num. 6. Rot. cor. Merlin. dec. 577. n. 8., & cor. Priolo dec. 16. & 30.* utrobique *num. 2.* & innuit *dec. 39. num. 17. inter hactenus in Urbe impreffas eor. Me.*

Atque hæc emicarunt adeo de per fe plana, & perftringentia, ut nullatenus oporterer alia fubfidia implorare: fed quando etiam verfari potuiffemus in ancipiti, utrum obligatio promittentis exftitiffet famulatoria ad legatum, vel potius legatum exaratum in implementum antecedentis conventionis, fuffeciffet ex abundanti ipfamet dubietas, cum in dubio capienda veniat qualibet in-
15 terpretatio favore piæ caufæ, & pro ipfa pronunciandum, ex paffim traditis per *Bald. in cap. in præfentia prope fin. de probat., Tiraquell. de privileg. pia caufa privil. 98. in fin. Gratian. difcept. for. cap. 151. n. 2., & dec.*

dec. Marth. 22. num. 5. Canciol. allegat. 14. num. 57. Card. de Luc. de feud. disc. 60. n. 8. Utraque &c.

Calaguritana Dimidii Beneficii de Foronda.

Lunæ 27. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

Agitur de Concursu ad Beneficia Calaguritanæ Diœcesis, in quibus viget Constitutio S. M. Clementis VIII., demandans dignioritatem in eligendo, & non benevolam Ordinarii gratificationem; item de qualitatibus, ac requisitis, quorum ratione unus debeat alteri competitori præferri, non obstante, quod iste obtinuerit gratificationem ab Ordinario.

SUMMARIUM.

1. *Beneficia debent dignioribus conferri, sive habentibus majores qualitates, & prærogativas.*
2. *Ætas annorum 35. est idonea ad substentandam etiam dignitatem, & officium Episcopale.*
3. *Senior in concursu Junioris semper est in Beneficio præferendus.*
4. *Item Sacerdos in concursu Clerici.*
5. *Maxime si Sacerdos sit Doctor, quo casu est ceteris non Doctoribus anteponendus, præsertim in Beneficiis Ecclesiæ Calaguritanæ.*
6. *Item si d. Sacerdos fuerit pluries approbatus ad Curam Animarum, alii vero competitores per ætatem sint prorsus incapaces.*
7. *Jus gratificationis Ordinariis a Sacris Canonibus concessum est.*
8. *Carens beneficio in concursu præferri debet habenti.* Intellige num. 11. & 12.
9. *Attentata est institutio, sive gratificatio facta intra tempus ad appellandum, vel post appellationem interpositam a relatione Examinatorum, quando proceditur judicialiter.*
10. *Beneficia Diœcesis Calaguritanæ habent Legem Clementinæ Sanctionis, demandantis dignioritatem in eligendo, & non benevolam Ordinarii gratificationem.*
11. *Beneficium habens absque congrua substentatione, perinde est ac si nullum habeat Beneficium.*

DECIS. DLXXXVII.

Sanctæ memoriæ Clemens VIII. in etrusca Sede olim *Nostri Ordinis Auditor* usque sub *die 28. Aprilis 1596.*, pro tollendis Jurgiis, & assiduis Controversiis inter Episcopum, & Clerum quotidie exardentibus, non obstante medicamine præcedētis Constitutionis mediati ejus Antecessoris *Sixti V.* prævio *Voto* ejusdem *Sac. Nostri Tribunalis* communicabili cum *Sac. Congreg. Concilii*, de quo coram *Card. Serafino dec. 942.*, novam legem in futurum induxit, in qua certis formis inibi præscriptis, & relatis *per Card. de Luca disc. 67. num. 1. de Benefic.*, idem *Pontifex*, ad audiendas Recurrentium, & Appellantium quæstiones, loco cujuslibet Metropolitani, ipsiusque Nuncii Apostolici Hispaniarum plene adscivit, & subrogavit *Sac. Romanæ Rotæ Auditorium.* Quamobrem cum eadem *Rota* ab anno *1629.* explicite præfatam postremam legem interpetrando, inconcusse firmaverit, quod vacantia hæc Beneficia deberent Digniori
1 conferri, sive habenti majores qualitates, & Prærogativas, quemadmodum abunde patet ex relatis *in dec. 85. ex n. 4. & n. 11.* & latius *in additionibus ad eamdem Decisionem sub num. 20. inter meas in Urbe impress.* in qua aliæ plurimæ *Tribunalis nostri* uniformes recensentur.

Hinc cum in dimidia Portione, tunc vacante in Ecclesia Parochiali *loci de Foronda* æque ab Examinatoribus Synodalibus remansisset approbatus Antonius, & Bernabeus invicem Oppositores, & uterque postmodum quoque a duobus Canonicis Antiquioribus ejusdem Ecclesiæ in diversum votum abeuntibus præelectus; Ordinarius vero per viam gratificationis censuerit, Antonium fore instituendum; *Rotam* appellavit Bernabeus, veluti reputans ad normam præmissæ legis Clementinæ, sibi magis debitam ex meritorum præcellentia fuisse hujusmodi Portionem, & fausto prorsus successu; cum illi adjudicandum Beneficium reputaverit *Tribunal* usque sub *die 15. Maji 1705. cor. cl. mem. Card. Caprara*, uti liquet *ex decisione coram ipso* promulgata.

Ast Causa dein remansit silentio quodammodo obruta, & ferme demortua, donec in locum ejusdem *Card. Caprara*, suffecto *R. P. D. meo Falconerio*, eodemque Bernabeo resurgente, & ejusdem Causæ expeditionem postulante, & illam, inutiliter contradicente Antonio, exstitit eam Bernabeus assequutus sub *die 11. Januarii 1712.* Quare ad iteratam provocationem Antonii, *Mihi* denuo delegata Controversia, & in actu pugnæ, lacessito Antonio, quamvis postea non comparente, præcedentem *Rotalem sententiam* penitus *esse confirmandam* Domini non dubitarunt.

Facile fuit in hanc resolutionem, inoffenso pede, descendere, quia e conspectu Dignioritaa-

ritatis, & meriti utrinque apparentis, Justitiæ lances incontinenti inclinabant favore Bernabei; Is enim antecellebat Antoniũ Incontrovertibiliter ex Pluribus; & Primo, quia Antonius de tempore vacationis numerare poterat tantummodo an. 22. Bernabeus vero ratione ætatis erat longe provectior, utpote constitutus in illa an. 35., quæ sicut Idonea est ad substentandam etiam Dignitatem, & Officium Episcopale, ex determinatione *Sac. concilii Tridentini sess. 7. cap. 1., & sess. 22. cap. 2. de reformat.*; Ita etiam in simplici linea senioritatis causat in
3 hac parte præponderantiam, ex plene cumulatis *post Text. in cap. cum in cunctis vers. Ætatis maturitas de Electton. & Roland. consil. 47. n. 70. lib. 1., per Rocc. de Jurepatr. verb. honorificum quæst. 15. num. 42., Rota dec. 23. n. 6. post Tendut. de Pension. dec. 61. in princ. par. 3. rec. & in Calaguritana quarti Beneficii de Alesaneo 29. Apr. 1699. dec. 85. nu. 6. inter noviter in Urbe impress. cor. Me.*

Secundo pariter Antonius, inspecto, ut inspici debet, eodem tempore vacationis, existebat simpliciter adscriptus in sortem Domini, sive initiatus prima Tonsura, quando Bernabeus gradualitatem omnium Ecclesiasticorum Ordinum, Sacrorumque supergressus, jamdiu Charactere Sacerdotali reperie-
4 batur insignitus; idque pariformiter tribuere innegabilem præpollentiam in hac ipsa materia, ostendunt *post Dec. cons. 542. n. 13. Guttierez. cons. 2. n. 22. in fin., Lara de Anniverf., et Cappell. lib. 2. cap. 3. n. 17. Rota cor. Zaratt. dec. 18. num. 4. d. dec. 61. n. 1. vers. Item majores Ordines par. 3. decis. 62. num. 4. et 5. par. 12. dec. 659. n. 2. par. 18. tom. 2. rec. cum aliis relatis in præcedenti dec. 15. Maji 1705. §. Præsertim quia, cor. bon. mem. Caprara.*

Bernabeus elucebat tertio loco suffultus laurea Doctorali in famigerata Salamantina Universitate conquisita, absque eo, quod Antonius Vestibula hujusmodi Universitatum
5 salutasse appareret, & proinde etiam ex hoc capite anteponendum esse nemo non videt; & sæpius in hac specie Beneficiorum Ecclesiæ Calaguritanæ declaravit *Rota decis. 61. n. 1. vers. Item plures gradus par. 3. dec. 62. num. 9. par. 12. et dec. 659. num. 2. par. 18. tom. 2. rec., et in Calaguritana Beneficii de Auxego 20. Januarii 1688. §. Siquidem cor. Caccia, et 19. Dec. 1689. §. Validitas coram R̃mo D. meo Molines Decano, et in Calaguritana 4. Beneficii 16. Febr. 1699. §. Inter cor. R. P. D. Lancetta, jam relatis in meis Addit. ad supradictam dec. 85. sub num. 25.*

Quarto ultra Prærogativam ætatis, Sacerdotii, & Doctoratus, Bernabeus supra Antonium in Arena practica fuerat sæpius approbatus ad Curam Animarum, tam per Episcopum, quam per Visitatorem Generalem, & signanter de tempore proximo Vacationi controversi Beneficii, absque eo, quod similem approbationem etiam assequi
6 potuisset Antonius, qui per ætatem erat prorsus incapax cujuscumque Curæ, secundum ea, quæ ponderato hujusmodi requisito in hac colluctatione Dignioritatis, & meritorum unanimiter asserunt *Lotther. de re benefic. lib. 2. quæst. 31. num. 138., Rota dec. 494. num. 8. cor. Royas dec. 62. num. 9. par. 12., et dec. 515. num. 11., et dec. 584. pariter nu. 11. par. 18. tom. 2. rec., et in d. Calaguritana 4. Beneficii 16. Februar. 1699. §. Is autem cor. R. P. D. meo Lancetta*, cum quampluribus concordantibus adductis *in meis addit. ad sæpedictam dec. 85. num. 35.*

Et quidem, neque etiam quando petiit novam Audientiam Antonius, ausus fuerat hasce præponderantes qualitates Bernabei obtundere, & offuscare, sed duo conabatur opponere; alterum, quod ipse gratificationem in paritate Approbationis Examinatorum, & in paritate Electionis duorum Beneficiatorum, seu Canonicorum, ut supra ab Ordinario reportasset, & consequenter, quod
7 Judicium ejusdem Ordinarii in faciem loci mereretur anteponi, quando etiam Sacri Canones hujusmodi Jus gratificationis Ordinario præstolantur, juxta *Text. in cap. cum Auctoritate, ubi gloss. verb. Judicium, & Doctores omnes de Jurepatr. Innoc. in cap. 1. num. 2. eod. tit., gloss. in cap. si plures vers. conferri, & vers. sed etiamsi Partes eod. tit. Decius cons. 127. in princ. verb. Episcop., et cons. 129. pariter in princ. vers. quia quando lib. 1. Peregr. cons. 33. num. 28. vol. 1. Lamber. de Jurepatr. lib. 2. par. 3. q. 5. artic. 1. Cæsar. de Graff. dec. 128. de Jurepatr. Rot. dec. 131. num. 15. post Vivian de Jurepatr. dec. 7. num. 6. cor. Ottobon., & in supradicta mea decis. 85. num. 9.*

Et alterum, quod Bernabeus possideret aliud Beneficium in Ecclesia de Zurban, ideoque posthaberi mereretur ipsi Antonio nullum
8 possidenti Beneficium, etiam ex his, quæ in terminis per *Text. in cap. is cui de Præbend. in 6. dixit Rot. dec. 767. num. 1. cor. Seraph. dec. 118. num. 6. cor. Amato Dunozett. dec. 583. num. 5., et dec. 784. num. 11. par. 18. tom. 2. recent.*

Verum ad supprimendum pondus, sive præponderantiam eorumdem meritorum Bernabei palam, & in aperto, & ex confessis etiam effulgentium, visum est, nullam ex eisdem oppo-

oppositionibus posse, & maxime in conflictu in aliqua haberi consideratione; quarenus enim pertinebat ad gratificationē utiq; nequaquam de ea poterat haberi animadversio, quia, cum Bernabeus existimans profecto sibi exstitisse gravamē illatum ab Examinatoribus Generalibus appellasset, quando pari gradu habiles ad simplicia Beneficia declararunt tam ipsum Bernabeum, quam Antonium, ex quo ille toties fuerat approbatus ad Curam Animarum, atque hæc Appellatio jam remansisset per Ordinarium admissa, certe Ordinarius nequibat amplius apponere manus in facienda prædicta gratificatione citra manifestum vitium Attentatorum, quæ etiam *Sacra Rota* canonizaverat ad partes, sub eadem *die* 15. *Maji* 1705. *coram prædicto clar. mem. Card. Caprara*, ita ut coactus positive fuerit Anto-
9 nius eisdem attentatis renunciare, unde non posse in his terminis appellationum ullum fomentum præbere Gratificato, optime dixit *Rot. cor. Peutinger. dec.* 48. *nu.* 3. *cor. Carillo dec.* 204. *nu.* 1. *cor. Ottobono dec.* 66. *num.* 3. *& dec.* 86. *num.* 6., *& in par.* 2. *divers. dec.* 6. *num.* 1. *in rec. dec.* 488. *num.* 3. *par.* 3. *dec.* 62. *num.* 16. *par.* 12. *& dec.* 283. *num.* 6. *&* 7. *par.* 16., & firmavit prima *Decisio hujus Causæ cor. Card. Caprara* §. *Non obstat*.

Eoque fortius, quia, nec etiam præcisive ab his attentatis, quidquam operatur talis gratificatio Ordinarii; solum enim illa operatur in aliis Collationibus Beneficiorum, in quibus sufficit habilitas illius, qui gratificationem obtinuit in paritate E. G. præsentationum, seu Vocum; secus autem est in Beneficiis hujus Diœcesis, quæ habent legem Clementinæ sanctionis demandātis dignio-
10 ritatem in eligendo, & non benevolam, Ordinarii gratificationem, sicuti plenius deductum, & animadversum fuit in *dec.* 84. *num.* 11. *cor. Peutinger. dec.* 284. *n.* 12. *cor. Bich. dec.* 494. *num.* 3., *cor. Royas, & in rec. dec.* 62. *num.* 22. *par.* 12., *& dec.* 329. *n.* 6. *par.* 14., & in aliis pluribus adductis in sæpius allegata *mea Decisione* 85. *n.* 11. *&* 12.

In ordine tandem ad Beneficium, quo potiebatur Bernabeus, multiplex erat responsio, in primis, quia etiam simile simplex Beneficium retinebat Antonius in loco de Ubidea, necnon Ecclesiam Parochialem in eodem Oppido, juxta attestationes per eumdem Antonium exhibitas *Summ. n.* 15., & nihilominus, nisi constet, quod Beneficium possessum a Bernabeo congruam substenta-
11 tionem excedat, perinde est, ac si nullum Beneficium Bernabeus habuisset, ut præter adductos in præcedenti *Decisione Cara. Caprara* 15. *Maji* 1705. §. *Minus relevat* plena manu sub hac distinctione habetur in *addit. ad eamdem meam Decisionem* 85. *n.* 38.

Postremo etiam adjungebatur, quod licet in omnem Casum præcedens detentio alicujus Beneficii reddere posset minus indigentem illum, qui illud possidet, adhuc tamen Circumstantia hæc ex se sola non tanti æ-
12 quivalet, ut possit ullo modo superare cetera, longe ut supra, exuberantia merita, & Prærogativas, ut optime non minus in prædictis terminis horum Beneficiorum observavit *Rota dec.* 262. *num.* 6. *&* 7. *coram Ottobono, dec.* 169. *num.* 9. *cor. Celso, dec.* 535. *num.* 7. *cor. Cerro, dec.* 489. *num.* 22. *cor. Bich., & in rec. dec.* 337. *num.* 5. *par.* 4. *& dec.* 240. *num.* 6. *&* 7. *par.* 12.

Et ita concorditer resolutum fuit, etsi Bernabeo solum insonnante, & Antonio non comparente.

Forolivien. Juris offerendi.

Lunæ 27. *Junii* 1712.

ARGUMENTUM

Habes supra in decis. 504., quæ in præsenti confirmatur.

SUMMARIUM.

1. *Creditor ne sit deterioris conditionis alterius Tertii oblatoris potest emere rem communis debitoris tamquam Tertius.*
2. *Creditor posterior si solvat creditori anteriori potest per Jus offerendi avocare bona conquisita in ratione sui Crediti per Creditorem anteriorem.*
3. *Creditor anterior si velit amovere posteriorem a fundo quem acquisiverat E. G. in salviano, ei non permittitur, si creditor posterior volens insistere pro sua detentione praeligit satisfacere Creditorem anteriorem.*
4. *Quælibet Juris præsumptio corruit concurrentibus circumstantiis.*
5. *In omnibus actibus fons, & origo inspici debet.*
6. *Creditorum appellatione in Jure non veniunt meri, & soli Creditores, sed etiam continentur Creditores alicujus facti, alicujus actionis.*
7. *Ad effectum deveniendi ad subhastationem seu deliberationem intercedere debet creditum instantis.*
8. *Adjudicatio a parte ante exquirit creditum undequaque liquidum.*
9. *Et a parte post exposcit, quod ea sequatur ob defectum aliorum oblatorum favore certi creditoris.*
10. *Fidejussor acquirens pignus debitoris, etsi pre-*

pretium illius vertat in dimissionem Creditorum, pro quibus erat obligatus, non tamen liberatur a Jure offerendi favore Creditoris posterioris, & nu. 17.

11. *Affertur ratio*.

12. *Fidejussori vetitum, atque interdictum est emere rem sui debitoris. Expenditur dispositio* Text. in l. 1. C. de Dol., & n. seqq.

13. *Fidejussor emens, an emisse censeatur pro ipso debitore, & luendi gratia pignoris dumtaxat*.

14. *Fidejussoribus, quæ beneficia sint de Jure concessa*.

15. *Quilibet correus, sive socius potest tamquã Creditor agere contra Consocium, vel ad se liberandũ, vel pro recuperatione soluti*.

16. *Dolus in eo non intrat, qui sibi debitum curat assequi, facitque illud quod de Jure permittitur*.

17. *Practica, sive doctrina a Tribunalibus recepta attendenda est pro casu legis in terminis in quibus loquitur, et in quibus non habet contradictorem*.

18. *Accollatio non extinguit primum debitũ, sed accumulat Creditori alterum obligatum*.

19. *Bona Debitorum in subhastatione vilius venduntur*.

DECIS. DLXXXVIII.

INconcussa, & ineluctabilia dignoscentes Fratres de Gaddis fundamenta, quibus *Domini* innixi in præterita propositione definiverant, competere Fratribus de Merlinis Jus offerendi super bonis illorum de Brigantibus sitis in Territorio Fori Pompilii, & ab eisdem Fratribus de Gaddis hactenus detentis, uti eorumdem Bonorum Acquisitoribus in figura Creditorum, partim per viam extrajudicialis, & partim judicialis emptionis, incontinenti præfati Fratres de Gaddis reclamantes, procurarunt abscondere talem figuram, seu repræsentationem Creditorum, & sub hoc pallio ab assueta benignitate eorumdem *Dominorum*, noviter audiri reportarunt, sed apud eos in hodierna iterata discussione firmius, recognita prædicta figura, & Veste inexuibili Creditorum, nequaquam potuerunt abscedere ab jam *Decisis*.

Irritus propterea reddebatur labor Scribentium pro eisdem Fratribus de Gaddis in exornando, atque retexendo ea, quæ in puncto Juris præcedenter quoque in altera *Decisione* 18. *Junii* 1710. *cor. Me*, ultro fuerant admissa, nempe quod etiam Creditor ne sit impar, & deterioris conditionis alterius cujuscumque Tertii oblatoris, possit & ipse comparere, & emere extrajudicialiter, aut judicialiter rem communis Debitoris tamquam simpliciter Tertius, & in hoc Casu

1 penitus evadat immunis ab omni reluitione, ab omni Jure offerendi per alium Creditorem intentato, ad *Text. in l. cum secundus ff. de distract. pignor.*, & in *l. potior §. fin. ff. qui potior. in pign. habeant.* cum concordantibus, & reliquis Auctoritatibus recollectis jam in præcedenti mea *dec. a principio* usque ad §. *Ita e converso*, frustraque proinde iterum repetendis.

Verum amatitudo versabatur in Facto, quo ut hic, vigente in contrarium, nempe quod in sui quidditate, & substantia directe, vel indirecte Creditor tamquam Creditor sibi obtineat vendi, sive adjudicari bona communis debitoris, ex quo tunc censetur nil aliud præseferre hanc judicialem, vel extrajudicialem emptionem factam a Creditore, quam confirmationem pristinæ hypothecæ, omnis propterea Justitia, omnis æquitas, & ratio prorsus exposcit, quod quotiescumque eidem Creditori, & minimul acquisitori eorumdem bonorum comunis Debitoris restituitur suum Creditum, atque ita remanet Creditor satisfactus, restet saltem in solatio Creditoris posterioris qui subit onus ejusdem refusionis Crediti anterioris, & proprii forsan Crediti jacturam avocare per prædictum Jus offerendi pro sua delectatione, affectione, vel utilitate saltem putativa

2 bona conquisita in ratione sui Crediti per Creditorem anteriorem, ad plene tradita per *Doctores in l. prima §. Cum autem C. si antiquior Creditor*, & *l. cum Prior tertia*, & *l. cum posterior sexta ff. de distract. pignor.*, *Calvin. de aquit. cap. 38. de Marin. quotid. resolut. lib. 1. cap. 219. num. 1.*, & *seqq.*, & magis copiose *in prædicta antecedenti dec. ex §. Ita e converso cum duobus seqq.*, & ante *in Farfen* pariter *Juris offerendi 7. Decembris* 1702. §. *Plene per tot.*, & signanter §. *Et ratio pariter cor. Me*.

Tantaq; est rationabilitas, & discretio nostræ facultatis, & Juris, ut pari ratione, si Creditor anterior velit amovere posteriorem a fundo, quem acquisiverat ex. gr. in Salviano, ei non permittatur, quoties volens insistere commodo saltem suæ detentationis Creditor posterior præeligit satisfacere de

3 suo Credito anteriorem, ad passim firmata per *Gratian. discept. for. 269. nu. 8.*, *Pacif. de salv. Interdicto inspect. 5 cap. unico n. 35.* & *36.*, & pluribus cumulatis animadversum quoque fuit per *Rotam in dicta Farfen. Juris offerendi 6. Decembris 1702. §. Absq; eo quod*, & §. *seqq. cor. Me*.

Applicando igitur ad rem, parum proderat Fra-

Fratribus de Gaddis, quod isti supponerent habuisse in præfatis emptionibus verum animum emendi, & nanciscendi perfectum Dominium, unde in illorum præcordiis deficeret intentio complicandi confirmationē hypothecæ, & vestiendi figuram, & essentiam Creditoris, adeout ex circumstantiis hanc voluntatem, & veritatem suadentibus
5 corruat qualibet præsumptio Juris, quæ militaret in oppositum, ex traditis per *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 121. sub n. 7. vers. crediderim verius Posth. de subhast. inspect. 66. num. 27., Card. de Luc. de credit. & debit. disc. 165. num. 4. & Rota in d. Farfen Juris offerendi 6. Decembris* 1702. §. *Ast longe in medio cor. Me.*

Siquidem quidquid realiter fuerat in eisdem emptionibus gestum per eosdem Fratres de Gaddis clamabat in contrarium; Quo etenim Jure prædicti Fratres poni fecerunt sub hasta bona illorum de Brigantibus communium Debitorum, nisi quia iidem de Brigantibus, emenres Prædium ab Joanne Baptista ipsorum Auctore, in se accollaverant nonnullos Census passivos, quibus venditor premebatur, illosque sese obligarunt extinguere *Summ. eorumdem de Gaddis præterita Propositionis num.* 1.; Cumque Brigantes defecissent in implemento præmissæ, & promissæ extinctionis, propterea Fratres de Gaddis reportarunt Mandatum ad Factum, & respective exsequutivum contra præfatos Brigantes, illaque exsequutioni demandarunt super eorumdem Promissorum Bonis ad finem illa subhastandi, & deliberandi, pretiumque pro eorumdem Fratrum Jure, & Interesse inde retrahendum implicandi in extinctionem tam sortis, quam fructuum eorumdem Censuum accollatorum, *d. Summ. num. 2. litt. A.*, unde tandem ea bona fuerunt adjudicata Fratribus de Gaddis, nullo alio Comparente Oblatore, & respective in eorum manibus remanserunt, sicque si
5 vera est Propositio, ut est verissima, quod in omnibus Actibus debeat inspici Fons, & Origo, ut perbelle ait *Bald. cons. 47. num. 10. vers. nam a primordio vol. 3. Natt. cons. 71. num. 1. Thesaur. dec. 257. num. 4. vers. inspici enim debet. Rota dec. 282. n. 29. par. 18. rec.* cum aliis relatis *in Romana Societatum Officiorum 3. currentis Mensis cor. Me.*

Quis ex hujusmodi Hystoria poterit inficiari, quod nedum Origo subhastationis, & acquisitionis consequutivæ bonorum sequuta ad favorem ipsorum de Gaddis, sed etiam ultimus finis consummatorius tam in Judicio, quam extra non provenerit ex Credito, sive actione, quam iidem Fratres de Gaddis fovebant pro consequenda eximitione a Censibus per Debitorem, & respective Promissorem communem accollatis, & postea mediante Adjudicatione bonorum illius extinctis, alias iidē si Fratres de Gaddis non fuissent Creditores ejusdem Facti promissionis, & respective actionis, non potuissent cum bonis communis Debitoris dissolvere Census, ad quos erant obligati, & adepti pariter nequaquam fuissent eadem bona communis Debitoris; Non enim Creditorum
6 Appellatione in Jure veniunt meri, & soli Creditores pecuniarii, sed etiam continentur Creditores alicujus facti, alicujus actionis, & in hoc concordare jam demonstravimus in præterita *dec.* expressa responsa *Vulpiani, & Caji in l. Creditores* 10., *& in l. Creditorum appellatione* 11. *ff. de verbor. significat.*, ibique *Gloss. & Doctores* communiter *Bartol. in l. 1. ff. si cert. petat., Rebuff. ad tit. de verbor. signific. in d. l. 10., & l. 11., Salgad. Labyrint. Credit. par. 1. cap. 11. sub num. 27.* cum reliquis in eadem præterita *dec.* hujus Causæ §. *Verum*, quibus addi possunt *Alex. cons. 102. num. 2., & 11. lib. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 3. conclus. 159. num. 27., Tuschus concl. Jur. litt. D. concl. 35. num. 15. & 16., Rota dec. 183. nu. 17. par. 6. rec.*

Ecce igitur, in rei nedum intrinseca, sed etiam extrinseca, & materiali veritate, reassumpto principio, & terminatione totius hujus Negocii, compertum, quod bona communis Debitoris solummodo remanserint penes de Gaddis vigore eorum Crediti, sive eorum Actionis, de cetero enim nequivissent ullo modo sine tali Credito, sine tali ipsorum actione devenire ad subhastationē,
7 & deliberationem, absolutum quippe est, ante omnia ad hunc effectum intercedere debere Creditum Instantis ad *Textum sub. Hoc in porrectum vers. quod si nolit Creditor C. de Sacrosanct. Eccles. Mangil. de Subbast. quæst. 1. num. 3., Posth. eodem Tractat. inspect. 1. num. 36.*, & dictum fuit *in Romana Spolii 19. Februarii proxime elapsi §. Adeout, & §. Sequenti cor. me.*

Nequivissent pariter eisdem Fratribus transferri bona titulo Adjudicationis, dum Adjudicatio a parte ante exquirit Creditum undequaque liquidum, & ab altera post non minus exposcit, quod ea sequatur ob defe-
8 ctum aliorum Oblatorum favore certi Creditoris, ut de prima propositione docet *Alciat. in l. Aliud est* 231. §. *Inter multum verb. Adjudicatio nu. 5. ff. de verb. signficat. Soccin. Junior. cons. 47. num. 7. in fine lib. 2., Mangil. de Subbast. quæst. 51. num. 9., Rota*

cor. Cavaler. dec. 171. num. 6. Rot. cor. Ludovis. dec. 224. num. 1., & in rec. dec. 442. sub num. 1., & dec. 725. num. 2. par. 2., cum aliis in proxime allegata Romana Spolii §. Cumque pariter, & seqq. cor. Me, & de
9 secunda post Text. in l. Ordo, & ibi Salicet. in princ. C. de exsequut. rer. Jud. l. A Divo Pio §. Si pignora & ibi Doctores ff. de re judic. Marant. de Ord. Judic. quæst. 6. Artic. ult. n. 19. Ursell. verb. Adjudicatio concl. 53. n. 26. Mangil. de Subhast. quæst. 21. num. 16. quæst. 26. in princ. vers. qua facta in Subsidium, & quæst. 195. pariter nu. 1. Posth. eodem Tractat. inspect. 45. num. 17. Rot. cor. Put. dec. 246. num. 1. lib. 2. cor. Seraph. dec. 984. in princ. cum ceteris abunde congestis in sæpedicta Romana Spolii 19. Februarii proxime præteriti §. Ceterum ulterius cor. Me.

Hinc nullam penitus ingerebat amaritudinem, quod Fratres de Gaddis numeraverint de propria Crumena pecunias effectivas pro pretio ejusdem adjudicationis, & respective emptionis; Id enim sequutum fuit ad finem, illud exbursandi Creditoribus Censuum, quemadmodum evenit, unde non exinde dimissa Veste Creditoris induere poterant illam Tertii, & indifferentis Licitatoris, & Emptoris; Ad hoc enim demonstrandum adduximus exemplum in antea-cta decis. de Fidejussore, qui licet non sit Creditor pecuniarius, sed habeat tantummodo actionem ad cogendum Principalem, ut eum liberet ab ipsa Fidejussione mediante satisfactione Creditorum, adhuc si idem Fidejussor acquirat pignus ejusdem Debitoris, & pretium ipsius pignoris ab eo effective solutum, & numeratum verti procuret in dimissionem eorumdem Creditorum, pro quibus erat obligatus; non idcirco mediante hac numeratione pretii etiam facta de
10 proprio, Fidejussor, qui Emptor, & Dominus, licet irrevocabilis præfati pignoris evasit, liberatur a Jure offerendi favore Advenientis posterioris Creditoris, Teste Jurisc. in l. Fidejuss. conventus secunda, & in l. cum secundus §. Si Secundus Credit. ff. de distract. pignor. ibique Bartol., & Doctores communiter Arias de Mesa var. resolut. lib. 1. cap. 10. num. 2. Donat. de Marin. quotid. resolut. lib. 1. cap. 219. n. 6., Vinc. de Franc. dec. 69. num. 6. cum seqq.. aliisque in dicta præcedenti dec. recensitis in §. Si igitur.

Et ratio est manifesta, quia quidquid in Intentione cõfovere quoque valuerit Fidejussor, scilicet acquirendi, necne pignus tamquam tertius Emptor, adhuc longe prævalet huic occultæ Intentioni Intellectus Juris, per quẽ emergit adeo fortis præsumptio, ut in hisce Casibus ementes magis intendisse censeantur Tuitioni proprii Juris in dimissione Creditorum per confirmationem pignoris empti, quam acquirendi perfectum, & penitus irrevocabile Dominium, immo & hæc præsumptio tamquam Juris, & de Jure neutiquam admittit non solum probationem conjecturatam contrariæ Intentionis, sed
11 nec ullatenus manifestam, & patefactam in contrarium, ut strenue firmat Vinc. de Franch. dec. 69. num. 6. 7. & seqq., ibi = quia ut dicit Text. in l. sequenti videntur Creditor, & Fidejussor emere potius tuendi Juris sui causa, quam ut Dominium acquirant; Est enim præsumptio Juris, et de Jure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, ita in specie Glossa in l. 1, C. de dolo, quæ ad hoc allegat legem cum secundus loquentem in Fidejussore, et secundo Creditore, eosque in hac materia æquiparantem, et esse in Fid. committente præsumptionem Juris, et de Jure, Ultra Gloss. tenet ibi etiam Bald. et Salicet etc., et non esse in materia prædicta inter Fidejussorem, et secundum Creditorem faciendam differentiam, est omnino tenendum, postquam in utroque eadem ratio procedit, quæ ponitur in d. l. cum posterior etc. in qua idem statuitur respectu Creditoris, et Fidejussoris, & opportune sequitur Schett. de Jur. offer par. 1. cap. 3. sect. 4. num. 14.

Neque ad enervandum præfatum Fidejussoris exemplum, in aliquo refragabatur præsensa illa disparitas inter Creditorem, & fidejussorem ementem, ex quo, sicuti Creditor non prohibetur emere rem debitoris, ita e
12 converso vetitum, & interdictum hoc existat fidejussori, per Text. in l. 1. ibique Scribentes C. de dolo ibi = Si fidejussor a Creditore pignora emat oblata quantitate sortis, et usurarum Tibi (idest Debitori) dominium cum fructibus, quos bona fide percepit, consultius restituat, ne fidei rupta gratia de dolo possit actio exerceri = a qua sane Imperatoria Censura vehementius, & bene, ut vidimus, inferunt Scribentes, hanc revera esse præsumptionem Juris, & de Jure, nimirum, quod stante hujusmodi prohibitione, quociescumque Fidejussor emit, emisse censeatur pro ipso
13 Debitore, & luendi gratia pignoris dumtaxat; unde ad rem redeundo ultra quod prædictus Text. in l. 1. C. de dolo percutit terminos simplicis, & ab Jure præcogniti fidejussoris, qui subeundo talem fidejussoriam obligationem, censetur id agere in solam gratiam Debitoris, unde eadem Jura hujusmodi fidejussorem in tali gradu commisserationis constituunt, quod ei in contra positionẽ, & levamen indulgent tria illa beneficia ex-

cussionis, Divisionis, et Epistola D. Adriani cedendarum actionum, de quibus in Auth. præsente C. de fidejuss., et in l. fin. C. de Constit. pecunia, & prius in l. ut fidejuss., et l. fidejuss. ff. de fidejuss., et in §. Si plures Instit. eodem titul. de fidejussor, sicque videbatur abhorrere, quod fidejussor Officio Amicitiæ, vel
14 pietatis allectus vellet postea, emendo pignus, seu rem debitoris, convertere beneficium in maleficium, & idcirco eadem Cæsarea Sanctio l. 1. reponitur sub rubr. C. de dolo, qui semper malitiam, & pravitatem præsefert, ut ex Labeone inquit Vulp. in l. 1. §. Dolum ff. de dolo malo.

Secus autem hodie est, dum fidejussores per Creditorem nimiam fortasse providentiam exuere compelluntur simplicem, & antiquã naturam fidejussoriam, & per nova formularia obligantur citra fruitionem ullius ex prædictis beneficiis, excussionis, divisionis, & Epistolæ D. Adriani tamquam principales principaliter, & in solidum, quo casu cum siant ae. debendi, & Socii ejusdem Obligationis, nil mirum si possent emere tamquam effecti Creditores veri, & effectivi ipsius Principalis, pro quo intervenerunt, sicuti posset alius Creditor indifferens, qui ad terminos ejusdem facultatis, posset emere; quilibet namque Correus, sive Socius potest tamquam Creditor agere contra
15 Consocium, vel ad se liberandum, vel pro recuperatione soluti, Teste Gloss. in l. si in rem vers. in solidum, ibique Bald. in princ. C. si cert. petat., et in l. 1. ibique Doctores C. de duob. Reis Cephal. cons. 220. num. 2. Natt. cons. 658. num. 4. vol. 1. Olea de Cess. Jur. tit. 5. quæst. 4. a num. 36. ad plures seqq., Rota post Merl. de pign. dec. 24. num. 4., et seqq. cor. Cerrò dec. 492. nu. 6. et cor. Emer. Jun. dec. 663. num. 2.; Unde intrare nequit dolus in eo, qui sibi debitum curat assequi,
16 facitque illud, quod de Jure permittitur, per ea, quæ connotarunt Doctores in l. nullus videtur dolo ff. de regul. Jur. Roe. disput. Jur. cap. 164. num. 14. Rot. cor. Ubald dec. 89. num. 2. repetit. in rec. dec. 213. num. 2. p. 2.

Nihilominus corruebat penitus omnis ansa dubitandi, ex quo Censura d. l. 1. C. de dolo (quæ de cetero supra enunciatos terminos præsupponit, & involuit) loquitur inter Debitorem, & fidejussorem, & tribuit. Debitori principali Jus recuperandi pignus a fidejussore illud emente, Doctores vero, quia admittunt Jus offerendi favore Creditoris posterioris adversus fidejussorem, qui rem pignoratam coemit, non possunt, melius articulum enodare, nihil obloquendo de ipso principali Debitore, & concedendo, ut diximus, Jus offerendi Creditori posteriori cum suppositione, quod ex præmissis probabiliter rationibus fidejussor hodie non sit vetitus emere rem principalis Debitoris
17 ideoque illorum practica, & Doctrina a Tribunalibus recepta attendenda est pro casu legis in terminis, in quibus loquuntur, & in quibus non habent Contradictorem Vinc. de Franc. dec. 603. num. 4. Surd. dec. 219. num. 36., Mart. Vot. Pisan. 6. num. 7. Sperell. dec. 176. num. 20. Rot. dec. 560. num. 3. part. 18., & dec. 43. num. 13. inter novissime impressas in Urbe cor. Me, et in Gerund. Beneficii 8. Martii 1697. §. Secus autem in fin. cor. bo. mem. Muto.

Attulimus supra, & robustius in altera decisione ex §. Comperto cum pluribus seqq. in comprobationem præmissorum, quod de facto etiam aliunde apparebat, quod Fratres de Gaddis tamquam Tertii soli Creditores, & non tamquam Tertii conquisiverant controversa bona communis Debitoris, rursus etenim exstitit adinventum, quod hoc motivum solidæ nitebatur veritati, dum quidquid dici contenderetur in contrarium, hoc ipsum pre ceteris cantabat instrumentũ ipsius adjudicationis, ut in veteri Summ. num. 11. Incassum vero prætendebatur ex doctrina Posth. de Subhast. inspect. 66. num. 43. Merl. Pignatell. contr. cap. 93. n. 5. et seqq. Censur. 1. quos in contrarium Scribentes mutuaverant a præfata præcedenti decis., quod si Creditor vere accipiat Adjudicationem in figura Tertii libere dantis pecuniam, liber evadat a quolibet Jure offerendi, id namque non accidit in præsenti, cum Fratres de Gaddis tradiderint pecunias ad finem dimittendi Creditores Censuales, quorum ipsi erant debitores originales, non obstante accollatione facta per Brigantes, & sic pro eorum ruitione pecuniam exbursabant, exemplo semper præ oculis habendo fidejussoris, ut supra, contra quem datur Jus offerendi; Non enim accollatio suscepta per Brigantes liberaverat Fratres de Gaddis
18 a primordiali Debito Censuum, cum accollatio non extinguat primum Debitum, sed accumulet Creditori alterum obligatum, ex collectis per Posth. de Subhast. inspect. 37. num. 33. Salgad. Labyrint. Credit. par. 2. cap. 26. num. 104., et seqq. Rot. post Cenc. de Cens. dec. 238. num. 2., et cor. Emer. dec. 1316. num. 7., et 8., cum aliis plena manu collectis in Romana Salviani 19. Februarii prox. præt. §. Secundum utique, et in d. Romana Spolii eodem die edita §. Quoniam cor. Me.

Subjunximus in eadem præcedenti decisione in §. Jam relatis, quod manifestabat magis, atque

atque pandebat, Fratres de Gaddis fuisse effectos Adjudicatarios tamquam Creditores, non tamquam Tertios, ponderatio, atque reflexio, quod ex littera, & Beneficio Forolivien. Statuti obtinuerant eamdem adjudicationem *per il quarto meno*; Verum inutiliter pariter iidem Defensores conabantur, quod Statutum æque se protenderet favore Deliberatariorum non Creditorum, adducentes etiam exempla, atque attestationes, sed aberrabant, quoniam respectu attestationum prævalere utique videbantur allatæ per Fratres de Merlinis, & in omnem Casum conciliabantur, quatenus nemo scilicet esset, qui plus offerret supra vere tertiã partem valoris, & Creditori non expediret accipere bona in Adjudicationem; Littera quippe Statuti jam relata neutiquam inquit, *che se s'incanteranno* (scilicet bona Debitoris) *per il quarto meno di quello saranno stimati* tribuerentur directe cuilibet Tertio, sed in tali Casu, *se non si trovarà più Offerente si debbano deliberare doppo tutti l'incanti al medemo Creditore per il quarto meno* = Quamobrem Beneficium minorationis veri valoris clare nimis largitum apparebat Creditori, non cuilibet Tertio, etsi forte nolente Creditore consequi hanc Adjudicationẽ, tamquam reputans, sibi melius expedire accipere pecuniam, quam bona, atque ita deficientia offerentium aliquando forsan efficiebat, quod deliberarentur etiam Tertio extraneo *per il quarto meno*, id contingebat ex illa fatali debitorum erumna, per quam
19 illorum bona in subhastatione vilius venduntur, ut etiam juste conqueritur *Faber in C. lib. 8. tit. 17. de distract. pignor. definit. 25. in addit. n. 2. vers. quia solent. Scaccia de Commerc. & Camb. §. 1. quæst. 7. par. 2. ampl. 6. num. 8. Mangil. de subhast. quæst. 47. sub num. 24. Posth. eod. tract. inspect. 49. nu. 1. & 2., Rot. dec. 447. num. 31. par. 2. rec.*

Licet igitur placuerit *Dominis* forsan quoque ex abundanti de novo corroborare, seu lucidius explanare vetera fundamẽta, ad submovendas inanes Litigantium subtilitates, de reliquo plenarie ad eamdem *Decisionem* præcedentem sese remissive habuerunt, etiã in ordine ad ubi mature, & provide factam reservationẽ prætensionum Fratrum de Gaddis circa refectionem appretii (si quod erat) peracti ex beneficio temporis, vel ex Causa meliioramentorum, de quibus in puram sequelam erit agendum in suo particulari, & separato Judicio.

Utraque &c.

Herbipolen. Monasterii.

Lunæ 27. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

Dominium rei ex quibus remaneat probatum late differitur, ubi etiam dicitur, quod in antiquissimis leviores etiam probationes, indicia, & conjecturæ admittantur ad illius probationem.

SUMMARIUM.

1. *In judicio rei vindicationis dominium ab Actore rem ipsam vindicare satagente, debet perfecte, & concludentissime justificari.*
2 *Limita primo, si agatur de comprobando dominio in antiquissimis, tunc ipsum dominium probari etiam potest per indicia, & conjecturas*, & nu. 4. & 26.
Et signanter si res sit super probatione pertinentia Ecclesia.
3. *Limita secundo, si post decursum longissimi temporis nemo umquam comparuit, qui dominium rei ad se pertinere contendit.*
5. *Enunciativa si sint antiquissima plene probant.*
6. *Tabella, seu descriptio antiquissima reputatur sufficiens ad dominii comprobationẽ.*
7. *Manuscripta si reperiantur fideliter registrata, & impresso penes aliquem Auctorem plene probant.*
8. *Taxari, & Collectari nequeunt nisi inferiores, & vere dependentes, & subditi*, & num. seq.
9 *Taxatio, sive Collectatio bonorum, illorum dominium inducit respectu taxantium, & collectantium.*
10. *Solutio ex longa temporis antiquitate præsumitur.*
11. *Commendatur Julius Episcopus Herbipolensis anni 1606.*
12. *Retinens litteras apud se continentes petitionem, vel significationem debiti, & nullatenus in contrarium protestans, aut eas impugans, dicitur debitum in eisdem Literis contentum confiteri.*
13. *Proprii dominii certitudo ex quibus probetur.*
14. *Dominium probatur ex depositione Testium plusquam verisimiliter informatorum.*
15. *Dominii comprobatio facta ab existente precedenter in eadem dignitate circa factum vicinum ipsis confitentibus, superat omne genus probationis.*
16. *In præjudicium non solum ipsorum confitentium, sed etiam quorumcumque successorum in ipsa dignitate.*
17. *Eadem determinatio plura identifica, & paria determinabilia, determinare debet.*

18. Do-

18. *Dominium impugnari nequit quoad unum, quando quoad alterum invicem connexū non fuit controversum.*
19. *Membrum, & accessorium, sive dependens non potest a suo capite diversimode reputari, ac recenseri.*
20. *Ratio ubi est eadem diverso Jure unum ab altero censeri nequit.*
21. *Ad effectum praescribendi alienum, & immutandi justitiam, requiritur centenaria legitime completa, non vero simplex praesumptio.*
22. *Praescriptio allegari nequit, stantibus reclamationibus, interpellationibus, & recursibus.*
23. *Metus reverentialis uti non praesumibilis plene, & concludenter justificari debet.*
24 *Relationi Ministri Apostolici post auditas Partes transmissa superlativa fides praestanda est.*
25. *Compulsatione non indigent documenta, quae afferuntur pro simplici adminiculo.*
27. *Moniales, Oblatae, et Monaci quidquid acquirunt, Monasterio acquiritur.*

DECIS. DLXXXIX.

Suspensio resolutionis Dubii complentis tam irritationem assignationis factae de Monasterio *Gerlaschein* per Episcopum, sive Capitulum Herbipolen. favore Decani ejusdem Capituli, quam ejusdem Monasterii, bonorumque restitutionem faciendam praecelso Ordini Praemonstratensi in hac postrema parte tantummodo sequuta *sub die 27. Januarii desluentis anni*, ut latius *in decisione* desuper edita *sub eadem die cor. Me*, hodie ruptis arginibus, sive Aggeribus cujuscumque dubitationis prosiliit in aperto, non ambigentibus amplius *Dominis*, etiam in hac secunda parte respondere, *Sententiam Rotalem esse confirmandam*.

Lucidius quippe in hodierna Audientia coadjuvatae, vel saltem vivacius demonstratae oculis *Dominorum* extiterunt probationes, quas exoptaverat *Tribunal* per Defensores praedicti Ordinis; & sane recte iidem Defensores sese per symbolum, sive speciem procemii introducebant incipientes a temperanda amaritudine illius propositionis, & regulae ceteroquin in se verissimae, nimirum, quod in Judicio rei vindicationis, dominium ab Actore rem ipsam vindicare satagente, debeat omnino perfecte, & concludentissime justificari, juxta connotata in praefata decisione 27. *Januarii* 1712. §. *fin. coram Me*. cum ceteris recollectis *per Rubeum in annot. ad dec.* 81. *num.* 128., *et ad dec.* 131. *num.* 50. 51. *et* 52. *par.* 8. *recent. Rot. dec.* 76. *n.* 7. *et* 13. *par.* 13., *et dec.* 452. *num.* 13. *par.* 13., & plene *cor. Emerix. Jun. dec.* 281. *num.* 14.

Idque gemina, & unaquaque perstringenti declaratione, seu limitatione; altera nempe, quod quoties agitur de comprobando dominio in antiquissimis, ne eaedem probationes in se difficillissimae transeant quodammodo ad gradum impossibilitatis tunc (nisi profecto aliud obstet) ipsum dominium ostendi, & concludi valet etiam per minus rigidas justificationes, & quandoque per indicia, & conjecturas animum, & praecordia judicis, ad hoc sufficienter impellentes,
2 quemadmodum in terminis quoque praenominati Judicii rei vindicationis monuerunt *Bald. consf.* 204. *num.* 7. *lib.* 3. *Alex. consf.* 90. *n.* 2. *lib.* 6., *Mascard. de probat tom.* 1. *concl.* 539. *nu.* 1. & 2., *Rota dec.* 141. *n.* 2. *par.* 2. *divers. cor. Ubald. dec.* 272. *num.* 5. *cum seq. cor. Cerro dec.* 865. *num.* 1. & *seqq.*, cum ceteris adductis *in secunda decisione hujus Causae* 17. *Junii* 1709. §. *Ex quibus cor. b. m. Caffarello*, & signanter in nostro subjecto pertinentiae scilicet Ecclesiae prosequuta est *Rota cor. Bichio dec.* 100. *n.* 6. & *dec.* 115. *n.* 6. *dec.* 310. *n.* 4., & *dec.* 313. *n.* 1. *par.* 9. *rec.*, & firmatum quoq; fuerat in supradicta *decisione diei* 17. *Junii* 1709. §. *Ex quibus in fine cor. bon. mem. Caffarello*.

Altera limitatio erat, quod, cum per decursum unius ferme seculi, quo praesens controversia exardescit, nemo comparuerit, qui supradictum Monasterium *Gerlaschein* ad se pertinere nedum contenderet, sed nec perquireret, excepto ipso solo Ordine Praemonstratensi, cumque de cetero nulla res usquam praesumatur acephala, sed habeat in sua vera origine, & progressu semper proprium, & legitimum dominium, hinc eidem ordini Praemonstratensi assistebat profecto qualibet praesumptio pertinentiae, itaut in his circumstantiis necessariae non es-
3 sent tam severae probationes, quae ad normam regulae ab initio praemisisse alias desiderarentur in praedicto Judicio rei vindicationis, ut perbelle ponderarunt *Mascard. de probat. concl.* 546. *nu.* 35., *Rot. cor. Seraph. dec.* 1304. *num.* 2. *in rec. dec.* 300. *num.* 3. cum aliis adductis *in Hortana Sylvarum* 10. *Martii* 1698. §. *Demum omissis cor. b. m. Muto.*

Addito, quod cum constanter usquedum fuerit in *Sac. Auditorio* recognitum, & stabilitum, quod Episcopus, sive Capitulum Herbipolense non solum praetendere non posset hujusmodi dominium bonorum praed. Monasterii, sed ambo fuerint declarati potius e converso contradictores, non legitimi, &

inju-

Injusti occupatores, ut in utraque expeditione, & respective Sententia *cor. b.m. Caffarello, & cor. Me*, utique pro tertia quodammodo declaratione, seu limitatione conveniunt scribentes, quod non adstringantur Intentantes in hoc casu Judicium rei
4 vindicationis ad probandum Dominiū tam clare, tam perfecte, tam concludenter, ut desideraretur abstractive pro regula, per ea, quæ cum Baldo, ceterisque relatis habentur per *Mascard. de probat. tom. 1. concl.* 540. *num.* 13. *& nu.* 32. signanter etiam dictum fuit in secunda *decis. b.m. Caffarelli* 17. *Junii* 1709. §. *Et quamvis*, quibus addi poterant in idipsum *Boer. dec.* 42. *n.* 6. eademq; *Rot. cor. Remboldo dec.* 581. *num.* 1.

Hisque præmissis, descendebant præfati Ordinis Defensores ad enumerationem, seu conservationem plurium, procul dubio justificationum, quæ ad limites regulæ tripliciter, ut supra, temperatæ, hactenus exuberare, vel satis esse videbantur; & quidem primo registrabantur in eorum *Summ. N.* 1. *&* 2., geminæ, & admodum vetustæ præsentationis anni scilicet 1506., & anni 1547. expletæ per easdē Moniales tunc inibi existentes, in quibus palam enunciabatur, Monasterium in *Gerlaschein* esse Ordinis Præmonstratensis, unde ab his enunciativis duo fere secula attingentibus comprobatum, re-
5 ctique Ecclesiam, & esse regularem, & ad illum Ordinem enunciatum pertinere, inquit *Tondutus resol. benefic. par.* 13. *cap.* 166. *n.* 1. *& seqq.*, *Rota cor. Buratt. dec.* 636. *num.* 4. *dec.* 163. *num.* 2. *par.* 1. *rec. in Vasionen. Vicaria* 1687. §. *Quod assumptum coram Rmo Turonen.*, *& in Augustana Beneficii* 17. *Junii* 1692. §. *Sed adhuc*, *&* 12. *Januarii* 1693. §. *Et sane cor. b. m. Benincasa*.

Secundario afferebatur Elenchus, sive Synopsis omnium Ecclesiarum Cœnobiorumque Ordinis Præmonstratensis, in quo expresse inter cetera descriptum legebatur Monasterium *de Gerlaschein* cum ulteriori adnotatione, quod illud foret filiale *Cellæ superioris* ad eumdem ordinem citra scrupulum spectantis, cumque huiscemodi Tabella, seu descriptio antiquissima anni nimirum 1320. relata in Bibliotheca Præmonstratensi *a Joanne de la Paige lib.* 1. *par.* 1. *fol.* 34., ex
6 se sola forsan deservisset, alio non apparente, ad sufficientem dominii comprobationē, ex relatis per *Rot. in Augustana Beneficii* 17. *Junii* 1692. §. *Sed adhuc in principio, &* 12. *Januarii* 1693. §. *Et sane cor. Benincasa* relatæ in prælaudata secunda *decis.* 17. *Junii* 1709. §. *Tertia cor. Caffarello*, & in similibus dictum fuit *in Nullius, seu Caputaq. Jurisdict.* 14. *Decembr.* 1711. §. *Sed & fortius in fine coram Me*.

In nihilo propterea refragabatur solita, & inferius forte retangenda oppositio, quod vetera manuscripta continentia eamdem Synopsim non fuerint formiter compulsara, quoniam ultra responsionem inferius etiam genericè afferendam, quatenus attinebat ad hanc secundam demonstrationem, *Domini* dubitare non potuerunt de illorum veritate, dum tempore nullo modo suspecto,
7 & valde perantiquo eadem perantea manuscripta reperiebantur fideliter registrata, & impressa penes prædictum Cronologicum Auctorem *le Paige*, ut alias in similibus admisit, & solide comprobavit *Menoch. consil.* 816. *num.* 48. *& seqq. vers. septima probatio*, *Soccin. Jun. cons.* 76. *num.* 64. *lib. pr.*, *Natt. cons.* 636. *num.* 41. *&* 91. *lib.* 3. *Scaccia de Judic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 265., *Genua de script. privat. lib.* 5. *quæst.* 6. *tit. de lib. Cronicor.*, *Rot. cor. Merlin. dec.* 264. *nu.* 12. 13. *&* 31. *cum seqq.*, *Adden. ad Buratt. dec.* 667. *sub n.* 23., *et in rec. dec.* 56. *n.* 9. *par.* 19.

Tertio non minus connotabantur illa perstringentiora, & potentiora signa indicativa, & ostensiva dominii superioritatis, & Jurisdictionis nempe Collectæ, sive Taxæ impositæ per Superiores totius Ordinis Præmonstratensis eidemet Monasterio *Gerlaschein*,
8 cum enim taxari, & collectari non valeant nisi inferiores, & vere dependentes, & subditi, ad plene firmata per *Ruin. in cons.* 111. *num.* 23., *Rocc. disput. Jur. select. cap.* 82. *n.* 17. *Card. de Luc. de regal disc.* 43. *n.* 17.

Hinc eo ipso, quod bis præ ceteris ostenderentur impositæ hæ taxationes, & Collectæ, prima vice nimirum pro expensis Capituli Generalis, incerta quantitate conflandis pro singulis annis, prout in memorata Synopsi *Joannis de la Paige*, & secunda anni 1386. hodierno *Summ. Num.* 4. ex causa nempe contribuendi ad alias expensas necessarias pro sustinendis litibus, & appellationibus interpositis ad S. Sedem, nimis emergebat, sive supponendum erat dominium controversi Monasterii respectu
9 Superiorum totius Ordinis illud taxantium, & collectantium, ex late in proposito deductis post *Specul. tit. de emphyt.* §. *Nunc aliqua vers.* 52., *Roman. cons.* 127. *num.* 1. *Abbas cons.* 74. *in princ. lib.* 1., *Menoch. cons.* 409. *n.* 12., *Valasch. de Jur. emphyt. par.* 9. *n.* 17. *in fin.*, *et in dec.* 869. *num.* 3. *cor. Seraphin. dec.* 290. *num.* 4. *par.* 1. *dec.* 79. *n.* 4. *par.* 5. *dec.* 115. *num.* 4. *par.* 9. *rec.*, *et in Hortana Sylvarum* 10. *Martii* 1698. §. *Non dissimili*, *et* 9. *Junii ejusdem anni* §. *Quam etiam cor.*

bon.

bon.mem. Muto, et in eadem Causa super articulo dominii 6. Martii 1705. §. Quæ probatio cor. b. m. Caffarello.

Absque eo,quod post tot seculorum decursum exigi posset ab oppugnatoribus comprobatio subsequutæ postmodum exactionis earumdem Collectarum, & impositionum:præterquam enim ipsemet actus taxandi,&Collectandi ad excludendam nimiam audaciã, & temeritatem, non præsumibilem in viris Religiosis,de per se involvit contrariam præsumptionem veri dominii superioritatis, & jurisdictionis, ut supra in Taxante, & Collectante, & maxime *in virtute S.Obedientiæ, & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ,* quod certe non attentaretur fieri a non legitimo, & juridico Superiore; nihilominus

10 nus posita præfata temporis tam oblongi antiquitate, solutionem, & effectuationem semper præsumi, censuerunt *Oldrad. consil. 229. Menoch. præs.66. per tot. lib.6.* & alias dixit *Rota*, & signanter *in dec. 87. num. 9. cor. Duran. dec. 155. num. 4. cor. Carill. in Derthusen. Jurisdict. 6. Febr. 1696. §.Prout etiam cor. b. m. Pio, & in Hieracen.Parochialis super negocio principali 15.Junii 1700. §. Non obstante cor. b. m. Muto.*

Quarto præmaxime his adstipulabatur solemnis Epistola Imperatoris Rodulphi sub anno 1606. eaque directa Julio tunc Episcopo Herbipolensi, & de quo fusius in illa *Nullius, seu Fulden. Jurisdict. 1. Julii 1708. §. Nec ad magis 162.* ubi de hoc ceteroquin

11 præstantissimo Præsule præclarum exhibetur testimonium, ex *Card. Baron.in suis Annal. Eccles. ad ann. 689. in fin. juxta impress. Antuerp. 1611. fol. mihi 600. litt. B.*, cum etenim in ea Augustus commonuisset Episcopum, ut duo Monasteria Cellæ, videlicet *inferioris, & Gerlaschein*, veluti ad proprios Dominos spectantia ipsi Ordini Præmonstratensi restitueret *dicto Summ. num.5.* ipse Episcopus tale dominium nequaquam denegavit, sed suæ tarditatis impedimenta dumtaxat allegando propter bellum, ut ille nuncupabat *Marchionicum* simpliciter restitutionem protrahere conabatur: ast quare, tunc fervida adhuc existente, & quodammodo ebulliente memoria sequutæ occupationis, non dixit Monasterium, de quo agebatur, non spectare ad Ordinem Præmonstratensem, & tamen ad inducendam sufficientem confessionem in fortioribus videmus, quod tantummodo retinens litteras apud se continentes petitionem, vel significationem debiti, nullatenus in contrarium protestans, aut eas impugnans

12 dicitur debitum in eisdem litteris contentum confiteri, ex late deductis in *dec. 712. sub n. 13. par. 18. dec. 85. n.26. par.19.t.1. & dec.558. sub n.9. & 10. ead.p.19. tom.2.*

Conspirante signanter ulterius in idipsum, quod ut inferius etiam connotabitur, Superior Generalis, existimans, Episcopum obsequuturum Cæsareis, & undique justissimis inclinationibus, subinde confecit mandatum procuræ in personam Abbatis Cellæ Superioris, ad effectum recuperandi, seu recipiendi præfata duo Monasteria ab Episcopo Herbipolensi detenta, *dicto Summar. num. 8.*, ad quid enim tam fidenter exarare

13 hujusmodi mandatum,nisi mandans certus fuisset de justitia postulati, & proprii respective dominii, ex his, quæ pro coadjuvando eodem dominio non abs re ponderarunt *Rip. in l. 51. aliquam rem n. 39. ff. de aqu. poss. Dec. cons. 146. sub num. 14. Paris. cons. 104. num.82. & seqq. lib.1. Cæsar.de Grass. dec. 10. num. 7. de caus. possess. & Rot. cor. Caval. dec. 269. num. 5. cor. Bich. dec. 100. num. 2. & cor. Coccin. dec. 1708. repetit.post Tambur. de jur. Abbat. dec. 20. num. 3.*

Et hæc quarta demonstratio, quæ secum, ut vidimus,una simul trahebat complexum tot circumstantiarum, & conjecturarum, & signanter implicitã, & de jure indubiam confessionem Episcopi, fulcita remanebat ab Epistola Consiliarii, & Administratoris ejusdem Episcopi Herbipolensis *Kirg*; Is enim ut liquebat in illius *libro Herbipoli*,postmodum impresso sub anno 1680. expressit, ut etiam legebatur in *Summ. num. 8.*, quod idem suprамemoratus Episcopus Monasterium *Gerleischemense indubie restituturus fuisset, nisi continuæ lites cum suo Capitulo moram injecissent*, quæ sane attestatio promanans a Ministro Episcopali, admodum explicabat, & corroborabat juridicam, seu tacitam confessionem ipsius Episcopi principalis, accipiendo saltem eumdem Mini-

14 strum loco Testis, plusquam verisimiliter informati, ad ea, quæ pro roboranda demonstratione dominii in simili ostenduntur, per *Mans. consult. 168. n. 3. Adden. ad Buratt. decis. 601. num. 20. Rota in rec. par. 5. dec. 81. num. 14. par. 15. dec. 69. num.6. in Tremulana manutent. 28. Junii 1706. §. Justitia, & in Tyburtina bonorum 11. Februar. 1705. §.Quibus, & 26. Febr.1706. §.Quarto loco cor. R.mo D. meo Molines Decano.*

Quinto omnium major, & ferme mathematice demonstrativus,erat actus recensitus in prædicto *Summ. num. 9. & toto num.10. litt. B. C. & D.* Assumpto siquidem paulo post Rodulphum ad Imperium Ferdinando II., & de anno 1629. (quod tempus adamussim

percutit mandatum Procuræ confectum a Superiore Generali Ordinis Præmonstratensis supra proxime enunciatum.)

Iste binas pariter transmisit Epistolas Episcopo Herbipolen., per quas illum hortabatur, quod tandem aliquando restitueret Ordini præfato duo Monasteria *Cellæ inferioris, &* *Gerlaschein*, unde de facto idem Episcopus, sive ejus Commissarii in sequenti anno 1630. in primis ostenderunt in continenti promptitudinem semper habitam restituendi utrumque Monasterium *dict. n.* 10. *litt. A.* & contextualiter fassi sunt, Monasterium de *Gerlaschein* stare in fundo Monasterii Cellæ Supetioris, & ab eo tamquam filiale dependere *dicto num.* 10. *litt. B.*, necnon ulterius positive etiam alterum Monasterium nuncupatum *Cellæ Inferioris* restituerunt *d. num.* 10. *litt. C.* protestantes eamdem intentionem quoad alterum *Gerlaschein litt. D.*, quænam enim poterat desiderari efficacior dominii comprobatio, quam ea, quæ resultabar nedum ex tot, & tot aliis confessionibus, sed, & præsertim quoque ab his reduplicatis in præsenti quinta demonstratione, ea quippe facta ab exsistente præcedenter in eadem dignitate circa factum vicinum
15 ipsis confitentibus, profecto capax erat, superandi omne aliud genus probationum, ad *Text. in l. cum res C. de transact. Angel. de confess. lib. 3. quæst. 2. nu. 24. Rota in Cæsenaten. manutent. super fructibus 4. Maji 1707. §. Quæ quidem cor. b. m. Caffarello*, cum ceteris adductis in dicta *decisione hujus causæ 17. Junii 1709. §. Quinta demum cor. eodem*, in præjudicium non solum ipsorum
16 confitentium, sed etiam quorumcumque successorum in ipsamet dignitate, ex congestis per *Angel. de confess. d. lib. 3. quæst. 2. num. 14. Ferentill. ad Buratt. dec. 453. sub num. 11. Rota cor. Seraph. dec. 292. num. 2. cor. Bichio dec. 436. num. 7. dec. 177. nu. 5. par. 2. divers. & in rec. dec. 318. num. 13. par. 5. et dec. 75. num. 9. par. 11.*

Ceterum veluti nova superfœtatio ex prædicta quinta demonstratione germinabat, & insurgebat etiam sexta, quia dum actu per Curiam, sive Episcopum Herbipolensem exstitit Ordini Præmonstratensi restitutum Monasterium *Cella inferioris*, eodem tempore ex eadem causa occupatum ab Episcopo, quam alterũ *Gerlaschein*, & quare coincidentibus etiam in idem, litteris, & monitis Imperatorũ unacum prænarratis confessioni-
17 bus, ea eadem determinatio non debebat determinare plura identifica, & paria determinabilia, contra *Text. in l. nam hoc jure ff. de vulgar., et pupillar.* repugnat enim, posse impugnari dominium quoad unum, quando
18 quoad alterum invicem connexum non fuit controversũ, & conclamavit post *Rutn. cons. 112. sub n. 6. Altograd. jun. contr. 48. n. 27. Rota cor. Emer. Jun. 583. n. 5. et dec. 662. n. 8. cor. Bich. 138. n. 19. in rec. dec. 334. n. 5. p. 15. et dec. 375. n. 4. p. 16. et in d. Pisaur. Molendinorũ super bono jure 17. Junii 1707. §. Neque desunt cor. Rmo Kaunitz Episcopo Lavacen.*

Neque demum etiam sexto avulso, deficiebat alterum pariter aureum fundamentum, quod foret in ordine septimum; illudq; erat, quod cum non fuerit dubitatum, Monasterium *de Gerlaschein* manere situm in fundo Cellæ superioris, & veluti filiale ab eo dependere, circa quod (ut erat advertendum) Episcopus confirmabat idipsum, quod in sua Synopsi retulerat *Joannes de la Parge ubi supra*, certe cum Monasterium Cellæ superioris indubitanter spectaret ad dominium Ordinis, in claram sequelam promanabat, quod non minus pertineret illud *de Gerlaschein*, cum tamquam membrum, & accessorium, & de-
19 pendens non posset a suo capite diversimode reputari, atque censeri, prout optime ratiocinati sunt post *Felin. in cap. Pastoralis nu. 10. de officio delegat. Monach. in cap. Romana nu. 9. de sent. excomm.* Barbos. *de Canon. et Dignit. cap. 18. num. 52. et seq. Rot. cor. Emer. dec. 1014. num. 2. post Tamburin. de jur. Abbat. dec. 113. num. 3. et in Pisauren. Molendinorum super bono jure 17. Jun. 1707. §. Hoc autem cor. Rmo Kaunitz Episcop. Labacen.* præsertim quando Monasterium *Cellæ inferioris* denominative etiam, & correlative secumferens eamdem depende ntiam respectu Cellæ superioris jam exstiterat ab
20 Episcopo Ordini restitutum, alias diverso jure metiretur unum ab altero, quod fieri nequit, quando ratio est æqualis, & adamussim eadem, per *Text. in l. eum qui ædes ff. de usucap. Abbas, et DD. in cap. translato de constit. Simon. de Prætis cons. 73. num. 17. Gratian. discept. for. 298. n. 7. Modern. Forolivien. dissert. 22. art. 3. num. 13. Thomat. dec. 119. num. 3. Grat. dec. 60. num. 5. Rota dec. 18. num. 9. par. 19. tom. 1. rec.*

Et ob id *Domini* nequaquam potuerunt aures præbere discursui, qui promovebatur a Scribentibus in contrarium, ex quo nimirum præmissæ confessiones in ordine ad Monasterium *Gerlaschein* emissæ fuerint in obsequium, & meticulosam reverentiam litterarum utriusque Cæsaris, quodque in omnem casum prosternerentur ab effectu subsequuto, dum per spatium annorum 70. adhuc subinde Episcopi retinuerunt prædictum Monasterium: quatenus enim attinebat ad hanc postre-

poftremam obduratam renitentiam reftitu-
endi hoc fecundum Monafterium, argu-
mentum nimis probabat, quia quilibet, &
maxime fortior poffet femper ad ejus libitũ
fub hac obduratione facere fuum, quod eft
allenum. Ideoque prætermittendo etiam
juridicas illas refponfiones, cum quibus in
foro poffet fubverti tale fundamentũ, nem-
pe quod cum Monafterium, de quo ageba-
tur, foret exemptum, ut fuit oftenfum in
prima *decifione 27. Januarii decurrentis anni*
§. Et fortius coram me, utique in hoc cafu,
fimplex præfumptio, vel præfcriptio annor.
21 70. non erat capax immutandi Juftitiam,
& quodammodo ufurpative præfcribendi
alienum, cum ad hunc effectum omnino re-
quireretur centenaria legitime completa,
fecundum affirmata per *Urceol. de tranfact.*
quæft. 79. n. 12. Turricell. de reb. Ecclef. non
alien. cap. 14. nu. 38. & feqq. Engel. de pri-
vil. & Jur. Monaft. privil. 30. n. 60. R.P.D.
Petra in Comment. ad Conftit. 1. D. Leonis
fect. 1. num. 58. Rota dec. 14. ibique Adden.
n. 35. par. 3. & dec. 398. n. 3. par. 12. rec.

Nihilominus ceffabat omnis hæfitatio refpe-
ctu hujus prætenfæ præfcriptionis, vel præ-
fumptionis, fimpliciter reflectendo, quod in-
terim non defuere opportunæ conclamatio-
nes Ordinis Præmonftratenfis exuberantes
ad tollendam quamcumque imaginabilem
præfcriptionem, vel præfumptionem ullius
alterius tituli, ut fignanter patefaciebat Epi-
ftola Miniftri *Kirg*, necnon recentius pan-
debat altera æternæ recordationis Impera-
toris Leopoldi I. jam recenfita *d. Summar.*
num. 8., & altera regiftrata *n.* 11., in qua
ifte piiffimæ memoriæ Cæfar commemorans
ea, quæ gefferat pro eodem negocio illius
Avus, & Imperio præceffor Ferdinandus II.,
jugiter infiftebat, ut Monafterium *Gerlaf-*
chein Ordini Præmonftratenfi tandem velu-
ti poftliminio reftitueretur, mirans, funt
verba præcifa = *quomodo, & quo Jure Or-*
dini Præmonftratenfi præfatum Monafteriũ
detineri, vel fubtrahi poffit, ideoque nullo pa-
cto de ulla præfcriptione, vel aliqua præ-
fumptione ftantibus tot reclamationibus,
22 tot interpellationibus, atque intermediis
negociationibus, & recurfibus, difcurri
poffe, videbatur, ex traditis per *Butrium in*
cap. gravis num. 11. in fin. de reftit. fpoliat.,
Abb. in cap. ut debitum num. 1. verf. ad ma-
teriam de appellat., *Surd. conf. 235. nu. 46.*
Grat. difcept. for. cap. 918. num. 44., *Rota*
apud Pofth. de manut. dec. 310. num. 9. cor.
Merlin. dec. 585. n. 16. cor. Coccin. dec. 362.
n. 2. & in rec. dec. 58. n. 15. par. 15. & dec.
231. num. 17. par. 18. tom. 1.

Quo vero ad præfidium metus reverentialis,
fub cujus prætextu curabantur enervari tot
confeffiones, & facta, fupervacaneum erat
refpondere, quia fi Epifcopi moniti, atque
requifiti per Cæfares ftatim reftituiffent
Monafterium, forfan factum talis reftitutio-
nis potuiffet adfcribi huic metui reveren-
tiali, quando a contrario non exfequi mo-
nita, five juffus Principum parum indicat
metum reverentialem, vel magnum obfe-
quium, & de reliquo confiteri, quod Mo-
nafterium *Gerlafchein* erat filiale, & depen-
dens a Monafterio Cellæ inferioris, nullam
habebat connexionem cum metu, dum præ-
fatæ Epiftolæ de hac circumftantia fubje-
ctionis minime loquebantur, & quando in
fuperius allegata *Nullius, feu Fulden. Jurif-*
dictionis apparebat, quod Cæfarea poteftas
vix juncta Pontificiæ fufficeret ad commo-
vendum eumdem Epifcopum Herbipolen.,
& demum quando raro etiam in fuis cir-
13 cumftantiis metus reverentialis juftificatur,
& ideo tamquam non præfumibilis debet
plene probari, *Bald. in l. filius familias n. 8.*
Cod. de fidejuff. Felin. in cap. Caufam il. 1.
nu. 3. verf. tamen iftis non obftantibus de off.
delegat. idem Bald. conf. 62. num. 1. verf. Si
autem lib. 1., Aymon. Cravet. conf. 115. n. 13.
Grat. difcept. for. cap. 108. num. 51. Mantic.
dec. 142., Buratt. dec. 628. n. 4. & dec. 172.
num. 6. & 7. par. 15. rec.

Octavo tandem pro coronide corruebat rela-
tio Reverendiffimi Nuncii Apoftolici apud
Principes ad tractum Rheni refidentis, quæ-
ve legebatur transcripta per extenfum in
hodierno *Summario num.* 11. ex illa etenim
de mandato Sacræ Congregationis Epifco-
porum, & Regularium ad Urbem tranfmif-
fa minus aperte exponebatur, quod tam a
conquifitis Informationibus, quam ex do-
cumentis ipfimet Nuncio exhibitis hinc in-
de, undique conftabat, præfatum Monafte-
rium *Gerlafchein* ante occupationem de eo
factam ab Epifcopo, pertinuiffe ad Ordinem
Præmonftratenfem, quamobrem nequaquã
fas erat eidem relationi Miniftri Apoftolici
24 poft auditas Partes tranfmiffæ fuppletivam,
immo, & fuperlativam fidem non adhibere,
ut alias refponfum fuit *in Faventina Jurium*
Paroch. 17. Januarii 1697. inter meas deci-
fiones noviffime in Urbe impreff. in ordine la
14. num. 15. & 17., & prius dixit eadem
Rota cor. Durano dec. 23. num. 4. & 5. cor.
Cerro dec. 685. num. 9., & in rec. dec. 234.
n. 16. par. 16. dec. 460. n. 9. & 10. par. 18.

Occafione autem prædictæ relationis reincide-
bat fuperius indicata refponfio, quoad to-
ties conclamatam a fcribentibus in contra-
rium

rium illegalitatem Jurium productorum, veluti non compulsatorum formiter Parte citata, nam & circa eamdem relationem eadem adamussim circumferebatur oppositio, & tamen illa exhibita apparebat in sua quidditate originali, de reliquo Instrumentum restitutionis Monasterii Cellæ Inferioris relatum *in Summario num.* 10. rogatum, & subsignatum apparebat per Notarium Consistorii ipsius Episcopi, unde facilis erat recursus officialibus ejusdem Episcopi ad Protocollum; Synopsis *Joannis de la Paige*, & Epistola *Kirg* utpote impressæ, utique non indigebant alia compulsatione, prout hoc ipsum erat innegabile, quoad Epistolas trium Augustissimorum Imperatorum, perspe-
25 cto maxime, quod relata documenta afferebantur pro simplici adminiculo comprobationis dominii, in quibus respective terminis desiderari nequit alia compulsatio, ex plena manu collectis per *Rotam cor. Cavailer. dec.* 142. *num.*4. *vers. & Jura etiam inferiora cor. Ubaldo dec.* 272. *num.* 8. *cor. Roias dec.* 250. *nu.* 2. *in fin. cor. Emer. Jun. dec.* 189. *num.* 10., *& in rec. dec.*18. *nu.* 3. *par.* 2., *& dec.* 298. *num.* 4. *par.* 11.

Omnibus itaque his apertius patefactis, suoque lumini restitutis, in hodierna Audientia plusquam satisfactum, *Domini* censuerunt desideratæ prius coadjuvationi probationum, & signanter in subjecta materia justificationis dominii in antiquis, in qua facicile locum sibi usurpat regula illa familiaris *singula, quæ non prosunt &c.* dum omnia in unum conjunguntur, & conspirant ad con-
29 stituendam sufficientem probationem, ut præter supra ab initio allegatos unanimiter uno ore etiam conveniunt post *Bald. in cons.* 204. *sub nu.* 6. *in fin. vers. Item etiam lib.*3. *Soccin. sen. cons.* 187. *nu.* 5. *vers. nam licet Dec. cons.* 428. *n.* 5. *Menoch. de arbitr. c.*42. *in princip. Gratian. discept. for.* 293. *n.* 15. *Rota cor. Merlin. dec.* 265. *sub n.*40. *&* 41. *cor. Emer. Jun. d. dec.* 189. *n.* 11. *& seqq.*

Cecidit etiam in sequelam illa talis qualis offuscatio, quæ in altera propositione diei 17. Januarii 1712. coram me oculos affecerat per *decisionem* 24. *par.* 9. *rec.* ubi videbatur *Tribunal cor. Card. Verospio* in simili casu, vel ex quo tractabatur de Monasterio Monialium generice non dependente intrinsece a Monasteriis virorum, & ece causa ulterius separati regiminis uniuscujusq; Monasterii, fuerat existimatum, Ordinem Præmonstratensem posse tantummodo potiri in hisce Monasteriis Monialium quadam prærogativa superintendentiæ, & administrationis, ut tactum fuerat in prædicta præcedenti *decisione*, *ex §. Occasio usque ad finem.*

Siquidem in primis animadversum illico fuit, quod eadem *decisio Treveren unionis par.* 9. *rec.* prodierat, Informantibus dumtaxat Patribus Societatis Jesu, qui tunc erant plusquam legitimi contradictores, ex quo Monasterium suppressum, ejusque bona eorum Collegio uniri solemniter reportaverant a S. Sede, quando in præsenti casu totum urgebat in oppositum, dum Episcopus, & Capitulum Herbypolen. solam figuram gerebant occupatoris Monasterii *Gerlachbein*, ut in tota altera inea præcitata *decisione*, & in binis præcedentibus *cor. b. m. Caffarello*.

De cetero præter hæc in præsenti *Summ. n.* 13. 14. *&* 15. plura alia de novo adstruebantur munimenta, quæ hujusmodi totalem dependentiam Monialium ab ipso ordine evincebat perhibebatur quippe Bulla Cælestini II., quæ tribuebat eidem Ordini facultatem recipiendi hujusmodi Moniales, sive oblatas, & consequutive per providentiam veterum Statutorum Religionis imponebatur onus Abbatibus consulendi necessitatibus earumdem Monialium; itaut oportuerit san. mem. Innocentium IV. eosdem Abbates Præmonstratenses eximere ab hoc onere recipiendi Moniales ex quo tota Religio nimia ex hoc capite passa fuerat, & patiebatur incommoda *Summario n.* 16. proindeq; satis superque clare promanabat, quod Moniales in ordine ad ipsa bona ab eis detenta divisæ non erant, & separatæ ab Ordine, & Monasteriis virorum, alias minime fuisset de necesse alleviare præfata Monasteria Virorum ab hoc gravamine, ponderando finaliter, quod non tam correspective ad prædictas subministrationes Virorum, sed de sui quoque natura præfatæ Moniales, & Oblatæ non jam sibi ipsis, sed Ordini, & Re-
27 ligioni omnia, & quæcumque sive bona, sive jura, ad normam juris obstringebantur acquirere, ex traditis per *Abbatem in cap. cum olim in* 6. *de privileg. Bartol. in l.*1. *n.*6. *versic. quid si est institutus Monachus ff. de vulg. & pupill. Angel. cons.* 133. *in princip. Grat. disc. for. cap.* 363. *num.* 16. *Francus dec.* 40. *num.* 2. *Rota cor. Buratt. dec.* 394. *num.* 2. *cor. Cerro dec.* 536. *nu.* 1. *& in rec. dec.* 689. *num.* 3. *par.* 18. *tom.* 2.

Reintegratis ad pristinum statum, & antiquum robur sub hac matura forma, & deliberatione plenaria resolutionibus captis *cor. b. m. Caffarello*, visum prudenter postremo fuit *Dominis* modum superaddere jam dictis, nempe quod Ordini quidem Præmonstratensi restituenda forent tamquam vero Domino Monasteria, & habitationes, si quæ

ade-

aderant præcedentium Monialium, & reliqua bona universa, sed tamen de illis minime disponerent soli Superiores ejusdem Ordinis inconsulta Sancta Sede Apostolica, ad finem, ut Supremus Ecclesiæ universalis Antistes pro sua Pastorali sollicitudine designaret utrum, inibi, vel novæ Religiosæ, vel viri Religiosi forent introducendi, seu reassumendi, aut quodcumque aliud in beneficium prædicti Ordinis pro sua dispensatione capesseret arbitrium. In hoc laudabiliter sectantes vestigia Pontificia, & Conciliaris Constitutionis, seu *Clementina quia contingit de Religios. domib.*, ut ibi = *salva quidem S. Sedis Apostolica Auctoritate*, & antecedentis status Decreti Congregationis de Propaganda Fide anni 1630, de quibus ordinate etiam mentio facta fuerat in præcedenti *mea decis. sub* §. *Fundamentum*, & §. *Atque ob id.*

Et ita &c. Utraque &c.

Cracovien., seu Sandomirien. Jurispatronatus super Attentatis.

Veneris 1. *Julii* 1712.

ARGUMENTUM.

Attentata quæ sint facti, quæve Juris; Illa facti quoad illorum purgationem spolio violento æquiparantur, & quoad refusionem fructuũ, expensarum, damnorumque pari passu procedunt, & quando eadem attentata facti commissa dicantur. Uniones Ecclesiarum factæ cum Auctoritate Regia sive Episcopali an in antiquis sustineantur.

SUMMARIUM.

1. *Attentata facti qua dicantur, & qua attentata Juris.*
2. *Inhibitio sive justa, sive injusta sit, semper est timenda.*
3. *Attentata facti quoad illorum purgationem spolio violento aquiparantur, & quoad refusionem fructuum expensarum, damnorumque pari passu procedunt.*
4. *Vera attentata dari numquam possunt, nisi intercedat dolus, & spretum Judicis.*
5. *Attentata sine lite non committuntur.*
6. *Attentatum quod est ab uno, ad alium referri nequit, si adsit diversitas Personarum.*
7. *Item si adsit diversitas causa, quia tunc nec minus fieri valet allatio.*
8. *Semper de facto attentat, qui contra mandatum ire prasumit.*
9. *Ubi minus apposuit Sac. Rota simplex recursus, vel aditio aliorum Judicum inducit attentata*, & num. seqq.
12. *In curis, sive Ecclesiis Curatis alicui Collegio, vel Monasterio unitis, ejus Curati quandoque vocantur Vicarii.*
13. *Uniones Ecclesiarum auctoritate Regia, vel Episcopali facta an in antiquis sustineantur.*
14. *Ubi vero intercedat approbatio Cardinalis Legati a Latere omnis cessat dubitatio.*
15. *Ad incurrenda attentata sufficit, attentantem quomodolibet cogitare potuisse de prohibitione, & comprehensione inhibitionis.*
16. *Causa continentia datur, ubi agitur inter easdem Personas in vim eorumdem Jurium, & super iisdem materiis.*

DECIS. DXC.

Attentatorum purgatio quoties concernit ea magis temeraria attentata, quæ patrata noscuntur post hominis inhibitionem, & ideo nuncupantur ettentata facti, minime contentatur sola illorum revocatione, quæ fit per concessionem manutentionis cum aliqua ulteriori prohibitione, seu provisione,
1 ne quid simile imposterum attentetur favore illius, qui eadem toleravit attentata, ut contingere solet in simplici specie eorum attentatorum, quæ e converso compellantur juris, & resolvuntur in meram nullitatem, ex. gr., quando nimirum lite in genere pendente, altera Pars ausa est, inconsulto eodem Judice, sibi jus dicere, per ea, quæ lato calamo distincta extiterunt in illa *Nullius, seu Terra Pontiani Immissionis super Attentatis* 4. *Maji* 1699. *coram Me, inter meas hactenus impressas in Urbe dec.* 87. *ex num.* 12. §. *Siquidem cum seqq.* confirmata 16. *Novembris ejusdem anni* §. *Verum cor. Me*, & reassumpta *in Romana Attentatorum* 2. *Julii* 1703. §. *Diximus*, & 16. *Maji* 1707. *principio in* §. *Et secunda pariter cor. Me*, ubi aliæ *decis.* in simili cumulantur.

Quoties igitur de attentatis, quæ vere sunt facti, peragitur, taliaq; dicuntur, & sunt, juxta præmissas auctoritates, & *decis.*, ubi præcessit formalis Judicis inhibitio, tunc duplex præ ceteris rigor insurgit: Alter quod non spectet ad Inhibitum dignoscere de viribus & comprehensione, sive importantia ejusdem inhibitionis, sed si gravatum ipse se reputet, & perperam impeditum, teneatur recurrere ad Judicem, & Superiorem inhibentem, pro consequenda opportuna declaratione, vel moderatione, alias in præcitata incurrit rigidiora attentata, & præbet lo-
2 cum illi familiari propositioni, atque principio, quod inhibitio, sive justa, sive injusta sit semper timenda, ut in specie loquendo de inhibitione Rotali tradunt *Mantic. decis.*

168.

168. *num.* 2. *& dec.* 345. *num.* 4. *Seraph. dec.* 654. *nu.* 2. *Coccin. dec.* 14. *num.* 9. *dec.* 171. *num.* 1., *& dec.* 380. *num.* 2. *& in rec. dec.* 114. *num.* 1. *& dec* 216. *nu.* 2. *par.* 3. *& dec.* 102. *num.* 2. *par.* 5. *& dec.* 75. *num.* 4. *par.* 6. *& dec* 257. *nu.* 3. *par.* 17. *& dec.* 72. *num.* 3. *& dec.* 125. *nu.* 2. *par.* 19. *tom.* 1., & alibi passim.

Alter vero rigor, sive effectus est, quod talia attentata facti, quoad illorum purgationem penitus æquiparentur spolio violento, proindeque quoad refusionem fructuum, expensarum, damnorumque pari passu procedant, ac si de effectivo spolio violento peragere-
3 tur, ex animadversis per *Card. de Luca de Judic. disc.* 18. *nu.* 68. *Fontanell. dec.* 181. *nu.* 14. *Rot. dec.* 48. *num.* 5. *par.* 3. *& dec.* 196. *num.* 12. *par.* 9. *rec.*, cum aliis *in dicta dec.* 87. *num.* 7. *inter meas impressas*, postquam dein *in addis.* aliæ mollientes adnotantur practicæ definitiones.

Hujusce secundæ naturæ videbantur esse attentata, quæ ex parte Collegii, ejusque Rectoris Societatis Jesu Sandomirien. prætendebantur commissa per Vicarium Ecclesiæ S. Petri, dum indubitabile erat in facto, quod *Ego*, tamquam subrogatus in locum bo. mem. *Carilli* Archiepiscopi postmodum Compostellani, concesseram formalem inhibitionẽ ad instantiam prædicti Collegii, ne Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis Cracoviensis, & respective Stephanus Zuchouski Vicarius hodiernus, seu prætensus Parochus Ecclesiæ S. Petri Sandomirien., molestare præsumerent, aut tentarent Collegiũ, ipsumque perturbare in possessione, in qua manebat, & de facto pariter innegabiliter apparebat, quod eadem Rotalis, sive potius Apostolica inhibitio exstitit præsentata Promotori præfatæ Curiæ Episcopalis *die* 22. *mensis Junii* 1711. & prænominato Stephano moderno Vicario sub *die* 28. *ejusdem mensis, & anni*; quapropter cum non obstante tali expressa inhibitione, illiusque præsentatione, conquereretur, Collegium passum fuisse graves molestationes, & perturbationes, sub hodierna die consului propterea *Dominos*: *An constaret de Attentatis*.

Scribens pro parte tam Promotoris Fiscalis, quam Stephani, satagebat assequi responsum negativum, ex quo non solum abstractive dicebat, non probari per Defensores Collegii, in toto præsenti negocio ullum intercessisse dolum, vel spretum majestatis *Tribunalis*, & Judicis inhibentis, sine qui-
4 bus numquam dari, seu considerari possunt vera attentata, teste *Abb. in cap. Cum sic in fin. de appell. Franch. in cap. Bona col.* 4. *vers.* 6. *pariter de appell. Paris. cons.* 41. *num.* 38. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 74. *n.* 12. *&* 13. *Lancell. de attent. in præfat. in verb. contemptum num.* 2. *& par.* 2. *cap.* 4. *limit.* 27. *num.* 4. *Rot. dec.* 75. *num.* 1. *par.* 14. *& dec.* 429. *num* 7. *dec.* 600. *num.* 7. *par.* 18. *tom.* 2. *& dec.* 273. *num.* 2. *par.* 19. *rec.*

Verum etiam, quia cum idem Collegium usque de anno 1641. *cor. Panzirolo* obtinuisset mandatum de manutenẽdo super quasi possessione juris præsentandi ad præfatam Ecclesiam Parochialem S. Petri, & successive *cor. Carillo* declaratoriam ob non præstitam exsequutionem, & obedientiam prædicto mandato, ut in ejus *decis. ta* 217. inter impressas *cor. Auctore*.

Edocto autem postmodum de plusquam sufficienti paritione, non fuerit ad ulteriora processum, quemadmodum patebat pariter ex subsequenti *dec. cor. eod. Carillo la* 244., hinc abinde citra, & usque in præsentem diem lis in *Sac. Auditorio*, ut supra introducta, & cujus vigore prodiit nuperrima inhibitio, remanserit penitus extincta, unde ex diametro cessaret præsupposita pendentia litis
5 & maxime post spatium annorum 70.; ad tradita per *Lancellott. de attent. par.* 2. *in in præfat. cap.* 4. *nu.* 281. *& seqq.* cum aliis lato calamo per ipsum ibi allegatis, *Rot. cor. Cerro dec.* 75. *num.* 3. *& dec.* 169. *num.* 2. *dec.* 108. *num.* 6. *par.* 18. *rec. tom.* 2.

Cumque præter cessationem, & extinctionem prædictam, occurreret ulterius, quod, ut præmisimus, eadem lis percutiebat tantummodo jus præsentandi ad Ecclesiam S. Petri, & illius quasi possessionẽ, quæ juxta sensum ejusdem scribentis ad exclusionem quorumlibet attentatorum, subsequebantur fortissimæ demonstrationes; Prima quod circa idẽ jus præsentandi in nihilo sese umquam ingesserat Vicarius, sed tantummodo Regii Officiales, præsupponentes, male avulsum remansisse hujusmodi Juspatronatus a Regia Corona, procuraverant, vel erant procurati illud revindicare a Collegio, proindeque quidquid esset de hujusmodi facto prædictorum Officialium, in quantum attinebat ad Vicarium, is non poterat censeri, desuper ullo modo attentasse: diversitas námque personarum in hac materia semper operatur, quod, si quod est attentatum ab uno, nequit ad alterum referri, eique imputari,
6 teste *Menoch. cons.* 123. *n.* 2. *& seqq. Lancell. de Attent. appell. pend. cap.* 12. *limit.* 2. *num.* 10. *Gratian. discept. for. cap.* 914. *nu.* 31. *Ferentill. ad Buratt. dec.* 644. *num.* 10. *Rot. cor. Cocc. dec.* 130. *num.* 9. *&* 10. *& cor. Emer. dec.* 172. *num.* 5. *& in rec. decis.*

192.

192. *num.* 2. *par.* 15. *& dec.* 103. *num.* 1. *&* 5. *cum seqq. par.* 16.

Secundum, quod cum nihil aliud forte potuisset apparere initum ab eodem Vicario, quã quædam ejus intermixtio in Ecclesiasticis functionibus prædictæ Ecclesiæ S. Petri, illæ non solum ad eum, tamquam ad Parochum spectabant, sed in omnem casum cadere eæ non valebant sub alio vitio attentatorum, tamquam divesam causã, diversamque prorsus disputatio nem concementes, quemad-
7 modum inspecta diversitate Causæ pro attentatorum exclusione, firmarunt *Lancellot. ubi supra n.* 1. *& seqq. Card. de Luc. de Jurisd. disc.* 31. *n.* 11. *& de Dot. disc.* 51. *n.* 9. *Rot. cor. Greg. dec.* 345. *num.* 2. *cor. Merlin. dec.* 81. *cor. Burat. ead. dec.* 644. ibique *Adden. num.* 9. *dec.* 197. *num.* 5. *par.* 17. *rec.* cum aliis *in dec.* 109. *nu.* 13. *par.* 19. *tom.* 1.

Ast ex opposito acriter Defensores Collegii respondebant, quod citra etiam nuperrimã & exp[illegible] tam inhibitionem *Tribunalis* præsentatam, ut supra de mense Junii anni præteriti, pro efformatione attentatorum abunde sufficiebat illa inhibitio, quæ jam continebatur in mandato de manutenendo; eo enim ipso, quod aliquis aliquo modo se intrudit, seu perseverat in prætensa quasi possessione post judicialem expulsionem, ac
8 prædictam inhibitionem insitã in ipso mandato de manutenendo, & contra ipsum mandatum ire quomodolibet præsumit, semper attentat de facto, ex animadversis in specie per *Posth. de manut. obs.* 1. *num.* 85. *Rot. cor. Mantic. dec.* 184. *num.* 1. *in fine*, *& cor. Priolo dec.* 120. *n.* 1. *in rec. dec.* 687. *nu.* 1. *& seqq. par.* 4. *tom.* 3. *& in Nullius seu Terræ Pontiani successionis super attentatis inter meas novissime impress. dec.* 87. *n.* 17.

Ire certo contra prædictum mandatum de manutenendo præsumpserant Promotor, & Vicarius, utrique perturbare curantes Collegium etiã in ipsa substantia mandati de manutenendo, mediante nimirum instigatione, & recursu ad regios Officiales, qui quoties ex iis etiam, quæ in objecto præsupponebantur, vindicare intendebant Juspatronatus regiæ Coronæ super prædicta Ecclesia S. Petri, profecto funditus destruebant jus, & quasi possessionem præsentandi, attributum a judicio *Sac. Auditorii* eidem Collegio, & Rectori societatis; immo eo ipso, quod super aliqua controversia, nedum interveniret judicatum, sed manus apposuerit supre-
9 mum Ecclesiasticum *Tribunal*, ut est *Rota*, simplex recursus, simplex aditio aliorum Judicum, sive laicorum, sive Ecclesiasticorum inducit attentata, ut ex *Text. in cap.* 1. *ut lite penden. in* 6. dixit *Rot. cor. Priolo dec.* 108. *num.* 23. *cor. Ottbobon. dec.* 33. *num.* 1., *& seqq. cor. Emer. jun. dec.* 1191. *num.* 2., *& in rec. dec.* 86. *nu.* 22. *par.* 16., *& dec.* 159. *num.* 3. *par.* 19. *tom.* 1.

Absque eo quod de hujusmodi instigatione, de hujusmodi recursu prænominati Vicarii ambigere fas esset, non solum ex ipsa responsione incontinenti facta per eumdem Vicarium occasione sibi præsentatæ inhibitionis Rotalis, ut in *Summ. Collegii num.* 6. *circa finem*, sed, & litteralius in *sequenti n.* 7., ubi occasione ordinis, & mandati regii editi super præfato Judicio introducendo vindicationis Jurispatronatus legitur expressum, quod idemmet Stephanus, qui ulterius in eo actu ausus fuerat se denominare Parochum, exstiterat declaratus Instigator, & nominatus expresse delator, quare non opus erat hujusmodi recursum justificate præsumptionibus, & conjecturis, inter quas signãter numeratur illa potetior inter-
10 esse scilicet, quod habere valeat aliqua ex Partibus in immixtione alterius Potestatis, & maxime secularis, cum similibus, ex deductis per *Rot. dec.* 763. *num.* 12. *cor. Emer. d. dec.* 1191. *num.* 12., *& in rec. dec.* 197. *num.* 1. *par.* 13., *& dec.* 159. *ex nu.* 2., *&* 3. *par.* 19. *tom.* 1.

Ubi enim tam liquido constat de hujusmodi recursu, prout hic, ultra ceteras pœnas a *Sacris Canonibus* merito inflictas, & de quibus nuperrime in *Neapolitana Ampliationis Ecclesiæ* 13. *Maji* 1712. §. *Nullo siquidem cor.*
11 *Emo Priolo*, attentata recurrentium redduntur prorsus inexcusabilia, ut inquit *Lancell. de Attent. par.* 1. *cap.* 1. *a nu.* 59. *cum. seqq. & cap.* 4. *sub num.* 58. *cum pluribus seqq. Rot. cor. Ludovis. dec.* 525. *ex n.* 8., *&* 9. cum aliis, quæ cumulantur *in Cracov. Præpositura impress. in rec. dec.* 115. *n.* 2., *&* 3. *par.* 11.

Diximus, quod prænominatus Vicarius in eodem actu ausus fuerat se denominare Parochum, sicuti etiam temere tale vocabulum successive usurpavit pluries, ac pluries in ipsismet Constitutionibus synodalibus, etiã postquam illi fuerat præsentata solemnis inhibitio Rotalis *d. Summ. Collegii num.* 8., & postquam jam in sequelam unionis, de qua inferius, & victoriæ ut supra reportatæ per Collegium super jure præsentandi, ceteri ejusdem Vicarii antecessores coram Ordinario declaraverant, atque promiserant, nusquam imposterum sibi arrogaturos consimilem intitulationem, sed dumtaxat adhibituros alteram Vicarii perpetui *d. Summ. nu.* 10. *&* 11., prout expresse quoque decernitur in similibus Curis, sive Ecclesiis

Cura-

12 Curatis, alicui Collegio, vel Monasterio incorporatis, sive quomodolibet unitis unione subjectiva, per celebrem *Constitutionem fel. record. Sancti Pii Quinti*, quæ incipit ad *exsequendum*, & ex censura *Sac. Concilii Tridentini sess. 7. cap. 7. de reform.* cum relatis per *Brisson. de verb. signific. verb. Vicarius, Jacob. Pignatell. consultat. 172. sub num. 3. vers. ut proinde tom. 9.*

Eoque clarius, quia præter prædictam agnitionem Vicariorum antecedentium, revera saltem pro nunc manifeste constabat de hujusmodi unione, & extinctione tituli Parochi, mediante remissione seu donatione favore ejusdem Collegii Patrum societatis hujusmodi regii jurispatronatus, expleta per Sigismundum Tettium Poloniæ Regem, de qua *Summ. Collegii num. 1.*, & contemporanea unione Episcopi Cracovien. *num. 2.* cum successiva approbatione Cardinalis Legati a latere *num. 3.* unde quidquid sit, an hujusmodi uniones auctoritate regia, vel
13 Episcopali dumtaxat, maxime in antiquis, sustineantur, juxta disputata in illa *Cracov. Præpositura seu Parochialis 28. Junii 1684. cor. Cardinali Matthæjo, & in alia pariter Cracov. Parochialis 4. Februarii, & 3. Aprilis 1705. cor. bo. mem. Caffarello.*

Utique quoties, ut ad præsens superaccessit specifica approbatio, & confirmatio, S.R.E. Cardinalis, & ipsius Sedis Apostolicæ in-
14 simul Legati a Latere, cessat omnis ansa dubitandi, ex passim affirmatis per *Abb. in cap. fin. de confirm. Rebuff. in prax. tit. de Union. num. 24., & in regul. de union. gloss. nu. 13.* ceterisque plurimis adductis per *Garz. de Benef. par. 12. cap. 2. de union. nu. 65., & dixit Rot. in Cracov. Unionis 10. Januarii 1681. §. Ulterius cor. bo. mem. Ursino.*

Atque ex his non oportuisset, ut usque dum fuimus protestati, ullatenus inniti præfatæ Inhibitioni Rotali per *Tribunal cor. Me* expeditæ, & respective præsentatæ Promotori Mensæ Episcopalis, & Vicario. Quid igitur dicendum, perspecta ulterius eadem individuali inhibitione? Et tamen ea non obstante, Vicarius ausus est *claudere Sacristiam Patrum, illis interdicere conciones, impedire salubrem illam exercitationẽ*, quæ dicitur *bonæ Mortis* atque in contemptum eorumdem Patrum *transportare ab antiquo, & ab eis volito Tabernaculo Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum*, ut plene docebatur ex testibus recensitis *d. Summ. num. 5. per totum*. Respondere etenim (subjungebant prælaudati Defensores Collegii) quod hæc inhibitio restringeretur ad litis pendentiam super mero jurepatronatus; non elidebat unam saltem ex supra jam datis replicationibus; & nihilominus si vera est, ut est verissima propositio, quod sufficit ad incurrenda attentata, attentantem quomodolibet cogitare potuisse de prohibitione, & compre-
15 hensione inhibitionis, per ea, quæ prosequendo dicunt *Lanell. de Attent. post inhibit. limit. 26. num. 7. Seraph. dec. 53. vers. Tertius casus, Rot. cor. Burat. dec. 652. nu. 6., et cor. Bich. dec. 3. num. 11., et in alia Cracov. Attentatorum coram eodem dec. 515. a nu. 3. cum seqq., in meis addit. ad dec. 87. n. 42. inter noviter in Urbe impress. cor. Me.*

Quomodo de hac prohibitione umquam ambigere valebat Vicarius, quoties ultra seriem enarratam, etiam attenta littera primæ Commissionis directæ *el. mem. Card. Panzirolo*, lis certo certius pendebat nedum super jure præsentandi, sed & ipsius Ecclesiæ hujus administratione, addita clausula *quam & quas cum omnibus singulis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negotio Principali*, ut refert etiam *Carillus in d. dec. 117. n. 7.*, & quoties etiã nupertima specialis inhibitio continebat hæc verba = *De, et super jure præsentandi ad Ecclesiam parochialem S. Petri Sandomirien., et illorum occasione etc.* Hæc enim, quæ occasione Jurispatronatus, & jurisdictionis, necnon administrationis, & illius usus poterant emergere, quidnam aliud erant, nisi præmissi actus perperam perturbati Patribus, & in ipso primordio donationis litteraliter comprehensi; unde tantum aberat, quod hæc excusatio inhibitionis restringendæ ad litis pendentiam præbere pos-
16 set ullam excusationem Vicario, ut hæc eadem litis effectiva pendentia hosce actus comprehenderet, si non in omnibus litteraliter, saltem virtualiter, quinimmo eminenter, quod exuberat, ex connotatis post *Surd. in cons. 312 num. 21. cum seqq. per Rot. cor. Arguell. dec. 76. num. 17., et 18. cor. Cerro dec. 347. num. 2., et seqq., et in rec. decis. 192. num. 13. par. 15. et decis. 221. num. 5. cum pluribus seqq., ac decis. 388. num. 3. par. 18.*

Hæc itaque solidius in facto, & in jure postremo loco oculis *Dominorum* exposita, correspective ad excusationes priori loco deductas, adeo rem visa sunt ponere in claris, ut undique resolutum fuerit, perspicue *constare de Attentatis*.

Cra-

Cracovien. seu Sandomirien. Jurispatronatus super Manutentione.

Vener. 1. Julii 1712.

ARGUMENTUM.

Non est in Jure incompatibile, quod favore unius per sententiam definiatur bonum Jus, & alteri interea manutentio tribuatur. Cura habitualis si residet penes aliquem, penes illum exstare dicitur Jus, titulus, & Jurisdictio, exercitium vero penes Parochum, sive Vicarium.

SUMMARIUM.

1. *Dilationis concessio ex facti circumstantiis minime remanet arbitraria.*
2. *Manutentio praeponenda est disputationi negocii principalis, sive boni Juris.*
3. *Attentata sunt cognoscenda, & purganda ante quamlibet Meritorum discussionem.*
4. *Compati simul, & conciliari potest, quod favore unius per sententiam definiatur bonum Jus, & alteri interea tribuatur manutentio:*
5. *Duplicatum, sive Transumptū non datur nisi causa cognita, quando est lapsum aliquod tempus, & quomodo hoc casu procedatur.*
6. *Actus posteriores, turbativi, & causam liti dantes numquam evadere possunt manutenibiles.*
7. *Reclamatio tempore habili facta circa exercitium aliquorum actuum turbativorum praeservat praecedentem possessionem, & manutentionem.*
8. *Confessio Auctoris afficit etiam Successores.*
9. *Partium confessio superexcedit quodcumq; genus probationis.*
10. *Cura habitualis si residet penes aliquem, penes illum exstare dicitur titulus; Jus, & Jurisdictio, & cura exercituum stat penes Parochum, sive Vicarium.*
11. *Unio facta cum Beneplacito Apostolico, de ea dubitari amplius nequit.*

DECIS. DXCI.

Ut se forte confoveret Vicarius, seu praetensus Parochus in sua minus justa occupatione, seu quasi possessione actuum jurisdictionalium, quos posse exercere in Ecclesia S. Petri Sandomirien. contendebat adversus Rectorem Collegii Patrum Societatis Jesu *Sandomirien.*, nuncupati, institit apud *Me* pro Causae dilatione, qua firme denegata, tum ob nimirum juridica celeritatis privilegia, quae secum ferebant Dubia ipsa expetita pro parte ejusdem Collegii, *manutent.* nempe, *& attentat.*, tum ob imminentiam Feriarum Generalium *nostri Sac. Trib.*, quae nimium distulissent justitiae complementum, itaur dilationis concessio in hujusmodi circumstantiis minime remaneat arbitraria, per ea, quae latius, & in specie
1 differta noscunrur in illa *Romana Pecuniaria 28. Junii 1702. §. Motivum cum seqq. coram Me*, & prius tradiderunt *Menoch. de arbitr. Jud. cas. 52. ex num. 15. Rota dec. 391. in fin. par. 16. rec. & in dec. 643. in princ. vers. Adhuc hodie cor. Emer. Jun. num. 2.*

Hinc adhuc opportune, & subsidiarie, quodammodo satagebat consarcinare, seu cumulare complexum aliorum Dubiorum, & signanter *utrum constaret de Unione*, necnon *utrum Donatio Jurispatronatus Regii sustineretur*, unde *Ego* de cetero non abnuens, in quantum potuissem, secundo loco, seu in sequenti *Rota, Dominis* proponere etiam hujusmodi dubia, attamen neque justum, neque congruum reputavi, non anteferre saltem in audientia antecedenti praemissa Dubia adeo privilegiata *manutentionis, & attentatorum*, cum semper de jure tam manutentio ab altera Partium in nudo possessorio expetita praeponenda sit disputationi negocii principalis, seu boni juris, quam etiam ipsa attentata exsistant praeambule cogno-
2 scenda, & quatenus opus sit, etiam purganda ante quamlibet Meritorum discussionē, ut in proposito manutentionis notarunt *Posth. de manut. observ. 7. nu. 2. & 3. Card. de Luca de Judic. disc. 15. n. 11. & disc. 18. num. 2., Barz. dec. 46. sub n. 1. & dec. 47. in princ., & sub num. 7., Rota coram Cocein. dec. 642. num. 2., & dec. 658. num. 2. post Cenc. de Cens. dec. 232. num. 3. & dec. 277. nu. 1. par. 16. rec.* Itaut quandoque etiam penitus suspendatur petitorium, sicuti prosequuntur *Covarr. pract. quaest. cap. 17. Boccaec. de interdict. cap. 5. num. 2., & cap. 9. num. 2. & 8. par. 2., Posth. de manut. dicta observ. 7. nu. 13. vers. Cum Ordo Juris sit, Ant. Fabr. in Cod. lib. 8. tit. 4. defin. 1. Rocca disput. jur. select. cap. 86. nu. 2. Capyc. Latr. dec. 101. num. 1. lib. 2. Buratt. 686. num. 2. Bich. dec. 542. num. 1.*, & ponderatum fuit *in Meis annotationibus ad dec. 30. num. 45. inter novissime hic in Urbe impress. cor. me*;
3 Et circa non absimile privilegium attentatorum pariter videre est apud *Lancellott. de attent. ferend. sub n. 58. Scacc. de Judic. lib. 2. c. 8. sub n. 744. & seq. Grat. disc. for. 142. n. 18. & 19. Card. de Luc. de Judic. disc. 15. n. 12., Rot. cor. Cerr. dec. 794. n. 3., & in rec. dec. 121. n. 4. par. 18. tom. 1.*, & alibi passim.

Proposita igitur per *Me* sub hodierna Audientia Causa hujusce manutentionis, denuo tentavit Vicarius, seu Parochus praedictus per

per Memoriale etiam Typis impressum renovare in pleno *Sacro Auditorio* instantiam pro dilatione, sed incassum, nam *Domini dandam in omnibus eamdem manutentionem Rectori prælaudati Collegii Patrum Societatis*, unanimiter responderunt.

Et sane, quoad ipsam dilationem, statim dignoverunt, quod ea postulabatur sub prætextu expectandi de Partibus jura, & munimenta defensionis concernentia dumtaxat substantiam ipsius boni juris, sed hæc minime influebant ad definitionē illius *interim*, seu manutentionis, quam Hispani vocant *Tenutam* vigore vulgati *Interdicti*, de quo *in §. Retinendæ Instit. de Interdict.* potest enim absque ulla vel minima contradictione remanere nedum, ut vidimus, suspensum
4 petitorium, sed etiam recte simul compati, & conciliari, quod favore unius per sententiam definiatur bonum jus, & alteri interea tribuatur manutentio, ut habetur post *Alberic. in l. Ordinarii num. 6. Cod. de rei vindicat.*, *Butr. in cap. cum dilectus nu. 15. de caus. poss. & propriet.*, penes *Menoch. de retin. possess. remed. 3. num. 845. & 848. cum aliis in meis addit. ad dec. 81. num. 9. inter noviss. impr. in Urbe cor. Me*, & prius dixerat *Rota in Maceraten. manutent. 10. Junii* 1707. *§. Et hæc cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernat.*, *& in Bonon. Manutent. 27. Febr. 1708. §. final. coram R. P. D. meo Aldrovando*.

Quo vero ad punctum, & quidditatem manutentionis, illam indubitanter debitam fuisse prænominato Rectori, satis, superque apparebat ex facto ipso nostrorum Majorum *in Sacro Auditorio* Confidentium; usque enim de anno 1641. exorta altercatione super hiscemet actibus controversis, & in fine recensendis, *Rota cor. b. m. postea S. Romanæ Ecclesiæ Card. Panzirolo*, concessit mandatum de manutenendo ad favorem tunc Rectoris Collegii, eitatis Promotore Fiscali Cameræ Episcopalis, & Sebastiano Kokuvinski, tunc in Parochia S. Petri, de qua agitur, intruso, itaut successive *Tribunal* degustata contumacia in non parendo eidem mandaro de manutenendo devenerit usque ad relaxationem Censurarum, ut patet ex *dec. 117. per tot. cor. Carill.*; unde nisi stilus *Sac. Auditorii* id exegisset, potuisset recta via absque alia disputatione concedi duplicatum prædicti præcedentis mandati de manutenendo, sed quando defluxum apparet annorum decem intervallum, mos est
5 procedendi pro aliqua majori securitate in eadem Causa ex integro cum novo Dubio, ut de hoc stilo habetur apud *Card. de Luca de judic. disc. 40. n. 33. et seqq.*, *et in relatione Romanæ Curiæ disc. 32. de Tribunali, seu Auditorio Rotæ num. 94. vers. Tertio*, *ubi etiam agitur*, *et in annotat. decisivis bon. me. Coccini annotat. 112. nu. 2. impress. post decis. tom. primo*.

In nihilo refragante, quod hodiernus Vicarius, seu prætensus Parochus præsumere posset exercuisse aliquos actus in contrarium, unde illi concedi valeret partialis saltem manutentio; exuberabat quippe interventus prædicti mandati Rotalis omnem prætex-
6 tum nanciscendi quamcumque novam possessionem seu quasi resecans, & abscindens; unde si qui adfuissent ulli actus posteriores, illi tamquam penitus turbativi, & causam liti dantes, numquam evadere poterant manutenibiles, ad tradita per *Cancer. var. resol. par. 3. cap. 4. num. 95. et cap. 14. num. 72. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 1. nu. 112. cum seqq. Posth. de manut. observ. 17. nu. 44. et 49. cum seq. Rota post eumdem dec. 213. nu. 2. cor. Ludovis. dec. 4. num. 2. ibique Adden. sub num. 19. et in rec. dec. 123. num. 3. et dec. 130. n. 18. par. 9., et dec. 520. num. 14. par. 19. tom. 2.*

Potissime quia ex alio etiam capite non erant attendendi; semper enim, statimac Rector Collegii notitiam habuit cujuslibet audacis intrusionis, vel attentati exercitii istorum actuum, incontinenti nullos esse, reclamavit, fuitque protestatus in contrarium, cumque sane is exsistat unicus juris modus, qui posset practicari per deturbatum, recurrere prompte non valentem ad Judices ob nimiam Locorum distantiam, ut erat illa Regni Poloniæ ad Urbem, dubio procul præservat jam præcedentem possessionem,
7 & manutentionem, tribuitque facultatem, eosdem actus impugnandi citra minimum sui præjudicium, ex traditis per *Surd. cons. 385. num. 20. Hondead. cons. 89. n. 11. lib. 1. Grat. discept. for. cap 246. n. 28. Rodulph. in prax. lib. 1. cap. 2. num. 18.*, *Rota coram Emer. Jun. dec. 1031. n. 6. dec. 274. num. 10. par. 17. et dec. 368. num. 10. par. 19.*

Certius autem, quia de hac identifica quasi possessione Rectoris Collegii, illiusque jure inconcusso plures, ac multiplicatas emisere confessiones ipsimet Vicarii Antecessores, tum quia acceptarunt prædictas Rotales resolutiones coram *Panzirolo*, *et Carillo*, tum quia expresse recognoverant, uti verum Parochum habitualem, & spiritualem in omnibus, Ecclesiæ ipsius Rectorem, seseque ulterius obligarunt amplius eumdem non perturbare in prædictis Ecclesiasticis functionibus, quæ pertinebant ad omnimodam

modam

modam suam Jurisdictionem, quodque plus est, ut latius ostendetur in altera contextuali *decisione super attentatis* sese pariter declararunt, esse contentos simplici Titulo Vicarii, dimittentes illum Parochi, quæ sane
8 confessiones, & facta sicuti afficiebant Successores, ex ratione, de qua *Abb. in cap. 4. num. 18. vers. Et per prius de caus. possess. Angel. de confess. lib. 3. quæst. 2. num. 14. Ferentill. ad Buratt. dec. 453. sub nu. 11. Rota cor. Bich. dec. 436. n. 7. & in rec. dec. 318. num. 13. par. 5. & dec. 10. num. 9. par. 11. ceterique congestis in Herbipolen. Monasterii 27. Junii proxime elapsi §. Quinto demum cor. Me*, ita exuebant Rectorem Collegii ab omni obligatione apertius edocendi de sua, suæque jurisdictionis manutenibilita-
9 re, cum Partium confessio superexcedat omne genus probationis, ad ea, quæ etiam generaliter tradunt *Honded. conf. 30. n. 24. lib. 2. & conf. 108. num. 1. vol. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 1. nu. 37. Marc. Ant. var. resol. lib. 1. resol. 36. nu. 4. Posth. de manut. observ. 19. num. 11. & seq. Rota cor. Merlin. dec. 467. num. 3. tom. 1. cor. Ottbob. dec. 29. num. 46. cor. Buratt. dec. 121. num. 1. & in rec. dec. 192. num. 9. par. 10. & dec. 446. num. 2. par. 14. & in specie eum Rot. dec. 181. num. 2. & 7. par. 17. & dec. 203. num. 12. par. 19.*

Atque ex his, juncta ulterius quoque depositione Testium, asserentium, Collegium revera fore in perantiqua possessione hosce actus exercendi; nullatenus, ut ab initio præmisimus, oportebat, ad effectum præsentis capessendæ resolutionis, introspicere merita, atque medullam negocii principalis, seu boni juris perscrutari, quod posset patefacere in expetenda dilatione, inutiliter suadere contendebat prædictus Vicarius, sed adhuc verendum erat de toto contrario. Constito enim ex prædictis iteratis confessionibus, quod in præsenti Causa Contradictor foret Vicarius simplex, etsi perpetuus, utique per necessarium antecedens Collegium ipsum Societatis Jesu Sandomirien., illiusque Rector exsistebat verus Parochus, verus Sponsus Ecclesiæ, ad summum quippe nudum tantummodo exercitium Curæ actualis stat penes consimiles Vicarios, sed Titulus, Jus, & Jurisdictio residet ineluctabiliter penes Collegium, penes Capitulum, penes illam personam in Dignitate constitutam, sive Archidiaconi, sive Decani, sive Rectoris, cum similibus, qui
10 Curam retinent habitualem, secundum ea, quæ plene tradiderunt post *Glos. in cap. Super eo verb. Annexum de Præbend. in 6. Abb. in cap. extirpanda §. Qui vero n. 15. eodem tit. Rota cor. Seraph. dec. 100. num. 4. & 5. cor. Merlin. dec. 115. num. 6. in rec. dec. 88. num. 5. & seqq. par. 9. dec. 40. n. 12. et 93. num. 2. par. 16. dec. 204. nu. 1. par. 17. cum ceteris fere innumeris cumulatis in decis. 81. fere per tot. p. 18. rec., & dec. 631. n. 7. p. 19.*

Quibus in radice superaccedebat unio præcisa, & positiva, facta de hac Ecclesia favore Collegii per Sigismundum III. Poloniæ Regem, & in littera exprimens quoque potestatem, & facultatem consequutive attributam Patribus Societatis exercendi istosmet actus controversos, *Summario ejusdem Collegii nu. 2.* Cumque eidem Unioni Regii Patronatus superaccesserit confirmatio, seu Beneplacitum Apostolicum *d. Sum. n. 3.* nequibat profecto de validitate, & clarita-
11 te ejusdem unionis ulla concipi hæsitatio, per ea, quæ tradiderunt *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 3. num. 53. & 54., Garz. de Benef. par. 9. cap. 2. n. 291. Rota dec. 85. num. 1. & seqq. dec. 330. num. 5. par. 9. rec.* & in durioribus terminis beneplaciti solum ex lapsu temporis præsumpti, firmaverat jam *Rota* in altera *Cracovien. Unionis 10. Jan. 1681. §. Ulterius cessare videtur cor. Ursino*, quæ registrabatur in calce Informationis pro Collegio.

Concedendam itaque Patribus Informantibus *Domini* dixerunt manutentionem in possessione, seu quasi, *retinendi Claves tam Ecclesiæ, quam Ciborii Altaris Majoris, ibique celebrandi in solemnioribus anni Festivitatibus, nempe Natalis Domini, Paschatis, necnon intra Octavam Corporis Christi, & in die Cœnæ Domini, concionandi, Confessionesque excipiendi pro omnibus Festis, & Dominicis, ac Communionem Populo distribuendi, necnon devotionem bona mortis quolibet mense consumandi, ceterosque actus ad jurisdictionem propria Ecclesia perficiendi.*

Romana, seu Cavallicen. Pecuniaria.

Veneris 1. Julii 1712.

ARGUMENTUM.

Creditum cessum in certa, & specifica quantitate enunciata, an & quo casu debeat illud semper præstari, & manuteneri verum, & reale pro eadem enunciata summa, & quantitate. Sciens, rem emptam, sive cessam subjectam esse alicui evictioni, vel diminutioni non valet petere postea evictionem, & relevationem ejusdem diminutionis.

SUMMARIUM.

1. *Susceptio termini debiti confessionem per Judicem canonizati importat.*

2. *Rescriptum Signaturæ Justitiæ* = Parito Judicato = *ad se trahit refusionem omnium expensarum*.

3. *Restitutio restitutionis in integrum de Jure nullo modo datur*.

4. *Promittens liberare a molestiis, tenetur, si promissori mota sit lis*.

5. *Creditum cessũ in certa, & spetificata quãtitate enunciata debet illud sẽper præstari & manuteneri verum, & reale pro eadem enunciata summa*. Declara, & limit. n. seq.

7. *Quæ cautelæ adhiberi soleant in contractibus, in quibus aqua non est conditio contrahentium*.

8. *Cedens credita* talia qualia, *& ut dicitur* per un sacco d'ossa *ad ultra non tenetur*.

9. *Nemo auctor laudatus tenetur laudantem, & ab eo causam habentem liberare, si is non opposuit eas defensiones, quas objectando aufugisset condemnationem*.

10. *Procurator ignorare nequit res, & scripturas a se productas*.

11. *Sciens, rem emptam, seu cessam subjectam esse alicui evictioni, vel diminutioni, non valet petere postea evictionem, & relevationem ejusdem diminutionis*.

12. *Confessio debiti voluntarie, & judicialiter facta non potest amplius, & maxime post judicata impugnari*.

DECIS. DXCII.

MErum dulce deglutitum suaviter ab initio, *in fine*, juxta dictum sapientis, *Prover. cap. 23. num. 31. mordebit ut coluber.*, obtento etenim quodam Mandato a principio, nempe de Anno 1679. per Balthassarem, & alios de Nigronis coram bonæ memoriæ Altovito tunc Cardinalis Legati Avenionensis Auditore pro suma scut. 900., quæ eis deberi supponebant a Carolo Ghislerio contra Cæsarem Dupuis ejusdem Caroli heredem, illud per ærumnas, & negligentiam ipsius Cæsaris transitum fecit in rem judicatam, unde tandem excmpto, & expergefacto Cæsare, operæ pretium fuit recursum habere ad Signaturam Justitiæ pro reportanda Commissione restitutionis in integrum, & ad illius normam ascendente Causa ad Sacrum Auditorium, protinus immutatæ remanserunt rerum vices, nam prædictum suave merum cepit recrudescere, proponente namque *R. P. D. meo Crispo negocio utrum constaret de re judicata, seu potius de Causis restitutionis in integrum*, prima vice nempe 10. *Maji* 1709. Victoria Balthassaris nutare inchoavit, respondentibus *Dominis iterum proponatur*, sed reiterato certamine sub *die* 14. *Junii ejusd. anni* 1709. amplius non ambegere, quin responderent, constare de Causis, & in eumdem spiritum abierunt sub *die* 14. *Febr.* 1710. cũ persistentia *in dec.* & subsequuta postmodũ Causæ expeditione.

Verum ab hujusmodi Judicato statim provocarunt prædicti Balthassar, aliique de Nigronis, sed parum dispari fato: nam, & in secunda instãtia successive delegata *R.P.D. meo Scotto, hodie ter emerito Almæ Urbis Gubernatore* cõfirmata exstitit antecedens Sententia, redeunte denique (ut sæpe sæpius contingit per orbitam *Rotæ* nostræ) Commissione, rursus in tertia instantia eidem *R. P. D. meo Crispo sub die* 11. *Maji* 1711. ambæ præcedentes Sententiæ novæ confirmationis robur obtinuere; unde postremo permotum Tribunal Signaturæ trinum hoc Rotale Judicium plene canonizavit, mediãte rescripto *sine præjudicio triũ conformium*, in eujus sequelam Nigroni compulsi fuerunt evomere sive refundere eadem scut. 900., quæ ab initio degustaverant, atque recé-
1 perant, usq; tunc implorantes terminum ad solvendum, qui debiti, jam etiam a supradicto Tribunali Principem repræsentate, auctorizati, agnitionem semper importat, ex collectis per *Gales. de oblig. Cameral. quæst. 81. nu. 6. Ridolphin. in prax. lib. 1. cap. 114. num. 113., Rot. cor. Duran. dec. 373. n. 16. cor. Caval. dec. 139. nu. 1. cor. Buratt. dec. 144. num. 6. & in rec. dec. 532. num. 1. par. 3., & dec. 194. num. 10. & seqq. dec. 245. num. 1., et seqq. par. 18. tom. 1. decis. 785. num. 2. et 3. eadem par. 18. tom. 2.*

Etiam ita condemnati, & jam per eos mediante solutione omni condemnationis obligatione dissoluta, rursus insurrexere Nigroni, prosequentes Causam in ulteriori devolutivo *cor. R. P. D. meo nunc Emo Priolo*, sed sub *die* 27. *Januarii* 1712. denuo collapsi sunt cum nova adversus eos expeditione Causæ, cumque idem Tribunal Signaturæ de more custodiens ejus commendabilem, & gradualem stylum finaliter rescripserit
2 *Parito*, istud sane rescriptum ad se traxit refusionem omnium expensarum, ut in simili fraternizzante Casu etiam evenit in illa scilicet *Rom. renunciationis* 11. *Januar.* 1712. §. *Cumq; successive cor. Me*, cum inibi allegatis.

Debuisset, ut luculenter ostenditur in prædicta *Romana renunciationis* §. *Potuisse cum seqq. cor. Me* reassumi in hoc ultimo spiritu Causa in dubio ordinario *E. G. An constaret de credito*, sed per incuriam Defensorum fuit iterum in hodierna Audientia ad lances Justitiæ appensa dubitatio, *utrum constaret de Causis restitutionis in integrum*, etsi ut præmisimus fuisset simili modo proposita, & nega-

gati-

gative jam resoluta *cor. prælaudato Eminentiss. Priolo die* 1. *Junii* 1712., unde in vanũ ulteriorem dilationem expetentibus Nigronis, non solum ob imminentiam Feriarum generalium, sed etiam quia Reipublicæ bonum exposcit, ut aliquando finis litibus imponatur, prodiit rescriptum = *Non constare de Causis*.

Facile fuit capessere fundamentum præsentis resolutionis; In substantia quippe meritorum erat eadem semper scæna facti, & ea exstiterat in quinque *decisionibus*, & quatuor instantiis toties, ac toties dispuncta, ut superfluum videretur retexere jam dicta maxime Defensoribus Cæsaris reepilogantibus universa prædicta fundamenta, per quæ *Sac. Auditorium* idem semper absque ulla minima interruptione constantissime cēsuit, sicque eo minus in præsenti, quando ex deficientia læsionis, & gravaminis Judicatorum visum, & responsum antecedenter fuerat *cor. I.mo Priolo* adamussim *non constare*

3 *de Causis restitutionis in integrum*, & quando nec etiam de Jure ullo modo datur restitutio restitutionis, ad *Text. in l. in una C. si sæpe in integr. rest. postul. Rot. cor. Put. dec.* 79. *lib.* 3. cum aliis adductis in dicta *Romana renunciationis* 11. *Januar.* 1712. §. *Verum cor. Me*.

Totum igitur refugium eorumdem de Nigronis de præterito reducebatur quodammodo ad obduratam credulitatem, quod cum inter credita cessa, & transfusa per Carolum de Ghisleriis in illos de Nigronis fuerit illud derivans a solutione facta per ipsum Carolum Sacro Monti Pietatis Bononiæ ex Causa initæ fidejussionis pro quodam Orlando Ministro ejusdem Montis, cum contextuali subintrantia Caroli in jura Montis adversus Ursinos Confidejussores, idemque Carolus expressisset, ut in *Summ. distributo die* 10. *Maji* 1709. *num.* 4., quod prædicta summa soluta Sacro Monti foret scut. 6000., ad inventum vero fuerit soluta tantummodo exstitisse scut. 5100, pro reliquis autem 900. Mons pulsaverit Ursinorum heredes, qui fuerant, ut præmisimus Confidejussores; Isti vero retorserint molestias contra Nigronos, qui eos mediante quadam transactione ab omni debito liberare promiserant, ju-

4 xta illam necessitatem, & justitiam, de qua *Panzirol. consf.* 45. *sub num.* 14. *Alex. consf.* 42. *sub nu.* 2., *&* 3. *lib.* 2., *Rot. cor. Dunoz. Jun. dec.* 795. *num.* 1. *cor. Bich. decis.* 266. *num.* 5., *& dec.* 815. *per tot. par.* 4. *divers. & in rec. dec.* 231. *num.* 1. *&* 2. *par.* 3., *& dec.* 572. *num.* 5., *& dec.* 752. *num.* 5. *par.* 19. *tom.* 2.

Coacti proinde remanserint Nigroni restituere memoratis heredibus Ursinorum præfata scut. 900. hinc quia hujusmodi damnum Nigronis obvenit, ex quo in rei veritate Carolus non exbursaverat Monti totā summam scut. 6000., ut expresserat, sed dumtaxat scut. 5100. obstringeretur hereditas ejusdem Caroli ad refusionem horum scut. 900., non minus ex prædicta natura obligationis reficiendi damna damnificato ex mala alterius expressione resultantia, sed, & quoque perspecta forma cessionis, quæ quando reperitur facta de credito in certa, &

5 specifica quantitate enunciata, debet illud semper præstari, & manuteneri verum, & reale pro hac eadem enunciata summa per ea, quæ communiter dicunt *Alexander consf.* 8. *per tot. lib.* 4., *Socc. Jun. consf.* 42. *num.* 21. *lib.* 2., *Gabr. consf.* 64. *num.* 7. *lib.* 2., *Cyriac. contr. for.* 53. *a n.* 12. *ad plures seqq., Caren. resol.* 187. *per tot., Surd. dec.* 64. *num.* 16., *& plur. seqq. Mangil. de evict. quæst.* 102. *num.* 1., *& seqq. Rota in Romana, seu Albanen. bonorum* 27. *Junii* 1707. §. *Neque cor. R. P. D. meo Aldrovando*.

Ast huic toties, ac toties promoto, & conclamato motivo exstitit plusquam multifarie satisfactum in præcedentibus *decisionibus*, & primo quod nequaquam fuerat a Carolo cessum signanter, & particulariter hujusmodi creditum scut. 6000. repartibile contra Ursinos Confidejussores, sed occasione, quod Nigroni tamquā Concreditores transegerant cum heredibus eorumdem Ursinorum etiam nomine ejusdem Caroli Ghisleriì, recipiendo quāplura bona ab eisdem heredibus, sibi ipsis dimissa, & respective in se accolando omnia debita prædictorum Ursinorum, ut in veteri *Summ. distributo* 10. *Maji* 1709. *nn.* 3. *cor. R. P. D. meo Crispo*, satius postea iidem Nigroni duxerunt, vice repartiendi eadem bona per transactionem acquisita cum eodem Carolo Concreditore, ab illo tamquam extero, & non omnium rerum ignaro reportare cessionem, non solum prædicti Crediti scut. 6000., sed etiam omnium aliorum ascendentium in totum ad scut. 18080., vel saltem demptis fructibus ad scut. 11900. præstitis dumtaxat in contrapositionem variis rebus, cambio scilicet, & mercibus, nec non Censu ferme inexigibili, & perpetue vinculato, præseferentibus in totum crude, & materialiter sola scut. 8566., uti liquebat ex transactione postea inita per Nigronos cum eodem Carolo *d. Summ. n.* 4., juncto Calculo relato *d. Summ. num.* 2., ac propterea non intrabat ampl[illegible]s prædicta regula de manutenendo creditum

ces-

ceſſum pro vero, & reali in illa adamuſſim quantitate, quæ in caſu noſtro potius accidentaliter, quam ſpecialiter, & ſingillariter fuerat expreſſa juxta *Conſ. Venturin.* 58.
6 *lib.* 2., quod merito ſemper placuit in præcedentibus ferme omnibus *deciſionibus*, & ſignanter in *dec. diei* 14. *Februarii* 1710. §. *Tanto magis cor. R. P. D. meo Criſpo, & 1. Decembris ejuſdem anni §. Ex hujuſmodi cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & 27. Januarii 1712. §. Si autem cor. Eminentiſſ. Priolo.*

Secundo fortius, quia correlative ad hunc eumdem diſcurſum adeo bonum opus operati ſunt, vel operari crediderunt Nigroni in hac dimiſſione Caroli, qui contentabatur prædicta intricata, & admodum diminuta ſatisfactione pro ſuis magis limpidis, & uberibus creditis, per quæ debebant ipſi Nigroni ingentia bona acquiſita ab heredibus Urſinorum, contribuere cum prædicto Carolo, ut in fine ejuſdem tranſactionis initæ cum eo, ſibi præcaverint non ſolum de ampliſſima quietantia, ſed etiam pacti fuerint, quod dari non poſſet de omni, & quacumque læſione etiam enormiſſima, quodque per ſimplicem irrevocabilem, ac perpetuo duraturam donationem intelligeretur remiſſum, renunciatum, & donatum illud plus, quod prætendi potuiſſet, ſignum plane evidens, quod Nigroni lucrum majus certe reportabant ex hac ſecunda tranſactione, quam importaret prædicta quantitas ſc. 900. ad eorum ſenſum modo prætenſa, cum hujuſmodi Cautelæ ſolum adhibeantur in Contractibus, in quibus æqua
7 non eſt conditio contrahentium, ut tradunt & ſupponunt *Bald. conſ. 3. ſub num. 1. verſ. quia illa clauſula vol. 3. Alex. conſ. 28. nu. 16. lib. 5., Leotard. de Uſur. quæſt. 39. num. 31. cum ſeqq.*, & alibi paſſim.

Tertio nimis in idem conſpirabat, quod etiam ex altera parte Carolus in prædicta ſua ſatis apparenter præjudiciali tranſactione, non tantum longe abfuit a promittenda manutentione Creditorum, ceſſorum pro veris, & realibus, ut ſolemniter fuerit proteſtatus devenire ad eamdem ceſſionem omnium, & quorumcumque Creditorum adverſus Urſinos, ſunt verba præciſa = *pro talibus, qualia, illa ſunt, et ſibi competunt, itaut nullo umquā tempore teneantur niſi pro dato, et facto ſuo tantum, et non alias* = quomodo igitur per prædictam ſimplicem, & nudam propoſitionem, quod cedens particulariter creditum expreſſa certa quantitate adſtringatur illud manutenere in eadē certa, & expreſſa quantitate, poterat prætendi, quod Carolus ad quidquam teneatur, dum fecit tam claram animi ſui declarationem in contrarium, cedendi nimirum eadem Credita *talia qualia*,
8 & ut dicitur per un *Sacco d'oſſa*, in quibus profecto terminis cedens ultra non tenetur; teſte *Alex. conſ. 27. num. 4. lib. 2. Mantic. de tacit., et ambig. lib. 4. tit. 13. num. 9. Antonin. de amat. var. reſol. reſol. 37. num. 27. Faber. in C. lib. 4. tit. 29. definit. 15. in append. num. 9. Rot. cor. Ottbob. dec. 142. nu. 3. et 4., et dec. 509. num. 17. par. 13. rec., et in Anconitana Pecuniaria 2. Junii 1706. §. Quod vero cor. R.mo Ommanna Epiſc. Giennen.* cum reliquis adductis in præcedentibus hujus Cauſæ *Deciſionibus*, & ſignanter *die 14. Januarii 1709. §. Tum etiam cor. R. P. D. meo Criſpo.*

Quarto validius, quia nec etiam de Jure fuiſſet Carolus obligatus unquam refundere prædicta ſcut. 900. quia mons Pietatis Bononiæ eumdem Carolum aperte liberaverat recipiendo duntaxat vice ſc. 4000. reſidualia ſc. 3100. ex cauſa justa exceptionis ab eo oppoſitæ, promittens idcirco eum ex titulo primæve fidejuſſionis ſuſceptæ pro Orlando miniſtro ejuſdem Montis pro dicta ſumma ſcut. 800. nullatenus amplius moleſtare, neque tacite neque expreſſe, neque directe, neque indirecte *d. Summ. n. 1. litt. A.* quare ſi citra ipſorum proprium factum accollationis nempe debiti Urſinorum fortaſſe fuiſſent pulſati Nigroni, hi facile potuiſſent montem repellere, illi opponentes, quod tacite, & indirecte moleſtaſſet Carolum contra pactum, & Conventionem initam, ſi poſtea, vel Urſini, vel illos repræſentantes divexando cauſarent, quod hi ſeſe converterent in ſucceſſivo Judicio liberationis a moleſtiis reſpectu ſummæ per Carolum non ſolutæ contra eumdem Carolum, unde dum (præciſive ab importantia prædicti pacti volūtariæ accollationis) hanc exceptionem Monti non objectarunt, de cetero elidentem ejus actionem, ecce quod ſubintrabat clara concluſio, quod nemo quomodolibet Auctor Laudatus tenetur laudantem, & ab eo Cauſam habentem liberare, ſi is non oppoſuit eas defenſiones, quas objectando aufugiſſet condemnationem, ut uno ore tradiderunt ex *Text., et DD. in l. rem §. Si duplo, et l. ſi mancipium ff. de evict. Cephal. conſil. 89. num. 23. lib. 1. Roland. conſ. 72. num. 23. lib. 3. Mangil. de evict. quæſt. 9. n. 8., Surd. dec. 208. nu. 17. Rot. cor. Cerr. dec. 311. in fine, et dec. 468. num. 4. par. 18. tom. 2. rec.*

Quinto ad magis ſemper demonſtrandū, quod Nigroni non habebāt, de quo conquererentur

tur tamquam tenaciter insistentes super expressione prædictæ summæ scut. 4000. facta per Carolum in secunda sua transactione dum in eadem secunda transactione se se Carolus retulerat post expressionem prædictæ quantitatis ad Instrumentum transactionis originaliter exaratæ per eumdē Carolum cum Monte ibi = *Prout in Instrumento transactionis etc.* hoc etenim Instrumentum ignorare non poterant Nigroni, non solum quia illis fuerat enunciatum in præfata secunda transactione per verba relativa, de quibus proxime, sed quia etiam ipsimet Nigroni procuratorio nomine Caroli produxerant cor. A.C. idem instrumentum transactionis Caroli cum Monte, insuper obtinuerant relaxationē Mandati, illudq; expedive-
10 rant, quemadmodū enim Procurator non potest ignorare res, & Scripturas a se productas, ita e converso sciens, rem emptam, seu cessam subjectam esse alicui evictioni, vel di-
11 minutioni, non valet petere postea evictionem, & relevationem ejusdem diminutionis, ut de prima propositione habetur penes *Alex. cons. 39. num. 6. lib. 2. Natt. cons. 45. sub n. 3. Rot. cor. Pamphil. dec. 266. num. 6. cor. Bich. dec. 6. num. 44. post Pacif. de Salv. interd. dec. 355. num. 2., & in rec. dec. 445. nu. 6. & 10. par. 18.* cum aliis allegatis in dicta *dec. hujus Causa Anni 1710. coram R. P. D. Crispo §. Secundum vero*, & de secunda in *l. si fundum* ibique *Gloss. in princip. C. de evict. Purpur. cons. 405. num. 4 lib. 2. Mangil. de evict. quaest. 24. n. 27., & q. 47. num. 15. Rota in Romana Locorum Montium 30. Januarii 1702. §. Et hinc cum seqq. cor. R. P. D. meo Lancetta*, & firmavit *Rot. in d. dec. hujus Causa Anni 1709. §. Haud subsistente cor. R. D. P. meo Crispo.*

Sexto tandem, quia ut præmisimus a principio, de facto positive Nigroni fassi exstiterunt hoc debitum in Tribunali A.C., in quo post canonizationem trium conformium factam a plena Signatura Justitiæ, cubitaliter dixerunt, *fatendo debitum petitum in Sac. Rota ad illud solvendum suscepit terminum triginta dierum*, ideoque quidquid foret quando solvissent simpliciter metu mandati, quo casu quis censetur, & dicitur coacte solvere, semperque valet redarguere Judicis Decre-
12 tum de Injustitia, certe in his terminis perfecte, & absolutæ confessionis debiti voluntarie, & Judicialiter factæ non potest amplius, & maxime post tot, & tot judicata venire contra propriā confessionem, sicuti optime pariter concludit post *Rot. in Rom. Cambii 14. Maji 1706. §. Indubitantius coram Rmo dell'Olmo Episc. Conch.* in hac Causa novissima *dec. 27. Jan. 1712. §. fin. cor. Emo Priolo.*

Et ita, vel ex unoquoque motivo de tot præmissis, vel saltem omnibus in se catenatis, & junctis *Domini* resolverunt, licet Cæsare solum in hoc extremo informante.

Neapolitana Assignamenti, sive Commutationis Voluntatis.

Sabat. 23. Julii 1712.

ARGUMENTUM.

Summo Pontifici privative spectat Defunctorum voluntates declarare, moderari, & commutare, istaque tamen commutatio, sive declaratio fieri debet concurrentibus justis, ac necessariis causis, vel saltem probabilibus, ac rationabilibus, & quæ sint istæ causæ justæ, ac rationabiles. Alimenta in quamnam summam taxari debeant Prænobili, ac Primogenito, qui ex præcepto, ac voluntate Testatoris tenetur in Uxorem ducere Mulierem æque Prænobilem, & agnationem Testatoris conservare, & ex quibus istud votum conservandæ agnationis, & familiæ decus arguatur; & an in decernendis, sive taxandis prædictis alimētis ponenda, ac considerandа sit industria, sive munus alicujus: Investimentum ab herede factum an isti, vel hereditati cedat, in fine firmatur.

SUMMARIUM.

1. *Summus Pontifex potest defunctorum voluntates declarare, moderari, et commutare.*
2. *Istamque potestatem usurpare nequeunt ipsimet etiam Episcopi.*
3. *Supremo Principi dici non potest, cur ita facis?*
4. *Alterationes, seu voluntatum commutationes fieri nequeunt nisi ex justa, & necessaria causa, vel saltem probabili, et rationabili.*
5. *Et quando hujusmodi causa dicantur concurrere.*
6. *Inter causam commissariam, et gratiosam, quæ intercedat differentia.*
7. *Episcopi tamquam Legati Sedis Apostolicæ an aliquid in precibus tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum cognoscant.*
8. *Clausula* vocatis vocandis *adjecta in commissione importat necessitatem citandi omnes in causa interesse habentes.*
9. *Ut quis admittatur ad Beneficium* Cap. Odoardus *debet probari paupertas, & cavere saltem per juratoriam, quod si devenerit ad pinguiorem fortunam, solvet.*
10. *Breve revalidatorium nomen accipit Gratiæ* perinde valere.
11. *Litteræ Apostolicæ celerem semper, et debitam sibi promerentur exsequutionem.*

12. Pau-

12. *Pauperes non tenentur solvere sportulas, aliasque expensas litium, sed eos quandoque dispensare solet Papa.*
13. *Summa in causam declarandam, quando concedi soleat.*
14. *Subreptio, et obreptio ex quibus inducatur.*
15. *Plena Signatura Gratiæ speciem præsefert parvi Consistorii.*
16. *Ad submovendum vitium subreptionis, sive obreptionis quid requiratur.*
17. *Clausula* quorum tenores *tollit quemlibet defectum sive subreptionis, sive obreptionis.*
18. *Contrarietas, sive contradictio est omnino vitanda.*
19. *Singula singulis congrue referenda sunt in quacumque materia, sive dispositione.*
20. *Summus Pontifex habet omnia Jura in scrinio pectoris.*
21. *Consequens qui vult, vult etiam antecedens.*
22. *Testator, qui ad successionem invitavit fideicommissarium, ejusque filios legitimos, et naturales, illius matrimonium exoptasse censetur.*
23. *Taciti, et expressi eadem est virtus, quando utrumque procedit ex potentia ejusdem causæ.*
24. *Gratia dicitur subreptitia, et obreptitia, si quod erat necessario exprimendum Principi non fuit narratum*, & num. 26.
25. *Prohibitio non promovendi ullam litem contra heredem sub pœna caducitatis operatur, ut promoventem ipso Jure privet a commodo hereditatis.*
27. *Ex oculari inspectione, et lectione Testamenti, et ex matura illius expunctione habita in Signatura Gratiæ cum successiva illius derogatione qualibet subreptio excluditur.*
28. *Provocatus vigore* l. Diffamari Cod. de ingen. manumiss. *dicitur, et evadit Actor necessarius.*
29. *Dispositio, quæ in uno tantum potest verificari, habetur pro certa, acsi de illa in specie, et nominatim mentio facta fuisset.*
30. *In consequutione alicujus Beneficii Ecclesiastici illius valor semper est exprimendus.*
31. *Probatio, quæ ex facto alterius obtineri non potest, habetur pro facta in odium impedientis*, & num. 56. & 58.
32. *Relationibus provenientibus ab Ordinariis, et maxime præclaris, et eminentibus plena fides præstanda est.*
33. *Ex inventario elicitur plena probatio totius valoris, et status hereditatis.*
34. *Argumentum deductum de majori ad minus, et e contra est in Jure efficacissimum.*
35. *Sac. Rota ob quas rationes anno* 1679. *taxam legalem* ☧ 5. *reduxit ad* ☧. 4.
36. *Et ab eo tempore subsequutæ fuerunt notabiles reductiones censuum, aliorumque similium redditum.*
37. *Damnum semper de sui natura secumfert diminutionem.*
38. *Clerico in vim* Cap. Odoardus *reservantur alimenta secundum statum, & decentiam ejusdem.*
39. *Quæ alimenta relinquantur ei, cui competit beneficium* Deducto ne egeat.
40. *Paupertas, sive indigentia sumenda semper est respective ad Casum, & ad Personam, de qua sit habenda consideratio.*
41. *Ad effectum taxandi congrua alimenta filio etiam illegitimo, inspici debent circumstantiæ Natalium, Splendoris Patris, illiusque familiæ tractatum.*
42. *Patrono ad egestatem redacto congrua alimenta juxta illius statum ex fructibus Beneficii taxari debent.*
43. *Paupertas ad effectū taxandi alimenta Nobilibus Pauperibus maximopere consideranda est.*
44. *Primogenitura adamussim a Testatoribus instituitur, ad effectum contrahendi conspicuum Matrimonium.*
45. *Secundogenitis ubi practicantur Feuda, sive sint jure Francorum, sive Longobardorum regulanda assignatur sola fructuum portio, quæ nuncupatur* Vita Militia, *reliquum vero remanet apud Primogenitum.*
46. *Argumentum a fortiori deductum, vel a proportione illius regulæ, quæ aurea nuncupatur, valet.*
47. *Votum conservandæ agnationis, & familiæ decus, ex quibus arguatur.*
48. *Ad probandam paupertatem admittuntur quandoque vulgares etiam depositiones Testium, & cujuslibet Parochi.*
49. *Notula jurata creditur, quoties non docet contradictor, quod Creditor revera plus consequutus fuerit de fructibus, quam quos scripserit in notula.*
50. *Regna sine Armis, nec arma sine stipendiis haberi possunt.*
51. *In decernenda alimonia requiritur promptitudo, non vero remotum emolumentum.*
52. *Industria, sive aliquod munus attendi non debet pro calculandis alimentis alicui, cum illa dicantur incerta, & eventualia.*
53. *Mobilia lapsu temporis præsumuntur consumpta, maxime si in Inventario non leguntur descripta ejus soliditatis, quæ requiritur ad eorum durationem.*
54. *Non entis nulla sunt qualitates.*
55. *Homines plus sperāt habere, quam habeant.*

57. *Gra-*

57. *Gratia Principis quando sortiri debeat effe-ctum, an a die præsentationis, sive potius a die exsequutionis*, & num. seq.
59. *Gratia conditionata nusquam vires assumit nisi a die dumtaxat adimpleta, seu purificata conditionis.*
60. *Annata, seu media annata ex rationabili causa quandoque retinentur per Apostolicam Datariam, Capitula, & Sacristias Cathedralium.*
61. *Gratia indefinita, & indeterminata nullam limitationem admittit.*
62. *Afferuntur Doctores differentes de facultate per Testatorem concessa eligendi certum de incertis, vel incertum de certis, vel demum certum de certis.*
63. *Fructus, vel capitalia si de tempore obitus Testatoris erant inexigibilia, sed tamen ex industria heredis facta fuerunt exigibilia, acquiruntur heredi non vero hereditati.*
64. *Extensio de uno casu ad alium cessat in provententibus ex Privilegio Principis*, & num. 84.
65. *Victus Victori omnes expẽsas reficere debet.*
66. *Idque procedit etiam si victus a principio sententias favorabiles obtinuisset.*
67. *Expensa communiter taxari solent in ꝟ 10. pro qualibet Instantia.*
68. *Æqualitas, & Justitia unicuique in S. Rota tribuitur.*
69. *Contendens postquam fuerit devictus, & judicialiter subrogatus, temerarius præsumitur*, & num. seq.
70. *Adagium* = Ferro viam aperit, qui per contraria transit = *refertur.*
71. *Gratia Principis paratam semper meretur exsequutionem.*
72. *Fructus ab herede percepti ad ipsum heredem pertinent, ejusque patrimonium constituunt.*
73. *Exsequutor merus, & nudus Minister nullum emolumentum consequi potest.*
74. *Fructus sunt sequela Dominii.*
75. *Legatarius est verus Dominus rei legatæ, atque in illum recta via transit dominiũ.*
76. *Legatarius dicitur verus Minister, quando ex legato nihil emolumenti habet.*
77. *Nemo ex propria culpa lucrum reportare debet.*
78. *Nulla voluntas, nulla intentio cadit in ignorata, & incognita.*
79. *Fructus eo ipso, quod sunt investiti transeunt in sortem, & verum capitale.*
80. *Minor summa in majori semper includitur.*
81. *Alia intentio, sive intelligentia in Summo Pontifice capi nequit, quam ea, quæ descendit ex natura rei.*
82. *Investimentum sequutum non ex præcepto Testatoris, sed ex facto voluntario heredis, illius patrimonium, & non defuncti hereditatem auget.*
83. *Heres quando dicatur institutus, non uti Minister, sed uti heres.*
84. *Gratia Principis restricta ad unam rem, & unum casum, extorqueri nequit ad alium.*
85. *Gratia a Principe concessa debet esse constans, & perpetuo mansura.*

DECIS. DXCIII.

EA sola Suprema, ac Vicaria Potestate, quam Christus Dominus, devicta morte, Cælos ascendens reliquit in Terris Petro, ejusque Successoribus, ut esset, qui viva voce posset Ecclesiæ Sponsæ ritus decernere, & ordinare, filios ligatos solvere, & dissolutos ligare, necnon Officia, & Beneficia, quæ ejusdem Christi Patrimonium sunt, conferre, atque distribuere, necnon præ ceteris præcepta sua, & leges interpretari, & ope Divinæ dispensationis pias quoque Defunctorum Voluntates exsequi
1 facere, pariterque declarare, moderari, & commutare, & de qua habentur luculenta Testimonia in celebri *Clementin. Quia contingit de relig. domib., Abb. ibidem num. 3. & in cap. Tua Nobis num. 4. de Testam. Jo: Andr. in cap. Significatum num. 3. de praben. idem Abbas cons. 99. num. 2. versic. & alibi etiam, Tiraquell. de Privileg. pia causa Privileg.* 135. *Fagnan. in d. cap. Tua Nobis n.* 13. *& 25. cum plurib. seqq.* cum ceteris plena manu relatis per *Barbos. de offic. & potestat. Episcop. par. 3. alleg.* 81. *num.* 1. *& in Collect. in. ad d. Clementin. Quia contingit. n.* 13. *versic. Salva quidem* 10 *n.* 4., *& tactam fuit in illa Herbipolen. Monaster.* 10. *Junii* 1707. *§. Et quamvis cor. b. m. Caffarello*, & successive *in ejus confirmatoria sub die* 27. *Jan.* 1712. *§. Fundamentum cor. me.*

Itaut nequeant etiam ipsimet Episcopi ta-
2 lem usurpare potestatem, uti prosequuntur *Anearan. in dicto cap. Tua Nobis num.* 3. *de Testam. Covarru. eod. cap. num.* 7. *Azor. instit. Moral. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 33. *quæst.* 9. *casu* 4. *in fin., Ugolin. de Offic. Episc. c.* 61. *num.* 2. *vers. prædictis casibus, Garzia de Benefic. par. - cap.* 1. *num.* 110. *Moneta de commut. ultim. volunt. cap.* 5. *n.* 312. *Card. de Luca in annot. ad Sac. Concil. Trid. disc.* 21. *num.* 4. *&* 5. ceterique pæne innumeri, *quos refert idem Barbos. loco superius citato.*

SANCTISSIMUS idcirco D. N. CLEMENS XI. ejusdem Petri Clavium vere Optimus, vere Pius, vere Maximus Moderator ad supplices preces Nobilis Viri D. Don Francisci

cisci Tomacelli Cybò satis per utrumque Cognomen secumferentis Illustrem Sanguinis prærogativam, & genus undequaque ter emeritum, & a quo inter cetera promanarunt duo illi Summi, atque Præclari Ecclesiæ Universalis Antistites *BONIFACIUS* nimirum *IX*, & *INNOCENTIUS VIII*. eidem prævia commutatione, seu mavis interpretatione voluntatis Friderici Tomacelli Clusani Marchionis, qui de anno 1604. Sac. Montem, quem Misericordiæ Neapoli vocant, ex Asse scripserat heredē, benigne fuit impartitus, quod medietas fructuum illius residualis assis hereditarii, qui per ejusdem Montis Gubernatores erant incertis personis distribuendi, ipsi subministrarentur; cumque præcisive ab ea extraordinaria, & absoluta Potestate, per quam adeo Supremo

3 Principi dici non potest, cur ita facis? & de qua obloquuntur ex *Text. in l. disputare Cod. de crimin. Sacrileg.*, *Bald. in prælud. Feudorum columņ. 9. num. 34. vers. & si ex certa scienti*, *Dec. cons. 588. nu. 2. Menoch. cons. 495. nu. 29. lib. 5.*, *Cravett. cons. 241. num. 3.*, *Menoch. de arbitr. Judic. quæst. 76. num. 2. lib. 1.*, *Gratian. discept. forens. 744. n. 8. & 9. Card. de Luca de Regal. disc. 148. num. 8.*, & consonant relati in *decis. 199. num. 13. par. 18. rec.*

Ceteroquin non deceat, ut etiam præcipit, sive hortatur *Sac. Concil. Trid. sess. 22. de re-*

4 *form. cap. 6.* hasce fieri alterationes, seu commutationes, *nisi ex justa, & necessaria causa*, vel saltem *probabili, seu rationabili*, ut post *Monetam de commut. ultim voluntat. cap. 6. num. 86. cum seqq.*, *& n. 110.* subcenset, & refert etiam *Barbos. in collectan. ejusdem Concil. num. 2.* Hinc idem SANCTISSIMUS D. N. ad hujuscemodi Gratiam præfato Oratori diffundendam motus prælucebat, ex quo, ob assuetas rerum vicissitudines nonnulli annui reddiitus cujusdam peculiaris Primogenituræ ab eodem Friderico Tomacello Testatore, ad ejus favorem ordinatæ, forent ita diminuti, ut vix pro ejus alimonia sufficerent, ideoque impar esset ad conservandum Decus, Splendorem, & Nobilitatem propriæ ejus Domus, illiusque propagationem protelandam, ut exoptaverat ipse Testator, per nuptias contrahendas cum Muliere Nobili, certis in ejusdem Friderici Testamento conditionibus designatis, qua sane causa concurrente, nedum juste, juridice, & honeste existimantur hujusmodi Commutationes, ut potius dici mereantur suppletivæ, & decla-

5 rativæ voluntatis ejusdem Defuncti, quam illius derogatoriæ; prout per quotidiana exempla edocemur, & signanter patet ex *Card. de Luca de Testam. disc. 73. num. fin. Rot. in Roman. Alimentor. cor. Manzanedo impressa post Fenzon. ad Statut. Urb. dec. 35. §. Minus obstat dec. 52. num. 1. post Torr. de pact. futur. success.*, *& in altera Romana Alimentorum coram Emerix impress. apud Palm. allegat. 371. num. 1. & 2.*

Verum ulterius plusquam modeste, & circumspecte agens prælaudatus *SANCTISSIMUS* non solum Emō Archiepiscopo Neapolitano Gratiam hanc exsequendam commisit mediante ea Commissione, quæ legebatur in eodem Breve concepta sub illa graviori, & maturiori forma, quæ compellatur *Commissaria* ad differentiam alterius, quæ dici-

6 tur, & exsistit *Gratiosa*, juxta discrimen, quod passim connotarunt *Rebuff. in prax. de differentia rescript. a num. 3. ad plur. seqq. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 3. proœmiali num. 138.*, *Rosa de exsequut. litter. Apostol. par. 2. cap. 1. a num. 10. ad plur. seq. Card. de Luca de Benefic. disc. 37. num. 12. & 13. par. 16. & dec. 157. n. 6. par. 17. rec.*

Ast etiam ulterius supergrediendo censuram ipsam prænominatæ Sacrosanctæ Oecumenicæ Synodus Tridentinæ *in dicta sess. 22. de reformat. cap. 6.* decernentis, quod *Episco-*

7 *pi tamquam Legati Sedis Apostolicæ, an aliquid in precibus tacita veritate, vel suggesta falsitate, fuisse narratum, cognoscant*, præcipue jussit, seu per ablativum absolutum *verificato*, demandavit, quod coram eodem Emō Exsequutore Orator justificeare teneretur, quod ipse non haberet, *unde gradum suum decenter substentare valeret, prout Testator exoptaverat*, quodque vice capessendæ *summarie, & extrajudicialiter* cognitionis, de qua contendebatur *Sacrum Concilium*, partes Judicis assumeret, ob illam clausulam *vocatis, & auditis Administratoribus Montis Misericordiæ*, quæ procul dubio operatur, ut Exsequutor efficiatur Mi-

8 xtus, & Telam judiciariam exuere nequaquam possit, ad tradita per *Honded. cons. 29. num. 13. Dec. cons. 173. nu. 2. & cons. 137. num. 1. Maresc. variar. resol. lib. 2. cap. 1. num. 80. Marchesan. de commiss. par. 1. c. 2. num. 43. pag. mihi 402.*, *Rota apud eumdem in Panormitan. Archidiacon. impress. post partem 2. pag. mihi 491. num. 2. Garzias de Benefic. par. 12. cap. 2. §. primo nu. 140. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 9. §. primo in annotat. num. 226. Gratian. discept. forens. cap. 596. nu. 30.* cum aliis adductis in *Annot. ad dec. 99. num. 34. inter noviter in Urbe impress cor. me.*

Insuper, ut quid minus, quam quod Justitia, æqui-

æquitas, & ratio expostularet, distributioni eorumdem fructuum in pia opera explendæ futuris temporibus præjudicaretur, superadjunxit, quod quotiescumque prænominatus Orator, ejusque Descendentia ad pinguiorem fortunam devenisset, hoc est *Statimac assequeretur aliunde tot redditus, quot assequebatur ex assignatione dictæ medietatis fructuum, assignatio prædicta cessaret eo ipso, firma semper remanente quoad aliam medietatem dispositione Testatoris*, & sic eodem adamussim modo, quo jura nostra succurrunt, & provident, quoties ab eodem Jure, per
9 aliquod Privilegium aliquis eo indigens sublevatur, ex deductis per Scribentes *in cap. Odoard. in fine de solut.*, ibique *Doctores communiter Gloss. & Bartol. in §. Appellantur, verbo semper Institut. de except.*, *& in l. si ex parte, §. Sed an etiam, ff. quod cum eo, Scannarol. de visitat. Carcerat. lib. 3. n. 9. Farinac. in praxi criminal. par. 1. quæst. 27. n. 66., Ricc. in praxi for. Eccles. post resolut. 255. in notab. n. 54. Card. de Luca de alienat. disc. 38. n. 8., Vincent. Franc. dec. 164. num. 10. & dec. 221. num. 5. & 11. Giurba dec. 45. n. 15., Rota cor. Cavaler. dec. 514. num. 1. & 2.*

Et quoniam forte per incuriam, sive errorem Administri, aut Expeditoris prædicta Gratia Pontificia emanaverat cum suppositione, & respective narrativa, quod Fridericus Testator foret per lineam rectam Ascendens, seu Abavus ejusdem Domini Francisci Supplicantis, quando, in rei veritate, equidem ille continebatur in superiori linea transversa, sed erat ipsius Domini Francisci Abavi Frater, non dubitavit æquanimitas, & Indulgentia SANCTISSIMI D. N. hujusmodi æquivocum, sive Expositionis defectum sanare, cum parum ad substantiam Gratiæ referret, mediante altero Breve opportune revalidatorio, quodve communi-
10 ter nomen accipit Gratiæ *perinde valere*, secundum ea, quæ nostri Practici, ac Beneficialistæ dicunt, ut videre est penes *Parisi. de resignat. benefic. lib. 11. quæst. 7. nu. 89. Rebuff. in prax. par. 2. de rescript. perinde valere num. 1. Amayden. lib. 1. cap. 14. n. 6. & seq. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 54. nu. 8. Rosa de exsequut. Litter. Apost. lib. 1. cap. 5. num. 319. Tondut. quæst. benef. par. 2. cap. 4. §. 4. num. 1. cum plur. seqq., Rota cor. Buratto dec. 708. n. 7. cor. Coccin. dec. 683. num. 5. cum aliis per Barbos. collect. in clauf. 100. a num. 1. ad plur. seqq., & in Leodien. Canonicat. dec. 62. num. 13. & 14. inter noviter hactenus in Urbe impress. cor. Me.*

Rebus ita compositis, ambæ Apostolicæ Litteræ exstiterunt, ut par erat, Emo Archiepiscopo Neapolitano illarum Exsequutori præsentatæ, incassum vero (tamquam citra causam suspectum) declinare tentantibus Gubernatoribus præfati Montis eumdem Eminentissimum, firmataque proinde, prævio etiam positivo Decreto Reverendissimi Auditoris ejusdem Sanctissimi, Jurisdictione Tribunalis Archiepiscopalis, inibi tandem post acre dissidium, & opportunam efformationem processus, ac pluries, & pluries exceptionibus, replicationibus, & Justificationibus Partium dispûctis, post undecim mensium intervallum pronunciata exstitit super prædictarum litterarum Exsequutione Sententia per Vicarium Generalem ejusdem Eminentissimi, cujus exemplar per extensum hodie sub oculis exponebatur, ut ita maturius, & uberius Jura Partium remanerēt expensa, quamvis de reliquo suapte na-
11 tura Litteræ Apostolicæ celerem semper, & debitam sibi promereantur Exsequutionem, ut monet *Bonifac. VIII. in cap. si capitulo, ubi gloss. verbo exsequatur de concess. prabend. in 6. cap. super litteris de rescript., Card. de Luc. de benefic. disc. 72. num. 5. & 6., Rot. dec. 323. num. 2. par. 16. dec. 148. num. 2., & dec. 606. num. 1. par. 19. rec.*, cum aliis abunde relatis in *Cortonen. Benef. 18. Martii 1697. dec. 4. num. 23. inter noviter in Urbe impress. cor. Me.*

Læsos nihilominus ab ea sese opinantes prædicti Montis Gubernatores, recursum illico habuere ad eumdem SANCTISSIMUM, ut dignaretur admittere eorum provocationem, illorumque precibus Summus Pontifex plusquam benigne indulgens, postremo specialiter subsignavit libellum, seu Commissionem particulari Congregationi septē Prælatorum Romanæ Aulæ, sive Curiæ directam sub ea lege, quod unus ex eisdem Prælatis ederet Votum, seu speciem *decisionis* more *S. Rota*, posteaq; denuo auditis Partiū Informationibus, prout de jure, eadem Congregatio deveniret ad prolationem Sententiæ, Appellatione remota, & hoc absque solutione propinæ, confectione, & satisfactione, seu mercede Regestri, & firmo remanente eodem Causæ Notario, sive Actuario, quemadmodum pariter apparebat ex prædicta Commissione Sanctissimi impressa, congruumque omnino videbatur in subjecta materia Pauperum, & Operum Misericordiæ
12 ut patet in ordine ad eximitionem a prædictis expensis ex celebri *Gloss. in §. Si tibi quoque in verbo gratis. Auth. de mandat. Princ., Bald. in Auth. Generaliter n. 2. in fin. versic. idem videtur C. de Episc., & Cler. Tiraquell.* de

de Nobilit. cap. 29. num. 40., *Paitell. annot. 93. num. 26.*, *Ventrigl. in praxi lib. 1. annot. 36. num. 7.*, *Pignat. ad Statut. Ferrar. rubric. 83. num. 15. Faber. in C. lib. 3. tit. 3. definit. 2. num. 3.*, *Grat. discept. for. 55. nu. 46.* ceterisque allegatis per *Modern. Ascul. ad Stat. Urb. annot. 5. artic. 2. num. 98.*, *& 99. tom. 1.*, & refert *dec. 527. num. 5. in fin. par. 18. tom. 2. rec.*, & exstant *Apostolicæ Sanctiones Summ. Pontif. Pauli V. in ejus Bulla incipien. Universi §. Nullus Judicum nu. 8.*, *& §. Quo ad regestra num. 21. impress. post Ridolph. in prax. judic. pag. 669.*

Habita propterea sub hodierna die prædicta particulari Congregatione, & serio libratis fundamentis hinc inde satis luculenter allatis, emanavit resolutio, *Sententiam* (nimirum Domini Vicarii) *esse confirmandam & respective reformandam juxta modum*, eo superaddito, *& dentur ducata mille in causam declarandam per modum provisionis*; ad normam ejus, quod in similibus casibus juxta facti circumstantias laudabiliter pra-
13 cticari solet per Judices, & Tribunalia, & signanter per *S. Rotam* etiam nuper in illa *Ferrar. Alimentorum, et dotium 2. Maji proxime præteriti cor. Emo Priolo*, *in Faventina Immissionis 9. ejusdem Mensis cor. R. P. D. Meo Falconerio*, *et in Salernitana Alimentorum prima Augusti pendente hujus Voti extensione expedita cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, & passim in aliis.

Confirmandam utique *Domini*, citra hæsitationem, dixerunt esse prædictam Sententiam in ea parte, quæ concernebat substantiam Gratiæ, sive illius exsequutionem, utpote revera non involutam, neque criminabilem ullo vitio subreptionis, aut obreptionis, & in hoc concors fuit omnium suffragium, non solum ex eo, quod ad tollendam quamlibet subreptionis, vel obreptionis umbram, nequaquam congruere, & verificari poterat conquestio, sive increpatio *Innoc. III. in cap. super litteris de rescript.* ibi = *Super litteris, quæ ab aliquibus ex malitia, et a nonnullis ex ignorantia, tacita veritate, vel suggesta falsitate, impetrantur etc.* unde intraret con-
14 sequutiva pœna, quam idem *Innocentius* præfatis Impetratoribus inflixit, subdens *ut hi, qui falsitatem exprimunt, vel supprimunt veritatem, in suæ perversitatis pœnam, nullum ex illis litteris commodum consequantur*, cum aliis abunde relatis in *Perusina Præminentiarum 2. Decembris 1711. §. Et sane coram Me*.

Siquidem utraque Gratia Pontificia non fuit, quandoque aliquarum ad instar, obtenta, cum simplici porrectione supplicis libelli, Unde SANCTISSIMUS D. N. signans privatim in Cubiculo Gratiam, sive litteras Apostolicas incidere potuerit in eos Impetratores, qui mererentur plecti cum pœna decidentiæ ab omni commodo ejusdem Gratiæ, de cetero Sacrosanctæ, ut supra, ab *Innocentio III.* statuta, sed ad concessionem utriusque Brevis devenit, prævia propositio-
15 ne negocii, facta in Plena Signatura Gratiæ, quæ speciem præsefert parvi Consistorii, ut inquit *Card. de Luc. in relat. Cur. Rom. disc. 30. sub num. 5.*, cum interventu plurium Cardinalium, & præcedenti Informatione verbali per Patronos, & Advocatos Causarũ, habita etiam cum eodemmet Sanctissimo, qui benignissime permittit, sibi in hujusmodi functione, seu occupatione posse replicari, & ultra hæc etiam inibi negocia sive contentiosa, sive Gratiosa quasi semper discutiuntur cum assistentia, ultra ceteros Prælatos, ipsiusmet Auditoris domestici ejusdem Sanctissimi, qui ut inquit prælaudatus *Card. de Luc. tamquam ejus Auditor in Causarum Studio jam facto, beneque Informatus intervenit, ut contingente in relatione, vel discussione Causæ aliqua facti dubitatione, possit ipsum Papam certiorare*, ubi sunt verba ejusdem *Card. de Luc.*, qui tali adamussim munere functus erat de tempore *san.* & gl. mem. Innocentii XI. *d. disc. 30. sub num. 5. §. Ultra istos Prælatos*.

Neque hoc satis esse consuevit Maturitati, & providentiæ Summi Pontificis, exquirere enim solet palam, & in aperto, in eodem parvo Consistorio, prævia facti relatione, Votum in primis illius ex Prælatis, qui tamquam Sanctitati Suæ Referentes negocia (de quibus gradatim agitur) ab hoc adamussim Officio nuncupantur Referendarii utriusque Signaturæ, prout istud munus fortuito in hac Causa implevit Eminentissimus Cardin. Albanus, ejusdem Sanctitatis Suæ Nepos dignissimus, sed tunc per modestiam Principis inter simplicis Prælaturæ Cancellos Interclusus; postea vero pariter suffragium expostulat a duodecim Prælatis, qui compellantur Votantes Signaturæ Gratiæ, & esse solent rerum usu, prudentia, & doctrina præstantiores in Romana Curia; quamobrẽ, & quomodo poterat suspicari quispiam, vel impingere præfatis Brevibus successive editis, vitiũ ullum subreptionis, seu obreptionis quando ad illud submovendum exuberat in Jure nostro, nedum quod Papa, tam serio, tam solemniter, tam exquisite deveniat ad precum sibi porrectarum discussionem, sed
16 quod idem Papa simpliciter cogitare valuerit, vel aliunde fuerit Informatus de circum-

stan-

stantiis, factum expositum concomitantibus, Teste *Felino in cap. super litteris 20. sub nu. 8. vers. Tertia regula, & in cap. in nostra 32. sub nu. 15. vers. Incidenter de rescrips., Cyriac. contr. 160. num. 28. cum seqq. Card. de Luc. de praemin. disc. 38. num. 12. Rot. cor. Emer. dec. 1204. nu. 5., & seqq. in rec. dec. 227. num. 9. par. 13.* cum aliis congestis in *dec. 57. n. 42. inter noviter in Urbe impressas cor. Me.*

Hinc jure merito in fine secundi Brevis noscitur addita, & subextensa clausula, quæ vulgo dicitur *quorum Tenores*, ut ibi = *Non obstantibus Constitutionibus &c. dictoque Testamento, seu dispositione, aut voluntate prædicti Friderici, cujus Tenor, ac si de verbo ad verbum nihil penitus ommisso, & forma in illo tradita observata, insertus foret præsentibus, pro expresso habentes, cui pro hac vice tantum quatenus opus sit derogamus*, siquidem in præsenti casu præter illius Reverendissimum Auditorē ipsemet SANCTISSIMUS, in rei veritate, occasione signanter prædicti parvi Consistorii, seu Signaturæ Gratiæ, Testamentum prænominati Friderici benigne legere, & superlegere dignatus erat; Ideoque rursus conclamare necesse est, quomodo ex mala expressione dispositionis Friderici, vel tacita illius scripta voluntate, potuit subrepi, vel obrepi Gratia a tanto Principe quasi circumvento, quando sola 17 prædicta clausula *quorum Tenores* tollit quēlibet defectum sive subreptionis, sive obreptionis, ad tradita per *Butr. cons. 2. alias 49. num. 5., & seqq. Bursat. cons. 392. nu. 17. & seqq. Gonzal. super regul. 8. Cancell. gloss. 36. nu. 30. Rocc. disput. Jur. select. cap. 89. num. 16. Rot. cor. Ottbobon. dec. 22. nu. 14. & in rec. dec. 506. num. 5. par. 1. dec. 407. num. 7. & 8. par. 3., & in Romana Associationis 10. Martii 1706. §. Non obstat cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Absque eo, quod proinde oporteret pro destruendis hujusmodi evidentiis, & fundamētis adeo ineluctabilibus, quod Defensores Gubernatorum Montis frustra colorem appeterent ab illis verbis primi Brevis *certam tamen de prædictis notitiam non babentes*, quoniam, & quis non videt, quod ea nequaquam respiciebant notitiam Testamenti, ac dispositionis memorati Friderici, quod sane SANCTISSIMUS plusquam sciverat, quodque contrarium assumptum ceteroquin 18 etiam de per se involveret nimis absonam contradictionem cum hucusque nimis aperte dilucidatis, ac præmissis, adversus ea, quæ conclamat *Text. in l. 3. ff. de milit. Testam. Caren. res. 80. num. 3. Arias de Mesa var. lib. 2. cap. 13. num. 5. vers. Et facilius Cyriac. contr. 63. num. 33. Palma Nepos allegat. 48. n. 19. Rot. cor. Coccino dec. 2283. num. 58., & 59. & cor. Merl. dec. 422. nu. 11., & 13.*

Ea igitur certa notitia, quam non habere profitebatur idem SANCTISSIMUS, versabatur tantummodo extra Testamentum, & extra dispositionem ejusdem Friderici, nempe haud plene sciebat, quod ob rerum vicissitudines, ut sibi exponebatur, annui redditus primogenituræ Tomacellæ forent ita diminuti, ut vix pro alimonia D. Don Francisci exponentis sufficerent, quamobrem Pontifex pro sua, & signanter quodammodo in hoc negocio, rigida Apostolica sollicitudine scrupulosius, seu melius satagens certificari, idcirco hoc verificandum Eminentissimo Archiepiscopo Neapolitano exsequutori commisit, etiam in contradictione eorumdem Gubernatorum Montis, per illa verba = *facta coram Te liquidatione d. medietatis fructuum, et verificato, quod exponens prædictus non babeat unde gradum suum decenter substentare valeat, prout Testator exoptavit, ac vocatis, et auditis Administratoribus Montis Misericordiæ*, quemadmodum ex simplici verborum Brevis contextu de 19 per se patebat, ad sensum uniuscujusque præ oculis habentis, seu tantummodo reflectentis ad meram regulam vulgarem *singula singulis &c.* & de qua *Gloss. in l. Si negocium 16. verb. gestarum C. de negoc. gest. Rot. cor. Merlin. dec. 829. num. 9., & dec. 128. nu. 14. par. 16. rec., & dec. 90. num. 24. inter noviter in Urbe impressas cor. Me.*

Et ob id supervacaneum existimabant *Domini* (posita hac indubitabili certitudine notitiæ dispositorum a Testatore in Mente SANCTISSIMI) amplius divagari super subtilibus nimium subreptionibus, & obreptionibus excogitatis per præfatos Defensores Gubernatorum adversus exposita per D. Don Franciscum; quidquid enim esset de verificatione eorum, quorum, ut supra, Pontifex certam notitiam non habere professus fuerat, & quorum proinde purificationem, seu verificationē demandaverat Eminentissimo Archiepiscopo, & de quibus, loco suo dicetur inferius, utique, quoad concernentia ipsum Testamentum, & dispositionem, res, ut vidimus, coruscabat nimium certa, clara, & manifesta; Omitti idcirco poterat, quod idem D. Don Franciscus obripuerit, seu abripuerit gratiam cum supposito, quod ipse ex præcepto Testatoris teneretur nubere Mulieri Nobili, familiamque propagare, ut liquere dicebatur ex primo Bre-

Breve ibi = *Injuncto onere, ut ad propagationem suæ domus nuberet Mulieri Nobili alicujus Sedilis*, eidem commendando conservationem Splendoris, & Nobilitatis propriæ Domus, quando revera, (ut iidem Defensores subnectebant) Testator nullum super hac propagatione familiæ, super contractu nuptiarum, seu ordinatione Conjugii verbum, nedum præceptum emiserat, sed injunxerat simpliciter in *cap. 3.* ut ibi = *Ordino, e voglio, che il Primogenito della Casa Tomacelli, che ha da godere la quarta parte dell' usofrutto del detto moltiplico, debba essere legitimo ec., e che sia figlio di Signora, che goda li beneficii, ed onori della Città ec., e che la sua famiglia non sia reintegrata ec.* Siquidem posthabita etiam securitate, quod Pontifex totam sub oculis habuerat dispositionem Friderici, & consequenter juxta
20 exinde resultantia, *in scrinio pectoris*, ut inquit *Gloss. in sum. ante Can. Privilegia caus. 25. quæst. 2. vers. in Jurisd.* adhuc nonne si vera est propositio, prout est verissima in
21 omni genere artium, & scientiarum, quod qui vult consequens, vult etiam antecedens, nonne inquam, eo ipso quod in *cap. primo* Testator instituerat primogenituram, seu quartam multiplici partem reliquerat Primogenito nato *di Madre dell' Infrascritta qualità*, cum progressivo postea ordine Primogenituræ, per necessarium quoque antecedens, ut iste ordo Primogenituræ perduraret, uti Testator concupiverat, in filiis masculis natis ex Matre Nobili, omnino debebat certo certius Primogenitus pro tempore Uxorem ducere, & Uxorem Nobilem, justasque cum ea nuptias contrahere, alio namque modo exoriri non poterant alii Primogeniti, & maxime dum requisiverat in istis qualitatem legitimi, & naturalis, & excluserat usque illam legitimati etiam per subsequens Matrimonium, quemadmodum præter *Textum* expressum *Instit. sub tit. de patr. potest. in principio* in ipsa quoque praxi punctualiter (licet ad hoc firmandum sat
22 esset ipse naturalis discursus) etiam ad finē trahendi consequentias alimentorum, & obligationis restituendi dotes, firmavit *Rot. dec. 93. num. 4. cor. fa. mem. Alexandro VIII.*, *& dec. 52. num. 1.*, *& 2. post Torr. de pact. futur success.*, & idcirco consonabant in illa *Romana Alimentorum de Ruspolis cor. Emer. inter ejus impressas dec. 1137. nu. 1. & 2. confirmat. in dec. 1153. num. 1.*

Itaut, si quid ultra desideraretur circa differentiam hujus postremi casus de *Ruspolis* a nostro, illa alia non esse, quam ea, quæ intercedit inter magis, & minus tacitum, a magis, vel minus expresso, quando tamen ta-
23 citum, & expressum semper exsistunt ejusdem virtutis, & efficaciæ, ut præter generalia, de quibus habetur in *l. cum quid ff. si cert. petat.*, *& l. item quia C. de pact.*, *Menoch. cons. 108. num. 54. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 40. num. 8.*, *Gonzal. ad reg. Cancell. gloss. 14. num. 64. Rot. dec. 608. num. 2. par. 2. rec.* ad rem nostram solide animadvertit *Faber. in suo C. lib. 4. tit. 9. definit. 7. vers. nec ad rem facit cum seqq.*

Prætermitti pariter de plano valebat ab eisdē Defensoribus, quod Testator interdixerat quamcumque rerum suarum alienationem, seu distractionem, aut cujusvis oneris impositionem ex quacumque causa, etiam urgentissima, pia, aut quomodolibet privilegiata, & cujus mentio foret in specie facienda, sicuti legebatur in eodem Testamento Friderici *cap. 14.* ibi = *Voglio ordino, ed espressamente comando, che nè la Marchese mia erede, nemmeno il detto Monte della Misericordia possano la detta mia eredità, e beni in nessun futuro tempo in tutto, o parte vendere alienare ec. sotto qualsivoglia titolo ec. nè sopra di quella, e quelli porre peso, o servitù alcuna per qualsivoglia causa etiam urgentissima, & quamtumvis privilegiata, necessaria, favorabile, e pia, o per redenzione di qualsivoglia persona a manibus infideliū, nè per qualsivoglia ec., e maggiore dell' espresse ec.* quapropter dum hoc tam arctum præceptum, tam enixam prohibitionem D. Don Franciscus non expressit, neque significavit PONTIFICI, subsequens idcirco Gratia
24 tamquam manifestissime subrepta, reddita fuerit prorsus inefficax, juxta celebre *consil. Geminiani 63.*, qui Gratiam subcenset in in his terminis omnino nullam, objurgando impetratorem cum illis verbis = *Tacuit tertio notabilem, ac specificam prohibitionem Testatoris de hujusmodi bonis nullatenus alienandis, vel in alium usum per quemcumque convertendis, de qua prohibitione erat necessario mentio facienda*, & non dissentit in simili commutatione Legati *Card. de Luc. disc. 265. num. 5. de fideicomm.* prout definivit *Rot. cor. Peuting. dec. 457. num. 3. et decis. 476. num. 2. dec. 114. nu. 18. par. 9. et dec. 233. num. 2. par. 13. rec.*

Potissime quia nec etiam idem D. Don Franciscus exposuit, quod Testator in suo Testamento *cap. XI.* vetaverat, ne quispiam audere tentaret ullam litem promovere, = *per qualsivoglia ragione, o pretendenza, e per qualsivoglia altra causa contro i miei eredi, alias voglio, che ipso jure, ipsoque facto quello, che moverà, o intenterà detta lite, e*

suoi

suoi eredi, e successori, a loro discendenti ec. in perpetuum siano penitus esclusi dal comodo, o beneficio ec. del presente mio Testamento. Unde cum ulterius D. Don Franciscus indirecte saltem litem commoverit contra Montem Misericordiæ Testatoris heredem,
25 non solum propterea ceciderit a commodo Primogenituræ, ut est de natura similium prohibitionum, & indictarum caducitatum, ex deductis per *Bartol. in l. ejus qui delatorem ff. de jud. fisc. Bald. in auth. hoc amplius C. de fideicomm. Ruin. cons.* 150. *nu.* 9. *lib.* 3. *Cephal. cons.* 243. *num.* 20. *et seqq. lib.* 1. *Crisp. observ.* 22. *num.* 72. *et seqq. Torr. de major. par.* 2. *quæst.* 56. *num.* 10. *cum plur. deductis in Carpentorat. Fideicomm.* 26. *Junii* 1706. §. *Consistit cor. bo. mem. Cassarello confirmat.* 19. *Februarii proximi præteriti*
26 *cor. Emo Priolo*; Sed etiam ob non expressam hanc ipsam pœnam caducitatis, Gratia Pontificia pariformiter remanserit subreptitia, habendaque foret pro non concessa, ex passim affirmatis post *Abb. in cap. ad aures num.* 5. *de rescript. Roland. cons.* 61. *nu.* 17. *Alex. cons.* 161. *in princ. vol.* 7. *cum quamplurimis relatis per Ros. de exsequut. litt. Apostol. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 25., *et seqq. et in dec.* 38. *num.* 2. *inter noviter in Urbe impressas cor. Me*.

Pro detrusione namque istarum objectationū, semper vehementius recurrebat superius allata animadversio, & replicatio, quod cum SANCTISSIMUS, ejusque Administri, atque Consiliarii pluries, ac pluries præ manibus habuerint, introspexerint, & examinaverint integram dispositionem Friderici, ad quid peculiariter insudare super hisce genericis exceptionibus, quando præsertim etiam voluit, jussitque PONTIFEX, quod idem tenor dispositionis, & voluntatis Testamentariæ Friderici habendus foret pro inserto in litteris Apostolicis de verbo ad verbum, cum successiva derogatione, ut ibi : *cui pro hac vice tantum, quatenus opus sit derogamus*, ex oculari namque inspectione, & lectura prædicti Testamenti, nedum ex tam matura, ac publica trutinatione, & dis-
27 punctione habita in plena Signatura Gratiæ junctim cum successiva derogatione, remanebat penitus profligata, & elisa omnis umbra, omnis fragor cujuslibet super impictæ subreptionis, ad tradita per *Fel. in cap. super litteris nu.* 8. *vers. Tertia regula de rescript. Menoch. cons.* 20. *n.* 48. *de arbitr. cas.* 201. *num.* 153. *Cyriac. contr.* 160. *nu.* 30. *et* 31. *Antonell. de temp. legal. cap.* 100. *num.* 3. *lib.* 2. *Nogueroll. alleg.* 32. *num.* 207. *Palm. Nepos allegat.* 201. *num.* 25. *Rot. cor. Puteo dec.* 377. *lib.* 3. *et cor. Emer. dec.* 1204. *n.* 4. *et* 5. *et in rec. dec.* 222. *num.* 21. *cum duob. seqq. par.* 7. & faciunt deducta *in annot. ad dec.* 57. *num.* 42. *inter noviter in Urbe impress. cor. Me*.

Observandumque ulterius hic consequutive in rei veritate fuisset, quod sapientissime legebatur apposita in eodem Breve, loquente de derogatione, clausula illa, *quatenus opus sit*, quia potius subsequuta dein verificatione coram Eminentissimo Archiepiscopo Neapolitano aliorum expressorum, & præsertim indigentiæ D. Don Francisci, SUMMUS PONTIFEX in substantia minime derogabat voluntati Friderici, sed illam quodammodo dumtaxat interpretabatur, atque cum plus loqui idem Testator non posset, nimium verisimiliter tantummodo uti lex animata supplebat, sed de hoc opportunius agemus inferius, quamobrem redeundo ad alterum subalternans objectum, non expressæ videlicet caducitatis in casu litis, & molestiarum, statim pariformiter occurrebat responsio, quod non solum verba prædicti *Capituli XI.* minime directa legebantur in Tomacellos, sed simpliciter continebant generalem exclusionem a commodo, & beneficio suæ hereditatis illorum, qui litem aliquā contra prædictam hereditatem commovissent; Ast D. Don Franciscus nequaquam ullum dissidium, ullam litem intentavit adversus præmissam hereditatem, sed solummodo supplicavit SANCTISSIMO pro reparanda ejus indigentia, & consequendo aliquo subsidio, prorsus necessario pro conservatione splendoris ejus Familiæ, voliti ab eodem Testatore, & si intercesserunt, seu supervenerunt judiciales calores, & conflictus citationum, & examinum, imputandum mavis erat Gubernatoribus, qui tam acriter ex benignitate, & præcepto Principis auditi, sese opposuerant, unde coegerunt eumdem D. Don Franciscum, ad justificandam suam intentionem, & fundamentum Gratiæ substentandum, ideoque parare, munimina, & defensiones eodem modo, quo pas-
28 sim dicimus de eo, qui provocatus vigore *l. diffamari C. de ingen. manumiss.* dicitur, & evadit Actor necessarius, ut per *Abbat. in cap. si quis contra Clericum num.* 2. *de foro competen. Alex. cons.* 193. *n.* 1. *lib.* 5. *Marchesan. de commiss. par.* 3. §. 1. *num.* 33. *fol. mihi* 329. *Rot. dec.* 60. *num.* 14. *cor. Durano, & dec.* 423. *num.* 3. *par.* 1. *divers.*

Quo autem ad alteram partem pœnæ caducitatis non expressæ, tantum aberat, quod ea quatenus incurri potuisset contra mox insinuata, ut PONTIFEX SS. explicite eidem cadu-

ca ducitati derogaverit in prædicto primo Breve ut ibi = *Fraternitati tuæ per præsentes committimus, & mandamus, quatenus prævia derogatione pœna caducitatis a prædicto Testatore demandatæ*, & rursus *assignes, non obstante dicta dispositione, ac pœna caducitatis inibi adjecta*, signum semper evidentissimum, quod totum perlectum fuerat Testamentum ab eodem Sanctissimo, ejusque Ministris: non enim in alio casu verificari pote-
29 rat pœna caducitatis incurrendæ, quam vigore ejusdem Testamenti, sedulo etiam in causa molestiarum rimati, & in hoc ipsissimo ex capite litis, seu potius recursus ad Principem, perinde ac si mentio specialis nominatim facta exstitisset de hac caducitate, ad *Text. in l. 1. ff. de lib. & posth. l. fundus, qui locatus ff. de fund. instruct. Gratian. discept. for. cap. 548. n. 4.*

Minorem, dubio procul, dotem promerebatur altera prætensa reticentia, & consequutiva subreptio, scilicet quod a D. Don Francisco non fuisset PAPÆ enarratum ad quam quantitatem ascenderent præcise fructus, seu status hereditatis, vel etiam Primogenituræ, de quibus agebatur, prætermisso etenim, quod minime versabamur in consequutione alicujus Ecclesiastici beneficii,
30 unde illius valor esset exprimendus *per reg. Cancell.* 55. idque ex rationibus eam concomitantibus, quodque respectu ejusdem hereditatis in genere, utique ipse Dominus Don Franciscus ex se non poterat talem habere scientiam, dum libri totius Assis hereditarii, illiusque Introituum detinebantur in manibus Gubernatorum, vixque per Tribulationes multas, & malas valuit postea idem Dominus Don Franciscus de eodem statu, & introitibus respective talem, qualem, sufficientem tamen notitiam habere, post denegatam procaciter ab eisdem Gubernatoribus librorum, & computorum exhibitionem, unde nimis detegebatur absurdum, quod quis incusaretur ab eo, qui dedit causam impeditivam scientiæ, ob quod dicunt Doctores, quod probatio, quæ ex
31 facto alterius obtineri non potest, habeatur pro facta in odium Impedientis, ex deductis *per Bartol. in l. si cum ipse, ibique Paris. in addit. litt. B. ff. de excusat. Tutor. Surd. cons. 374. num. 4. & 7. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 55. num. 5. Rota cor. Manzanedo dec. 115. num. 12. & dec. 274. num. 1. & 2., & in Rec. dec. 492. n. 3. & 4. p. 9. t. 2.*

Nihilominus nonne aderat præcedens relatio transmissa ab Eminentissimo Archiepiscopo Neapolitano ad Sacram Congregationem Concilii, in qua diserte dicebatur, *residuum vero, ac totum Assem hereditariorum ascendentem ad summam ducatorum* 200. mil. *circiter, prout liquet ex Inventario, idem Testator remisit libero arbitrio, & libito Gubernatorum dicti Montis, ad effectum erogandi fructus in Operibus incertis, & piis*, nullam namque poterat majorem Papa exoptare informationem, & certitudinem, quam eam habitam ab ipso Ordinario, qui, & ipse pro fundamento suæ relationis fundabatur in positivo Inventario confecto super Asse hereditario, ut in proposito primæ propositio-
32 nis, sed circa relationes provenientes ab Ordinariis, & maxime tam præclaris, & Eminentibus habetur ex *Rota dec. 234. n. 16. & 17. par. 16. dec. 305. nu. 12. & dec. 460. num. 9. & 10. par. 18. rec. in Faventina Jurium Parochialium 17. Januarii 1697. dec. 14. num. 17. inter meas noviter in Urbe impressas, & in Herbipolen. Monasterii 27. Junii currentis Anni §. Octavo cor. Me.*, & de
33 probatione, quæ elicitur ab Inventario, prosequuntur post *Text. in l. fin. C. de arbit. tutel. Peregr. de fideicom. art. 44. num. 2. vers. 1. Rota cor. Arguelles dec. 19. num. 3. dec. 407. num. 2. vers. Inventarium autem par. 2. rec. dec. 385. num. 1. & 2. par. 12., & dec. 486. num. 9. par. 19. tom. 2. rec.*

In ordine autem ad statum Primogenituræ, si illum Dominus D. Franciscus forte non admodum scrupulose, & ad unguem enarravit Pontifici, potius in hoc sibi præjudicium intulit, quam Gratiam in hac parte subripuerit, dum etenim ad inventum successive fuit, eumdem statum Primogenituræ non excedere summam ducatorum 31. mil., defectus, si quis adfuit hujus narrativæ prepedivit Gratiam forsan majorem, ducto solito argu-
34 mento a majori ad minus, & e contra quod in his terminis efficacissimum ostendit *Text. in cap. cum in cunctis in princip. de Elect. l. fin. Cod. qui ætate &c. lib. 10. l. Julianus ff. de condit. indebit. Conciol. alleg. 82. num. 10. cum aliis relatis in dec. 34. n. 6. & dec. 75. n. 34. inter noviter in Urbe impress. cor. Me.*

Explosis hisce capitibus prætensæ subreptionis, vel obreptionis aliisque, quatenus adfuissent, tamquam nimis frivolis merito posthabitis, ac etiam interversis, ex hucusque præmissis animadversionibus, frustraque idcirco repetendis, jam solum inquirendum restabat, seu supererat (discurrendo semper de substantia Gratiæ) utrum verificata fuerit coram Eminentissimo Archiepiscopo, ejusque Tribunali illa altera pars potissima, & cujus, ut diximus, SANCTISSIMUS certam notitiam non habebat, nimirum, quod ob rerum vicissitudines annui

red-

redditus Primogenituræ forent adeo diminuti, ut vix pro alimonia Exponentis sufficerent, & inferius quod *Exponens non haberet unde gradum suum decenter sustentare valeret, ut Testator exoptavit*, & quidem circa primam partem, quod fructus Primogenituræ a Friderico Testatore demandatæ forent diminuti, ultra specificas, & individuas probationes plusquam sufficienter adductas per Dominum Don Franciscum, & hoc ex dicto plurium, ac plurium Testium, de cetero nimium id comprobabant illæ notoriæ calamitates, & infortunia, quæ non solum Inclitum,& prænobile Regnum Neapolis affixerunt, necnon præ ceteris Italiam ferme universam in novissima tempestate pugnantibus Aeris, Terræ, cunctorumque Elementorum, & hominum quassationibus, & dissidiis, itaut in omni Principatu, atque Ditione, cuncta Jura, quæ habebantur cum Rege, seu Principe varie nuncupata sive Fiscalium, sive Locorum Montium cum similibus,quandoque penitus cessaverint, quandoque fuerint suspensa, vel valde diminuta, ipsaque Terra non dederit fructus suos, unde bene differebant præfati Testes, quod fructus ejusdem, aliorumque reddituum perantea conscendebant non jam ad miserabilem hodiernam rationem trium, vel quatuor, vel ad summum quinque, sed ad illam scutor. 8. vel 9. pro centenario sortis, & Capitalis, ita & taliter, ut quod erat omnibus in Ævo Nostro notorium, non indigeret ulteriori probatione, ut ait *Text. in cap. Manifesta 2. qu. 1. cap. evidentia de accusat., & Glos. in l. 1. verb. in consilio, ubi Bartol. Cod. qui, & adversus quos in integr. rest. non poss.*, & de facto ob

35 hanc causam etiam *Sac. Romana Rota Tribunal* ab anno 1679. taxam legalem ꝟ 5., & de qua *in Auth. perpetua Cod. de Sacrosf. Eccl., & in Albanen. Manutent. 26. Februarii* 1712. §. *Tertio facile coram Me* reduxit ad scuta 4., ut patet ex deductis *per Modern. Ascul. ad stat. Urb. annot. 46. art. 2. nu. 82. Rota in Firmana Dotis, & Fructuum 30. Apr.* 1700. §. *Post hac*, & §. *Constabilito coram Emo de la Tremoille*, & *in Romana Societatis Officii 3. Junii* 1709. §. *Frequens cor. me*.

Subsequtæ pariter leguntur, & sentiuntur notabiles reductiones Censuum, aliorumque civilium reddituum, non solum in Urbe, sed & in ipso statu immediato Ecclesiastico, ac demum in ipso quoque Regno Neapolis,uti testatur *Rovit. ad Pragmat. secundam de Censibus num. 2.*, & ultra publicas

36 Constitutiones, Pragmaticas, & Edicta animadversum fuit quoque late *in Romana Societat. Offic. 3. Junii* 1709. §. *Adhuc cor. me.*

Ast præter communia, ut ita dicamus, Divinæ Providentiæ, vel Iracundiæ flagella, verificabatur etiam particulatis diminutio annuorum reddituum hodierni Primogeniti, ipsiusque Domus Tomacellæ ob capitale ducatorum 22000. de perditum in cessatione, seu decoctione celebris olim Banci Sanctissimæ Annunciatæ, qui sane casus veluti adferens damnum adeo considerabile, sicuti in sua relatione testificabatur etiam Eminentissimus Archiepiscopus, profecto talem undique secumferebat diminutionem, sicuti

37 de sui significatione involvit Verbum *damnum*, ad *Text. in l. 3. l. Proculus ff. de damno infect. Bald. in cons. 182. num. 2. vers. in hac quæst. lib. 1. Soccin. Jun. consil. 78. num. 1. & 14. lib. 2.*

Respectu autem alterius partis, quod D. Don Franciscus subinde non haberet, *unde gradum suum decenter sustentare valeret, ut exoptaverat Testator*, jam non erat quærendum de simplici, & rigorosa alimonia, circa quam neque Papa respexit, neque de ea intellexerat supplicare præmissus Orator, jam asserens, redditus primogenituræ ita diminutos, ut vix ad alimoniam sufficerent, non enim agebatur de præservando Cleri-

38 cis illo beneficio,quod fuit indictum in celebri *Cap. Odoard. de solut.*, vel de altero pariter beneficio, quod lex attribuit, & compellatur *Deducto ne egeat*, de quibus late, nempe de primo tradunt *Fagnan. super dicto Cap. Odoard. num. 2. Squillant. de privileg. Cleric. cap. 10. num. 1. Rodriguez de exsequut. rei judicat. cap. 8. n. 33. Amostaz de caus. piis lib. 7. cap. 7. n. 21.* & plene *Modern. Ascul. ad Stat. Urb. annot. 50. art. 3. num. 209. Card. de Luc. de feud. discurs. 74. num. 10. & in disc. 17. de pension. num. 10.*

39 Et de secundo post *Text. in l. 1. & 2. ff. & C. quod cum eo &c.* notant *Canetr. variar. resolut. par. 1. cap. 9. num. 108. Salgad. labyrint. credit. par. 1. cap. 24. nu. 19. dictus Modern. Ascul. ad Stat. Urb. annot. 45. art. 2. nu. 181. Card. de Luc. de credit. & debit. disc. 121. num. 6. & disc. 122. in princ.*

Regula etenim est certa,quod quando pertractatur etiam de indigentia, & paupertate (præter decentiam status, quam SANCTISSIMUS, sequendo Votum Testatoris, solum habuit præ oculis) illa intelligitur etiam vera paupertas, vera indigentia, quæ talis est respective ad casum, & ad

40 personam, de qua sit habenda consideratio, quemadmodum perbelle, & solide explicat *Bald. in Auth. præterea num. 4. vers. Quaero ergo C. unde Vir, & Uxor*, ibique

Salicet. q. 4. Jason. in l. si constante n. 145. vers. sicut etiam ff. solut. matrim., Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 37. num. 2. & 3. Rot. cor. Dunozzet. Jun. dec. 422. num. 8. & 9. cor. Emer. Jun. dec. 979. nu. 7. cor. Durano dec. 98. num. 9. & 10. & in rec. decis. 201. num. 3. par. 4.

Indeque si versemur in Alimonia præstanda, ut natura deposcit, filiis ipsis etiam ex illegitimo concubitu progenitis, non tam arcte corripitur, appenditur, seu mensuratur statera Judicis etiam subalterni, nedum Principis Supremi, ut ad meram necessitatem alimenta constituat ipsi proli minus legitimæ, sed circumstantias Natalium, splendoris Patris quomodolibet generantis, illiusque Familiæ tractatum tribuat, ad statum

41 congruitatis, atque decentiæ, ad millies decisa, & signanter post *Text. in l. cum Alim. ff. de alim. & cibar. legat., Boss. de alim. c. 6. num. 259. & seqq., Surd. eod. titul. titul. 4. quæst. 18. n. 51. vers. sed etiam spurii, Rot. dec. 95. num. 12. cor. Durano dec. 30. n. 25. par. 7. & dec. 475. num. 28. par. 19. tom. 2. rec. in illa Romana Alimentorum proposita sub die 13. Martii 1711. Ponente Rmo D. meo Molines Decano.*

Quin etiam ipsimet Sac. Canones quotiescumque ex honestate religionis, & Charitatis impulsu commoventur ad injungenda E.G. Patronis beneficiorum Ecclesiasticorũ Alimenta, præstanda per Rectores eorumdem Beneficiorum ex capite paupertatis, & inopiæ, in quam prolapsi sint iidem Patroni, eorumque successores, habita tunc præ ceteris ante oculos illa ad rem nostram applicabili ratione, quod cum prænominati Rectores ex præcepto Dominico, vel traditione, aut interpretatione *Sanctorum Patrum*, teneantur de sibi vel superfluis, vel non necessariis Pauperes subvenire, ideoq; multo æquius, & fortius inter eosdem Pauperes anteferre Patronos præfatorum beneficiorum ad egestatem redactos, ipsi inquam Sac. Canones, illorumque Interpretes hujusmodi alimoniam prædictis Patronis mi-

42 nime intercludunt intra spatia puræ necessitatis, sed habent eundem respectum ad honestam congruentiam status ipsorum Patronorum, per ea, quæ videri possunt late disserta, atque firmata post *Covarr. variar. resol. lib. 2. cap. 6. num. 8. Grat. discept. for. 552. num. 26. Barbos. de jur. Eccl. univers. lib. 3. cap. 12. num. 218. in fin. Lambert. de jurepat. lib. 3. quæst. 3. art. 11. n. 2., Rota cor. Pœnia dec. 660. num. 11., & cor. Cocc. dec. 1997. num. 3.* cum ceteris *in illa Salernitana Alimentorum 11. Januar. 1712. §. De Jurepat. & in altera sub eadem die super Taxatione in princip. cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernat., postea confirmata sub die 20. Junii proxime præteriti cum successiva expeditione.*

Et de facto fortasse hisce met considerationibus innixi, sive freti Gubernatores ejusdem Montis, in proposito ejusdem Familiæ Tomacellæ benefactricis, per Testatorem rogati ad subveniendum Nobilibus Sedilium Neapolis, necnon præfatæ Familiæ bonorum fortunæ laborantibus, declarantes quinam reputandi forent Pauperes inter hos Nobiles, ceteroquin Secundogenitos, & ut vulgo dicitur *Cadetti*, inhærendo Testatoris dispositioni determinarunt quidem, quod Pauperes censerentur illi Nobiles de aliis Familiis, qui non excederent annui redditus ducata 600., quo vero ad Nobiles de prælaudata Familia Tomacella, quibus jam Testator ipse duplicaverat annonam subsidii a ducatis biscentum ad ducata quadringenta, fimbrias rationis dilatando declararunt, eos pauperes esse existimandos, qui ejusdem annui redditus non transcenderent ducata mille, quare ex tam rationabili judicio eorumdem met Gubernatorum non jam in hisce Nobilibus Pauperibus extrema, vel rigorosa paupertas perspecta fuit, sed qualis consideranda venit in Viro, infortunata quidem, sed nobilia Natalia sortito, & cui magis convenit illud Divinũ Oraculum = *Fodere non valeo, mendicare eru-*

43 *besco*, hæc enim est illa paupertas correspectiva, quæ habenda venit in hisce casibus in consideratione, ut supra meminimus cum *Baldo, & Saliceto in d. Auth. præterea Jason. in d. l. si constante num. 145. vers. sicut etiam ff. solut. matrim.*, quibus addi possunt *Soccin. Sen. cons. 30. in fin. lib. 4., Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 65. n. 8. Mascard. de probat. concl. 1154. num. 8., Novar. de elect. & variat. for. par. 2. quæst. 18. num. 6., & dec. 30. num. 18. in fin., Rot. cor. Cavaler. dec. 120. num. 1. & 2., & dec. 48. num. 3., & 4. par. 2. diversor.*

Si igitur hujusmodi paupertas commensurata, & canonizata jam remansit per sapiens Judicium Gubernatorum, uti ejusdem ingenitæ Nobilitatis calcar sentientium, pro Secundogenitis Domus Tomacellæ, quoties de annuo redditu non excederent ducata mille, quid dicendum erat de D. Don Francisco, non secundo, & ultra genito, sed Primogenito, quive juxta supradicta Nuptias contrahere obligabatur cum æque Nobili Puella, & ulterius præter Votum Testatoris, ut mox dicemus, summopere exoptan-

tis

tis splendorem, & conservationem ejus Familiæ, ex eadem sola qualitate primogeniali præstantiam ejusdem splendoris supra ce-
44 teros secum trahebat, atque exigebat, cum Primogenitura adamussim a Testatoribus instituatur, atque creetur ad hunc signanter effectum, ad tradita per *Soccin. Senior. cons. 47. n. 7. lib. 3. Dec. cons. 38. in princip. Paris. cons. 72. num. 85. lib. 4. Tiraquell. de primog. quæst. 61. num. 2. Molina eod. tract. lib. 1. cap. 11. num. 3. & cap. 13. num. 80. in fin., Card. de Luc. de fideicom. disc.* 213. *num.* 12. *Rot. dec.* 23. *num.* 22. *par.* 11. *rec. & in Aquinaten. fideic.* 1. *Junii* 1699. *dec.* 92. *n.* 10. *inter noviter in Urbe impr. cor. me.*

Conspirante quoque in idipsum usu totius Mundi nostri communicabilis, & præsertim, ubi practicantur Feuda, sive sint jure Francorum, sive Longobardorum regulanda, in his quippe dumtaxat Secundogenitis assignatur sola ea bonorum, seu fructuum portio, quæ nuncupatur *Vita Militia*, reliquum vero remanet apud Primogenitū tamquam
45 ejus familiæ caput, & coruscantem splendorem inducentem, ex his, quæ connotarunt *Sigismund. Reg. Loffred. in c.* 1. *§. Quid ergo in verbo vel danda Militia fratri minori col.* 2. *in princ. in tit. de invest. de re alien. facien., Tiraquell. de primog. quæst.* 75. *n.* 3. *& seqq., Donat. Ant. de Marin. resolut.* 45. *lib.* 2. *sub num.* 11. *cum duob. seqq. Surd. de aliment. tit.* 7. *quæst.* 15. *n.* 22. *&* 23. *Card. de Luc. de feud. disc.* 124. *num.* 15. *&* 21., *& de credit. disc.* 27. *n.* 24. *&* 25. *Afflict. dec. Neapol. dec.* 138. *per tot.* ibique *Adden. erga finem.*

Applicando itaque has theses ad hypothesim, non alios redditus in Patrimonio D. Don. Francisci superexstare apparebat, nisi annuorum ducatorum 970., & admittendo quascumque prætensiones Montis in contrarium, vix ascendebant ad ducata 1300., vel 1480. circiter, unde quis ibit inficias, quod si quilibet Secundogenitus de Domo Tomacella, quive plerumque non solet, vel non debet inire Conjugia, & implere, sive inducere totum familiæ decorem, nisi per pacis, aut bellorum studia, & administrationes exercitas domesticæ laudi privatam gloriam immiserat, adhuc nihilominus pauper asse præfinitum fuit, quando non transcendit annui redditus ducata mille, multo magis, & citra scrupulum in suo genere pauperrimus censendus erat D. Don Franciscus, cui & futuræ Conjugis, & verisimiliter filiorum honestati vix poterant esse aliquo modo suppletiva annua ducata quinque, vel sex millia, idque de per se perspicue emergebat citra aliam allegationem procedendo cum simplici naturali discursu, vel ab eo argumento, quod sumi solet a fortiori, vel a proportione illius regu-
46 læ, quæ aurea nuncupatur, ut circa argumentum a fortiori vulgatus est *Text. in Auth. multo magis Cod. de Sacrof. Eccles. & cap. si ergo* 8. *quæst.* 1., & quoad regulam auream post *Cyriac. controv. for.* 159. *nu.* 11. notatum fuit in illa *Romana Grani* 27. *Januarii* 1698. *dec.* 27. *§. Et ex toto erga medium inter Meas noviter in Urbe impress.* & in altera *Romana Pecuniaria super primo contractu* 22. *Febr.* 1712. *§. Ast respectu cor. Me.*

Diximus ultra Votum Testatoris, quoniam circa hanc enixam voluntatem, & ardens desiderium ejusdem in omnibus Testamenti partibus abundantes scintillæ erumpebāt, constituit namque primogenituram Domus Tomacellæ in Pompejo, illaque extincta in Friderico, ejusque Descendentibus, bonorum alienationem interdixit superstante, seu superaddita ratione, *e questo acciò detti Primogeniti possano mantenere con decoro la Primogenitura della mia Famiglia*, extorres effecit a suo Patrimonio delinquētes = *principalmente per conservare le mie facoltà nella mia Famiglia*, ipsosmet Religiosos, ac Monasteria Primogenitorum mancupatione contineri nolle, seu non posse sancivit, *e questo similmente* (sunt pariter verba præcisa) *per conservazione di dette facoltà nella Famiglia, e non altrimenti*, ac denique feminas per viam regulæ semper arcendo, necnon mares sanguine non puros, ita ut in eis nebulam invenire haud posset idemmet *Escobar. Tractans de Nobilitat., & paritat. Sang.* illos de familia elegit pro primogenitis ad assequenda ejus bona capacibus, qui solum orirentur ex femina uni ex sedilibus eximiæ Neapolitanæ Civitatis adscripta, aut non absimili præfulgeret nobilitate, quo etiā circa mandavit, matrimonium a primogenitis contrahi non posse, nisi per viā quodammodo, ut ita dicamus, Canonici scrutinii demandati in *cap. quia propter de elect.*, sive per secreta Convenientibus suffragia Gubernatoribus ipsiusmet Montis, idque, *acciò essi Primogeniti possano mantenere con decoro la primogenitura di mia Famiglia*, ex quibus sane obloquendi formulis, præcisive ab abstracta, & de per se sufficienti Institutione Primogenit, seu Majoratus, adhuc Agnationis, & familiæ conservandæ
47 decus, & votum indubitanter assurgere concordarunt majora lumina nostræ facultatis, nempe *Bartol. in l. final. ex facto §. si quis rogatus ff. ad Trebell. Bald. in l. final. Cod.*

Cod. de Impub. aliique relati per *Ruin. cons.* 24. *n.* 7. *vers. & clarius lib.* 2. *Cephal. cons.* 251. *nu.* 48. *vers. octavo moveor & n. seqq. lib.* 2. *Menoch. cons.* 305. *num.* 14. *vers. & rursus, & cons.* 775. *sub n.* 20. *vers. praeterea in casu, & in tract. de praesumpt. lib.* 4. *praesumpt.* 69. *num.* 15. & 18., *Mol. de hisp. primog. lib.* 3. *cap.* 5. *sub n.* 65. *in fin. Mantic. de conject. lib.* 6. *tit.* 5. *num.* 11.

Atque hinc, nimium inutiliter, & scrupulose toties enunciati Defensores contendebant, non fuisse ex parte D. Don Francisci rigide comprobatam paupertatem, seu non fuisse negativam coarctatam, quod alios redditus non haberet, quam prædictorum ducatorum 970., vel ad omne pejus 1300. circiter, prout non minus incassum opponebant, quod ipse sese gerendo ad instar aliorum Nobilium ejusdem Nobilitatis, & conditionis splendide viveret etiam cum peculiari Cubiculo, seu Mansione in Theatro, & quam juxta *Juvenalem* Antiqui traducto nomine e Græcia compellabant *Anabatrum*, necnon cum Equis, & curru aureato; In primis quippe, & antequam extrinseca hæc, & debilia argumenta divellamus, apud *Dominos* coalescere non poterat, quomodo hæc paupertas in D. Don Francisco respective ad ejus qualitatem, non esset superlative justificata, etiam ex adductis particularibus probationibus, dum de eadem paupertate correspective ad gradum, & conditionem præter præmissa solide, & manifeste testabantur plures, ac plures Nobiles, inter quos etiam nonnulli superioris lineæ, & Hierarchiæ, cũ superaccessu similis testificationis ipsiusmet Eminentissimi Archiepiscopi, etiam citra Ecclesiastica ornamenta, non imparis Alteri cuicumque Nobilitatis, quando de cetero quidnam practice requiritur in Foro nostro ad probandam paupertatem etiam in
48 mediocribus, & quandoque si fas est dicere, plebeiis contentionibus, nisi Testium etiam quandoque vulgarium Depositiones, & Testificatio cujuslibet Parochi simplicissimi, secundum ea, quæ quotidie in nostra forensi palestra recipiuntur, & patet ex adductis post *Roman. cons.* 245. *num.* 9., *Dec. consil.* 1201. *num.* 2. *in med. aliosque plurimos per Mascard. de probation. conclus.* 1159. *num.* 21., *& seqq.*, *Rot. coram Cerro dec.* 547. *nu.* 6.

Eoque robustius, quia cum idem D. Don Franciscus sincere, ut Virum nobilem decet, protulisset notulam, seu calculum suorum reddituum (demptis oneribus) non excedentiũ juxta ejus credulitatem ducata 970. quid in tam acri oppositione, ac conflictu per tantum spatium umquam plus reperiere Gubernatores, etiam tota industria implorata, & adhibita, usque ad præsentem diem habitæ Nostræ Congregationis, quod revera mereretur haberi in aliqua consideratione, ac propterea, cum versaremur in concessione Gratiæ jam facta non semel, sed bis a suprema Sede Pontificia, & numquam extitisset ostensum per Gubernatores, quod eadem notula foret manca, & defectuosa, profecto in hisce terminis minor fides haberi non poterat præfatæ notulæ, quam ea, quæ præstaretur cuilibet minimo Creditori, per viam utilis Salviani Interdicti, jam judicialiter immisso, ad sibi satisfaciendum de fructibus super bonis debitoris, eidem
49 quippe notulæ statur, & creditur, quotiescumque non doceat contradictor, quod Creditor revera plus consequatur, & consequutus fuerit de fructibus, quam quos scripserit in notula, ut passim tradunt *Scapuc. de util. Salv. interdict. quaest.* 11. *n.* 2. *vers. & notulam sub nu.* 4. *lib.* 3., *Marchesan. eodem tractat. cap.* 14. *in fin. par.* 3. *Modern. Ascul. ad Stat. Urb. annot.* 58. *nu.* 17., *Rot. dec.* 451. *num.* 8. *par.* 13. *rec., & in Annot. ad dec.* 97. *nu.* 11. *inter noviter in Urbe impressas cor. Me* & generaliter in durioribus erga non probantes contrarium est doctrina *Gloss. in l. cum de lege ff. de probat. Alciat. de praesumpt. reg.* 3. *praes.* 20. *n.* 3. *Rot. cor. Bichio dec.* 74. *num.* 43.

Conati quidem fuerant præcitati Defensores, redditus D. Don Francisci impinguare cum emolumentis Regentatus ab eo meritò conquisiti, quæve importare subdebant annua ducata 600., sed quidquid esset de legalitate attestationis in contrarium allatæ, optime respondebatur per informantes pro D. Don Francisco, quod in primis hujusmodi Emolumenta tamquam exhaurienda a Capsa Militiæ, & Belli in hac profecto nostrorum temporum colluvie nequibant ob elatiores Regni Indigentias tam facile in esse, ctu obtineri, & de hoc signanter præcavere, & de propria numeratione testari in cõcreto
50 debuisset Officialis; qui de hujusmodi Regentatu testimonium præbuerat, cum *Regna sine Armis*, ut inquit *Cornelius*, *nec Arma sine stipendiis haberi possint*.

Itidem secundario, prætermisso quod hæc merces a Cæsarea, & munifica Majestate defluxerat post signatam a Summo Pontifice Gratiam, prout & alia promanaverat ducatorum 4000. ab eodem semper Augustissimo Imperatore, effectum tamen habitura post fœdera Pacis, Divina tamdem indulgente Miseratione, ineunda, quando nemo non scit,

scit, quod in iis, quæ concernunt alimoniam requiritur promptitudo, & non sperabile, remotum, & eventuale emolumentum, sive subsidium, ut inquit *J. C. in l. Si quis a liberis §. Sed si filius ff. de lib. agnosc.*, & quando etiam tertio loco de cetero ipsum tempus Gratiæ, & non posterius erat inspiciendum, & eo maxime dum superexcellens Apostolica SS. DOMINI NOSTRI sollicitudo præceperat, Gratiam eo ipso cessare, quoties ad uberiorem fortunam D. Don Franciscus devenisset, quod sane postmodum erit opportune demonstrandum a Gu-
51 bernatoribus, affirmativâ hanc suo loco, & tempore obstrictis justificare, ad regulam, de qua post *Gloss. in Summ. ad fin. vers. item in dubia caus. 24. quæst. 2., Rom. conf. 234. num. 1. vers. est enim, Dec. conf. 168. col. 3. ante num. 2. Rot. dec. 139. num. 5. par. 2. diversorum*.

Attamen cum juxta formam Brevis Pontificii unice habitus fuerit respectus, quod *Exponens non habebat unde gradum suum decenter sustentare valeret*, in his utique circumstantiis minime de Jure inspicitur, an quis vel ex aliquo accidentali munere, aut exercitio stipem, seu victum sibi parare queat, hæc etenim omnia, ut quotidiana fert experientia, veluti mille plena periculis ad instar fulguris sæpe sæpius supervolant, & evanescunt, unde dumtaxat attenditur, utrum ille talis detineat tot bona stabilia præ manibus, totque potiatur correspondentibus fructibus, sive redditibus, cum quibus congrue ad honestatem valeat vitam transfigere,
52 absque probabili metu immutationis nimiũ volubilis fortunæ, secundum ea, quæ post *Vulpianum in d. l. si quis a liberis §. Sed si filius ff. de lib. agnosc. Menoch. conf. 8. n. 22. Cravet. conf. 199. num. 1., et seqq. Carena resolution. 49. num. 7., Rota coram Durano dec. 95. num. 9., et in rec. dec. 224. num. 5. et seqq. par. 2. et dec. 628. num. 3. par. 4., & dec. 194. num. 68. par. 7.*, & in specie accidentalis servitii cum Principe recte ponderavit *Rot. in Romana Aliment. 29. Maji 1637. §. Neque pro limitatione, et seqq. coram Pirovano*.

Irritus non minus apud Dominos apparuit labor per eosdem Defensores assumptus super ceteris additamentis, nempe quoad non appositos redditus in præmissa notula hereditatis scilicet Ferrantis Tomacelli, eosque consistentes in quadam inibi nuncupata Massaria cum Domo, & Viridario exsistentibus in Territorio S. Anastasiæ, necnon alterius hereditatis Josephi pariter de Tomacellis Patrui ejusdem D. Don Francisci de per se etiam continentis quamdam medietatem domus positæ in Casali *Mugnani* unacum nonnullis mobilibus, aliisque introitibus retrahi solitis super vectigalibus Olei, alteriusq; commixtæ Mereis Græce σαπωνια Barbare, seu Latine hodie compellatæ *Saponis*, quoniam in ordine ad hereditatem Ferrantis cuncta prædicta fideliter jam exposita habebantur in eadem notula, seu foliis, & sic in puro facto corruebat hæc objectatio, prout ex eodem capite habebatur introitus olei, & saponis, ex eadem pariter jam facta accuratissima in eisdem foliis, seu notula connotatione, Mobilia vero ipso usu per spatium interfluxi temporis, plusquam præsupponenda erant attrita, atque consumpta, maxime cum in Inventario non legerentur descripta ejus soliditatis, quæ
53 requirebatur ad subcensendam eorum durationem, juxta passim affirmata per *Paris. conf. 55. in fin. lib. 2., Riminald. Jun. conf. 459. num. 18. et seqq. Peregr. de fideicomm. art. 10. n. 32. et seqq., Menoch. de præs. lib. 4. præs. 197. nu. 2. Fusar. de substit. quæst. 624. num. 6. Rot. cor. Greg. dec. 285. nu. 3. et cor. Cocc. dec. 553. nu. 10., et in rec. dec. 517. num. 4. par. 18. tom. 2.*

Obliti videbamur de nonnullis pecuniis, quæ præexsistere dicebantur in jam enunciato Baco Sanctissimæ Annunciatę, sed id potius efficiebat recrudescere vulnus jacturæ pejoris passæ per D. Don Franciscum, per decoctionem ejus Banci, quam quod augeret illius Patrimonium, cum jam uti effectæ non
54 entis, nullæ forent qualitatis, uti dicebat *J. C. in l. ejus, qui in Provincia vers. Quoniam. petat. l. Pomponius §. fin. ff. de acquir. possess., et l. nec ullam §. Si quis absentis ff. de petit. hered., Tiraquell. in tract. cessante causa par. 1. n. 212., Grat. discept. for. cap. 767. nu. 7. et 34. Rot. decis. 228. nu. 1. par. 2. rec.*, & alibi passim.

Non obliviscebamur autem de illa extrinseca oppositione circa tractatum, & incessum D. Don Francisci ad instar ceterorum aliorum Nobilium ejus conditionis; Verum non exinde demonstrabatur per præfatos Defensores, quod ipse ob id frueretur redditibus supra præmissa annua ducata 970., vel ad summam circiter 1300., neque hoc profecto ulli Testes asserere somniaverant, aut aliqua probatio attingebat, ut oportuisset comparative, & correspective ad secundo, & tertiogenitos ejusdem Domus, necnon ad consequentias Juris, & denique ad zelum Testatoris, & in hoc ipso vere residebat maximum, & forte præcipuum controversiæ pondus, quod si solerter, & ut ita dicamus

mus argumento se idem D. Don Franciscus ex se minime declinans ab ejus Avita Nobilitate, curabat obtegere cicatrices inferioris, & infestæ sibi fortunæ, non id referendum veniebat ad opulentiam, & ad exclusionem illius infortunii, quod nuncupat Vates Mantuanus, *turpis egestas* etenim *sunt qui* (dicebat *Tullius*, seu alius inter *Operum suorum fragmenta Rethoricorũ ad Herennium lib. 12. impress. Antuerp. anno 1598. pag. 138.*) *in paupertate sunt, malunt divitias ostentare, quam Officio paupertatem tueri*, & utinam quandoque prudentia quædam Civilis, seu Politica animos nostros non exploraret, & impelleret, ut intus toleremus acriores etiam, & duriores angustias, ne ab extra apud nonnullos fascino nugacitatis obrupti, decidat ille flos alioquin debitæ nobis semper æstimationis, quemadmodum perbelle legimus applicitum sive inditum illis festivis Ignibus, qui penes vulgus nomen usurpavere *la Girandola*, cujus Emblematis per Hispanum Auctorem efformatur Anima, sive Epygraphes *Concremor, ut spectet*.

Post hæc oblivionem revera merebatur illa subtilis requisitio, seu curiosa indagatio pro parte Defensorum Montis, nimirum, quod D. Don Franciscus obtulisset, coemere feudum, seu Baroniam Civitatis S. Angeli pro summa 100. m., & ultra ducat., quasi quod ex hoc incalesceret in ordine ad ubertatem, & divitias argumentum illud, seu præsumptio *Fumus ergo Ignis*, nempe quod ipse pro tam conspicua quantitate licitator in scænam prodiens Arcam fatigatã proculdubio, sivè onustam teneret pecuniis, & affluentia Auri, præterquam quod enim facile recurrebat eadem, ut supra replicatio, quod non idcirco post tantum tempus ab eisdem Defensoribus ostendebatur transcensus redditum a parte rei, nihilominus nonne idem D. Don Franciscus desuper per juridicas positiones lacessitus respondit, insimulque rationem præsignavit, quod ad hujusmodi oblationem deveniebat eo temporis, quo certe præsentem gratiam non expostulasset quando scilicet ratam duc. 40. mil. ejusdem oblatæ summæ bona fide expositam habebat unacum ejus fratribus in præfato Banco Sanctissimæ Annunciatæ, & in eo quod decerat, ut ipse sibi blandiebatur, sperabat opportune concordãdo eum Creditoribus saltem congruas obtinere dilationes, in hoc forsan allectus illa prurienti nostris cupidi-
55 tatibus suppositione, quam cognovere sapientes recte increpantes *plus sperant homines habere, quam habeant*, ut inquit *Imperator. lib. 1. Institut. §. In fraudem tit. quibus ex causis manumitt. non liceat Marant. contr. jur. resp. 46. nu. 1. par. 5.* cum aliis relatis *in Macerat. Legat., et fideicomm. 18. Junii 1710. §. fin. cor. Me*.

Tantumque revera abest, quod ex. gr. ex magno incepto ædificio, quis recte arguere possit correspondentes divitias in Inchoante tale superbum, & ad sydera elatum ædificium, quod a contrario optime in Evangelio apud *Lucam cap. 4. VERBUM* ipsum *Caro factum* aperiens os suum in Parabolis Discipulos suos comonuerit, ne præcipites in aliquo statuendo se darent, ut effugerent deinceps illam subsannationem = *Capit ædificare, et non potuit consummare*.

Constabilita proinde ex omnibus his sive junctim, sive seorsim Gratiæ Pontificiæ substantia, cujus quoque Justitiam, in vanum obstrepentibus Defensoribus Montis, religiose observaverat ipsum Supremum, & præcelsum Collatterale Consilium Regni Neapolis in rejectione contrariorum, & ob id in sequelam usquedum ostensa etiam Justitia confirmationis per *Dominos* injunctæ, circa primam partem sententiæ prolatæ a Vicario, seu Officiali Generali Curiæ Archiepiscopalis, æqua ratio expostulabat, quod fieret pari passu descensus ad alias partes, seu capita ejusdem sententiæ, in quibus eadem Justitia parumper vacillare, & reformatione digna visa est, sed non id prorsus absolute, & in cunctis aliis Capitulis, nullo quippe modo valebat incusari idem Vicarius, quod sibi per Apostolicum Breve, præscripta liquidatione facienda status hereditarii Friderici Testatotis, superficialiter dumtaxat, reque non serio introspecta, ambulaverit cum simplici folio non subscripto ab Administratoribus, vel ab aliquo de eorum ordine subsignato, quoniam præter ea, quæ jam præmisimus superius circa hanc liquidationem perperam controversam ex §. *Minorem cum sequentibus* plusquam aperte constitit *Dominis* ex justificationibus distributis pro parte ejusdem D. Don Francisci, quod Montis Administratores pluries, ac pluries in vanum requisiti, & obsecrati semper renuerunt edere libros prædicti status hereditarii, penes eos indubitanter exsistentes, atque ex eorum officio detentos, ideoque parum non fuit, quod Nozzius, qui exstiterat delegatus ad recognoscendas eorumdem librorum partitas, necnon veluti Peritus per Judicem electus, retulerit totum id, super quo fundamenta jecit Vicarius, cumque pariter Vitozzius, qui actu erat ejusdem Montis Minister, de mandato eo-

rum-

rumdem Gubernatorum diligens confecerit Bilancium, prout jussu D. Regentis Almæ Vicariæ idemmet Vitozzius testatus fuit, certe non valebat amplius ambigi de plusquam eximia accuratione ejusdem Vicarii, in efformanda præfata liquidatione, juxta propositum, & mentem SANCTISS., si quid enim de tota acta juris censura defuisset, referendum procul dubio veniebat prænominatis Administratoribus, nolentibus forte pandere secreta domus, sed indirecte
56 lucidiorem probationem remorantibus, sicuti præter jam adductos supra in d. §. *Minorem*, prænotarunt quoque post *Dec. in c. ex ratione de appell. & conf.* 454. *num.* 6. & *conf.* 667. *num.* 5. *Ursill. de Afflict. dec.* 29. *n.* 5. *vers. quod utor* cum aliis congestis per *Beltramin. ad Ludovis. dec.* 341. *litt. A.*, & dixit *Rota in dec.* 327. *n.* 10. *cor. eodem*.

Valuit autem ex opposito ab Justitia *Dominorum* reputari excessiva, & idcirco moderanda sententia prælaudati Vicarii in ea parte, in qua declaraverat, Gratiam SANCTISS. quoad subministrationem, & commutationem voluntatis in Breve contentam effectum debuisse sortiri a die præsentationis Brevis coram Eminentiss. Archiepiscopo, non vero a die publicationis sententiæ, sive pronunciatæ exsequutionis ejusdem Brevis, licet enim prætenderetur, quod eadem Gratia statim, vel saltem a die usus, & præsentationis consequi incontinenti deberet efficaciam, & operationem, ex quo factum Exsequutoris in his terminis minime exigatur quoad prædictam substantiam ipsius Gratiæ, sed tantummodo pro illius verificatione, & exsequutione, ac propterea verificatis ex post conditionibus in utroque Brevi præscriptis, eadem Gratia ipso jure retrotrahatur ad suum principium, videlicet, si non ad diem Signaturæ, vel ex-
57 peditionis, saltem illius usus, & indictæ exsequutionis, sicuti de prima propositione *Textus est in cap. Postquam de præben. in* 6. *Garz. de Benefic. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 130., *Lotter. de re benefic. lib.* 3. *quæst.* 14. *nu.* 67. & *seqq. Adden. ad Gregor. dec.* 301. *num.* 8, *post princip. Rota dec.* 539. *n.* 1. & 2. *par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 112. *n.* 19. *par.* 10. & *dec.* 141. *num.* 33. *par.* 16. *Rec.*, & de secunda prosequuntur *Rota dec.* 12. *de conceff. præben. in noviss.*, & *in Burgen Canonicatus nu.* 3. *impress. apud Marchesan. de commiss. p.* 1. *fol.* 142. ceterique relati in *d. dec.* 112. *nu.* 20. *par.* 10. *Recent.*

Præsertim reflectendo, quod in tantum Gratia non fuit, ut par videbatur, expeditæ exsequutioni demandata, in quantum illi sese dure opposuerunt Montis Administratores, unde totum tempus, quod absumere necesse fuit pro removendis eisdem oppositionibus, poni mereretur in eorumdem Administratorum detrectantium præjudicium, non vero ipsius D. Don Francisci successive triumphantis, ne iidem Administratores in-
58 de beneficium traherent, unde dispendium subire compellebantur, ut actioribus verbis rescripserunt *Gratian. Valens*, & *Theodos. in l. Meminerint circa fin. Cod. Unde vi*, & post *Dec. in cap.* 2. *num.* 52. *de Testam. Peregrin. dec.* 159. *n.* 7. *lib.* 2. firmavit *Rota dec.* 327. *n.* 10. & *dec.* 498. *in fin. cor. Ludovis.*

Patum nihilominus ratiocinia hæc, & propositiones captivare potuerunt intellectum *Dominorum*, omnem quippe ambigendi ansam depulit littera, & intentio in utroque Brevi fulgide coruscans Summi PONTIFICIS, eo enim ipso, quod Gratia de sui præambula quidditate, & litterali expressione exposcebat, quod fieret liquidatio Assis hereditarii Oratoris, quod verificaretur, Oratorem non habere unde gradum suum decenter substentare posset, certe omnes præmissæ res, & circumstantiæ sedulo perquirendæ Gratiam omnino interim pendulam, & suspensam detinebant, unde non posset prius ex intentione ipsius Pontificis exsequutionem obtinere, ipsa vero oppositio Administratorum Montis effecta erat quodammodo necessaria, non temeraria, cum iidem Administratores vocandi ex Apostolico præcepto forent, & audiendi, ipsique propterea locum Pium eorum Tutelæ demandatum tueri ex proprio munere obstringerentur, ne alias forent meri Testes, revera de passivo solum auditu; cumque post omnia hæc, sive hisce omnibus expletis, atque verificatis, ulterius PONTIFEX fuisset loquutus per verba præsentis temporis, ut ibi: *Assignes &c.* eadem utique verba ex opposito nimis aperte sonabant in mandatum potius de providendo, quam in jam factam ab eodem Summo Pontifice provisionem, quo casu Gratia nusquam vires assumit, suumq; pro-
59 gignit effectum, nisi dumtaxat a die adimpletæ, seu verificatæ conditionis, ad tradita post *Text. in cap. Si pro te de rescript. in* 6. & *in Clem. unica de conceff. preb. per Gabriel. conf.* 186. *num.* 3. & *seqq. lib.* 1. *Garz. de benefic. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 153. *Card. de Luca de pension. disc.* 1. *num.* 15. *Rota coram Merlin. dec.* 538. *repetit. in dec.* 692. *n.* 13. & 14. *par.* 6. *rec. dec.* 26. *num.* 12. *par.* 8.

Minus justa pariter enituit eadem sententia in altera parte illius medietatis annatæ, quæ ex jussu Testatoris, per singula decennia, deti-

detinenda erat ab Administratoribus Montis in augmentum Operum Piorum super illis subsidiis, quæ quotannis subministrari debebant Pauperibus Nobilibus ad instar illius annatæ, seu mediæ annatæ, quæ ex non absimili rationabili causa retinentur
60 quandoque per Apostolicam Datariam, quandoque per Capitula, & Sacristias Cathedralium, & de quibus *Cherubin. in compend. Bullar. tom. 1. ad Constit. 17. Pauli IV. Schol. 1. Lottber, de re benefic. lib. 3. q. 20. a num. 15. ad plur. seqq. Corrad. de benefic. par. 4. cap. 4. per tot. Fagnan. in cap. præterea ne Prælati Vires suas nu. 6. cum plur. seqq. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. §. 7. proœmial. num. 166. Rota cor. Manzanedo decis.* 842. *num. 2. & cor. Coccin. dec.* 568. *num.* 11. & alibi quotidie.

Quantumvis enim suadere satagerent Informantes pro D. Don Francisco, quod, & hic cumulus cōtineri valeret sub Pontificia largitione, ex quo Brevia loquebantur, ac præcipiebant eidem D. Don Francisco assignationem fieri debere (pro rata tamen in eodem Brevi designata) omnium, & quorumcumque fructuum provenientium ex Asse Friderici Testatoris, ac in opera pia incerta erogandorum, præfata vero media annata, tamquam post cæsam Messem spicæ recadentes, esset profecto censenda de eodem horreo, seu statu hereditario, & demum in opera incerta eroganda, ut ibi = *E dall'entrate, che da esse* (id est *mezze annate*) *perveniranno, si debbano da' medesimi Governatori fare opere pie, quali le pareranno, per servizio di Dio in beneficio de' poveri, e culto Divino*, plane propterea consequi videbatur, quod concurrentibus ambobus re-
61 quisitis, seu Præscriptis eædem medietates sub ipso Gratiæ genere comprehenderentur, ad mentem *Text. in l. 1. §. Et generaliter ff. de legat. præst.* ibique *Gloss. in verbo indefinitum, Dec. cons. 562. num. 2. & 3. Rota cor. Gregor. dec. 327. num. 4. & in rec. dec. 229. num. 1. & seqq. par. 18. tom. 1., & dec. 23. n. 4. inter noviter in Urbe impress. cor. Me*.

Adhuc ex diametro adamussim visum est, quod ob præfata verba per Testatorem expressa, minime includerentur, sed potius palam excluderentur eædem mediæ annatæ ab intentione, & Gratia SANCTISSIMI; cum enim eadem mox registrata verba Friderici designarent, erogationem faciendam esse ad libitum plenarium Gubernatorum, cum totali amplitudine incertitudinis, sive in opera nimium generice indicata, & totaliter incerta, cum incertitudine ulterius quoque personarum, & forsan locorum, utique ea non concordabant, ut diximus, cum Verbis ejusdem Gratiæ, & voluntate PONTIFICIS, qui apertius juxta secundum Breve sese explicavit, declaravitque, quidem sub concessione comprehendi erogationes explendas in opera pia erga personas procul dubio incertas, sed in se plusquam certa, nimirum in septem opera temporalis Misericordiæ, non autem erogationes faciendas in opera Pia in se etiam penitus incerta, & libera omnino Administratorum arbitrio præeligenda, ut ibi = *Quod medietas tantum illorum fructuum status hereditarii d. Friderici, qui erogandi essent in septem opera Misericordiæ &c., & qui incertis personis distribuuntur, non autem qui erogandi essent in opera pia incerta*, & forsan diversitate rationis inter unum, alterumve casum militantis, nam derogans PONTIFEX in primo casu distributionibus operum certorum erga incertas personas faciendis, auferebat eisdem Administratoribus tantummodo illam partem arbitrii, quæ versabatur circa personas, non circa opera jam certo destinata, & volita per Testatorem; in secundo vero casu tollebat totum, & integrum arbitrium, videlicet quoque quoad eadem opera, minime, nisi in genere generalissimo designata, & in se prorsus incerta, & soli Administratorum Curæ, ac piæ voluntati commissa super personis ulterius, vel locis incertis, secundum ea, quæ pro eliciendis diversis juris effectibus ponderant Scribentes in *l. Unum ex familia ff. de legat.* 2. utpote
62 differentes de facultate per Testatorem concessa eligendi incertum de incertis, vel incertum de certis, vel demum certum de certis, prout videre est penes *Peregr. de fideic. art. 32. num. 33. & seqq., Fusar. de substit. quæst. 511. num. 5. cum plur. seqq. Tondut. quæst. civil. 50. num. 33. Molina de Hispan. primog. lib. 2. cap. 4. num. 10. Rota cor. Coccin. dec. 2157. n. 29. & cor. Emer. dec. 1073. num. 4. & 5. & in Romana pratensa reintegrationis 6. Junii proxime præteriti §. In casu autem coram Me*.

Sustineri quoque firmiter non posse sententiā *Domini* authumarunt in ea parte, in qua assignabatur D. Don Francisco medietas fructuum a die obitus Testatoris capitalium inexigibilium, nam licet hujusmodi inspectio coincidere videretur cum quinto, & ultimo capite inferius enodando, nihilominus vigebat etiam ratio specialis ob quam nequibant iidem fructus (si qui tamen esse poterant horum capitalium forsan tractu temporis effectorum exigibilium) sub Gratia contineri, tum scilicet quia probabiliter si ve-

re

re in facto fuisset verificata successiva exactio hujusmodi capitalium, quamvis de tempore obitus Testatoris inexigibilium, id evenisset ex mera industria, & solertia eorumdem Gubernatorum Montis heredis, unde non erat dissonum, quod illi accrescerent, seu acquirerentur ipsi heredi, & non hereditati, tum etiam quia sat erat Pontificem de hac specie tanquam revera (supposita inexigibilitate) non cogitabili non fuisse obloquutū ad hoc, ne Gratia eosdem
63 fructus amplecteretur, quemadmodum circa primam propositionem videre est *Bartol. & Doctores in l. 3. ff. ad l. Falcidiam, & in l. Si heres pecuniam in princ. ff. ad. S.C. Trebell. Ruin. cons. 97. num. 13. lib. 3. Bertazzol. cons. 107. num. 58. Peregr. de fideicom.*
64 *art. 10. num. 16.* Et in ordine ad secundam *Jason. in l. Imperium num. 14. ff. de Jurisd. omnium Jud. Curt. Jun. cons. 170. num. 25. Soecin. Sen. cons. 28. num. 25. lib. 1. Paris. cons. 69. num. 175. lib. 3. Sanfelic. in obser. ad dec. 403. observ. 19. post med., Rota cor. Coccino dec. 2252. num. 4. in fin. & cor. Buratto dec. 19. num. 5.*

Non arrisit pariter sententia Curiæ Archiepiscopalis in illa parte finali generice condemnationis expensarum, quam Monti succumbenti superimposuerat, licet enim diversi sint styli, & consuetudines quodammodo locales Tribunalium, aliis censenti-
65 bus, semper, & indistincte Victum Victori mulctandum esse in expensis, quemadmodum ceteroquin de jure sancitur per *Text. in l. Properandum §. fin. autem C. de Judiciis, & in cap. finem litibus de dolo, & contumac. Adden. ad Burat. dec. 921. num. 11. Modern. Ascul. ad stat. Urb. annot. 59. art. 5. Rota post eumdem dec. 189. nu. 3. & in Melevitana, seu Portugallien. Commendæ super expensis 12. Februarii labentis anni §. Etenim cor. R. P. D. meo Aldrovando.*

Cui sane juris censuræ, & propriæ ulterius antiquæ consuetudini obsequendo *Sac. Rotæ Auditorium* numquam excusat devictum ab harum refectione expensarum, etiamsi a principio is obtinuisset sententias favorabi-
66 les, immo & expressas absolutorias desuper etiam quoad expensas reportasset, cum illa tamen æquitativa moderatione in illarū taxatione simplicium scutorum decem pro qualibet instantia, quando longe plus procul dubio effectivi dispendii Victor tolleravit, sicuti liquet ex *connot. in d. annot. 59. ad stat.*
67 *Urb. n. 232.* & pluries dixit *Rota*, & signanter *cor. Celso dec. 12. nu. 3. & dec. 26. n. 29. cor. Bich. dec. 73. nu. 3. & in Rec. dec. 584. num. 6. par. 14. & decis. 622. num. 8. & 9. par. 18. inter impressas post dictas annot. ad Stat. Urb. dict. dec. 189. num. 9. & in d. Melevitana, seu Portugallien. Commendæ super expensis §. Cessabat cor. R. P. D. meo Aldrov.*

Quin etiam temperanter ulterius Agens admittit quandoque compensationem proportionabilem hinc inde, quoties succumbens perspecta tota massa disputationis in plura tamen capita, subdivisæ, victor in aliqua parte, seu capite remanserit, cum sua unicuique in nostro *Tribunali* dispensetur æ-
68 qualitas, & justitia, ex his, quæ etiam de jure habentur apud *Barbos. in l. cum qui nu. 115. & seq. ff. de judic. Rebuff. alleg. art. 1. gloss. unica num. 53. de expens.* cum aliis relatis per *Modern. Ascul. ad Stat. Urbis loco superius alleg. num. 84. Rota cor. Manzanedo dec. 339. num. 4. & in Romana, seu Mexicana Depositi Eleemosinarum super expensis 27. Novemb. 1705. §. Minusq; in fin. cor. me.*

Aliis vero, & præsertim extra Curiam Romanam reputantibus, fore distinguendum, an idem succumbens satis probabilius niteretur fundamentis sistendi in judicio, quoniam tunc eadem justa causa litigandi apud præfata Extera Tribunalia sæpe sæpius consuevit parere sufficientem excusationem, sive absolutoriam a refusione earumdem expensarū, utpote lenitiva illius temeritatis, quam
69 jura abstractive præsumunt in contendente, postea devicto, & judicialiter subjugato, Teste *Fermosin. in cap. finem litibus nu. 10. de dolo, & contumac. Fenzon. ad stat. Urb. cap. 196. nu. 28. & seqq. Rovit. super pragmat. pr. de expens. num. 6. Modern. Ascul. d. annot. 59. art. 3. nu. 47. Adden. ad Pamphil. dec. 89. num. 10. Rota coram Arguelles dec. 12. nu. 4. et in Eugubina Juris pascendi super expen. 11. Jun. 1708. §. Quovero cor. me.*

Applicando proinde ad rem, cum negocium discuteretur non in ipso *Sac. Rotæ Auditorio*, sed in particulari Congregatione composita per Prælatos diversi muneris, & Hierarchiæ, cumque pariformiter eadem Congregatio censuerit, Montem fovisse bonum jus saltem in proxime superius connotatis capitibus, necnon in novissimo mox examinando, ac demum etiam cumulative considerayerit eumdem Montem, ejusq; Gubernatores non ultro sese totaliter opposuisse certamini, sed exstitisse præcise provocatos de positivo mandato, & lege SUMMI PONTIFICIS in ejus Brevibus adjecta, ut ibi = *Vocatis, et auditis administratoribus Montis Misericordiæ*, hinc *Domini* ex toto rerum complexu minime ambegerunt, reformandam esse præfatam sententiam ferme quoad omnes expensas redacta, & respe-

ctive demandata dumtaxat reintegratione favore D. Don Francifci quoad illas expenfas, quas eadem Congregatio effective recognovit exftitiffe per eum paffas occafione traductionis litigii ad Laicam poteftatem, five impedimentorum remorantium Juftitiæ curfum in Tribunali Ecclefiaftico, ubi per fupremum, ut par erat, Univerfalis Ecclefiæ Principem delegata fuerat totius Gratiæ cognitio, & exfequutio; hujufmodi namque fpecies expenfarum facile, & totaliter exuere haud poffunt notam aliquam majoris temeritatis, de reliquo etiam femper abftractive ab jure, ut fupra præfumptam, ficuti in hoc propofito, non minus femper fuit animadverfum, & practicatum, ex his, quæ leguntur ex *Text. in cap. fin. §. Pars vero de Officio Delegati, et cap. quoniam* 4. *§. fi quis vero de immunit. Ecclef. cum aliis apud Carill. dec.* 55. *nu.* 9. *et* 10. *et dec.*73. *n.*10. *cum duob. feqq. cor. Bichio*.

Supererat quintum caput exceffus recogniti per *Dominos* in ordine ad memoratam fententiam, illudque quidem erat fuperius, ac etiam fortaffe primo loco enucleandum, aft quia non omnia *Dominorum* fuffragia in hac multiplicitate rerum eamdem methodū obfervabant in fcriptis, prout in fcriptis eadem fuffragia præbere obftringebantur in vim Pontificiæ delegationis, ac etiam quia non omnino unanime in fcrutinio adinveni *Dominorum* Judicium, idcirco ad majorem dilucidationem, & ftudium veritatis referam utrimque opiniones, & fundamenta;

70 *Ferro enim*, ut ille ajebat, *Viam aperit, qui per contraria tranfit*, fecundum etiam ponderata poft *Soccin. fen.* 150. *num.* 1. *vol.* 1. *Rota Januen. dec.* 14. *n.* 113. *Ciarlin. contr.* 37. *num.* 12. *in Veneta, feu Anconitana Pecuniaria dec.* 43. *n.*1. *et in Addit. ad dec.*89. *n.*51. *inter noviffime in Urbe impreff. cor. me.*

Hujufmodi itaque caput infurgebat ex eo, quod toties enunciata Sententia inter fructus eorum Inveftimentorum, feu Capitalium, quorum medietatem SANCTISSIMUS affignaverat Domino Don Francifco, infimul adfcripferat eos, qui proveniebant ab Inveftimentis pro tempore factis a Gubernatoribus Montis, quævε apparebant indubitanter conflata ex fructibus Affis hereditarii Marchionis Friderici, & poft illius obitum a Monte herede recollectis, fed minime diftributis in opera pietatis, quemadmodum injunxerat idem Teftator: Dicebant proinde aliqui ex *Dominis*, hujufmodi fructus videri certe comprehenfos intra fimbrias Pontificiæ largitionis, cum enim Gratia juberet, affignari D. Don Francifco *medietatem eorum fructuum Affis hereditarii Friderici prædicti, qui erogandi effent in opera pia incerta*, ecce quod litteraliter verificabatur utraque circumftantia, cum, ut diximus, dubio procul provenirent ab Affe hereditario Friderici, & de cetero ex illius præcepto erant eroganda in pia opera incerta; quapropter verificata una, & altera parte, feu conditione ejufdem Gratiæ, non erat fluctuandum, an etiam fuper hoc Gratia mereretur exfequutionem, ficuti in his

71 terminis exigit cujufcumque Gratiæ natura, & Juffus Principis, eam concedentis, juxta paffim affirmata poft *Gloff. in cap. fi capitulo verbo exfequatur de conceff. præbend. in* 6., cum relatis per *Rot. decif.* 373. *num.*3. *cor. Coccino, et cor. Cerro dec.* 265. *et* 459. *utrobique num.* 1. *et dec.*806. *pariter n.*1. *et feq. et in rec. dec.* 491. *num.* 2. *par.* 18. *tom.* 2.

Neque obfiftere, fubdebant, quod dum eadem Inveftimenta promanabant ex fructibus Affis quidem hereditarii, fed femper in fe effent provenientia ex fructibus a priftino Capitali perceptis per Montem heredem poft aditam ab eo hereditatem, augere idcirco nequaquam de Jure deberent eam-

72 dem hereditatem, fed ad ipfum heredem pertinerent, & tamquam illius Patrimonium forent cenfendi, ad litteram *Text. in l. Fideicommiffariam §. Ad S. C. Trebell. Peregr. de fideic. art.* 25. *ante nu.*11. *Card. de Luc. eod. tract. difc.* 187. *n.* 3. *Rot. poft Merlin. de legitim. decif.* 60. *in princip. cor. R̃mo D. meo Molines Decano, et in Romana prætenfæ Reintegrationis* 6. *Junii* 1712. *§. Verum etiam cor. Me*.

Occurrere etenim fatis fuperque putabant, id utique verum exfiftere, quoties actum foret de vero herede ad ejus commodum, & utilitatem hereditatem adeunte: aft non ita erat in præfenti, cum Mons Mifericordiæ legeretur infcriptus heres nominetenus, in fubftantia autem per Teftatorem electus fuerit dumtaxat (fpectata ejus intentione, & effectu volito) fimplex Minifter, & merus Exfequutor ejufdem fuæ vo-

73 luntatis, utpote ab eo obftrictus totum penitus diftribuere, ac erogare in opera ab ipfo demandata, juxta diftinctionem, quam inter utrumque cafum conftituunt *Text. in l. Si quis Titio, ibique Gloff. in verbo ut Miniftrum, et l. Lucius §. A te peto ff. de legat.* 2. *Cuman. conf.* 108. *n.*2. *Curt. Jun. conf.*305. *num.* 22. *et* 23. *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 8. *tit.* 4. *num.* 13., *Fagnan. in cap. Joannes num.* 13. *cum feqq. de teftam. Rot. cor. Ludovif. dec.* 544. *num.* 1. *et feqq. et in rec. dec.* 143. *num.* 9. *par.* 8.

Præ-

Præsupposita igitur, & ex prædicta distinctione comprobata translatione substantiæ Tituli heredis in illum Ministri, vel Exsequutoris simplicissimi, utique verum dominium, quod nequaquã potuit transire in heredem, 74 remansit in ipsa hereditate, & consequenter hujus favore fructus attraxit, qui sequela sunt ejusdem dominii, ut post *Bald. in l. si quis ad declinandum n.9. C. de Episc. & Cler.* profitetur *Grat. discept. for. cap.540. n.17. et 21.*, *Rot. cor. Gregor. dicta dec. 544. n. 13.*, *& in rec. dec. 682. nu. 6. par. 2. & dec. 49. num. 35. & seqq. par. 12.*; Et respective dixit *Rota cor. Merlino dec. 796. num.7. vers. & respectu cor. Celso dec. 350. num.11. & in rec. dec. 304. num. 7. 8. & 9. par. 5. tom. 1.*

Quod vero Mons in rei veritate effectus fuerit heres nominetenus, ut innuimus, apparere prædicti *Domini* subjungebant, ex illa vere illuminativa Juris Consultorum demonstratione tam in terminis heredis, quam in illis Legatarii, qui, & ipse de reliquo verus 75 est Dominus rei legatæ, immo in ipsum recta via, & ipso Jure transire dominium dicitur ad *Textum in l. Si tibi homo §. Cum Servus ff. de legat. 1. l. Herennius la 1. ff. de usur.*, quoniam ubi heres, vel Legatarius commodum bursale, vel effectivum emolumentum valeat pro se detinere, utique reputatur, & est verus Dominus, verus heres, verus legatarius, etiamsi reperiatur a Defuncto subjectus tot oneribus, ut quid parum, vel nimis tenue ad ejus utilitatem resideat, & perseveret; ast quando heres, vel Legatarius nihil prorsus emolumenti effectivi penes se uti heredem, vel Legatarium subducere, & detinere potest, tunc posthabito quocumque nomine, uterque evadit, abraso quocumque titulo heredis, 76 vel Legatarii in sua vera essentia, prout a scribentibus existimatur, merus in commissa sibi dispensatione Minister, & Exsequutor, ex his, quæ præclare ostenduntur per *Glos. in l. Si quis Titio verbo, ut Ministrum ff. de legat. 2. Spad. cons. 140. num. 5. lib. 1. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 12. tit. 2. n.3. Surd. de aliment. tit. 8. privil. 24. n.7. Rocca disput. Jur. cap. 44. num. 20. Rot. cor. Ludovis. dec. 544. num. 4., & seqq. Adden. ad dec. 25. nu. 35. & seqq. par. 3. & dec. 546. num. 26. par. 19. tom. 2. Rec.*

Quamobrẽ aptando thesim ad hypothesim, cum Mons quomodocũq; ponderata dispositione, & textura Testamentaria, nec obulum pro se ipso posset retinere, sed omnes, & singulos fructus cogeretur distribuere, & erogare compelleretur in opera concupita, & indicata per Testatorem, ecce quod non poterat negligere hujusmodi implementum, ejus, ut diximus, fidei, & dispensationi commissum a Defuncto, nec vice distribuendi, & erogandi eosdem fructus in pauperes, & opera pia, illos profecto valebat convertere in capitalia, & investimenta, quæ postea evaderent sua, alias ex propria quodammodo culpa, sive ex eo non facto, quod face- 77 re debuisset, injustum certe lucrum reportaret, quod est contra omnia Juris, & æquitatis principia, de quibus est *Text. in l. itaque Fullo ff. de furt. & in l. Julianus §. Offerri ff. de action. empt. Gozzad. cons. 1. n. 1. et cons. 31. nu. 4. Rot. cor. Seraph. dec. 209. num. 4. cor. Coccino dec. 978. n. 16. et decis. 435. nu. 19. par. 18. rec. et in Romana Cambii 3. Febr. 1710. §. Multoque minus*, cõfirmata 17. *Aprilis* 1711. *§. At in altero cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Absque eo quod in oppositum urgere posse videretur mens SUMMI PONTIFICIS, sive ea acciperetur negative, sive positive, negative non quidem, ex quo ei minime fuerit expositum, quod adessent hæc Investimenta ex fructibus minime distributis congesta, unde illius intentio nusquam valuerit ea 78 ullo modo comprehendere, cum nulla intentio, nulla voluntas cadat in ignorata, & incognita, ut inquit *Pomponius in l. si ex testamento ff. de except. rei judicat., Alexand. cons. 103. nu. 18. vers. non obstat lib. 2. Cravett. cons. 3. num. 11. et cons. 105. num. 3. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 11. num. 20. Card. de Luc. de legat. disc. 35. n. 2. et de credit. disc. 100. nu. 6. Rot. cor. Seraph. dec. 1278. num. 4. cor. Cavaler. decis. 340. nu. 4.* cum aliis adductis per *Adden. ad. dec. 523. num. 25. par. 4. tom. 3. rec.*

Neque etiam positive, ex quo gratia loqueretur expresse de fructibus, *qui remanserant, et qui remanent*, unde nequaquam posset id verificari in ordine ad investimenta, quæ proculdubio dici nequibant fructus remansi, prout dici mererentur fructus exstantes, 79 & non commixti, vel alias non recollecti, quando a contrario eo ipso, quod sunt investiti transmigrare dicuntur in sortem, & verum capitale constituunt, ad tradita post *Bald. in l. si convenerit 4. sub nu. 1. vers. sed tantum ff. de pact. dotal. Gutierez de tutel. par. 3. cap. 35. num. 2. Cyriac. controv. for. 430. num. 19. et seqq. Rot. decis. 380. num. 2. par. 15. rec.*

Respondebant quippe prædicti *Domini* ita sentientes, quod de hac negativa voluntate, ex causa non significatæ PONTIFICI exsistentiæ horum investimentorum, nullum figurari, seu desumi poterat Judicium, sive demon-

demonstrari certum vestigium, quinimmo si scivisset SANCTISSIMUS adesse hæc investimenta, profecto etiam medietatem fructuum ab eis provenientium nimium probabiliter assignasset eidem D. Don Francisco, dum is, comprehensis etiam his Investimentis, adhuc minus obtinuisset, quam Pontifex præsupponit, ad eum certo certius pervenire, ad normam relationis Eminentissimi Archiepiscopi, cum semper secundum intentionem Disponentis, & concedentis minor summa includatur in majori proculdu-
80 bio volita, sive præsupposita, ad regulam, de qua *Text. in cap. 1. de arbitris in 6. Baldus cons. 307. vers. in contrarium lib. 1. Menoch. cons. 265. num. 2. et 3. Peregr. dec. 62. n. 2. vers. quanti Judex Rot. cor. Seraph. decis. 267. num. 4.*

Respectu autē positivæ voluntatis SANCTISSIMI iidem *Domini* replicabant, quod non idcirco, ex quo fructus erant conversi in investimenta, naturam imbibitam fructuum exuebant, & maxime dum erant remansi absque ulla intermixtione cum aliis pecuniis, vel effectibus, & hoc non solum citra, sed etiam contra expressam voluntatem Testatoris, quamobrem de facto iidem Montis Administratores (sicuti liquebat, attenta collatione Bilancii per eosdem exhibiti cor. Eminentissimo Archiepiscopo, junctaque relatione prælaudati Hieronymi Nozzii Periti de consensu Partium electi) existimarunt, præcise hujusmodi investimenta uti quodammodo fructus remansi, & augumentativi hereditatis, consideranda esse inter conflātia Assem hereditarium ejusdem Testatoris, illa libere, & palam describentes in libris ejusdem Montis indistincte inter capitalia, sive effectus promanantes ab hereditate Friderici, unde certe non erat alia intelligentia capessenda, sive præsupponenda intentio in Summo Pontifice, quam ea, quæ descendebat ex natura rei, & ex ipsa-
81 met declarativa interpretatione facta per ipsosmet Administratores in propriis libris, ex connotatis per *Castr. cons. 8. nu. 2. vers. ad idem facit lib. 1. Cephal. cons. 165. num. 25. et seqq. lib. 2. Menoch. cons. 93. nu. 13. lib. 1. cum aliis in decis. 857. num. 6. coram Dunoz. Jun. et in rec. dec. 682. n. 4. par. 2.*

Ceterum his non obstantibus major Pars *Dominorum* in contrariam abiit sententiā permota, quod Gratia Papæ satis explicata, & expensa eluceret per verba, de quibus etiam supra, admissionis scilicet D. Don Francisci, *ad medietatem tantum illorum fructuū assis hereditarii Marchionis Clusani, qui erogandi essent &c.* cum etenim tractaretur hodie de fructibus actu jam per Montem conversis in capitale, & non amplius perdurantibus in natura, & essentia fructum, eadem profecto investimenta, tamquam sequuta non ex præcepto Testatoris, sed ex facto
82 prorsus voluntario ejusdem Montis heredis, illius proinde Patrimonium, & non defuncti hereditatem peraugerent, ad mentem, & difinitionem *Text. in l. in ratione ff. ad l. falcidiam, & l. fideicomm. ad Trebell. Peregr. de fideicomm. art. 35. nu. 10. & 11. Card. de Luc. de fideicomm. disc. 187. num. 3. & dixit Rota in supradicta Romana prætensæ reintegrationis 6. Junii proximi præteriti §. Figuremius cor. me.*

Cessare autem, subnectebant, applicationem præmissæ distinctionis inter heredem, sive Legatarium, nomine tantum, vel effectum verum Dominum, quia retentis iisdem terminis non sine ullo prorsus, ut ita dicamus, emolumento, & in gradu simplicis exsequutoriæ videbantur versari Gubernatores, dū ex judicio ejusdem Testatoris considerati noscebantur uti veri Domini effectivi, valentes proinde ad eorum libitum disponere etiam in beneficium Montis (ut in rei veritate erat) ab illis contradistincti, quemadmodum coruscabat ex eodem Testamento *Cap. 16.* in quo post obitum propriæ uxoris relictæ usufructuariæ universæ suæ hereditatis, Testator dixerat = *che li Governatori di quello ne vagliano disporre a beneficio di detto Monte*, potissime cum iidem Gubernatores non apparerent præcise Legari in illud, & illud peculiare opus implicare effectus hereditarios, quin potius ipse Mons largius, quā cetera Xenodochia, locaque Pia, quæ passim instituuntur, & passim fiunt citra contradictionē veri heredes, valebat uti ficta legalis persona non de per se administrans, sed per alios, reputari, & esse verus Dominus, verus Dispositor in hæc, vel illa opera, loca, aut personas, ac propterea, si qui erat occasione prædictæ actualis erogationis pecuniæ, titulus Ministri, & Exsequutoris simplicis, seu meri, poterat rectius aptari ma-
83 nualibus, & inferioribus Officialibus, non autem ipsi Monti in genere, seu Gubernatoribus, secundum animadversa post *Abbat. in cap. postulasti num. 2. vers. Administratorem de his quæ fiunt a Prælat. per Fagn. in cap. Pastoralis num. 3. eodem tit. Tondut. quæst. benef. lib. 1. cap. 63. num. 9. Rot. in Romana Census 3. Decembris 1703. §. Mens autem cor. Rmo Omanna Episcopo Giennen.*, & in ejus confirmatoria 7. Junii 1709. §. *Neque excusari cor. R. P. D. meo Aldrovando.*

Defi-

Deficere tandem in omnem casum visa est intentio, & voluntas summi largitoris PONTIFICIS non solum in supradicto statu negativo, nimirum, quod cum ipse nesciverit, adesse hæc investimenta, neque quod plus est, exstiterit super illis supplicatus, sed ex opposito loquutus simpliciter fuerit de fructibus, per neminem profecto valebat, quam super solis fructibus, iisque tamquam fructibus effective remansis, seu non investitis excogitari, gratiam exstitisse diffusam; verum etiam, ut præmisimus introspecto modo, & intentione positiva, juxta quam SANCTISSIMUS Gratiam fuerat impartitus, quoniam sive summa sit infra, sive supra mensuram concessionis, adhuc horrent regulæ nostræ, quod Gratia restricta seu lo-
84 quens de una re trahatur, ac extorqueatur ad aliam, ut præter jam relatos habetur quoque ex passim cumulatis per *Surd. consf. 164. num. 22. Honded. conf. 35. nu. 31. lib. 2. Mans. consult. 374. num.45. & seqq. Rot. cor. Dur. no dec. 48. num. 14. & 15. & cor. Dunozz. jun. decis. 966. num. 7. et in recen. dec. 90. num. 18. et decis. 109. n. 9. par. 4. tom. 2.*

A primo itaque ad ultimum ablatis phaleris, & laxioribus fimbriis per sententiam Curiæ Archiepiscopalis, quam, ut par erat, Brevibus Pontificiis adauctis, seu subextensis, redactaq; idcirco Gratia, & beneficio SANCTITATIS SUÆ ad normam ejus piissimæ & justissimæ intentionis, nequivit Congregatio ullo modo censere, ut alias æquo animo fecisset, locum aperiri potuisse applicationi ejus laudi merito de cetero San. Sedi per *Divum Bernardum* attributæ in *Epistola* 180. per illa verba = *hoc solet habere præcipuum Apostolica Sedes, ut non pigeat revocare quod a se forte deprehenderit fraude elicitum, non veritate promeritum*, sed potius appensa ad juris, & congruitatis lancem recta in substantialibus exsequutione præfatorum Brevium per eamdem sententiam definita, atque concessa vicem sibi usurpare dignovit constantem ipsius Sedis Apostolicæ
85 regulam deprомptam ex *cap. si super Gratia de offic. delegat. et ex cap. cui nulla de præbend.* utrobique in 6. & per Bonifaciū VIII. reassumptam in *Regula* 16. *de reg. jur.* pariter in 6. cum plena commendatione *Glossæ* cunctorumque inibi Scribentium nimirum = *DECET CONCESSUM A PRINCIPE BENEFICIUM ESSE MANSURUM*.

Brictinorien. Parochialis.

Veneris 25. Novembris 1712.

ARGUMENTUM.

Subcollectores si actu sint Parochi, in iis, quæ concernunt curam animarum, & Sacramentorum administrationem, subjiciuntur Ordinario. Regula 4. hodie 5. Cancellariæ exemptionem Concedens subcollectoribus a potestate Ordinarii, quomodo sit intelligenda, & impetranda sit unicitas subcollectorum ab eadem Regula demandata pro requisito prædictæ exemptionis.

SUMMARIUM.

1. *Beneficia subcollectorum vigore Regulæ Cancellariæ sunt Pontifici reservata.*
2. *Et quid dicendū si Beneficia sint Parochialia, et an ad Ordinarium spectent intellige* n. seqq.
3. *Explicatur* Regula 5. Cancellariæ, *et illius initium, atque effectus adducitur.*
   Subcollectores plenarie eximuntur a potestate Ordinarii; Declara num. 6., & seqq. & de ratione nu. 9.
4. *Subcollectores si sint Parochi effective in concernentibus ipsius curæ, & Sacramentorum administrationem subjiciuntur Ordinario.*
5. *Quod procedit etiam in Regularibus, qui ut ceteri Parochi in iis, quæ pertinent ad animarum Curam, subjiciuntur proprio Diœcesano.*
6. *Subcollectores ut eximantur a Potestate Ordinarii debent esse unici in aliqua Civitate, seu loco, juxta requisitum d.* Regulæ quintæ. Declara num. 11. 13., & 14.
7. *Quinimo in subcollectoribus non tantum requiritur unicitas Officii, sed quod sit eadem unicitas eis attributa per totam Diœcesim cum plenaria universali Jurisdictione.*
8. *Etsi eodem tempore alius deputetur, posterior hoc casu alterum detrudit.*
10. *Regula 5. Cancellariæ dicitur odiosa, & quare.*
12. *A dominio, & Jurisdictione temporali fieri nequit illatio ad dominium, sive Jurisdictionem spiritualem.*

DECIS. DXCIV.

Utrum in casu Regulæ, vel potius unius ex limitationibus, quas adnotavit *Mandos. in suis comment. ad Reg. 4. Cancel. quæst.* 3. proprius versaremur, acriter disceptari contigit in præsenti Causa inter Petrum Paulum, & Josephum Antonium, primo exhibente provisionem controversæ Parochialis Ecclesiæ *Arcis S. Cassiani*, obtentam a suo

suo Ordinario, & altero Apostolicam collationem, & coram *R. P. D. meo Falconerio sub die* 14. *Martii* 1712. triumphavit postremus, respondente *Rota, litteras Apostolicas esse exsequendas*, & id ipsum in ulteriori prosequutione *cor. Me* hac die *Tribunal* sancivit, utpote rescribens rursus, ac firmius pro legitima decretæ exsequutionis exsequutione.

Regula, de qua erat sermo, constituebatur ab ipsa regula prius in ordine *la* 4. & hodie 5. Apostolicæ Cancellariæ, per quam non solum reservata remanserunt cuncta Beneficia generalium Collectorum fructuum, & proventuum ipsius Cameræ Apostolicæ, sed etiam subalternantium Subcollectorū; Nulla etenim quæstio effective insurgebat ex facto: certum quippe apparebat, quod Dominicus ultimo loco Parochus defunctus, & de cujus vacante Beneficio agebatur, fuisset creatus Subcollector ab Apostolico Nuncio apud Serenissimum Magnum Etruriæ Ducem residente, usque sub die 29. *Novembris* 1686. quodque in hujusmodi Officio perseverasset usque ad Annum 1691. ideoque cum tempore intermedio idem Dominicus fuerit Parochus constitutus, & consequutiva munia, juraque Parochialia exercuerit, de plano sequebatur, quod videretur, esse locus *Regulæ quintæ* prædictæ, quæ etiam in littera id exprimebat ob ea verba

1 = *illa videlicet Beneficia dumtaxat, quæ durante eorum Officio obtinebant, & a quibus, seu ad quæ Jus eis competebat*, prout quoque citra contradictorem connotarunt *Æneas Falcon. de reser. quæst.* 4. *princ. effect.* 22. *in princ. Bellene. tract. de charit. subsid. quæst.* 119. *num.* 2. *Mandos. super eadem Regul.* 4. *in princ., Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 51. *num.* 67. *Garz. de Benef. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 352. *Card. de Luc. de Benefic. disc.* 9. *nu.* 4. *Rot. dec.* 259. *num.* 4. *par.* 9. *rec. & dec.* 249. *num.* 3. *par.* 18. & in terminis alterius deputationis factæ a Nuncio Florentino *in Burgi S. Sepulchri Beneficii* 12. *Junii* 1701. §. *Reservatio, cor. R.mo D. meo Molines Decano*, confirmata 27. *Junii* 1703. *cor. eodem*.

Quin ullo modo excipi mererentur ab eadem *Regula* Beneficia Parochialia sub prætextu

2 obsistentiæ Decretorum Sacrar. Congregationum Concilii, & Ecclesiasticæ Imunitatis, quæ reintegrare videntur Ordinarium in sua potestativa Jurisdictione super Parochis etiam exsistentibus, sive effectis Subcollectoribus, ut penes *Monacell. in Formul. Ecclef. par.* 10. *in Append. pag.* 361. *num.* 28. Quoniam memorata Decreta nihil statuebant contra, vel in ordine ad præmissam *Regulam* reservatoriam, sed quia inter cetera Privilegia, quæ Summi Pontifices dispensarunt hujusmodi Subcollectoribus, ut par est pro indigentiis, sive exigentiis Cameræ Apostolicæ impigre laborantibus specialiter indulserint plenariam ipsorum Subcollectorum exemptionem a potestate Ordina-

3 rii, ut habetur ex *Rebuff.* qui in ejus Commentariis ad prædictam *Regul.* antiquitus *quartam* Cancellariæ *in prax. Benefic. fol.* 443. tenendum est (inquit, atque testatur) ejusmodi, exemptionem exordium usque sumpsisse a *Constitutione Joannis XXII.* exarata Avenione, postmodum confirmata per *Clementem VI.*, quodque ipse viderit diploma concessionis, quamobrem de hoc amplius nec dubitarunt *Zerol. in praxi Episc. par.* 2. §. *Exemptio vers.* 5. *Novar. in summa Bullar. Comment.* 122. *num.* 2. *par.* 2. *Mandos. ad Regul.* 4. *quæst.* 8. *sub n.* 3. cum aliis *in d. Burgi S. Sepulchri Beneficii* 12. *Junii* 1702. §. *Certius*.

Hinc Juremerito prælaudatæ Sac. Congregationes declararunt, seu decrevere, quod si Subcollectores Cameræ Apostolicæ non exsistant simplices Beneficiati, seu Clerici aut Sacerdotes, verum sint Parochi effectivi, ex quo Animarum Cura immediate pertinet ad Episcopos, idcirco in concernentibus ejusdem Curæ, & Sacramentorum administrationem, titulus, & exemptio illis

4 minime suffragetur, quin ratione præfatæ Curæ directe subjaceant correctioni, & omnimodæ potestati ipsorum Episcoporum, quorum quodammodo speciem Vicariatus exercent, sicuti animadverterunt *Card. de Luc. Miscell Ecclef. disc.* 1. *num.* 70. *Nicol. in Flosful. verb. Subcollector nu.* 2. cum aliis plene relatis *in secunda brevi decisione hujus Causæ* 3. *Junii mox elapsi* §. *Quo vero, cor. R. P. D. meo Falconerio*.

Idque videmus in longe fortioribus terminis Regularium, antiquiori, & forsan generaliori atque fortiori exemptione suffultis, quod adhuc, ea non obstante, in spectantibus ad prædictam Animarum Curam subii-

5 ciuntur uti ceteri indifferenter Parochi proprio Diœcesano, *Card. de Luc. de Regul. disc.* 15. *num.* 4. & *disc.* 32. *nu.* 2. & *de Jurisd. disc.* 4. *nu.* 4. *vers. circa vero, & de Paroch. disc.* 13. *num.* 4. *Spada cons.* 57. *num.* 6. *lib.* 1. *Pignatell. tom.* 3. *consult.* 58. *num.* 5. *Rot. dec.* 391. *nu.* 4. & 5. *par.* 13. *dec.* 20. *num.* 7. *par.* 18. *rec. & in Firmana Jurisdictionis super reservatis* 15. *Aprilis* 1701. §. *Idque, cor. R.mo D. Molines Decano*.

Hæc circa Regulam in se; sed ab ea, illiusque visce-

visceribus litteraliter quoque pariformiter insurgebat castigatio, ac limitatio, nimirum quod isti Subcollectores subeuntes reservationem *Regula* 5., seu sub illa cadentes, debeant esse *unici* in quacumque Civitate, vel Diœcesi, ut ibi = *& Unicorum in quacumque Civitate, vel Diœcesi, qui suo tempore Officium exercuerint, Subcollectorum*; quare cum sub eisdem annis fuisset a Reverendissimo Thesaurario expresse quoque deputatus in Subcollectorem hujusce met Civitatis, & Diœcesis Archidiaconus Tamberlichius, quin etiam hæc eadem illius deputatio per triduum prævenisset facta in Personâ Do-
6 minici prædefuncti, & ulterius postmodum perdurasset usque ad annum 1694., deficere palam videbatur prædictum essentiale requisitum *unicitatis* sine qua amplius locum sibi non vindicat præfata *Regula quinta*; ad passim affirmata per *Mandos. ad d. Regul. quæst.* 1. *num.* 1. *&* 2. *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancell. glos.* 51. *num.* 73. *Garz. de Benef. par.* 5. *cap.* 1. *n.* 357. *Barbos. de potest Episc. alleg.* 57. *num.* 117. *par.* 3. *Modern. Cleric. de Benef. disc.* 38. *n.* 14. *Rot. cor. Caval. dec.* 16. *num.* 1. cum pluribus aliis allegatis *in Zamoren. Canonicatus impress. post Novariũ in summ. Bullar. dec.* 46. *nu.* 15. *& dec.* 47. *num.* 12. Adeout, ad differentiam genera-
7 lium Collectorum, utique in Subcollectoribus non tantum requiratur hujusmodi unicitas Officii, sed quod exsistat eadem unicitas illis attributa per totam Diœcesim, cum plenaria, omnimoda, & universali Jurisdictione, quemadmodum prosequuntur *idem Gonzal. ad Regul.* 8. *gloss.* 51. *num.* 73. *Garz. de Benef. par.* 5. *cap.* 1. §. 6. *nu.* 375. *Barbos. de potestat. Episc. par.* 3. *allegat.* 57. *num.* 119. *Card. de Luca de Benefic. disc.* 8. *nu.* 6. *Rot. in Zamoren. Canonicatus impress. post Novar. in summ. Bullar. dec.* 46. *n.* 11. cum aliis in *cit. Burgi S. Sepulchri* 27. *Junii* 1703. §. *Et quamvis cor. Rmo D. meo Decano*: Quodque e converso si eodem tempore alter deputetur, pro hac multiplicitate tol-
8 lenda, ipso facto unus nempe posterior alterum detrudat, testis est *Bellenc. de Charit. Subsid. quæst.* 109. *in princ. Mandos. ad d. Regul.* 4. *quæst.* 10. *num.* 2. *Verall. dec.* 138. *num.* 1. *par.* 2. *& dec.* 385. *nu.* 6. *par.* 5. *& dec.* 249. *num.* 15. *par.* 18. *rec.* cum aliis *in d. Burgi S. Sepulchri Beneficii* 12. *Junii* 1602. §. *Prout etiam*.

Addito, quod licet hujuscemodi reservatio Beneficiorum, quæ obtineantur ab actu exsistentibus subcollectoribus, admodum videatur esse rationabilis, ex quo hujusmodi subcollectores statim efficiuntur Papæ Officiales, & illius Ministerio, & servitio in continenti remanent adscripti, proindeque non deceat, quod Inferior, sive Ordinarius
9 manus apponat in eorum Persona rebus, & Beneficiis, ut recte observavit *Bellencin. d. tract. de Charit. subsid. quæst.* 94. *in princ. Mandos. ad dictam Regul.* 4. *quæst.* 8. *sub n.* 3. *post medium Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæst.* 32. *num.* 164. *Gonzal. ad reg.* 8. *Canc. gloss.* 51. *sub num.* 1. *Barbos. in collect. ad Concil. Trid. sess.* 24. *cap.* 11. *num.* 6. *de reformat. Rot. in rec. dec.* 265. *num.* 2. *par.* 2. *rec.*, *& in sæpedictaBurgi S. Sepulchri* 12. *Junii* 1702. §. *Certius, cor. Rmo D. meo Decano*.

Nihilominus ex altera non minus æquipollenti ratione (etsi oriente ab æquitate, & moderatione summorum Pontificum) neque etiam congruit, quod per multiplicationem horum subcollectorum Ordinarii sentiant præjudicium tot reservationum, ac impediantur conferre paulatim cuncta Beneficia propriæ Diœcesis, quod inter fructus illorum residentiæ apprime numeratur, & adscribitur, & proinde apud plerosque eadem reservatio interclusa *in Regula* 5. cen-
10 seri solet odiosa, ex traditis per *Rebuff. in prax. Benef. in not. ad d. Regul.* 4. *vers. notandum, Chochier. de Jurisd. in exempt. par.* 1. *quæst.* 4. *n.* 6. *Mand. ad d. Regul.* 4. *quæst.* 9., *& num.* 3., *&* 4. *Marant. respons.* 44. *num.* 9. *par.* 2.

In hoc igitur conflictu regulæ, & limitationis utrinque pugnantium, & in facto justificatarum, ac magis in abstracto indubitabilium prævaluit apud Dominos accurata, æquitativa, & Juridica ponderatio, quod tunc unicitati adversetur duplicitas subcollectorum, quando hæc proveniat ab eodem fonte, & ad eundem effectum, sed si eorum alter exstiterit Deputatus ratione propriæ potestatis (prout hic) a generali Cameræ Apostolicæ Thesaurario, alter vero a Nuncio S. Sedis, tunc eadem duplicitas mini-
11 me faciat, quominus satis superque remaneat subjectus prædictæ *Regulæ quintæ* ut loquendo etiam in casu similium deputationũ practicatarum in una, eademque Civitate, atque Diœcesi, uno ore affirmarunt *Card. de Luc. de Benef. disc.* 10. *nu.* 6. *Rosa de exsequut. litt. Apostol. par.* 1. *cap.* 7. *n.* 73. *Rot. cor. Dunoz. Jun. dec.* 100. *sub num.* 6., *et dec.* 111. *num.* 11., *et dec.* 876. *num.* 8., *et cor. Emer. Jun. dec.* 1020. *num.* 9. *et in rec. dec.* 255. *num.* 6. *par.* 5. *tom.* 1., & firmavit *altera dec. in hac causa die* 14. *Martii labentis Anni* §. *Quandoquidem*.

Quantumvis enim littera præfatæ *Regulæ quintæ* videatur, ut supra, desiderare hanc unici-

tatem

tatem *in quaecumq; Civitate vel Dioecesi*, atque ideo ratio, propter quam uno, eodemq; tempore aderant in hac Dioecesi duo subcollectores, motivum, congruentiam, aut necessitatem desumeret a Dominiorum, & Principum separata Ditione, nempe S. Sedis, & Magni Ducis, & propterea adhuc ea non tolleret, quod non esset violata singularitas loquendi adhibita per eamdem *Regulam*, dum, non, ex eo, quod Dioecesis seu Territorium Spirituale hujus vel alterius Episcopi amplectitur loca sita in diverso, ac etiam independenti Dominio temporali, scinditur ipsa Dioecesis, & de una fiunt duæ, eum a
12 Dominio, & Jurisdictione temporali minime valeat illatio ad Dominium, & Jurisdictionem Spiritualem, juxta ponderata in his terminis per *Textum in cap.* 1. *juncta Gloss. in verb. locis de Relig. Domib.*, *Gloss. in Clem. ne Romani §. Sane in verb. Dioecesis de elect. Card. de Luc. de Jurisd. disc.* 1. *nu.* 16. *& 17. in fin.* cum ceteris plena manu adductis in illa *Fulden., seu Nullius Jurisdictionis* 1. *Junii* 1708. *§.* 88., *& in Nullius, seu Caputaq. Jurisd.* 14. *Decembris* 1711. *§. Ceterum cor. me.*.

Siquidem facile obviam ivit huic animadversioni altera in his terminis consideratio deprompta ex eisdem præcordiis allatæ superius congruentiæ, per quam Summi Pontifices præscripserunt in *Regula* hanc unicitatem, nempe ut minus præjudicium inferretur Ordinariis, sed, & hic idem Discursus oculariter retorquebatur; ne enim unquam præsumi possit, quod Papa eum Episcopis judicetur ad imparia, ideo debeant etiam iidem Episcopi tolerare, quod in his circumstantiis non tam passim contingibilibus, nempe concessionis ejusdem S. Sedis, quod ad instantiam Principum pro eorum territoriis alii subcollectores, & Ministri deputentur, ipse Papa, ipsa S. Sedes haud deperdat totum suum Jus, totamque *Regulam* in sui detrimentum destruat, & infirmet, retento quippe sensu contrario, & dato, quod duo quodammodo necessario destinentur in his casibus subcollectores, ecce, quod numquam in hisce Dioecesibus per exsistentiam
13 horum duorum Summus Pontifex conferre posset illorum Beneficia, ut affirmaverant, & recte, superius allegati *in §. Hac circa regulam*, quibus addi possunt *Bellenc. d. tract. de Charit. subsid. quæst.* 118. *Ventr. in prax. rer. notab. Eccles. tit. de reserv. Benef. annot.* 2. *§.* 2. *num.* 52. *Maranta d. responso* 44. *n.* 8. *par.* 2. *Rot. cor. Royas dec.* 347. *num.* 8.

Quamobrem ex opposito, quia ut tritum est, ratio est Anima legis si regulariter ille unicus subcollector *Regulæ quintæ* obnoxius, debeat plenariam, universalem, ac omnimodam habere Jurisdictionem in tota Dioecesi, nihilominus quoties tractatum fuit de unico, in rei veritate deputato subcollectore eum non tam ampla apparentia, & plenitudine Jurisdictionis, attamen nisi eodem tempore adfuerit alter subcollector, quia tunc præservantur Jura Ordinariorum, & præservatur Jus S. Sedis, solide, & geminate resolutum fuit, quod sufficiat deputatio, minus quidem effrenata in verbis, & in
14 Diplomate, sed in actu, & in effectu unica, ut lato calamo in sæpe allegata *Burgi S. Sepulchri Beneficii* 12. *Junii* 1702. *§. Certius & 17. ejusdem mensis* 1703. *§. Et hic cor. R.mo D. meo Molines Decano*.

Atque ex his adhæsive etiam de cetero ad ea, quæ luculentius ostensa fuerunt in præcedenti Instantia *cor. R. P. D. meo Falconerio*, ut præmisi *sub diebus* 14. *Martii*, *&* 3. *Junii* 1712., in hodierna quoque Audientia *cor. Me* Domini, Josepho tantum informante, responderunt.

Lauretana Legati super expensis.

Lunæ 28. *Novembris* 1712.

ARGUMENTO

Non indiget.

SUMMARIUM.

1. *In expensarum taxatione si nullus repertus fuerit excessus S. Rota* negative *solet respondere.*
2. *Expensa Judiciales, quæ vivæ appellantur nullam defalcationem admittunt.*
3. *Excessus etiam in obulo inducitur.*
4. *Sola quantitas* ♃ 10. *Victori refunditur pro Expensis Procuratorum, et Amanuensium.*

DECIS. DXCV.

IN exsequutione præcedentis rei Judicatæ ex trium Sententiarum confirmatione promanantis taxaverat R. P. D. meus Lancetta expensas a Carolo Francisco Victore exbursatas in scut. 149., sed detrectante Nicolao succumbente illas refundere, ideoq; ad Signaturam (ut moris est hujusmodi Reorum) recurrente, opus fuit introspicere, an ullus in eadē taxatione forsan coincidisset excessus; sed nec præfato Nicolao illum hodie ullatenus indicante, neque eo a Dominis reperto, merito prodiit resolutio negativa, ut alias ex hac eadem resolutione respondit Tribunal in similibus, & signan-
1 ter *in illa Romana Alimentorum super expensis* 31. *Januarii* 1709. *§. Et idcirco cor. Me*, & magis de recenti *in Bononien. fideic.*

de

de Bavosiis super expensis 17. *Junii* 1712. §. *Hinc pariter cor. Me*.

Sub oculis enim rimata lista earumdem expensarum, visum illico fuit, eas in afsuetas duas Classes esse divisas, & repositas, major quippe pars continebat quidquid fuerat effective erogatum pro astruendis, parandisque Juribus necessariis, quæ cum sint expensæ prorsus Judiciales, & ideirco appellantur vivæ, non admittunt ullam defal-
2 cationem, quam in hac parte totidem exbursavit Victor, itaut vix recuperet illorum importantiam, unde potius, quam de lucro captando idem Triumphator peragit de damno, quod sibi procacitas, seu protervia Adversarii causavit, evitando, per ea, quæ in his terminis citra difficultatem semper dictum fuit per *Rot. dec.* 224. *n.* 8. *par.* 15. *dec.* 221. *num.* 3. *par.* 16. *dec.* 583. *num.* 1. & 2. *par.* 18. *rec. in Perusina Successionis super expensis* 13. *Januarii* 1708. §. *Quo autem cor. R. P. D. meo Aldrovando, in Lucana fideicomm. super expensis* 22. *Junii* 1712. §. *Non enim cor. R. P. D. Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, & *in pr. decis. num.* 30. *inter hactenus in Urbe impress. cor. Me*.

Diximus *vix*, quia semper in hisce taxationibus a Causæ Relatore, seu Ponente resecatur, quod excedit numerum denarium, sive scutorum vulgo *Rotti*, idque indulgente potius consuetudine, quam vigore Juris, quod
3 etiam in obulo consistit, ad tradita per *Bart.* & *DD. communiter in l. si non fortem* §. *Si centum ff. de condict.* & *demonstr. Cocc. in annot.* 77. *num.* 9. & 10., & *annot.* 309. *num.* 11., & *seqq. impress. post ejusd. decis. tom.* 1. *Rot. cor. Gregor. dec.* 198. *num.* 50., *et cor. Cerr. dec.* 124. *num.* 2.

De altera autem classe, quæ nuncupantur mortuæ, nulla erat occasio prætendendi excessum, & signanter quatenus attinebat ad illas implicitas in Patrimoniis, & in Amanuensibus, cum pariter potius eadem consuetudo introduxerit in S. Auditorio, quod refundatur Victori sola quantitas sc. decem pro qualibet Instantia, quando tamen longe plures hac occasione solent exire de crumena Triumphantis, & hoc ex illa ratione, de qua *Card. de Luca de Judic. disc.* 39. *num.* 17. *Rot. cor. Dunozet. Jur. dec.* 948. *num.* 6. *dec.* 186. *num.* 1. *par.* 15. *rec. in Urbinaten. prætensa Immissionis* 25. *Junii* 1708. §. *Extrajudiciales cor. R. P. D. meo Aldrovando*, & *in prælaudata Lucana Fideicomm. super expensis* 22. *Junii* 1712. §. *Non enim in fine cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, & *in dec.* 1. *n.* 4. *inter in Urbe hactenus impressas cor. Me*. Et ita &c.

Illerden. Hereditatis de Gomar.

Veneris 9. *Decembris* 1712.

ARGUMENTUM

Habes supra in Decis. 531. quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1. *Fideicommissum si dotis debitum persolvit statim relevationem habet contra bona libera principalis debitoris*.
2. *Descriptio bonorum in Inventario, veram, & realem eorum exsistentiam præsefert, quousque de ejusdem errore clare doceatur*, & num. 3.
3. *Quantitas bonorum probatur, ex confessione facta per possessorem*.
4. *Alienans fideicommissum illud tenetur reintegrare*.
5. *Simplices assertiones elidere non valent confessiones jam facta in actu serio, & proportionato, scilicet in Testamento*.
6. *Ad iteratam debiti solutionem cogi nemo debet*.
7. *Clausula* sine Præjudicio *non operatur effectum suspensivum, sed devolutivum*.
8. *Exsistentia scripturæ, sive librorum de tempore mota litis penes eum, qui ad exhibitionem pulsatur, non præsumptive, sed concludenter probari debet*.
9. *Restitutio uti quid facti est concludenter probanda, non autem præsumenda*.
10. *Librum, qui tenetur custodire, cogi potest ad illius exhibitionem*.

DECIS. DXCVI.

Canonizata per Signaturam Justitiæ cum clausula exsequutionis præservativa, seu *sine præjudicio* Imissione per *Sacram Rotam* decreta sub *diebus* 15. *Maji*, & 2. *Decembris* 1699. *necnon* 26. *Martii* 1700. *coram claræ memoriæ Card. Caprara*, & 3. *Aprilis* 1702. *coram Eminentissimo de la Tremoille* favore Manumissorum piarum Causarum ad Bona indifferentia, & libera Petri Francisci de Gomar, relicta pro constituendis dotibus Puellis de descendentia suorum Consanguineorum designatis, cum *Mihi*, in locum prædicti *Eminentissimi de la Tremoille* suffecto, non clare liqueret, quæ, & qualia Bona ad memorati Petri Francisci hereditatem libere spectare dicenda forent, super quibus exsequutio *a Signatura* permissa consummari valeret, opus habueram sub *die* 4. *Februarii* 1705. exquirere a Dominis: *An*, & *quomodo*, & *pro quibus bonis ad formam rescripti Signaturæ relaxandum foret mandatum*, sed cum ad quinque signanter Bonorum corpora Manumissorum instantia dirigeretur, super unico tamen, scilicet super

Domo *affirmativum*, & favorabile iisdem Manumissoribus *prodierat responsum*, reservata alteri propositioni, coadjuvatis tamen probationibus discussione aliorum quatuor corporum, nempe Prædii nuncupati *di Balaffia* Castri *di Montiliù* Census *librarū mille* creati cum Francisco Ferrerio, necnon quarto loco aliorum Censuum per diversas particulares personas favore ejusdem de Gomar impositorum, pro quibus detegendis prætendebatur exhibitio cujusdam Codicis, seu Libri Censualium, qui penes Patres Monasterii de Monserrato Collitigantes existere asserebatur, quibus tandem sub *die* 24. *Aprilis anni* 1711. per me iterum *Dominorum* Judicio expositis alia tria Corpora, nempe Prædium *di Balaffia*, Censum scutorum mille, & memoratum Codicem, seu Librum Censualem iisdem Manumissoribus in contumaciam Monasterii diu lacessiti, ac frustra expectati, adjudicanda iidem *Domini* censuerant, cum pro Castro *de Monteliù* pretium fuisset jam per Monasterium Manumissoribus amicabiliter persolutum; sed expergefacto Monasterio, eidemque ex consueta *Tribunalis* benignitate sua Jura deducendi, antequam proferrent sententiam, facto loco, revocatis idcirco hodie memoratæ meæ *Decisionis* viribus ad novum examen sub acri utriusque Partis contradictione, *Domini* nihilominus *in decisis* persistere decrevere.

Quamvis enim pro obtinendo recessu a decisis primo loco quoad prædium *di Balaffia* scribentes pro Monasterio negarent, fore locum restitutioni ejusdem pretii in summa *librarum* 1069., sive quia eidem Monasterio tamquam Cessionario Jurium dotalium Elisabeth de Sala Uxoris relictæ ab Antonio de Gomar filio fideicomittentis competeret ejusdem Prædii, seu pretii retentio ex privilegio *Auth. Res qua Cod. communia, de legat.*, sive quia in omnem casum non teneretur, nisi ad refusionem librarum 800. quanti important duodecim Jugera dicti Prædii ab ipsis vendita, ut constat ex eodem Instrumento per eosdem Manumissores in actis exhibito ad probandum, dicti Prædii alienationem per Monasterium factam, nunquam vero condemnari posse ad sexdecim Jugera, seu ad illorum pretium *in libris* 1069. exagerarent, *Domini* nihilominus utrumque Monasterii fundamentum pari insubsistentia vacillare dignoverant. Etenim prætensio retinendi Bona fideicommissaria pro Dote Elisabeth, locum habere non poterat, non docto prius per idem Monasterium de inexistentia Bonorum liberorum Antonii ejus Viri principalis Dotis debitoris, cujus immo Bona omnia, signanter Castrum *de Miravall*, & alia Corpora libera per idem Monasterium retinebantur, ut firmatum exstitit in mea *Decisione diei* 4. *Junii* 1703. itaut si fideicommissum tam-
1 quam Fidejussor Dotis prædictæ debitum persolvisset, statim pro relevatione contra bona Antonii principalis debitoris per Monasterium possessa verrere se valuisset, ex connotatis per *Card. de Luca de Dot. disc.* 141. *num.* 101. *& seq.* cum ceteris adductis per *Rot. in Foralivien. Fideicommissi de Torellis super reservatis* 20. *Martii* 1705. §. *similem in fine coram bon. mem. Muto* impres. *apud Paulut. dissert. legalium* 37. *decis.* 4. *tom.* 1.

Quantitas vero 16. Jugerum subsistere adhuc *Dominis* videbatur tam ex descriptione in eadem quantitate facta per Mariam Medionam ejusdem Monasterii Auctricem occasione Inventarii tutelaris Antonii ex ejus cum Fideicommittente Conjugio procreati, quæ
2 descriptio veram, & realem existentiam præsefert, quousque de ejusdem errore palpabiliter doceatur, ad passim connotata per *Mascard. de probat. conclus.* 938. *Gratian. discept. forens. cap.* 765. *num.* 61. *Rot. coram Duran. decis.* 337. *num.* 7., *&* 18. cum ceteris abunde relatis in mea *Decisione*, quæ revidetur *sub.* §. *Et primo*: Quam ex ipsa Monasterii debitoris confessione emissa occasione vindicandæ possessionis controversi Prædii a Tertiis illius detentoribus, quæ illud in Jugeris 16. expræsserat, itaut stante geminata confessione sive ejusdem Monasterii, sive Mariæ ejus auctricis amplius de veritate quantitatis dicti Prædii in 16.
3 Jugeribus adnotatæ dubitare *Domini* non valerent, per ea, quæ post *Text. in cap. Per tuas de probat. l. cum te Cod. de transact. & l. Generaliter, Cod. de non numerat. pecun.* docuit eadem *Rota in decis.* 1108., *& decis.* 1214. *utrobique num.* 1. *decis.* 452. *num.* 22. *par.* 19. *tom.* 2. *recent.*, *& in Genen. Distributionum* 17. *Junii* §. *Sed coram Eminentiss. de la Tremoille*,

Non attento, quod in Instrumento venditionis ipsius prædii per Monasterium expletæ a Manumissoribus producto, dictum Prædium in solis Jugeribus 12. enuncietur; Quoniam dictum Instrumentum a Manumissoribus afferebatur ad effectum tantum probandi, quod Prædium ab hereditate memorati Petri Francisci Fideicomittentis derivaverat, quodque per idem Monasterium fuerat alienatum, ad hoc, ut ad pretii refusionem teneretur, ut præcipit *Text. in l.*

4 *in l. final. ff. de negoc. gest. Bartol. in l. Mater tua, Cod. de rei vindicat.*, *Rota decis. 169. num. 23. coram Dunozett. Jun. decis. 903. num. 12. par. 19. Recent.*, *& in Ferrarien.*, *seu Anconitana Fideicommissi super fructibus 9. Junii 1704. §. Quatenus vero coram Me*, cum de cetero positis geminatis confessionibus in actibus feriis, propriis, & proportionatis per idem Monasterium, & Mariam eorum Auctricem antecedenter emissis, deferendum amplius non videretur gratuitæ assertioni in dicto Instrumento venditionis ex post per idem Monasterium factæ, in cujus libito non erat amplius absque alia demonstratione eamdem quantitatem minuere, nec ejusdem Instrumenti productio per Manumissores facta cum consuetis præservativis protestationibus apta erat eli-
5 dere prædictas probationes, ex quibus eroneitas expressionis 12. tantum Jugerum in eodem Instrumento connotatæ detegebatur, ex traditis *per Rotam in decis. 8. num. 9.*, *et decis. 10. num. 6. lib. 3.* inter impressas ad ornat. *Card. de Luca tom. 1.*, *et in Romana Fideicommissi de Dotiis 28. Martii 1710. §. Demum coram Reverendissimo Domino meo Molines.*

Restitutionem pariter secundæ partitæ, scilicet Librarum 1000., quas ex retrovenditione Census ad hereditatem Petri Francisci de Gomar spectantis exegerat Maria Auctrix Monasterii, evadere satagebant Scribentes pro eodem Monasterio sub duplici pariter argumento, altero nimirum incompetentiæ Judicii, & altero factæ, seu bonificatæ jam ejusdem Census solutionis. Et quidem agi non posse pro hujusmodi censu in hoc reali Judicio Immissionis contra Monasterium prætendebant, eo quia illud nec possederit unquam, nec extinxerit dictum censum, & ubi conveniri valeret tamquam heres Mariæ, quæ illum retrovendidit, id in suo proprio judicio agi deberet, petendo mandatum contra Bona hereditaria ejusdē Mariæ Medionæ, ex quibus nil amplius per Monasterium possideri ostenderetur: Quatenus vero actio intentata sustineretur, adhuc Monasterium absolvendum esse a petitione memoratæ summæ librarum 1000. tamquam jam restitutæ comprobare conabantur iidē Sribentes pro monasterio, eamdem restitutionem, seu compensationem deducere satagentes ex *Decisione* in hac Causa emanata *coram Eminentiss. de la Tremoille diei 3. Aprilis 1702.* in qua *sub §. Accedente, & in §. Neque hic*, dictum fuerat, quod idem Census a Maria exactus imputatus fuerat in ejus creditum dotale, & ea de causa denegata fuerat eidem Monasterio Mariæ heredi retentio aliorum Bonorū ejusdem Petri Francisci, quam pro ejusdem dotalis crediti satisfactione prætendebat, ideoque si semel idem Monasterium coactum fuit sortem ejusdem Census librarum 1000. in sui crediti dotalis satisfactionem imputare, co-
6 gi iterum hodie nec debeat, nec possit ad iteratam ejusdem debiti solutionem, contra censuram *Text. in l. Bona fides ff. de reg. jur. 6.*, de qua *Rota in decis. 643. num. 1. coram Coccin.*, & alibi passim.

Ex quo pariter oriri subjungebant iidem Scribentes pro Monasterio, quod cum coram *Eminentiss. de la Tremoille* fuerit aperte firmata imputatio dicti Census in prædictum dotale creditum, si hodie diceretur, contrarium definitum fuisse *coram Me* de anno 1703. sane concurreret difformitas Sententiarum, nec esset amplius exsequibilis, quoad hunc Censum clausula = *Sine præjudicio trium in ea parte &c.*; Deesset enim in hac parte conformitas, essetque ex ejusdem *Signaturæ* mente assumenda disputatio coram Judice *ad quem*, cui data difformitate censetur Causa commissa, suspensa interea exsequutione, quam *Tribunal* tamquam Judex *a quo* demandare non poterit citra vitium nullitatis ex tribus, defectus nempe jurisdictionis, ex vulgatis,

Hisce tamen minime obstantibus *Domini* etiam quoad hanc partitam, *in decisis* persistere non dubitarunt; Circa enim ordinem Judicii animadvertebant, quod cum qualitas hereditaria istius census desumeretur ex Inventario, & super restitutione facienda per Monasterium Bonorum omnium in eorum Inventario descriptorum adesset jam res judicata, frustra hodie competentia judicii Immissionis criticari valuerit. Quo vero ad prætensam imputationem memorati Census in crediti dotalis Mariæ satisfactionem, & consecutionem sententiarum contrarietatem, eam nullatenus desumi posse *Domini* dicebant *ex Decisione Eminentissimi de la Tremoille*, quia etsi ibi dictum fuerit, pretium hujusmodi Census cessisse in satisfactionem Dotis Mariæ, non tamen id fuit principaliter, & solide resolutum, sed potius enunciatum per quamdam exuberantem rationem pro deneganda Monasterio retentione ceterorum bonorum Petri Francisci ex causa dicti crediti dotalis, quod de cetero erat turbidum, & illiquidum, donec, & quousque Maria, vel illius heredes rationem reddidissent de tot mobilibus, gemmis, auro, argento in hereditate dicti Petri Francisci repertis, & ad

ad ejusdem Mariæ manus pervenit, & in eodem Inventario per ipsam Mariam descriptis, cum quibus dictum dotale creditum plusquam satisfactum remansisse *Domini* existimaverant, itaut nulla tunc subesset necessitas hujusmodi censuum in illa præsumpta satisfactione comprehendendi; Quæ veritas, & intentio cum fuerit subinde declarata in altera posteriori mea *Decisione* edita sub *die 3. Junii 1703.*, & ad illius normam lata tertia sententia, quæ rem judicatam constituit, postmodum per *Signat. Justit.* cum clausula *sine præjudicio* approbatam, frustra hodie in suspensivo hæc imputa-
7 tio opponebatur, ad tradita per *Card. de Luc. de judic. disc. 38. n. 13., et seq.* & millies *per Rot.* & signan. *in dec. 50. n. 15. & seq. cor. Card. Cer.*

Tertio demum loco impugnabatur per Monasterium restitutio aliorum censuum hereditariorum Petri Francisci, & exhibitio Codicis, seu Libri, in quo Debitores Censuarii ejusdem hereditatis descripti reperiuntur, eo quia respectu censuum, numquam ii pervenerint ad Monasterium: quod possessionem tantum bonorum stabilium adeptum fuerat: Quo vero ad Codicem extranea primo loco dicebatur prætensio cogendi ad illius exhibitionem Monasterium in vim rei judicatæ, cum de ea in præcedentibus instantiis nullum unquam factum fuisset verbum, & idcirco particulare super eadem exhibitione instituendū ex integro foret judicium: Ulterius etiam dicebatur, non fuisse concludenter doctum, quod idem Liber ad Mariam Medionam Auctricem Monasterii pervenerit, cum etsi ille adnotatus fuerit in Inventario, attamen cum Antonius, Petri Francisci filius, & heres, terminata ejus tutela, & factus major, præsumatur unacum hereditate recepisse etiam illum Codicem, & postea ad Elisabeth ejus Uxorem, & heredem eum pariter transmisisse, nullo idcirco pacto videretur probata exsistentia ejusdem Libri, nec penes Mariam Medionam, quæ prædecesserat eidem Antonio, nec penes idem Monasterium, quod pro juribus tantum dotalibus ejusdem Mariæ nonnullorum bonorum possessionē adeptum fuerat: quando pro fundamento actionis ad exhibendum exsistentia libri, ultimo loco, &
8 obligatio in iisdem personis prædictū librum conservandi fuisset concludentissime justificanda, per ea, quæ præcipit *Text. in l. 3. in princ. §. Sciendum ff. sciendum ad exhib. & Glos. in l. Non ignorabit verb. fuisse, Cod. ad exhib.* & docet *Innoc. in c. 1. in fin. de probat. Rota in dec. 82. n. 2. cor. Cavaler.* cum concordan. *in dec. 6. n. 5.* inter hucusque impress. *cor. Mc.*

At horum quoque objectorum irrelevantia immutare *Dominorum* Judicium non valuit: Quo enim ad alios Census, etsi ii non probati fuerint pervenisse ad manus Monasterii imo possibile dicatur, eos post obitum Mariæ devenisse ad Antonium ejus filium, qui erat primus vocatus ad fideicommissum Petri Francisci, non tamen ex hoc evitari posse censebant executionem mandati contra bona hereditaria Mariæ, quæ ex descriptione facta in Inventario non dubitabatur Census possedisse, non suffragante sola possibilitate illorum restitutionis factæ eidem Antonio, quæ uti quid facti esset probanda, non autem præsumenda ad effectum,
9 ut Maria a rationis redditione liberaretur, secundum ea, quæ in proposito ad *Text. in l. 1. C. de prob.* & tradita per *Bart. in l. Illa ff. de verb. signif.*, docent *Alex. cons. 21. col. 2. vol. 2. et Rot. in Dec. 1329. n. 5. cor. Em. Jun.*

Ex quo consequi videbatur, quod Manumissoribus nullum onus incumberet demonstrandi, prædictos census fuisse per Mariam exactos, sed imo per ipsum Monasterium tradenda prius fuerint Instrumenta cēsuum, vel illa indicanda, cum suis fundis, & Debitoribus Censuariis, ad hoc ut iidem Manumissores Jura sua valerent experiri.

Quo vero ad Codicis exhibitionem, eam per Monasterium inevitabilem iterum *Domini* existimabant, quia cum ille ad Mariam pervenisse ex eodem Inventario desumeretur, planum emergebat etiam, quod eadem de hoc libro, sicut de aliis rebus hereditariis rationem reddere teneretur, ideoque dum hodie agitur contra heredes ejusdem Tutricis, non sufficere existimabant iidem *Domini* allegare, quod non probetur exsistentia contra ipsos, cum tenerentur illum custo-
10 dire, ideoque jure merito ad ejusdem exhibitionem cogendi sint, ut in his terminis respondit *Tribunal in Faventina Redditionis Rationis super exhibitione Librorum 17. Martii 1706. §. Neque coram bon. mem. Caffarellio* habentes se de cetero in hoc remissive ad ea, quæ in mea *Decisione sub §. Verum & sub §. Validius*, quæ revidebatur, fuerant connotata. Et ita &c. utraque &c.

Faventina hereditatis.

Luna 12. Decembris 1712.

ARGUMENTUM.

Renunciatio quando, & ex quibus circumstantiis dicatur penitus realis, & abdicativa, præcipue si sit facta a Muliere jam dotata, & quid super hoc statuat Statutum Faventiæ. Jus repræsentationis datur in filio in gradum Patris, seu Matris, & an Mater renun-

renuncians præjudicare possit filiis ex persona propria, mediante Jure repræsentationis, venientibus.

SUMMARIUM.

1. *Jus repræsentationis datur in filio post obitum suæ Matris in cujus locum, sive gradum subintrat, & ex propria Persona venit*, & nu. 24.
2. *Renuncians adspirare nequit ad hereditatē, sive successionem, jam a se abdicatam, atque remissam.*
3. *Multoque minus illius filii, ac causam ab eodem renunciante habentes*, & nu. 5.
4. *Renunciatio penitus abdicativa, & realis ex quibus arguatur.*
6. *Clausula* constituti *in renunciatione apposita abdicationem, ac realitatem importat, & transfert dominium in renunciatariū.*
7. *Renunciatio emissa in actu recipiendæ dotis dicitur penitus abdicativa, & realis.*
8. *Donare est perdere.*
9. *Donatori, vel Donatrici non datur amplius regressus ad bona donata.*
10. *Heres tenetur observare factum sui Auctoris defuncti.*
11. *Renunciatario stipulante* pro se, heredibus, & successoribus quibuscumque *renunciatio dicitur transitoria ad extraneos, & quoscumque etiam incognitos, excluso semper renunciante* Declar. n. 20.
12. *Semel exclusus perpetuo semper remanet exclusus.*
13. *Soror postquam renunciavit, satagens admitti ad consuccessionem ad bona fraterna cum sorore innupta, quæ talem non emisit renunciationem, est omnino excludenda.*
14. *Quod dicendum est etiam de sorore consanguinea tantum non renunciante, quæ excludit sororem utrinque conjunctam renunciantem.*
15. *Renunciatio emissa a Muliere transeunte ad Nuptias numquam præsumitur realis.*
16. *Statutum Faventiæ excludit ab hereditate Patris feminas propter dotem, & propter masculos.*
17. *Ultima successio, & persona respective, quæ successit, attenditur ad effectū cognoscendi, an hereditas a Patre, vel a filiis proveniat.*
18. *Statutum Urbis cap. 142. etsi vocet tantummodo filios in conditione positos ad hereditatem Patris, et non Patrui, attamen præmortuo eodem Patruo locum sibi vindicat etiam in illius bonis, utpote effectis patrimonium Patris.*
19. *Renunciationes factæ favore heredum renunciatarii operantur tantum, ut ipse renunciatarius possit de bonis sibi renunciatis ejus arbitrio disponere.*
21. *Actus in donationem protendens an sit vera donatio.*
22. *Contractus a principaliori denominatione, cum qua contrahentes processerunt, veram substantiam, & quidditatem recipiunt.*
23. *Verba donationem præseferentia non tollunt naturam alterius veri principalis contractus, cui adjiciuntur.*
25. *Heres non tenetur observare factum, quod ejus Auctor non promisit.*
26. *Filii ex propria persona venientes an possint, viva Matre, assequi successionem, cui ipsa renunciavit.*
27. *Ea tamen mortua, d. successionem assequi, et obtinere debent.*

DECIS. DXCVII.

Reassumpta disputatione boni juris, quod coram *A.C. meo Cerro* fuerat reservatum in concessione manutentionis, per eum attributæ Fabritio, aliisque fratribus de Tonis super medietate bonorum hereditariorum Hyacinthi ipsorum Avunculi, hodie non dubitarunt *Domini*, illud etiam absolute suffragari prædictis Nepotibus in plenario possessorio, ceteroquin in prima instantia minime discusso.

Præcipue etenim a peculiari motivo differendæ renunciationis, cui (ut infra) nitebatur Anna Maria Matertera, non erat abstractive controvertibile, quod cum fato cessisset ab intestato prænominatus Hyacinthus relinquens ex una parte post se Fabritium, ceterosque ex Francisca sorore præmortua Nepotes, & ex altera præfatam Annam Mariam Sororem actu superstitem, illius proinde juridica successio ad normam Testamenti Legis suppletivæ alterius deficientis hominis vigore repræsentationis æque divisa, atque devoluta deflexerit in prædictam Annam Mariam superviventem, & respective præcitatos Nepotes, qui in Franciscæ Matris mor-
1 te præventæ gradum subintraverant, ita ad litteram disponente *Textu in §. Si igitur defunctus in Auth. de hered. ab intest. venient. Auth. cessante Cod. de legit. herede Faber. in Cod. lib. 2. tit. 3. de pact. defin. 14. Bellon. de Jur. accrescen. cap. 9. quæst. 1. n. 14. et seq. et quæst. 11. num. 19. cum seqq. Torr. de pact. futur. success. lib. 2. cap. 24. num. 74. et seq.* & signanter *num. 79. et* 80. egregie *Rota in Recent. decis. 265. num. 24 par. 13.* cum aliis uberrime, ac plusquā digeste collaudatis in illa *Romana, seu Firmana successionis* 10. *Decembris 1698. §. Circa in fin. coram me* inter impressas hic in Urbe *in ordine la 67. sub n. 14. et seqq.* & antea in eadem causa 10. *Ja-*

nii

nii 1695. coram Eminentiss. Priolo, et 26. Februarii 1698. coram bon. mem. Muto .

Tota igitur amaritudo reducebatur ad renunciationem, quam præcedenter memorata Francisca Mater occasione dotis a Patre receptæ in illius favorem emiserat, ut ibi = *Per se, suos heredes etc. renunciavit, et renunciat, cessitque, et cedit etiam titulo donationis inter vivos dicto D. Fabritio de Venturis præsenti, stipulanti, et acceptanti pro se, et suis heredibus omnia jura sua quæcumque præsentia, & futura sibi quomodolibet competentia, & quæ in futurum competere possent in, & super quibusvis bonis paternis, maternis, & fraternis præsentibus, et futuris quovis jure &c. & ex alia quacumque causa cognita, vel incognita, cogitata, vel incogitata*, unde inferebatur, quod introspecta tali, adeoque ampla renunciatione, Francisca se, suosque tamquã civiliter mortua penitus abdicaverit ab omni successione, & præcipue fratrum, qualis erat Hyacinthus, quorum signanter bona litteraliter etiam voluerat in renũciatione exprimere, & comprehendi, atque ob

2 id sicuti ipsa Francisca si vixisset, neutiquam aspirare valuisset ad hanc Successionem jam totaliter abdicatam a se, & realiter remissam, ad regulam *Text. in cap. quam periculosum 7. quæst. 1. lib. 1. §. Qui semel ff. de succes. Galerat. de renunciat. tom. 1. lib. 2. cap. 1. num. 4. Surd. decis. 106. num. 19. Rot. coram Dunozet. Jun. decis. 113. num. 2. et decis. 953. num. 1.* cum aliis in *Romana Dotis* 20. *Novembris* 1711. *§. Postremo, coram me*, ita nec etiam possent desuper filii quidquã prætendere, licet forsan de reliquo, remoto hoc impedimento, succedere Avunculo,

3 unacum Matertera, ut supra quivissent, ut in proposito renunciationis realis tradiderunt *Rovit. cons. 94. num. 7. Dec. cons. 18. num. 7. Surd. cons. 353. num. 42. vers. Tertio respondetur lib. 3.* Cum reliquis per *Rotam decis. 149. num. 3. par. 12. recent.*

Quod autẽ juxta verba superius transcripta satis præfata renunciatio appareret penitus abdicativa, & absolute realis, liquido constare prætendebatur, ex quo eadem verba erant nimis effrenata, & complectebantur expresse etiam bona futura, & in futurum

4 sibi quomodolibet competentia, & competitura, quemadmodum fuit late demonstratum, & in suis casibus admissum per *Surd. cons. 267. num. 6. et 31. Menoch. cons. 401. num. 119. Episc. Rocc. disput. Jur. cap. 55. num. 18. in fin. Card. de Luca de renunciat. disc. 7. num. 9. Franch. decis. 375. num. 2.* ibique *de Luca num. 4. Rota decis. 90. n. 6.* inter hactenus in Urbe impressas coram me cum ceteris relatis *in Romana renunciationis 11. Januarii 1712. §. Nihilominus* pariter *coram Me*, quare cum Mater in his terminis de medio sese abstulisset, nequi-

5 bant postea ejus filii, cessante tali medio, & conjunctione, ex se aliquid concupiscere, & obtinere, ut prosequitur *Altograd. cons. 66. num. 45. & seqq. lib. 1. Rovit. cons. 42. num. 11. & 12. lib. 1. Caren. resol. 225. n. 7. Conciol. alleg. 31. num. 7. Rota apud Merl. de legit. decis. 48. num. 17. & seq.*

Certius, quia hisce propositionibus non deerãt etiam concomitantes conjecturæ animum undique correspondentem verbis indicantes, nempe clausula *Constituti* translativa ex tunc omnis Juris, ac dominii, ac etiam possessionis rerum, & bonorum renunciatorum in Patrem renunciatarium, idque ex causa tam æqua, tam justa Dotis ab eo receptæ, unde merito Francisca sese faciebat, & fa-

6 cere poterat extraneam, ex quo jam acceperat, quod tamquam Femina poterat a paterna domo efflagitare, per ea, quæ in proposito clausulæ *Constituti* in renunciationibus apposite ponderarunt *Rovit. dicto cons. 42. num. 12. Caren. d. resol. 225. nũ. 8. Conciol. d. allegat. 31. num. 6. Rotã decis. 10. num. 41. coram Ottbobon.* & in puncto *in Urbevetana Immissionis 20. Aprilis 1711. §.*

7 *Ast certius, coram Me*, & in ordine ad prædictam considerationem renunciationis contextualiter emissæ in actu recipiendæ dotis prosequuntur *Soccin. cons. 34. vers. Sed prædictis videtur obstare vol. 4. Merlin. contr. for. cap. 5. num. 2. Conciol. dict. alleg. 31. n. 10. Cutel. de donat. intuitu matrim. disc. ult. part. ult. num. 120. vers. hic casus Rota in rec. decis. 356. num. 14. par. 13.*

Eoque evidentius (uti sibi blandiebantur Defensores Mariæ) attento quod Francisca non sese dumtaxat coarctavit intra limites solius renunciationis, sed titulum quoque donationis expressit, & augmentative cumulavit ut ibi = *titulo etiam Donationis inter vivos irrevocabilis*, quo sane casu, quia, ut dicebatur in illa *Cavallieen. Donationis 21. Novembris 1707. in principio coram Me*,

8 Donare est perdere, per modum quodammodo infernę desperationis nusquam datur Donatrici, vel Donatori regressus ad bona donata, ex traditis in prædicta *Cavallicen. Donationis 10. Februarii 1706. §. Et ratio fuit, coram Reveren. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, & latius 21. *Novembris* 1707. *§. Cum igitur, & pluribus seq. coram Me*, in qua propositio, & materia hæc fuse distinguitur, & ornatur, & postmodum in eadem causa dictum quoque fuit *sub die*

2. Ju-

2. *Julii 1710. coram R. P. D. meo Lancetta*.

Potissime demum (subjungebant) quia nec deerant tam respectu Renunciantis, quam relative ad Renunciatarium aliæ clausulæ, quæ videbantur ad oculum dirimere controversiam; ex latere siquidem Renunciantis, ipsa devenit ad prædictam renunciationem per se, & suos heredes, & consequenter memorati Fabritius, aliique fratres non erant exaudiendi etiam ex propria persona,
10 cum enim exstitissent Matris heredes, ullo modo poterant illius factum, & promissionem non observare, ex collectis post *Text. in leg. Cum a Matre Cod. de rei vindicat. per Bellon. consf. 15. num. 10. Thesaur. quæst. for. lib. 2. quæst. 90. num. 15. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. quæst. 11. sub num. 12. Card. de Luca de renunciat. disc. 15. num. 7. Rota coram Buzat. decis. 154. num. 3., & coram Emerix Jun. decis. 37. num. 5.*

Ex opposito autem, dum Pater ex altera parte Renunciatarius eamdem renunciationem stipulatus fuerat, & acceptaverat *pro se, heredibus, & successoribus quibuscumque*, dubitabile amplius non videbatur, quod eadem renunciatio tamquam effecta, & volita transitoria ad quoscumque etiam extraneos, nunquam idcirco bona in illa subinclusa possent nedum ad Sororem, prout hic, devolvi, sed potius infallanter transferri ad quoscumque etiam incogitatos quomodolibet de Jure heredes Patris Renunciatarii,
11 exclusa semper renunciante, uti comprobavit *Grass. in §. Successio ab intestato sub n. 13. versic. quinimmo Covar. in 3. par. select. §. 3. vers. 7. Ursill. ad Afflict. in annot. ad decis. 161. num. 4. vers. quod primo casu Rota coram Ottobono d. decis. 10. num. 17. & 18. in Urbevetana Immissionis 20. Aprilis 1711. §. Ast certius coram Me*; itaut conspecta prædicta dictione litteraliter expræssa, & explicata = *quibuscumque* = non oporteret assumere disputationem, quæ pro constituenda renunciatione reali vigore spatii relicti in albo disceptata noscebatur *in Sacro Auditorio* in illa celebri *Romana Hereditat. de Lanuviis*, & signanter *in meis Addit. ad decis. 15. sub num. 33. §. Et ex his inter hactenus in Urbe impræssas coram me* ubi memineram *Decisionis* precedenter editæ in eadem causa *sub die 5. Decembris 1681. §. Nec clausula cum sequentibus coram bon. memoria Guaxardo*.

Augere ulterius satagebant præfati Defensores efficaciam horum discursuum etiam præveniendo, quod ubi possibile fuisset cogitare, quod Francisca devenisset ad hujusmodi renunciationem contemplatione forsan familiæ, seu fratrum præexistentium unde illis defectis, prout hic expirasset, ac defecisset quoque renunciatio, nam per cogitatum admisso etiam hoc supposito, (quod tamen expressissime denegabant, præcipue attenta prædicta stipulatione = *pro heredibus, & successoribus quibuscumque*) nihilominus hoc utique fortasse veru subdebant, quoties prædicti fratres contemplati, vivente adhuc patre, præmature objissent, ast cum e controverso iidem fratres, & signanter Hyacinthus supervixisset, hinc Fran-
12 cisca, & ab ea causam desumentes tamquam ab eodem Hyacintho ex altero fratre semel exclusi, perpetuo quoque remanere debebant exclusi *Paris. consil. 26. nu. 29. volum. 3. Angel., Pisanell. in addit. ad Napodan. ad consvetud. Neapol. si moriatur fol. 83. lit. D., Merlin. Pignatell. controv. 5. n. 7. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 5. num. 18. 19. 20. Michalor. de fratr. par. 3. cap. 12. num. 79. Mastril. decis. 65. num. 17.*

Ast ne juxta nostri Ævi quamdam, ut ita dicamus, infirmitatem (prout suo etiam tempore conquerebatur *Curt. Jun. consf. 118. sub num. 6. vers. sed quia devenimus ad hanc faecem temporum &c.*) ultra fundamenta juris, & rationis, interventus etiam *Doctrinarum* punctualium desideraretur, quæ hoc specifice firmarent, postremo concludebant, quod in hisce met terminis unius sororis renunciantis, & adhuc satagentis admitti ad consuccessionem ad Bona fraterna cum soro-
13 re innupta, quæ talem non emisit renuciationem, quod citra scrupulum Renuncians veniat excludenda, videre erat penes *Mart. vot. Pisan. 250. per tot. Matthæum de Afflict. decis. Neap. 161. nu. 3. & in ejus addit. vers. quod Soror*, & in durioribus de Sorore consanguinea tantum non renunciante, quod ea quoque excludat Sororem; quamvis utrinque conjunctam ultimo defuncto, quæ
14 renunciavit, individualiter dixit *Rota coram Emerix Jun. in decis. 581. num. 1. & 2.*

Hisce omnibus tamen parum, immo in nihilo refragantibus *Domini* contrarium, ut præmissimus, existimarunt, triplici, & insimul ineluctabili innixi fundamento, & primo, quia nec ullatenus absolute in facti circumstantiis, de quibus agebatur, renunciatio poterat etiam reductive ad Franciscam censeri ullo modo penitus abdicativa, & realis, adeout nec ab ea, si adhuc viveret de facili posset auferri simultanea consuccessio in hereditate Hyacinthi fratris novissime defuncti cum Anna Maria Sorore: Præmissa enī regula, quod cum versaremur in Renunciatione non jam emissa per Feminam Religio-

rum quod in prædicta partitione non tantum divisa extiterunt Bona Francisci communis Patris ab intestato defuncti, sed etiam intermedia portio obventa Equiti Thomæ, qui eum, ut toties diximus, tamquam major censum impugnare non posset, eamque proinde obligationem transfuserat in ejus bona, & quonam modo poterat Joseph recusare solutionem faciendam a suo Au-
32 ctore, & illius interim bona detinere, conspirante per viam exceptionis regula, quæ passim objicitur Actori *frustra petis &c.* ad *Text. in l. bona fides ff. de regul. jur. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 2. quæst. 69. num. 13., Rota in Romana fideicommiss. 6. Maji 1709. §. Minusque, & in Romana hereditatis 18. Aprilis 1712. §. Circa verum, cor. Me.*

Neque enim umquam valuisset Joseph consequi in dimissione ultra bona paterna etiam prædictam Thomæ portionem in tot bonis, nisi correspective in se accollasset eumdem censum pro intranti quantitate scut. 1500. prout consimiles accollationes assumpsere illius fratres respectu tam ejusdem debiti Census residualis, quam aliorum debitorum, alias divisio manifeste remansisset inæqua-
33 lis inter fratres de bono, & æquo, ut præmisimus, dividentes, idque sane est contra naturam, sive substantiam ipsius divisionis, ut in *l. unde si Nerva ff. pro socio Bartol. in l. societatem §. Arbitrorum nu. 25. ff. eodem R. P. D. Zaul. ad Stat. Favent. lib. 7. rubr. 26. nu. 6. & 26. Rot. post Constant. ad Stat. Urb. dec. 40. nu. 4., & in Pisauren. Emphyt. 29. Januarii 1712. §. Quin etiam cor. Me.*

A primo itaque ad ultimum comperto, quod omnino subsisteret creditum DD. Comitum, & proinde illorum favore relaxandum esset mandatum *Domini* inutile existimarunt respondere primæ parti propositæ dubitationis, utrum *constaret de re judicata*, idque vigore cujusdam sententiæ in prima Instantia ab A.C. per Josephum reportatæ; quidquid enim foret, necne de lapsu temporis quomodolibet inductivi ejusdem rei judicatæ, utique cum toties de illa dubitaverit *Tribunal cor. bo. mem. Caffarello*, in altera successiva Instantia, indubitanter hodie non poterat haberi ratio de illa re judicata, quã semper injustitia penitus tollit, & irrũpit, ad *Text. in l. 4. §. Condemnatum ff. de re judicat. Rot. cor. Ottbob. dec. 161. num. 2. cor. Emer. Jun. dec. 567. nu. 1. in rec. dec. 185. n. 6. par. 19., & in dec. 50. n. 1. inter hactenus in Urbe impress. cor. Me.*

Utraque &c.

disc. 39. *num.* 4. *Rot. dec.* 218. *n.* 8. *par.* 10. *rec.*, & in specie census *idem Card. de Luc. de Usur. disc.* 20. *num.* 12., *Cenc. de Censib. quæst.* 73. *num.* 16. *vers. is enim*, & plene *Rota post eumdem Cenc. dec.* 547. *n.* 1. & 2. & *in Romana Census* 27. *Junii* 1698. §. *Nam primum*, *cor. clar. mem. Card. Caprara*, & in durioribus terminis etiam ratihabitionis
26 (ceteroquin non applicabilis) quando ratihabitio provenit ex facto expresso ratificationis, voluere *Bartol. in l. ab emptione ff. de pact.*, *Aretin. cons.* 128. *col.* 2. *versic. Secunda species*, *Modern. Asenl. ad Stat. Urb. annot.* 48. *art.* 3. *nu.* 165. *Thomat. dec.* 100. *num.* 20. *Surd. dec.* 70. *num.* 14. & *Rot. cor. Gregor. dec.* 359. *num.* 9.

Absque eo, quod (retenta hac nimia differentia inter ratificationem, & accollationẽ) amplius congrueret illa conclusio, quod promittens solvere debitum intelligatur, quoties exsistat valide, & legitime contractum, quia hoc verum exsisteret, & forte applicabile, quando essemus in terminis puræ ratificationis, vel ostenderetur, neque Canonicum Claudium, neque Equitem Thomam fuisse valide, & legitime obligatos, dum illorum respectu, ut superius supponebatur etiam in objecto, exstitit Census impositus. Verum assumpta mediate per viam accollationis in substantia, seu reductive satisfactione eorumdem debitorum, & quis dicer, non teneri debita dissolvere eum, qui illa exbursare promisit,
27 cum hi, & non alii sint proprii, & veri termini supradictorum Jurium *in l. non dubium in fin. Cod. de legib.*, quæ in contrarium objiciebant, prout in codem supposito obloquuntur *Parisius cons.* 110. *num.* 10. *lib.* 1. *Mantica de tacit. lib.* 14. *tit.* 35. *n.* 31. cum aliis per *Rot. cor. Cerro dec.* 363. *num.* 14.

Atque hinc non erat opus reassumere ea, quæ abstractive circa hanc non probatam scientiam nullitatis Juris supra referebantur, nempe, quod adhuc palpata justitia negocii in specie etiam ratificationis respondit *Rota*, scilicet, quod quando contractus initus fuit in Civitate plena Populo, & suf-
28 fulta Jurisperitis, qui facile consuli poterant, incongruum est allegare Juris ignorantiam, ut ex complexu similium circumstantiarum videre est apud *Tob. Non. cons.* 88. *num.* 23. *Surd. cons.* 523. *num.* 15. *lib.* 4., *Rota in Romana Census* 23. *Junii* 1692. §. *Nilque refert*, *cor. bon. mem. Card. Caccia inter impress. ad mater. de Luc. de donat. & empt. dec.* 37. *num.* 10., & *in alia Romana Census* 26. *Martii* 1708. §. *Et licet in medio cor. R. P. D. meo Aldrovando*.

Minusque oportebat discurrere de hac cõventa accollatione intra domesticos Lares absque præsentia Creditoris; Quia non tantum retinendo terminos meræ ratificationis suffecisset eidem Creditori assueta Clausula = *quorum interest* = imbibita in Instrumento divisionis posteasubsequutæ, ut in proposito quærendi actionem absentis, cujus tamen inter-
29 sit, frequenter connotarunt *Bartol. in leg.* 2. *ff. rem Pupil. salv. for. Bertazzol. claus.* 18. *glos.* 3. *num.* 5. *usque ad* 9. *Grat. cons.* 12. *n.* 7. *vol. prim. Gratian. discept. for.* 683. *num.* 10. *Rot. dec.* 2120. *num.* 1. *cor. Coccin.*, & *decis.* 224. *post Zacch de obl. Cam.*, & in terminis ratificationis, quæ fieri potest absente patre, plene *Surd. decis.* 70. *num.* 18., & *seqq.*

Ast citra amaritudinem retinendo terminos accollationis, quæ ad differentiam delegationis exposcentis præsentiam Creditoris, ad hoc, ut pateat absolutionem respectu prin-
30 cipalis Debitoris, ex deductis ad *Text. in leg. delegare* 11. *ff. de novat. l.* 1. *Cod. eod. Bartol. in l. singularia num.* 18. & 19. *ff. si cert. pet.* per *Dec. cons.* 107. *nu.* 2. *vers. nam primo*, *Rota coram Priolo decis.* 78. *num.* 15., & 16. *in Bononien. subhastationis prima Julii* 1707. §. *Nec defectus*, *in medio coram Reverendissimo Kaunitz Episcopo Labacen.* cum aliis plena manu relatis *in Romana Spolii* 19. *Februarii* 1712. §. *Quoniam in fine coram Me.*

Nequaquam idcirco consensum, & præsentiam Creditoris exquirit, quia per accollationem nullibi sequitur liberatio principalis Debitoris, sed ad favorem ipsius Creditoris acquiritur nova actio contra accollan-
31 tem, compatibilis cum veteri erga Debitorem accollatum, uti animadvertit *Posth. de subhast. inspect.* 37. *num.* 33. & 35., *Salgad. in labyrint. Credit. par.* 2. *c.* 6. *n.* 104. *Modern. Foroliv. dissert. for.* 45. *num.* 49. *Rot. post Cenc. de Cens. dec.* 238. *num.* 2. *in Romana Salviani* 19. *Februarii* 1712. §. *Secundum*, & *in dicta Romana Spolii sub eod. die* 19. *Februarii* 1712. §. *Quoniam cor. Me*, & in punctualibus terminis, idem *Modern. Forolivien. dissert.* 13. *num.* 2., & *seqq.*, & *nu.* 16. *cum duob. seqq.* idemque *Posth. dec. Bonon.* 20. *ex num.* 1. *cum plur. seqq. Censal. dec. Lucen.* 89. *num.* 19., & insequendo tradita in meo *Tract. de Commerc. & Mercat. disc.* 65. *num.* 51. confirmavit *Rota in Romana Census* 26. *Februar.* 1706. §. *Cum enim cor. bon. mem. Caffarello*.

Denique quando hæc omnia quodammodo per hypothesim deficerent, aliud subingrediebatur fundamentum destructivum exceptionis nullitatis adductæ a Josepho, nimirum

ulteriori expressione = *anno voluto convenire nell' assegnazione de' debiti, dove potea nascere qualche difficoltà*; ac propterea reputari nequaquam poterat, quod Joseph non habuisset plusquam sufficientem scientiam nullitatis primævæ impositionis Census, dum non solum de ea palam dubitavit per dicta verba = *dove potea nascere qualche difficoltà*, sed declaravit unacum fratribus id
19 agere ad observandam concordiam, cujus intuitu passim in divisionibus, & transactionibus receditur a rigore Juris, ad tradita post *Text. in l. Judicem 21. ff. commun. dividun.* per *Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 2. cas. 123. num. 1. Rota in Rec. decis. 310. num. 5. 9. & 10. par. 19. in Tiburtina Gabbellæ 28. Novembr. 1710. §. Fin., & in Camerinen. bonor. 17. Aprilis 1711. §. Etsi adhuc, cor. me.*

Eoque clarius ponderando, quod inter obligatos in prima impositione Census aderat inevitabiliter obstrictus Eques Thomas, utpote jam præexsistens in ætate majori, & consequenter si voluisset de Jure Joseph abstinere a præfata accollatione, ecce, quod tota moles contractus censualis reincidebat in ipsum Thomam tunc exsistentem in ætate majori, & insolidum obligatum, poteratque idcirco in illam animorum discordiam incurri, quam evitare fratres superstites de bono, & æquo intendebant, quoties totum onus debitorum, & integri Census reliquisset Joseph cum fratribus (prout ceteroquin erat de jure) ad solum Thomam, illiusque
20 portionem de eo tempore subdivisam, ex notissimis Juribus, de quibus *Bartol. in l. quis pro eodem col. penult. vers. octavo quæritur nu. 15. ff. de fidejuss. Natt. cons. 262. num. 14. Alex. cons. 32. in fin. lib. 4. Grat. discept. for. cap. 555. num. 10. Zacc. de obligat. Camer. quæst. 28. num. 21., & Rota in Romana Census 23. Februarii 1685.*, quæ est *decis. 146. num. 8. inter impress. post Constant. ad Stat. Urb.*

Addito quoque ad majorem evidentiã, quod cum ex hucusque insinuatis non posset utique Joseph fulciri ulla ignorantia proprii facti, & qualenam erat istud factum, nisi quod consenserat impositioni Census pro dissolutione debitorum, quæ contraxerant Tertiæ, licet conjunctæ, sibique notæ personæ, nimirum Canonicus Claudius, & Eques Thomas, ideoque valebat ne ambigi, quod Joseph certo certius sciret, talem ipsorum obligationem ad se non pertinere, de Jure, nisi velimus credere, quod homo constitutus in ætate 22. annorum ignoret,
21 quod nemo de Jure, & discursu etiam naturali tenetur solvere debita aliena, contra ea, quæ tradiderunt post *Jasonem in l. venit num. 3. Cod. in Jus vocand. ibique Curt. Jun. num. 3. Alciat. in l. post contract. n. 46. ff. de donat. & in tract. de præsumpt. regul. 3. præs. 30. num. 4. Cravett. cons. 419. n. 2. Menoch. de præsump. lib. 6. præs. 23. nu. 23. & de arbitrar. casu 39. num. 9., Jovius de contract. Minor. d. glos. 8. §. 1. n. 5. Grivell. decis. 150. num. 1.*

Ceterum arrisit etiam *Dominis* alia ponderatio, quod in rei veritate versabamur extra aleam hæsitandi, cum tractaretur non jam de simplici ratificatione, circa quam cadere valerent præfatæ quæstiones scientiæque nullitatis facti, & Juris, sed de pura, ac positiva accollatione, quæ certe transcendebat omnem obligationem Juris, dum pro ♈1500. sese Joseph obstrinxerat in impositione Census, cum enim, ut mox tetigimus, ignorare nequiret, quod Census fuerat creatus pro dissolvendo ære alieno personarum quodammodo extranearum, en quod verificabantur termini contradistincti accollationis ab illis ratificationis, cum nemo quippe dixerit, majorem in se non posse accollare debita alterius, quemadmodũ ad terminos supradictæ definitionis accol-
22 lationis debiti alieni supra comprobavimus ex *Auctoritatibus* jam congestis, quibus addi possunt *Censal. dec. Lucens. 89. num. 19. Posth. dec. Bononien. 20. num. 1. cum plurib. seqq. Rota cor. Emer. dec. 47. n. 3.*, & habetur *in meis Addit. ad dec. 96. n. 49. & 55. inter hactenus in Urbe impress. cor. Me.*

Diximus, in ætate majori, quia etiam in hoc differt ratificatio ab accollatione, quod ra-
23 tificatio regulariter retrotrahitur ad tempus contractus, ex *Costa de retrotract. c. 8. cas. 4. num. 14. fol. 9., & Cyriac. controv. for. 293. n. 5.*, qui si fuit tunc nullus, nulliter quoque per ratificationem retrotrahibilem ex tunc confirmatur. Accollatio autem ex opposito firmat actum de præsenti, & sic suapte natura validum in nostra thesi, ex quo emicabat initus ab Josepho pro
24 negocio alieno de tempore majoris ætatis, sicuti expendendo essentiam, & quidditatem accollationis observant *Cravett. consil. 217. num. 7. & 8. Felician. de Cens. tom. 1. lib. 3 cap. 6. num. 6. & tom. 2. lib. 3. cap. 6. n. 3. vers. circa vero*, idque adeo verum, ut accollatio præseferat nedum actum de præsenti, sed etiam implicet novationem, acsi
25 primordium obligationis inciperet in ipso accollante, ut tradunt *Angel. in l. item si filius ff. ad Macedon. Bartol. in l. 3. §. final. num. 15. Card. de Luc. de empt., & vendit. disc.*

ctum, ipsum jam Majorem obligatum affecisset, cum accollatio aliud non sit, quam
12 susceptio in se debiti alieni, Teste *Cenc. de Cens. quæst. 73. num. 16. Cost. de remed. subsid. remed. 54. num. 2. Duard. de Cens. §. 3. quæst. 13. sub num. 28. vers. & eadem ratione, Modern. Foroliv. dissert. 13. n. 3., Rot. coram Gregor. decis. 64. num. 13., & coram Bich. dec. 319. num. 3. & 4., & coram Celso decis. 64. num. 9.*

Quoniam ad hæc omnia respondebatur dupliciter: Primo nempe, quod tunc solummodo ratificatio contractus gesti de tempore minoris ætatis operatur in effecto majore de tempore ratificationis, quoties ipse major
13 præcise habuerit notitiam præcedentis nullitatis, tam in facto consistentis, quam in Jure, quemadmodum ostendunt *Gabriel. cons. 62. n. 27. & 28. lib. 2. Modern. Ascul. ad Stat. Urb. annot. 44. num. 532. Card. de Luca de alienat. & contract. probib. disc. 28. num. 18. & disc. 37. num. 13., Rota in dict. Romana Census 26. Martii 1708. §. Et licet, cor. R. P. D. meo Aldrovando*, & in prælaudata *Ferrarien. bonorum super datione insolutum §. Ista nullitas, & §. Inutiliter, cor. R. P. D. meo Falconerio*; Præsumitur namque, quod in tantum minor evasus major appro-
14 baverit, seu ratificaverit antecedentem contractum, quia probabiliter opinari poterat, illum exstitisse legitime ab aliis celebratum, ut subdit = *Valenz. cons. 177. n. 53. lib. 2. Modern. Ascul. ad Stat. Urb. dict. annot. 44. art. 5. num. 546. & Rota decis. 98. num. 9. par. 11. Recen.* Quodque accollatio,
15 seu promissio de solvendo debito intelligenda veniat de credito valido, non vero de nullo, & invalido, *post Text. in l. non dubium in fine Cod. de legib., & Castrens. in l. cum lex num. 1. & 2. ff. de fideiussor.* dixit *Rota dec. 33. in fine post Cenc. de Cens.*

Secundo autem, quia nec præfata accollatio erat apta tribuere ullam actionem Dominis Comitibus, cum ea fuerit stabilita, & inita inter domesticos parietes a solis Fratribus,
16 eorumque Matre, absque præsentia Creditoris, prout præcise necessarium esse observat, & firmat *Franciscus de Aretio consil. 128. sub num. 6. vers. venio ad tertiam, Soccin. Sen. cons. 105. num. 10. lib. 4., Gabriel. cons. 36. num. 57. vers. aut certe oportet. lib. 1. Mans. consult. 386. n. 25. vers. Immo etiam, & num. 26. Rota dec. 535. num. 13. erga fin. vers. ubi etiam par. 1. Rec.*

Ita igitur conclamabant Defensores Josephi; sed, ut præmisimus, *Domini* censuerunt, adhuc *constare de Credito* Dominorum Comitum, & proinde *mandatum fore relaxandum*; siquidem licet citra difficultatem admitterent, quod impositio Census a principio foret omnino nulla, itaut minime oportuisset tot capitibus illam vallare, nihilominus pedem fixere in prædicta accollatione, ejusque Concomitantibus, & valde præpotentibus circumstantiis; quia quidquid esset abstractive de illa propositione, utrum nempe ratificatio contractus initi tempore minoris ætatis volita per post eumdem minorem effectum majorem, inefficax remaneret, non probata positiva scientia nullitatis facti, & Juris, dum *Tribunal* sæpe sæpius respiciens, ut par erat, ad complexum circumstantiarum in hoc, vel illo casu occurrentium, facile super eadem proportione coactum fuit aliquando variare, ne Minor major effectus, atque deveniens ad spontaneam, & honestam ratificationem, postea pœnitens ejusdē ratificationis quodammodo decipiat Creditorem, quando Jura Minoribus, atque Mulieribus respective
17 succurrentia nunquam intellexerunt eorum deceptiones adjuvare, ut signanter post *Text. in l. feminis 18. Cod. ad Sen. Cons. Vellejan.* animadversum fuit *in dec. 54. in princ. inter hactenus in Urbe impress. cor. Me, & in Ferrarien. Bonorum super datione in solutum 21. Aprilis 1711. §. 72.* pariter *cor. Me*.

Ac propterea juxta sensum aliquorum ex *Dominis* opportune responsum fuit, quod in ordine ad thesim, & factum hodiernum satis erat, quod ipse Minor actum successive in ævo majori ratificatum ab initio gesserit a se ipso (& maxime, si eumdem actum gerens, prout hic, erat tunc temporis constitutus in ætate 22. annorum, & sic juxta plurimas Regiones, & localia Italiæ nostræ Statuta plusquam Major in tali ætate reputatus, & habitus,) facti namque proprii
18 ignorantia nequaquam admittitur, sicut in subjecta materia responderunt *Jovius de contract. Minor. gloss. 8. §. 1. num. 3. & 4. & num. 12. Grat. discept. for. 233. num. 11. Felic. de Societ. cap. 5. num. 16. & 43. Conciol. alleg. 6. num. 24. vers. quod eo magis.*

Respectu autem nullitatis Juris, pariformiter nequaquam, sive saltem absolute ambigi poterat, quod Joseph ignorasset Juris dispositionem, dum ex lectura domesticæ deliberationis deveniendi ad hanc accollationem, ut habebatur *in Summ. Dominorum Comitum Num. Unico*, Causa eam ineundi exstitit illa servandi concordiam inter fratres, & in hunc modum coæquandi universa debita cum bonis ab Asse Communi paterno provenientibus, & inter eos amicabiliter dividendis, sub illa particulari, & ulte-

Bertozzis; quamobrem nulla suppetebat ra-
4 tio, propter quam iidem Minores debito
satisfacerent alieno, contra ea, quæ demandat *Text. in d. l. magis puto §. Ne tamen ff. de reb. eorum*, *Grat. d. discept. 45. nu. 34.*, *Rot. post Pic. ad Stat. Urb. dec. 60. num. 13. in Ferrarien. Bonorum super datione in solutum 27. Aprilis 1711. §. 15. cor. Me*, *& in Verulana Census 7. Martii 1710. §. Maxime quia cor. R. P. D. meo Falconerio*, itaut ad effectum prædictæ nullitatis suffecisset, etiam quod aliqua pars ejusdem impositi cen-
5 sus in summa sc. 2000. rueret in supposito, & foret respectu Minorum impertinens, & ideo falsa, & inefficax, per ea, quæ prosequuntur *Balducc. ad Ramon. cons. 96. n. 66. & seqq. Soccin. de contract. Minor. glos. 20. §. 3. num. 1.*, *Modern. Asculan. d. annot. 44. art. 3. num. 184. Rota cor. Bichio dec. 559. num. 2. & cor. Merlin. dec. 575. num. 1.*, & plene in supradictis *Decisionibus Ferrarien. Bonorum super datione insolutum 31. Januar. 1710. §. 26. cor. R. P. D. meo Falconerio*, & postea *27. Aprilis 1711. §. 11. cor. Me*.

In ordine vero ad solemnitates, penitus omissæ coruscabant omnes illæ, quæ ad tuenda jura Minorū in unum conspirantia præscripserunt Statuta Civitatis Fani, ubi fuit initum mandatum Procuræ pro celebratione successive Instrumenti impositionis, necnon Statuta Pisauri, ubi celebratum postca fuit idem Instrumentum, ac denique generaliores Constitutiones Marchiæ, ac celebris Cardinalis Ægidii; Statutum quippe Fani exquirebat ultra duorum Consanguineorum præsentiam, & juramentum circa veritatem Causæ, & utilitatem eorumdem Minorum (quæ certe sciri non poterant ab
6 eisdem Consanguineis, utpote ignaris hujusmodi debitorum, quæ nec specificabantur) alteram præsentiam, & assistentiam quoque Tutoris, & Curatoris; unde dum tamquam simpliciter Curatrix intercesserat Ludovica Mater Josephi, aliorumque Minorum, profecto hæc tamquam principaliter, & insolidum obligata pro iisdem debitis nequibat ob tam palpabile interesse auctorizare contractum, quamobrem omnino
7 illius loco deputandus erat alter Curator a Judice, ex firmatis per *Tiraquell. ad l. connubial. gloss. 6. verb. consenserunt num. 1., & 2. Pich. ad Stat. Urb. lib. 2. cap. 151. glos. 15.*, *Montan. de Tutel. cap. 31. effect. 1. n. 10. & 11. Rota cor. Dunoz. Sen. dec. 42. num. 6. & in cit. Ferrarien. Bonorum super datione insolutum. 31. Januarii 1710. §. In contractu cor. R. P. D. meo Falconerio, & 27. Aprilis 1711. §. Et quoniam cor. me*.

Statutaria non minus censura Pisauri exigebat interessentiam Curatoris, eorumdemque Consanguineorum, sicque licet vice ipsorum Consanguineorum exstiterit adscitus
8 unus Curator, nihilominus ad partes quoq; desiderabatur alter Curator contradistincte requisitus, ex connotatis per *Jovium de contract. minor. gloss. 22. §. 6. n. 22. Card. de Luc. de alienat. & contract. probibit. disc. 28. num. 8. Rot. dec. 14. n. 5. par. 5. rec.*

Constitutiones denique Ægidiana, & Marchiæ procul dubio indefinite præter observationem injunctam particulariorum Statutorum sub pœna nullitatis exposcebant
9 post exaratum contractum illius insinuationem, quæ cum numquam facta innotesceret, utique nullitas reddebatur inevitabilis, ex collectis per *Cirocc. discept. 45. num. 38. & discept. 70. num. 12. Modern. Ascul. ad Stat. Urb. annot. 44. art. 8. num. 801.*, *Card. de Luca de alienat. & contract. probibit. disc. 35. num. 10. vers. binc proinde, Rot. post Gilian. ad Stat. Perus. dec. 22. num. 13. post Urceol. de transact. dec. 35. num. 13. coram Priolo dec. 88. num. 7. in rec. dec. 107. n. 19. & 20. par. 15. & dec. 389. a num. 7. par. 19. & in Verulana Census 7. Martii 1712. §. Corroborante cor. R. P. D. Falconerio*.

Posita autem tam classica, & ex pluribus capitibus emergente nullitate, diffugium (subdebant memorati scribentes) habere non poterant DD. Comites ad præfatam ratificationem, seu accollationem, quam Joseph Major effectus in se tacite, & expresse subiverat; tacite quidem, dum idem Joseph non solum post majorem ætatem superventam desiit supra quadrimestre, seu quinquē-
10 nium post factam, & ultra accollationem reclamare, ad normam *Text. in l. fin. C. si major factus rat. babuer.*, *Cancer. variar. resol. par. 2. cap. 1. num. 34., & 35. Ciarlin. contr. for. lib. 2. cap. 196. num. 28. & 29.*, *Cyriac. contr. 308. num. 41. Modern. Ascul. ad Statut. Urb. annot. 25. art. 3. num. 174.*, sed, & sub eodem tractu temporis fructus ejusdem Census positive persolvit, in qui-
11 bus terminis ratificationem, saltem tacitam induci, responderunt collecti per *Menoch. de recup. remed. 15. num. 119. Mans. consult. 184. num. 46. Rot. dec. 108. n. 10. par. 18. rec. in Romana Pecuniaria, seu Transaction. 17. Junii 1701. §. Et ob id cor. me*, & in supradicta *Romana Census 26. Martii 1708. §. Accedit cor. R. P. D. meo Aldrovando*.

Expresse vero, dum mediante memorata accollatione ratificavit debitum Census ejus nomine contractum, quando etiamsi idem debitum Census exstitisset ab aliis contra-

ctum,

tia numquam intellexerunt eorum deceptiones adjuvare.

18. *Ignorantia facti proprii numquam admitti debet.*

19. *Ad servandam concordiam passim in divisionibus, & transactionibus receditur a rigore Juris.*

20. *Obligans se in solidum, & in forma Cameræ convenitur in totum.*

23. *Ratificatio regulariter retrotrahitur ad tempus contractus.*

24. *Accollatio firmat actum de præsenti, & sic suapte natura validum.*

25. *Implicat novationem, acsi primordium obligationis incipiat in ipso accollante.*

26. *Idque evenit etiam in ratibabitione, quando ratibabitio provenit ex facto expresso ratificationis.*

27. *Debita tenetur is solvere, qui ad illorum solutionem se obligavit.*

28. *Ignorantia allegari nequit, si contractus fuit initus in Civitate plena Populo, & suffulta Jurisperitis, qui facile consuli poterant.*

29. *Clausula* quorum interest *prodest substitutis, & quibuscumque interesse habentibus.*

30. *Delegatio exposcit præsentiam Creditoris ad hoc, ut pateat absolutio respectu principalis debitoris.*

31. *Secus in accollatione, & quare.*

32. *Frustra quid petitur, quod intus habetur.*

33. *Divisio fieri debet in partibus æqualibus.*

34. *Res judicata tollitur per illius injustitiam.*

DECIS. DXCVIII.

Pro assequenda satisfactione Census in effectiva summa scut. 2000. creati, atq; coempti per Ludovicum Abbatem de Hondedeis, necesse fuit Dominis Comitibus illius heredibus pulsare quandoq; conjunctim, quandoque divisim Fratres de Bertozzis ipsius Census Venditores, ex causa disparis illorum ætatis, donec obtento per prædictos Comites favorabili Judicato tam *coram A. C.*, quam *cor. bon. mem. Caffarello*, quam denique etiam *coram Me sub die* 17. *Junii proxime delapsi* contra unum ex præmissis, nempe Joannem Mariam pro sola quantitate scutor. 500. unacum fructibus, iidem proinde DD. Comites sese deinde converterunt quoque adversus Josephum alterum Fratrem, qui in se assumpserat, & accollaverat debitum in reliqua quantitate scut. 1500. Verum reportare nequiverunt consimile absolutum mandatum erga personam, & bona propria prælaudati Josephi, eorum precibus rescribente quidem favorabiliter *Rota cor. eodem Caffarello sub die* 16. *Aprilis* 1706., sed pro portione dumtaxat hereditaria in eum delata Thomæ alterius pariter Fratris, necnon Ludovicæ ejus Matris certo certius obligatorum, cum ulteriori persistentia quoad hunc tantummodo effectum *in decisis* sub die 16. *Martii* 1711., reservata semper utrobique cognitione super viribus memoratæ accollationis.

In hodierna idcirco colluctatione reassumpto in vim prædictæ reservationis hujusmodi articulo perantea non definito, *Domini*, dimissa omni fluctuatione, existimarunt, in substantia etiam subsistere præfatam accollationem, & per consequens illius concomitante ratione contra eumdem Josephum in proprio quoque *mandatum esse relaxandū*.

Nec obstare authumarunt, quod iste Census accollatus a Josepho nulliter prorsus fuisset impositus ab eisdem Fratribus tunc, excepto Thoma, minoribus; utpote sine causa, & sine solemnitatibus, quando ad infligen-
1 dam nullitatem superabundat alteruter defectus, sicuti unanimiter tradunt post *Text. in l. Si Pupillorum §. Si Prætor ff. de reb. eorum*, *Modern. Ascul. ad Stat. Urb. sub tit. de contract. Min. annot.* 44. *art.* 1. *num.* 31., *Rot. cor. Merlin. dec.* 444. *in princ. cor. Emer. Sen. dec.* 91. *n.* 5. *in rec. dec.* 230. *n.* 5. *p.* 14. cum aliis relatis *in meis Addit. ad dec.* 54. *n.* 34. *inter hactenus in Urbe impress. cor. Me.*

Et sane circa causam, uti dicebant Informantes pro Josepho, illa detegebatur nimium vaga, nempe ad effectum dissolvendi debita abstractive, & in genere non individuatis iisdem, nec etiam implicite, seu relative ad diem, mensem, vel annum, ac Nota-
2 rium, in quibus, & a quo eadem debita efformata, seu creata extitissent, ut in proposito millies dixit *Rota*, & signanter habetur per *Modern. Ascul. ad Stat. Urb. in dict. annot.* 44. *art.* 3. *num.* 168. *& in meo Tract. de commerc. & mercat. disc.* 62. *n.* 23. cum aliis abunde relatis *in Romana Census* 26. *Martii* 1708. *§. Nec obstat cor. R. P. D. meo Aldrovando*, maxime cum nec ullibi appa-
3 reret de eorum successiva extinctione, quemadmodum ulterius quoque requiritur, per *Textum in l. Magis puto §. Ne tamen ff. de reb. cor. Grat. discept. for. cap.* 45. *num.* 34. *Rota cor. Priolo dec.* 88. *num.* 25. *& seq. in rec. dec.* 400. *num.* 19. *par.* 13. *decis.* 407. *num.* 5. *par.* 14. *& dec.* 293. *nu.* 20. *par.* 15.

Eoque fortius (intra spheram ejusdem Causæ) cum ultra prædictam abstractam, & vagam enanciativam ex opposito præfata antecedentia debita exarata elucescerent non jam ab ipsis Minoribus, sed ab aliis, nempe Canonico Claudio, & Equite Thoma de

Eminentissimo Priolo, & demum *coram bon. mem. Muto die 26. Februarii 1698.*, & docuerunt *Faber in C. lib. 2. tit. 3. de pact. defin. prima num. 4. & seq. Bellon. de Jur. accrescen. cap. 9. quæst. 11. num 19. cum seq. & Rot. in dec. 265. num. 24. par. 13. rec.*

Quin idcirco relevare posset, quod Francisca renunciando actum expleverit *per se, & suos heredes &c.* atque pro ejusdem renunciationis observantia propria bona, propriosque heredes obstrinxerit: Quoniam cum in medulla prædictæ renunciationis renunciaverit tantummodo *Jura sua quæcumque præsentia, & futura sibi quomodolibet competentia*, ecce quod per illa verba *sua*, & *sibi* sese continuit in sua personalitate, neque per umbram retigit Jura filiorum, non ex materna, sed ex propria persona venientium, ut diximus ministerio, & beneficio legis, non enim ullus heres (prout dicebantur esse Fabritius, ejusque Fratres) compellitur sub hoc spe-
25 cioso prætextu observare factum, quod ejus Auctor non promisit, ut ait *Bald. in l. qui se Patris num. 32. vers. aut renunciat, & promittit, C. unde liberi Peregr. cons. 19. n. 13. vers. unde promissio lib. 4. Rot. cor. Peuting. dec. 215. num. 4.* & in nostris terminis perbelle firmarunt *Faber. in C. lib. 2. tit. 3. de pact. defin. 14. Franch. dec. 67. num. 7. ibique Carol. Anton. de Luca num. 2. & 4. Rot. d. dec. 265. sub num. 27. par. 13. rec.*

Tertio tandem adjungebatur, quod hujusmodi occasiones disceptandi ex causa similium clausularum promissæ observantiæ possunt in suis terminis congruere, quando vixisset adhuc renuncians de tempore mortis Hyacinthi, quia tunc dubitabile forsan fuisset,
26 an filii, Matre viva, valuissent assequi hanc consuccessionem, ad tradita per *Surd. cons. 355. nu. 38. & seqq. Bellon. de Jur accresc. cap. 9. quæst. 9. num. 30.*; Ast ipsa jam prædefuncta, nulla suppetebat ratio, ob quam ejus filii proprio Jure, ut diximus, venien-
27 tes, non possent, & non deberent coæquam successionem assequi, & obtinere, per ea, quæ monuerunt, *Bart. in l. Qui Superstitis 93. ibique DD. ff. de acquir. hered. Surd. cons. 133. num. 18. & seqq. lib. 1. Thesaur. lib. 2. quæst. 90. num. 4. Fontanell. de pact. Nuptial. claus. 5. gloss. unica par. 1. nu. 59. & seqq. de Marin. resolut. 189. num. 91., Franc. d. dec. 67. in princ.*, & bene *Rot. in prælaudata dec. 265. nu. 28. vers. quodque.*

Atque ex his a primo ad ultimum plusquam mature libratis *Domini* unanimiter responderunt, *constare de bono Jure Fratrum de Tonis*.

Pisauren., seu Fanen. Census super reservatis.

Veneris 16. Decembr. 1712.

ARGUMENTUM.

Statutum Fani quid disponat circa contractus initos inter Minores, & Mulieres. Causa, quæ in contractibus Minorum intervenire debet, quæ sit, & quomodo probanda. Accollatio quid importet, & quæ sit ejus natura. Minor major factus quando dici debet ratificasse contractum in minorili ætate ab eo initum.

SUMMARIUM.

1. *Nullitas contractus in minore arguitur vel ex deficientia causæ, vel obligationis.*
2. *Quod procedit etiamsi causa expressa sit falsa, insubsistens, & inverisimilis*, & num. 5.
3. *In venditione bonorum ex causa necessaria facta emptor invigilare debet, ut pecunia convertatur in causam expressam.*
4. *Ad debitum alienum nemo tenetur*, & num. 21. & 22.
6. *Statutum Fani in contractibus Minorum, quas requirat solemnitates*, & n. seqq.
7. *Curator habens interesse nequit auctorizare contractum, sed ejus loco deputandus est alter Curator a Judice.*
8. *Idque procedit etiamsi pro parte consanguineorum deputatus fuerit alter Curator.*
9. *Constitutiones Egidianæ, & Marchiæ præter observationem particularium Statutorum sub pœna nullitatis exposcunt insinuationem contractus.*
10. *Ratificatio tacita inducitur, si quis major factus supra quadrimestre, seu quinquennium post initum contractum numquam reclamaverit.*
11. *Maxime si fructus debiti ab eo contracti persolverit.*
12. *Accollatio nil aliud est, quam susceptio in se debiti alieni.*
13. *Ratificatio tunc inducitur in majore, si major præcise habuerit notitiam præcedentis nullitatis tam in pacto, quam in Jure consistentis.*
14. *Minor major evasus si approbat antecedentem contractum præsumitur, quod ille crediddisset, illum extitisse legitime ab aliis celebratum.*
15. *Accollatio, seu promissio de solvendo debito intelligenda venit de credito valido, non vero de nullo.*
16. *Accollatio debiti fieri debet cum præsentia Creditoris*. Limita num. 29. & 30.
17. *Jura Minoribus, ac Mulieribus succurrentia*

INDEX
RERUM, ET VERBORUM
HUJUS VOLUMINIS.

A

ABBAS



Quod-

Con-

Quan-

Sol-

Dupli-

dun-

DE-

DO-

Evi-

Emens

Et

Re-

MA-

M

OB-



PRAE-

Hoc

RE-

REPETITIO

REPRÆSENTATIO

RES

RESCRIPTUM

RESIGNATIO

RESIGNATARIUS

RES JUDICATA

Stri-

Re-

Fro-

Id-

VA-

VOCATVS

VOCABVLVM

VOLVERES

VOLVNTAS

VOTVM

VOX VOCES

VRBINI STATVS

VSVSFRVCTVS

VSVRÆ

VXOR

F I N I S.



